SIGISMVNDI SCACCIAE

IVRISCONS. ROMANI

TRACTATVS

DE SENTENTIA,

ET RE IVDICATA

Omnibus admodum vtilis, Iudicibus autem, Ducibus, Regibus, alijsq. Principibus magna ex parte neceſſarius.

CVM PRIVILEGIO.

IESV BIBL. SEC. COLL. R. M. SOC.
IHS



ROMAE,

Ex Typographia Franciſci Corbelletti. M D C X X X V III.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

VRBANO VIII.
PONT. OPT. MAX.

CVM mea de Commercijs tractatio in Tuas, Beatiſsime Pater, perueniſſet manus, ſingularis illa benignitas, qua Authorem excepiſti, ſpem mihi fecit maximam, fore, vt Vrbanam humanitatem Tuam, quam tunc in Præfectura Iuſtitiæ, hoc eſt, in aurora fœlicitatis, mirè luculentam agnoui, illuſtriorem nunc in meridie Pontificiæ Maieſtatis experirer: & dum Solis inſtar, quò ſublimiorem obtines locum, eò feruentiori beneuolentiæ luce complecteris vniuerſos, mihi quoque, meiſque lucubrationibus particulam aliquam eiuſdem lucis impertires. Excipe igitur hoc Tibi debitum Volumen de Sententia, & Re iudicata, quod dum eſſem Florentiæ, à Coſmo II. Magno Etruriæ Duce accerſitus, ad exitum, horis, quæ mihi à iudicandi munere ſupererant, Sanctiſsima Dei Genitrice fauente, perduxi. Neque verò ad Sanctitatis Tuæ conſpectum, aut ad Vaticani Cœli Regiam facilior eſt via, quàm quæ bonis artibus, & diuturnis litterarum ſtudijs patet. Quòd ſi meum hoc perpetui obſequij monumentum Tibi probari cognouero, mihimetipſi mirum in modum gratulabor. Honorificentiſsimum enim eſt illi placere, qui lectiſsimis Patribus ad moderationem humani generis vnus præ omnibus maximè placuit. Deus Te, Beatiſsime Pater, publico Chriſtianorum bono diu ſeruet incolumem.

SANCTITATIS TVAE,

Cuius pedes oſculatur,

Humillimus ſeruus

Sigiſmundus Scaccia.

Digitized by Google

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM ſicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Franciſcus Corbellettus Typographus almæ Vrbis noſtræ, ipſe tractatum vnum de Sententia & re iudicata, à dilecto filio Sigiſmundo Scaccia Iuriſconſulto, & Aduocato Romano compoſitum, in lucem edere intendat, & vereatur ne poſtquam in lucem prodierit, alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, idipſum opus imprimi facere conẽt in ipſius Franciſci præiudicium, Nos eius indemnitati ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur prouidere, illumque ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsq. Eccleſiaſt. ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequeñ. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes ſupplicationibus ipſius Franciſci nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati eidem Franciſco vt decemnio proximo durante à primæua dicti operis, dummodo tamen antea à dilecto Filio Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici approbatum ſit impreſſione computan. nemo tam in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubiecto opus prædictum ſine ſpeciali dicti Franciſci aut eius hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio vel alijs impreſſum vendere, ſeu venale habere, ſeu proponere poſſit & valeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, præſertim librorum impreſſoribus ſub quingentorum ducatorum auri de Camera & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & pro alia eidem Franciſco, ac pro reliqua tertijs partibus Accuſatori, ac Iudici exequenti irremiſſibiliter applican. & eo ipſo abſque vlla declaratione incurren. pœnis, ne dicto decennio durante opus ſupradictum, aut aliquam eius partem tam in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico prædictis ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut alibi ab alio vel ab alijs impreſſum vendere, aut venale habere ſeu proponere quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis Filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs iuſtitiæ miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem Franciſco, eiuſque hæredibus & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, quandocunque ab eodem Franciſco, ſeu alijs præfatis fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcumq; inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis & conſuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque indultis & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſsis, confirmatis & approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam in ipſo opere impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xxix. Maij M D C X X V I. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Loco ✠ Sigilli.

V. Theatin.

COM-

COMPENDIARIVS
INDEX
GLOSSARVM.
ET QVAESTIONVM.

Quibus abſoluitur primum caput tertij Libri Tractatus de iudicijs cauſarum, &c.

Gloſ. I. in Dei nomine.

QVAESTIONES.

1 *Sententia quare initietur in Dei nomine.* *fol.* 8. *& ſeqq.*
2 *Iudex an debeat ſcire explicitè quid ſit Deus.* 61
3 *Prædicta verba (in Dei nomine) quare alicubi non ponantur in ſententia.* 64

Gloſ. II. Nos N.

QVAESTIONES.

1 *Stylus loquendi de ſe ipſo in perſona plurali an conueniat.* 65
2 *Nomen iudicis an ſit neceſſarium in ſententia.* 68
3 *Nomen proprium iudicis an iuriſdictionale ſit prius ponendum in ſententia.* 70

Gloſ. III. I. V. D.

QVAESTIONES.

1 *I. V. D. quis dicatur* 71
2 *Sententia lata à iudice, qui non ſit Doctor legum, an ſit valida.* 80

Gloſ. IV. Iudex.

QVAESTIONES.

1 *Quæ requirantur in iudice qualitates, procedentes à virtute.* 92
2 *Quæ in eo requirantur qualitates procedentes à natura, honeſtate, & moribus.* 108
3 *Iudex, oppoſito ſibi defectu, ob quem eligi non potuiſſet in iudicem, an debeat deſiſtere à proceſſu.* 118
4 *Sententia lata, omiſſo verbo,* iudex, *an ſit nulla.* 124
5 *Error iudicis circa ſuam iuriſdictionem an vitiet ſententiam &c.* 135
6 *Iudicum ſpecies quot ſint.* 138
7 *Iudex an poſſit fungi vice actoris, ſeu accuſatoris, aut rei.* 150
6 *Iudex in cauſa propria an poſſit quis eſſe.* 159
9 *Primus in ordine iudicij quis ſit, iudex ne, an actor &c.* 160
10 *Iudex in ſententia an exprimere debeat qualitatem ſuæ iuriſdictionis.* 161

Gloſ. V. auditor, cognitor &c.

QVAESTIONES.

1 *Verba,* auditor & cognitor, *ad quid ponantur in ſententia.* 162
2 *Iudex in Curia Florentina quando dicatur functus officio ſuo in cauſa.* 164

Gloſ. VI. cauſarum &c.

1 *Cauſæ nomen quid ſignificet.* 165

Gloſ. VII. quarteriorum &c.

QVAESTIONES.

1 *Quarteria &c. quæ ſint, & ex quibus capitibus oriatur competentia iudicis.* 170
2 *Partes an poſſint prorogare iuriſdictionem iudicis.* 177
3 *Impedimenta, ne iuriſdictio prorogetur, ſunt ſex, ex quibus formantur ſex ſequentes limitationes.*

Primum impedimentum, ſeu limitatio eſt, quando deeſt iuriſdictio. 183

Secun-

Secundum, quando adeſt error. 202
Tertium, quando adfuit metus, ſeu compulſio. 214
Quartum, quando ſuperuenit pœnitentia ante litis conteſtationem. 218
Quintum, quando natura cauſæ non eſt prorogabilis. 257
Sextum, quando perſonæ, volentes prorogare, ſunt inhabiles. 268
4 *Prorogationis ſpecies ſunt ſex.*
Prima ſpecies prorogationis eſt ea, quæ fit de tempore ad tempus. 271
Secunda, quæ fit de loco ad locum. 284
Tertia, de re ad rem. 320
Quarta, de caſu ad caſum. 348
Quinta, de cauſa ad cauſam. 350
Sexta, de perſona ad perſonam. 352

Gloſ. VIII pro tribunali ſedentes.

Iudex, ferendo ſententiam, an debeat ſedere pro tribunali, & vbi. 356

Gloſ. IX. Viſa quadam.

QVAESTIONES.

1 *Ordo, ſecundum quem iudex ante ſententiæ prolationem teſtatur ſe vidiſſe acta, an ſit neceſſarius ad validitatem iudicij & proceſſus.* 359
2 *Sententia, omiſſa hac iudicis teſtatione, quòd viderit acta ordinatoria, & ſubſtantialia, an ſit nulla.* 364.n.31
3 *Verba,* viſa citatione, *an ſint ita neceſſaria, vt, ijs omiſſis, ſententia ſit nulla.* 365 n.34
4 *Citatio ad ſententiam an ſit omnino neceſſaria.* 366.n.36

Gloſ. X. porrecto.

ARTICVLI.

1 *Actor an ſit ita neceſſarius in iudicio, vt iudicium, & ſententia ſine eo ſit nulla.* 375
2 *Actor qui dicatur.* 376.n.13
3 *Qui poſſit ſuo, vel alieno nomine ſtare in iudicio, tanquam actor.* 383.n.49

Gloſ. XI. contra N.

Reus quis dicatur, & quotuplex ſit, & quando non poſſit eſſe in iudicio. 389

Gloſ. XII. in his ſcriptis.

Sententiam ferre in ſcriptis quid ſit, & an valeat, ſi non ſit lata in ſcriptis. 398

Gloſ. XIII. cum cauſæ cognitione.

Sententia ſine his verbis valet, ſed cauſæ cognitio eſt neceſſaria, alias ſententia non valet. 408

Gloſ. XIV. ſententiamus.

QVAESTIONES.

1 *Sententia vnde dicatur.* 417
2 *Sententia quid ſit, & in quo differat à re iudicata, & decreto.* 420
3 *Sententia quotuplex ſit.* 430
4 *Sententia diffinitiua in quot, & quibus differat ab interlocutoria* 431
5 *Sententia an ſit diffinitiua, vel interlocutoria, quibus particularibus ſignis dignoſci poſſit.* 439
6 *In ſententia ad quid conculcentur plura ſynonima ſignificantia,* Sententiamus. 442
7 *Sententia qualis contra contumacem, & qualis contra præſentem feratur.* 446
8 *Sententiam an iudex ferre debeat ſecundum acta, & probata, etiam in caſu, quo ex certa, & propria ſcientia ſciat probationes eſſe falſas.* 478
9 *Iudex, qui tàm in foro exteriori, quàm interiori ſententiam fert ſcienter, & voluntariè iniuſtam, an peccet indiſtinctè &c.* 490
10 *Sententia iudicis an & qualis requiratur pro executione rei iudicatæ, guarintingiæ, vel alterius ſcripturæ exequibilis.* 499
11 *Sententiæ executio quomodo petatur.* 506
12 *Sententia lata inter certas perſonas, an noceat, proſitque alijs.* 522
13 *Sententia, quæ in aliqua ſui parte ſit iniuſta ſeu nulla, an ſit nulla etiam in alia* parte,

parte, in qua de per ſe fuiſſet iuſta, & valida. 542

14 *Sententia conditionalis &c. an ſit valida.* 558

15 *Sententia generalis, incerta, obſcura, & perplexa an valeat.* 566

16 *Sententia an debeat eſſe conformis libello.* 571

17 *Iudex an poſſit declarare ſuam ſententiam.* 577

18 *Sententia lata per fraudē an valeat.* 590

19 *Sententia lata, non cognito prius articulo præiudiciali &c. an ſit nulla, & iniuſta.* 597

20 *Sententia, lata ſine probationibus, an ſit nulla, vel ſolum iniuſta.* 618

21 *Iudex qui non poteſt in totum condemnare, vel abſoluere, eo quia deeſt plenitudo probationis, an poſſit condemnare, vel abſoluere in parte, habita ratione quantitatis probationis.* 621

22 *Plures ex eadē cauſa condemnati ſimpliciter ad ſoluendum, an intelligantur condemnati pro virili, & diuiſim.* 633

23 *Iudex in re dubia, qualem debeat ferre ſententiam.* 641

24 *Sententia lata contra Rotæ deciſionem ſeu contra opin. communem, an ſit nulla, vel potius iniuſta.* 653

25 *Verba ſententiæ an de iure ciuili ſint concipienda in perſonam principalium litigantium, vel in perſonam procuratorum.* 665

26 *Iudex an poſſit ſententiam, à ſe nulliter latam, reuocare, & aliam ferre.* 681

27 *Mulier, minor, & ſimilis, ſi velint dicere de nullitate ſententiæ, ſeu contractus, an poſſit eius aduerſarius docere, quòd ſententia, ſeu contractus eſt mulieri, minori, & ſimili vtilis, & ita impedire nullitatem.* 683

28 *Sententia quo genere ſermonis ferri debeat.* 686

29 *Victor an poſſit, inuito victo, renunciare ſententiæ, lata in ſui fauorem.* 691

30 *An ſint aliquæ ſententiæ, quæ ſine appellatione reſcindantur.* 701

31 *Condemnati an poſt lapſum quadrimeſtre teneantur ad vſuram.* 703

32 *Sententia lata ex falſis probationibus, an ſit ipſo iure nulla &c.* 705

Gloſ. XV. & victum victori &c.

QVAESTIONES.

1 *Sententia ſuper expenſis, lata ſine verbo,* condemno, *vel,* abſoluo, *an ſit valida.* 717

2 *Sententiæ latæ ſuper negocio principali an iudex poſſit poſtea addere condemnationem expenſarum, & an poſſit in ſententia ſibi reſeruare condemnationem earum,* eod.

3 *Victus an teneatur victori ad expenſas,* eod.

4 *Condemnatus ad expenſas an teneatur ad expenſas pro aduocato, & notario, gratis victori præſtitas,* eod. nu. 5

5 *Procurator an poſſit à ſuo cliente repetere omnes expenſas* 720. nu. 35

6 *Si primus iudex abſoluit ab obſeruatione iudicij, & actorem condēnat in expenſis, ſecundus infirmat ſententiā, & condemnat reū, ſed vtrumq; abſoluit ab expenſis, & tertius confirmat ſecundā, & condemnat in expenſis: ad quas expenſas intelligatur condemnaſſe.* 721. nu. 40

Gloſ. XVI. ita pronuntiaui &c.

Iudex an debeat ſubſcribere ſententiæ. 722

Gloſ. XVII.

Notarius an debeat in calce ſententiæ atteſtari, ſententiam fuiſſe lectam & latam, alias, hac teſtatione omiſſa, ſententia non valeat. 725

Gloſ. XVIII. N. & N. teſtibus.

Teſtes an ſint neceſſarij in ſententia. 727

FINIS.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Epiſc. Hierac. Viceſg.

EGo Petrus Albertinus in Almę Vrbis Gymnaſio Pontificij Iuris Primarius Profeſſor de mandato Reuerendiſs. P.F. Nicolai Rodulfij, Sacri Apoſt. Palatij Mag. perlegi, ac diligenter recenſui tractatum hunc de Sententia, & Re iudicata, excellentiſſimi viri Sigiſmundi Scacciæ, Iuriſconſulti Romani; nihilque in eo reperi bonis moribus, vel Religioni contrarium: Quinimo ob egregiam in eo contentam doctrinam, & ad forenſem vſum quam maxime accomodatam dignum exiſtimo, quod ad publicam vtilitatem quantò citius euulgetur, in quorum fidem hæc manu mea ſubſcripſi.
Romæ, Die XV. Aprilis 1625.

Petrus Albertinus qui ſupra manu propria.

Imprimatur.
Fr. Antoninus Phœbeus Mag. & Socius Reuerendiſs. P.F. Nicolai Rodulfij Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri, Ord. Præd.

SIGISMVNDI SCACCIAE

IVRISCONS. ROMANI.

LIBER III. DE IVDICIIS, &c.

CAPVT PRIMVM.

DE SENTENTIA, ET RE IVDICATA.

De connexione Libri, de excellentia, & obiecto huius Capitis.

IN præcedenti huius noſtri Tractatus libro;Deo progreſſum dirigente; ſecundam iudicij partem abſoluimus, agendo in ea de iuramẽto calumniæ vſque ad concluſionem in cauſa; reliquum eſt,vt in iſto; infinita eiuſdem clementia ad complendum egreſſum ſuppliciter inuocata; procedamus ad tertiam, in qua venit agendum de ſententijs, & alijs, quæ eas ſequuntur.

Et quia ſententiarum materia,vt omnibus eſt notum, frequens occurrit, Papien. in pract. in form. ſent. diffin. initio, fol. 386. adeo eſt copioſa, & prolixa, vt vnum requirat longum tractatum, Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. part.act.1. de ſenten.initio,verſ. venio igitur. fol. 431. & cæteris alijs iudicij partibus eò eſt dignior, & vtilior, quòd ſententia eſt finis laborum iudicialium, meſſis proceſſus, victoria certaminis, & conciliatio diſcordiæ; & hinc in iure ſæpius actum eſt de ſententijs: In nouo enim digeſtorum volumine Lib. 42. extant Tit. 1. de re iudic, Lib 49. Tit. 8. quæ ſenten. ſine appell. reſcind.In Cod.Lib.7. Tit.42. de ſenten.præf. præt.Tit.43. quom.& quan.iud. ſenten. profer.deb.&c.Tit.44. de ſent.ex peric.recitan. Tit.45. de ſent. & interl.omn.iud.Tit.46.de ſent. quæ ſine cert.quant.&c. Tit.47.de ſenten. quæ pro eo, &c. Tit. 50. ſenten.reſcin. non poſs. Tit.52. de re iudic.Tit.53.de execut.rei iud. Tit. 54. de vſur. rei iud. Tit. 55. ſi plures vna ſent. condemn. Tit. 56. quib. res iud. non noc. Tit.57. commin.epiſt. &c. Tit. 58. ſi ex falſ. teſt. iud.ſit. Tit.60. res inter alios act. vel iudic. &c. Tit. 61. de relat. Lib.9. Tit. 51. de ſent. paſs.& reſtit. In Decretal.Lib.2.Tit.27.de ſent.& re iud.Lib.5. Tit. 39. de ſent. excomm. In Sexto, & Clemen. ijdem habentur Tit. In Extrauag. Tit. de ſenten.excommun.In Decreto etiam habentur aliqua in 35. q.9. Nos propterea de hac materia copioſè pro viribus agere conabimur; non tamen perſequemur qualem in ſingulis controuerſijs ſententiam ferre debeamus: id enim ad noſtrum non pertiner tractatum; vltra quod eſſet opus deſperatum; tum quia natura quotidie nouas properat edere formas; & ideo tot ſæculis nulla reperta eſt cauſa, quæ ſit omninò alteri ſimilis; tum quia, inimico noſtro diſcordias ſeminante, lites in infinitum, & ita inextricabiles vndique augentur, vt nulla tracta-

tuum, & deciſionum editio ad eas excidendas ſufficiat; itaque noſter ſcopus non eſt ſcribere quid ſuper caſu cuiuſque litis ius diſponat, quia ſi ita proponeremus ſcribere, hoc caput contineret tractatum omnium tractatuum; ſed intendimus ſcribere quæ ad ſententiæ validitatem ſint attendenda; & ſic formale obiectum huius capitis non eſt ſententia, prout iuſtè, aut iniuſtè fertur ſuper meritis; ſed eſt, prout ritè, vel non ritè fertur, inſpectis ordine, & forma; & in iſto formali obiecto, ſi forſan non omnia, ſaltem neceſſaria legemus; & omiſſo præfato titulorum ordine, & non attento ſcribentium ſtylo inchoandi à deſcriptione, & diuiſione; videlicet, quid ſit ſententia, quotuplex, & ſimilia, quæ præmitti ſolent; ſequemur ordinem verborum ſententiæ; quo ordine ducti, omnia, quæ magis neceſſaria, & tractatui proximiora ſunt, explicabimus, & opportunè de ſingulis, quæ in citatis titulis continentur, agemus, & multas incidenter explicabimus forſan difficultates, quæ ad alterius peculiaris tituli tractatum pertinerent: pono igitur ſummatim, & conciſè, ſed ſufficienter vnam ſententiæ formulam, quæ inter multiplices, quas vidimus, mihi viſa eſt latiorem habere viam ad inueſtigandas excelſiores difficultates, de quibus agere propoſui.

In Dei nomine. Nos Antonius Neguſantius I. V. D. iudex, auditor, cognitor, & deciſor cauſarum, & quæſtionum ciuilium, & mixtarum Quarteriorum, &c. pro tribunali ſedentes ad noſtrum ſolitum iuris bancum, etc.

Viſa quadam petitione, & libello coram nobis porrecto per Titium contra, & aduerſus Seium, etc.

Viſa, etc.

Viſa citatione, etc.

Dei nomine repetito pro tribunali ſedentes, vt ſupra, in his ſcriptis cum cauſæ cognitione omni meliori modo, etc. dicimus, pronuntiamus, ſententiamus, etc. petita, & expoſita per dictum Titium non fuiſſe, nec eſſe vera, et fieri non debere, nec poſſe de iure, etc. et ſucceſſiuè dictum Seium abſoluimus à petitis, et victum victori in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure reſeruamus.

Antonius Neguſantius Auditor.

Lecta, lata, etc. die ..... præſentibus N. et N. teſtibus adhibitis, et rogatis.

Cæterum ſi ſummariam aliquam vis habere inſtructionem circa ſubſtantiales formulas diuerſarum ſententiarum, tàm interlocutoriarum, quàm diffinitiuarum, & tàm in prima inſtantia, quàm in alia appellationis, vide Spec. tit. de ſenten. §. vt autem. num. 1. & ſeqq. vbi agit de ſenten. interloc. & num. 6. & ſeqq. in quibus agit de diffinitiua in actione perſonali, & num. 13. & ſeqq. in quibus agit de ſententia diffinitiua in actione reali, & num. 24. & ſeqq. in quibus agit de ſententia in cauſa appellationis, lib. 2. fol. 167. & ſeqq. non enim ſuper iſtis formulis eſt vlterius inſiſtendum, cum generalis & plena cognitio habeatur ex his, quæ in contextu operis dicentur, & particularis de omnibus tradi non poſſit.

GLOS-

Digitized by Google

GLOS. I. In Dei nomine.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

Dei nomen ob quatuor cauſas poteſt poni initio ſententiæ, elegantior tamen illa eſt, quia iudex eſt miniſter Dei, num. 1. & ſeqq.

Actus, non expreſſo, quo nomine fiat, cenſetur factus nomine proprio facientis, num. 2. Fallit quando apparent coniecturæ in contrarium, num. 55. & 56.

Extrinſeca perſona non comprehenditur, ſi non exprimatur, num. 2.

Solutio cenſetur facta pro debito, ad quod ſoluens tenetur nomine proprio, & non pro eo, ad quod tenetur nomine alieno, num. 3.

Solutio cenſetur facta in duriorem cauſam, num. 3.

Poſſidens præſumitur poſſidere nomine proprio, num. 4.

Poſſeſſio poteſt haberi ex diuerſis cauſis, ſed non dominium, ſub num. 55.

Poſſidens præſumitur poſſidere ex titulo præambulo, etiam ſi titulus ſit inutilis, ſub num. 55.

Habens rem, præſumitur habere ex cauſa, quæ præceſſit, etiam ſi præceſſerit ex interuallo, ſub num. 55.

Datum ſeu aſſignatum, præſumitur datum ex titulo, quo dari debebat, ſub num. 55.

Promiſſio, quæ non continet cauſam, refertur ad cauſam præcedentem, ſub num. 55.

Fideiubens præſumitur fideiubere ex cauſa, quæ cõtinetur in præcedẽti actu, ſub nu. 55.

Solutio ſubſequens cenſetur facta vigore præcedentis obligationis, etiam ſi præcedens obligatio eſſet inutilis, & etiam ſi ſumma ſoluta nõ conueniat obligationi, ſub num. 55.

Actus præſumitur factus ſecundum cauſam præcedentem, ſub num. 55.

Actus, qui eſt de ſubſtantia rei geſtæ, ex longo tempore præſumitur præceſsiſſe, ſub num. 55.

Fœudalis, ſeu emphiteotica conceſſio præſumitur ex longo tempore, ſub num. 55.

Pluralitas actuum nõ præſumitur, ſub nu. 55.

Tutor præſumitur emere nomine proprio, num. 4.

Tutor, faciens id, quod iuſſit teſtator, præſumitur in dubio facere nomine pupilli, ſub num. 55.

Procurator, faciens contractum, præſumitur facere nomine proprio reſpectu tertij, cum quo contrahit, ſed reſpectu mandatoris præſumitur contrahere pro eo, ſi ad illum contractum præceſſit mandatum ſpeciale, num. 4. & 55. Secus ſi præceſſit mandatum generale, num. 56. Et quando quis dicatur contrahere nomine procuratorio etiam ſi id verbis non exprimat, & conſequenter an & quando ille, pro quo contrahit, poſſit conueniri, & agere, eod. num. 4.

Emens aliena pecunia, ſi non exprimat cuius nomine emat, cenſetur emere nomine ſuo, & pro ſe, num. 5. Etiamſi præceſſerit mandatum generale, num. 56. Secus eſt ſi præceſſit mandatum ſpeciale ad emendum, num. 55.

Fidelis non dicitur, qui actum, quem facere debet nomine alieno, facit nomine proprio, num. 5.

Procurator ad emendum ſi emat nomine proprio, quod emere debebat nomine mandatoris, tenetur, ac ſi emiſſet nomine mandatoris, & tenetur de fide rupta, &c. num. 5.

Procurator debet domino eſſe magis fidelis, quàm alius, num. 5.

Procurator quando fraudulenter extorquet pecunias à cliente, committit furtum, ſub eod. num. 5.

Romani puniebant etiam minimos exceſſus, ſub eod. num. 5. in fine.

Vſurpare dicitur dignitatem, qui eam exercet nomine proprio, & tenetur exercere nomine alieno, &c. num. 6.

Iudex quia eſt miniſter Dei, num. 7. & ſeqq. & 253. Ideo debet ferre ſententias iuſtas, num. 262. Alias ſi ferret ſententias iniuſtas, & diceret (in Dei nomine) mentiretur, num. 263.

Iudicandi munus quare Deus dederit hominibus, num. 8.

Miniſter æſtimatur iuxta qualitatem eius, cuius eſt miniſter, num. 9.

Iudex exprimere debet ſuam iuriſdictionem, num. 10.

Pilati ſententia habuit vitium iniquitatis ab initio, num. 11.

Auxilium ſuperioris tenetur miniſter inuocare, num. 12.

Dei auxilio omnes indigemus, num. 13.

Sententia debet ferri in nomine Dei, num. 13. in fine. Ampliatur multipliciter, num. 17. & ſeqq. num. 51. 69. 70. & 76. Et an valeat, omiſſis iſtis verbis, num. 51. & ſeqq. Et, articulo diſputato, concluditur,

quod valet, vſque ad num. 65. incluſiuè. Declaratur primo, vt quamuis valeat, tamen non eſt præſumendum pro iuſtitia illius ſententiæ, num. 66. Declaratur ſecundo, vt appoſitio nominis Dei poſſit fieri tripliciter, num. 67. & 74. Subdeclaratur, vt ſi quis ideo nomen Dei non apponeret, quia in eum non crederet, ſententia eſſet nulla, &c. num. 68. Et quòd ſententia interlocutoria, & decretum executiuum valeant ſine iſtis verbis, num. 268.

Chriſtus iudicabat nomine Patris, num. 14.

Chriſti actio eſt noſtra inſtructio, num. 15.

Regij iudices ferunt ſententias nomine Regis, num. 16.

Rex quia eſt miniſter Dei, tenetur ſententiam ferre eius nomine, num. 17. & 18.

Papa, vti miniſter Dei, iudicat eius nomine, num. 19.

Imperator, vti miniſter Dei, iudicat eius nomine, num. 20. & ſeqq.

Potentes omnes iudicant nomine Dei, num. 23. & ſeq. 253. & 255.

Infideles tenentur cognoſcere, quòd, ſi ſententias ferrent, eas ferre deberent nomine Dei, num. 25. Sed non poſſunt eſſe iudices, num. 45. Et quare, num. 48.

Infideles, vt ſunt Sarraceni, Turcæ, & ſimiles, adorant Deum, num. 26. Malè tamen aduerſantur fidei Chriſtianæ, num. 33. & 39.

Maumethani per Euangelij prædicationem quare facilius, quàm alij conuerterentur, &c. num. 27. & ſeqq. Et de eorum erroribus, num. 37.

Sarraceni aliqui, & Maumethani recipiunt aliquos libros ſacræ Scripturæ, num. 28. & ſeqq.

Deum eſſe quiſque cognoſcit ex notitia naturali, &c. n. 31. Etiam ſi eſſet Atheiſta, n. 38. Et, qui non cognoſceret, eſſet ſtultus, n. 31. & 38. Et cognoſcimus etiam, eſſe vnum. n. 32.

Maomethus qualis habeatur apud Mahumetanos, num. 33. Et de eius ortu, perfidia, apoſtaſia, & calliditate, num. 35. & 36. Et de eius ſepulcro, conſiſtenti in aere ſub num. 33. & 34.

Maumethi ſepulcrum qui videt, ſe ſua ſponte excæcat, ſub num. 33.

Magnetis natura, ſub num. 34.

Hæretici non poſſunt eſſe iudices, quia ſunt infames, excommunicati, & omni dominio, & iuriſdictione priuati, num. 40. 60. & ſub num. 181. Neque poſſunt eſſe aduocati, aut tabelliones, & c. n. 41. Et quæ ſit ratio, n. 48.

Hæretici ſunt peiores alijs infidelibus, & quare, ſub num. 181.

Hæreſis propriè non cadit in Iudæo, Sarraceno, & alijs infidelibus, num. 182.

Hæreticorum pœna eſt ignis, & quare, num. 42.

Iudæi non poſſunt eſſe iudices, num. 43. Et quando poſſint, ſub num. 44. & ſub num. 191. verſ. quod ſi. Et ſunt indigni quolibet honore, num. 44. Et quæ ſit ratio, n. 47.

Iudæus non poteſt eſſe doctor, ſub num. 44.

Doctoratus eſt dignitas, ibidem.

Doctores habent multas prorogatiuas, & quas, ibidem.

Doctores ignorantes, non gaudent priuilegio Doctorum, ſub eod. num. 44. verſ. verum.

Iudæi quare non vexentur à Dæmonibus, ſub num. 47.

Dignitatem dicitur habere iudex, qui propterea iudicatur etiam nobilis, ſub num. 43.

Infideles an ſint capaces iuriſdictionis, num. 162. & ſeqq.

Infideles poſſunt puniri à Papa, ſed non cogi ad fidem, num. 169. & 231.

Infideles an poſſint habere poſſeſſiones, dominia, & iuriſdictiones, num. 162. & ſeqq. & 170. & ſeqq.

Infidelibus peccantibus contra naturæ legem poteſt Papa indicere bellum, ſub num. 169. & 225.

Infidelibus an indiſtinctè poſſit moueri bellũ, n. 176. & ſeqq. iunctis n. 171. & ſeqq. et n. 221. & ſeqq. & 233. & 240. Et an ijs auferri poſſint bona, & conſequenter licitè Chriſtiani vadant, Papa ſciente, & non prohibente, ad terras Sarracenorum, eoſque captiuos faciant, eorumq. bona diripiant, etc. num. 227. & ſeqq. Et qui ſint caſus, in quibus licitè poteſt contra eos moueri bellum, n. 229. & ſeqq. & n. 235.

Infideles occupant regnum, Deo permittente, n. 173. 174. 210. & ſeqq.

Infidelium ſpecies quot ſint, n. 178. et ſeqq.

Infideles ſi nobiſcum viuant, et conuerſentur, poſſunt dici fideles, et deuoti Sanctæ Rom. Eccl. et ideo ſunt tolerandi, n. 235. et ſeqq.

Infideles an et quomodo præeſſe poſſint fidelibus, num. 259.

Infidelitas an repugnet dominio, num. 170. verſ. contra. et ſub num. 175. verſ. non obſtat quinto.

Infidelitas an ſit peccatum, ſub num. 170. verſ. contra.

Dominium eſt introductum de iure genitum, num.170.

Eccleſia non punit infidelitatem in his, qui fidem nunquam ſuſceperunt, num.170.

Teſtamentum, factum à Christiano in portu maris apud infideles, non ſeruatis ſolemnitatibus iuris ciuilis, non valet, num.163.

Sententia, lata ab excommunicato, eſt nulla, num.50.

Procurator ſi faciat vnum actum nomine procuratorio, & alium faciat poſtea ſimpliciter, cenſetur facere etiam nomine procuratorio, ſub num.56.

Actus, qui poteſt fieri vno, vel alio nomine, cenſetur factus eo nomine, quo valet, num.57. Et quo melius geritur, nu.59. Et quando faciens habet officium, & actus eſt de re pertinente ad officium, cenſetur factus nomine officij, num.60.

Valet etiam ſi ſit factus, non expreſſa facultate, quam habebat faciendi, num.58.

Valet etiam ſi faciens ignoret, ſe habere facultatem faciendi, ibidem.

Actus, vt rectè geratur, debet initiari, & fieri in nomine Domini, num.70.

Cauſatum debet referri ad cauſam cauſæ, num.71.

Poteſtas in omnibus, rectè gerendis, procedit à Deo, num.73.

Dei inuocationem omiſit Papa initio compilationis iuris Canonici, ſed eam non omiſit Imperator, num.75.

Dei nomen, & Domini nomen, eſt idem, nu.77.

Chriſtus, & Deus eſt idem, num.77.

Deus eſt Dominus vniuerſi Orbis, & omnium habitantium in eo, num.78. & 82. Et hoc eſt de fide, num.89.

Deus à principio rexit, & iuriſdictionem exercuit per ſeipſum, num.79.

Dominia rerum ab initio fuerunt conceſſa occupantibus, & occupata non licuit auferre, num.80.

Iuriſdictio quomodo cœperit inter homines, num 81.

Iuriſdictio, & dominium in toto orbe pendent à Deo, num.82. & ſeqq. & num 91.

Regis cor eſt in manu Dei, num.83.

Deus eſt primum ens, & prima cauſa, &c. num. 84. Et eſt primum mouens, num.85.

Mouibile, ab aliquo mouetur, & primum mouens eſt immobile, &c. num.85.

Cauſa primaria plus influit in ſuum cauſatum, quàm influat cauſa ſecunda, num.86.

Inferiora ſuperioribus mouentur, num.87.

Finem cuiuſque actionis, qui magis abundat intellectu, magis concipit, num.88.

Iudices, & Reges, quare magis participent de actione diuina, quàm alij, ſub num. 88.

Principes an, & qui ſint conſtituti à Deo, num.90. & ſeqq.

Hominem an Deus fecerit liberum, num.90. & ſeqq. & num.94.

Poteſtas omnis eſt a Deo, num.91. & ſeqq. & 251. & ſeqq.

Regna transferuntur propter peccata, & iniuſtitias, num.92.

Chriſti aduentu fuerunt deſtructæ omnes monarchiæ, & in eum fuit à Deo tranſlatum omne regnum, & imperium, num.48. 96. & 98. Et ideo in eum fuit tranſlatum imperium Romanum, & penes infideles, Iudæos, & Saracenos non remanſerunt iura regni, neque iuriſdictionis, ſub nu.97.

Monarchiæ ante Chriſti aduentum quot, & quæ fuerint, ſub eodem num.96.

Monarchia Chriſti fuit poſt monarchiam Romanorum, num. 97. Et ei data fuit omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & eius regni non erit finis, num. 99. 100. 165. & 166.

Monarchia Chriſti tripliciter antecellit omnes alias monarchias, num.100. Hacque monarchia, ſeu regnum Chriſti incæpit ſtatim in ſui natiuitate, num. 103. In quantum fuit Deus, num. 105. Et in quantum fuit homo, num. 108. Et in quantum homo, potuit etiam eſſe Rex, & Dominus huius mundi etiam in temporalibus, num. 109. Et in quantum homo, retinuit dominium etiam in temporalibus, num.110. & ſeqq. vſque ad num. 117. incluſiuè, & contrarium, quod adducitur, num. 118. reprobatur, num.126. & ſeqq.

Virgilius adulabatur Romanos, ſub num.96.

Statuæ, quam ſomniauerat Nabuchodonoſor, interpretatio facta à Daniele, ſub num.96. & ſeqq.

Romanis quare Deus conceſſerit imperium, ſub eodem num.96.

Chriſtus eſt lapis angularis, &c. n.98. & 99.

Maumethanis, & Iudæis } *oſtenditur eorum error, num.101. & 102.*

Chriſtus permiſit, vt Principes ſeculi dominarentur quouſque ſuum regnum eſſet perfectum, num. 104.

Chriſtus eſt filius, & hæres Dei, num. 106. Et ei conuenit iudiciaria poteſtas quoad omnes res humanas, num.107.

Eccleſia triumphans, & Eccleſia militans habent tantam inter ſe ſimilitudinem, vt militans ſit exemplata à triumphanti, n.111.

Eccleſia triumphans habet vnum principium, & vnum dominum, num. 112. & ſub num.114.

Principia qui aſſereret duo, eſſet hæreticus, num.113. & 114.

Eccleſia militans habet vnum caput, qui eſt Chriſtus, num.114.

Papæ omnes obedire tenentur, eod.num.114.

Dei, & Papæ idem eſt tribunal, num.115.

Papa dicitur Vicarius Chriſti, num. 114.& 137.

Chriſtus quare venerit in mundum, num.117. 118.& 121.

Chriſti regnum non eſſe de hoc mundo, ſub nu. 119. Quomodo intelligatur, num.127.

Chriſtus noluit eſſe iudex illius, qui petebat diuiſionem, ſub num. 120. Et quare noluit, num.128.

Chriſtus licet venerit ad tollendum peccatum originale, num.121. Tamen retinuit etiam imperium temporale, &c. num.129.

Gladios duos Chriſtus non dixit nimis eſſe, ſed dixit, ſatis eſſe, num.124.& 130.

Chriſtus noluit, quòd Petrus eius Vicarius exerceret per ſe ipſum gladium temporalem, ſed voluit, quòd illum retineret penes ſe, num.131.

Chriſtus non approbauit Cæſaris dominium, num. 133. Licet dixerit, quod erat Cæſaris, eſſe reddendum Cæſari, num. 122. Et quare ita reſponderit, ſub eodem num. 133.& 134.

Chriſtus licet dixerit Pilato, quòd poteſtatem habebat deſuper, num. 123. Tamen non per hoc ſequitur, quòd Chriſtus tunc non haberet imperium, num.134.

Papa licet dixerit, quòd Imperator erat ſicut luna, num. 125. Tamen luna recipit lumen à ſole, qui eſt Papa, num.135.

Cæli firmamentum, qualitatem, &c. phyſici non poſſunt ſcire, &c. num. 136.

Solis, Lunæ, Stellarum, Terræ } *magnitudinem, & qualitatem ignorant phyſici &c. ibidem.*

Petri, eiusq. ſucceſſoris iuriſdictio procedit à Chriſto, num.137.

Petrus fuit Vicarius Chriſti, & petra Eccleſiæ, ibidem.

Iuriſdictionem tàm ſpiritualem, quàm temporalem Chriſtus transtulit in Petrum, & eius ſucceſſores, num. 138. Et proinde à Petro procedit etiam iuriſdictio Epiſcoporum, num.140. declar. 2.

Papa habet iuriſdictionem ſuper omnibus hominibus mundi, & ſic etiam ſuper iudæis, ſaracenis, & alijs infidelibus, num.167.& ſeqq. Et ideo ſi peccent contra ea, quæ ſunt legis naturæ, poteſt eos punire, licet non ſint excommunicandi, num.169.

Corona Imperatoris quotuplex ſit, & de eius ſignificatione, num.139.

Imperatoris dominium, & iuriſdictionem procedere à Deo immediatè, tenuerunt aliqui, num.118.

Imperator flectit genua in conſpectu Papæ, num. 145.

Moyſes habuit vtrumque gladium, num.144.

Moyſes eſt typus Papæ, ibidem.

Deo iubente, vel ſinente, omnia procedunt, num. 174.251.& 252.

Dominus vnus eſſe debet, num.148.

Romulus fecit mori Remulum fratrem, ibid. & num.149.

Apum vnus eſt princeps, num.149.

Grues vnam ſequuntur, ibidem.

Eſau, & Iacob in vtero bella geſſerunt, num. 149.

Pax, vno gubernante, facilius inducitur, & conſeruatur, num.150.

Paſtores multi demoliti ſunt vineam, ſub num.150.

Principes multi propter peccata terræ, ibidem.

Vnita virtus creſcit, num.151.

Natura docet ſine errore, num. 152.

Membrum vnum eſt, quod omnia mouet, videlicet Cor, num. 153.

Ratio præſidet inter partes animæ, num.153.

Mundus eſt vnum Corpus, habens multa membra, num.154.

Imperatori, poſtquàm eſt Romæ coronatus, non licet amplius quàm per noctem ibi permanere, num.155.

Imperator cum Romæ fuit coronatus, aſcendit quemdam montem, & ibi Chriſtianis, & Paganis iubet, &c. num.155.

Principis dominium, ſi vnus eſſet in vniuerſo mundo, an reſtringeretur ad iuriſdictionem ſolam, &c. num. 157. Et ideò an poſſet auferre rem ſubditi, &c. num.159.& ſeqq.

Turca eſt tyrannus etiam quoad proprietatem bonorum, quæ poſſident ſinguli ſubditi, num.158.

Reges dicuntur à recte agendo, num.164.

Do-

Domini in ſolidum duo eſſe non poſſunt, num. 165.

Excommunicandi non ſunt infideles, &c. uum. 169.

Iudæi, cuius iuriſdictioni ſubijciantur, & à quo puniantur, ſub num. 169. & 188. & ſeqq.

Idolatræ, quamuis ſint infideles, & Pagani, poſſunt puniri à Papa, num. 168. & 169.

Mala, quæ permittit Deus, mala ſunt, permiſſio tamen ipſius eſt iuſtiſſima, num. 210.

Mala fieri quandoque permittit Deus, & quare, & exemplo Dei debent tolerare Præſidentes regimini Bumano, num. 174. & ſub num. 199. verſ. nec contra.

Malum licet non ſit facieudum, vt inde ſequatur bonum, tamen eſt tolerandum propter ſequelam boni, ſub num. 199. verſ. quod ſi.

Mala quare accidant bonis, nu. 217. & ſeqq.

Deſiderata fugiunt, non optata veniunt, & quare, ſub num. 219.

Fides naturam non deſtruxit, ſed perfecit, quomodo intelligi debeat in infidelibus, occupantibus regna, num. 175.

Chriſtianus vnde dicatur, num. 180.

Chriſtus vnde dicatur, uum. 181.

Chriſma eſt vnctio, ſub num. 181. & 182.

Ieſus Chriſtus eſt proprium nomen Saluatoris, num. 182. & 183.

Chriſtianorum gens diuiditur in decem nationes, num. 184.

Iudæi qui ſint, & vnde dicantur, & vnde vocentur Hebræi, & quare dicti ſint Iſraelitæ, num. 185.

Iudæi in toto Orbe ſunt captiui, ſerui, & in diſperſione, num. 186. Et in qua ſpecie ſeruorum ſint, num. 187.

Iudæi viuunt iure Romanorum, ſunt de populo Romano, ligantur ſtatutis locorum, & inter eos, & Chriſtianos nulla eſt conſtituenda differeutia, niſi expreſſo iure caueatur, & ideo conceſſum, ſeu prohibitum vniuerſitati, vel populo, intelligitur conceſſum, & prohibitum Iudæis, & ſecuritas, data pro ſe & ſocijs, includit etiam iudæum ſocium, & quod ius ſeruent in ſucceſſionibus ab inteſtato, num. 188. & ſeqq.

Iudæi in temporalibus ſunt ſubiecti Imperio Romano, ſub num. 189. verſ. declara.

Iudæi pro cauſis ciuilibus agunt, & conueniuntur coram iudicibus locorum, ibidem.

Iudæi coram quo agant, & conueniantur pro cauſis criminalibus, ibidem.

Iudæi quibus caſibus conueniantur coram Inquiſitore, ibidem.

Inquiſitor poteſt procedere etiam ſi ſcelus ſit puniendum pœna vltimi ſupplicij, &c. num. 190.

Iudæi habeut ſuos proceres, & maiores, qui cognoſcunt de eorum ritibus, &c. num. 191.

Iudæi licet ſint inimici crucis, multos habeant errores, et propterea eſſe iudæus ſit crimen, tamen Eccleſia eos tolerat, donec pacificè viuunt, num. 192. Imò tolerat eorum ritus, num. 193. Principes eos, quamdiù pacificè viuunt, non debent expellere ſine cauſa, num. 195. Et multò minus debent eis bona auferre, num. 196. Et quæ ſint rationes, quare hæc omnia tolerentur in Iudæis; num. 197. & ſeqq. Et licet contra hæc, quæ dicuntur de non expellendis, & de non auferendis bonis, teneant aliqui, num. 200. Tamen concordantur, vt eorum opinio procedat, quando Chriſtianis ob non expulſionem immineret periculum, vel ſcandalum, &c. num. 201.

Iudæi quatuor centum, & viginti millia fuerunt expulſi à Rege Hiſpaniarum, & quare, ſub num. [illegible]

Iudæorum errores ſunt multi, num. 203.

Synagoga, Meſquita, Eccleſia — quid ſignificent, ſub num. 203. decl. prima.

Congregationis nomen vnde profluat, ibidem.

Iudæis permittitur habere ſynagogas veteres, & qui in eas irruerent, iubentur emigrare, ſub num. 203. decl. 2.

Iudæi non poſſunt habere nouas ſynagogas, ſub num. 203. illat. 1. Et quare, ſub eod. num. 203. comp. 3.

Iudæi, ſi veteres ſynagogæ minentur ruinam, aut collapſæ ſint, poſſunt eas reparare, & reædificare, dummodo earum formam non immutent, &c. ſub num. 203. illat. 2.

Synagogæ veteres ſi fuerint funditus deſtructæ, Iudæi an poſſint eas reædificare, & concluditur quod non poſſunt, ſub num. 203. illat. 3.

Oratorium priuatum in domo ad orandum, & contemplandum licet non ſolum Chriſtianis, ſed etiam Iudæis habere, ſub num. 203. decl. 3.

Area ſeu ſolum dicitur pars principalis ædificij, &c. ſub num. 203. confir. 2.

Vſusfructus accreſcit nudæ proprietati, data pignori, &c. ibidem.

Aedificium deſtructum, & reſtauratum, idem repu-

reputatur quoad iura ſeruitutum realium, ibidem.

Ædificatum ſemper cedit ſolo, ibidem.

Populus, qui eſt hodie, reputatur idem, qui fuit centum ab hinc annis, ſub num. 203. confir. 3.

Nauis licet ita ſæpe refecta ſit, vt nulla tabula ex primis permaneat, tamen eadem reputatur, ibidem.

Domus, cuius tigna ſunt depoſita vſque ad aream, ſi reſtituatur ex eadem materia, an & quando dicatur alia domus, & quando eadem, ſub num. 203. comprob. 1.

Nuntiatio noui operis non habet locum in reficiente vetus ædificium, quod non ex toto rueris, ſecus ſi funditus eſſet deſtructum, ſub num. 203. compr. 2. in fine.

Iudæi non ſunt hoſtes populi Romani, & vbique parati ſunt ſeruire, cum proprium non habeant Principem, num. 234.

Iudæi diligi debent à Principe, tanquam proximi, num. 236.

Iudæi aliquando Romæ conuertuntur, & poſtea diſputant contra Iudæos, ſub nu. 197.

Iudæi ſunt tolerandi. tùm quia aliqui debent ſupereſſe in fine mundi, num. 198. Tùm quia nobis ſtudentibus, tanquam capſarij, codices portant, num. 199.

Iudæi ſunt peiores Sarracenis, num. 240. & 241.

Vitium, quod eſt in amore laudis, reputatur virtus, &c. ſub num. 199. verſ. imò non ſolùm.

Saraceni innumeros Deos, Deasq. imò, & dæmones adorant, & prætendunt diuinare, & talia agentes in dominio Chriſtianorum, non tolerantur, num. 204. Et adorant Maumethum, num. 205. Vnde dicantur, num. 206. Aliqui tamen, qui dicuntur Sammaritani, receperunt aliquot libros teſtamenti veteris, num. 207. Hi Saraceni nullam habent iuriſdictionem, licet de facto Principes infideles eam occupent, & tanquam latrones, num. 209.

Gentiles, Saducæi, Pagani, } qui ſint, num. 208. Et quare Iudæi ſint peiores ipſis, num. 240. & 241.

Turcarum Dominus, Chriſtianorum inimicus, licet ſecundo rerum euentu elatus, Chriſti fideles non deſinat vexare, num. 21.. Tamen eius dominium eſt iniuſtum, num. 2... Quare autem Deus toleret illud dominium, victorias Turcarum, & vexationes contra Chriſtianos, non eſt noſtrum perſcrutari, num. 213. Rationis tamen perſcrutatio, quæ fieri poteſt, adducitur, num. 214. & ſeqq.

Subditi tenentur obedire ſuis Principibus, etiam infidelibus, num. 220. & 258.

Hieruſalem regnum potuit Papa concedere Carolo Regi, & eius ſucceſſoribus, ſub num. 224. verſ. prima.

Epiſcopos poteſt Papa conſtituere etiam in terris Saracenorum, ſub eod. num. 224. verſ. ſecunda.

Indiarum regnum licitè Rex Hiſpaniarum expugnauit, & adeptus eſt, accedente auctoritate Pontificis, num. 226.

Licita ſunt multa, quæ non expediunt, neque ſunt honeſta, num. 233.

Proximi noſtri, qui dicantur, & an Iudæi, Saraceni, & alij infideles, num. 236. & ſeqq. Et quot modis quis poſſit dici proximus, num. 238.

Homicidium an ſit maius delictum quando occiditur Chriſtianus, an verò quando occiditur infidelis, num. 239.

Eccleſia non flectit genua pro iudæis, ſub num. 240. Principatus boni ſunt tres ſpecies, & totidem ſunt principatus mali, num. 242.

Regnum eſt ſpecies principatus, &c. ſub eodem num. 242.

Princeps quamdiu gubernat in finem communem, & bonum, dicitur princeps, cum verò in finem, & bonum proprium, dicitur tyrannus, num. 243.

Monocratia, Ariſtocratia, Policratia, Democratia, Oligarchia } quæ dicantur, ſub num. 242. & ſeqq.

Tyrannis, & Tyrannus, qui ſint, ſub num. 243. & ſeqq.

Monocratia ſicut eſt melior ariſtocratia, & ariſtocratia melior policratia, ita etiam in ſpecie oppoſita ſunt peiores, num. 247.

Roma habebat forſan olim multos Tyrannos, & ideò peſſimè regebatur; at temporibus noſtris iuſtiſſimo regitur Principe, num. 248. & 249.

Tyrãnus pluribus modis eſt tyrannus, n. 250.

Principes dicuntur habere principatum, Deo auctore, ſi rectè gubernent, num. 251. Sed ſi malè gubernent, dicuntur habere, Deo ſinente, num. 252.

Cauſa propriè quæ dicatur, num. 254.

Cauſæ proximæ, & immediatæ tribuitur effectus, ibidem.

Cau-

Cauſa proxima attenditur, et non remota, ibidem.

Principibus non licet reſiſtere, num. 256. Imò ſunt ij magna reuerentia colendi, nu. 257. Eſiq. eis parendum etiam ſi diſcoli, mali, et infideles ſint, num. 258. Dummodo quæ imperant, non ſint contra legem naturæ, num. 259.

Leges Principum quare dicantur diuinæ, num 260. Et obligent in foro conſcientiæ, num. 261.

Seductores, et Antechriſti } *poſt Chriſti aduentum qui ſint, num. 264. et 265.*

QVAERO I. quare initio ſententiæ ponamus iſta verba (in Dei nomine.)

Antequam accedamus ad huius primæ quæſtionis diſcuſſionẽ, præmitto, quæſtionem hanc cæterarum quæſtionum importantiam excedere, eſſe quæſtionem vtiliſſimam, & omnino neceſſariam, quia in ea venit agendum de inuocatione diuini nominis, prout iudici, ſententiam dicturo, eſt quædam tacita monitio ad rectè iudicandum, quia debet is timere Deum, cuius nomine iudicat: venit etiam agendum de dominio, & poteſtate Dei, de regno Chriſti, & quomodo ab eo procedat iuriſdictio omnium iudicum in ferendis ſententijs, & de multis alijs, quæ ab hac pendent quæſtione, & ad noſtræ fidei cognitionem non parum conducunt: Quamobrem ſi in aliqua materia totis ingenij viribus, & elaborata, ac copioſa doctrina eſſet agendum, hanc eſſe non dubito: Nos tamen de his agemus non aliter, niſi vti iureconſultus ad moralem, & forenſem vſum.

1 His breuiter præmiſſis; reſpondeo, quatuor poſſe huius initij conſiderari cauſas, ſiue rationes.

Prima ratio, cæteris elegantior, & vtilior eſt; quia quilibet miniſter, faciens, & adminiſtrans alieno nomine, debet exprimere cuius nomine facit, vt innuit Redemptor noſter in Io. 10. num. 25. *Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me*. Et omnis Chriſti actio eſt no-
2 ſtra inſtructio, vt dixi infra num. 15. † Et qui non exprimit cuius nomine facit, videtur facere nomine ſuo, quia perſona extrinſeca non intelligitur, l. 126. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. ff. de verb. oblig. & hanc eſſe regulã ſcribit Bar. in q 5. adnuntia. ſub num. 5.
3 verſ. tertio ſic. † Vnde ſoluens, præſumitur ſoluere debitum, pro quo tenetur nomine proprio, & non pro quo tenetur nomine alieno, l. 4. & magis. ff. de ſolut. licet ex illo textu potius colligatur, quòd ſolutio præſumitur facta in duriorem cauſam, & ſic ex cauſa magis neceſſaria, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 95.
4 & 98. † Et poſſidens præſumitur poſſidere nomine proprio; & tutor, qui poteſt emere nomine tutorio, & nomine proprio, præſumitur emere, & mercari nomine proprio: ſimiliter procurator, faciens actum, neceſſe eſt, vt, contrahendo, exprimat nomen officij; ad hoc vt faciat nomine procuratorio; alias videretur facere nomine proprio; ſed cum diſtinctione, vt nomine proprio dicatur contraxiſſe quoad tertium, cum quo contraxit, qui tertius id circo, quia habet eum obligatum, poteſt eum conuenire nomine proprio; quo verò ad mandantem, ſi præceſſit mandatum, & geſſit id, quod continetur in mandato, dicitur feciſſe nomine procuratorio; ideoque inter eos daretur actio mandati, vt hæc omnia ſequitur Surd. conſ. 19. nulla videtur. num. 7. & 9. lib. 1. idque eſt verum etiam ſi quis rem emat aliena pecunia, quia, ſi non exprimat pro quo emat, dicitur emiſſe pro ſe, & non pro eo, cuius eſt pecunia, Fab. de Mont. tract. de empt. & vendit. q. 9. & vlt. num. 2. fol.
5 66. inter tract. diuerſ. tom. 6. par. 1. † Verum tamen eſt, quòd quis dicitur contrahere nomine procuratorio, etiam ſi id verbis non exprimat, dummodo ex geſtis colligatur, vt latè ſcripſi infra num. 55. & conſequenter tunc non ipſe, ſed ille, pro quo contrahit, debet conueniri, quia agens alieno nomine, non obligatur de proprio, vt puta cum quis vendit rem, non vti ſuam, ſed vti alienam, ita vt emptor non poſſit prætendere ignorantiam, Surd. d. conſ. 19. num. 9. in fine, num. 10. & ſeqq. & ſub num. 30. in 2. reſponſ. & ſub num. 36. in 4. reſponſ. Sed an is, cuius eſt res, quæ fuit vendita, poſſit agere contra emptorem, diſtingue: aut emptor ſciebat, vendentem eſſe procuratorem illius, cuius erat res, quæ vendebatur, & tunc poteſt agere, Surd. eod. conſ. 19. num. 33. in fine, & nu. 34. & ſub num. 39. verſ. poſtremo. & num. 4. aut ignorabat, & tunc poteſt dubitari, per ea, quæ ſcribit Surd. ibid. num. 31. & 32. nam

nam ſi domino rei venditæ non obſtaret regula (quod meo nomine geſſum non eſt,ratum habere non poſſum) vtique poſſet agere contra emptorem, ſed ei videtur obſtare. Redeundo ad rem noſtram, dico quòd agens nomine ſuo, & pro ſe, quod agere debet pro alio, non eſt fidelis; ideoq. procurator ad emendum,ſi emat nomine proprio, quod emere debebat nomine alieno, tenetur in primis, ac ſi emiſſet procuratorio nomine, vt retuli infra num. 55. & ſeqq. & vlterius tenetur de fide rupta, & vbi pecunia ſit domini, qui eum conſtituit procuratorem, efficitur infamis, quia actio mandati directa infamat, & tenetur etiam furti, Surd. deciſ.304. quidam. num.12.& ſeqq. & Rot. diuerſ. deciſ. 149. pro informante. num. 5. par. 1. in vltim. recentior. & mandatarius, emendo ſeruum nomine proprio, tenetur mandati propter præcedens mandatum, ac ſi emiſſet nomine principalis, vt ex Bar. retuli infra num. 56. & licet efficiatur dominus ſerui, tamen tenetur crimine ſtellionatus, vt retuli in dicto meo tract. de commerc. §. 2.gl. 5.nnm.380. & 381. imò procurator, ſeu mandatarius debet eſſe magis fidelis domino, quàm alius extraneus;ideoq. non poteſt ipſe facere contra dominum, quod poſſet extraneus, l. 1. & ibi Cyn. Bal. & Salyc. C. de dol. mal. & retuli dicta gl. 5. n.378. Sed hanc doctrinā vidi quandoq.neglectam à quodā iudice;nā quidā cauſidicus, qui pecunias,quas hic Romæ pro cōficiendo extractu frauduléter à cliēte extorſerat, & in proprios cōuerterat vſus,aliaq.id genus perpetrauerat, ideoq. furta commiſerat,l.7.ſi is cui.C.de furt. fuit ab illo iudice ſine vlla moleſtia lætus dimiſſus cū notorio damno clientis, & Reipub. ſed id an gratia, fauore, aut per inſcitiam fecerit,ignoro;ſcio tamen quòd Romani minimos etiam exceſſus puniebant, nam quidam, quia equo ſibi commodato Romæ vſque ad Ariciam,ab Vrbe diſtantem decem millibus, aliquantò vlterius fuerat vſus, fuit furto damnatus, Gul. de Bened. in cap. raynutius. par. 2. in verbo, mortuo itaque teſtatore. il primo. num.119. in fine, de teſtam. fol.89. & par.3. in q. an occidere
6 peccatores liceat. ſub num.38. fol.49. † Et exercens dignitatem nomine proprio, quam debet exercere nomine alieno, dicitur vſurpare,& qui vſurpat honorem, ſeu dignitatem ſibi indebitam, peccat,Abulen.ſuper Matth. cap.24. q.37. verſ. ſecundo modò. fol. 464. par.6. & debet puniri,tanquam ſacrilegus,& nulla ignorantiæ excuſatione admiſſa, qui diuina præcepta neglexerit, l. prima. & ibi Bar. & Luc. de Penn. C. vt dignit. ord. ſeru. lib.12. Martin. Laud. tract. de dignit. q.50. fol. 1. & Bon. de Cortil. tract. de nobil.par. 6.num.1.fol.18.tom.16.

7 Sed omnis iudex eſt miniſter Dei,cap.45. quæſitū. 23.q.4.cap.27. non ſolum. cap.39. ſunt quædam. 23. q. 5. & habetur Apoſt. ad Rom. 13. num. 4. *Dei enim miniſter eſt tibi in bonum: ſi autem malum feceris; time: non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei, qui malum agit.* & num.6.*ideo enim & tributa præſtatis: miniſtri enim Dei ſunt.* Deuteron. 1. ſub num.17. *nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt,* & Paralip.2. cap.19. num. 6. *& præcipiens iudicibus, videte ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini etc.* And de Iſer. in vſib. fœud. in prælud. num.32.in fine: & demum omnis poteſtas eſt à Deo, vt dixi infra num. 91. & ſeqq. & num. 253. Quare hominem occidere grauiſſimum eſt; ſed quando iudex ritè, & rectè hominem condemnat ad mortem, hoc facit quia eſt miniſter Dei, Affl. deciſ. 391. fuit dubitatum. num.7. in fine; adde quæ ſcripſi infra gl.4.q.1. ſub num. 26. exempl. 3. & loco Dei ponitur ad dirimendum litigia; nam iudicium iſtud pertinet ad
8 Deum; † Et quia Deus non communicat tali modo cum hominibus, tradit iudicium hominibus, vt quidam per alios iudicentur, tanquam Deus iudicaret, Abulen. ſuper Exod.cap.22.q.7.initio, p.1.fol.416.

Ergo iudex debet exprimere, quòd ſententiam fert in Dei nomine.

Nota primo ex hac ratione importantiſſimum iudicandi munus, quod indifferenter aſſumimus,& cuique datur, & quanti ſint 1
ponderis prædicta verba (in Dei nomine) & nota vlterius eorum iudicum (ſi qui ſunt) ignauiam, ac prauam conſcientiam, qui,nulla horum verborum habita conſideratione, æſtimant ea, tanquam leuem cærimoniam, ignorantes hunc, quem explanauimus, ſenſum, pro quo adde omnino quæ ſcripſi infra gl.4 q.1.num.1.& ſeqq.

Nota ſecundo, quod iuxta auctoritatem adductam num.præced. inoleuit aliquibus in 2
locis mos portandi vnum enſem ante Magiſtratum, Reſt. Caſtal. tract. de imper. q.71. num. 5.& ſeqq. fol.61. tom.16. prout hunc

enſem

enſem portat famulus ante Senatorem Vrbis; ante Prætorem Ciuitatis Florentiæ, vt dixi infra gl. 6. ſub num. 20. & ante Prætorem Ciuitatis Lucæ, & alibi.

9 Secunda ratio eſt, quia miniſter eò magis æſtimatur, quò maior eſt poteſtas, & dignitas illius, quem vti miniſter repræſentat: ergo intereſt honoris, & reputationis ipſius miniſtri, vt exprimat cuius nomine agat, cum alias facilè contemneretur.

10 Tertia ratio eſt, quia omnis iudex debet exprimere ſuam iuriſdictionem, vt ex Spec. & Maran. retuli infra gl. 4. q. 10. num. 1. alias ſi eam videretur ignoraſſe, ſententia eſſet nulla, per ea, quæ ſcripſi dicta gl. 4. q. 4 num. 2. verſ. ſecundus caſus.

Sed omnis iudex habet iuriſdictionem à Deo, & ab eo recognoſcit auctoritatem, vt dixi ſupra num. 7. & infra num. 17. & ſeqq. ampl. 1. & ſeqq. & num. 91. 92. in fine, 93. & 253. & ſupra lib. 1. cap. 11. num. 3. Ergo omnis iudex debet in ſententia, per illa verba (in Dei nomine) exprimere ſuam iuriſdictionem.

11 Hinc apparet initium iniquitatis ſententiæ, quam Pilatus tulit contra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, dum ei ante ſententiam dixit: *mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te?* Io. 19. num. 10. nam iniquè ſibi poteſtatem, quam nō habebat, vſurpabat; quia iuſtitia dicit, non poſſum à me facere quicquam, & iudex æquitatis dicit, ſicut audio, ita iudico, iuxta ea, quæ latè ſcripſi infra gl. 14. q. 1. num. 6. illat. 3. & q. 8. num. 52. & Redemptor noſter, qui eſt iuſtus iudex, Iudæis dixit, *amen dico vobis: non poteſt filius à ſe facere quicquam.* Io. 5. num. 19. quare & apertè Pilato reſpondit, *nō haberes poteſtatem aduerſum me vllā, niſi datum eſſet tibi deſuper.* vt retuli infra num. 92. quæ omnia latius conſiderat S. Ambr. ſuper pſal. 118. beati immaculati. octon. 20. verſ. miſerationes. littera B. col 1069. tom. 2.

12 Quarta ratio, quæ conuenit ſententiæ, initianti. *Dei nomine inuocata* eſt, quia etiam ſi miniſter non teneretur exprimere cuius nomine agat, & cuius iuriſdictionem exerceat, tamen, ſi opus eſt, debet inuocare auxilium ſui ſuperioris, & ad eum recurrere, per ea, quæ dixi infra num. 73. Et inuocando nomen, dicitur inuocare auxilium.

13 Sed omnis miniſter Dei indiget eius auxilio, Ioan. 1. num. 3. *omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil.* l. 1. C. de vet. iur. enucl. *Deo auctore noſtrum gubernante imperium, quod nobis à cæleſti maieſtate traditum eſt, & bella fœliciter peragimus, & pacem decoramus, & ſtatum Reipub. ſuſtentamus, & ita noſtros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium, vt neque armis confidamus, neque noſtris militibus, neque bellorum ducibus, vel noſtro ingenio, ſed omnem ſpem ad ſolam referamus ſummæ prouidentiam Trinitatis.* §. quorum vtramque, in procem. Inſtitut. & cap. 7. qui ſine. 26. quæſt. 2.

Ex his omnibus firma infertur concluſio, quòd omnis iudex, tanquam miniſter Dei, debet, ſententiando, dicere (in Dei nomine) vel vt exprimat cuius nomine ſententiam ferat, vt in prima, & ſecunda ratione, vel, vt exprimat ſuam iuriſdictionem, vt in tertia, vel vt Dei auxilium inuocet, vt in quarta.

14 Confirmatur primo eadem concluſio alio exemplo Redemptoris noſtri, & Apoſtoli, qui ita obſeruarunt; nam Redemptor noſter in Ioan. 8. num. 16. ait, *& ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater,* & num. 27. *& non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum;* & Apoſt. ad Corinth. lib. 1. cap. 5. num. 3. & 4. *ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu iam iudicaui, vt præſens eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,* cuius Apoſtoli dicto nixus hoc idem ſeruauit Papa in cap. 2. veritatis. verſus finem, de dol. & contum.

15 Sed omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio, Ioan. 13. num. 15. *exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita, & vos faciatis,* & cap. 4. ſignificaſti. de elect. & ſecutus ſum in meo tract. de cōmerc. §. 1. q. 1. num. 42. & exemplum ſumere debemus etiam ab actionibus Apoſtolorum, prout fecit Papa in loco ſupra citato, & ſcripſimus nos eodem §. 1. q. 7 par. 1. num. 8. & declaraui eadem q. 1. num. 60. Ergo.

16 Confirmatur ſecundo, quia idcirco ſupremi iudices Regis ſententias concipiunt, tanquam eas proferat Rex ipſe; nam in Francia, quod Cancellarius loquitur, Rex pronunciare videtur; vnde Præſides parlamenti in cognoſcendo, & definiendo, loquuntur nomine Curiæ, & Cancellarius cuncta expedit nomine regio, Montaign. de auct. magn. conſ. num. 11. poſt Boerij deciſiones: ſimiliter in Regno Neap. Prorex pragmaticas, & conſtitutiones

tiones facit ſub nomine Regis, eodemq. nomine Conſiliarij Regij ſententias proferunt, vt ſcripſi infra gl.14.q.24.in fine,num.58. & Senatus Pedemontanus ſub nomine Sereniſſimi Ducis, Teſſ. in ſuarum deciſ. præfat. num.38.

Pro ratione huius confirmationis adde quæ ſcripſi ſupra num. 9.in ſecunda ratione.

Aduerte tamen quòd licet eas concipiant, tanquam ſi eas Rex ipſe ferret, tamen quia etiam Rex tenetur eas ferre in Dei nomine, vt dixi num. ſeq. ideo tenentur etiam ipſi eas ferre in Dei nomine.

17 Amplia primo hanc concluſionem, ita rationatam, vt procedat etiam ſi iudex eſſet Rex, quia Rex eſt miniſter Dei, Sapien. 6.num.2. & 4. *Audite ergo reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ, &c. quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur, quoniam, cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis, etc. neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, etc.* Affl.in conſtit.Regn.Neap.in procem.ſub num.21.not.14.

18 Confirmatur hæc ampliatio ex antiquo & & continuo vſu: ita enim ſe inſcribunt Chriſtianiſſimus Rex Franciæ, *Henry per la grace de Diu Roy de France, etc.* Et Catholicus Rex Hiſpaniarum. *Philippus Dei gratia Rex, etc.*

19 Amplia ſecundo, vt habeat locum etiam in Papa, quia eſt Vicarius Chriſti, vt dixi infra num. 125. vnde ipſe, ferendo ſententiam in cap. 8. veritatis. verſus finem, de dol. & contum. eam fert in nomine Domini, & ibi notat Abb.num.11.

Confirmatur hæc ampliatio, quia ſi Chriſtus, cuius eſt Vicarius, operabatur in nomine Patris, vt dixi ſupra num.14. quantò magis id facere debet Papa?

20 Amplia tertio, vt procedat etiam in Imperatore, quia etiam ipſe eſt miniſter Dei, auth. habita. *ad obediendum Deo, & nobis eius miniſtris.* & ibi Bal. ſub num. 13.
21 not.6. C.ne fil.pro patr. † Et dicitur etiam Vicarius Dei in temporalibus, Reſt. Caſtal. tract. de imper.q.2.& 4.num.5.tom.16.fol. 31. & 33. & vocat ſe ſeruum Dei, vt dixi infra gl.4.q.2.num.57. in fine.

22 Confirmatur hæc ampliatio, quia Imperator profitetur, ſe imperium, & iuriſdictionem recognoſcere à Deo, vt dixi ſup. num. 13. quare hac vtitur inſcriptione. *Carolus V. Dei gratia Rom. imperij ſemper Auguſt.&c.* vt totam intitulationem ponit Reſt. Caſtal. tract. de imper. quæſt.42. num. 8. fol. 46. tom.16.

23 Amplia quarto, vt procedat in omnibus potentibus, Prouerb.8.num.15. & 16. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam.*

24 Subamplia has ampliationes, vt hi proceres, qualis eſt Papa, magis quàm infimi ſubſellij iudices teneantur ſententias in Dei nomine ferre, tum quia quò magis proceres ſunt, eò magis immediate à Deo iuriſdictionem recognoſcunt, licet enim omnis poteſtas ſit à Deo, vt dixi infra num.82. & ſeqq. & num. 92. & ſeqq. tamen poteſtas Papæ ſingularius, & magis immediatè eſt à Deo, quàm alia quæcunque, quia ſicut Deus generaliter eſt in omnibus rebus creatis per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, in ſuis autem fidelibus eſt ſpeciali quodammodo per gratiam, & charitatem, ſic licet in electione omnium poteſtatum Deus operetur, quodam tamen ſingulari modo operatur in electione Summi Pontificis, & ab illo deriuatur omnis alia poteſtas, & ſtatus, qui eſt in Eccleſia, vt ex Aug. de Anc. ſequitur Card.Iacob.tract.de concil.lib.7.art.7. num. 49.il 2. verſ. licet enim. fol. 325. tom. 13. par.1. & facit, quod ſcripſi infra num.85. & ſub num. 87. & num. 83. tum quia à maioribus diſcunt minores, nam facilius eſt, errare naturam, quàm diſſimilem poſſe principem ſibi formare Remp. Socc. in cap. 24. qualiter & quando. not. 11. num.30. de accuſat. & ideo, *qualis rector eſt Ciuitatis, tales, et habitantes in ea.* Eccleſ.10.num.2.

25 Amplia quinto, vt procedat tàm in iudicibus, & proceribus Chriſtianis quàm in Paganis, Gentilibus, Mahumethanis, Turcis, Mauris, Sarracenis, Iudæis, & alijs infidelibus, quouis nomine nuncupatis, quia etiam iſti inquantum recognoſcunt Deum omnipotentem, & Dominum dominantium, hac ipſa cognitione deberent etiam cognoſcere, quòd ſi ſententias ferant, eas ferre teneatur in nomine Domini: in quantum verò iniuſtè occuparent, & inuaderent regnum, & officium iudicandi, deberent illud dimittere, & conſequenter ceſſare etiam ab officio iudicandi: alias ſi non dimitterent, & non ceſſarent, facerent, Deo non iubente, ſed permittente propter noſtra peccata, vel ob

aliam

aliam iuſtam cauſam, vt dixi infra num. 214.
& ſeqq. dico, quòd ratione iniuſtæ occupa-
tionis, & vſurpationis, ac continui, & no-
torij peccati, in quo exiſterent, non poſſent
iudicare in nomine Dei; quia etſi flagitioſus
committat flagitia; Deo permittente, vt di-
xi infra gl. 14. q. 9. num. 2. & ſeqq. & num.
14. non tamen illa committit in Dei nomi-
ne, ita vt iuſtè committat, per ea, quæ di-
xi dicta gl. 9. num. 12. 14. & 15. neque
ſunt eius miniſtri, per ea, quæ ſcripſi infra
num. 263. niſi dicere velimus, miniſtros eſ-
ſe etiam eos, qui, Deo permittente, operan-
tur mala, iuxta ea, quæ ſcripſi ead. q. 9. num.
7. vide ad hanc ampliationem quæ ſcripſi
infra num. 39. & ſeqq. Cæterum quia etſi
infideles foris ſint, & ideo nihil ad nos; ta-
men aliqua de eis, & præſertim de Maome-
thanis referre exiſtimo, non eſſe inutile;
& aliqua declarare video eſſe neceſſaria;
ideo in primis ſciendum eſt, quòd Iudæi, &
Sarraceni non diffitẽtur, Deum eſſe vnicum,
& omnipotentem, S. Thom. in procem. ſuper
duas primas decret. impreſſ. inter comment.
Pegnæ ad Eymer. direct. inquiſ. par. 1. poſt 3.
26 comment. † Quòd Sarraceni colant Deum,
& Deum adorent, & ad ipſum oratione con-
fugiant pro remiſſione peccatorum, & aſ-
ſerant, eum ſolum eſſe victorem, & omni-
potentem, & in hoc ſint laudandi, ſcribit
Vital. in clem. vnica, num. 8. de iud. & ſar-
rac. & Deum vocant (Halla) Gloſ. in dicta
clement. vnica, in verbo, zabazala. & Marq.
de Suſan. de iud. & al. infid. par. 2. cap. 5.
27 num. 10. fol. 45. tom. 14. † Et quòd Mau-
methiſtæ per Euangelij prædicationem fa-
cilius, quam antiqui, & alij gentiles con-
uerterentur ad Chriſtum, quia ipſi non ſunt
idolatræ, ſed adorant Deum, ſcribit Marq.
dicto tract. de iud. & alijs infidel. par. 3. cap.
1. num. 33. fol. 56. tom. 14. ideoq. ipſi in
viam veritatis facillimè tenderent, ſi admit-
terentur, qui eos inſtruerent, & docerent, vn-
de ortus ſit Maumethes, eorum legiſlator,
quomodo natus, & nutritus, & nullis vnquã
prophetarum vaticinijs prædictus, ſicut præ-
dictum eſt de Chriſto Ieſu Domino noſtro,
vt ſcribit idem Marq. eod. cap. 1. num. 36.
nam ipſi in paucis diſcrepant à nobis: cre-
dunt enim, Ieſum fuiſſe Prophetam magnum,
& vltimum Hebræorum Prophetam; & flatu,
vel Spiritu Dei conceptum, & de Virgine
ſine virili ſemine natum; credunt etiã, Ieſum
habuiſſe poteſtatem à Deo mirabilia fa-
ciendi, ſanandiq. omnem languorem, & in-
firmitatem, eijciendiq. dæmones, ſuſcitandi
mortuos, & alia mirabilia de eo per Euan-
geliſtas enarrata, credunt etiam quòd Ieſus
ſciuit, & ſciat omnia ſecreta cordium, &
omnes libros, & omnem ſapientiam Moyſi,
& quòd contẽpſit diuitias, & abiecit carna-
les concupiſcentias, & quòd non habuit de-
lectationes, quæ ſunt cauſa peccandi, vt
hæc omnia ſcribit Marq. de Suſan. d. cap. 1.
28 num. 34. ſol. 56. † Vlterius quidam ex Sar-
racenis receperunt quinque libros Moyſi,
ſed prophetias abiecerunt, Spec. tit. de iud.
& ſarrac. §. 1. num. 5. verſ. & ſcias. fol. 183.
lib. 4. Hoſt. in ſum. tit. de ſarrac. §. & vnde
dicantur. num. 2. in fin. fol. 236. & Alex. conſ.
130. ſuper eo. num. 2. in fine, lib. 7. & quòd
Maumethanis præcipiatur in Alcorano, vt
credant libris Moyſi prophetarum, & in eo-
rum lege habeant, quòd Angelus Gabriel
dixerit Mariæ; ò Maria, Deus te elegit, &
decorauit te gratia, &c. ſcribit idem Marq.
eod. cap. 1. num. 34. verſus finem; imò vi-
ſitantes ſepulcrum Maumethicum, non exi-
ſtimari, omnino purificari, niſi ſimul viſitent
29 locũ, vbi ſepulta ſuit Maria Virgo, † & ſi quis
Iudæus fieri vult Maumethanus, cogi prius
credere Chriſto, ideoque prius interrogari:
credis ne, Chriſtum fuiſſe flatu Dei ex Vir-
gine natum, & vltimum prophetam Hebræo-
rum? quo confeſſo, fieri Maumethanum,
ſcribit idem Marq. dicto cap. 1. num. 34. ver-
30 ſus finem, & num. 35. † Amplius cantant
hymnos Dauiticos, ſicut nos Chriſtiani, &
apud illos extant conuentus religioſorum,
ex ordine Heliæ, ex ordine Ioannis Bapti-
ſtæ, & ex ordine Ieſu, quem vocant pro-
phetam magnum, Marq. dicto cap. 1. num.
34. in fine, & num. 35. & quia omnes etiam
Maumethani credunt in Deum, ideo, eo in-
uocato, iurant, vt ſcripſimus lib. præced.
cap. 8. num. 635.

31 Ratio quare omnes conueniant in hoc,
quòd ſit Deus, & plerique etiã in hoc, quòd
ſit vnus, eſt, quia Deum eſſe, eſt per ſe no-
tum, cum eius notitia ſit naturaliter inſerta
menti humanæ, vt ſcribunt, & explicant Ni-
col. de Lyr. in Exod. cap. 5. ſub littera D. in
verbo, neſcio dominum. ſol. 134. & S. Tho.
in ſumm. par. 1. q. 2. art. 1. & quòd ſit natura-
le, vnum, & ſolum Deum creatorem colere,
ſcribit Innoc. in cap. 8. quod ſuper. num. 4. in
fine, de vot. & quòd religio erga Deum ſit de
iure genitũ, quia iſte inſtinctus eſt apud om-

nes gentes mundi, & ex hoc appareat, quòd eſt Deus, quia alias non eſſet poſſibile, quòd iſte inſtinctus eſſet ita apud omnes; & quòd credens contrariũ, ſit ſtultus, ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 1. §. ius genitum. ſub num. 2. not. 1. ff. de iuſt. & iur. & quòd nemo poſſit ignorare, Deum eſſe, niſi ſit omnino inſipiens, ſcribit Abulen. ſuper Matth. cap. 11. q. 60. verſ. primo modo. par. 3. fol. 496. & adde quæ ſcripſi infra num. 38. hancq. ſtultitiam innuit Pſal. 13. & 52. initio, *dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus*.

32 Imò non ſolum naturaliter cognoſcimus, eſſe Deum, ſed eſt etiam naturale, vt vnum, & ſolum Deum creatorem colamus, Innoc. in d. cap. 8. quod ſuper. num. 4. in fine, de vot. & quòd propterea Imperatores idolatræ peccabant contra legem naturæ, quæ vult, vnum Deum coli, & tales dici poſſint apoſtatæ à lege naturæ, ſequitur Albert. in rubr. q. 2. num. 30. in fine, de hæret. fol. 330. inter Repeten. vol. 5. & hanc Dei vnitatem ignorare eſſe ignorantiam, vel affectatam, aut craſſam, ſupinam, & ideo damnabilem; ſequitur ſub eodem num. 30. & quæſt. 8. num. 27. fol. 339. nam ſi vnum eſſe Deum naturalis ratio demonſtrat, per ea, quæ ſcribit Lact. Firm. lib. 1. de falſ. relig. cap. 3. & Poetæ, & Philoſophi gentiles, hac naturali ratione ducti, hoc affirmarunt, vt ex eorum dictis oſtendit idem Firm. eod. lib. 1. cap. 5. & naturalem hanc rationem ab ipſo Deo habemus, quis contra eũ nõ peccaret, ſi aliter ſentiret, & qua ignorantia excuſari poſſet? adde, quæ ſcripſi ſupra n. 25. & 26. & infra n. 78. in fin. n. 112. & 165.

33 Declara primo hanc ampliationem, vt quamuis Maumethani, ſeu Sarraceni, & ſimiles ſint laudandi, in hoc, quòd vna nobiſcum Deum colunt & adorant, tamen peſſimè faciunt, dum noſtræ fidei, & Chriſti legi aduerſantur, vt faciunt Iudæi, hæretici, & ſimiles, de quorum perfidia, & erroribus non eſt, vt hic plura verba faciamus; & prout aduerſantur Maumethani, ideſt, Sarraceni, qui colunt diem veneris, ſicut nos diem Dominicam, & hoc propter Venerem, quam aſſerunt deam planetarum, aſſerentes, quod antequã Deus cælum, & terram creaſſet nomẽ Machometi ſtabat in conſpectu Dei, & niſi ipſe Machometus fuiſſet, nec cælum, nec terra, nec mũdus fuiſſet, vt ex Laud. recenſet Card. in clem. vnica, ſub num. 4. de iud. & ſarrac. & dum dicunt, quod Maumethus habet quaſi poſſe Dei, & ipſum venerantur, vti ſanctum, vt recenſet Vital. in d. clem. vnica, num. 8. de iud. & ſarrac. & cum magna veneratione accedunt ad ſepulcrũ Maumethi, quod ſepulcrum eſt ferreum, & ſtat in aere inter montes virtute magnetis circumpoſiti, & dicitur, quòd non poteſt videri, niſi per vnum foramen, quòdq. ſi aliquis videt, is facit ſibi erui oculum, qui vidit, aſſerens, eſſe indecens, quòd cum illo oculo deinceps videat aliquid aliud, vt recenſent, Card. in d. clem. ſub nu. 4. & Vital. num. 59. de iud. & ſarrac. & Dec. in cap. 6. porrecta. initio de confirm. vtil. ſcribens, quòd venerantes, colenteſq. Maumethi fidem, ſi illius imaginem videre illis contingat, propria ſpontè excœcari ſolent, quòd nihil dignius; nihilq. præclarius inſpicere poſſint. † Sed ego dico, quòd quantum

34 ad ſepulcrum in aere conſiſtens virtute magnetis, id mihi videtur difficile, quia etſi magnes lapis ſit mirabilis ferri raptor, vt dicit S. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 21. cap. 4. verſus finem, littera G. tom. 5. dicens, quòd ipſe, cũ primum vidit, vehementer inhorruit: quippe cernebat à lapide ferreum anulum raptum, atque ſuſpenſum, deinde, tanquã ferro, quod rapuerat, vim dediſſet ſuam, communemque feciſſet, idem anulus ſuſpendit alterum anulum ſibi admotum, ſicq. vt ille prior anulus lapidi, ſic alter anulus priori anulo cohærebat: acceſſit, inquit, eodem modo tertius, acceſſit & quartus; iamq. permutua connexis circulis non implicatorũ intrinſecus, ſed extrinſecus adhærentium, quaſi catena perpenderat circulorum; imò, (quod vt inquit multò eſt mirabilius) refert ſe à fratre, & coepiſcopo ſuo Seuero Meliuitano audiuiſſe, quòd quidam Comes Aphricæ tenebat magnetem ſub argento, ferrumq. ſuper argentum ponebat, & deinde cum ſubter mouebat manum, qua magnetem tenebat, ferrum eodem modo deſuper mouebatur, argento medio nihil patiente, & ſic eodem concitatiſſimo curſu, ac recurſu, quo mouebatur magnes, rapiebatur ferrum: ſcribit etiam de iſto magnete ſe legiſſe, quòd cum iuxta magnetem ponitur adamas, tunc non rapit ferrũ, & ſi iam rapuerat, vt ei appropinquauerit, mox remittit: hæc ſunt quæ ſcribit S. Auguſt. in loco ſupra proximo citato: licet ergo magna ſit concordia lapidis magnetis cum ferro, vt dicit Plin. natur. hiſtor. lib. 34. cap. 14. verſus finem, ſeu talis ſit concordia, & ſympathia, vt quamuis nihil ſit lapidis rigore pigrius, nilvè ferri duritia pu-

pugnacius; trahatur nihilominus à magnete lapide, denominatrixque illa rerum omnium materia ad inane neſcio quid currat, atque vt proprius veniat, aſsiſtat, teneaturque, & complexu hæreat, vt ſcribit idem Plin. lib. 36. cap. 16. Tamen ego non vidi, quòd magnes firmet ferrum in aere ſine aliqua adhæſione; & proinde ſi quis manu teneat vnam clauem ſub magnete cum aliqua diſtantia, & ſub illa claue ponat aliam, illi primæ adhærentem, hoc eſt verum, quòd hæc alia clauis virtute magnetis diſtantis adhæret ex ſe tenaciter illi primæ, ſed tamen neceſſe eſt, vt primam, cui adhæret, quis manu teneat; alias neutra ſtaret in aere, hocque experimentum vidi in magnete, qui eſt in palatio veteri Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, niſi forſan ferrum ſupra, & infra circum circa habeat lapidem magnetem, vt videtur teſtari idem S. Auguſt. de ciuit. Dei. lib. 20. cap. 6. fol. mihi 216. tom. 5. vbi, loquens de eadem re, inquit (vnde factum eſt, vt in quodam templo lapidibus magnetibus in ſolo, & in camera pro portione magnitudinis poſitis, ſimulacrum ferreum aeris illius medio inter vtrumque lapidem, ignorantibus quid ſurſum eſſet, ac deorſum, quaſi numinis poteſtate penderet.).

35 De iſto Maumetho, ſeu perfido Machometo fit execrabilis mentio in dicta clement. vnica, de iud. & ſarracen. & ibi Gloſ. in verbo, machometum. ſcribit, quòd ex hiſtoria eccleſiaſtica legitur, fuiſſe nutritum à quodam clerico, nobili Romano, qui Machometus cũ tempore Bonifatij Papæ Quarti quædam petita impetrare non potuiſſet, apoſtatauit à fide, & nutriuerat illum cum quadam columba alba, quæ recipiebat grana de aure eius, & per hoc ſic erudita, quando volebat Machometus, illa ponebat in publico os ad illius aurem, & ſic dicebat, quòd Spiritus ſanctus alloquebatur, & inſtruebat illum: iſte poſtmodum dedit legem Sarracenis: ſed hoc, quod ex Gloſ. nunc retulimus, id nullo pacto verum eſſe teſtatur Pegn. ad direct. inquiſit. Eymeric. par. 2. comment. 46. verſ. vnde nullo pacto. nam Machometum fuiſſe Arabum, & laboraſſe morbo comitiali, habuiſſe vxorem locupletem, cui ſuadebat, quòd Archangelus Gabriel de cælo deſcendebat, ad ei reuelandum quædam ſecreta; & quia illius conſpectum ferre non poterat, ipſe, ſubor-ta vertigine, humi procumbebat, ſcripſit Ioan. Zonar. cuius verba latius refert, & ſequitur Pegn. d. comm. 46. verſ. à maumetho. & ſeqq. Vltra Gl. prædictam dicit Laud. iſtum Machometum fuiſſe inſtructum per quendam Sergium monachum, qui propter hæreſim Neſtorij fuit ab alijs fidelibus monachis expulſus, & de conſilio dicti Sergij Machometum dediſſe legem Sarracenis mixtam, & tractam de lege veteris teſtamenti, & noui, & incepiſſe anno ab incarnatione 627. vel circa, imperante Eraclio, vt refert Card. in d. clem. ſub num. 4.

36 Vbi fuerit fundata hæc Maumethis calliditas, & verſutia in condendo legem, ſcribit Marq. de Suſan. tractat. de iud. & alijs infidelibus. pat. 3. cap. 1. num. 38. fol. 57. tom. 14.

37 De Maumethanorum erroribus, quòd habeant tot vxores, quot alere poſſunt exemplo Machometi; quòd credant in alio ſæculo ſe habituros virgines, & luxurientur, & in hoc ſæculo, quando ieiunant, abſtinent tota die, & nocte præcedenti, & ſequenti comedunt ad libitum, refert Card. in d. clem. vnica, num. 4. in fine, de hæret. & quòd per lotionem manuum, pedum, & partium exteriorum corporis, etiam pudendarum credant mundari à peccatis, & nonnulli eorum credant, paradiſum in alia vita conſiſtere in eſu mellis, & panis, lactis fluuij currentis, atque frequenti concubitu virginum puellarum, ſcribit Eymer. in direct. inquiſ. par. 2. quæſt. 21. in fine, & qui de eorum erroribus plura vult videre, legat Simanch. Albert. & alios, quos citat Pegn. ad Eymer. dicta quæſt. 21. comment. 46. verſ. de his multa.

38 Declara ſecundo, vt quamuis daremus, reperiri Atheiſtas, & Epicuræos, tamen dicimus, quòd etiam iſti cognoſcunt, eſſe Deum; qui enim cælum, ſtellas, & alia opera præclara, & miranda contemplatur, quomodo credere poteſt, Deum non eſſe? ſint ergo homines corporis voluptatibus quantum velimus addicti, & tanquam Ariſtippi, ſeu Epicuræi dicant; *Ede, bibe, lude, poſt mortem nulla voluptas:* tamen impoſſibile eſt, vt non credant, eſſe Deum, niſi ſint beſtiæ, vt aduertit Lactant. Firm. lib. 8. de diuino præmio, cap. 9. fol. 621. vel niſi ſint inſenſibiles & ſtulti: hinc faciamus iudicium de Diagora Athenienſi, qui dicebat, nullum eſſe omninò Deum, vt recenſet Lact. Firm.

de ira Dei, cap.9. fol. 698. & de nonnullis alijs,vt per eundem Firm.lib.1.de falſ.relig. cap.2.Epicuræi enim etſi vitæ beatitudinem ponerēt in corpore,dicētes,vti porci,(manducemus, & bibamus, cras enim moriemur) vt de his ſcribit S. Auguſt.tract. de epicur.& ſtoic.littera I,& K,fol.282.tom.6.tamen ex hoc conſtat, eos ignoraſſe animam, ſed non conſtat mihi, eos ignoraſſe Deum; quare arbitror, vocari Atheiſtas, non quia non credant, eſſe Deum, ſed quia viuant ſine vllo cultu Dei, quòd ſi crederent etiam, ſeu ignorarent, eſſe Deum, dicendum eſſet cum Lactant. Firm. vbi ſupra, quòd non ſunt homines, ſed beſtiæ.

39 Declara tertio, vt licet hæretici, iudæi, & ſimiles credant in Deum, tamen quia ei non credunt ſecundum Chriſtianæ fidei præcepta; imò aduerſantur, non dicuntur miniſtri Dei,& conſequenter carent regno, dominio, & iuriſdictione, vt dixi infra nu.209. & 221.

40 Quare in primis hæretici non poſſunt eſſe iudices, Spec. tit.de iud. deleg. §.excipi poteſt.num.11. verſ. item quod eſt iudæus.lib. 1.fol.9. ſunt enim infames, excommunicati, & omni dominio, ac iuriſdictione priuati, Simanch.de cath.inſtit.tit.46. de pœnis,num. 58.& ſeqq.fol.182. tom. 11. par. 2, & ideo iudices eſſe nō poſſe, ſcribunt Ioan.Monach. tract. de defenſor. iuris . in verbo, contra iudices . num. 7. in vltimis verbis, fol. 123. tom.3.par.2. & Vant.tract.nullit. rubr.de nullit. ex def. iuriſd. deleg. num. 48. & 49. fol.396. tom.4.†

41 & propterea etiam eſſe nequeunt aduocati, tabelliones, aut procuratores, nec omninò publicum aliquod officium gerere poſſunt; imò Chriſtianis nullum cum eis debet eſſe commercium, Simanc.dicto tit.46.num. 61. †

42 & demum hæreticis ſunt per Principes ſeculares auferenda bona, & pœna mortis damnari debent, quæ eis hodie ſecundum conſuetudinem imponitur per ignem, quæ videtur de mente ſacræ ſcripturæ in Ioann. 15. num.6. *Si quis in me non manſerit: mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, et ardet*. Albert. in rubr. quæſt. 8. concl.7. num.30. de hæret. fol.339.vol.5.inter Repeten.

43 Similiter iudices eſſe non poſſunt Iudæi, Gloſ.in Auth. iuro ego. in verbo, chriſtum. iuſiurandum, quod præſtatur ab his, qui adminiſtr.accip. & ibi Bar.n.8.collat.2. Spec. in loco ſupra proximè citato, & Marq. de Suſan.tract. de iud. & al. infidel.par.2. cap. 6.nu.13.& ſeqq. fol.46.tom.14. †

44 quia qui eſt iudex,iudicatur eſſe nobilis, Bar.in l.12. iudices, num. 2. C.de dignit. lib. 12. & habere adminiſtrationem rerum eccleſiæ cum iuriſdictione eſt dignitas,vt,loquendo de dignitate eccleſiaſtica, ſcribunt Arch. in cap. 1. num. 2. de conſuet. in 6. B. Anton. tract. de excommun.cap.72. num.2.tom.14.fol. 381. Vant.tract.nullit.rubr.de nullit. ex defec.iuriſd. deleg. num. 70. fol.397. tom.4. & communiter omnes in diuerſis locis; & ideo Camerarius D. Papæ ſatis dici poteſt, quòd habet dignitatem, quia habet iuriſdictionem cum adminiſtratione, Arch.d.cap. 1.ſub num.3. & B. Ant. d.cap.72. ſub nu.5. & quòd qui præeſt, & adminiſtrat iuſtitiam, dicatur habere dignitatem,patet ex cap.26. adminiſtratores, 23.q. 5. & quòd quis dicatur in dignitate,etiam ſi cauſæ, in quibus iuriſdictionem habet, ſint modicæ, ſcribit B. Ant.d.cap.72. ſub.num.8. & de iudicum,& Magiſtratuū honore, & dignitate plura ſcribit Foller.in pract. crim.par.7.rubr.de laud. & fruct.offic.num.1. & ſeqq. fol.357.quem citaui etiam infra num. 257.& de multiplici ſpecie dignitatis, & de dignitate ſecularis poteſtatis, latè tractat Cæpol. tract.de imper.mil.deligen.in verbo, ratione dignitatis.num.1.& ſeqq. fol.313 tom.16.ſed iudæi ſunt indigni quolibet honore,& qualibet dignitate, l.vlt. C.de iud. & cælicol. & ideo iudæus non poteſt eſſe doctor, Bar. in l. 1. num.12. C.de nou.cod. facien.in l.49. omnes.num.2.C.de decur.lib.10. & in l.1. nu. 18.C.de dignit. lib. 12.& in l.3.generaliter. §.eis qui iudaicam. nu. 1.ff.de decur. Felyn. in cap. 1. num. 4. de iudæis, & ſarrac. & Marq.de Suſan. tract. de iudæis, & al. infid. in 2. par. princ. cap.7.num.1. tom.14. fol. 48.& dicit Bar. in d. l. omnes. num.2. quòd anno tunc præterito dixit duobus iudæis, qui erant ſufficientes ſcholares in medicina, quòd nullatenus recipiebant doctoratum, quia, vt dixi, iudæi ſunt incapaces dignitatis, & doctoratus eſt dignitas, vt dicunt Bar. & alij ſupra citati, & propter hanc dignitatem multas habent Doctores prærogatiuas; ſiquidem dicuntur ſtellæ in perpetuas æternitates manſuræ, & dicuntur ſplendor fulgens,dicuntur nobiliſſimi, & doctor ignobilis præfertur doctori nobili imperito, & ſcientia iuris ciuilis facit eius profeſſores per orbem terrarum ſolemniter principari, & ſe-

& ſedere in aula imperiali, & doctor, qui legit per viginti annos eſt, dux, & comes: item doctor eſt in dignitate, & gaudet priuilegio nobilium, & non poteſt prohiberi à delatione armorum; & quilibet magiſtratus debet doctorem, adſe venientē, inuitare ad ſedendum, niſi accederet ſolicitaturus rem propriam; & qui legit, dicitur ciuis loci, in quo legit, & pro iniuria, quæ doctori inferretur, competeret ei actio popularis, & filij Doctorum debent gratis promoueri: item doctor non poteſt capi perſonaliter, & capiens punitur pœna mortis, & habens ſcientiam eminentem, meretur facilè diſpenſationem & legum, & ſtatutorū, & cum habet hanc eminentem ſcientiam, indubitanter præcedit militem, licet alias ſit dubium: item doctor torqueri non poteſt; hæc omnia, citatis iuribus, & Doctoribus, ſcribit Felyn. in rubr. num. 5. de magiſtr. &c. & quòd cauſidici dicātur nobiliſſimi, & de eorum nobilitate vide, quæ ſcripſi infra gl. 4. q. 1. ſub num. 55. & quod doctor iudicetur eſſe nobilis, ſcribit Bar. in l. 12. iudices. num. 2. C. de dignit. lib. 12. & Imperator in l. 4. ex diui. C. loc. Vulpianum Iuriſconſultum vocat parentem ſuum, & quòd Imperator Vulpianum vocauerit nobiliſſimum, & Doctorem appellauerit amicum ſuum, ſcribit Marq. de Suſ. d. cap. 7. nu. 2. fol. 48. ſed iura quæ citat, non ſatisfaciunt, & quòd Iudices in eorū ſubſcriptioribus Doctores vocare non debeant fratres, quia Doct. ſunt viri excelſiores, habetur in l. 2. ſinguli. & in Gl. C. de offic. diuerſ. iud. & de decem priuilegijs Doctorum, vide Anch. in clem. cum ſit. num. 5. q. 2. de magiſt. & latè de his, & multis alijs eorum priuilegijs, vide Petr. Lenaud. tract. de priuil. doct. tom. 18. fol. 3. & ſeqq. & præſertim in 2. par. num. 1. & ſeqq. fol. 7. & de eorum præcedentia inter ſe, par. 3. num. 1. & ſeqq. fol. 9. & de dignitate legum doctoris comparata dignitati militis, vide Chriſt. Lanfranchin. Signor. & Petr. Calef. in eorum tract. tom. 18. fol. 21. & ſeqq.

Verum hæc priuilegia, & prærogatiuæ nō dantur Doctoribus ignorantibus, Felyn. in rubr. num. 6. verſ. ad tertium. de magiſtr. &c. dantur enim hæ prærogatiuæ ratione litterarum, & ideo de litteratorum prærogatiuis ſine alio titulo, ſcripſi infra gl. 3. q. 2. num. 49. & ſeqq. & quia hodie numeroſa eſt multitudo eorum, qui habent titulum doctoratus, & pauci ſunt docti, & litterati, & magis quandoq. valent fauores, & gratiæ, quàm litteræ, omnia ſubuertuntur.

Quod diximus, iudæum non eſſe admittendum ad aliquam dignitatem, procedit etiam in iudæo effecto chriſtiano, quantum ad dignitatem in ſpiritualibus, Alex. in addit. ad Bar. in l. 49. omnes. in littera b. C. de decur. lib. 10. & quod diximus, iudæum non poſſe creari doctorem, procedit etiam ſi talis iudæus nollet legere, Marq. de Suſ. d. cap. 7. ſub num. 1. fol. 48.

Demum Iudæis non ſunt aliqua publica officia committenda, per quæ occaſio eis tribuatur pœnam Chriſtianis inferendi, cap. 14. nulla. diſt. 54. cap. 31. 17. quæſt. 4. & cap. 16. cum ſit. & ibi Canoniſtæ, de iud. & ſarrac.

Quod etiam diximus, Iudæos non poſſe eſſe iudices, reſtringe, vt inter ſe ipſos poſſint fieri iudices, vt refert, & ſequitur Vant. tract. null. rub. de nullit. ex def. iuriſdict. deleg. num. 51. fol. 396. & quòd Iudæi poſſint eſſe arbitri inter Iudæos etiam ex forma ſtatuti mandantis, cauſas vertentes inter conſanguineos debere compromitti, firmat Blanc. tract. de comprom. q. 2. num. 20. & 21. in verbo, iudæus. tom. 3. par. 1. fol. 147.

45 Minusvè iudices eſſe poſſunt alij infideles, quia principes infideles aliquam veram iuriſdictionem non habent, ſecundum vnam opin. quam retuli infra num. 162. vbi videas.

46 Rationem quoad hæreticos, quare non poſſint eſſe iudices, vltra prædictas, quia ſunt infames, excommunicati, & priuati omni dominio, & iuriſdictione, quas adducit Simanch. dicto tit. 46. num. 58. & ſeqq. & quia non ſunt miniſtri Dei; addimus nos, quia ſi iſti non ſeruant iuſtitiam contractus, inter eos, & Chriſtum, celebrati in baptiſmo, quam ſeruabunt in cæteris contractibus, celebratis ab alijs?

47 Ratio quoad Iudæos, & ſimiles, vltra eam, quòd non ſunt miniſtri Dei, eſt duplex. Prima, quia iudices, in quantum Deus communicat eis officium iudicandi, & regendi, dicuntur Dij, vt ſecutus ſum infra gl. 4. q. 1. num. 1. & ſeqq. ſed iſti, loquendo de iudæis, ſunt potiùs à patre diabolo, Ioan. 8. num 44. *vos ex patre Diabolo eſtis*, & dicuntur progenies viperarum, Matth. 12. num. 34. & generatio nequam, Luc. 11. num. 29. & hac ratione, quia ſunt à patre diabolo, non ſunt à Dæmonibus ita obſeſſi, ſicut Chriſtiani, quia

iudæi ſunt filij diaboli, & diabolus non vexat alium diabolum, Marq. de Suſan, tract. de iudæis, &c. cap. 9. num. 2. fol. 35. tom. 14. vnde cum iudæus quidā improperaret Chriſtiano, quòd Chriſtiani vexarentur à dæmone, ſed iudæi nunquam, & ex hoc inferret, conditionem iudæorū, & ſectā eſſe Deo magis acceptam; Chriſtianus reſponſione congrua eum confundit, dicens (illi flagellantur à Domino, qui ab eo diliguntur; ſed diabolus alium diabolum non vexabit, ſicut digitus digitum intrare non poteſt) Archid. in cap. vſque. num. 2. diſt. 33. † Secunda ratio, & generalis quoad omnes infideles eſt, quia in aduentu Chriſti omnis iuriſdictio & principatus vniuerſi orbis fuit ei collatus, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 11. nu. 7. & infra hac eadem quæſt. num. 96. & ſeqq. Ergo alij, quàm illi, ad quos peruenit ex perſona Chriſti, iuriſdictionem, & imperium non habent.

49 Sed hæc ſecunda ratio non eſt bona, niſi pro ſententia eorum, qui tenent, infideles carere iuriſdictione.

50 Infero ex hac tertia declaratione, quòd ſententia, lata ab excommunicato, & ſimili, eſt nulla, Spec. tit. de ſentent. §. iuxta num. 2. lib. 2. fol. 171. & Andr. de Iſern. ſuper vſib. fœud. tit. de ſtat. & conſuet. &c. num. 34.

51 Amplia ſexto, vt iudex debeat ſententiare in Dei nomine non ſolum ex honeſtate, communi, & laudabili vſu; ſed etiam, inſpecta eſſentia, ſeu forma ſubſtantiali ipſius ſententiæ, ita vt ſententia, aliter lata, ſit nulla, etiam ſi circumſcriberemus honeſtatem, & communem vſum: ratio videtur duplex: prima, quia ex præcepto omnia, quæ facimus, debemus facere in nomine Domini, vt ſcripſi infra num. 70. ampl. 8. ſecunda, quia ſine nomine Domini videretur ſententiare nomine ſuo, per ea, quæ dixi ſupra num. 2. & ſeqq. verum nomine ſuo proprio nullam poteſt habere iuriſdictionem, ſed ſolum tanquam miniſter Dei, vt dixi ſupra num. 7. & ſub num. 10. Ergo ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis.

52 Contraria opinio, quòd ſententia ſit valida, tum quia illa ſolemnitas non ſit de ſubſtantia, ſeu forma, tum quia illa honeſtas, & communis vſus non neceſſiter, ſuadetur ex pluribus: Primo, quo etiam retorquetur prima ratio ampliationis, quia omnia facere debemus in nomine Domini, vt dixi ibi, & infra num. 70. & tamen, tacito Dei nomine, ſæpè edimus, bibimus, & alia facimus, & illa facta tenent. † Secundo & hoc videtur eneruari ſecunda ratio ampliationis, quia expreſſio eius, quod ineſt virtualiter, ſemper, notoriè, & neceſſariò, videtur ſuperflua; ſed notiſſimum eſt, præſertim inter Chriſtianos, quòd non ſolùm iudex ſententiam ferre non poſſet, niſi à Deo haberet iuriſdictionem, & poteſtatem, per ea, quæ dixi infra num. 92. & num. 253. & ſeqq. ſed neque quiuis alius quicquam facere poteſt, Deo non iubente, ſeu ſinente, vt dixi infra dicto num. 92. & latius num. 251. & 252. & infra gloſ. 14. q. 9. num. 2. Ergo illa expreſſio, vtì ſuperflua, non poteſt eſſe de ſubſtantia, ſeu de forma, & conſequenter etiam non eſt verum, quòd iudex videatur ſententiam ferre ſine nomine Domini. Tertiò, quia ſententia interlocutoria eſt ſententia, & tamen fertur, non appoſito nomine Domini, vt dixi infra num. 62. & in fine huius quæſt. ſub num. 267.

In hac controuerſia, pro, & contra adduci poſſunt opiniones, & diſtinctiones, quas in articulo, an inuocatio Domini noſtri ſit neceſſaria in inſtrumento, retuli lib. proximè præced. cap. 11. ſub num. 1175. & ſeqq. vbi videas.

Retenta hac contraria opinione, quæ mihi videtur vera.

Non obſtant primò rationes, adductæ pro ampliatione, quia ad eas patet ſolutio ex dictis in præcedenti contraria opinione.

54 Non obſtat ſecundo, quòd faciens actum, & non exprimens cuius nomine faciat, præſumatur facere nomine proprio, per ea, quæ adduxi ſupra num. 2.

Quia reſpondeo diſtinguendo. Aut non apparent coniecturæ, ſeu præſumptiones, quibus præſumi debeat contrarium, & tunc eſt verum, quòd præſumitur agere nomine proprio, præſertim ſi actus ſit vtilis agenti, quia quiſque præſumitur velle ſibi bonum, & charitas ordinata incipit à ſe ipſo, vt, loquendo generaliter, ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 1. num. 73.

55 Aut † apparent coniecturæ in contrarium: & tunc fortior coniectura, ſeu præſumptio tollit minus fortem, quia vna præſumptio tollit aliam, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 73. ſub. num. 2. verſ. minus obſtat. verſus finem; fortior autem præſumptio in agente, quòd egerit alieno nomine, eſt, quando ad faciendum illum actum præcedebat mandatum: nam ſicut poſſidens præſumitur poſſidere

dere ex titulo præambulo, vt colligitur ex l.2. C.de acquir. poſſ. cum ſimilibus, & ſcribũt Gl.vlt.in l.76. quædam mulier.in verbo, ſufficiebat.ff.de rei vend.Spec.tit.de emphy. §.nunc aliqua. nu. 73.verſ.58. quæritur. ſol. 107. Socc. conſ. 15. inſignis. num. 7. lib.4. Neuiz. conſ. 37. quod poſſit. num.18.Natt. conſ.506. cupiebam.num.31. & ſeqq.Curt. Iun.conſ.168. habita. num.32.in fine, & nu. 33. Cæph.conſ.152. quamuis.num.75.Bec. conſ.6. reuocatur. num.6. & Surd. conſ.19. nulla. num. 19. lib. 1. etiam ſi titulus præcedens fuiſſet inutilis, Curt.Iun d.conſ.168. ſub d.num. 33. & 34.& Cæph. d.conſ.152. num.75.Et, quod quis habet, præſumitur habere ex cauſa, quæ præceſſit, etiam ſi cauſa præceſſerit ex interuallo, Natt.d. conſ.506. num. 32.Et datum, ſeu aſſignatum, præſumitur datum eo titulo, quo dari debebat, Cæph.conſ.156.fructus.num.12.in fine.Et promiſſio, quæ non continet cauſam, refertur ad cauſam præcedentem, ſi aliqua præceſſerit, Felyn.in cap.ſi cautio.num.14. fall.12. de fid. inſtr. Cæph. d. conſ. 156. num. 13. & Surd.d. conſ.19.num. 20. Et fideiuſſor præſumitur ex *illa* cauſa fideiubere, quæ continetur in præcedenti actu, vt conſuluit Alex. conſ. 90. viſo inſtrumento. num. 11. lib. 3. quem ſequitur Surd. eod. conſ.19. num.23. Et ego ſi mutuaui tibi decem, & poſtea reperitur, quod tu per ſtipulationem promiſiſti mihi decem, præſumitur promiſſio propter præcedens mutuum, Alex. d. conſ. 90.num. 11. & Surd.d.conſ.19.nu.22. Et ſolutio, ſeu traditio ſubſequens, cenſetur facta vigore præcedentis obligationis, Cæph. eod. conſ. 156.num.15. Olaſch. deciſ.58. mater.num. 18.& Surd.d.conſ.19. num.20.& 21. etiam ſi præcedens obligatio eſſet inutilis, Cæph. eod. conſ. 156.num. 17. & Surd. eod. conſ. 19 num.21.& etiam ſi ſumma tradita, vel ſoluta non conueniat obligationi, vt quia ſit minor ea, quæ fuit promiſſa, Surd.vbi ſupra, & Curt. Iun eod. conſ. 156.num.16.Et demum actus, qui ſequitur, cenſetur factus ſecundum cauſam præcedentem, Curt. eod. conſ. 156.num. 14 & citato Crauet. ſcripſi infra gl.14.q.22. num. 28. imò non ſolum quid præſumitur geſtum ex actu præcedenti, ſed ille actus, qui eſt de ſubſtãtia rei geſtæ, quamuis non probetur, præſumitur præceſſiſſe ex longo tempore: & ideo ſi quis diu poſſedit rem fœudalem, ſeu emphyteuticam, præſumitur conceſſionem rei emphyteuticæ, vel fœudalis in perpetuum, vel ſolemniter præceſſiſſe, & inducitur præſcriptio conceſſionis fœudi, vel emphyteoſis reſpectu priuati; ſed reſpectu Eccleſiæ non præſumitur facta cõceſſio emphyteoſis, niſi vſque ad tertiam generationem, ita ſecundũ magis communem conclusionem ſcribit Balb. tract. de præſcript. in 1.par. tertiæ par.princip. q. 10. num.35. fol. 61. tom. 17. quia poſterius factum declaratur in dubio prius actum, Bal. conſ. 245. villa. num. 1. in fine, lib.3.& poſterior qualitas poſſeſſionis declarat quid à principio fuerit dubiæ intentionis, Bal.ibid. ſub nu.2.& ratio generalis ad omnia videtur, quia pluralitas actuum non præſumitur, niſi probetur, & ideo actus præſumitur geſtus ex cauſa præcedenti, & non ex alia cauſa, Natt. conſ. 506. cupiebam.num. 33. & quomodo poſſeſſio poſſit haberi ex diuerſis cauſis, & quare non item dominium, vide Paul. de Caſtro in l.3. poſſideri. §. ex pluribus. num. 1. & ſeqq.ff.de acquir.poſſeſs.& ſicut tutor, faciens id, quod iuſſit teſtator, præſumitur in dubio facere nomine pupilli, licet non exprimat, & ita præſumitur propter præcedens mandatum teſtatoris, Bar.in l.59.ſeu 49.qui negotiationem. ff. de admin. & peric.tut. ita etiam mandatarius, faciens actum ſibi mandatum, cenſetur illũ facere in executionem præcedentis mandati, ſeu tractatus, & tanquam procurator, licet hoc non dicat, & quamuis exprimat nomen proprium, vt latè ſequitur Surd.conſ.19.nulla videtur.num. 18. 24. & ſub num. 29. verſ. prædictis.
56 lib.1. † hincq. eſt, quòd licet quis emerit ſeruum nomine proprio, tamen ſi præceſſit mandatum, tenetur emptor, ac ſi expreſsè emiſſet procuratorio nomine alterius: vnde & fideiuſſor, qui emit nomine ſuo, tenetur mandati propter præcedens mandatum, ac ſi emiſſet nomine principalis, Bar.in q.5.adunantia. ſub num.4 ibi, quarto.& ibi, quinto. idq. eſt verum in mandato ſpeciali, ſecus in mandato generali ad negotia, vt declarat Surd.ſub d.num.29. & maximè præſumitur facere nomine alieno, quando eſſemus in actis iudicialibus, & vnum actum feciſſet tanquam procurator, quia ſi poſtea in eodem iudicio faceret vnum alium actum, & non dixerit, vti procurator, vel nomine talis, adhuc cenſetur facere nomine procuratorio, & videtur repetita illa qualitas, vt ſequitur Alex. in l. 126. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. ſub num.18.ff.de verb.oblig.

Sed

Sed omnia dicta in hoc ſecundo membro diſtinctionis concurrunt in caſu noſtro, quia iudex in iudicãdo eſt miniſter Dei, vt oſtendi ſup.num. 7. & etiam ex proceſſu ante ſententiam apparet, quòd eſt iudex,& ſic miniſter Dei: ergo ſi proferat ſententiam,non expreſſo cuius nomine ferat, intelligitur, quòd eam ferat in Dei nomine.

57 Vlterius reſpondeo, quòd actus cenſetur factus nomine adminiſtratorio, & non nomine proprio, quando ſub nomine adminiſtratorio valet, & ſub nomine proprio non valet; & ideo ſi monachus,habens adminiſtrationem, talem ſe nominans, agit actione, quæ non poteſt competere,niſi adminiſtrationem habenti, licet non dicat, quòd nomine tali, in dubio cenſetur illo nomine agere, Bellam. deciſ. 423. ſi monachus. & Felyn.in cap.16. cum ex officij.ſub num.31. in 6. concluſ. verſ. dixit etiam. de præſcript. hincque etiam eſt, quòd ſi Epiſcopus eſt etiam Comes, & cauſam, ad eum ſpectantem iure Comitatus,committit,dicẽdo (ego Epiſcopus) valet commiſſio in ſpecie, tanquam facta ratione comitatus, vt ex Bal. in cap. ex parte. il 2. ſub num. 1. de offic.del. ſequitur Felyn.ſub eodem num.31.in fine, verſ.ad hæc etiam.

58 Confirmatur multipliciter hæc vltima reſponſio.

Primo, quia quando quis habet poteſtatem aliquid faciendi, & illud facit, valet, licet non exprimat, vnde auctoritatem habeat;imò,quod plus eſt, etſi diſponens ignoret etiam, ſe auctoritatem habere, vt in caſu, quo Priores Peruſij miſerant quendam Florentinum in Siciliam pro frumento, promiſſa ei certa mercede,& non dixerant, ſe illum mittere ex auctoritate,ſibi conceſſa ab Adunantia Generali Communis Peruſij, argumentatur Bar. q. 5. adunantia.ſub num.1.

59 Secundo, quia quando aliquid poteſt geri duplici iure, ſemper videtur geri eo iure, quo geſtum melius valet, & quo melius gerenti licet, Bar.d.q.5.num.2. & ſcripſi latius infra gl.14.q.23.num.4.

60 Tertio,quia quando ille, qui habet officiũ, gerit aliquid ſuper re ſpectante ad illud officium,in dubio videtur gerere contemplatione officij, & hinc eſt, quòd pro illo geſto non obligatur nomine proprio,Bar.d.q.5.num.3. latè Surd. conſ. 19. nulla videtur. ſub num. 10.& 11.

Sed omnia hæc tria,adducta pro hac confirmatione, poſſunt applicari caſui noſtro. Ergo ceſſat omninò quod eſt adductum pro obiectione.

Non obſtat tertio, quòd Papa in cap. 8. veritatis. de dol. & contum. appoſuerit nomen Domini, & Abb. ibidem num. 11. notauerit illud cap. pro nomine Domini inuocando in principio ſententiæ, quia omnia, quæ facimus, in Chriſti nomine facere debeamus, & quòd Spec.tit. de ſenten.& de his, quæ ipſam ſequuntur. §. vt autem. ſub num. 6.18. & ſub num.28. fol.167. & ſeqq. lib. 2. ponendo formas ſententiarum in actione perſonali, aut reali, in matrimonio, vel ſponſalibus, & in excommunicatione, inchoet, in Dei nomine, ſeu ab auctoritate

61 Dei, † quia reſpondeo, quòd laudabiliter faciunt, ſed non quòd ſit neceſſarium; quare Spec. ponit formam, & initium, ſecundum communem ſtylum, & vſum, ſed nunquam dicit, eſſe formam neceſſariam; quod dixiſſet, & tractare debuiſſet, prout tractat de alijs articulis pertinentibus ad validitatem, & inualiditatem ſententiæ; imò ponit etiam formas ſententiarum, omiſſo illo initio, & Maran. in ſuo ſpec.par 6. in verbo, & demum fertur ſententia. ſub num.47.q.2. fol.439. tractans de his, quæ ſunt neceſſaria ad validitatem ſententiæ, nullum facit verbum de iſto initio ſententiæ (in Dei nomine)hæcq. reſponſio conſolidatur ex his, quæ ſcripſi infra num. 74 verſ declara.

62 Non obſtat quarto, quòd idem Spec.tit. de inſtrum.edit. §.breuiter. num.2. verſ.ante omnia. verſus finem, lib. 2. fol. 108. apertè ſentiat, nomen Domini eſſe neceſſarium in ſententia diffinitiua, dum inquit, in publicationibus actorum iudicialium, niſi ſit ſententia diffinitiua, non eſſe vim omitti inuocationem diuini nominis; prout minus obſtat, quòd Barbat. in rubr. ſub num. 89. verſus finem, ibi, ru verò pondera. & num.ſeqq. de fid.inſtr.fol.18.vol.4. inter Reperent. diſputando, an inuocatio Domini noſtri requiratur in inſtrumento, ita vt ſi omittatur, vitiet inſtrumentum, latè per plura argumenta firmet opinionem affirmatiuam, & prius nu. 82. & 83. contra Spec. dicat, inuocationem diuini nominis requiri etiam in ſententia interlocutoria, ex quò ſententia excommunicationis eſt interlocutoria, & tamen Papa in cap.8. veritatis.verſus finem, de dol. & contum.in eius prolatione apponit,in nomine Domini, & poſtea ſub num. 94. ponat hanc

Digitized by Google

hanc tertiam concluſionem, quòd in actis iudicialibus, & in ſententijs, & in ſcriptutis, quæ fiunt in iudicio, ſit apponendum nomen Domini.

Quia ad Speculatoris auctoritatem reſpondeo, quòd ipſe loquitur inconſtanter, variè, confusè, & non probat: primo enim non dicit, quòd inuocatio debeat præmitti, ſed quod ſolet præmitti: ſecundo dicit, quòd in arduis, & perpetuis instrumentis ſemper eſt apponenda, ſed non explicat, an ſub pœna nullitatis: poſtea in ſententijs, obſcurius loquendo, ait, non eſſe vim, ſi omittatur, niſi ſit ſententia diffinitiua, rurſus dicit, decens eſſe, vt ponatur in quolibet instrumento: demum ad hæc omnia probanda adducit auctoritatem generalem, quod cuncta ſint facienda in nomine Domini, quia omnia rectè, & competenter geruntur, ſi principium ſit decens, & amabile Deo; & quia, vbi Chriſtus non eſt fundamentum, nullius boni operis ſupereſt ædificium; ſed hæc auctoritas generalis, cui ipſe innititur, non concludit neceſſitatem ſub pœna annullationis, per ea, quæ dixi infra num. 70. & 74. & quando concluderet, concluderet in omnibus, & ſic deſtrueret veritatem, cum qua loquitur Spec.

63 Ad Barbat. reſp. quòd licet iſte articulus quoad inſtrumenta ſit valdè diſputabilis, vt patet ex his, quæ ſcripſi lib. proximè præced. cap. 11. ſub num. 1175. & ſeqq. & licet Barbat. in loco citato ſub num. 89. verſus finem, poſtquam teſtatus eſt, difficile eſſe eligere vnam opin. magis quàm aliam propter ingenia tot illuſtriſſimorum Doctorum, qui ſe diuiſerunt in varias opiniones, ſequatur opinionem affirmatiuam, tamen quoad ſententias nihil probat, & quicquid ex eius dictis colligi poſſet quoad ſententias, diluitur ex his, quæ ſcripſi infra num. 74. verſ. declara.

64 Non obſtat quinto, ſi dicatur, quòd apponere nomen Domini eſt ſecundum honeſtatem, religionem, & bonos mores, & quando conſuetudo, ſeu vſus introducit bonos mores, & remouet malos, illa conſuetudo eſt inuiolabiliter ſeruanda.

Quia reſpondeo, hoc eſſe verum, quando, qui non ſeruatet illam conſuetudinem, faceret contra bonos mores, ſed negamus, quòd non apponens nomen Domini, faciat contra bonos mores, cum id non faciat in contemptum, aut quia non credat in Deum, ſeu alias ſit malus Chriſtianus, ſed quia exiſtimat, Deum eſſe præſentem in omnibus, & nihil ſine eius auxilio poſſe rectè fieri, & hoc exprimi non eſſe neceſſarium, cum ſatis omnibus ſit notum, vt dixi etiam ſupra num. 53.

65 Non obſtat ſexto, quòd iudex, qui ſententiam non profert in nomine Domini, videatur ignorare ſuam iuriſdictionem, qua ignorata, ſententia eſt nulla, etiam ſi iudex eam verè haberet, vt dixi infra gl. 4. q. 4. nu. 2. verſ. ſecundus caſus.

Quia reſpondeo, quòd licet eam non exprimat, tamen in iſto caſu non videtur eam ignorare, quia cum ſit res nota omnibus, expreſſio videtur ſuperflua, vt dixi ſupra in hac contraria opinione, num. 53.

66 Declara primo eandem contrariam opinionem, vt quamuis appoſitio nominis Domini non ſit omnino neceſſaria ad validitatem ſententiæ, tamen adeo inualuit vſus, & eò vſque conuenit religioni iudicantis eam apponere, vt iudex, qui eam omitteret, præſumeretur temerarius, & parum religioſus, vel ſaltem leuis, & inconſiderans, & conſequenter non eſſet ita præſumendum pro iuſtitia illius ſententiæ, ſicut præſumeretur, ſi eſſet lata cum inuocatione Dei.

67 Declara ſecundo, vt appoſitio nominis Domini poſſit tripliciter fieri. Primo modo intentionaliter, intrinſecè, & ex corde, & hoc primo modo, quo vagamur extra forum exterius, in quo loquimur, dico eſſe neceſſariam tàm in ſententia, quàm in quauis alia actione, rectè peragenda, & hoc modo procedunt, quæ ſcripſi infra num. 70. & 74. Secundo modo fit extrinſecè, & non intrinſecè, & hoc modo dico eſſe pro ſatisfactione fori exterioris, ſed inutilem ad impetrandum auxilium diuinum. Tertio modo fit intrinſecè, & extrinſecè, & hoc modo dico eſſe neceſſariam in foro interiori ad excitandum auxilium diuinum, vt dixi in primo modo; & laudabilem in foro exteriori, & vtilem in temporalibus, & ita etiam procedunt iura, & auctoritates, quæ citantur ad oſtendendum, nomen Domini eſſe apponendum, ſeu inuocandum.

68 Subdeclara hanc declarationem in primo modo, vt appoſitio nominis Domini eo modo ſit adeo neceſſaria, vt ſi quis eam omitteret eo, quia non crederet in Deum, ſeu crederet, eum non habere curam de his, quæ geruntur apud nos, vel aliter eius prouidentiam

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

tiam ad hæc non extendi, aut alium ſimilem hæreticalem errorem teneret, ita vt eſſet hæreticus, tunc ab ea die, qua eſſet declaratus hæreticus per ſententiam iudicis, omnis ſententia, quam ferret, eſſet nulla, etiam ſi in ea apponeret nomen Domini, quia ex tunc eſſet publicè excommunicatus, & priuatus omni iuriſdictione, vt ſecutus ſum ſupra num. 39. & ſeqq. ſecus autem ſi non eſſet declaratus, ſed eſſet occultus, quia tunc licet quoad forum interius ſit ita hæreticus, ſicut quando eſt declaratus, tamen quoad forum exterius eius ſententiæ ex hoc non vitiarentur iuxta ea, quæ de ſententia lata ab excommunicato, ſcripſi infra gl. 4. q. 2. ſub n. 24. verſ. tempera. & q. 3. num. 8. & 9. & ſupra lib. 1. cap. 98. num. 19. & ceſſarent in eo omnes pœnæ, vt ſecutus ſum eodem lib. 1. cap. 77. in fine, num. 5.

69 Amplia ſeptimo, vt nõ ſolum iudices cauſarum ciuilium, ſed etiam criminalium, & hæreticalium ferant ſententiam in nomine Domini, quia omnes ſunt miniſtri Dei, & iudici cauſarum ciuilium conuenit ſententiæ formula, quam ſupra poſuimus gloſſandam, & in iudice cauſarum criminalium videtur loqui ſacræ Scripturæ auctoritas, quam citauimus. ſup. initio quæſtionis num. 7. verſ. ſed omnis. & ſub hac formula (in nomine Domini) Aret. in ſuo tract. maleſ. initio poſt inchoatam inquiſitionem poſuit per extenſum ſententiam, & ſub eadem formula, videlicet, cum inuocatione ſanctiſſimi nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Inquiſitores proferunt ſententias, vt patet ex formula, quam retuli infra gl. 14. q. 7. num. 178. & alij iudices, vt retuli ſup. ſub num 60. verſ. non obſtat tertio. & hæc ampliatio, cum ſatis contineatur in generali concluſione, tranſit ſine vlla difficultate, & ideo poterat omitti.

70 Amplia octauo generaliter, vt non ſolum iudices ferre debeant ſententias, in nomine Domini, ſed quilibet, intendens rectè agere, debeat agere in nomine Domini, Apoſt. ad Coloſſ. 3. num. 17. *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti gratias agentes Deo, & patri per ipſum.* & ad Corinth. lib. 1. cap. 10. verſus finem, num. 31. *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* hæcq. habentur in cap. 3. non liceat. 26. q. 5. & in cap. 16. non obſeruetis. in fine, ead. cauſ. 26. q. 7. & retuli, aliaq. iura ciuilia adduxi lib. præced. cap. 11. num. 1176. & multa adducit Prob. in addit. ad Io. Monach. in 6. in præfat. initio, & num. 1. & ſeqq.

71 Ratio huius ampliationis eſt multiplex, ſeu verius poteſt varijs modis reddi.

Prima ratio eſt, quia Deus eſt primum ens, & prima cauſa, vt dixi infra num. 84. & 85. & omne cauſatum principium referri debet ad principium, quod eſt ipſius cauſa, & maximè ad principium, quod eſt prima cauſa cauſarum, ſicut eſt Deus, vt, inhærendo huic ampliationi, ex Bal. ſecuti ſumus nos initio huius tract. de iud. lib. 1.

72 Secunda ratio eſt (& fraternizat cum hac prima) quia *in Deo viuimus, & mouemur, & ſumus*. act. Apoſt. 17. num. 28. & dicto cap. non obſeruetis. in vltimis verbis, 26. quæſt. 7.

73 Tertia ratio eſt, quia per illa verba (in Dei nomine) inuocantur eius auxilium, poteſtas & virtus, à qua procedit facultas, & potentia ad rectè agendum, vt dixi ſup. num. 13. Marc. 16. num. 17. & 18. *In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, &c.* Luc. 9. ſub num. 49. *Vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia*, Matth. 28. num. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, vnde Matth. 21. ſub num. 9. *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Pſal. 5. num. 12. *Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.* Apoſt. ad Rom. 10. num. 13. *Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.*

Rationem quare in inſtrumentis, alijsq. ſcripturis ponatur inuocatio diuini nominis, adduxi in proxime præcedenti lib. cap. 11. num. 1177. & 1232. verſ. ratio. in futura impreſſione.

74 Declara hanc ampliationem, vt inuocatio Domini noſtri ſit neceſſaria in corde, in deuotione, & fide; & ita procedunt omnia adducta in ampliatione: voce autem, & loquela externa poteſt omitti, quia Deus plus reſpicit ad affectum, quàm ad actum, & ideo interrogat cor, & non manum, per ea, quæ retuli in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 85.

75 Confirmatur hæc declaratio, quia omnibus compertiſſimum eſt, iuris Canonici opus (vti factum à Papa, qui eſt Vicarius Chriſti) eſſe, Deo duce, abſolutum, & ſanctius, ac perfectius iure cæſareo, & tamen Papa, dum illud compoſuit, non inuocauit nomen Domi-

mini voce, & verbis articulatis, vt patet in procem. decret. prout illud voce articulata inuocauit Imper. in procem. ff. vet. & poſtea in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & in rubr. & initio Inſtitutionum, dum cupidæ legum Iuuentuti illas dirigit, incipiens (in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti) & alijs in locis à nobis citatis in lib. prox. præced. cap. 11. num. 1176. huiuſq. cõfirmationis veritas latius patet ex his, quæ, indagando hanc inter Papam, & Imperatorem differentiã, latè ſcribit Rain. Corſ. in indagat. iuris, lib. 3. cap. 15. fol. 288. tom. 1. Nec dicat aliquis vnus, quòd Papa omiſit inuocationem Domini noſtri, ne videretur imitatus, & didiciſſe ab Imperatore. quia reſp. quòd hæc fuiſſet ſpecies inuidiæ, ſeu ſuperbiæ, quæ licet ſoleat eſſe in eo, qui vult oſtendere ſe eſſe ſuperiorem, tamen in Papa non præſumitur; & quicquid ſit de hoc; ſatis eſt, quòd Papa inuocationẽ non omiſiſſet, ſi fuiſſet neceſſaria in voce articulata, & eam, quam adhibebat in corde, & opere, maioris non exiſtimaſſet virtutis.

76 Amplia nono, vt iudex non ſolum ſoleat dicere (in Dei nomine) tanquam miniſter illius, iuxta ea, quæ dixi in concluſione, ſed vlterius, vti fidelis miniſter, ſoleat religiosè addere (Deum ſolum præ oculis habentes) vt in formula ſententiæ, de qua infra gl. 14. q. 7. ſub num. 178. verſ. inuocato. quia certum eſt, quòd miniſter diligentius, fidelius, ac ſincerius gerit negotium, Domino præſente, quàm, Domino abſente: etenim, vt ait Senec. epiſt. 11. ſub num. 30. *aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, vt ſic, tanquam illo ſpectante, viuamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus &c. magna pars peccatorũ tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat.* & epiſt. 25. num. 40. verſus finem, *hoc quidem longè magnificentius eſt, ſic viuere tanquam ſub alicuius boni viri, ac ſemper præſentis oculis. &c.* quare cum volumus aliquem monere, vt agat iuſtè, ſemoto omni humano intereſſe, dicere ſolemus ei, vt habeat Deum ante oculos.

77 Aduertenda nunc ſunt duo circa hanc concluſionem, multipliciter ampliatam. Primo, quòd idem eſt dicere (in Dei nomine) & dicere (in nomine Domini) quia hoc nomen (Dominus) eſt proprium Dei, quare cum Moyſes, & Aron dixiſſet Pharaoni, quòd Dominus Deus dixerat, quòd dimitteret populum ſuum; Pharaon reſpondendo cum interrogatione, non interrogauit quis eſſet Deus, ſed dixit, *quis eſt Dominus? &c. neſcio Dominum.* Exod. cap. 5. nu. 2. & patet in Pſal. 109. & in Pſal. 108. num. 26. *Adiuua me Domine Deus.* & in mille ſacræ ſcripturæ locis, Gonz. ad 8. reg. cancel. gl. 1. num. 19. adde ãd vberiorem intelligentiam, quod de nomine Chriſti ſcripſi infra num. 181. & 182. & ſuper hoc non eſt inſiſtendum, quia Chriſtus, & Deus ſunt idẽ, & quòd Chriſtus ſit Deus, oſtendit S. Io. Chryſoſt. aduerſus Gentiles. tom. 5. fol. 63. & patet ex oratione angelica, *aue Maria.* in illis verbis, *ſancta Maria mater Dei.* ex antiph. in officio beatæ Mariæ Virg. *beata Dei genitrix.* nam Maria eſt mater Chriſti, & ita colligitur etiam ex his, quæ ſcripſi cap. ſeq. q. 8. num. 62. ſed Chriſtus in Ioan. 13. num. 13. ait, *vos vocatis me Magiſter. & Domine, & benè dicitis; ſum etenim.* Sed hodie hominum vana ambitio, & inanis gloria adeo creuit, vt quilibet velit vocari dominus. Secundo eſt aduertendum, quòd variè ſolet apponi nomen Domini, vt patet ex his, quæ ſcripſi lib. præcedenti cap. 11. num. 1176. & 1184.

78 Infero primo ex rationibus adductis ante concluſionem, & ex concluſionis ampliationibus, confirmando eas, infero inquam, quòd Deus eſt Dominus vniuerſi orbis, & omnibus dominatur, vt in Pſal. 23. *Domini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo.* Pſal. 94. num. 3. & 4. *quoniam Deus, magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes Deos; quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines mõtium ipſius ſunt, quoniam ipſius eſt mare.* Leuit. 25. num. 23. *terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ & coloni mei eſtis.* Apoſt. 1. ad Corinth. 3. in fine, *omnia enim veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.* Faciamus nos conſequentiam: ergo omnia ſunt Dei, quam feci etiam in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. ſub num. 43. & habetur in cap. 1. quo iure. diſtinct. 8. & non ſolũ eſt Dominus totius orbis, ſed eſt etiã Dominus omnium, in eo habitantium, vt in præcitatis auctoritatibus, & habet omnimodam iuriſdictionem, Eſther. 13. num. 9. *Domine Deus Rex omnipotens; in ditione enim tua cuncta ſunt poſita, &c. tu feciſti cælum & terram:* vnde in oratione Dominicali, *fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra.* Eccleſ. 10. num. 4. *in manu Dei poteſtas terræ.* vbi Gloſ. ordinaria explicat, poteſtas ſcilicet ſecularis & eccle-

eccleſiaſtica; quare ipſe omnia gubernat, Sap. 14. num. 3. *Tua autem, Pater, prouidentia gubernat, quoniam dediſti in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam*, & quod omnia ſint Dei, & ipſe omnia regat, & gubernet, oſtendit Lact. Firm. lib. 1. de falſ. relig. cap. 3.

Sed hanc illationem quid argumentis, aut ſacræ Scripturæ auctoritate, vel alterius teſtimonio conamur oſtendere? nam ſi videmus, cælum tot ſeculis, nullo vnquam mutato ordine, ſtare, ſolis, lunæ, & ſtellarum currentem varietatem non variari; terram manere; mare ſuos fines non præterire; vitæ initium, & finem eſſe æqualiter communem omnibus; imbrem, ſolem, nubes, & cætera, quæ à natura proficiſcuntur, dari homini, vt homini, & non vt Regi, aut, vt diuiti, vel vt pauperi; quis erit ita ſtultus, vt ex his non cognoſcat, deſuper adeſſe gubernatorem omnipotentem & incomprehenſibilē, quem Deum vocamus, qui hæc omnia diſponit, & regit, & ideo dominatur omnibus, in omnibus, vbique, & ſemper in æternum, vt ſcripſi etiam infra num. 82. etenim ſi vniuerſus mundus, & mille mundi hæc facere non poſſunt, imò neque frondem mouere, niſi mouendi ſit ei data poteſtas, quem dicemus eſſe eum, qui hæc omnia mouet, & diſponit, niſi Deum, & ideo eſſe dominum totius? adeo ſunt hodie hæc nota omnibus, vt quaſi puerilia, & ideo non abſque verecundia ſcribi videantur.

79 Subinfero ex hac illatione, quòd ipſemet Deus à principio rexit, & iuriſdictionem exercuit per ſeipſum, vt in Geneſ. 1. 2. 3. & 4. & aduertunt Innoc. in cap. 8. quod ſuper. num. 2. in fine, verſ. iuriſdictionem. de vot. Oldr. conſ. 69. conſueuit. ſub num. 2. & Mich. Vlcur. tract. de regim. mund. poſt. 3. q. princip. verſ. ſed poſtquam. num. 2. fol. 120. tom. 16. & quòd Deus per ſe à principio mundum rexerit vſque ad Noe, cui regimen commiſit populi ſui, & ab eo vſque ad Samuelem rexerit per Patriarchas, Iudices, & Reges, qui etiam Sacerdotes erant, ſequuntur Io. de Selu. tract. de benef. par. 1. q. 3. num. 8. fol. 8. tom. 15. par. 1. Petr. Albin. tract. de pontif. poteſt. num. 105. fol. 137. tom. 13. par. 1. & Martin. Lauden. tract. de repreſal. num. 3. fol. 279. tom. 12. quæ tamen ita intelligenda ſunt, vt ſemper Deus tanquam prima cauſa operetur omnia in omnibus, iuxta ea, quæ ſcripſi infra gl. 14. q. 9. num. 3. 7. 11. 14. & ſeqq. & omnia quæ in terra creauit, ſubiecit dominio rationalis creaturæ, propter quam hæc omnia fecerat, ſicq. terra à principio ſeculi fuit communis quouſque vſibus priorum parentum introductum fuit, quod aliqui aliqua, & alij alia ſibi appropriauerint; nec fuit hoc malum, imò bonum; & † quia in nullius bonis erant, occupantibus fuerunt conceſſa, Deut. 11. nu. 24. *omnis locus, quem calcaueris pes veſter, veſter erit*, poſt autem occupationem non licuit occupatum occupare, Prouerb. 22. in fine, num. 28. *ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui*. nam occupatum occupare eſt contra legem naturæ, (quod alij non facias, quod tibi fieri non vis.) Innoc. in dicto cap. quod ſuper. ſub num. 1. & Oldr. vbi ſupra; & ſimiliter primi parentes habuerunt dominia per diuiſiones, vt dicunt Innoc. eod. num. 1. in fine, & Oldr. eod. conſ. 69. num. 3. & de prædicta bonorum communione in ſtatu innocentiæ, & de diuiſione poſt lapſam naturam multa ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 40. & ſeqq. & num. 48. & ſeqq.

80

81 Et licet Innoc. in dicto cap. quod ſuper. num. 2. verſ. iuriſdictionem. dicat quòd neſcit quomodo iuriſdictio ceperit inter homines, niſi fortè, inquit, quòd Deus dedit aliquem, vel aliquos, qui facerent iuſtitiam ſuper delinquentes; vel iure naturæ paterfam. haberet iuriſdictionem ſuper familiam ſuam, & poſtea num. 3. dicat, quòd Principes potuerunt eam habere per electionem, vt Saul, & ſimiles.

Tamē ego dico, quòd fuit introducta iure naturę, Deo inſpirāte Reſpublicas, vt ſibi eligerēt optimū, qui præeſſet, vt dixi infra n. 94.

82 Infero ſecundo, quòd ſicut Deus eſt Dominus totius orbis, vt dixi, ita etiam eſt Dominus dominantium, Apoſt. 1. ad Timoth. cap. 6. num. 15. in fine, *Rex Regum, & Dominus dominantium*. & ab eo dependet omne dominium, idq. patet auctoritate, & ratione. Patet primo auctoritate in Dan. 2. ſub num. 47. *verè Deus veſter, Deus Deorum eſt, & Dominus Regum*. & ipſe dat regna, quod magnus Monarcha in Oriente Cyrus, videlicet Rex Perſarum poſt victoriam de Babylonia conſecutam, quam vſque ad ſolum deſtruxit, ac, occiſo Balthaſar Rege, vt hiſtoriæ tradunt, per ſcripturam ita faſſus eſt, *omnia Regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli*. Eſdræ lib. 1. cap. 1. num. 2. & quòd

Deus

Deus verus, & vnus det regnum terrenum, & quando voluit, & quantũ voluit Romanis regnum dederit, Aſſyrijs, vel etiam Perſis, &,ne per ſingulos ire neceſſe ſit,dederit Cõſtantino Chriſtiano, ſcribit S. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 5. cap. 21. tom. 5. † & non
83 ſolum dedit regna, ſed Regum corda ſunt in eius manu. *Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud*, Prouerb. 21. num. 1. & l. inter claras. C. de ſum. trin. & fid. cathol. & multa eiuſdem ſacræ ſcripturæ loca adducit Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 50. num. 10. fol. 49. tom. 16.

84 Patet † ſecundo ratione, fundata in ente, in motu, & in fine. Ratio, fundata in ente, eſt quia omne ens reduci debet ad primum ens, ſicut ad principium cuiuſlibet entis, & ſicut omne calidum ad calidum ignis: ergo dominium, vti fundatum ſuper ens, debet reduci ad primum ens; ſed Deus eſt primũ ens, & prima cauſa: ergo ab eo dependet omne dominium: Vlterius omnis multitudo procedit ab vno, & menſuratur per vnum. Ergo multitudo dominantium trahit originem ab vno dominante, qui eſt Deus; ſicut in curijs Regum videmus, quòd ſunt plures dominantes in diuerſis officijs, ſed omnes dependent à Rege; hancque rationem ex Ariſtot. latius deducit S. Thom. in opuſc.
85 20. de regim. princip. lib. 3. cap. 1. † Ratio; fundata in motu, eſt, quia omne, quod mouetur, neceſſe eſt, vt ab aliquo moueatur, & quod eſt primum mouens, illud ſit immobile, quia in mouentibus, & motis non eſt abire in infinitum; ſed non reperitur aliud primũ mouens, quàm Deus; in eo enim viuimus, & mouemur, vt dixi ſupra num. 72. & inter homines ij, qui ſunt Reges, & Principes, & alij, qui præſunt, ſiue in gubernando, ſiue in iudicando, ſiue in defendendo, ſiue in alijs actibus, qui pertinent ad curam regiminis, plus habent de ratione motus, quàm alij: ergo eorũ motus, quo conſtituuntur Reges, & Domini, ad Deum referendus eſt, ita vt illum motum perficere nequeant, niſi per influentiam, & virtutem primi mo-
86 uentis, qui eſt Deus. † Accedat etiam quòd omnis cauſa primaria plus influit in ſuum cauſatum, quàm influat cauſa ſecunda in ſuum; vnde, vt initio primi libri huius noſtri tractatus diximus; quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati: cauſa autem pri-
87 ma eſt Deus. † Poſtremo; ſicut omnes motus in corporalibus regulantur per primum, & à primo habent influentiam, quia inferiora ſuperioribus mouentur, ſic etiam in ſubſtantijs ſpiritualibus, ideſt, in diſpoſitionibus, & actionibus mentis, quæ motum illuminationis ad agendum recipit à primo motore, qui eſt Deus: imò in iſtis ſpiritualibus motus inferiores multò magis reguntur ſuperioribus, quia propter maiorem aſſimulationem, quam habent in alterutrum, aptiores ſunt ad recipiendam influentiam primi, & ſupremi mouentis, qui eſt Deus: inter omnes autem homines, qui ad recipiendam hanc illuminationem, & motum illius parariores eſſe debent, ſunt Reges, & Principes, & alij dominatores orbis: ergo etiam ratione motus dominium, & regnum procedit à Deo, vt oſtendit S. Thom. eod. lib. 3. cap. 2.
88 verſ. amplius autem. † Ratio fundata in fine, eſt, quia hominis agere eſt propter finem, quem intellectu concipit; vnde quò magis homo abundat intellectu, eò magis concipit finem actionis, hincq. actio Dei magis finem includit, quia ipſe eſt ſumma intelligentia, & purus actus intelligendi.

1. Ergo quælibet res quantò ad excellentiorem ordinatur finem, eò plus participat de actione diuina: ſed reges: alijq. dominantes excellentiorem finem intendunt, quia intendunt dirigere ciues ad viuendum ſecundum virtutem &c. ergo ipſi magis participant de actione diuina, & à Deo recognoſcere debent, vt latius ex Ariſt. deducit, & firmat S. Thom. dicto lib. 3. cap. 3.

89 Has duas primam, & ſecundam illationes, vti de fide, ponit Mich. Sal. ad S. Thom. 2.2. q. 2. art. 1. de domin. concl. 2. hæc eſt. fol. 106. col. 1.

Imò eas neque infideles negant, per ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 25. ampl. 5. vnde tot auctoritates, & rationes potuiſſent forſan videri neceſſariæ, aut opportunæ, cum ſeculum erat rude, hodie autem ſunt ſuperfluæ, & inter Chriſtianos ſunt, ac ſi quis clariſſimum ſolis lumen meridianum, vellet facibus oſtendere.

90 Non obſtat ſi contra hanc ſecundam illationem dicatur, quòd imò Deus fecit hominem liberum, & nemini ſubditum, *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui.* Eccleſ. 15. num. 14. vnde nullus Princeps videtur cõſtitutus à Deo præter Saulem, & Dauid, quos Deus creauit Reges, atque Dauidis ſucceſſores; cæteri verò videntur intruſi contra ius, & per ti-

Digitized by Google

rannidem, vt legitur de Nembroth, qui per vim, & tirannidem poteſtatem regnandi obtruſit in orbem, vt, motiuando difficultatem, & argumentando, ſcribit Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. q. 4. art. 1. initio, fol. 307. col. 1.

91 Quia reſpondetur, veritatem eſſe in contrarium, videlicet quòd omnis poteſtas eſt à Deo, Eccleſ. 10. num. 4. *in manu Dei poteſtas terræ, & vtilem rectorem ſuſcitabit in tempus ſuper illam*. Prouerb. 8. num. 15. *per me reges regnant, &c.* Daniel. 2. num. 20. & 21. *ſit nomen Domini benedictum à ſeculo, & vſque in ſeculum, quia ſapientia, & fortitudo eius ſunt, & ipſe mutat tempora, & ætates, transfert regna, atque conſtituit*. &
92 ſub num. 47. vt retuli ſupra num. 82. † & præſertim transfert regna propter iniuſtitias, Eccl. 10. num. 8. *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos*. Matth. 21. num. 43. *ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*. & cap. 2. ſi de rebus. 23. quæſt. 7. imò *percuſſit primogenita, & occidit Reges fortes*, Pſal. 134. num. 8. & 10. *non eſt enim poteſtas, niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt*, Apoſt. ad Rom. 13. num. 1. vnde & in Io. 19. num. 11. Chriſtus ad Pilatum, *non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper*. & quòd omnis iuriſdictio ſit à Deo mediatè, vel immediatè, ſequuntur Dec. in cap. 13. nouit. n. 55. de iudic. Affl. deciſ. 391. fuit dubitatum. num. 8. & Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 4. ſub num. 2. fol. 32. tom. 16. & quòd non ſit poteſtas, niſi à Deo, ſiue iubente, ſiue ſinente, dicit text. in cap. 4. quid culpatur. 23. q. 1. & dixi infra num. 251. & 252. quare cum Moyſes gentis Hebrææ primus omnium diuinas leges ſacris litteris explicauit; Phoronæus rex Græcis primus leges, iudiciaque conſtituit; Mercurius Triſmegiſtus primus leges Aegyptijs tradidit; Solon Athenienſibus; Licurgus Lacedemonijs; Numa Pompilius, qui Romuli fuit ſucceſſor, Romanis, vt habetur in cap. 1. moyſes. diſt. 7. & cum fuerunt illæ monarchiæ, de quibus infra ſub num. 96. omnes à Deo iubente, vel ſinente poteſtatem habuerunt, vt in dicto cap. quid culpatur. & quòd plures Reges fuerint approbati à Deo, patet ex cap. 1. §. vnde in veteri. de ſacr. vnct. vbi enumerantur plures Reges, qui fuerunt vncti de mandato Dei vſque ad Ieſum Nazarenum, & ex illo textu referunt Oldr. conſ. 69. conſueuit. num. 3. Petr. de Anch. conſ. 339. pro maiori. num. 1. & Reſt. Caſt. tract. de imper. q. 4. ſub num. 4. & quòd nemo inter mortales legitimus ſit iudex, niſi qui ab ipſo iudicandi auctoritatem acceperit, ſcribit Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. q. 4. art. 2. ibi, atque
93 adeo. fol. 229. col. 1. † Imò non ſolum poteſtas, iuriſdictio, imperia, & regna ſunt à Deo, ſed cætera omnia, Io. 1. num. 3. *omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*: quare abijcienda eſt illorum opinio, imò manifeſtus error, quòd Principes per tyrannides obtinent Reſpublicas: eſt enim error, quo peruerteretur mundus, Sot. dicto tract. de iuſt. & iur. lib. 4. q. 4. art. 1. fol. 309. initio.

94 Ad adducta in contrarium reſpon. vna cum Soto dicto art. 1. in fine, quòd nullius ſunt ponderis, quia etſi homines naturaliter liberi creati fuerint, tamen eiuſdem naturæ inſtinctu, ceu ciuilia animalia, quò ſe pro naturali appetitu cõſeruent, Reges, ac Principes ſibi præficiunt, quibus obtemperantes, tutius, faciliusq. viuant, & quamuis in Biblijs nullus ante diluuium legatur Princeps, tamen vero proximum eſt, illos patriarchas, illic recenſitos, monarchas extitiſſe, vel gentes illas ariſtochratiam, aliamque gubernationem habuiſſe: addimus nos, quòd etiam in ſtatu innocentiæ ex illo primæuo iure vnus habebat quodam dominium in alio, & alius erat ſubiectus; magis enim ſapiens, & prudens habebat quodammodo dominium in minus ſapiente, non pro commodo ipſius dominantis, nec vt prouidentis, ſeu conſulentis miſerijs, & imbecillitati minus ſapientis; ſed vt conſulentis, & dirigentis illum ad ampliorem virtutem, vt latius dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. ſub num. 55. verſ.
95 illud. & ſub num. 69. † Ad illud verò, quòd Deus reliquerit hominem in manu ſui conſilij, reſpondemus, quòd reliquerat, & relinquit in libertate ſui arbitrij, vt dixi ſupra dicto num. 55. verſ. illud. Ad illud de tyrannide Nembroth. patet ſolutio infra nu. 252.

96 Subinfero primo ex eadem ſecunda illatione, poſita ſupra num. 82. quòd omne regnum, ſeu imperium fuit vltimo loco à Deo collatum Chriſto, in quantum homo, & hoc imperium, & regnum adhuc durat, & durabit ſemper in æternum, vt dicam inferius, & conſequenter per aduentum Chriſti omnes monarchiæ fuerunt deſtructæ, &

breui

breui tempore reprobatæ, Oldrad. conſ.69. conſueuit. ſub num. 3. & ſpeciatim deſtructæ fuerunt illæ, quæ ænigmaticè continebantur in ſtatua, quam ſomniauerat Nabuchodonoſor: *& ecce quaſi ſtatua vna grandis, ſtatua illa magna, & ſtatua ſublimis ſtabat contra te: & intuitus eius erat terribilis: huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem, & bracchia de argento, porrò venter, & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis: videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos: tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento, nullusq. locus inuentus eſt eis: lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram, hoc eſt ſomnium.* Dan. 2.num.11.& ſeqq.præſertim num.31.quam viſionem Daniel vbi ſupra interpretatus eſt, vt illa quatuor genera metalli ſignificēt quatuor regna ſucceſſiua, & ille lapis ſignificet regnum Chriſti, vt virtualiter colligitur ex his, quæ ſcribit num. 39. & ſeqq. & licet de iſtis quatuor regnis ſignificatis per illam ſtatuam non omnes forſan vniformiter omnino ſcribant; nam Luc. de Penn.in l.vnica, num. 6. C. de conduct. & procur. lib. 11. dicit, quòd hæc quatuor regna, quæ fuerunt in viſione ſtatuæ Nabuchodonoſor, & ſunt præcipua in orbe, ſunt orientale, meridionale, ſeptemtrionale, & occidentale, quod fuit Romanorum, & fuerunt ſignificata per dicta metalla, aurum, argentum, æs, & ferrum, & latius enarrat Reſt. Caſtal.tract.de imper. q.7.num. 2. fol. 35. tom. 16. & plenè Gloſ. & Nicol. de Lyr. in Dan. dict.cap.2. &, loquendo de iſto regno Romanorum, S. Auguſt. de ciuit. Dei. lib. 5. cap.12. in fine, ſcribit, quòd cum diu fuiſſent regna orientis illuſtria, voluit Deus occidentale, quod tempore eſſet poſterius, ſed imperij latitudine, & magnitudine illuſtrius, idque talibus potiſſimè conceſſit hominibus, ſcilicet Romanis, ad domanda multarum gentium mala, qui cauſa honoris, laudis, & gloriæ conſulerent patriæ, in qua ipſam gloriam requirebant, ſalutemque eius ſaluti ſuæ præponere nō dubitarent, pro iſto vno vitio, ideſt, amore laudis, pecuniæ cupiditatem, & multa alia vitia comprimentes; hæc S. Auguſt. qui alibi dicit, quòd hoc vitium reputatur virtus, vt citaui infra nu. 199. vnde virtutibus Romani promeruerunt imperiū, vt dicit S.Hier. relatus in cap.14.omnes.§.ex his.28.q.1.& concordat Machab.1.cap.8.num.2.Aliter videtur ſcribere Sot.de iuſt.& iur.lib.4.q.4.art.2. in tertio argumen.fol.312.dicens, quòd ante natum Chriſtum viguerunt tres illæ monarchiæ, ſcilicet Caldæorum, Perſarum, & Græcorum, quibus, ſæculo poſtmodum Chriſti ſucceſſit quarta Romanorum, quas omnes, inquit, inſpexerat Daniel.

Tamen ſiue diſſentiant, ſiue conueniant, dico clarius, quòd per illam viſionem ſtatuæ fuerunt ſignificatæ quatuor monarchiæ: prima eſt Aſſiriorum, quæ eſt ſignificata per caput aureum ſtatuæ: ſecunda Macedonum, & Perſarum, & hæc ſignificatur per pectus, & brachia argentea: tertia Græcorum, & hæc ſignificatur per ventrem, & femorem æreum: quarta Romanotum, & hæc ſignificatur tibijs ferreis, & pedibus partim ferteis, partim verò fictilibus, S. Thom. in 20.opuſc. de regim. princip. lib. 3. cap. 10. verſus finem, & iſtæ monarchię quanto tempore durauerint, & qui in illis fuerint monarchæ, ſcribit idem S.Thom.eod.lib.3.cap.12. & quomodo iſtæ quatuor monarchiæ non fuerint ab initio legitimè introductæ, ſed per violenriam, & vim armorum, & nulla earum fuerit vniuerſalis, ſcribunt Card. Zabar. Alber. & Bertran. Card.Eduenſ. quos citat, & ſequitur Io. le Cirier.tract. de primog.lib.2.q.12.ſub num.
97 5.& 6.tom.10.par.1.fol.56. & † his quatuor Monarchijs addita eſt quinta, quæ ſucceſſit Romanis, & hæc fuit monarchia Chriſti, de quo dictum eſt, *& regni eius non erit finis.* vt retuli infra num.100.hincq. detegitur adulatio, & conſequenter mendacium Poetæ in Aeneid.lib.1.dum in perſona Iouis, loquentis de Romanis, ait. *His ergo nec metas rerum, nec tempora pono: Imperium ſine fine dedi.* mentitus, inquam, eſt Virg. quia omnia regna terrena pereunt, dicente Ieſu in Mar. 13.nu.2. & 8. *vides has omnes magnas ædificationes? non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur; exurget enim gens contra gentem, & regnum ſuper regnum.* ſed ſi Virg. nobis reſpondere poſſet, diceret: (ego iam ſciebam, ſed quid facerem, qui Romanis verba vendebam, niſi hac adulatione aliquid promitterem, quod falſum erat? & vultis noſſe, quòd iſta noueram? alio loco, quando non Iouem lapidem induxi loquentem,

ſed ſum locutus ex perſona mea,dixi. *Nũ res*
Romana,perituraq.regna,)prout hæc omnia
conſiderauit S Aug. in euang. ſecundũ Luc.
ſerm. 19.fol.39.col.2. in fine, & col.3.tom.
10. & de hac Chriſti monarchia loquimur in
hac ſubillatione, hæcq. erat etiam compre-
henſa in prædicto ſomnio, ſeu viſione Nabu-
chodonoſor, *lapis autem,qui percuſſerat ſta-*
tuam, factus eſt mons magnus, & impleuit
vniuerſam terrã: quæ verba Dan. dicto cap.
2.nu.44.ita interpretatus eſt. *In diebus autem*
regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnũ,
quod in æternũ non diſſipabitur, & regnũ eius
alteri populo non tradetur: comminuet autem,
& conſumet vniuerſa regna hæc,& ipſum ſta-
bit in æternũ. quod totũ ad Chriſtum refer-
tur,& eius vice ad Rom.Eccleſiam,S.Thom.
dicto lib.3. cap. 10. verſus finem, & cap.12.
ibi,ſed nos quintam poſſumus addere;& cap.
ſeqq.& quòd imperium Romanorum, adue-
niente Chriſto,incœperit eſſe Chriſti, ſcribit
Bar. in extrau. ad reprimendum. initio, nu.9.
& quod penes infideles, iudæos, & ſarrace-
nos non ſint iura regnorum, nec iuriſdictio-
nes, quia per aduentum Chriſti omnis ho-
nor, & principatus, omne dominium, & om-
nis iuriſdictio fuit omni infideli ſubtractus,
& datus Chriſto, qui poſtea illum commiſit
Petro, ſcribit Albert.in rubr.q.8.in 1.concl.
num.2. & 4.verſus finem, & ſub num.7.de
hæret. ſol. 337. inter Repeten.vol.5. ſed de
hac opin. quam firmat Albert. videbimus
infra num.168.& ſeqq.

Non me latent, quæ de relatis quatuor
monarchijs, & de cuiuſque earum initio,nu-
meratis cuiuſque annis, & citato Daniel.7.
num. 7. in illis verbis, *poſt hæc aſpiciebam*
in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terri-
bilis, atque mirabilis, & fortis nimis, den-
tes ferreos habebat magnos, &c. ſcribit Valen.
Forſt. de hiſt. iur. ciuil. lib. 1. tit. de ortu ro-
manæ monarchiæ. inter tract. diuerſ. tom. 1.
fol. 26. ſed ea, prout concordant cum his,
quæ copioſè ſcripſimus, ſunt ſuperflua, &
prout diſcordant, ſunt reijcienda: & inda-
gare quo anno incœperint, & quo finiuerint,
parui, imò nihil intereſt: eſſet enim curioſi-
tas omninò inanis.

De alijs autem Monarchijs,Regibus,Prin-
cipibus, Tyrannis, & alijs quouis nomine
nuncupatis, qui fuerunt ante Chriſti aduen-
tum, de quibus partim remiſſiuè, & partim
non remiſſiuè ſcripſimus aliqua ſupra lib. 1.
cap.11.num.5. non eſt vt agamus, quia no-
ſtro non ſeruit inſtituto; agemus ſolum de
Regno Chriſti, & breuiter ſecundum occa-
98 ſionem. † Fuiſſe igitur omne dominium
à Deo collatum Chriſto, patet primo ex
Dan. d. cap. 2. ſub num. 35. *lapis autem,*
qui percuſſit ſtatuam, factus eſt mons ma-
gnus, & impleuit vniuerſam terram. Iſai.28.
ſub num. 16. *ecce mittam in fundamentis*
Sion lapidem probatum, angularem, pretio-
ſum, in fundamento fundatum, Pſal. 117.
num.22. Matt.21.num.42. Luc.20. ſub nu.
17.Act. Apoſtol.4.nu.11.Petr. Apoſt.epiſt.
1.cap.2.num.7. *nunquam legiſtis in ſcriptu-*
ris? lapidem, quem reprobauerunt ædifican-
tes, hic factus eſt in caput anguli. lapidem
enim hunc angularem eſſe Chriſtum, ſcribit
Apoſt.ad Epheſ.2.in fine,num.20. *ſuper ædi-*
ficati ſuper fundamentum Apoſtolorum, &
Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide
Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtru-
cta creſcit in templum ſanctum in Domino,
imò, *qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, con-*
fringetur; ſuper quem verò ceciderit, conteret
99 *eum,* Matth.21.num.44. † Et quòd lapis,de
quo loquuntur Dan. in loco ſupra citato, &
aliæ ſcripturæ, ſit Chriſtus, ſcribunt Gloſ.
ordinaria in eiſdem locis,S.Thom.d.cap.10.
verſus finem, Bar. in extrau. ad reprimen-
dum.initio, num.9. & Oldrad. conſ.69. con-
ſueuit. ſub num. 3. patet ſecundo, quòd in
Chriſtum tranſlata fuerit vniuerſalis pote-
ſtas ex eo, quod habetur Pſal.71. *Deus iudi-*
cium tuum regi da; & iuſtitiam tuam filio
regis, ſecundum Albert. in rubr. ſub num.
25. concluſ.4. de hæret. inter Repeten.tom.
5.fol. 339. & clarius ex eo, quod habetur
Apocal.11.ſub num. 15. *factum eſt Regnum*
huius mundi Domini noſtri, & Chriſti eius,
et regnabit in ſecula ſeculorum. & in Matth.
vlt.num.18. *data eſt mihi omnis poteſtas in*
cælo, & in terra. & proinde cætera regna,
quæ ſunt apud infideles, conterentur, tan-
quam ea, quæ cadent ſuper prædictum la-
pidem, ſeu lapis ſuper ea.

100 Hæcquè Monarchia, ſeu regnum Chri-
ſti antecellit omnes alias monarchias tripli-
citer. Primo ratione diuturnioris tempo-
ris, quia plus durauit, & durabit vſque
ad mundi renouationem, vt patet in Dan.
2. citato ſupra num. 96. & Luc.1. num.32.
in fine: *et regnabit in domo Iacob in æter-*
num, et regni eius non erit finis. Secundo
antecellit ratione vniuerſalioris dominij,
quia Pſal.18.num.5. Apoſt. ad Rom.10. ſub
num.

Digitized by Google

num. 18. & in cap. 7. ita dominus. diſtinct. 19. *in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Matth. 28. num. 19. *euntes ergo docete omnes gentes, &c.* & Pſalm. 8. in fine; *quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra*. & Pſalm. 112. num. 3. *à ſolis ortu vſque ad occaſum laudabile nomen Domini*. Malach. 1. num. 11. *ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus*. & act. Apoſtol. 1. num. 8. ait Saluator noſter diſcipulis ſuis: *& eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ*; nullus enim angulus mundi eſt, nulla plaga, in qua nomen Chriſti non adoretur, inquit S. Thom. dicto lib. 3. cap. 13. & Oldrad. conſ. 72. an contra ſarracenos. ſub nu. 2. Tertio antecellit ratione dignitatis Monarchæ dominantis, quia eſt Deus, & homo, qua vnione conſiderata, natura humana in Chriſto participat virtutem infinitam, &, hac excellentia ſuper omni potentatu, & principatu attenta, hæc monarchia annihilat, & confringit omnes monarchias, & omnia regna ſubijciuntur ei; nam in nomine Ieſu omne genuflectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, S. Thom. d. cap. 13. ibi, tertio autem apparet.

101 Attenta hac Chriſti monarchia; apparet manifeſta ſtultitia Maumethanorum, & Sarracenorum, & conuincitur cœcitas, & pertinacia Iudæorum; nam, omiſſa hiſtoria eccleſiaſtica, & omiſſa etiam ſacra Scriptura; ſtultitia Maumethanorum colligitur ex eo quòd ipſi non negant, ſed admittunt, Chriſtum fuiſſe virum ſanctum, prophetam magnum, & flatu, ſeu Spiritu Dei conceptum, & de Virgine natum, & multa feciſſe miracula, contempſiſſe diuitias, & carnales abieciſſe concupiſcentias, &c. vt retuli ſupra num. 27. & ſic de bonitate, & ſanctitate Chriſti magna ex parte conueniunt cum nobis Chriſtianis: ergo ſi eum recognoſcerent, tamquam Ducem, & Monarcham, & conſequenter ſequerentur eius legem, triplici ratione eſſent magis ſecuri: prima, quia etiam ſecundum eos lex Chriſti dicetur lex prophetæ, viri optimi, & ſancti: ſecunda, quia lex Chriſti, vti arctior, eſt magis virtuoſa: tertia, quia, prout eſt contraria legi Maumethi, vna earum eſt bona, & alia non: at è conuerſo dum ſequuntur legem Maumethi, eumq. recognoſcunt vti eorum Ducem, deberent duplici ex cauſa cognoſcere quòd ſint in periculo; prima, quia de ſanctitate Maumethi eorum legiſlatoris minorem habent certitudinem, quàm de ſanctitate Chriſti; nam de Maumethe habent certitudinem ex eorum credulitate, & huic credulitati aduerſatur ſcientia Chriſtianorum, qui ſciunt, Maumethum fuiſſe virum callidum, & ſceleratum, vt dixi ſupra num. 35. & licet nolint ſtare ſcientiæ, & dicto Chriſtianorum contra ſuũ Maumethem, tamen adhuc tutius eſt, ſequi id, quod ſciunt & ſecundum eorum credulitatem, & ſecundum conſcientiam aliorum, quàm id, quod ſciunt ex ſola eorum credulitate contra conſcientiam aliorum: ſecunda cauſa eſt, quia lex Maumethi aut eſt vitioſa, aut ſaltem minus virtuoſa, cum ſit magis lata, & indulgeat eorum concupiſcentijs carnalibus, & ideo eam ſequuntur, & non quia debeant illi credere: eligenda eſt autem via quæ eſt ſine periculo, & non ea, quæ eſt cum pe-
102 riculo. † Et Iudæi, qui Chriſtum crucifixerunt, & iam viderunt eius patientiam, & quòd orabat Deum, vt ipſis ignoſceret, & quòd docuit, vt diligamus etiam inimicos noſtros, & oremus etiam pro perſequentibus nos, & quòd fecit, quod docuit, & quòd in eius morte ſciſſum eſt velum templi, & ſciunt, quòd ipſe teſtatus eſt, ſe eſſe filium Dei: quid ergo eorum perfidia excœcati alium expectant Meſſiam?

103 Extende primo hanc ſubillationem, vt hoc Chriſti regnum etiam quoad temporalia incœperit ſtatim in ipſa ſui natiuitate temporali, Nauar. in cap. nouit. not. 3. num. 9. de iudic. huiusq. extenſionis argumenta ſunt, annuntiatio Angeli ad paſtores eodem die, & poſtea Magorum adoratio, Luc. 2. num. 10. & 11. *ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus Dominus*. & Matth. 2. num. 1. & 2. *ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes: vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum?* Immo regnum Chriſti incœpit ſtatim in eius ſanctiſsima Conceptione, vt inter alios ſcribit idem Nauar. eod. num. 9. in fine.

Non obſtat, ſi dicatur, quomodo eius regnum ſtatim incœpit, ſi ipſemet dixit: *vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet*. Matth. 8. num. 20. *& Regnum meum non eſt de hoc mundo*, Ioan. 18. nu. 36.

& Pilato dixit, quòd is non habuiſſet poteſtatem, niſi data ei eſſet deſuper, vt dixi ſupra num. 92. ?

104 Quia reſpondetur, quod Chriſtus fuit humilis, & manſuetus, &, ipſo viuente, & moriente ad tempus, permiſit, vt principes ſeculi dominarentur quouſque ſuum regnum eſſet perfectum, & ordinatum in ſuis fidelibus, operationibus virtuoſis, & eorum ſanguine laureatum, vt hanc reſponſionem latè adducit S. Thomas in opuſc. 20. de regim. princip. lib. 3. cap. 14. 15. & 16.

105 Extende ſecundo, vt ſit vera in quantum Chriſtus fuit Deus, quia ſupra num. 82. in ſecunda illatione iam oſtendimus, Deum fuiſſe, & eſſe abſolutiſſimum dominum vniuerſi orbis; vnde Chriſtus in quantum eſt Deus, eſt dominus non modo terræ, & plenitudinis eius tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus; verum etiam cælorum, & cæleſtium ſpirituum eo iure, quo cuncta ex nihilo condidit, & in nihilum redigere poteſt, Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. q. 4. art. 1. verſ. in hac quæſtione, ibi, porrò quod chriſtus. fol. 307. col. 2.

106 Confirmatur primò hæc extenſio, quia Deus filium ſuum, qui eſt Chriſtus, fecit hæredem vniuerſalem, Apoſt. ad Hebr. 1. ſub num. 1. & 2. *Deus loquens patribus in Prophetis: nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum.*

107 Confirmatur ſecundò, quia ſi de Chriſto loquimur ſecundum diuinam naturam, manifeſtum eſt, quòd omne iudicium patris pertinet ad filium, ſicut enim pater facit omnia verbo ſuo, ita & omnia iudicat verbo ſuo, & conſequenter Chriſto, inquantum eſt Deus, conuenit iudiciaria poteſtas quantum ad omnes res humanas, S. Thom. in ſumm. par. 3. quæſt. 59. art. 4. verſ. reſpondeo dicendum.

108 Extende tertiò, vt etiam in quantum homo, ſit vnicus etiam Rex regni cælorum iure redemptionis, eique propterea incubuit omnia, quæ tendunt ad ſpiritualitatem, & ad ſempiternam hæreditatem, id eſt, animæ ſalutem, ordinare, ita vt vniuerſi Reges, & Poteſtates in temporalibus debeant ei obedire, & parere, Sot. vbi ſupra, & Mich. Sal. ad S. Thom. 2. 2. q. 4. de domin. art. 3. concl. 2. in fine, fol. 133.

109 Extende quartò, vt in quantum homo potuerit etiam eſſe indiſtinctè Rex, & dominus huius mundi, quia, cum eſſet Deus, habebat proculdubio poteſtatem eſſendi dõminus abſolutus etiam in temporalibus, tanquam homo, Sot. & Mich. Sal. in locis ſupra proximè citatis, erat igitur, & eſt Chriſtus quatenus homo, monarcha totius orbis etiã in temporalibus, Nauar. in cap. nouit. in 3. not. num. 11. in vltimis verbis, de iudic. & non ſolum iure redemptionis, vt ex Sot. retuli ſupra num. 108. ſed etiam iure hæreditatis, quam habet à parre, non ſolum, vt Deus, ſed vt homo.

110 Extende quintò, vt etiam in quantum homo retinuerit dominium, non ſolùm in ſpiritualibus, vt dixi ſupra num. 108. ſed etiam in temporalibus, & moueor ex duobus.

Moueor primò, quia ita videtur apertè dixiſſe S. Thom. in opuſc. 20. de regim. princip. lib. 3. cap. 10. dicens, quòd Chriſto ſecundùm ſuam humanitatem fuit collata omnis poteſtas, & poſtea ſubdit, quòd non poteſt referri ad ſolam poteſtatem ſpiritualem, & aſſignat rationem, quam ego adduxi infra num. 135. confirm. 4. & rurſus eod. lib. 3. cap. 12. in fine, citatis Aug. & Hieron. ait, adductam auctoritatem ex Matth. ſup. num. 99. in fine (*data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra*) eſſe referendam, quantum ad humanitatem, quia de diuinitate, inquit, nulli eſt dubium, quin ſemper habuerit.

111 Moueor ſecundo ſequentibus argumẽtis.

Primò, quia inter Eccleſiam triumphantem, & Eccleſiam militantem eſt tanta ſimilitudo, & analogya, vt militans ſit exemplata à triumphanti, Ioan. in Apocal. 21. num. 2. *& ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam, deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam, ornatam viro ſuo, etc.* Exod. 25. in vltimis verbis, vbi Deus, loquens ad Moyſem, vt faciat ei ſanctuarium, ait in fine, *inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*, cap. vlt. ad hoc. diſt. 89. & ſcribunt apertè Gloſ. in clem. 3. ad noſtrum. in verbo, eccleſiæ. de hæret. Nauar. in cap. nouit, not. 3. num. 14. de iudic. Mich. de Anin. tract. de vnit. ouil. cap. 6. num. 6. & ſeqq. tom. 13. par. 2. fol. 27. Petr. Albin. tract. de pontif. poteſt. num. 31. & 32. tom. 13. par. 1. fol. 133. Card. Iacob. tract. de concil. lib. 3. art. 1. num. 26. tom. 13. par. 1. fol. 226. & lib. 7. art. 5. num. 53. fol. 313. & Hier. Zannett. tract. de differ. inter ius ciu. & can. num. 35. tom 1. fol. 200.

112 Sed

112 Sed in Eccleſia triumphanti vnũ eſt principium, & vnus eſt dominus, à quo omnia inferiora gubernantur, Malach. 2. num. 10. *nunquid non pater vnus omnium noſtrum? nunquid non Deus vnus creauit nos?* Apoſt. ad Epheſ. 4. num. 5. & 6. *vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* & Deuter. 6. num. 4. *audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt.* & oſtendit S. Thom. in ſumm. par. 1. q. 11. art. 3. verſ. ſed contra. & ſeqq. & art. 4. & quòd vnus ſit Deus, cognoſcimus etiam tum ex ipſa ratione naturali, per ea, quæ ſcribit Lactan. Firm. lib. 1. de falſ. relig. cap. 3. tum ex Prophetarum, Poetarũ, Philoſophorum, & Sybillarum teſtimonijs, & ex aliorum reſponſis, vt oſtendit idem Firmian. eod. lib. 1. cap. 4. & ſeqq. & hoc eſt de fide, ſecundum quam firmiter credere debemus, eſſe vnum ſolum Deum, & vnum vniuerſorum principium, cap. 1. de ſumm. trin. & fid. cath. extrauag. 1. vnam ſanctam. de maior. & obed.

113 & † aſſerere eſſe duo principia, eſſet hereſis, quæ haberet in ſe idolatriam, quia omnes, qui plures dicunt eſſe Deos, ſunt idolatræ, & apoſtatantes à lege naturæ, quia impoſſibile eſt, duo eſſe infinita actu eſſentialiter diſtincta, per ea, quæ ſcribit Albert. in rubr. num. 28. & ſeqq. de hæret. fol. 330. inter Repeten. vol. 5. & adde quæ ſcripſi ſupra nu. 32.

114 Ergo etiam in Eccleſia militanti vnum eſt caput, videlicet Petrus, qui eſt Vicarius Chriſti, cui Vicario omnes obedire tenentur, Gloſ. in dicto verbo, eccleſiæ. Petr. Albin. dicto num. 31. & hoc eodem argumento vſi ſunt Abb. in cap. 13. nouit. num. 12. & Nauar. not. 3. num. 14. de iudic. Ergo, ſiue conſideremus Chriſtum in quantum hominem; ſiue inquantũ Deum, vnum relinquit principium, & caput totius Eccleſiæ militantis: nam, qui conſiderant Chriſtum, in quantum fuit homo, eò tendunt, vt Imperator dependeat immediatè à Deo, per ea, quæ dicuntur infra, ſub num. 118. & 136. ſed hæc conſideratio non ſeruit eorum intentioni: quia ſemper ſtat hoc fundamentum, quòd, cum vnum corpus ſimus in Chriſto, pro monſtro eſſet, quòd duo haberemus capita, extrauag. 1. vnam ſanctam. de maior. & obedien. Hoſtien. in ſumm. tit. qui fil. ſint legit. §. qualiter & à quo. num. 10. in fine, Petr. Albin. de pontif. poteſt. num. 104. fol. 137. & Card. Iacob. tract. de concil. lib. 10. art. 7. ſub num. 76. verſ. nec obſtat. tom. 13. par. 1. fol. 367. & conſequenter ponere duos Vicarios in terris (dico æquales) eſſet hæreticum, cum vnus ſit Dei Vicarius generalis in terris, Prob. in addit. ad Io. Monac. in cap. 10. ne aliqui. num. 3. de hæret. in 6.

115 Et in tantum eſt vera hæc vnitas capitis in Eccleſia militanti, vt dicamus, Dei, & Papæ idem eſſe conciſtorium, & proinde non poſſe à Papa appellari ad Deum, quia eſt idem conciſtorium, per ea, quæ ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 8. num. 62. Neque ad Concilium, & tenere contrarium, eſſet hæreticum, quia eſſet conſtituere duo capita in Eccleſia, contra prædicta ſub num. 112. & ſeqq. & qui appellaret ad vniuerſale futurum Concilium, eſſet excommunicatus, vt dixi eadem quæſt. 8. num. 63.

116 Secundo, quia Chriſtus, vt retuli ſupra num. 99. quando dixit (data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra) non dixit de poteſtate ſpirituali magis, quàm de temporali; imò cùm eſſet filius, & hæres Dei, & Deus haberet vtramque poteſtatem, neceſſariò fateri debemus, quòd de vtraque ſit locutus; & quòd omne imperium tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus fuerit collatum Chriſto, ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 11. num. 7.

117 Tertiò, quia licet Chriſtus venerit in hunc mundum (vt confeſſio habet Catholica) tanquam redemptor propter nos homines, & propter noſtram ſalutem; quod, fundando ſequentem opinionem contra hanc quintam extenſionem, ſcribunt Sot. & alij citati num. ſeq. tamen dico, quòd non ſequitur iſta concluſio, quam inferunt: ergo nullam huius mundi poteſtatem aſſumpſit; Imò S. Thomas in ſumm. par. 3. quæſt. 59. art. 4. verſ. reſpondeo. & ſeqq. quamuis eum citem infra etiam pro contraria parte; dicit, quòd Chriſti iudicio etiam ſecundum naturam humanam omnes res humanæ ſubduntur, tum quia *Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vt & mortuorum, & viuorum dominetur.* Apoſtol. ad Rom. 14. num. 10. tum quia cuicumque committitur principale, committitur & acceſſorium: ſed omnes res humanæ ordinantur in finẽ beatitudinis, ad quam homines admittũtur, vel repelluntur iudicio Chriſti. Ergo ad iudiciariam poteſtatẽ Chriſti pertinẽt omnes res humanæ.

118 Contra hanc quintam extenſionẽ ſentire videtur idem S. Thom. dicta quæſt. 59. art. 4.

verſ.

verſ. ad primum.& ſeq. dicens, quòd Chriſtus, quamuis eſſet rex, conſtitutus à Deo, tamen, viuens in terris, terrenum regnum temporaliter noluit adminiſtrare, neque voluit iudiciariam poteſtatem exercere ſuper res temporales, quia venerat homines ad diuina transferre; & tenent apertè, vt dixi hic ſupra, Sot. de iuſt. & iur. libro 4. quæſt. 4.art. 1. verſ.in hac quæſtione.ibi, cæterum quantum ad ſecularem. fol.307. col. 2. verſus finem, & lib.5.quæſt.4. art.1.verſ. per hæc. fol. 447. Mich.Sal. ad S.Thomam 2.2. quæſt.4. de domin.art. 3.concl.2. in fine; & ita neceſſariò ſentit Mich. Vlcur. de regim. mund. quæſt. 2. princip. ſub num. 1. verſ. & pro fundamento. & num. ſeqq. & ſub num. 28. & ſeqq.num.33. & ſeqq. num. 36. & 38. & ſub num. 47. verſ. ſupereſt. & num. ſeqq. tom.16.fol.112.& ſeqq. dum, latè diſputando, nititur ſuadere, imperium procedere à Deo immediatè, & non, mediante Papa, & num.79. auſus eſt dicere, quòd propter illa, quæ ipſe ſcribit, illuminatur mundus, & ad concordiam omnes difficultates reducuntur.

119 Confirmatur hæc contraria opinio ex pluribus ſacræ ſcripturæ locis.

Primo, quia Chriſtus in Ioan.18.nu.36. dixit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.*

120 Secundo, quia cùm quidam de turba dixiſſet Chriſto: *Magiſter, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem: at ille dixit illi; homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?* Luc.12.num.13.

121 Tertiò, quia Chriſtus venit ad tollendum peccatum originale, & ad mundandum hominem à peccato actuali, iuxta illud: *verè languores noſtros ipſe tulit, & peccata noſtra ſuſtulit*,& venit mediator inter Deum, & hominem, hoc eſt, ad faciendum amicitiam inter Deum, & hominem: vnde venit pro ſalute animæ, & non ad regendum, & gubernandum temporaliter.

122 Quartò, quia Chriſtus approbauit imperium, quod Cæſar non habuerat ab ipſo Chriſto, dum iudæis, interrogantibus, an liceret dare cenſum Cæſari, & oſtenſo ſibi numiſmate cenſus, & viſa in eo imagine, & ſupraſcriptione Cæſaris, dixit: *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*, Matth.22.num.21. quem ſacræ ſcripturæ locum latius retuli in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt.1. ſub num. 195.

123 Quinto, quia Chriſtus dixit, quòd Pilatus habebat poteſtatem deſuper, vt retuli ſupra num. 92. ſicque à Deo, & conſequenter Cæſar non habebat poteſtatem à Chriſto, quamuis Chriſtus eſſet miſſus in mundum,& ſtatim, atque fuit miſſus in mundum, habuerit poteſtatem, & regnum, vt dixi ſupra num. 103. extenſ. 1. & ex hoc loco magnum nititur argumentum ſumere Sot. de iuſt.& iur.lib.5.q.4.art.1.verſ.per hæc ergo. fol. 447. dicens, quòd Pilatus poteſtatem illam non habuit ex voluntate Chriſti, qui ſe ſponte ſubmiſerit Pilato, à quo iudicaretur, exemplo eorum, qui arbitrum eligunt, cuius arbitrio parere, ſtata pœna, obligantur, quaſi Chriſtus conſtituerit ſibi Pilatum iudicem, conferendo ei nouam poteſtatem, quaſi eam ordinariam non haberet, vt falsò videtur ſenſiſſe S. Thom. 2. 2. q. 67. art.1. verſ. præterea chriſtus. & verſ. ad ſecundum. ſed inquit, Pilatus illam poteſtatem receperat à Cæſare, ideoq.ab ipſo Deo,quia etiam ciuilis Reſp.per legem naturæ, & gentium à Deo deriuatur.

124 Sexto, quia quando diſcipuli dixerunt Chriſto, *Domine, ecce duo gladij hic*. Chriſtus non dixit eis quicquam aliud, niſi, *ſatis eſt*, vt in Luc.22. num.38. & Petro,qui gladio auriculam vni ex ſeruis Principis ſacerdotum amputauerat,dixit: *conuerte gladium tuum in locum ſuum: omnes enim,qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Matth. 26. num.52. Marc. 14.num.47.Luc.22. nu.50. & 51. & Ioan.18. num.10. & 11. *mitte gladium tuum in vagina*; vnde conſtat, quòd ex duobus gladijs, quos Ieſu Chriſto oſtenderunt, ipſe prohibuit Petro exercitium gladij temporalis, & conſequenter remanſit ei ſolum exercitium alterius gladij; qui eſt ſpiritualis.

125 Septimo, quia Papa in cap.6 ſolitæ. de maior. & obed. dicit, Papam & Imperatorem eſſe ſicut ſolem, & lunam, *fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cæli; luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti; vtrumque magnum, ſed alterum maius: ad firmamentum igitur cæli, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria, ideſt, duas inſtituit dignitates, quæ ſunt pontificalis auctoritas, & regalis poteſtas, ſed illa, quæ præeſt diebus, ideſt ſpiritualibus, maior eſt, quæ vtrò carnalibus, minor, vt quanta eſt inter ſolem, & lunam, tanta inter Pontifices, et*

reges

reges differentia cognoſcatur.

126 His non obſtantibus, non diſcedo ab extenſione, tum quia primum argumentum, pro ea adductum ſupra num. 111. ſtringit multum, nec placet, quòd Mich. Vlcur. d. q. 2. num. 62. in fine, fol. 114. ponat, eſſe duo capita in terris, ſicut ſunt duo luminaria in firmamento cæli, quia hoc non eſt ſoluere argumentum, de quo ſupra dicto num. 111. & quomodo ſint duo luminaria, ſcribimus infra num. 135. tum quia opinio extenſionis eſt pia, catholica, & tuta, tum quia adducta in contrarium facilè diluuntur.

127 Ad primum enim reſpondetur, quòd Chriſtus dixit, quòd regnum ſuum, in quo ipſe erat permanſurus, non erat de hoc mundo, ſed erat in cælis; & quòd propterea regnum hoc erat alteri commiſſurus, alioqui quomodo dediſſet claues Petro, dixiſſetque ei, dabo tibi claues, vt quodcumque ligaueris in terra, &c. & paſce oues meas, & quomodo dixiſſet (data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra?

128 Ad ſecundum reſp. quòd Chriſtus ita reſpondidit, & noluit diuidere, tum quia iudex non dignatur eſſe litium, & arbiter facultatum, qui viuorum, mortuorumq. habet iudicium, arbitriumq. mortuorum, vt ex S. Ambr. ſequitur S. Thom. d. art. 4. verſ. ad primum. in fine, & ſic non diuiſit, non quia ei deficeret poteſtas, ſed quia noluit, teſte eodem S. Thom. à nobis relato ſupra nu. 118. verſ. contra. credo autem, quòd noluerit non ſolum propter rationem adductã, ſed etiam, vt oſtenderet, & daret exemplum, quòd nemo debet iudicare, niſi ad id ſit conſtitutus; quia Chriſtus, dum conuerſabatur in hoc mundo, non repræſentabat perſonam regis; & ideo agebat ſolum, vt vir iuſtus, vt dixi infra num. 133. in reſponſ. ad 4. & 5. argumentum.

129 Ad tertium reſpondeo, quòd iſta poſſunt ſimul ſtare, quòd Chriſtus venerit in hunc mundum, vt redimeret genus humanum, ad finem vt redemptum fruatur patria cæleſti, & quod retinuerit etiam imperium, & iuriſdictionem temporalium, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 11. num. 10. quia licet temporalia ſint ſeparata à ſpiritualibus, tamen ſunt ſubordinata ad ſpiritualia, hoc eſt, non debent contrariari ſpiritualibus, ita vt ſint peccaminoſa, & criminoſa; & ſic licet temporalia ſint ad conſeruationem ſocietatis humanæ, tamen non debent eſſe ad perditionem ſalutis æternæ: ideoq. leges ſeculares non debent eſſe nutritiuæ peccati, quia impedirent ſalutem æternam, & conſequenter deſtituerent ſpiritualia, quibus, tenentes contra extenſionem, fatentur, Chriſtum voluiſſe præeſſe, eorumq. iuriſdictionem demandaſſe Petro;
130 hincque † eſt, vt habetur in extrau. 1. vnam
ſanctam. §. in hac. de maior. & obed. & ex
ea adducunt Abb. in cap. 13. nouit. ſub num.
11. & 12. de iud. & alij communiter, quòd
dum diſcipuli dixerunt Chriſto, (ecce duo
gladij) Chriſtus non dixit (nimis eſt) ſed
131 dixi (ſatis eſt) † bene etiam eſt verum, quòd
Chriſtus noluit, vt eius Vicarius per ſeipſum
exerceret gladium temporalem, per ea, quæ
adducit Abb. in d. cap. 13. nouit. ſub nu. 11.
& ideo dixit Petro, mitte gladium tuum in
vagina; ſed voluit, vt retineret illius domi-
132 nium, † ideoq. non dixit ſimpliciter (mitte
gladium) ſed addidit (tuum) & non dixit,
quòd abijceret, quia voluit, vt illum retine-
ret penes ſe, quia erat ſuus, vt hæc eadem
ex Abb. Afſl. Hier. de mont. Reſtaur. Caſtal.
& M. Ant. Cucc. ſecutus ſum d. cap. 11. ſub
num. 10. in alia futura impreſſione; & quòd
apud Chriſti Vicarium ſit vterque gladius,
ſcilicet temporalis, & ſpiritualis, ſcribit Bar.
in extrau. ad reprimendum. initio, num. 9. &
ex his duabus reſponſionibus tolluntur fundamenta Soti, & aliorum, quos citaui ſupra num. 118. verſ. contra.

133 Ad quartum, & quintum reſpon. quòd Chriſtus ex illis verbis non approbauit Cæſaris dominium, ſed, volens ſe eximere ab illo iudicio, retulit ſolum ius naturæ, dicens, ſi quid debetis Cæſari, ſoluite, ſed in primis Deo, vt explicat Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. q. 4. art. 2. verſ. eſt ergo. verſus finem, fol. 313. vel ita reſpondit, quia cũ Phariſei, vt eũ ſermone ſuo caperent, rogaſſent, an liceret tributum dari Cæſari, nec ne? quia ſi reſpondebat, non deberi, eum accuſaſſent, tanquam hoſtem Cæſaris: ſi affirmaſſet, offenſam populi incurriſſet; Ieſus, cognita illorum fraude, præcepit, ſibi oſtendi numiſma cenſus, in quo erat imago, & ſuperſcriptio Cæſaris, eoq. oſtenſo, reſpondit, reddenda eſſe Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & Deo, quæ eſſent Dei; qua reſponſione fuerunt eluſi, vt ſcribit Card. Baron. in annal. eccleſ. anno 34. & imper. 18. verſ. mane autem facto. ſub littera E. fol. 149. vel hac reſponſione fuerunt eluſi, quia per eam ore proprio fuerunt capti; nam ipſi reſponderunt ore proprio, ima-

ginem

ginem illam eſſe Cæſaris, ideo ſecundum os eorum reſpondit eis: reddite Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, & Deo, quæ Dei ſunt, vt eos admoneret, ſic eſſe Deo reddendam imaginem Dei in homine, ſicut erat reddenda Cæſari imago Cæſaris in nummo, vt conſiderat S. Auguſt. in ſerm. 94. erudimini. littera C. in fine, fol. mihi 265. tom. 10. nam ſoliti erant Phariſei eum tentare, vt poſſent illum accuſare, Io. 8. num. 6. & dixi infra gloſ. 4. q. 1. num. 6. illat. 2.

134 vel † Chriſtus ita reſpondit, vt cogitabam ego, quia Chriſtus, dum conuerſabatur in hoc mundo, non repræſentabat perſonam Dei; ſeu Regis, ſed imò ſe ſupponebat Poteſtatibus, & Principibus huius mundi, quia ſic expediebat pro redemptione generis humani: vnde cum in hac ſuppoſitione faceret, & diceret, quæ facere, & dicere debebat, vti vir iuſtus in hoc mundo, & vti talis daret exemplum nobis, Abb. in cap. 13. nouit. num. 12. in fine, de iudic. nulla poteſt ſumi argumentatio, quòd Chriſtus approbauerit imperium Romanorũ, tanquam ordinatum, & inſtitutum à Deo, & tanquam Chriſtus in eo, vti homo, non haberet iuriſdictionem, ſaltem ex decentia, vt honeſtare nituntur Sot. & Mich. Sal. in locis citatis. Addo, quòd Chriſtus fuit humilis, & manſuetus, & ex Dei ordinatione procedebat, quòd ſubijceretur ſententiæ, & morti, vt dixi ſupra num. 104. verſ. quia reſpondetur.

Ad ſextum patet reſponſio ex dictis in reſponſione ad tertium.

135 Ad ſeptimum patet reſponſio ex his, quæ breuiter ſcribit Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 50. num. 18. in fine, & ſub num. 22. fol. 49. tom. 16. & latè Hoſtien. in ſum. tit. qui fil. ſint legit. §. qualiter & à quo. ſub num. 9. verſ. quæ verba. & ſeqq. ex illis enim retorquetur illud argumentum, quia, vt inquit Hoſt. vbi ſupra, ſicut luna recipit lumen à ſole, ita etiam Imperator, qui eſt inſtar lunæ, recipit iuriſdictionem à Papa, qui eſt inſtar ſolis, & ſicut ſol illuminat mundum per lunam, quando per ſe non poteſt, ſcilicet de nocte, ſic ſacerdotalis dignitas clarificat mundum per regalem, quando per ſe non poteſt, ſcilicet vbi agitur de vindicta ſanguinis, & ſicut magnitudo ſolis continet magnitudinem terræ cẽties ſeptuageſepties, inſuper eius quartam, & octauam, & conſequenter continet magnitudinem lunæ ſepties millies, & ſexcenties, & quadrageſies quater, & inſuper eius medietatem, quia magnitudo terræ continet magnitudinem lunæ trigies, id eſt, 30. vicibus, & nonies, & quartam, & vigeſimam eius; ita etiam multo maior eſt dignitas Papæ dignitate Imperatoris.

136 Hæc ad ſeptimum reſponſio, etſi comparationem conuenientem videatur tradere; tamen dum certam inter iſta luminaria narrat differentiæ quantitatem, non tranſit ſine reprehenſione; ſiquidem differere, vtrum ſol ſit tantus, quantus videtur, an multis partibus maior ſit; quàm omnis hæc terra; item luna globoſa ſit, an concaua, & ſtellæ vtrum ne adhæreant cælo, an per aerem libero curſu ferantur; cælum ipſum qua magnitudine, qua materia conſtet; vtrum quietum ſit, & immobile, an incredibili velocitate voluatur; quanta ſit terræ craſſitudo, aut quibus fundamentis librata, & ſuſpenſa ſit, eſt ac ſi differe velimus, qualem eſſe arbitremur cuiuſpiam remotiſſimæ gentis vrbem, quam nunquam vidimus; cuiuſque nihil aliud, quàm nomen audiuimus: quare de his differe, & contendere, videtur eſſe inſanire, & certè ſtulta eſſet diſputatio, quam quiſque prudens derideret, vt ſcribit Firmian. lib. 3. de falſ. ſapien. cap. 3. cum iſtarum rerum non ſit ſcientia, ſed opinio, quæ pro ingenijs varia eſt, & ideo quicquid de cælo tradunt Phyſici, delirant, idem Firmian. eod. lib. 3. cap. 8. ſed diſputant philoſophi, quid agatur in cælo, quia eò ſe impunè id facere arbitrantur, quia nullus exiſtit, qui eorum coarguat errores: quòd ſi exiſtimarent, deſcenſurum aliquem, qui eos delirare, ac mentiri doceret, nunquam quicquam de ijs rebus, quas ſcire non poſſunt, diſputarent, vt ſcribit idem Firmian. eod. cap. 3. verſus finem: de his ergo non Philoſophorum diſputationi, & opinioni ſtandum eſt; ſed credere nos oportet quod ex ſanctorum virorum, & Prophetarum teſtimonio habemus, & quod dicit ſancta Mater Eccleſia, & ea omnia, quæ longa, & certa obſeruatio nos docuit.

137 Subinfero ſecũdo, quòd iuriſdictio à Chriſto deuenit in Petrum, quem Chriſtus ſuum conſtituit vicarium; & petram ſuæ Eccleſiæ, Matth. 16. num. 18. *& ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, & fecit paſtorem ouium, Ioan. 21. num. 17. *paſce oues meas*, deditque ei claues, Matth. dicto cap. 16. num.

num. 19. *& tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum et in cælis.* S. Thom. in opuſc. 20. de regim. princip. lib. 3. cap. 10. Chriſtus enim per ſe ipſum immediatè inſtituit eum ſuum Vicarium, Sot. de Iuſt. & iur. lib. 4. q. 4. art. 1. fol. 309. & Vicariatus poſtea deuenit in Papã, qui propterea eſt ſucceſſor S. Petri, & Vicarius Chriſti.

138 Declara primò, extendendo hanc ſubillationem, vt quemadmodum in Chriſto reſidebat poteſtas, tàm ſpiritualis, quàm temporalis, vt dixi ſup. num. 96. & ſeqq. num. 103. & ſeqq. ita etiam vtraque poteſtas fuit tranſlata in Petrum eius Vicarium; vt fuit præfiguratum in Deut. 17. num. 8. *ſi difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & lepram, & iudicium intra portas tuas videris variari verba: ſurge, et aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesq. ad Sacerdotes leuitici generis, et ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresq. ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, et facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, et docuerint te iuxta legem eius, ſequerisque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram, qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, et decreto iudicis, morietur homo ille;* quæ verba ad oſtendendum, quòd Papa habet vtrunque gladium, conſiderat Papa Innoc. III. in cap. 13. per venerabilem. verſ. rationibus igitur, qui fil. ſint legit. & ex alijs ſacræ ſcripturæ locis deducit Papa Bonifatius VIII. in extrau. vnam ſanctam. de maior. & obed. & nos diximus ſupra ſub num. 129. Reſtaur. Caſtal. tract. de imper. q. 5. num. 2. & 4. vbi de opin. communi fol. 33. tom. 16.

Non obſtat, quòd hæc præfiguratio non applicetur omnino iuriſdictioni Pontificis; cum hodie iuriſdictio eccleſiaſtica ſit diſtincta à iuriſdictione temporali, & ſecundum ſtatum legis veteris vtrumque ad ſummum ſacerdotem ſecundum habitum, & ſecundum exercitium pertineret: poterat enim ſummus Sacerdos, & quilibet alius ſacerdos, ſi conſtitueretur iudex, ferre ſententiam ſanguinis, & per ſe exequi, aliquem occidendo, nec in hoc aliquam irregularitatem incurrebat, imò talis operatio erat valde meritoria, intellige; ſi fiebat zelo iuſtitiæ, & ideo illa diſtinctio, quã Pontifex ſecundum ſuã intentionem facit in cap. per venerabilem. non cõgruit præfatæ auctoritati Deuter. Abulen. in Deuter. d. cap. 17. q. 3. verſ. ſi difficile.

Quia reſp. quòd licet Pontifex in ſolo patrimonio Eccleſiæ exerceat etiam iuriſdictionem temporalem, in alijs verò regionibus, certis cauſis inſpectis; cum aliorum iuriſdictioni nõ intẽdat præiudicare, vt ipſe Pontifex explicat in d. cap. per venerabilem. & ſic licet ipſe videatur diſtinguere iuriſdictiones; tamen non ex hoc ſequitur, quòd auctoritas Deuteronomij non quadret iuriſdictioni Pontificis; quia quòd ſummus ſacerdos exerceret indiſtinctè iuriſdictionem, & exequeretur ex ſe, & hodie Pontifex non exerceat ſolus, & aliquando non exequatur ex ſe, eſt modica variatio, quæ non habet vim mutãdi præfigurationẽ, quæ verificatur in partibus principalioribus, & eſſentialibus: quare hæc modica variatio non deſtruit congruitatem, & applicationem, quam facit Pontifex; nam & gl. ord. & Nic. de Lyra in d. cap. 17. Deuter. explicant ſacerdotis imperio, ideſt, Chriſti, & poſtea Pontificis.

Nec obſtat, quòd in Deuter. agatur præcipuè de præceptis iudicialibus, vt ſcribit idem Abulen. in Deuter. cap. 4. q. 1. initio, & præcepta iudicialia, & moralia nõ facilè mutentur: quia reſpondeo, quòd Pontifex, qui eſt ſummus ſacerdos, poteſt iuriſdictionem ferendi ſententias ſanguinis alijs demandare, quia per hanc delegationem non mutantur præcepta iudicialia, quæ continentur in Deuter. & per viam delegationis æque miniſtratur iuſtitia: Addo obiter, quòd præceptum iudiciale legis veteris non obligat tempore gratiæ, ideſt, nouæ legis, niſi confirmetur in noua lege ab habente auctoritatem, Barth. de Spin. tract. de poteſt. pap. num. 16. fol. 25. inter tract. diuerſ. tom. 13. par. 1. &, notando differentiam inter præcepta cæremonialia, & præcepta iudicialia, ſcribit S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. verſ. reſpon. & plenius explicat Abulen. Exod. cap. 21. q. 1. littera E. & ſeqq. fol. 363. & diſtinctius de moralibus, cæremonialibus, miſticis, & iudicialibus, Tynd. tract. de decim. num. 21. & ſeqq. fol. 123. inter tract. diuerſ. tom. 15. par. 2. & quomodo lex poſitiua poſſit declarare, diſtinguere, & diminuere præcepta iuris diuini, vide Abb. in cap. vlt. ſub n. 3. de cõſuet.

139 Confirmatur hæc declaratio ex hyeroglifico

ſico trium coronarum, quæ ſunt in Regno Papæ, & trium coronarum, nempe ferrea, argentea, & aurea, quibus coronatur Imperator; de qua rriplici Imperatoris corona ponit verſus Gl. in cap. vnico, §. porrò. in verbo, veſtigijs. de iureiur. in clemen. nam placuit alicui, vt ſicut vniuerſus orbis continetur tribus partibus; nempe, Africa, Aſia, & Europa, ita etiam per hanc triplicem coronam denotetur, quòd Imperator ſit Dominus dictarum trium partium, quibus continetur totus mundus; & huic triplici ſpeciei metalli correſpondet tributum, quod in tribus luſtris ſoluebatur, vt dixi in libro præcedenti cap. 11. num. 1230. ſed quicquid ſit de hoc hyeroglifico; tu de coronatione Imperatoris, & de quotuplicitate coronarum, & de earum qualitate; de locis, in quibus ſolet cotonari, & à quo, poteris videre Alber. in ſuo dictionario, in verbo, corona. Albert. in rubr. q. 2. num. 20. de hæret. fol. 329. inter Repeten. vol. 5. & latè Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 33. fol. 43. tom. 16.

140 Declara ſecundo extendendo, vt à Petro procedat etiam omnis iuriſdictio eccleſiaſtica, & proinde etiam iuriſdictio Epiſcoporum, quia etſi Epiſcopi teneant locum Apoſtolorum, cap. 16. videntes. 12. q. 1. & cap. vlt. quorum. diſt. 68. & exornat Lel. Iord. tract. de tom. ſed. orig. cap. 7. nu. 8. fol. 7. tom. 13. par. 2. & dignitas Epiſcopalis, imò & ſacerdotalis ſit inſtituta de iure diuino, ſiquidem Chriſtus elegit Apoſtolos, cui muneri annexa eſt dignitas Epiſcopalis, & Apoſtolicam dignitatem non inſtiruit in tempus, ſed vt in Eccleſia perpetuò duraret, quia illis curam paſcendi gregem commiſit, per ea, quæ latè ſcribit Sot. de iuſt. & iur. lib. 10. q. 1. art. 4. & q. 3. art. 1. vbi propterea contra Catharinum Minorienſem latè oſtendit, reſidentiam Epiſcoporum eſſe de iure diuino, & non de iure humano.

141 Tamen plenitudo iuriſdictionis data eſt Petro, tanquam capiti, vt oſtendit Sot. d. art. 4. verſus finem, in reſponſ. ad primum argumentum; & quòd Petro ſit data poteſtas clauium, & cura paſcendi gregem, & ab ipſo Petro emanet iuriſdictio externa Epiſcoporum, latè, citatis S. Thom. S. Bonau. Albert. Magn. & alijs grauibus viris, ſequitur Lel. Iord. d. cap. 7. num. 10. & ſeqq. & num. 21. quare inſtitutio Epiſcoporum in genere eſt de iure diuino, ſed quòd Titus, & Paulus ſint Epiſcopi, procedit ab arbitratu Papæ, vt ſcribit Sot. d. art. 4. quem ſequitur Lel. Iord. d. cap. 7. num. 23. & à Papa dicunrur habere iuriſdictionem, tùm quia Chriſtus poteſtatem dedit Petro, tùm quia ſicut Chriſtus elegit Apoſtolos, & ab eo habuerunt poteſtatem, ita etiam Petrus, qui eſt eius Vicarius, eligit Epiſcopos, qui tunc ab eo accipiunt poteſtatem, quæ ei data fuit à Chriſto.

142 Subinfero tertio, quòd ſicut omnis iuriſdictio & poteſtas fuit data Chriſto, vt dixi ſupra nu. 96. in prima ſubillatione, & ſicut in Eccleſia triumphanti ex fide vnum ponimus principium, qui eſt Deus ſuper omnes; ita eriam in Eccleſia miliranti vnus debet eſſe Princeps, id eſt, vnus Vicarius, alias ſi duos æquales poneremus Vicarios in terris, eſſet hæreticum, vt dixi ſupra num. 113. & ſeqq.

143 Et iſte vnus Princeps, vnum principium, vnuſque ſuppremus in Eccleſia militanti eſt Papa, qui poteſt præeſſe, etiam temporalibus, Abb. in cap. 13. nouit. num.
144 12. de iudic. & † quod Imperatores Conſtantinopolis dependeant à Vicario Chriſti, oſtendit S. Thomas in 20. opuſc. de regim. princip. lib. 3. cap. 17.

145 Confirmatur primo hæc tertia ſubillatio, quia Moyſes habuit vtrumque gladium; ſpiritualem ſcilicet, & temporalem; & Papa eſt ſucceſſor Moyſi, ſeu Moyſes eſt typus, & figura Papæ, Gloſ. in cap. 7. cauſam. in verbo, ad regem. in fine, qui fil. ſint legit. & Petr. Albin. de pontif. poteſt. num. 103. fol. 137. tom. 13. par. 1. & quòd Moyſes habuerit vtrumque gladium, ſcribit Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. iuriſd. & vnde &c. num. 58. fol. 387. tom. 4. & quòd Papæ ſimul & terreni, & cæleſtis imperij iura ſint commiſſa, dicit text. in cap. 1. omnes. diſt. 22. & ibi Gl. in verbo, cæleſtis. explicat, vtrumque gladium.

146 Confirmatur ſecundò ex verbis S. Auguſt. in ſermone quodam Apoſtolorum Petri, & Pauli, incip. forris & humilis. relatis à Franc. Varg. de auctor. Pap. confir. 10. num. 3. fol. 121. tom. 13. par. 1. *O mira potentia, & ineffabilis gratia ſaluatoris; quis plebeium piſcatorem, Apoſtolorum facilè crederet Principem, & Regibus obſiſtere? Reges ſanctificare? regnis omnibus imperare? mundum refrenare legibus? dæmonem calcare pedibus? iubere virtutibus? cælum hominibus aperire, cum velit, claudere cum placeret, conuerſis donare, negare peruerſis, merita mundi cognoſcere,*

re. culpas, & crimina hominibus relaxare. I ego in operibus S. Auguſtini non inueni hunc ſermonem, ita initiatum, & multò minus hæc verba: inueni ſolum in tom. 10. decem ſermones in feſto de Sanctis Petro, & Paulo Apoſtolis, ſignatos in margine, 24.& ſeqq. fol. mihi 408. & ſeqq. in 4. in impreſſ. Venet. 1584. & in ſerm. 28. piſcatores. in fine, fol. 411. col. 1. leguntur hæc verba, *nunc ad memoriam piſcatoris flectitur genua Imperatoris, ibi radiant gemma diadematis, vbi fulgent beneficia piſcatoris; ex piſcatore fecit Dominus Apoſtolorum Principem, ex Piſcatore fecit Apoſtolicum Confeſſorem.* & quòd Imperator flectat genua in conſpectu Papæ, refert ex lib. Pontif. Reſtaur. Caſtal. tract. de imper. q. 64. num. 1. & ſeqq. fol. 58. tom. 16.

146 Confirmatur tertio, tum quia corporale & temporale dependent à ſpirituali, & perpetuo, ſicut operatio corporis pendet ex virtute animæ, vt ſcribit S. Thom. in opuſc. 20. de regim. princip. lib. 3. cap. 10. & corporalia reguntur per ſpiritualia ſecundum eund. S. Thom. quem ſecutus ſum infra gl. 9. num. 7. tum quia ſuppoſito, quòd Papa habeat poteſtatem etiam in temporalibus, quatenus illa téporalia tendant ad ſpiritualia, ideſt, ad finē ſpirituale, vt habere ſupponunt S. Tho. d. lib. 3. cap. 13. & Franc. Varg tract. de auct. pontif. confirm. 10. num. 1. & 2. tom. 13. par. 1. fol. 121. & concedunt etiam illi, qui tenent, Chriſtum, in quantum homo, non habuiſſe imperium in temporalibus; hi ſunt Sot. & Mich. Sal. in locis, citatis ſupra num. 118. verſ. contra. & Mich. Vlcur. de regim. mund. q. 2. princip. num. 38. fol. 113. & ſub num. 80. & 81. fol. 115. tom. 13. par. 1. dicens, quòd Chriſtus in quantum homo non habebat imperium temporale principaliter, hoc eſt, inquit, non venit ad exercendum temporale dominium, licet benè acceſſoriè: & non poſſunt illi hoc non concedere, quia etiam Chriſtus fecit quaſi flagellum de funiculis, eoq. vſus fuit contra vendentes, & ementes in Eccleſia, Ioan. 2. num. 13. & ſeqq. *& aſcendit Ieſus Ieroſolymam, & inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & nummularios ſedentes, & cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, &c.* & Matth. 21. num. 12. & 13. *& intrauit Ieſus in templum Dei, & eyciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis: ſcriptum eſt, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum,* de cuius ſacræ ſcripturæ loco ſcripſi etiam in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 77. & q. 7. par. 1. num. 60. & in hoc propoſito ex Abb. retuli ſupra lib. 1. cap. 11. num. 10. verſus finem; & ideo etiam Papa, exemplo Chriſti, vtitur quandoque gladio temporali; ſequitur quod ſoli Papæ conuenit vnitas principatus.

147 Confirmatur quarto, quia licet Imperatoria dignitas ſit magna, tamen Imperatores præſtant Eccleſiæ, & Pontifici iuramentum fidelitatis, clement. vnica, de iureiur. de quo iuramento latè Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 36. num. 1. & ſeqq. fol. 45. tom. 16. & an iurando tangere debeant ſcripturam, vel quid, ſcribit q. 38. eod. fol. 45.

148 Adduntur etiam rationes, quare debeat eſſe vnus princeps, qui ſit omnium ſupremus, & maioriam penes ſe retineat.

Prima ratio eſt, quia experientia, & natura nos docet, vnum debere eſſe caput, & dominum; vnde cum Remus, & Romulus fratres Romam conſtruxerint, orta inter eos contentione, à quo eorum ſumere deberet nomen, & quis eorum deberet eſſe dominus, Romulus ſorte obtinuit, à quo dicta eſt Roma, isq. tanquam dominus, Remulum fratrem, quia muros ciuitatis traſcendere voluit, fecit occidi, l. vlt. ff. de rer. diuiſ. vbi Gl. in verbo, remus. ponit Lucani verſum. *Fraterno primo maduerunt ſanguine muri.*
149 & † aduertit Hier. ad Ruſt. epiſt. 4. relatus in cap. 41. in apibus. 7. quæſt. 1. *in apibus princeps vnus eſt, grues vnam ſequuntur ordine litterario: Imperator vnus, iudex vnus prouinciæ. Roma, vt condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebecca vtero Eſau, & Iacob bella geſſerunt.* licet ad hoc reſpondeant Oldrad. in conſ. 69. conſueuit. num. 10. in fine, & Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. q. 4. art. 2. verſus finem, poſt illum verſum, *ignotum vobis.* fol. 314. col. 1. in fine, quòd vna apes non eſt rex omnium apum de mundo, imò, inquiunt, in quolibet vaſe eſt vnus rex; & addit Oldr. quòd neque omnes grues de mundo ſequuntur vnam, ſed vna congrega-
150 tio ſequitur vnam, & alia aliam. † Secunda ratio eſt, quia pax, & vnio Ciuium debet eſſe finalis intentio regentis, ſed hæc pax, & vnitas magis poteſt induci, & conſeruari, ſi regatur per vnum, quàm ſi regatur per plu-

res; ergo melius eſt, regi per vnum, S. Thom. in 20. opuſc. de regim. princip. lib 1. cap. 2. & Bar. tract. de regim. ciuit. num. 8. nam, ſi ſint plures, de facili inter eos oritur diſcordia, quia natura humana eſt prona ad diſſentiendum, vt ſcripſi libro præceden. cap. 2. num. 574. & in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. ſub num. 51. & diſcordia eſt inimica pacis: Vnde ſi non ſit vnus paſtor, ſed ſint plures, verificaretur dictum Ieremiæ Proph. 12. num. 10. *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam*, & comprobatur hæc ratio, quia multitudo principum ex ſe non eſt bona, ſed mala, vt ex Ariſt. 12. metaph. ſequitur Cardin. Zabar. in clem. vnica, §. porrò. ſub num. 8. de iureiur. ideoq. neque eligenda, habet enim in ſe rationem caſtigationis in populum, Prouerb. 28. num. 2. *propter peccata terræ multi principes eius.*

151 † Tertia ratio eſt, quia virtus vnita creſcit, & eſt fortior; ſeparata autem, & diſperſa, diſſipatur, Bar. in tract. de regim. ciuit. ſub num. 8. verſ. ſecundo probatur. Reſtaur. Caſtal. tract. de imper. q. 5. ſub num. 3. paulò ſupra finem, fol. 34. ergo ſi poteſtas, & potentia regendi reſideat in vno, erit efficacior, & ille potentius poterit gubernare.

152 † Quarta, quia nullus reperiri poteſt magiſter, qui nos doceat ita ſecurè, & ſine errore, prout docet natura; vnde ars debet eam imitari, & quò magis imitatur, eò melius agit, vt per alia verba ſcribit S. Thom. dicto cap. 2. ibi. adhuc ea, quæ ſunt ad naturam. Bar. dicto tract. de regim. ciuit. ſub num. 8. verſ. tertio ars ſeu artificium. & Reſtaur. Caſtal. dicta quæſt. 5. nu. 3. paulò ſupra finem;

153 † ſed regimen naturale dependet ab vno; nam in membrorum multitudine vnum eſt, quod omnia mouet, videlicet, cor, & in partibus animæ vna vis præſidet, videlicet, ratio, imò naturaliter omnis multitudo deriuatur ab vno, S. Thom. in loco ſupra proximè citato, & multa membra, quæ ſunt in homine, reguntur à capite, Bar. vbi ſupra.

154 † Ergo cum mundus ſit vnum corpus, habens multa membra, vnum in eo conſtituendum eſt caput, ſeu præcipua pars, quæ ſit cor, ſit ratio, & ſit caput, vt ab eo ſolo per viam maioriæ regatur, poſſitq. in vnitate, & pace contineri.

155 Non obſtat quòd Imperator poſtquam eſt coronatus à Papa in Eccleſia S. Petri, & per vnam noctem permanſit Romæ; quia non amplius ibi licet ei poſt coronationem morari; diſcedat, & in diſceſſu aſcendat montem propè dictam Eccleſiam Sancti Petri, qui mons eſt extra muros per duo milliaria, & vocatur mons Maurus, & eſt altior omnibus alijs de contrada Vrbis, & cum Imperator eſt in vertice huius montis, cleuet manum, & voluendo ſe, dicat (omnia, quæ videmus, ſunt noſtra, & ad mandata noſtra pertinent) & ſtatim mittat per vniuerſum mundum, vt ad mandata ſua veniant omnes Barones, & Principes Chriſtiani, & pagani totius mundi, vt ex practica Cancellariæ Rom. fol. 14. refert Albert. in rubr. quæſt. 2. num. 26. verſ. circa tamen. de hæret. fol. 330. iuxta Repet. vol. 5. quia reſpond. quòd ſcripſerit Albert. quicquid voluerit, quod dicit, non videmus fieri, neque ſeruari, & tamen adhuc maioria & vnitas Principatus reſidet in Papa, & aduerte quòd iſte mons, quem dicit vocari montem Maurum, vulgo dicitur (la croce di monte mario.)

156 Firmata tertia ſubillatione, poſita ſupra num. 141. quòd vnicum ſit conſtituendum caput, & dominus ſupremus.

157 Declara eam, vt quamuis vnicus eſſet dominus in temporalibus, tamen eius dominium reſtringeretur ad iuriſdictionem ſolam, non autem extenderetur ad proprietatem bonorum, quia in ijs nullus Princeps habet dominium, & hoc iure vtimur, Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. q. 4. art. 1. col. 5. ibi, & quidem quantum ad primam. fol. 308. & Mich. Sal. ad S. Thom. 2. 2. q. 4. de domin. art. 3. initio, & ordinatè concl. 1. fol. 131. & 132. & eſſe communem opinionem teſtatur Io. Fab. in l. bene à zenone. num. ... C. de quadr. præſcrip.

158 † Turca enim eſt, qui, vt fertur, illa dominatur tyrannide, vt cunctas ſubditorum ſubſtantias, tanquam ſuas proprias, pro libito putet poſſe vſurpare, Sot. in loc. ſupra proxime citato, & Mich. Sal. dicta concl. 1. verſ. ſecundo princeps.

159 Non obſtat, quòd contrarium exiſtimauerit Hoſtien. in ſum. tit. de præſcript. rerum immob. §. quæ exigantur in præſcriptione. verſ. ſic & ſi princeps. dicens, quòd ſi princeps mihi rem alienam dederit, non habeo rei alienæ conſcientiam, ſed meæ, quia Princeps hoc facere poteſt, cum ipſe ſit dominus mundi, & ideo poteſt, inquit, rem alienam donare, quia ipſe eſt dominus etiam quoad proprietatem, dicens, hoc eſſe verius eo, quod dicunt aliqui, eſſe dominum quoad iuriſdictionis tuitionem, & defenſionem.

Quia

160 Quia reſpondeo, quòd Hoſtien. loquitur
cum magno ſalis grano, dicens, quod illi, cu-
ius res erar, datur regreſſio contra fiſcum:
vnde, inquit, imputet ſibi, ſi non agit, &
proinde princeps eſt dominus, ſoluendo pre-
tium.

161 Sed ego crederem, opinionem Hoſtien-
ſis procedere, ſi Princeps illi potius ſolueret
pretium, quàm ſi reſeruaret actionem.

162 Subinfero quarto, quòd cum omne impe-
rium, omniſq. poteſtas fuerit à Deo tranſla-
ta in Chriſtum, vt ſecutus ſum ſupra num.
96.129. & ſeqq. infideles nullam poſſunt ha-
bere iuriſdictionem, nullumq. imperium,
quia eam non recognoſcunt à Chriſto, Hoſt.
in cap. 8. quod ſuper his. num. ... de vot.
cuius opinionem veriotem exiſtimat, & ſe-
quitur Oldrad. conſ. 72. an contra. num. 3. ibi,
& ſalua veritate. & videri magis catholicam,
& vtilem fidei Chriſtianæ, ſcribit Martin.
Lauden. tract. de princip. quæſt. 49. italia,
alias. fol. 205. tom. 16. & hanc Hoſtienſis
opinionem latè ſequitur Albertin. in tubr. q.
8. in prima concluſ. num. 2. & ſeqq. fol. 337.
inter Repeten. vol. 5. & eſſe magis commu-
nem opin. ex Doctorum atteſtatione, & alijs
citatis, ſcribit, & ſequitur Marq. de Suſan.
tract. de iud. & alijs infidelibus, cap. 6. ſub
num. 10. verſ. non ita. fol. 34. & par. 2. cap. 4.
ſub num. 10. verſ. ſed quid ſi teſtamentum. &
cap. 6. ſub num. 26. verſ. ſed alia fuit. tom. 14.
fol. 48. & ab hac Hoſtienſis opinione non vi-
detur diſcedere Ant. de Butr. in eodem cap.
quod ſuper. num. 10. verſ. ad tertium. licet
loquatur aliquantulum obſcurè; & quòd ſo-
li Chriſtiani ſint capaces iuriſdictionis, ſequi-
tur Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. iu-
riſd deleg. num. 50. fol. 396. tom. 4. hæcque
eadem opinio eſt de mente Speculatoris,
quem ſecutus ſum infra gl. 4. q. 2. num. 21. in
fine, dum ſcribit, quod infidelis non poteſt
eſſe iudex: ergo ſecundum ipſum non poteſt
habere iuriſdictionem, & quia Canoniſtæ &
Legiſtæ ita tenent communiter, videtur
quòd tu Canoniſta, & tu Legiſta ab ea diſce-
dere non debeas: videtur enim temerarium
diſcedere à communi opinione in ſua pro-
163 feſſione: † ex hac opinione quomodo inferri
poſſit, quòd teſtamentum factum à Chriſtia-
no in portu maris apud infideles, non valeat,
niſi ſint ſeruatæ ſolemnitates requiſitæ à iu-
re ciuili, vide Marq. d. cap. 4. ſub num. 10.

Confirmatur primò hæc ſubillatio ex
his, quæ ſcripſi ſupra num. 47. & 48. verſ.
ratio quoad iudæos.

164 Confirmatur ſecundò, quia Reges dicun-
tur à rectè agendo; at infidelis, qui ſcienter
pugnat contra legem Chriſti, peſſimè agit.
Ergo.

165 Confirmatur tertio, quia duo non poſſunt
eſſe domini in ſolidum, l. 5. ſicut certo loco.
§. ſi duobus vehiculum. & ibi Gloſ. in verbo,
dominium. ff. commod. ideoq. nec quis po-
teſt duobus dominis ſeruire, Matth. 6. num.
24. *nemo poteſt duobus dominis ſeruire, &c.*
ſed iuriſdictio totius orbis eſt tranſlata in
Chriſtum, vt dixi ſupra num. *96.* non enim
eſt locus, vbi nomen Chriſti non peruene-
rit, vt ſacræ ſcripturæ auctoritate dixi ſupra
166 num. 100. † omnia enim ſubiecta ſunt Chri-
ſto, oues, boues, & pecora campi, Pſalm. 8.
num. 8. *omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues,
& boues vniuerſas, inſuper, & pecora campi:*
nam per oues intelligimus Chriſtianos, quo-
rum Saluator dixit ſe eſſe paſtorem, ſed per
boues, & pecora campi, intelligimus Sar-
167 racenos, † & licet iſtæ beſtiæ, quoad paſtum
non videantur commiſſæ Petro, ſunt tamen
quoad dominium, & poteſtatem ſubiectæ pe-
dibus eius, vt latius explicant Oldr. dicto
conſ. 72. ſub num. 3. & Corſet. de poteſt. reg.
in 5. & vlt. par. num. 20. in fine, & num. 21.
fol. 141. tom. 16. & à Chriſto fuit tranſlata
in Papam, qui propterea habet poteſtatẽ, &
iuriſdictionem de iure ſuper omnes homines
mundi, nedum Chriſtianos, ſed etiã Iudæos,
Sarracenos, Barbaros, & alios quoſcunque
infideles; licet enim hi non ſint de ouili Ec-
cleſiæ, tamen etiam hi ſunt oues Chriſti per
creationem, & ſic ſub vicariatu Petri, & ſuc-
ceſſorum incluſi; quare licet non ſint de oui-
li Eccleſiæ, tamen Chriſtus dixit Petro ge-
neraliter; paſce oues meas, Innoc. in dicto
cap. quod ſuper. num. 3. verſus finem, ibi,
ſed bene tamen credimus. & nu. 4. & Vital.
in loco infra proximè citato: & ideo Redem-
ptor noſter in Ioan. 10. num. 16. dixit, *alias
oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas
oportet me adducere, & vocem meam au-
dient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.*
Oldr. conſ. 264. illa videtur. nu. 4. verſ. item
quarto. Marq. de Suſ. tract. de iud. & al. in-
fid. par. 2. cap. 7. num. 3. fol. 41. tom. 14.
& quòd iudæi inter oues Chriſti connume-
rentur creatione, gubernatione, & redem-
ptione ex parte Chriſti, ſcribit Ioan. de Mon-
tegranario inter conſ. Bal. conſ. 428. in-
quiſitio. num. 5. in fine, & num. 6. lib. 5. in

impreſſis Lugduni 1548. ſed in alia impreſſione anno 1559. ad ſignum leonis hoc conſilium deeſt, & ſequuntur Marq. de Suſ. dicto num. 3. & Bec. conſ. 84. caſus. num. 4.

168 Et † quòd appellatione proximi veniat Iudæus, Sarracenus, & alius infidelis, ideoq. corrigi poſſit, ſcribit Abb. in cap. 13. nouit. ſub num. 3. de iudic. & latius ſcripſi infra num. 236. & ſeqq.

169 † Et licet Papa non poſſit eos excommunicatione, aut alia vi cogere ad fidem, Vital. vbi infra, & latius ſcripſi infra nu. 231. tamen poteſt eos punire, ſi agant contra ea, quæ ſunt legis naturæ, Innoc. in dicto cap. quod ſuper. ſub num. 4. & Anch. num. 24. & Vital. in clem. paſtoralis. §. nos tam. num. 15. & ſeqq. de ſent. & re iud. & in clem. vnica, ex graui. num. 110. de vſur. & idem ſi peccant contra legem in moralibus, Abb. d. cap. 13. nouit. ſub num. 3. de iudic. & quòd Papa poſſit indicere bellum contra infideles peccantes contra legem naturæ, & Iudæi delinquenres contra legem eorum in moralibus, puniantur per Eccleſiam, licet in temporalibus ſubijciantur imperio Romano, & quando iudæus cõmittit hæreſim circa legem ſuam, Inquiſitor hæreticæ prauitatis poſſit illum punire, ſequitur Corſet. de poteſt. reg. in 5. & vlt. par. num. 33. in fine, & num. 34. fol. 142. tom. 16. & Albert. infra citatus, & quòd infideles, Philoſophi, & alij idolatrantes non fuerint à crimine excuſati, quia aut ſciuerunt, idola non eſſe colenda, & fuerunt crimi noſi, quia nullatenus conabantur viuere ſecundum rationem: aut ignorabant, & tunc etiam peccabant, quia eorum ignorantia erat craſſa, & ſupina, quia per rationem naturalem poterant inuenire, quòd in idolis manufactis nihil erat diuinitatis; & propterea idolatræ, quia peccant contra naturã, poſſunt puniri à Papa; imò quòd etiam Iudæus, ſi delinquat contra legem ſuam, committendo hæreſim, poſſit puniri per Inquiſitorem, ſequitur Albert. in rubr. q. 8. num. 27. de hæret. fol. 339. inter Repet. vol. 5. Dum hic ſupra ex Vital. retuli, quòd Papa non poteſt excommunicare infideles, moneo obiter, quòd Papa non ſolum non debet eos excommunicatione cogere ad fidem, ſed neque ea vti debet contra eos peccantes in lege naturæ, quia excommunicatio eijcit ab Eccleſia, vt cumulatè ſcripſi lib. proximè præcedenti cap. 9. num. 1059. & ſeqq. ſed infideles iam ſunt longè, & omnino extra Eccleſiam: ergo fruſtratoria eſſet excommunicatio, quia vbi deficit habitus, non poteſt ſtare priuatio.

170 Contra hanc illationem, quòd enim infidelitas de per ſe non ſit iuſta cauſa, vt infideles poſſint à Chriſtianis bello, aut aliter vexari, ex eo ſolum, quod ſunt infideles, & Chriſtianam religionem nolunt profiteri, tenuerunt S. Thom. 2. 2. q. 12. art. 2. verſ. reſpond. dicens quòd infidelitas ſecundum ſe ipſam non repugnat dominio, eo quòd dominium eſt introductum de iure gentium, ſubdens etiam quòd ad Eccleſiam non pertinet punire infidelitatem in illis, qui nunquã fidem ſuſceperunt, quia, vt dicit Apoſt. quid mihi de his, qui foris ſunt, iudicare? imò vt ſcribit idem S. Thom. ead. par. 2. 2. q. 10. art. 1. verſ. reſpon. & num. 2. verſ. præterea. infidelitas ſecundum negationem puram, ſicut in illis, qui nihil audierunt de fide, non habet rationem peccati, nullus enim peccat in eo, quod vitare non poteſt, quia omne peccatũ eſt voluntarium, ſed non eſt in poteſtate hominis, quòd infidelitatem vitet, quam vitare nõ poteſt, niſi fidẽ habẽdo, dicit enim Apoſt. quomodo credent ei, quem non audierunt? ergo infidelitas non eſt peccatum: eandem opin. contra illationem tenent Sotus, quem citaui infra num. 175. & alij, quos citat & ſequitur Couar. in cap. peccatum. de reg. iur. in 6. cuius titulum ponit de reſtit. par. 2. §. 10. ſub num. 2. fol. 652. tom. 1. & tenent Mich. Sal. ad D. Thom. 2. 2. q. 61. art. 1. de dominio. q. 2. art. 2. concl. 2. fol. 109. & eam ſunt ſecuti moderniores Theologi, ita vt pro hac opin. ſtet maior pars Theologorum: tenent etiam ex Iureconſultis, ſeu Canoniſtis Innoc. in cap. quod ſuper. ſub num. 3. de vot. & Gemin. conſ. 96. pro huius. num. 5. & ſeqq. & num. 19. & ſub num. 6. reſpondet priuilegio Alexandri Sexti, & ſub num. 20. reſpondet rationibus Hoſtienſis, qui eſt anteſignanus opinionis Canoniſtarum: Imò Caiet. ad D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 8. verſ. ad quorum. loquendo de iſtis infidelibus, qui neque de iure, neque de facto ſubſunt ſecundum temporalem iuriſdictionem Principibus Chriſtianis, vt ſi inueniuntur Pagani, qui nunquam imperio Rom. ſubditi fuerunt, item alij, qui habitant terras, in quibus nunquam fuit nomen Chriſtianũ, ſcribit, quòd Domini iſtorũ infidelium, quamuis ſint infideles, tamen ſunt legitime Domini, nec ſunt propter infidelitatem priuati dominio, cum dominium ſit ex iure poſitiuo, & infidelitas ex iure diuino,

uino, quod non tollit ius poſitiuum: & ſubdit, quòd contra iſtos dominos infideles nullus Rex, nullus Imperator, nec Eccleſia Romana poteſt mouere bellum ad occupandas terras eorũ, aut ad ſubijciendum eos temporaliter, quia Ieſus Chriſtus Rex Regum, cui fuit data omnis poteſtas in cælo, & in terra, miſit ad capiendam poſſeſſionem mundi non milites armatæ militiæ, ſed ſanctos prædicatores: vnde, inquit, grauiſſimè peccaremus, ſi fidem Chriſti Ieſu per hanc viam ampliare contenderemus, & teneremur ad reſtitutionẽ.

Tu, qui es Canoniſta, & ideo in Canoniſtarum ſententiam facile traheris, Theologorum obiectionibus poteris, ſi placet, reſpondere, vt infra.

171 Non obſtat primo, quòd Innoc. in d. cap. quod ſuper. ſub num. 3. de vot. dicat, quòd dominia, poſſeſſiones, & iuriſdictiones licitè ſine peccato poſſint eſſe apud infideles, quia hæc non tantum pro fideli, ſed pro omni rationali creatura ſunt facta, Deus namq. ſolem oriri facit ſuper bonos, & malos, & ipſe volatilia paſcit, Matth. 5. num. 45. *vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.* & 6. num. 26. *reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cæleſtis paſcit illa.* & Luc. 12. num. 24. *conſiderate coruos, quia non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt cellarium, neque horreum, & Deus paſcit illos.* & propter hoc ait, Innoc. quòd non licet Papæ, vel fidelibus auferre dominia, ſiue iuriſdictiones infidelibus, quia ſine peccato ea poſſident.

Quia reſpondeo, quòd ipſemet Innoc. in eod. cap. quod ſuper. ſub eod. num. 3. & ſub num. 4. tenet, quòd Papa, vti Chriſti Vicarius, habet poteſtatem, non tantum ſuper Chriſtianos, ſed etiam ſuper omnes infideles; vnde ſibimet contradicit; quia, ſi habet ipſe, non poſſunt habere infideles, quia ab eo non habent, per ea, quæ dixi ſupra num. 165. & ſeqq. in tertia confirmatione, & tandem ſub dicto num. 4. ſe declarat, & bene, quòd Papa habet iuriſdictionem de iure, licet non de facto.

172 Non obſtat ſecundo, ſi contra tertiam confirmationem poſitam ſupra num. 165. & ſeqq. dicatur, quòd ſicut multi Principes Chriſtiani, ſalua iuriſdictione Papæ in ſpiritualibus, & reſeruata ei maioria, habent dominium, & poſſeſſionem iuriſdictionis in Chriſtianos, ita etiam Principes infideles habere poſſunt iuriſdictionem temporalem in infideles.

Quia reſpondeo, quòd inter Papam, & Principes Chriſtianos eſt iuriſdictio ſubordinata, quæ non eſt inter Papam, & principes infideles, qui eum nullatenus volunt recognoſcere.

173 Et licet poſſint dicere, quòd iuriſdictionem recognoſcunt à Deo, quia dandi regni, & imperij poteſtatem non habet, niſi Deus verus, qui dat fœlicitatem in regno cælorum nonniſi ſolis pijs, regnum verò terrenum & pijs, & impijs, ſicut ei placet, cui tamen nihil iniuſtè placet, S. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 5. cap. 21. tom. 5. nam ſine eius voluntate eam non poſſent habere, & à Deo etiam recognoſcant Chriſtiani, mediante Papa.

174 Tamen dico, quòd infideles poſſunt eã recognoſcere à Deo permittente, & ſic veluti de facto; non autẽ de iure; Deus enim ſuo iuſto iudicio permittir, & tolerat, quandoque fieri homicidia, & alia mala, ſed tamen ſunt mala, ideoq. non iure fiunt, & veniunt punienda, vt explicaui infra gl. 14. q. 9. num. 3. & ſeqq. quare Deus, quamuis ſit omnipotens, & ſummè bonus, tamen aliqua mala, quæ prohibere poſſet, permittit in vniuerſo, ne, eis ſublatis, maiora tollantur bona, vt cum Chriſtus ſeruis, interrogantibus de colligenda zizania, reſpondit, *non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum*, Matth. 13. num. 29. vel aliqua permittir mala, ne peiora ſequantur, & ab eius exemplo, qui præſunt regimini humano, aliqua tolerant mala, ne aliqua peiora incurrantur, vt cum tolerant meretrices, S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 11. verſ. reſpondeo. & ibi Caiet. in fine initij, & eſſe tolerandas meretrices ad euitanda maiora mala, ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. ſub num. 45. & 46. & §. 3. gl. 3. nu. 48. & ne maiora bona tollantur, eſſe tolerandos ritus Iudæorum, ſcripſi infra ſub num. 199. verſ nec contra. & hac ratione tolerandos eſſe etiam hæreticos, ſi ex eorum punitione læderentur Chriſtiani, ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 83. num. 7. imò non ſolùm toleratur vitium, ſed aliquod vitium reputatur virtus, quando eo alia cohibentur vitia, vt ex S. Auguſt. retuli infra ſub dicto nu. 199. verſ. imò non ſolum.

175 Non obſtat tertiò, quòd Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. quæſt. 4. art. 1. col. 7. fol. 309. dicat,

etiam iuriſdictiones, & poteſtates, quæ ſunt penes principes infideles, eſſe à Deo, quia fides naturam non deſtruxit, ſed perfecit, & per illas poteſtates poſſunt gubernare plebes in his, quæ ſunt iuris naturalis.

Quia reſpondeo, quòd ſatis eſt contra naturam, vt ſubditi Petro, contemnant Petrum, & eius ſint rebelles; vnde retorqueo argumentum Soti, & dico, quòd ſi iſtorum deſtruatur poteſtas, perficitur natura; & licet ij poteſtatem dicantur habere à Deo permittente, vt dixi ſupra num. 173. & 174. tamen eam habent quouſque Deus permittit, ſed quando amplius non permittit, tunc quaſi perficiatur natura, auferetur ab eis.

Non obſtat quarto, quòd Papa non poſſit cogere ad fidem infideles, qui fidem nunquam ſuſceperunt, quia hi omnes libero arbitrio ſunt relinquendi, Innoc. in cap. quod ſuper. num. 8. verſ. item licet. de vot. & latius ſcripſi infra num. 231. & conſequenter fruſtratoria eſſet iuriſdictio Papæ in illis locis, in quibus degunt Sarraceni, & alij infideles.

Quia reſp. quod poſſunt ſimul ſtare, quòd Papa habeat iuriſdictionem, & illi viuant ſecundum eorum legem, prout videmus in iudæis, qui habitant in terris Chriſtianorum, quia hi viuunt ſecundum legem Moſaycam, & tamen ſubſunt iuriſdictioni Chriſtianorũ.

Non obſtat quinto, quòd infidelitas non repugnet dominio, & quòd dominium ſit introductum de iure gentium, quod non tollitur à iure diuino, vt ex S. Thom. ſequuntur cæteri Theologi.

Quoniã reſpondetur, quòd dominio nõ repugnat infidelitas, ſed repugnat priuatio, quæ fuit inducta, cum omne dominium fuit datũ Chriſto, & ipſe fuit factus ſuppremus Monarcha, ſublatis omnibus alijs monarchijs.

176 Non obſtat demum, quòd Corſett. tract. de poteſt. reg. in 5. & vlt. par. num. 19. & ſeqq. q. 82. fol. 141. & ſeqq. tom. 16. diſputando, vtrum bellum contra Sarracenos Hiſpaniæ ſit licitum, &; relatis his duabus opin. contrarijs inter Innoc. & Hoſt. & adductis ſequacibus, & argumentis pro vtraque parte; tandem ſub num. 36. verſ. capio tertium. fol. 142. formato ſeparatim hoc dubio, an dominia ſint etiam apud infideles, ſequatur Innocentij opinionem affirmatiuam, quòd dominia ſint etiam apud infideles, pro qua opinione in præcedenti dubio, an bellum ſit licitum contra Sarracenos Hiſpaniæ, adducit argumenta num. 23. in fine, num. 24. & 25. & ex Petr. de Anch. num. 28. & ſeqq.

Quia reſpondeo, de Corſetti auctoritate in hoc articulo non multum eſſe curandum, quia ipſe, confuſis terminis, multa promiſcuè parum accuratè glomerauit, & tandem num. 32. verſus finem, anceps in q. propoſita de bello, ponit octo caſus indubitabiles, in quibus ait, bellum eſſe licitum, & deinde extra illos octo caſus, ſub num. 35. dicit, opinionem Hoſtienſis de iure eſſe veriorem, eò quia in aduentu Chriſti omnis principatus cuicunque infideli fuit ablatus; ſed de æquitate ait, opinionem Innocentij eſſe æquiorem: & poſtea cum in ſequenti dubio; an dominia ſint etiam apud infideles; deberet loqui cum eadem diſtinctione, dicit ſimpliciter cum Innoc. contra Hoſtien. quòd ſunt etiam apud infideles; & ſic ſibi non eſt conſtans, & ſe ipſum conquaſſat, & in effectu licet profiteatur ſequi opinionem Innocẽtij, tamen ſequitur opinionem Hoſtienſis, quia eſt fundata in ratione inuincibili, nam licet Papa ex quadam honeſtate, & conuenientia non moueat bellum contra infideles, & toleret, vt ij detineant iuriſdictionem, tamen nos non diſputamus de hoc, quia hoc eſt certum, quòd Papa tolerat, vt videmus, ſed quærimus, an infideles de iure habeant iuriſdictionem, & dominia. & ipſemet Corſet. in hoc dicit, quòd non habent.

177 Verum Theologo, qui Theologorum ſequitur opinionem, non deficiunt reſponſiones ad fundamenta Canoniſtarum, quarum reſponſionum aliquas tradit Gemin. dicto conſ. 96. ſub num. 20. & ſigillatim, & copioſè omnes adducit Couar. dicto §. 1 c. ſub num. 2. verſ. non obſtat primum. & ſeqq. ideo cenſeo non eſſe à nobis transcribendas.

Pro aliqua tamẽ maiori facilitate, & compoſitione controuerſiæ ego diſtinguerem in primis duas difficultates.

Prima eſt, an ſint aliqui caſus, in quibus infideles debeant priuari iuriſdictione, nõ ex eo ſolum, quòd ſint infideles, ſed ex alia iuſta cauſa: & in hac difficultate eſt firmanda concluſio affirmatiua: & caſus ſunt hi, quos poſui infra num. 222. 229. & 230.

178 Secunda difficultas erit: quid firmandum ſit in alijs infidelibus: & pro reſolutione huius difficultatis, & declaratione totius infidelitatis, de qua ſupra num. 162. & ſeqq. reaſſumo materiam & diſtinguo duas ſpecies infidelitatis, vt in effectu, ſed aliter diſtinguit S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 5. verſ. reſpõdeo. verſus

ſus finem, ibi, cum enim peccatum. licet is poſtea conſtituat tres ſpecies; dicens, quòd cum peccatum infidelitatis conſiſtat in renitendo fidei, hoc poteſt contingere dupliciter; quia aut renititur fidei nondum ſuſceptæ, & talis eſt infidelitas Paganorum, ſiue Gentilium: aut renititur fidei Chriſtianæ ſuſceptæ, vel in figura, & ſic eſt infidelitas Iudæorum, vel in ipſa manifeſtatione veritatis, & ſic eſt infidelitas hæreticorum; vnde, inquit, in generali poſſunt aſſignari prædictæ tres ſpecies infidelitatis: & poſtea ſubdit, quòd, conſiderato errore in diuerſis, quæ pertinent ad fidem, ſpecies infidelitatis non ſunt determinatæ: Caiet. etiam ad D.Thom. 2.2. q.66. art. 8. verſ. ad quorum. diuidit in tres ſpecies, ſed alio modo; ſed, quicquid de hoc ſit quia non releuat in noſtro propoſito, ego diuido in duas ſpecies.

Prima ſpecies infidelium ſunt hæretici; & in iſtis clare procedit ſubillatio, quia iſti ſunt priuandi non ſolum iuriſdictione, ſed ſubijciuntur pœnis, ſtatutis contra hæreticos, & habent locum in eis, quæ ſcripſi ſupra num. 40. & 46. & iſti ſunt peiores alijs infidelibus, & grauius peccant, quia renuunt fidei ſuſceptæ; & grauius peccat, qui non implet, quod promiſit, quàm qui nunquam promiſit, Ant. Corſet. tract. de poteſt. reg. in 5. & vlt. par. num. 33. fol. 142. tom. 16. & latius explicant Ambr. de Vign. tract. de hæreſ. q. 1. ſub num. 21. & ſeqq. fol. 2. tom. 11. par. 2. & Gundiſ. tract. de hæret. q. 5. num. 2. &
179 ſeq. fol. 33. eod. tom. 11. par. 2. † Et proinde iſta ſpecies infidelitatis non cadit in Iudæo, Sarraceno, Maumethano, & alijs eiuſmodi, ſed ſolum in eo, qui fuit baptizatus, Ghirlan. tract. de hæret. q.1. num.3. fol.24. eod. tom. & ſic licet hæreticus ſumi poſſit dupliciter, ſeu tripliciter: propriè, & proprijſſimè, vt latè explicat Albertin. in rubr. q.13. num.1. & ſeqq. de hæret. fol.372. inter Repeten. vol.5. & tract. de agnoſc. aſſert. cath. q.2. fol. 53. tom. 11. par.2. tamen propriè, ſeu proprijſſimè loquendo, hæreſis cadit ſolum in Chriſtianos, Ghir. in loco ſupra proximè citato, Albert. in dicta rubr. num.4. & ſeqq. & dicta q.2. nu.2. verſ. quoad primum. & hoc ſciunt omnes.

Vnde dicatur hæreſis, & ſimilia, ſcripſi ſupra lib.1. cap.7.

180 Chriſtianus dicitur à Chriſto, cap. 1. §. quia verò. in fine, de ſacr. vnct. cap.88. poſtquam. de conſecrat. diſtin.4. Luc. de Pen. in l.1. num.5. C. de indict. lib.10. & Marq. de Suſ. tract. de iud. & al. infid. cap. 1. num.20. fol.28. tom.14. & hoc ſciunt omnes; & hoc nomen conuenit Chriſtianis, tanquam vncti deriuentur ab vncto, vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum eſt effuſum, dicto §. quia verò. in vltimis
181 verbis: † nam Chriſtus dicitur à chriſmate, ideſt, vnctus: præceptum enim fuit iudæis, vt ſacrum conficerent vnguentum, quo perungi poſſent hi, qui vocabantur ad ſacerdotium, vel ad regnum; nam ſicut nunc Regibus indumentum purpurę inſigne eſt regiæ dignitatis, ita illis vnctio ſacri vnguenti nomen, ac poteſtatem regiam conferebat, & inde Chriſti dicti à chriſmate, quod eſt vnctio; quia chriſma græcè, latinè vnctio di-
182 citur, † non eſt autem Saluatoris proprium nomen Chriſtus, ſed communis nuncupatio poteſtatis: dum enim dicitur Chriſtus, commune dignitatis eſt nomen, dum Ieſus Chriſtus, proprium nomen Saluatoris, Arch. in cap. ſi baptizata. num.1. de conſecr. diſt.4. & breuius in cap. nouiſſimè. eod. tit. de conſect. diſt. 5. vel (& forſan melius) dic cum Abulen. ſuper Matth.24. q.35. verſ. ſecundo patet. & q. 37. verſ. ſecundo modo. fol.463. & 464. quòd nomen Ieſus, fuit nomen perſonale noſtri Redemptoris, quia illud ſibi impoſitum fuit in circumciſione, iuxta morem Iudæorum, quod nomen fuerat ei ab Angelo impoſitum in annuntiatione, antequam exiret de vtero, Luc. 2. num.21. nomen autem Chriſtus, fuit nomen dignitatis, quod etſi eſſet nomen appellatiuum, tamen ſoli Ieſu Nazareno competebat, quia ipſe ſolus erat Meſſias, quod erat nomen Regis, & redemptoris, qua ratione hoc nomen erat eius nomen magis proprium, quàm Ieſus, quia ipſe ſolus erat Meſſias, neque alius eſſe poterat, ſicut ſi vnus homo tantùm eſſet muſicus, & nemo alius poſſet eſſe muſicus, poſſet iſte dicere, quòd nomen ſuum eſt Muſicus, & quicunque alius ſic vocari vellet, vſurparet nomen iſtius: at inter Iudæos multi vocabantur hoc nomine Ieſu, ſed nemo ſe vocabat Meſſiam

183 De nomine Ieſus vide Marq. de Suſ. tractat. de iud. & alijs infid. par.2. cap. 1. nu.53. fol.59. tom.14. & latius Alber. in diction. in verbo, Ieſus. & de multiplici nomine Ieſus vide Marq. in d. tract. de iud. & alijs infid. cap.1. ſub num.21. fol.28.

184 Chriſtianorum gentes diuiduntur in de-

cem

cem nationes, videlicet in Latinos, Græcos, Indos, Iacobitas, Neſtorinos, Moronitas, Armenos, Georgianos, Surianos, & Mozarabes: ſed maior pars iſtarum nationum eſt inuoluta multis erroribus hæreticalibus, & quæ ſint iſtæ nationes, & qui ſint errores hæreticales, & vnde proceſſerint, diligẽter ſcribit Albert. in rubr. q. 12. in fine, in 7. errore iudæorũ, n. 8. & ſeqq. de hęret. fol. 372. vol. 5.

Plures, ac variæ ſunt hæreticorum ſectæ, de quibus dixi remiſſiuè ſupra lib. 1. cap. 87. ſub num. 21.

185 Secunda ſpecies infidelium ſunt omnes illi, qui nunquam ſuſceperunt baptiſmum, & ideo ſunt extra gremium Eccleſiæ, & iſti ſunt diuerſarum ſectarum.

Quidam enim dicuntur iudæi, & hi ſunt, qui ad litteram ſeruant legem Moſaicam, & ideo qui nimis adhærent litteræ, iudaizare dicuntur, Hoſt. in ſum. tit. de iud. & ſarrac. num. 1. & Dec. in cap. 1. canonum. ſub num. 58. verſ. quarta concluſio. de conſtit. in 1. lectura, & vnde dicantur Iudæi, idem Hoſt. ibidem, num. 2. & latè Marq. de Suſan. tract. de iud. & al. infid. cap. 1. num. 1. & ſeqq. fol. 28. tom. 14. & vnde iudæi vocentur etiam hebræi, latè idem Marq. eod. cap. 1. ſub nu. 5. & ſeqq. eod. fol. 28. & quare dicti ſint etiam Iſraelitæ, & hoc nomen perdiderint, idem Marq. eod. cap. 1. num. 9. & 10. fol. 28.

186 Et loquendo de Iudæis, tres breuiter firmo concluſiones.

Concludo primo, quòd Iudæi in toto orbe ſunt captiui, cum eorum propria culpa eos perpetuæ ſeruituti ſubmiſerit, cap. 13. & ſi iudæos. de iud. & ſarrac. & per mortem Chriſti facti ſunt ſerui, Oldr. conſ. 87. quæritur. num. 2. Bec. conſ. 84. caſus. num. 1. & ideo in diſperſione, & dicuntur hebræi ab ethymologia vocabuli, quod idem ſignificat, quod peregrinos eſſe, vt ſequitur Marq. de Suſan. tract. de iud. & al. infid. cap. 1. num. 7. fol. 28. tom. 14. & conſequenter quoad Iudæos ſumus extra difficultatem, quòd non habent aliquam iuriſdictionem, quia nullus Iudæus in nulla mundi parte dominatur; ſed vbi manet, eſt ſeruus, cap. 11. diſpar. 23. q. 8. *hi verò vbique ſeruire parati ſunt.* & ideo verificata eſt prophetia, quæ legitur Oſeæ 3. num. 4. & 5. *quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine regẽ, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine teraphim, & poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.* & hoc erit in fine mundi, & tunc quærent Chriſtum.

187 Declara hanc concluſionem, vt quamuis iudæi careant iuriſdictione, & dicantur captiui, & ſerui, tamen non ſunt de numero illorum ſeruorum, qui nihil ſibi acquirere poſſunt, & ſtare non poſſunt in iudicio; nam iudęi poſſunt ſibi acquirere per ea, quæ ſcripſi infra n. 192. et ſeqq. & n. 196. & poſſunt ſtare in iudicio, vt dixi num. ſeq. & hæc omnia ſatis patent ex vſu, & conſuetudine; & quod iudæi poſſint habere rerum dominia inter Chriſtianos, patẽt, quia tenentur ſoluere decimas prædiales, aut dimittere prædia, cap. 16. de terris. & ibi notat Abb. num. 2. de decim. & ſcribit Corſet. tract. de poteſt. reg. in 5. & vlt. par. ſub num. 36. verſ. capio tertium. fol. 142. tom. 16.

188 Concludo ſecundò, quòd Papa, & principes, in quorum dominio habitant, habent in eos iuriſdictionem, ſicut in alios ſubditos, cap. 14. poſtulaſti. de iud. & ſarrac. & hoc eſt notum omnibus, & tantò magis id cenſeo verum, quia viuunt iure Romanorum, Albertin. in rubr. q. 5. in fine, num. 12. de hæret. fol. 336. inter Repeten. vol. 5. Rol. à Val. dicto conſ. 25. num. 25. & ſeqq. lib. 3. et quia ſunt de Populo Romano, ideo ligantur iure communi, & inter ipſos eſt ſeruandum ius commune Romanorum, & ſecundum iura ciuilia iudicantur eorum cauſæ, Marq. de Suſan. tract. de iud. & al. infid. par. 2. cap. 1. num. 1. fol. 41. tom. 14. & ligantur ſtatutis locorum, vbi degunt, Marq. de Suſ. d. par. 2. cap. 2. num. 1. & ſeqq. fol. 41. & quia viuunt iure Romano, & ſubijciuntur legibus & ſtatutis loci, in quo habitãt, & iura ſunt communia etiam Iudæis, & inter eos, & Chriſtianos nulla eſt conſtituenda differentia, niſi expreſſo iure caueatur, ideo conceſſum, ſeu prohibitum vniuerſitati, vel populo, vel Ciuitati, in qua iudæi habitant, cenſetur etiam conceſſum, vel prohibitum ipſis iudæis, & ſecuritas cõceſſa pro ſe & ſocijs, includit etiam iudæum ſocium, Bec. conſ. 84. caſus. num. 7. et Marq. dicta par. 2. cap. 1. num. 12. fol. 41. & quod in reſpicientibus ordinem iudicij coram iudice chriſtiano debeant ſeruare ius Romanorum, & ſtatuta loci, vbi agitur lis, ſequitur Surd. deciſ. 133. inter. num. 4. & ſeqq. & ita ſeruatur: & quid in deciſorijs, vide eundem Surd. eadem deciſ. 133. nu. 1. & ſeqq.

ſeqq. & quid in ſucceſſionibus ab inteſtato, vide Alber. Brun. tract. de ſtat. art.2.num.2. fol.167. & art. 6.num.55. & ſeqq. fol. 179. tom.2.inter tract.diuerſ. & Marq.ead.par.2. cap.4.num. 5. & ſeqq.fol.43. & quid in ſucceſſione ab inteſtato, cõtendentibus patruo, & matre defuncti, vide Rot. diuerſ. deciſ. 414. agitur. num. 1. & ſeqq.par.1. in vlt.recentioriq. recollect. de anno 1618. in qua deciſione Reuerendiſſimus P. D.Io. Baptiſta Coccinus meritiſſimus Rotæ Decanus doctiſſimè examinat,& decidit: Imò Iudæi habent ex gratia, vt poſſint viuere ſub iuriſdictione Principum, prout viuunt alij ſubditi, cum ex gratia non expellantur, ſed tolerentur, vt dixi in ſequenti concluſione.

189 Declara hanc ſecundam concluſionem, vt Iudæi in temporalibus ſint ſubiecti imperio Romano, l.7.iudæi. C. de iudæis.Io.de Montegranario inter conſ.Bal. conſ.428. inquiſitio. ſub num. 2. lib.5. in impreſſis Lugduni anno 1548. & dixi ſupra ſub num.169. & propterea pro cauſis ciuilibus agunt, & conueniuntur coram iudicibus ordinarijs locorum,in quibus habitant,per ea, quæ ſcripſi generaliter in iſta concluſione, & hic Romæ ex priuilegiata ſubiectione cõueniuntur corã Illuſtriſs. Vicario; licet ipſi agẽdo ſequantur forum rei conuenti: Pro delictis autem, agendo,ſequuntur ſimiliter forum reorum; ſed vti rei conueniuntur cũ hac diſtinctione.

Aut enim delictum eſt de re, pertinente ad negotium fidei Chriſtianæ, & tunc iuriſdictio eſt Inquiſitoris,vt puta,ſi Iudæus diceret, in lege Chriſti neminem poſſe ſaluari, vt in caſu, de quo Bal. conſ. 315. iudæis. ſub num.2.lib.1. ſimiliter ſi Iudæi machinationibus, dolis,mendacijs, & blanditijs retraherent Iudæos, volentes peruenire ad fidem Chriſtianam: machinari enim tunc dicuntur contra fidem Chriſtianam, quando volentes ſeruire Domino noſtro Ieſu Chriſto,auertũt, ne ſeruiant, in qua auerſione, dum tale ſanctum propoſitum remouent, quatuor crimina committere videntur: primum falſæ prædicationis: ſecundum diabolicæ ſuggeſtionis: tertium ſimoniæ, quando interueniret pecunia: quartum maioris ſacrilegij, tum quia auferunt ſacrum de ſacro, ideſt animam de eccleſia Dei, & de theſauris Ieſu Chriſti; tum quia terra,& plenitudo eius orbis terrarum eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quicunque huic Domino ſubtrahit pecudem ſuam, eſt ſacrilegus; demũ hæc auerſio eſt magnæ temeritatis & audaciæ, & tales iudæi auertentes,ſeu conantes auertere,ſunt puniendi ab Epiſcopo, vel ab Inquiſitore, & qua pęna ſint puniẽdi, ſcribit Bal.d.cõſ.315. & hìc Romæ prohibitum eſt Iudæis ſub certa pœna,ne tranſeant prope locũ, in quo adſunt cathecumeni. Procedit etiam Inquiſitor cõtra Iudæos committentes hæreſim circa legem eorum, vt dixi ſupra num.169. & de his,& ſimilibus caſibus,in quibus Inquiſitores procedere debent contra Iudæos, habes conſtitutionem Gregorij XIII. editam anno 1581. Kal. Iunij, impreſſam apud commentarios Pegnæ in direct.Eymeric. ad finem fol.181. & quòd Iudæi, & Gentiles ſint à fidelibus compellendi, ſi adſit facultas, vt fidem non impediant, vel blaſphemijs, vel malis perſuaſionibus, vel etiam apertis perſecutionibus, ſcribit S.Thom. 2.2.q.10. art.8. verſ.reſpondeo. & his verbis S. Thom. ampliſſimè complexum eſſe in genere omnem cauſam, ob quam Inquiſitores poſſunt in Iudæis animaduertere, ſcribit Pegn. in comment. ad direct. Eymer. par. 2. comm. 13. verſ.qui ſint autem. Et quòd Iudæi,qui Chriſtianis tranſeuntibus, vel redeuntibus ad ritum Iudæorum, conſilium auxilium, vel fauorem præſtarent,iudicentur fautores hæreticorum, & ab Inquiſitoribus ſint puniendi, ſcribit Eymer. in direct. Inquiſ. par.2. q. 44. num. 3.& latè ad eum Pegn. commen. 69. per totum,vbi etiam de pœna,qua puniri debent. Et de Chriſtianis tranſeuntibus ad ſectam ſarracenorum, & de præſtantibus auxilium, vel fauorem,quod ſint puniendi,& qua pœna vti hæretici &c. vide eoſdem Eymer. par.2.q.45.& Pegn.commen.70. & de prædictis & de alijs ſimilibus delictis, in quibus Inquiſitor debet procedere contra Iudæos, vide præfatam Gregorij XIII. conſtitutionem,in qua explicitè diſponit.

190 Et poteſt Epiſcopus,ſeu Inquiſitor procedere etiã ſi hebræus tale ſcelus commiſerit, pro quo veniret puniendus pœna vltimi ſupplicij: quòd enim Inquiſitor procedat contra committentes delictum in vilipendium, & verecundiam fidei Chriſtianæ, ſcribit Bal.d. conſ.315.num.1.in fine, & 3. & ex dicta Gregorij XIII.conſtitutione data eſt Inquiſitoribus poteſtas procedendi contra Iudæos, qui impiè in fidei Chriſtianæ ignominiam, aut contemptum proferunt blaſphemias: vnde infero quod multò magis data eſt eis poteſtas,quãdo Iudæus iſtas blaſphemias facto

ipſo

ipſo perficit in contumeliam, & ignominiam fidei Chriſtianæ, quia ſcelus tãto eſt grauius.

Quicquid in contrariũ conſuluerit Anch. conſ. 15. ſpiritualis.num.2.in fine, & num.3. & ſeq. & ſecutus ſit Io. de Anan.in rubr. de Iudæis. ſub num.9. in caſu Zanatani hebræi, qui in vilipendium, & verecundiam fidei Chriſtianæ in Ciuitate Ceſenæ, dum per totum Clerum ſolemniter celebrarentur proceſſiones, & litaniæ, proiecit doloſè, & appenſatè auſu proteruo, & temerario ſtercus, & immunditias ſuper venerabilem figuram Sanctæ Crucis, in qua erat ſculpta figura Domini noſtri Ieſu Chriſti in forma Crucifixi: concludit enim Anch. vbi ſupra, quòd in iſto caſu debebat procedere Poteſtas, & non Iudex eccleſiaſticus, & rationes adducit, quas refert, & ſequi videtur Io. de Anan. vbi ſupra, quæ tamen ſunt fragiles & facilè tolluntur.

Primo enim non obſtat, quod Rectores Prouinciarum debeant prohibere, ne Iudæi faciant aliquid in contemptum fidei Chriſtianæ, l.10. iudæos. C. de iudæis.

Quia reſpondeo, quòd non per hoc excluditur Eccleſia, ad quam pertinet iudicare de delinquentibus in fide, etiam ſi ſint Iudæi, vel alij extra gremium Sanctæ matris Eccleſiæ, & non pertinet ad dominos temporales, cap. vt inquiſitionis. & §. prohibemus. de hæret. in 6. & ita, loquendo de iudæis, reſpondet Eymer. in direct. Inquiſ. par. 2. q. 46. verſ. dicendum quod. hæcq. reſponſio confirmatur ex ſeqq.

Secundo non obſtat, quòd Princeps ſecularis iudicet pœna ſanguinis Iudæos, qui expugnant fidem Chriſti, l. vlt. in fine, C. de iudæis.

Nam reſpondeo, quòd neque ex hoc excluditur iudicium Eccleſiæ, cuius eſt cognoſcere, & definire, vt latè & benè reſpondet Eymer. ead. q. 46. verſ. dicendum eſt.

Demum non obſtat, quòd iudicium, in quo agitur de pœna ſanguinis, & vltimi ſupplicij, non pertineat ad Iudices Eccleſiaſticos, & ſic ad Inquiſitorem.

Quia ego reſpondeo, quòd Inquiſitor cognoſcit, & declarat, illum commiſiſſe tale delictum, & poſtea illum relinquit Curiæ ſeculari, prout facit contra hæreticos relapſos, ſeu negatiuos: nam quòd ſi atrox ſit ſcelus à Iudæo, vel alio infideli contra fidem patratum, poſſit eis imponi acrior pœna, & etiam relinqui curiæ ſeculari, quæ poteſt procedere ad pœnã mortis, ſcribit Pegn. ad Eymer. direct. par. 2. commen. 69. verſ. ſed ſi atrox ſit. Et hæc ſatis de primo membro diſtinctionis.

191 Aut delictum non eſt de re pertinente ad negotium fidei, vt puta, ſi Iudæus committeret furtum, homicidium, & ſimilia, & tunc procedunt Iudices ordinarij cauſarum criminalium per ea, quæ dixi ſupra num. 169. & 188. & eſſet locus præuentioni.

Quod ſi ageretur de re pertinente ad eorum ritus, & conſuetudines circa eorum ſuperſtitiones, tunc cognoſcerent eorum Iudices: habent enim ipſi ſuos proceres, maiores, & ſeniores, Bar. in l. iudæi. C. de iudæis. & Ioan. de Montegranario inter conſ. Bal. conſ. 428. inquiſitio. num. 5. lib. 5. in impreſſis Lugduni anno 1548.

192 Concludo tertio, quòd etſi iudæi multos habeant errores aduerſantes noſtræ fidei, de quibus remiſſiuè dixi infra num. 203. & ſint inimici Crucis noſtri redemptoris, & eſſe iudæus ſit crimen, habito reſpectu ad Deum, & pœnam æternam, tamen eccleſia eos tolerat, cap. 13. & ſi iudæos. de iud. & ſarrac. Marq. de Suſ. tract. de iud. et al. infidel. cap. 2. num. 3. cap. 3. num. 1. fol. 28. & 29. & cap. 7. num. 4. fol. 34. tom. 14. & quòd ſint tolerandi, donec quietè, & pacificè viuunt, ſequuntur Alex. conſil. 130. ſuper eo. num. 3. verſus finem, lib. 7. Rolan. à Vall. conſ. 25. quia caſus. num. 1. & ſeqq. lib. 3. & Bec. conſ. 84. num. 8. & quod iudæis data ſit tutela à iure, ne Chriſtiani in eos inſultent, incipit Bal. conſ. 315. iudæis.
193 lib. 1. † Imò eccleſia eos tolerat in ſuis ritibus, ideoque præcipit, in eis non moleſtari, cap. 9. ſicut. de iud. & ſarrac. & quòd iudæi à conſuetis eorum feriarum, & feſtiuitatum ſolemnitatibus non ſint arcendi, ſed imò debeat eis libera concedi licentia eas obſeruandi, & celebrandi, reſcripſit Paſchaſio Epiſcopo Neapolitano Gregorius lib. 11. epiſt. 15. relata in cap. 3. qui ſincera. diſt. 45. & ſcripſi in meo tractat. de commerc. §. 1.
194 quæſt. 1. par. 3. limitar. 20. num. 4. † & permittitur eiſdem, vt veteres ſynagogas habeant, vt dixi infra ſub num. 203. declar. 2.
195 Imò † Papa, & alij Principes quandiu iudæi pacificè viuunt, non debent eos ſine cauſa expellere, Oldrad. conſ. 264. illa videtur. per totum, Albert. in rubr. quæſt. 7. num. 6. verſ. pro concordia. de hæret. fol. 337. inter Repeten. vol. 5. Marq. de Suſ. tract. de iud. & al. infidel. cap. 7. n. 4. fol. 34. tom. 14. & Rolan.

à Vall.

à Vall. d. conſ. 25. num. 30. lib. 3. & hanc opinionem eſſe veriorem, & probabiliorem teſtatur, & ſequitur Marq. dicto num. 4. fol.
196 34. † & multò minus debent eis bona auferre, aut eos offendere, Rolan. à Vall. d. conſ. 25. num. 8. & 16. ant eis bellum mouere, cum neque alijs infidelibus ob ſolam infidelitatem debeant mouere, per ea, quæ dixi ſupra num. 170. & infra ſub num. 221. hæcq. eadem omnia de tolerandis, & non expellendis iudæis, & de permittendis, non tamen approbandis eorum ritibus, & ſynagogis, latè ſequitur Albert. in rubr. quæſt. 3. num. 4. de hæretic. fol. 333. volum. 5. inter Repeton. tolerantur tamen eorum ritus, dummodo non fiant in opprobrium fidei catholicæ, Bal. conſ. 316. quia ſæpe. num. 1. & 4. lib. 1. & quòd octo ſint à iure permiſſa iudæis, & quæ ſint, ſcribit Bal. in loco ſupra prox. citato.
197 Rationes quare hæc omnia tolerentur in Iudæis, glomerauit idem Albert. eadem quæſt. 3. ſub num. 4. & 5. fol. 333. & quæſt. 7. num. 1. & ſeqq. fol. 336. & ſeq. vbi inter alias rationes, ſub num. 5. verſ. ex quibus infert. ait, eos tolerari in libertate, & in eorum cærimonijs, vt alliciantur ad fidem chriſtianam, quia ſemper eſt aliqua ſpes de eorum conuerſione, & refert, ſe vidiſſe Romæ, vbi eſt multitudo Iudæorum, quòd multi quotidie conuertuntur, & poſtea diſputant contra Iudæos, & eos conuincunt:
198 aliam † ſub eodem num. 5. addit rationem, quæ mihi videtur verior ea, quòd conuertantur ex corde, & poſtea diſputent contra Iudæos: ratio, quam addit, eſt, quia aliqui Iudæi debent ſupereſſe in fine mundi, Iſai. 10. num. 22. & Apoſt. ad Rom. 9. nu. 27. *ſi fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.* nam multos dies ſedebunt ſine rege, vt ex Oſea retuli ſupra num. 186. ergò ſi Principes mundi eos non tolerarent, ſed vellent deſtruere, quod poſſent, prophetia non eſſet vera; & ideo pueros iudæorum non eſſe, inuitis parentibus, baptizandos, quia hoc modo poſſet tolli ſecta iudæorum, & ſic irritaretur dicta prophetia, ſcribunt Card. in clemen. de iudæis. in fine, & Felin. in cap. 9. ſicut. ante num. 1. eod. tit. de quo artic. latè S. Thom. 2. 2. q. 10. art. vlt. vbi etiam ipſe firmat hanc negatiuam ſententiam:
199 addo † aliam rationem ex S. Auguſt. ſuper Pſal. 40. beatus qui intelligit. verſus finem, fol. 222. littera B. tom. 8. quam refert etiam Albert. d. q. 3. num. 4. in fine, videlicet quia Iudæi nobis ſeruiunt, tanquam capſarij noſtri, ſtudentibus nobis codices portant, & ſic teſtimonium fidei noſtræ habemus à iudæis, qui ſunt inimici noſtri, & de carthis inimici conuincitur aduerſarius; & in eandem ſententiam, reddendo rationem, quare iudæorum ritus ſint tolerandi, iuit omninò S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 11. verſus finem, dicens, quòd ex hoc, quòd iudæi ritus ſuos obſeruant, in quibus olim præfigurabatur veritas fidei, quam tenemus, hoc bonum prouenit, quòd teſtimonium fidei noſtræ habemus ab hoſtibus, &, quaſi in figura, nobis repræſentatur, quod credimus: hanc eandem rationem, nemine citato, adducit Simanch. de cathol. inſtit. tit. 35. n. 5. fol. 165. tom. 11. par. 2. & breuiter Felin. in cap. 7. cõſuluit. not. 2. n. 5. de iudæis. quẽ ſequitur Marq. de iud. &c. cap. 2. n. 7. & cap. 3. n. 2. fol. 29. tom. 14. & Bec. cõſ. 84. nu. 5. in fine, dicens, quòd Eccleſia ex gratia tolerat iudæos, non ſic hæreticos, quia fides iudæorũ habet primordiũ veritatis; vnde non dicitur per omnia falſa, & quia ſunt memoria maximi fundamẽti fidei noſtræ; huiuſq. rationis veritatẽ, oſtendit, adducẽdo aliquas figuras, Eymer. in direct. inquiſ. par. 2. q. 46. num. 13. verſ. hi autem. dicens, quod iudæorum ritus interdum fuerunt liciti, ſed ſemper habuerunt, & habent ſignificatiuè, & repræſentatiuè aliquid veritatis.

Nec contra hanc rationem dicatur, quòd Iudæi, ſeruando ſuos ritus, peccant, & ideo Princeps, qui poteſt eos prohibere, non prohibendo, conſentit, & conſentiendo, peccat etiam ipſe, per ea, quæ ſcripſi infra gl. 4. quæſt. 1. ſub num. 26. verſ. ratio. quia reſpondet S. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 11. verſ. reſpondeo. quòd regimen humanum deriuatur à regimine diuino, & ipſum debet imitari: ſed Deus, quamuis ſit omnipotens, & ſummè bonus, tamen permittit, aliqua mala fieri in vniuerſo, ne, eis ſublatis, maiora tollantur bona; aut alia ſequantur mala peiora: ſic ergo in regimine humano illi, qui præſunt, rectè aliqua mala tolerant, ne aliqua meliora auferantur bona, aut peiora incurrantur mala: quare licet Iudæi peccent in ſuis ritibus, tamen propter bonum, quod, vt dixi ſupra, noſtra fides inde ſumit, tolerantur: & pro hac reſponſione addo quæ ſcripſi in meo tract. de commerc.

§. 1.

§. 1. q. 7. ampl. 10. num. 45.

Imò non ſolũ toleratur vitium, ſed ipſum reputatur virtus, ſi eo maiora cohibeantur vitia, vt eſt laudis amor, qui etſi ſit vitiũ, tamen reputatur virtus, quia eo cætera maiora vitia cohibentur, S. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 5. cap. 13. in rubrica, fol. 44. tom. 5. & ex eod. ſcripſi ſupra ſub num. 96.

Quòd ſi tu adhuc diceres, faciendum non eſſe malum, vt inde ſequatur bonum, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 12. num. 48. & facientem, & conſentientem æquiparari, vt dixi infra gloſ. 4. quæſt. 1. ſub num. 26. verſ. ratio.

Ego reſpõdeo dupliciter: primo, quòd de his, qui foris ſunt, nihil ad nos, vt, loquendo etiam de iudæis, ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 3. gl. 3. num. 45. & ideo iſtud malum non habetur in conſideratione. ſecundo reſpondeo, id in tolerantia non eſſe perpetuò verum, per ea, quæ ſcripſi d. meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. num. 45.

200 Et licet Oldr. conſ. 87. quæritur. num. 2. dicat, quod princeps poteſt Iudæos non ſolum expellere, ſed etiam vendere, & eis auferre bona, cum non habeant ea, niſi vt peculium, & quòd bona debent eis dimitti, ſi conuertantur: ergo, inquit, ſecus eſt, ſi non conuertantur; & quoad expulſionem mouetur, quia ſi ſuſtinentur ex pietate, & gratia, hæc pietas, & gratia non debet trahi ad neceſſitatem; licet etiam hæc eadem contra Iudæos adducat Albert. in rubr. q. 7. ſub nu. 5. verſ. in contrarium facit. de hæret. fol. 337. inter Repet. vol. 5.

201 Tamen eſt aduertendum, quòd Oldr. loquitur in caſu, quo Chriſtianis imminet periculũ, vel ſcãdalũ, & ex eo refert, & ſequitur Anch. in cap. 8. quod ſuper. in fine, de vot. & latius proſequitur Marq. de iud. &c. cap.
202 7. ſub n. 4. fol. 34. † & latè Albert. in d. q. 7. ſub nu. 6. verſ. pro concordia. & q. 3. nu. 6. & 7. verſ. ex his. de hæret. fol. 334. inter Repet. vol. 5. vbi ad confirmationem huius aduertẽtię recenſet, quòd Ferdinãdus Rex Hiſpaniarum mandauit, expelli à terris Iudæos, qui fuerunt quatuor centũ, & viginti milia, eosq. miſit ad terras infideliũ, adeo quod in tota Hiſpania nullus remãſit iudeus; eò quia illi iudæi fœnerabantur Chriſtianis, & vſq; ad ſanguinẽ ſugillabant, & in contemptum noſtræ religionis, fidem impugnabant, multoſque Chriſtianos, de genere iudaico deſcendentes, docebant legem, & cęrimonias iudaicas, & ex nimia familiaritate, quã cum Chriſtianis contrahebant, orta erat multitudo hęreticorum; quinimò vt ex Archiep. Floren. refert, ſingulis annis, in opprobrium chriſtianę religionis, quaſi pro ſacrificio in quibuſdam criptis, & foſſis ſubterraneis, in die Cœnę Domini Chriſtianũ vnũ patibulo crucis affigentes occidebant: & de hac eadem Iudęorum expulſione à Regno Hiſpaniarum, de expulſionis iuſtitia, & quo ordine, & quibus datis dilationibus, expulſio fuerit facta, ſcribit Simanch. de cath. inſtit. tit. 35. num. 5. 7. & 9. fol. 165. tom. 11. par. 2. & ſimile deteſtabile, & immane facinus iudęorum in Regno Franciæ, & iuſtam eorum punitionem refert Gul. Bened. in cap. raynutius. par. 1. in verbo, duas habens filias. num. 97. de teſtam. fol. 18. & multa ſimilia Iudęorum in Chriſtianos enormiſſima ſcelera accuratè refert Marq. d. cap. 7. ſub num. 2. fol. 34. & quòd à Ioanne Rege 37. Caſtellę fuerint expulſi Iudæi, ſic perſuadente Vincentio Monacho Ordinis Prędicatorum, & quòd in illa expulſione multi Iudęi metu amittendæ rei baptizati ſint, ſed clam paternis legibus inuigilantes, peſſimum genus hominum euaſerint, qui Marani hodie vulgo nuncupantur, refert Marq. d. cap. 7. ſub num. 2. fol. 34. quare, ceſſante periculo, ſeu ſcãdalo, idem Oldr. & alij, quos ſecutus ſum ſupra nu. 195. & infra nu. 221. ſcribunt, iudęos, & alios infideles non eſſe moleſtandos ob ſolam infidelitatem.

203 Iudęorum errores ſunt multi, quorum ſeptem colligit diſtinctè, ordinatè, & copioſè, & latiſsimè diſcutit, confutat, & eorum argumenta ſoluit, & conuincit Albert. in rubr. q. 12. de hęret. fol. 343. & ſeqq. inter Repeten. vol. 5.

Declara primo hanc tertiam concluſionem, dum locuti ſumus de ſynagoga; vt ſit differentia inter Synagogam, Meſquitam, & Eccleſiam: ſynagoga enim eſt locus, in quo conueniunt Iudæi pro celebratione ſuarum cęrimoniarum, & pro cultu ſuorum rituum, de qua ſynagoga iudæorum loquitur text. in cap. 7. conſuluit. de iud. & ſarrac. Meſquita eſt locus, in quo conueniunt infideles, vt ſunt Sarraceni, pro adoratione ſacrilegi Mahumethi; clem. vnica, & ibi Gl. in verbo, meſquitis. de iud. & ſarrac. Eccleſia verò, ſeu baſilica eſt locus ſacer, in quo nos Chriſtiani congregamur, vt adoremus, & colamus

Deum,

Deũ,& eius ſanctos & ſanctas,& celebrantur res ſacræ, vt dicit Gl. in dicto verbo, meſquitis. De ſynagogis,& eccleſia loquuntur Bal.conſ.316.quia ſępè.num. 1. & 2.lib. 1. Io. Andr. in cap. 17. fundamenta. num. 1. & 2.de elect. in 6. & Io.de Anan. in cap.3.iudæi.num. 1. de iudęis & ſarrac. & ſcripſi aliqua lib.præced.cap.9.nu.1060.& 1061.De ſynagoga, eccleſia, & meſquitis ſcribunt Abb.in d.cap.3.iudæi. Pegn. ad Eymer. direct. par.2.commen. 71. verſ. hi in ſynagogis.& Marq.de Suſ.tract. de iud.& al.infid. par.1.cap.3.num.1.& ſeqq.fol.29.tom.14. & nomen Eccleſiæ eſt nomen græcũ, quod latinè ſignificat conuocationẽ, Bal. d.conſ. 316.num.1.& eſt pręſtantius nomine ſynagogæ, quia ſynagoga ſignificat congregationẽ, quæ dicitur etiam de pecoribus, quia congregantur,& inde dicitur grex, Abb.in d.cap. iudæi. Arch. & Bal.in locis infra proximè citatis;ſed eccleſia ſignificat conuocationem, quia amore Spiritus ſancti populus ad vnam fidem conuocatur, vt audiat pœnas,& pręmia futuri ſeculi,& percipiat Corpus Chriſti, Arch.in cap.eccleſia.de cõſecr. diſt. 1. & Io. de Anan. in dicto cap. 3.iudęi. ſub nu. 1.de ind.& ſarrac.ſeu ſignificat locũ publicum, in quo conuocantur catholici ad diuina officia audienda, & ſacramenta recipienda, Bal.d. conſ.316.ſub num.3. & ſic ponitur continens pro contento, vt dicit Arch.vbi ſupra.

Aduerte, quòd licet congregationis nomen deſcendat à nomine gregis, vt dixi ſupra;tamen hoc congregationis nomen apud nos eſt honorificentiſſimum; quia ſignificat congregationem Illuſtriſſimorum Iudicum, nam dicimus Congregationem ſacri Conc. Congregationẽ Sancti officii,& ſimiles; vnde ſuper huius nominis minori pręſtantia non eſt inſiſtendum.

Declara ſecundo, vt Iudæis permittatur habere ſynagogas veteres, cap. 3. iudæi. & cap.7.conſuluit. & vtrobique Canoniſtæ de iud.& ſarrac. Hoſt.in ſum. eod.tit.§.in quibus.nu.3. Bal. conſ.316.quia ſæpè.n.4.lib. 1.Rol. à Val. conſ. 25. quia caſus.num.23. lib.3.& Marq. de Suſ.tract. de iud. & al.infid.par.1.cap.3.nu.1.fol.29.tom.14.

Amplia hanc declarationẽ, vt in tantum permittatur eis habere veterẽ ſynagogam, vt in ea irruentes iubeantur emigrare, l.3.in ſynagoga.C.de iudæis,& cilicol.

Infero primo ex hac declaratione, quod Iudæi nouas habere non poſſunt ſynagogas, d.cap.iudæi. & cap. conſuluit. & vtrobique Canoniſtæ de iud. & ſarrac. & l.vlt.C. de iudæis & celic. Io. de Montegranario inter conſ. Bal.conſ.428. inquiſitio. num.8. & 9. lib.5.in impreſſis Lugduni anno 1548.

Subinfero, quòd Iudæi in noua Ciuitate non poſſunt nouam erigere ſynagogam, & Epiſcopus in hoc non poteſt diſpenſare, Io. de Anan.in cap.3. iudæi. num. 2. verſ.nunquid.de ind.& ſarrac.& Marq. de Suſ.tract. de iud. & al.infid.par.1.cap.3.num. 14.fol. 29.tom.14.

Infero ſecundo, quod ſicut Iudæi poſſunt habere ſynagogas veteres, vt dixi ſupra in 2. declarat. ita etiam eaſdem, ſi corruerint, aut minentur ruinam, poſſunt reparare, & reædificare, dummodo eas nõ exaltent, aut ampliores, aut pretioſiores faciant, quã antea fuiſſe noſcuntur: pro magno enim debent habere, vt in veteribus ſynagogis, & ſuis obſeruantijs tolerentur, d.cap.cõſuluit.

Infero tertio, quòd eas, ſi funditus fuerint deſtructæ, poſſunt denuo reædificare, vt videntur tenere Hoſt.& Io.de Anan. in cap.7. conſuluit. num. 5. verſ. quid autem ſi ſynagoga.& n.7.verſus finem, de iud.& ſarrac.

Cõfirmatur primo hæc illatio, quia text. in d.cap.conſuluit. dicit, quòd Iudæi non debent de nouo conſtruere ſynagogas, vbi non habuerunt. Ergo, vt à contrario ſenſu argumentatur Io. de Anan.ſub d.num.7.vbi habuerunt, poſſunt de nouo conſtruere.

Confirmatur ſecundo, quia licet ſynagoga ſit fũditus deſtructa, tamẽ remanet ſolũ, ſeu area, quæ dicitur pars ſynagogæ, & attrahit cohærentia, tanquã acceſſoria, argumento tex.in l.18. ſi cõuenerit.§.ſi nuda.ff. de pign. act. vbi dicitur, quod vſusfructus accreſcit nudæ proprietati, pignori datæ,& ideo cedit pignori, & in l. 21.domo.ff.eod. vbi habetur quod, data domo pignori, area eius tenebitur, quia eſt pars eius, & quod ſit pars, dicit etiam tex. in l.19. ſeruitutes.§.ſi ſublatum.ff. de ſeru.vrb.prædior.& quidem eſt magna pars, vt ibi dicit Gl.& cũ ſit pars ædificij, infertur, quòd ſi ſublatum ſit ædificium, ex quo ſtillicidium cadit, & in eadem ſpecie, & qualitate reponatur, idem ædificium intelligatur, quia quoad iura ſeruitutum realium, ædificium deſtructum,& reſtitutum, idem videtur, vt in eod. §. ſi ſublatum.& ibi Bar.Inferuntur etiam multa alia, puta quòd ſi domus data in emphyteoſim, comburatur caſu fortuito in totum, emphyteota adhuc pro ſolo tenetur pręſtare mer-

cedem, quam præſtabat pro tota domo, eo quia adhuc ſupereſt area, & donec ſupereſt aliqua pars rei emphyteoticæ, emphyteota non liberatur, Iaſ. in l. quominus. ſub num. 150. ff. de flum. quare ędificatum ſemper cedit ſolo, §. cum in ſuo. Inſtit. de rer. diuiſ. vnde cum area, ſeu ſolum ſit de ſynagoga antiqua, quod ſuper eo in eandem cauſam ędificatur, ſequitur illius naturam, & ideo licet videatur nouum ædificium, tamen iudicatur vetus, cap. 3. non ſatis. 34. q. 1. & cap. 1. acharius. 24. q. 1.

Confirmatur tertio, quia licet omnes iudices, dati ſuper certa re, mutarentur poſt auditam cauſam, & in eorum locum alij aſſumerentur, tamen diceiur idem iudicium, quod antea fuiſſet, & eadem res. Item populus hodie reputatur idem, qui fuit centum ab hinc annis, licet ex illis nemo hodie viuat. Similiter licet nauis adeo ſæpè refecta ſit, vt nulla tabula eadem permaneat, ſed omnes ſint tabulę nouę, tamen adhuc reputatur eadem nauis, quę antea fuit, l. 76. proponebatur. ff. de iudic. Imò licet reficiendę nauis cauſa omnes tabulę ſint refixę, tamen nauis nondum intercidiſſe videtur, & compoſitis rurſus tabulis, eadem nauis eſſe incipit, l. 83. inter ſtipulãtem. §. ſacram. verſus finem, ff. de verb. oblig. Ergo licet ſynagoga fuerit penitus combuſta, ſeu aliter deſtructa, tamen quia alia ſubrogatur in locum primę ſuper eadem area, dicitur eadem ſynagoga, quæ antea fuit, & non noua.

Contra hanc illationem tenent Abb. in d. cap. conſuluit. num. 3. verſ. ſed circa hunc. & Felyn. ſub num. 2. de iud. & ſarrac. & Marq. de Suſ. tract. de iud. & al. infid. par. 1. cap. 3. ſub num. 10. in fine, fol. 29. tom. 14. qui dicunt, quòd permittitur Iudęis veteres reędificare ſynagogas, quando minantur ruinam, aut non ſunt funditus deſtructę; ſecus quando ſunt funditus deſtructę, quia tunc videtur omnino nouũ ædificiũ, & hanc videri veriorẽ opin. teſtatur Marq. vbi ſup.

Comprobatur primo hęc contraria opinio, quia ſi tigna domus ſint depoſita vſque ad aream, domus quamuis reſtituatur ex eadẽ materia, tamen alia erit domus, d. l. 83. inter ſtipulantem. §. ſacram. prope finẽ. ff. de verb. oblig. & l. 68. ſi ita legarum. §. fin. ff. de leg. 1. vbi dicitur, quòd ſi domus fuerit legata, licet particulatim ita refecta ſit, vt nihil ex priſtina materia ſuperſit, tamen vtile manet legatum, ſed ſi, ea domo deſtructa, aliã eod. loco teſtator ædificauerit, legatũ interijt; neq; obſtat contrarium de naue, de quo contrario ſupra in tertia confirmatione, quia hoc contrarium admittitur inter nauem, & domum, ſeu eccleſiam, vt aduertit etiã Hoſt. in loco citato in ſeq. 2. comprob. & ratio differentiæ inter nauem, & domum eſt, quòd nauis, vti res mobilis, poteſt ſeparari à corpore, & ſequi dominũ, & ideo animus domini in eius retentione facilius operatur; quare quando quis diſcerpit nauem animo reficiendi, illa nauis ſemper videtur retenta in mente, nec vnquam depoſita; at domus, vti res immobilis, conſiſtit in ſolo, & ideo animus circa eius retentionem non poteſt ita operari, & ſic non eſt eadem, Bar. in d. §. ſacram. num. 10.

Comprobatur ſecundo, quia licet reficiens opus collapſum, non dicatur de nouo facere, & ideo prohibiti ędificare caſtra, non prohibeantur reficere, & gabella ſoluenda de confectione inſtrumenti, nõ ſoluatur pro inſtrumenti refectione, & actus, qui à principio non poteſt fieri ſine licẽtia Principis, poſſit ſine eius licentia refici; tamen ſi ędificium fuerit antea funditus, & omnino deſtructum, tunc reficiens dicitur de nouo facere; quare reficiens monaſteriũ, vel eccleſiam in totum deſtructam, conſequitur iuſpatronatus, ſecus ſi non eſſet funditus deſtructa, & de contractu, qui non reficitur totaliter, non ſoluitur gabella, ſed ſi totaliter reficiatur, eſt ſoluenda, vt hęc omnia adducit Iaſ. in l. 1. §. ſi quis ędificium. num. 1. & ſeqq. ff. de oper. nou. nunt. & monachi ſicut non poſſent ab initio facere monaſterium ſine licentia ſuperioris, ita etiam non poſſent illud reficere, ſi eſſet ex toto deſtructũ; ſecus ſi non eſſet ex toto deſtructum. Hoſt. in ſumm. tit. de eccleſ. ędif. &c. & Marq. de Suſ. tract. de iud. & al. infid. par. 1. cap. 3. nu. 12. tom. 14. fol. 29. Similiter quando quis reficit vetus ędificiũ, id eſt fulcit, cũ nõ ruerit in totũ, nõ poteſt ei nuntiari nouũ opus, quia non eſt nouũ ædificium, cum priſtina facies nõ mutetur, ſed ſi fuiſſet ex toto, tunc ędificiũ refectũ, licet in eadem forma, eſſet nouũ ædificiũ, ideoq; poſſet fieri noui operis nuntiatio, Paul. de Caſtr. in d. l. 1. §. opus nouum. ſub n. 3. ff. de oper. nou. nunt. & ita cõcludere Doct. ſequitur Marq. d. cap. 3. nu. 13. fol. 29.

Comprobatur tertio quia, data opinionum contrarietate, & vtriuſque æquali probabilitate, illa eſt eligẽda, quæ eſt magis amica fidei Chriſtianæ: ſed harum duarum opinionũ vtraque eſt probabilis, & iſta, quæ ſtat

pro

Digitized by Google

pro prohibitione reædificationis ſynagogæ,
eſt magis amica fidei Chriſtianæ,quia in iſtis
ſynagogis dogmatizatur sēper aliquid, quod
eſt contra fidē Chriſtianā, vt aduertit Marq.
de Suſ.d.cap.3.nu.13.in fine,& ſub num.15.
verſ. & quoad. fol. 29. alias enim ſynagogæ
noua erectio non prohiberetur. Ergo hæc
opinio eſt eligenda.

Non obſtant adducta in contrarium; quia
illa tolluntur ex iſta tertia comprobatione:
cum enim illa contraria habeant iſta contra-
ria æquipollentia, & in iſtis ſit fauor fidei
Chriſtianæ,illa contraria cedunt iſtis.Secun-
do reſpondeo, quòd licet area ſit pars ædifi-
cij; tamen poteſt conſiderari in aliquo caſu,
tanquam non pars, ſeu etiam ſi ſemper con-
ſideretur,tanquam pars, tamen in aliquibus
caſibus debet habere diuerſam diſpoſitio-
nem ab alijs caſibus,propter diuerſas cauſas,
& rationes,ſecundum quarum diuerſitatem,
& varietatem, variatur iuris diſpoſitio, quia
Iuriſprudentiæ finis totus eſt circa iuſtitiam,
& ideo non conſiderat res ſimpliciter, ſed cū
diſtinctione, ita vt ſemper in eo, de quo agi-
tur,remaneat iuſtitia,iuxta ea, quæ de diuiſi-
bilitate, & indiuiſibilitate ſententiæ ſcripſi
infra gl.14.q.13.ſub num.10.& 17.

Declara tertio, vt quamuis Iudæis nòn ſit
permiſſum erigere nouas ſynagogas,tamen
cuilibet Iudæo licet habere in domo propria
locum priuatum ad orandum, & cōtemplan-
dū pro ſe ipſo,& domeſticis ſuis, quia nō eſt
ſynagoga;ſicut cuilibet Chriſtiano licitum
eſt habere oratorium priuatum,in quo habe-
re poteſt ſedilia ad ſedendum, & lampadas
accenſas propter deuotionem, & tenere li-
bros aliquos propter officium dicendnm in
armario,quod oratorium non dicitur Eccle-
ſia,Bal.conſ.316.quia ſæpè.num.4.lib.1.

204 Quidam dicuntur Sarraceni, & hi Deos in-
numeros,Deaſque; imò dæmones colunt, &
adorant,nec nouum,nec vetus teſtamentum
recipiunt; & ſacrificāt,accenſo igne,victimas
interficiendo, & pateris libando vina, & ex
inſpectione iecoris, extorumq. præſagio ali-
quod futurum diuinant, quæ omnia eis, ſi in
dominio Chriſtiano degant, interdicuntur,
Dec.in cap.1. canonum. ſub num. 56. verſ.
quarta concluſio. de conſtit. in prima lect.
Marq. de Suſ.tract. de iud. & al.infid.cap.1.
num.17.fol.28.tom.14. & latius Hoſt.in
ſumm. tit. de ſarrac. §. qui ſunt ſarraceni.
205 num.1. † Verum Marq. d. cap. 1. num.12.
fol.28. ait, quòd Sarraceni ſunt,qui adorant
206 ſacrilegum Mahumethem. † Vnde dicantur
Sarraceni, ſcribunt Hoſtien. d.tit.de ſarrac.
num.2. Dec.d. cap. canonum. num.57. &
207 Marq.d.cap.1. num.15.fol.28. Sed † quod
aliqui Sarraceni,qui ſunt Sammaritani,rece-
perint aliquos libros teſtamenti veteris, ſcri-
bit Marq. d.cap.1.ſub num.17. & dixi ſupra
num. 28. & 30. & de iſtis locutus ſum infra
num.209.236.240. & 241.

208 Quidam dicuntur Gentiles,quidam Sadu-
cæi,quidā Pagani,& hi qui ſint,ſcribit Marq.
dicto cap. 1. num.16.17. & 18. fol.28.qui-
dam dicuntur Barbari,Scitæ, & Maumetha-
ni, de quibus nō eſt vt plura faciamus verba.

209 Agendo de Sarracenis, & de iſtis alijs in-
fidelibus, quouis nomine nuncupatis, firmo
duas concluſiones.

Prima concluſio eſt, quod ſecundū opin.
Theologorum iſti infideles propter ſolam
infidelitatem non priuantur dominio & iu-
riſdictione, per ea, quæ dixi ſupra nu. 170.
ſed ſi loquamur ſecundum opin.Canoniſtarū
diceremus, quòd ſunt priuati de iure, vt dixi
ſupra num.162.

Sed quicquid ſit de iure, de facto Princi-
pes infideles,qualis fuit Maumethus,Dux,&
Princeps Sarracenorum,& qualis eſt Turca,
habent iuriſdictionem de facto, prout etiam
de facto habent Principes tyranni Chriſtia-
ni,& ita poſſet procedere opinio contraria,
vt dixi ſupra nu.174. imò habent,tanquam
latrones,Albert.in rubr.q.8.concl.1.num.8.
& 9.de hæret.fol.338. inter Repeten.vol.5.

210 Neque contra hanc ſecundam partē con-
cluſionis obijciatur,quòd quicquid procedit
à Deo,ſiue iubente,ſiue permittente,dicitur
procedere ex diuina prouidentia, & ex iuſta
cauſa,& ideo eſt iuſtū,& iuridicū,per ea,quæ
ex S Auguſt.retuli ſupra n.173.verſ.& licet.
& quæ ſcripſi infra gl.14.q.9.nu.2.& ſeqq.

Quia reſpondeo,hoc obiectum eſſe verum
indiſtinctè in eo,quod fit,Deo iubente,ſed in
eo,quod fit, Deo permittente, dico,permiſ-
ſionem, & tolerātiam Dei eſſe quidem iuſtiſ-
ſimā,& ita procedit obiectum;ſed factū,per-
miſſum in faciente,nego eſſe iuſtum;permit-
tit enim Deus,vt vnus occidat alium,& vnus
furetur alteri, tamen illa occiſio,& illud fur-
tum ſunt iniuſta, & peccaminoſa, vt oſtendi
in d. gl.14. q.9.num. 12. & ſeqq. quia ipſe-
met Deus homicidia, furta, aliaq. mala ex-
preſsè, & apertè prohibuit, etſi aliter dice-
remus, omnia, quæ fiunt, eſſent iuſta,& con-
ſequenter comburendæ eſſent leges, remo-
uendi magiſtratus, & ſuperfluus eſſet forus
211 pœnitentiæ; † quare licet imperium Otho-

manum iuriſdictionem adhuc exerceat in Maumethanos; imò eorũ potentiſſimus Imperator,& Chriſtianorum inimicus, ſecundo rerum ſuarum euentu elatus, in dies magna aduerſus Chriſtianos videatur moliri, magna animo verſari, formidanda minari, nephanda appetere,& fretus armis,& opibus,dominandi libidine, & ambitione inflatus, prædeceſſorum ſuorum veſtigia obſeruans, Chriſtifideles terra,mariq.vexare non deſinat: Amurathes enim Teſſalonicam, Græciæ Ciuitatem, antiquitate,amplitudine, & auctoritate illuſtrem,vi captam, oppugnatamq. olim penitus diripuit; templa pulcherrima, & ditiſſima expilauit,ſacra prophanauit, opes, ornamentaq. antiqua exhauſit,multaq. alia oppida expugnauit, & quædam funditus euertit, & magna ſtrage ex voto multos ſuperauit; omitto longè maiores victorias,quibus Maumethes potitus eſt,prout hæc omnia,& alia enarrat Marq. de Suſ. tract. de iud. & al. infid. par. 3. cap. 12. num. 1. & ſeqq. fol. 70. tom. 14. & hæc omnia ex Dei permiſſione acciderint, & accidant; tamen hæc planè Deus vnus, & verus regit, & gubernat, vt placet; etſi occultis cauſis, nunquid iniuſtis? S. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 5. cap. 21. in fine, tom. 5. ſic etiam tempora ipſa bellorum, ſicut in eius arbitrio eſt, iuſtoque iudicio, & miſericordia vel atterrere, vel conſolari genus humanum, vt alia citius, alia tardius finiantur, vnde caueat quilibet, ne inſana aduerſus Deum lingua ſe interimat, & decipiat imperitos, S. Auguſt. eodem libro 5. de ciuit. Dei, cap. 22. initio, & in fine, quia permiſſio Dei eſt iuſtiſſima, vt dixi in dicta
212 gloſ. 14. quæſt. 9. num. 14. † ſed illud imperium eſt iniuſtum, & tyrannicum, vnde illud non habent, Deo, ſeu Chriſto, vel Papa eius Vicario iubente.

213 Rationem quare Deus illud imperium cum optato etiam rerum euentu permittat, non eſt noſtrum perſcrutari; quia eſt de ſecretis Dei, quæ nobis ſunt abſcondita, ideoque ea videre non poſſumus, Eccleſiaſt. 3. num. 22. & 23. *altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris; ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus, non eſt enim tibi neceſſarium, ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis*: ſuntque iuſtitia,& iudicia Domini abyſſus, Pſalm. 35. num. 7. *iuſtitias tuas ſicut montes Dei, iudicia tua abyſſus multa*. & Apoſtolus ad Rom. 11. num. 33. *ò altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius, &c.* eademque ratione non eſt noſtrum inueſtigare de prædeſtinatione, de libero hominis arbitrio,& de cauſa, ob quam bonis multa eueniant mala, & iniquis multa proſpera; imò, vt habetur Pſalm. 25. num. 3. *Cor Regum inſcrutabile*.

214 Cæterum etſi de prædictis ratio ſpecialis, & certa reddi non poſſit, quia ad ea, quæ ſupra rationem ſunt, homo non debet conari, S. Thom. in ſumm. par. 1. quæſt. 1. art. 1. tamen in genere reddi poteſt: non dico, in genere, ideſt, ex parte diuinæ bonitatis, vt dicunt Archid. in cap. nabuchodonoſor. ante num. 1. verſ. rationem reddat. 23. quæſt. 4. & Felyn. in cap. 5. ſi quando. num. 9. verſ.
215 circa reddendam rationem. de reſcript. † ſed dico (in genere) ideſt, aliqualiter probabilis: nam, vt diſtinguit Hug. de Sanct. Victor. quem ſequitur Archid. & ex eo Felyn. in locis citatis, quædam ſunt ex ratione, & iſta ſunt neceſſaria; quædam ſecundum rationem, & iſta ſunt probabilia; quædam contra rationem,& hæc incredibilia; quædam verò ſupra rationem, & hæc ſunt mirabilia: quare, redeundo ad rem noſtram, dico, quòd etſi imperſcrutabilis videatur cauſa, cur Deus permittat, vt duret tantum imperium, & ſecta Sarracenorum, tamen pium eſt credere, rationem eſſe propter peccata noſtra, vt dixi infra num. 252. quia propter peccata veniunt aduerſa, per ea, quæ ſcripſi libro proximè præcedenti, cap. 9. ſub num. 1901. & infra gloſ. 14. quæſt. 9. num. 4. Vnde quòd noſter inimicus ſit potens, & nos non deſinat vexare, hocque nos patiamur malum, permittit Deus forſan in vltionem peccatorum gentis
216 Chriſtianæ; † & quare Deus regna huius mundi bonis, & malis communiter præſtet, eſt, ne boni ea, tanquam Dei magna munera, concupiſcant, & ideo regna terrena, & bonis, & malis ab illo dantur, ne eius cultores adhuc in prouectu animi paruuli, hæc ab eo munera, quaſi magnum aliquod, concupiſcant; ita S. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 4. cap. 33. fol. 38. tom. 5. vnde nos Chriſtiani quoſdam Chriſtianos Imperatores non ideo fœlices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placita reliquerunt, vel hoſtes reipublicæ domuerunt, vel inimicos ciues aduerſus ſe inſurgentes, & cauere, & opprimere potuerunt: hæc enim, & alia

alia vitæ huius ærumnoſæ, vel munera, vel
ſolatia quidam etiam cultores dæmonum
accipere meruerunt, qui non pertinent ad
regnum Dei, ſed fœlices eos dicimus, ſi iu-
ſtè imperarunt, &c. S. Auguſt. de ciuit. Dei
lib. 5. cap. 24. tom. 5. fol. 48. & proinde re-
gnâ huius mundi dat etiam malis, vt boni
tantò magis cognoſcant, ea non eſſe æſti-
manda, nam, quæ Princeps dare ſolet infi-
mis, & vt ita dicam, vilibus, ſublimes, & ex-
217 celſi viri ea contemnunt: † & quare etiam
bonis accidant mala, rationem quærunt
Seneca, quem citaui dicto cap. 9. ſub num.
1901. verſ. prima cauſa. S. Io. Chryſoſt. in
locis à me citatis infra gl. 14. q. 9. nu. 21. in
fine, nu. 25. & 26. & Iob cap. 21. nu. 7. &
ſeqq. *quare ergo impij viuunt, ſubleuati ſunt,
confortatiq. diuitijs: ſemen eorum permanet
coram eis, propinquorum turba, & nepotũ in
conſpectu eorum. Domus eorum ſecuræ ſunt,
& pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos.
Bos eorum concepit, & non abortiuit, vacca
peperit, & nõ eſt priuata fœtu ſuo. Egrediun-
tur quaſi greges paruuli eorum, & infantes
eorum exultant luſibus. Tenent tympanũ &
citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Du-
cunt in bonis dies ſuos.* Ierem. 12. ſub num. 1.
& ſeqq. *quare via impiorum proſperatur: be-
nè eſt omnibus, qui præuaricantur, & iniquè
agunt? Plantaſti eos, & radicẽ miſerunt, pro-
ficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eo-
218 rum, & longè à renibus eorum.* † & quæſitam
rationẽ reddunt ijdem Sen. S. Io. Chryſoſt.
& Sap. 3. nu. 4. & ſeqq. *& ſi corã hominibus
tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortali-
tate plena eſt. In paucis vexati, in multis benè
diſponentur, quoniam Deus tentauit eos, & in-
uenit illos dignos ſe, Tanquã aurum in fornace
probauit illos &c.* Quid poſtea accidat ma-
lis, quibus proſpera contigerunt, ſcribit Iob
d. cap. 21. num. 13. & ſeqq. *& in puncto ad
inferna deſcendunt. Qui dixerunt Deo, Rece-
de à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolu-
mus.* & nu. 18. *erunt ſicut palea ante faciem
venti, & ſicut fauilla, quam turbo diſpergit.
Deus ſeruabit filijs illius dolorem patris, &c.*
219 quòd † ſi huic piæ rationi libenter tuus non
acquieſcat intellectus, acquieſcat huic;
quòd ratio reddi non poteſt, & iure quidẽ;
nam, vt ſcribit S. Io. Chryſ. de prouid. Dei.
lib. 1. verſus finem, fol. mihi 35. tom. 5. *hoc
ipſum, quòd non omnia apertè ſcimus, diuina
ſapiẽtia, atque prudentia profectò eſt. Si enim
omnium, quæ fiunt, cauſa, & ratione cognita,
ita demum Deo pareremus, non magni meri-
tiſſet, neque fidei oſtenſio ea res videretur.
Cum verò nihil horum penitus noſcentes, ita
quæque ſumma affectione mandatis eius om-
nibus cedimus, ex legitima obedientia, fideq.
integerrima, maxima animabus noſtris emo-
lumenta conquirimus. Hoc enim ſolum nobis
perſuadere debemus, omnia nobis vtiliter à
Deo inferri; non iam modum inquitentes,
neque huius ignorationes grauiter, vel cum
mærore ferentes. Neque enim poſſibile eſt iſta
ſcire, neque vtile: illud, quia mortales ſumus,
hoc, quia citò in arrogantiam extollimur:* ſed
adhuc forſan non acquieſcis, adhuc deſide-
ramus; imò quo magis nobis negatur facul-
tas iſta ſciẽdi cauſas, & rationes prædictas;
eò magis ſcientiam hanc appetere videmur;
quia nitimur in vetitis, cupimusq. negata,
ita vt ex negatione augeatur cupiditas, ſicut
è conuerſo, ex nimia ſpontanea conceſſione
minuitur quãdoq. deſideriũ: interdũ enim,
vt ait Senec. epiſt. 95. petis à me. n. 20. lin. 3.
fol. 188. obnixè petimus id, quod recuſare-
mus, ſi quis offerret: & cõtingit ſæpè, vt quò
ardẽtiores aliquid anhelamus, eò difficilius
aut nunquã illud aſſequamur; quod verò nõ
curamus, ad nos vltrò accedat; vt aliqui di-
cunt de mulieribus, quòd vbi velis, nolunt,
vbi nolis, cupiunt vltrò, vt retuli infra gl. 4.
q. 2. ſub n. 36. ſicq. in rebus noſtris deſidera-
ta fugiunt, non optata veniunt; cuius cõtra-
rij euentus ratio poteſt eſſe, vel vt hinc co-
gnoſcamus, rerum humanarum euentũ non
pendere ex noſtro arbitrio, aut ex noſtris vi-
ribus, ſed ex Dei iudicio; vel (& hanc, quæ
eſt elegantior, ſumo ex Senec. epiſt. 116. fol.
221. lin. 35.) quia voluptates magis ad te
perùenturæ ſunt, ſi illis imperabis, quàm ſi
ſeruies.

220 Declara eandem concluſionem, vt quam-
uis Principes infideles habeant iuriſdictio-
nem de facto, Deo ſcilicet permittente, ta-
men ſubditi, eodem Deo permittente, te-
nentur illis obedire, vt dixi infra nu. 258. &
poſſunt Principes, Deo permittente, ſecun-
dum legem naturæ gubernare, & ita proce-
dit, quod ſcribit Sot. quẽ citaui ſupra n. 179.

221 Secunda concluſio eſt, quod etſi Princi-
pes infideles hoc ipſo, quòd ſunt infideles,
non habeant iuriſdictionem, niſi de facto
ſecundum opinionem Canoniſtarum.

Tamen Papa, & multò minus alij Princi-
pes Chriſtiani, ob ſolam infidelitatem, non
debent infidelibus, ſi pacificè viuant, & non
moleſtent Chriſtianos, mouere bellum, ad
adipiſcendum poſſeſſionem iuriſdictionis, &

multò minus ad accipiendum eorum bona, argumenro textus,in cap.11.diſpar.23.q.8. & ibi Gl.& l.6. chriſtianis. C. de pagan. & ſacrif.& temp.eor. & hanc eſſe veriorē concluſionem teſtarur Couar.in reg.peccarum. de reg.iur. in 6.cuius ritulum ponit de reſtitut.par.2.§.10.ſub nu.1.verſ. ſed nibilominus. & eſſe communem Tbeologorum opinionem dixiſupra ſub num.170.

Confirmatur primo hęc ſecunda concluſio, quia Deus ab inirio creauit omnia proprer homines indiſtinctè, illisq. conceſſit,vt ea occuparent, & per occupationem acquirerenr, quod eriam eſt ſecundum ius naturæ,vt reruli ſupra num.79.& 80.verſ.ſubinfero ex hac.

Confirmatur ſecundo ex his, quæ ſcripſi ſup.nu.171. & infra num.236.

222 Contrariam opinionē,nempe contra cōmunem Theologorū adbuc videnrur tenere Hoſt.Oldr.& alij,quos citaui ſupra nu. 162.

Sed eſt aduertendū quòd hæc opinio Canoniſtarū cōtra opinionē Tbeologorū, tunc eſt ſine controuerſia, quando Eccleſia, ſeu Papa mouer bellum cōrra Sarracenos occupantes rerram ſanctam Ieruſalem, nam Bar. in d.l.chriſtianis.n.2.& ſeqq.quem ſequitur Alex.conſ.130. ſuper eo.n.4.in fine, & n.5. lib. 7. rener, quòd Eccleſia licitè indixerit bellū contra Sarracenos,quia detinēnt terrā noſtrā; nā terra Ieruſalē eſt rerra promiſſionis,quam promiſit Deus Abrahæ, & ſemini eius, & debira nobis, quia ſumus filij Abrahæ,& dicir,quòd licitè bellum indixerir etiā conrra Turcas, quamuis non reneār terram noſtrā,& ratio eſt, quia non poſſumus aliter ire ad Sarracenos,cū Turcæ nos impediant, dicens, quòd Eccleſia alias bellum nō indiceret, & idē tenet Innoc.in cap.8. quod ſuper.n.7.verſ.quod aurē.de vot.dicens,quòd Papa facit indulgenrias illis, qui vadunt ad recuperandā terram ſanctā, licet eam poſſideant Sarraceni,& etiā poreſt indicere bellum,quia infideles illicirè poſſidenr, & ideo Papa iuſtè mouerur, ſi inrendir reuocare terram ſanctam, quæ natiuirate, habitatione, & morte Ieſu Cbriſti eſt conſecrara, & hodie in ea colitur Maumetbus,& de alijs terris, in quibus Cbriſtiani habuerunt iuriſdictionem, & eas occupant infideles, dicit, quòd Papa poreſt infidelibus facere præceptum, quòd non moleſtenr Cbriſtianos,qui ſubſunr eorū iuriſdictioni,& in caſu contrauentionis poſſet eos per ſententiam priuare iuriſdictione,& dominio,quod ſuper eos habent: hoc idem, quòd licitū ſit bellū contra Sarracenos detinēres ciuiratem Hieruſalē, ſcribit Corſer.infra ciratus,addēs, quòd ipſe, dum actu legeret in Ciuirare Bononiæ, audiuit magiſtrum Hieronymū Manfredū, aſtrologum excellentiſſimū, qui ore proprio dixit ipſi Corſerro, ſe vidiſſe natiuitarē Regum Hiſpaniæ illius remporis; per quam pronoſticatus eſt; illosq; reges expugnaturos eſſe Sarracenos de rerra ſancta; & eam liberaturos à manibus ipſorum canū; hæc Corſert.de poteſt. reg. in 5. & vlr.par.nu.33. in 3.caſu,fol.142.tom.16. ſed illa aſtrologia, vr fuir pia,vrinam ſit etiam vera. & † quòd
223 hoc bellum ſit licitum ad recuperandā rerram ſanctam,probarur etiā ex eo, quòd Veſpaſianus Imperaror,& Tirus eius filius eam propter mortem Chriſti quadrageſimo anno poſtea ſubiugarunr,& per totum tempus obſidionis fuerunt cæſa decies centena millia Iudæorum,& denique Romani tanra cæde defeſſi quærebant quibus capriua mancipia venderēr,& quia plurimi erant venales, & pauci inueniebaurur emprores, nō defuerunr, qui rriginta mancipia vno numiſmare mercarentur, & runc defecit regnū Iudæorum, & illa deſtructio Ieruſalem fuerat iam per 535.annos ante eius euerſionem prædicta,& prænūciara in ea mors Chriſti, vt habetur in Dan.9. nu.26. *& poſt bebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus,& non erit eius populus,qui eū negaturus eſt: & ciuitatē, & ſanctuariū diſſipabit populus cū duce venturo,* qui fuit Titus,& Chriſtus hanc Ieruſalem ruinam prædixit in Luc.19.n.40.& 41. *dico vobis,quia ſi bi tacuerint,lapides clamabunt: & vt appropinquauit,videns Ciuitatē, fleuit ſuper illam, dicens, quia ſi cognouiſſes & tu, & quidē in hac die tua, quæ ad pacem tibi,nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis: quia venient dies in te, & circundabūt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndique: & ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem,* prour hæc omnia recenſet, & adducit Albert. in rubr. q.8.nu.28.de hæret.fol.339.inter Repeten. vol.5. & quod Chriſtiani iuſtiſſimè bello, & armis auferant, ſi poſſunt, prouincias,quæ olim ad Chriſtianorum Principum iuriſdictionem pertinebant, & ipſorū Cbriſtianorum dominio ſuberant,& nunc infideles occupant, & detinent, ſcribit Caier. ad D. Thom.2.2.q.66.art.8.verſ. ad quorum.in ſecunda ſpecie infidelium.

Firma-

224 Firmata prædicta opinione, quòd Papa contra infideles, qui tenent loca, quæ fuerunt Chriſtianorum, poſſit pro illorum recuperatione mouere bellum, excitantur aliquæ difficultates.

Prima difficultas: an Papa potuerit Carolo Regi, eiuſq. ſucceſſoribus cōcedere regnū Ieruſalem: in qua difficultate Iaſ. in l. 9. id quod. nu. 12. verſ. per hoc. ff. de leg. 1. citato Bart. refert, quòd potuit, & quòd cū eo tranſeunt omnes indifferēter; & licet ipſe hoc impugnet, dicens, regnum Ieruſalem non fuiſſe Eccleſiæ, ſed Imperatorum Romanorum, & conſequenter Papam non potuiſſe illud concedere: tamen ego adhuc dico, quòd potuit per ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 222. & infra nu. 230. vnde hi Reges in ſuis diplomatibus, & litteris ſe vocant Reges Ieruſalem.

Secunda difficultas: an Papa in terris, vel ciuitatibus, quæ ſemper fuerūt Sarracenorū, poſſit conſtituere Epiſcopos. In hac difficultate Iaſ. in d. l. 9. id quod. nu. 18. & ſeqq. ff. de leg. 1. adducit opiniones cōtrarias, & vlterius citat Raph. Cum. qui tenet, quòd neque poſſit eos conſtituere in ciuitatibus, quæ olim fuerunt Chriſtianorū, vt eſt ciuitas Cōſtantinopolitana, & multa pro eius opinione adducit argumēta: ſed pro cōtraria opinione, quòd poſſit, adducit Petr. Bixut. Doctorē Mediolanen. & hæc opinio, quā cenſeo veriorē, ſeruatur in praxi quoad loca, quę fuerūt aliquādo Romanorum, nam habemus Patriarcham Conſtantinopolitanū, & alios, de quibus locutus ſum cap. ſeq. q. 8. ſub nu. 98. declar. 2.

225 Extende primo eandem opinionē, vt procedat etiam contra illos infideles, qui nō tenent loca Chriſtianorū, ſed tamen tanquam beſtiæ peccant contra legē naturæ, & barbaricis vitijs contaminati, mactant innocentes, & adorant idola, quia contra iſtos, peccantes contra legem naturæ, Papa, vti Chriſti Vicarius, habet poteſtatem, & iuriſdictionem, vt ſecutus ſum ſupra num. 169. & ſeqq.

226 Comprobatur hæc extenſio exēplo belli, quod Rex Hiſpaniarū accedente auctoritate Papæ Alexandri VI. mouit contra barbaras illas nationes, quas Indos vocamus, olim nobis penitus incognitas, & ita Indi nomē Chriſti, & euangeliū receperunt, prout poſt alios recēſet Marq. de Suſ. tract. de iud. & al. infid. par. 1. cap. 14. per totum, fol. 39. tom. 14.

Nō obſtant nonnulla, quæ poſſent obijci, quia illis, tam ex his, quę ſcribit Marq. vbi ſupra, quā ex aliis poteſt ſufficiēter reſpōderi.

227 Extende ſecundò, vt ſecundū aliquos procedat etiā quoad bona, quæ priuati infideles occupant, quia cū plenitudo terræ ſit Dei, vt dixi ſupra nu. 78. & ex Deo venerit in Chriſtū, vt dixi ſupra n. 96. & ex Chriſto in Petrū, vt dixi ſupra n. 137. ſequitur, quòd apud infideles non eſt verū dominiū, Bal. in l. 1. ſub n. 19. verſ. ſecūdo probatur. C. ſi plur. vna ſent. &c. & conſequenter, quòd Chriſtiani, Papa ſciente, & non prohibente, licitè vadant ad terras Sarracenorum, eoſq. captiuos faciant, eorumq. bona diripiant, vti bona vacantia, & pro derelictis habita, & ipſis ea occupātibus acquirātur, ſicut lapilli in littore maris, aues, piſces, & ſimilia, quæ cū in nullius bonis ſint, occupantibus conceduntur, & ita paſsim ſeruari videmus ab omnibus Chriſtianis; & quæ certam habuerunt interpretationem, mutari non debent, & præceptū Decalogi (nō furaberis) & præceptū naturæ (quod tibi non vis, alteri ne feceris) non habent locum in Chriſtianis ſurripientibus ab infidelibus; quia hoc faciunt, lege permittente, Albert. in rubr. q. 8. in prima concluſ. nu. 4. verſ. ex quibus ſequitur. fol. 338. inter Repeten. vol. 5.

228 Huic extēſioni obſtāt iura, quæ citaui ſup. n. 221. & quando illa deficerent iura, temperanda adhuc eſſet ex his, quæ ſcripſi infra nu. 232. & 233. & in primis delenda videtur ratio, per Albert. adducta, quòd ſint bona vacātia, quia imò ſunt occupata, & naturaliter, & corporaliter actū poſſeſſa; & ideo dicendum eſt, quòd ſunt occupata per inuaſionem, & quandoq. violentā, & per manifeſtā ſpoliationē, ideoq. ad eorū recuperationē, deficiētibus alijs remedijs, arma concedēda videntur: Verum circa hanc extenſionem tenenda ſunt quæ ſcripſi infra num. 232. & ſeqq.

229 Extende tertiò, ſeu potius declara opinionē, quā firmauimus ſup. ſub n. 224. vt bellum contra infideles poſſit in ſequentibus caſibus licitè moueri.

Primus caſus eſt, quando infideles infeſtāt Chriſtianos, Corſet. de poteſt. reg. in 5. & vlt. par. num. 32. in fine, verſ. capio primum. fol. 142. tom. 16. & Albert. in rubr. q. 8. num. 23. de hæret. fol. 339. vol. 5.

Secundus eſt, (& in effectu eſt idem cum præcedenti) quādo infideles, ſiue Sarraceni, ſiue Turcæ malè tractarent, aut opprimerent Chriſtianos, inuadentes, & deprædātes eorū terras, Corſet. in dicta 5. & vlt. par. ſub n. 34. caſ. 7. fol. 142. & Albert. dicta q. 8. nu. 24. & hi duo caſus ſatis cōtinentur in iuribus, citatis ſupra ſub n. 221. in hac ſecunda cōcluſione, & ſupra num. 201. verſ. tamen.

Ter-

230 Tertius caſus eſt, quoad terras, & regna, in quibus Romani olim habuerũt iuriſdictionẽ, Corſet. in d. 5. & vlt. par. ſub n. 34. caſ. 6. fol. 142. tom. 16. & Albert. in d. rubr. de hæret. q. 8. cõcl. 4. n. 25. fol. 339. inter Repet. to. 5.

Quartus caſus eſt, ſi infideles nõ admitterent prædicatores euangelij, quos ſummus Põtifex ad eos mitteret, Corſet. tract. de poteſt. reg. in 5. & vlt. par. nu. 33. in fine, caſ. 4. fol. 142. tom. 16. & Albert. in rubr. q. 8. cõcl. 5. nu. 26. de hær. tom. 5. fol. 339. inter Repet.

Quintus, ſi peccarent contra legem naturæ, Albert. in loco ſupra proximè citato, & ſcripſi ſupra num. 169.

Sextus ad recuperandam Ciuitatem Ieruſalem, vt dixi ſupra num. 222.

Septimus eſt eſt contra hæreticos, vt ſcripſi ſupra num. 42.

Octauus eſt, quãdo populus alicuius principis infidelis conuerteretur ad fidẽ chriſtianam, & eius princeps nollet conuerti, & timor eſſet, quòd populum ſeduceret ab illa conuerſione, quia tunc Papa poſſet ei etiam inuito ſoluere pretium principatus, & ita ab illo inuito auferre, Corſet. de reg. poteſt. in 5. & vlt. par. ſub num. 35. caſ. 8. fol. 142. tom. 16. & Albert. in rubr. q. 8. concl. 8. num. 31. de hæret. fol. 340. vol. 5. inter Repet.

Nonus caſus eſt generalis, ſi infideles moniti de mandato Papæ ad ſuſcipiendã fidem chriſtianã, recuſarent illã ſuſcipere, quia tunc Papa poſſet principibus ſecularibus cõcedere, vt bellũ contra illos mouerent, Albert. in rubr. q. 8. concl. 9. num. 31. in fine, & ſeqq. de hæret. fol. 340. inter Repeten. vol. 5.

Volui horum caſuum eſſe ſimplex relator, omittẽdo ea, quæ mihi occurrere potuiſſent, præſertim ſuper 4. 8. & 9. quia nimis à noſtro inſtituto itinere diſcedere videremur.

231 Reſtringe primo eandẽ opinionẽ, firmatã ſup. n. 224 vt Papa, & multò minus alij Principes non debeant mouere bellũ, pro adipiſcenda iuriſdictione, & poteſtate, vt, ea adepta, cogãt, & cõpellãt infideles ad ſuſcipiendam fidẽ, quia hoc non cõuenit; cũ ſuſceptio fidei debeat eſſe ſpontanea, & non per vim, cap. 3. qui ſincera. & cap. 5. de iudæis. diſt. 45. cap. 33. ad fidem. 23. q. 5. cap. 3. maiores. §. item quæritur. de baptiſ. & cap. 9. ſicut. de iud. & ſarrac. Innoc. in cap. 8. quod ſuper nu. 8. verſ. itẽ licet non debeãt. de vot. Oldr. cõſ. 264. illa videtur. ſub n. 5. verſ. cũ ergo. quare Chriſtus redemptor noſter voluit, fidei ſuſceptionẽ fieri nõ armorũ vi, ſed pijs exortationibus, & euãgelicis documẽtis, quia beneficiũ non cõfertur in inuitũ, l. 70. inuito. ff. de reg. iur. & ideo nemo inuitus ducirur ad cęlũ, quia qui fecit te ſine te, nõ ſaluabit tę ſine te.

232 Reſtringe ſecundo, vt quamuis, attenta etiam Theologorũ opinione, de qua ſupra n. 170. Papa poſſet mouere bellũ cõtra infideles, qui occupant dominia, & loca, quæ fuerunt Chriſtianorũ, ſeu Imperij Rom. iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 222. & 230. & attenta opin. Canoniſtarũ, de qua ſupra n. 162. poſſet indiſtinctè contra omnes infideles, quales
233 quales ſint; † tamen nõ moueret niſi propter commodum ſpirituale. & exalrationem fidei Chriſtianæ, nõ autem propter commodũ tẽporale, quia dato quòd etiam propter hoc poſſet mouere; tamen abſtinet, quia non omnia, quæ licent, expediunt, Apoſt. 1. ad Corinth. cap. 6. n. 12. & cap. 34. aliud quidẽ. 11. q. 1. *omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* & dixi in meo tract. de cõmerc. §. 1. q. 1. ſub nu. 65. & aliqua ſunt licita, quæ bono viro non conueniunt, per ea, quæ dixi eod. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. ſub n. 41. & nõ omnia, quæ licent, ædificãt, Apoſt. eod. lib. 1. ad Corinth. cap. 10. nu. 23. *omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.* neque omnia, quæ licent, ſunt honeſta, *non omne, quod licet, honeſtum eſt,* l. 187. non omne. ff. de reg. iur.

234 Sed quòd moueatur bellum Sarracenis, & ſimilibus, ad adipiſcendum poſſeſsionem ſolum pro temporalibus, non expedit, neque eſt honeſtum ex pluribus.

Primò, quia quoad Iudæos iam ſupra nu. 186. dixi, eos non habere principem, qui ſit iudæus, cogendus ad relaxandam iuriſdictionẽ, & vlterius Iudæi nõ ſolũ non reputantur hoſtes imperij Rom. per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 3. limit. 20. ſub nu. 4. ſed ſunt obedientiarij Papæ, & ideo illius deuoti, Felyn. in cap. 7. conſuluit. ſub n. 6. de iudæis. quicumq; enim ſunt obedientiarij, poſſunt dici deuoti, l. 8. à legatis. & ibi Gl. C. de vectig. vnde Principes ſũpſerũt ſtilũ, vt in litteris directis ſuis obedientiarijs, dicãt, ſuis deuotis, Bal. in d. l. à legatis. quare diſpar eſt ratio, ſeu cauſa inter Iudæos, & Sarracenos, contra iſtos enim, qui Chriſtianos perſequuntur, & ex vrbibus, & proprijs ſedibus pellunt, iuſtè pugnatur; illi verò vbiq; ſeruire parati ſũt, vt dicit text. in cap. 11. diſpar.
235 23. q. 8. † imò nõ ſolũ Iudæi, ſed etiã alij infideles, qui nobiſcum viuunt, & cõuerſantur, ſunt tolerandi, quia poſſunt dici fideles, & deuoti Sanctæ Rom. Eccleſiæ, cum ſub eius protectione viuunt, ideoq. ab eccleſia miſeri-

cor-

corditer ſuſtinētur,& protegũtur, ne illis in-
ferãtur cõtumeliæ,& iniuriç, Anch.cõſ.271.
de titulis.ſub n.2.col.2.in fine,& Rol.à Val.
conſ.25.quia caſus. ſub num.5.& 6.lib.3.&
demum in eis concurrunt ſequentes aliæ ra-
236 tiones, vel maior pars earum.

Secũdò quoad Iudęos,& Sarracenos, quia
Princeps tenetur diligere Iudęos,& Sarrace-
nos,in quantũ ſunt participes ſuç naturæ,ne-
dum in anima,ſed etiã in corpore,Gl.in cap.
5.charitas. in verbo, participes. de pœnit.
diſt. 2. vnde ſicut nobis ſubueniri optamus,
ita eis ſubuenire debemus;imò propterea ex
charitate tenemur eis in neceſſitatibus ſub-
uenire, & facere eleemoſynã,Oldr.cõſ.264.
illa videtur.initio, & ſub n.1.Alex.cõſ.130.
ſuper eo.nu.4. lib.7. Rol.à Vall.dicto conſ.
25.ſub n.30.& ſeqq.Marq.de Suſ.tract.de
iud.& al.infid.cap.7.nu.4. fol.34.tom.14.&
Bec.conſ.84. caſus. ſub nu.8. & probatur ex
237 dicto cap.charitas.verſus finẽ, quia † dicun-
tur proximi noſtri,quos debemus diligere,&
lucrifacere quantũ poſſumus ratione huma-
nitatis,cũ ſint noſtrę naturę participes, Abb.
in cap.13.nouit.ſub n.3.de iudic. & Alex.in
loco ſupra proximè citato; nam *non illi tantũ
proximi noſtri credendi ſunt, quos nobis gra-
dus ſanguinis iungit, ſed proximi noſtri cre-
dendi ſunt omnes homines natura noſtræ, ſicut
dixi, participes*, dicto cap.5.charitas. de pe-
nit.diſt.2. & quòd omnis homo, quantumuis
peccator, dicatur proximus noſter ratione
beatitudinis,ad quam omnis homo eſt crea-
tus, & peccatũ non tollat naturã, ſecundum
quam ſumus inuicẽ proximi,ſcribit S.Thom.
2.2.q.25. art.6.verſ. ſed contra. & verſ.ſeq.
nam omnes deſcendimus ab Adamo, & hac
ratione omnes dicimur proximi, Nauar.in
manual.cap.14.ſub nu.4.& quòd omnis ho-
mo quantumuis monſtruoſus,& cuiuſuis ge-
neris ſit, dummodo ſit homo, deſcendat ab
Adam,retuli ex S.Auguſt.infra gl.3.q.1. ſub
n.21.& demum etiam ſi paganum videamus
in fluctuationes, oportet illi benefacere, &
ſimpliciter omni in perturbatione cõſtituto:
ſi enim videas aſinũ præfocari, erigis ipſum,
& non ſcrutaris cuius ſit,multò magis homi-
nẽ nõ oportet ſcrutari cuius ſit, Dei quippe
eſt,ſiue paganus ſit, ſiue iudæus, S. Io.Chry-
ſoſt.in epiſt.ad hebr.cap.6.hom.11.col.7. &
8.fol.625.littera D.tom.4.verũ omnia ope-
ra dilectionis impendere debemus ſecũdum
vniuſcuiuſque conditionẽ,Gl.in dicto verbo,
238 participes. † Quatuor enim modis quis dici
poteſt proximus, videlicet conditione primæ
natiuitatis;ſpe conuerſionis; propinquitate
agnationis; & ratione beneficij exhibitionis,
vt ſcribũt Card.de Turrec. in dicto cap.cha-
ritas,ſub n.... Petr.de Anch.in cap.2.nulla.
n.10.in 7.not. de conceſ.præben. & Albert.
in rubr.q.7.n.3.verſ.pręterea dicit.de hęret.
fol.336. inter Repet. vol.5. quare licet dili-
gere debeamus etiã infideles,& illis benefa-
cere, tamen magis diligere, & benefacere
debemus fidelibus, S. Io. Chryſoſt. in loco
ſupraproximè citato, nam Apoſt. ad Galat.
6.num.10. dicit, *operemur bonum ad omnes,
maximè autem ad domeſticos fidei*.

239 Hincq. eſt, quòd etſi maius delictũ ſit oc-
cidere Chriſtianũ, quàm infidelẽ,quia maius
eſt peccatum occidere hominem iuſtum,
quàm occidere peccatorem, ſecundum S.
Thom.2.2. q.64. art.6. quem ſequitur Fe-
lyn.in cap.7.conſuluit.n.7. de iudæis.tamen
nõ deſũt argumẽta in cõtrariũ, vt, diſputãdo
hũc paſſũ,adducit Marq. dicto tract. de iud.
& al.infid.cap.12.n.1. & ſeqq.fol.39.to.14.

240 Tertiò quantũ ad Sarracenos, quia ſi non
licet mouere bellũ cõtra Iudæos,per ea, quæ
diximus huc vſque; multò minus licet contra
Sarracenos,quia Iudæi ſunt peiores Sarrace-
nis,cap.37.non ne.1.q.1. quod denotat Ec-
cleſia,dum in die paraſceuæ,orando pro om-
nibus,non flectit genua pro Iudæis,ſed flectit
pro paganis, Oldr.conſ.51. iudæus tranſiuit.
verſus finem,ſub nu.2.& Alex. conſ.130.ſu-
per eo.num.3.lib.7.

241 Ratio quare Iudæi ſint peiores Sarrace-
nis, eſt, quia Sarraceni tranſgreſſi ſunt ſolum
legem naturalem, ſed Iudæi etiam ſcriptam:
Sarraceni non habuerunt prædicatotes, ſed
Iudæi ſic, etiam Chriſtum: apud Sarracenos
nulla miracula, ſed apud Iudæos multa facta
ſunt: præterea Iudæi crucifixerunt Chriſtũ,
Alex.in loco ſupra proximè citato;& quantũ
Iudæorũ perfidia,& nequitia differat à Paga-
norũ bonitate, explicat S. Auguſt. in ſer.43.
audiſtis.in litera G.fol.mihi 461.tom.10.de
modo quærẽdi Chriſtũ in Epiphania,dicens.
*O Chriſtiane, caue, ne quæras Chriſtum cum
Iudæis, ſed cum Paganis regibus perquirere
non deſinas: nam Pagani quærunt Chriſtum
adorare, ſed iudæi quærunt Chriſtũ iam ſup-
plantare;pagani hodie ad Chriſtũ veniunt, ſed
iudæi Chriſtum ſpernunt; pagani, veniendo ad
Chriſtum, laborant, ſed iudæi quieſcendo, Chri-
ſtum ignorant;pagani Chriſto munera offeren-
tes, ipſum adorant, ſed iudæi iam Chriſti mor-
tem procurant; pagani adorando Chriſtũ, &
miracula ibidem videndo, ipſum toto corde*

ma-

magnificant, ſed iudæorū ſynagoga iā Chriſtum ſpinis coronat: pagani per altam viam reuertuntur gaudentes, ſed iudæi iam incipiūt eſſe pauentes, ne fortè veniant Romani, & tollant eorum locū, & gentem: erubeſcite, ò perfidi iudæi, erubeſcite, quia veniet tempus quando lapis ſuper lapidē in te non remanebit eo, quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ; erubeſcite, quia ecce iam alieni hæreditatē veſtram aggrediuntur, & ad veſtrū regem natū deducuntur, cuius pretioſa natiuitas fuit ante ſecula prædeſtinata, à prophetis prænunciata, à paſtoribus annunciata, & ſapientibus regibus reuelata: ò Iudæi ſemper Dei rebelles, ò cæci, & obſtinati, &c. ſed hoc argumentum videtur adhuc conuinci ex illa diſpari ratione, quam adduxi ſupra ſub num. 234.

Quarto, quia Chriſtus venit in mundū, nō vt dominaretur, ſed vt ſaluaret, & redimeret animas. ergo Papa, qui eſt eius Vicarius, nō debet infideliū quærere imperium, quo regimini corporis, & non ſaluti animæ præſit, & illud nō ſanctitate vitæ, ſed ſanguinolētis armis acquirere; id enim nec eſſet expediens, nec honeſtum, quia ipſe debet intendere ſpiritualibus, & non habere affectum ad dignitates, & opes temporales, ſatis namque ſibi eſt patrimonium Beati Petri.

242 Subinfero quinto, quòd omnis principatus, ſiue bonus, ſiue malus, dependet à Deo, vt dixi infra nu. 251. & 252. ſunt autem tres ſpecies principatus boni, & tres principatus mali, qui bonis opponūtur, de quibus omnibus multa ſcribunt Ariſt. Ethic. lib. 8. & ibi Cōment. lect. 10. fol. 129. Polit. lib. 3. & ibi S. Thom. lect. 14. & ſeqq. fol. 47. idem S. Thom. in 20. opuſc. de regim. princip. lib. 1. cap. 2. & 3. & Bar. in tract. de regim. ciuit. nu. 1. & ſeqq. fol. 155. & ſeq. & breuiter pro intelligentia eas explicamus.

Prima ſpecies principatus dicitur regnum ſecundum Ariſt. & S. Thom. in locis citatis, & Bar. in dicto tract. de regim. ciuit. num. 3. verſ. tertius regendi modus. fol. 156. & de hoc in l. 2. §. nouiſſimè. ff. de orig. iur. ab aliquibus ſcio vocari monocratiam, nos verò, ſi iſte eſt vnus dominus vniuerſalis, appellamus Imperium, & Imperatorem, vt in dicto §. nouiſſimè. ſi verò eſt particularis, aliquādo appellamus Regnum, & Regem; aliquando Ducatum, Marchionatum, Comitatum, & ſimi-

243 lia: † Et iſta ſpecies principatus retinet hoc nomen regni, quandiu Imperator, & regens regit, & gubernat in finem cōmunem, & bonum: quòd ſi tendat ad bonum & commodū ſuum proprium, tunc ſecūdum Ariſt. & alios citatos, perdit nomē regni, & imperij, & tranſit in ſpeciem oppoſitam, quæ dicitur tyrannis, & tyrannus, Bar. in dicto tract. de reg. ciuit. num. 3. in fine. adde quæ ſcripſi infra gl. 4. q. 1. num. 24.

244 Secūda ſpecies principatus ſecundū Ariſt. & S. Thom. in locis citatis dicitur ariſtocratia, ideſt, ſecundum Bar. in dicto tract. de regim. ciuit. n. 2. regimen maiorentū, quia ſunt pauci optimates, & diuites, qui gubernant, vt ſunt ſenatores; & quamdiu iſti gubernant ad bonū commune, hæc ſpecies dicitur, vt dixi, ariſtocratia; at ſi gubernent malè, videlicet, ad propriū commodum, tranſit in ſpeciem oppoſitam, quæ dicitur ogligarchia, vt ſcribunt ijdem Ariſt. S. Thom. & Bar. in locis citatis.

245 Tertia ſpecies principatus ſecundū Ariſt. vbi ſupra dicitur politica, ſeu policratia, aut, vt dicit Bar. in dicto tract. de reg. ciuit. nu. 1. vocatur regimen ad populum, quia multitudo gubernat, & retinet hoc nomen ſimiliter quandiu illa multitudo rectè gubernat ad bonum commune, ſecundum ſtatum eorum; ſed ſi illa multitudo regeret ad ſuū commodum, & ad oppreſſionem diuitū, vel alicuius gentis, tunc perdit hoc nomen, & tranſit in ſpeciē oppoſitā, quæ ſecundū Ariſt. & S. Thom. dicitur democratia, & ſecundum Bar. in loco proximè citato, vocatur populus peruerſus, & de hoc regimine bono, quod dicitur politica, & de malo, quod dicitur democratia, habetur in dicta l. 2. §. exactis. vſq; ad §. deinde. ff. de orig. iur. & in l. & qui origine. §. præſes prouinciæ. ff. de muner. & honor. vbi quando honores, & munera diuiduntur ſecundū debitos gradus, dicitur regimen bonū: quando verò diuiduntur inæqualiter, quia aliqui grauantur, dicitur malū, per quod Reſp. deſtruitur, & hæ ſunt ſex ſpecies principatus, ſeu ſex modi regendi, quorum tres ſunt boni, & tres mali, & quilibet habet ſuum proprium no-

246 men, vt dixi; † ſed omnis principatus malus poteſt cōmuni nomine vocari tyrannis: nam ſi regit vnus, dicitur tyrannis vnius, ſi multi, dicetur tyrannis populi, ſi pauci, dicetur tyrannis paucorum, Bar. in dicto tract. de reg. ciuit. ſub num. 4.

247 Circa has ſpecies principatus boni eſt aduertendum, quòd ſicut regnum, ideſt, regimen vnius eſt optimum, & ideo eſt melius ariſtocratia: & ariſtocratia melior politia; ita etiam ſpecies oppoſitæ ſunt vna peior altera; nam tyrannis, quæ opponitur regno, eſt

peſſi-

peſſima: ogligarchia, quæ opponitur ariſtocratiæ, eſt minus mala, ſed peior democratia, quæ opponitur politicæ; & eſt cæteris in prauitate inferior; quæ ergo bonitate excedunt in tanto, illis oppoſita, in eodem tanto excedunt prauitate, S. Thom. in dicto opuſc. de regim. princip. lib. 1. cap. 3. & Bar. in dicto tract. de reg. ciuit. num. 27. verſ. quarto de malis modis.

148 Vltra illos ſex modos Bar. in dicto tract. de regim. ciuit. num. 5. numerat ſeptimum modum regendi, quem dicit eſſe appellandum monſtruoſum, & hunc ait eſſe in ciuitate Romana peſſimum, ibi, inquir, ſunt multi tyranni per diuerſas regiones adeo fortes, quòd vnus contra alium non præualet, & regimen commune totius ciuitatis eſt adeo debile, quòd contra nullum ipſorum tyrannorum poteſt, nec contra aliquem adhærentem ipſis tyrannis; quod regimen, inquit, ab Ariſt. non fuit poſitum, & meritò, quia eſt res monſtruoſa, ac ſi vnum corpus haberet vnum caput commune debile, & multa alia capita communia fortiora illo, & inuicem ſibi aduerſantia; idque, inquit, diuina permiſſione eſt factum, vt oſtendat, quòd omnis

149 gloria mundi eſt caduca: † nam ciuitas Romana, caput morum, caput politiarum, nunc eſt ſine moribus, & ſine politia. Sed quicquid dicat Bar. ſi hoc erat tempore ſuo, non eſt tempore noſtro; imò hodie Roma habet vnum caput firmum, & forte, & reliqua ſunt membra, quæ velint nolint ſubſunt capiti: licet etiam Gloſ. ord. in Dan. 2. in verſ. & partem ferream &c. fol. 298. col. 4. initio dicat, quòd per illa verba ſignificarur fortitudo illius regni in principio, & poſtea debilitas ipſius per diuiſiones intraneas, & propter ambitiones, ex quibus regnum Romanum eſt quaſi ad nihilum deductum, vt patet ad ſenſum; tamen è cõtra ex Methodio refert Luc. de Pen. in l. vnica, ſub num. 6. C. de conduct. & procur. lib. 11. quòd regnum Romanorum magnificabitur ſuper omnia regna gentium; habet enim arma, inquit, inexpugnabilia, per per quæ deijcientur omnes eius aduerſarij, quod, inquit, verum dici poſſet de imperio Romanæ Eccleſiæ, non Capitolij.

150 Declara primo hanc ſubillationem, dum diximus, tyrannidem ſemper eſſe malam, in vno autem regente peſſimã, vt mala, quæ ex tyrannyde conſequuntur, ſint hæc: tyrannus, cum, contempto bono publico, quærat priuatum, diuerſimodè ſubditos grauat, prout ipſe diuerſis ſubiacet paſſionibus: ſi enim cupiditate angitur, bona ſubditorum rapit, Prouerb. 29. num. 4. *Rex iuſtus erigit terram, vir auarus deſtruet eam.* quo loci notandum eſt, quòd de rege auaro non loquitur ſub nomine regis, quia, cum ſit auarus, perdit nomen regis, vt dixi infra gl. 4. q. 1. num. 24. ſi iracundiæ paſſione detineatur, pro nihilo fundit ſanguinem, Ezech. 22. num. 27. *Principes eius in medio illius, quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem.* & tunc oportet ſeruare, quod dicitur in Eccleſ. 9. nu. 18. *longe abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi.* Demum ſubditos ſemper nititur opprimere, ſuſpicans, eorũ excellentiam ſuæ iniquæ dominationi præiudicium allaturam; qua ratione ei magis boni, quàm mali ſunt ſuſpecti, quia ei aliena virtus ſemper eſt formidoloſa; vnde conatur, ne ſubditi, virtuoſi effecti, magnanimitatis concipiant ſpiritum, & eius iniquam dominationem non ferant, & ne inter eos amicitiæ fœdus firmetur, & pacis emolumento ad inuicem gaudeant, vt ſic, dum vnus de altero non confidit, contra eius dominium aliquid moliri non poſſint: quam ob cauſam diſcordias inter ipſos ſeminat, exortas nutrit; & ea, quæ ad fœderationem hominum pertinent, vt connubia, & conuiuia, prohibet, & cætera eiuſmodi, per quæ inter homines ſolet familiaritas, & fiducia generari: hincque conatur etiam, ne ſubditi fiant potentes, aut diuites, quia de ſubditis ſecundum ſuæ malitiæ conſcientiam ſuſpicans, ſicut ipſe potentia, & diuitijs vtitur ad nocendum, ita timet, ne potentia, & diuitiæ ſubditorum ei nocituræ ſint, prout hæc omnia ſcripſit S. Thom. in opuſc. 20. de reg. princ. lib. 1. cap. 3. allegans de tyranno dictum Iob 15. num. 21. *ſonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur.* & propter hæc, & ſimilia tyrannidis mala conueniunt tyranno, quæ habentur in Prouerb. 28. n. 15. *Leo rugiens, & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem.* cap. 29. ſub num. 2. *cum impij ſumpſerint principatum, gemet populus.* & dicto cap. 28. in fine, num. 28. *cum ſurrexerint impij, abſcondentur homines.* & num. 12. *regnantibus impijs, ruina hominum.* & demum ita graue eſt, habere lupum pro paſtore, homicidam pro medico, diſſipatorem loco cultoris, & inimicum pro iudice, ſicut habere tyrannum pro defenſore, Ant. de Butr. in cap. 8. dilecti. col. 1. in fi-

in fine, ſub num. 6. de except. & his omnibus adde, quę ſcripſi infra gl. 4. q. 1. ſub num. 26. verſ. exemplifica primo.

251 Declara ſecundo, vt omnia regna, omneſq. principatus quouis nomine nuncupati, prout tendunt ad bonum regimen, ſint inſtituti, & dependeant à Deo, ſeu Chriſto iubente, & ita etiam illi, qui præſunt regno, & imperio, ſi rectè, & iuſtè regant, & gubernẽt, ſunt verè miniſtri Dei iubentis, & ita procedit illud. *per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam*, Prouerb. 8. num. 15. & 16. & in hoc membro diſtinctionis intelligitur tex. in cap. 4. quid culpatur. 23. q. 1. dum dicit, omnem poteſtatem procedere à Deo iubente, ſeu ſinente, quod ſcribunt etiam Affl. in procem. conſtit. Neap. ſub num. 22. & Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 4. ſub num. 2. fol. 32. tom. 16. & clarius Sor. de iuſt. & iur. lib. 4. q. 4. art. 1. verſus finem, fol. 310.

252 Secus eſt, ſi ſint tyrannides, aut alia mala imperia, ſeu tyranni, & ſcelerati, qui præſunt, quia illæ, & illi dependent quidem etiam ipſi à Deo, ſed à Deo permittente, & ſinente, vt in auctoritatibus ſupra citatis; id enim permittit Deus propter peccata populi, Iob 34. num. 30. *qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi*. & Oſe. 13. num. 11. *dabo tibi regem in furore meo*, & hi ſunt illi principes, de quibus Deus in eod. Oſe. 8. num. 4. ait. *ipſi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui*. & in iſtis habet locum illud Iſai. 10. initio, *veh, qui condunt leges iniquas, & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt, etc.* & illud Ezech. 34. num. 2. *veh paſtoribus Iſrael, qui paſcunt ſemetipſos, non ne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis*, hi enim, non Deo auctore, ſed permiſſore, faciunt, Sot. dicto art. 1. in fine.

253 Subinfero ſexto, quòd etſi Papæ data fuerit à Chriſto poteſtas, & iuriſdictio, vt dixi ſupra nu. 138. & propterea ab eo emanet iuriſdictio, vt ſequitur Hier. Gonzal. ſuper reg. 8. cancel. in procem. §. 1. num. 9. & 10. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 11. num. 5. & ſeqq. & num. 10. in fine, & cap. 16. nu. 1. & 2. & profluat etiam ab Imperatore, vt dixi in eiſdem locis, & conſequenter ab ipſis, & à Ducibus, Marchionibus, & alijs inferioribus dependeant iudices inferiores, quales ſunt iudices pedanei, & etiam iudices delegati, tamen iuriſdictionem originaliter recognoſcunt à Deo, vt ſcripſi etiam ſupra lib. 1. cap. 11. num. 3. & ſupra in hac q. num. 7. & ſub num. 10. verſ. ſed omnis. quilibet enim Poteſtas minor gladium habet à Deo, & eſt miniſter Dei, vt conſiderat etiam And. de Iſern. in vſib. feud. in prælud. num. 32. in fine, ideoque licet in ferendis ſententijs repræſenrent ſuos ſuperiores immediatos, à quibus ſunt conſtituti, ſententias tamen adhuc proferunt in nomine Dei, vt dixi ſupra ſub dicto num. 10. verſ. ſed omnis.

254 Non obſtat, quod illa dicatur propriè cauſa, & attendi debeat, quæ eſt immediata, illique tribuatur effectus, qui propterea ab ea nomen ſumit, vt ſcribunt Bal. & alij, quos ſecutus ſum in meo conſ. . . . nu. . . . & conſequenter videatur, quod iſti inferiores iudices debeant ſententias ferre in nomine eorũ, à quibus immediatam habent iuriſdictionẽ.

Quia, retorquendo motiuum, reſpon. quòd cum illi, quorum vice ferunt ſententias, tenerentur eas ferre in Dei nomine, iure faciunt iſti, quod illi facere deberent.

255 Subinfero ſeptimo, quòd et ſi ſupremi iudices Regis proferant ſententias ſub nomine Regis, vt dixi ſupra num. 16. tamen tenentur adhuc, vt alij iudices, eas proferre in nomine Domini, quia etiam ipſimet Reges ita eas ferrent, per ea, quæ dixi ſupra num. 17. ampl. 1.

256 Subinfero octauo, quòd idcirco non licet reſiſtere Principibus, ſed eis eſt parendum, quia poteſtati reſiſtens, Dei ordinationi reſiſtit, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 50. ſunt enim miniſtri Dei, & ab eo habent iuriſdictionem, vt dixi ſupra num. 7.

257 Imò non ſolum eſt eis parendum, ſed ſumma debetur reuerentia, & magno honore ſunt colendi, vt latè exornat Foller. in prax. crim. par. 7. rubr. de laud. & fruct. offic. num. 1. & ſeqq. fol. mihi 357. vſque ad num. 10. excluſiuè.

258 Extende hanc ſubillationem, vt procedat etiam ſi domini, ſeu Principes ſint mali, & diſcoli, Paul. ad Timoth. 6. num. 1. *quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur*, ſcilicet, ab infidelibus dominis, dicentibus, quis eſt iſte Chri-

ſtus,

ſtus, qui ſeruos noſtros aufert à nobis; quidam enim, conuerſi ad fidem, contemnebant dominos ſuos infideles, tanquam canes, contra quos propterea dicit B. Petrus epiſt. *1.* cap. 2. num. 18. *ſerui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis, & modeſtis; ſed etiam diſcolis*, & Paul. ad Epheſios 6. num. 5. *ſerui obedite dominis carnalibus, cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto &c.* & ita ex relata B. Petri auctoritate, loquendo de infidelibus, qui eccleſię dominium recognoſcerent, ſcribit Corſet. tact. de poteſt. reg. in 5. & vlt. par. ſub num. *26.* fol. *142.* tom. *16.*

259 Declara hanc extenſionem de pręſtanda obedientia dominis, vt ſit vera; dummodo ea, quæ ipſi imperant, non ſint contra legem naturæ, ſeu Dei.

Sed an, & quomodo infideles poſſint præeſſe fidelibus, & ſuper eos habere dominium, vt loquuntur auctoritates citatæ num. præced. in extenſione, vide S. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 10.

260 Subinfero nono, quòd propterea leges Principum, etiam ſeculariũ dicuntur diuinæ, & ſacræ, vt dixi d. ampl. *19.* ſub num. *50.*

261 Subinfero decimo, quòd propterea eędem leges obligant etiam in foro conſcientiæ, vt dixi ead. ampl. 19. num. 47. & ſeqq.

262 Subinfero vndecimo, quòd cum Deus ſit ipſiſſima iuſtitia, iudex, qui, vti eius miniſter, iudicat eius nomine, debet ferre ſententiam iuſtam, & eſſe iuſtus, vt dixi infra gl. 4. q. 1. num. 23. imò & quantum poteſt ſine peccato, vt latè ſcripſi ead. quæſt. *1.* num. *6.* & propterea debet non ſolum ferre ſententiam iuſtam, ſed iuſtè ferre, vt dixi infra ead. quæſt. 1. num. 27. & ſeqq.

263 Alias, ſi in Dei nomine iniuſtam ferat ſententiam, mentiretur, quia vnum diceret, & aliud faceret, & eſſet quodammodo ſimilis illis, de quibus Redemptor noſter in Marc. 13. ſub num. 5. ait, *videte, ne quis vos ſeducat, multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego ſum, & multos ſeducent.* Luc. 21. num. 8. *videte, ne ſeducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego ſum, & tempus appropinquauit: nolite ergo ire poſt eos*, & apertius in Matth. 24. nu. *5.* *multi enim venient in nomine meo dicentes; ego ſum Chri-*
264 *ſtus, & multos ſeducent.* † inter hos autem, qui poſt aduentum Chriſti forſan venerunt, & dixerunt, ſe eſſe Chriſtos, vnus fuit Simon magus, qui dicebat, ſe eſſe virtutem Dei magnam, vt ex S. Hier. ſuper Matth. refert Abulen. d. cap. 24. q. 35. verſ. ſecundo patet. & q. *36.* fol. *462.* & *463.* par. *6.*

265 Alij dicunt, quòd omnes, qui ſunt auctores aliquarũ hæreſum, ſunt falſi chriſti, cum per illas hæreſes ſeducant eos, quos ſecum trahunt, & proinde omnes hæreſiarchæ dici poſſunt Antechriſti, vt ex S. Hier. refert idem Abulen. d. q. 36. & hæc à nobis ſint obiter relata extra noſtri tractatus texturam.

266 Subinfero duodecimo, quòd ſi iudices ſententias ferant iuſtas, & ſint tales, quales eſſe debent, dicuntur religioſi; imò dicũtur dij, vt dixi infra gl. 4. q. 1. num. 1. & ſeqq.

267 Abſoluta concluſione cum ſuis ampliationibus, illationibus, & ſubillationibus, quòd etſi illa verba (in Dei nomine) non ſint de forma ſubſtantiali ſententię, tamen iudex ex communi, laudabiliq. ſtylo, & religioſa obſeruantia ea apponere nunquam deſinit, prout explicaui ſupra num. 51. & ſeqq. & nu. *66.* ampl. *6.*

268 Limita eam, vt non procedat in ſententijs interlocutorijs, & decretis executiuis, quia in eis; inſpectis etiam ſtylo, & communi obſeruantia; ſolent omitti verba (in Dei nomine) & ita videmus ſeruari.

Quidquid ſcripſerit Barbat. qui arbitratus eſt, illa verba eſſe de eſſentia etiam in interlocutorijs, prout eum retuli ſupra num. *62.*

GLOS. I. In Dei nomine.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

Iudex an teneatur explicitè ſcire quid ſit Deus, num. 1. 2. Et quæ alia teneatur ſcire, num. 4.

Iudex eſſe non poteſt qui ignorat, Deum eſſe, num. 2.

Gentiles ad eorum ſalutem quid credere deberent, num. 3.

Deus quomodo non poſſit cognoſci, & quomodo poſſit cognoſci, num. 5. & 6.

Falcem mittere in meſſem alienã quamuis nõ liceat, tamen de ea tãgere permittitur, n. 7.

1 QVAERO ſecundo, an iudex teneatur explicitè ſcire, quid ſit Deus?

Videtur abſolutè, & ſimpliciter dicendum, quòd ſic, quia magnum videtur abſurdum, quòd quis

gerat actum nomine alterius, & tanquam miniſter illius, & ignoret, quis ille ſit, videreturq. propterea actum nulliter gerere, per ea, quæ dixi infra gl.4.q.4. num.2.in ſecundo caſu.

Sed iudex ſententiã profert,tanquam miniſter Dei, & eius nomine, vt latè egimus in tota præcedenti quæſtione. ergo intolerabilis eſt ignorantia.

Omiſſa diſputatione, quæ verè non eſt neceſſaria, & procedendo concluſiuè, firmo quinque concluſiones, ex quibus patebit ſufficiens explicatio.

2 . Prima concluſio. Iudex indiſtinctè tenetur ſcire, eſſe Deum, quia aliàs eſſet omninò ſtultus, vt dixi in præcedenti quæſtione num.31. ideoq. non poſſet eſſe iudex, quia etiamſi, propriè loquendo, Deum eſſe, non eſſet de articulis fidei, tamen eſt præambulum ad articulos; fides enim prçſupponit cognitionem naturalem, ſicut gratia præſupponit naturam, & perfectum perfectibile, Gloſ.ordin.ſiue Addit.ad Hebr.cap.11.in 2. addit.fol.158.par.6. quare cum eſſe Deum ſit cognitio naturalis, vt dixi d. num.31.qui hoc ignoraret, maior eſſet eius ignorantia, quàm ignorantia illius,qui ignoraret articulos fidei; ſed ignorans articulos fidei, non debet eſſe iudex, per ea, quæ ſcripſi infra num. 4. in tertia concluſ. Ergo neque ignorans, eſſe Deum,quia eſſet ſtultus.

3 Secunda concluſio. Gentiles ante Chriſti aduentum duo ad eorum ſalutem credere debebant; videlicet Dei vnitatem, & eius remunerationem çternam; nec plus requirebatur ad ſalutem Gentilium, qui nullam legem receperunt à Deo, niſi legem naturæ, Nic.de Lyr. ad Hebr. cap.11. verſ. & inquiren. ſe remun. littera C. fol.155. par. 6. vbi poſt S.Auguſt. quem citat,tractat etiam, an fuerit eis neceſſarium credere etiam ſaltem implicitè myſterium incarnationis.

4 Tertia concluſio. Iudex tenetur explicitè,aut ſaltem implicitè ſcire, & firmiter credere ea omnia,quæ ſecundum fidem catholicam dicuntur de Deo, & prout ea ſcire, & credere tenetur quilibet Chriſtianus, tanquam neceſſaria ad ſalutem æternam, aliàs, ſi ea ignoraret, çſtimandus eſſet Chriſtianus nomine tantum, & conſequenter non eſſet eligendus in iudicem,& electus amoueri deberet,quia licet is non ſit hæreticus,qui non poteſt eſſe iudex, per ea, quç ſcripſi quçſt. prçced.num.40.& infra gl.4.q.2.num.21.tamen eſt valde illi proximus,cum ignoret ea, quç ſcire tenetur, imò ea, quæ natura docet animal rationale; hæcq. ſunt ea omnia, quæ habentur in fidei profeſſione. *Credo in vnum Deum,&c.* cætera autem,quç de Deo prçdicantur, & ſummo, eruditoq. theologico ſtudio percipiûtur; iudex ſcire nõ tenetur.

5 Quarta concluſio (in hac concluſione loquar pauca,tùm quia de ea multa dicere nõ conuenit materiç noſtri tractatus, tùm quia hçc indagatio eſt non ſolum ſupra noſtram facultatem, ſed ſuperat omnium ingenium, & orationem,& ideo,paucis allegatis & ſuperficialiter, tranſibo) Deus quid ſit à priori cognoſci nõ poteſt, multòve minus explicari,Gl.ord.in Sapien.cap.13.littera A.verſ. attendentes agnouerũt.fol.380.col.2.initio, par.3.nam ſi hoc modo conſideremus, dico, quòd quò intẽtius Deum agnoſcere quæris, eò intentius eũ incomprehenſibilem eſſe intelliges,& nõ eſt tua culpa, ſi eũ non cognoſcis, ſed eſt infirmitas humanæ conditionis, Gloſ.ord.in Cant.cap.6. littera B.col.1.in fine,fol.364.par.3. & quòd ſit impoſſibile habere diſtinctam cognitionem Dei, oſtendit per ſufficientem diuiſionem, concludens in fine,quòd magis ſcimus quid nõ ſit,quàm quid ſit, Card. Zabar.in cap.2. ad noſtrum. in 4.notab.q.4.num.4.de hæret. in clement. & ideo multò minus eum poſſumus perfectò ſermone exprimere; humanitatis noſtrç modo, quaſi infantiæ imbecillitate prçpediti, eum,aliquatenus balbutiẽdo,reſonamus,Gl. ordin. Exod. cap.19. littera E. verſ. deſcenditq. dominus.fol.162.col.3.in fin.par.1. & ad loquendum dignè de Deo nec lingua ſufficit,nec ad percipiendum prçualet intellectus: multa enim de Deo intelligimus, quç loqui penitus non valemus, multa rectè loquimur, quæ intelligere non ſumus idonei; vt puta, ſcimus, & dicimus, quòd Deus eſt vbique,quomodo autem vbique ſit, intellectu non capimus;item ſcimus,quòd Deus eſt virtus quædã incorporea, quç eſt cauſa omnium bonorum,quomodo autem iſta ſit, penitus ignoramus, Gloſ. ordin. in Apoſt. ad Hebr.cap.1. littera F. verſ.qui cum ſit ſplendor gloriç.fol.133.col.3.verſus finem,par.6. Deum eſſe mentem vniuerſi,& eſſe,quod vides,totum,& quod non vides,totũ, ſicq. demum magnitudinem ſuam illi reddi, qua nihil maius excogitari poteſt:ipſum ſolum eſſe omnia,& ſic opus ſuũ & extra & intra tenere: hácq. eſſe differentiã inter naturã Dei,& noſtram,

ſtrã, quòd noſtri melior pars ſit animus, in illo nulla pars extra animũ, & torũ eſſe rationem, ſcribit Senec. natur. quęſt. in præfat. ſub num. 10. fol. 404. ſimilirer ab omnibus ſupponitur, tanquam manifeſtum, quòd Deus ſit principium ſimpliciter primum, & per conſequens, quòd ſit intellectualis naturę, Gloſ. ordin. in Ioan. cap. *1*. littera H. verſ. his prælibatis. fol. 185. col. 4. circa medium, par. 5. & habetur in Ioan. loco citato, *in principio erat verbum*. Sed quomodo id ſit, nos, etiam ſi viueremus millies centum annos, non poſſemus capere, eſt enim dictum, ſeu ſententia maxima, nobis incomprchenſibilis, Gloſ. ordin. vbi ſupra; hincque dicimus, quòd etſi Deus creauit cœlum, & terram, & ex nihilo omnia fecit, tamen non creauit ea, tanquam in tempore, cum omnia ſint in Deo, & ipſe ſit æternus; hacque eadem ratione, propriè loquendo, non dicimus, quòd ipſe fuerit ante, vel poſt creationem mundi, aut ante, vel poſt aliam rem, quia prius, & poſterius conſiderantur in tempore: ſed Deus non eſt in tempore; ergo non eſt ante rem aliquam, per ea, quæ latè deducit Abulen. in Ioſue cap. 11. quæſt. 50. & ſeqq. fol. 50. & 51. par. 2. Ex quibus omnibus manifeſta fit ſupraſcripta concluſio, quòd, cum hæc cognitio excedat naturam intellectus creati, hoc modo cognoſci, eſt impoſſibile, Abulenſ. in Matth. cap. 11. quæſt. 60. verſ. primo modo. & verſ. ſeq. fol. 496. par. 3. imò dico, quòd, ſi Deus ita à nobis cognoſci poſſet, non eſſet Deus, quia non eſſet infinitus; qua ratione dicimus, eum eſſe ineffabilem: vnde tu, qui eum cognoſcere, & exprimere niteris, & iam experiris, te rem impoſſibilem aggredi, cognoſcas hoc, quòd hæc impoſſibilitas procedit ab incapacitate noſtri intellectus, qui, cum ſit creatus, determinatus, & finitus, non eſt capax eorum, quæ ſunt increata, & infinita; & ita acquieſas, neque vlterius ſcrureris, ne alioquin obſtupeſcas, iuxta illud Eccleſiaſtes 7. num. 17. *neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas*. & demum acquieſcas, quia nemo eum vidit, qui tibi poſsit referre, qualis, & quomodo ſit, Apoſt. ad Timoth. lib. 1. cap. 6. num. 16. *qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt*. pulchrè S. Auguſt. lib. vnico ſoliloquiorum animę ad Deum, cap. 31. tom. 9. fol. 254. col. 2. initio, & vlterius ſuper hoc, an aliquis intellectus creatus poſſit Deum videre, per eſſentiam, non inſiſto, poteris, ſi vis, legere quę ſcribit S. Thom. in ſumm. par. 1. quęſt. 12. art. 1. & ſeqq. & poſt eum inter Iurcconſultos quæ ſcribit Card. Zabar. in cap. 2. ad noſtrum. in 4. notab. quæſt. 3. num. 3. & quæſt. 4. num. 4. verſus finem, de hęret. in clement.

Quinimò ſi non poſſumus ſcire cauſas rerum, quę iuſto Dei iudicio fiunt, per ea, quę ſcripſi quęſt. pręced. num. 213. verſ. rationem. quis eſt qui audeat cognoſcere ipſum Deum?

6 Quinta concluſio. Deus à poſteriori, id eſt, ab effectibus cognoſci poteſt, Gloſ. ord. in loco citato ſupra initio pręcedentis concluſionis; quare cognoſcimus, eum eſſe omnipotentem, quia gubernat cœlum, ſolem, lunam, ſtellas, & omnia ſydera cœleſtia, flumina, maria, & quicquid eſt in toto orbe terrarum; quòd eſt immortalis, & ſimilia, quorum cognitionem experientia acquirimus: & de hac cognitione copioſè S. Auguſt. in loco ſupra proximè citaro, dicens, *quid eſt ergo quod dixi, homo vanitati ſimilis, quia cognoui te? tu quippe ſolus Deus omnipotens, ſuperlaudabilis, & ſupergloriosſus, & ſuperexaltatus, & altiſſimus, & ſupereſſentialis in ſanctiſſimis, & diuiniſſimis eloquijs nominaris, quoniam ſuper omnem eſſentiam intelligibilem, ſiue intellectualem, atque ſenſibilem, & ſuper omne nomen, quod nominatur, non ſolùm in hoc ſaculo, ſed etiam in futuro ſupereſſentialiter, ſuperintelligibiliter eſſe dignoſteris, quoniam ſupereminentiali, & occulta diuinitate ſuper omnem rationem, intellectum, & eſſentiam inacceſſibiliter, & imperſcrutabiliter habitas in te ipſo, vbi lux inacceſſibilis, & lumen imperſcrutabile, & incomprehenſibile, & inenarrabile, &c. vnde ergo cognoui te Domine Deus altiſſime ſuper omnem terram, ſuper omne cælum, &c. & ego Domine Deus meus non tacebo, quoniam feciſti, & illuminaſti me, & inueni te, & cognoui te, quoniam illuminaſti me, &c. cognoui te non ſicut tibi es, ſed cognoui te, ſicut mihi es, &c.* & quòd Dei cognitio poſsit haberi vniuerſalis, videlicet, cõfuſa, & indiſtincta ſub ratione eorum, quę ei attribuuntur, ſcilicet bonitatis, ſapientię, & ſimilium, ſcribit Card. Zabar. in d. 4. not. num. 4.

7 Si cui, pręſertim Theologo, videbor quaſi inuicem conturbare officia, contra l. 23. conſulta, ibi, *abſurdum eſt namque ſi promiſcuis*

actibus rerum turbentur officia, & alij creditum alius ſubtrahat. C. de teſtam. & quemadm. &c. & ſic videbor forſan ei falcem miſiſſe in meſſem alienam, contra id, quod ſcribit S. Greg. relatus in cap. *1*. ſcriptum eſt. 6. q. 3. & à S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 1. verſ. præterea. cum hęc, de quibus egi, ad Theologos potius, quàm ad Iureconſultos pertinere videantur, videat quæ pręmiſi ſupra num. 5. quòd ſi illis non acquieſcat: aduertat quæſo tria. Primo, quòd tractans ea, quæ ſubiecta materia ad ſui explicationem requirit, non dicitur mittere falcem in meſſem alienam, quia quod alicui non conceditur principaliter, permittitur ei in conſequentiam, ſi illud ſit neceſſarium ad explēdum officium ſuum, vt dixi infra gl. 7. quæſt. 4. in tertia ſpecie prorogationis, num. 79. & ſeqq. & ſic licet alicui non concedatur principaliter miſſio falcis in meſſem alienam, tamen ad ſuſtinendam vitam, quod eſt cuiuslibet officium, permittitur in quandam conſequentiam; dummodo immittat incidenter, & tunc ſolum pro explendo ſuo officio; quia non eſt mittere falcem; vnde viatori conceditur comedere vuas in vinea; dummodo eas non efferat ſecum, & in ſegete aliena frangere ſpicas manu, dummodo falce non metat, Deuter. 23. in fine, num. 24. & 25. & cap. *1*. 6. q. 3. *ingreſſus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum: ſi intraueris in ſegetem amici tui, franges ſpicas, & manu conteres, falce autem non metes*. ſed vereor, quòd ſi vinearum cuſtodes aliquem hodie in vinea comedentem vuas inuenirent, gratis non dimitterent. Secundò aduertat, quòd iuriſprudentia eſt etiam diuinarum rerum notitia, vt dixi infra gl. 3. q. *1*. ſub num. 3. Tertiò aduertat, quòd etiam Theologi mittunt falcem in meſſem Iuriſconſultorum, vt dixi ſupra quæſt. 1. ſub num. 161. verſ. nec dicat.

GLOS. I. In Dei nomine.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

Initium ſententiæ quare Romæ, & aliquibus alijs in locis ſumatur ab inuocatione Chriſti, num. 1.

1 QVAERO tertio quę eſt ratio, quòd alicubi, vt Romæ, initio ſententiæ non apponuntur illa verba, *in Dei nomine*, neque in alia parte ſentētiæ repetitur diuini nominis inuocatio, ſed apponitur inuocatio nominis Chriſti, & ſemel tātum in hanc formam. *Chriſti nomine inuocato, Nos . . . per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, &c?*

Reſpondeo, quia inuocans Chriſtum, inuocat Deum, cum Chriſtus ſit Deus, vt dixi quæſt. præced. ſub num. 141. & è conuerſo, qui inuocat Deum, inuocat Chriſtum, cum ſint tres perſonæ, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ſed vna eſſentia, & vnus ſolus, & verus Deus, cap. 1. de ſumm. trin. & fid. cathol. verum quia etiam Sarraceni, & Iudæi inuocant Deum, ſed non Chriſtum, dico, quòd Chriſtiani, ſi inuocent Chriſtum, prudenter agunt, vt apertè ex inuocatione diſtinguantur à Sarracenis, & Iudæis: eſt ergo inuocatio, quæ ſingulariter conuenit fidei Chriſtianæ: cum inuocatio Dei ſit communis, per ea, quæ dixi ſupra quæſt. *1*. num. 25. & ſeqq.

Et licet qui inuocat nomen Chriſti, non dicat, quòd agit in nomine Chriſti, tanquam eius miniſter, ſed ſolum inuocet eius auxiliū, vt dixi ſup. ead. q. 1. nu. 12. & 73. & ideo videātur ceſſare ea, quę cōſiderabamus in illis verbis, *in Dei nomine*. tamen dico, quòd nihil repugnat, ſi illam inuocationem conſideremus, tanquam fiat à miniſtro Chriſti: cum enim omnis poteſtas fuerit tranſlata in Chriſtum, vt dixi eadem quæſt. *1*. num. 96. meritò omnis iudex, qui habet poteſtatem, debet eam, Chriſti nomine inuocato, exercere.

Licet etiam in hac ſententię formula, cum deuenitur ad cauſæ deciſionem, repetatur denuò nomen Dei, & laudabilis ſit repetitio, tùm quia prima inuocatio videtur forſan diſtare ab hac principali parte ſententię, tùm quia quæ genere ſuo ſunt bona, reiterata ſunt plura bona; tamen hæc repetitio non eſt neceſſaria; quantum enim ad ipſum Deum, is animum & corda magis, quàm verborum replicationem reſpicit: quantum verò ad ſententiæ formam, & ad munus iudicantis, ſufficit vnica initiatiua inuocatio pro vnica ſententia.

GLOS.

GLOS. II. Nos N.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

Pluralitas in perſona vnius iudicis, loquentis de ſe, toleratur de ſtylo, & an iſte ſtylus ſit rationabilis, num. 1. & ſeqq. Et quare toleretur, num. 7. & ſeqq. Tenet tamen ſententia, in qua iudex, neglecto iſto ſtylo, vſus ſit numero ſingulari, num. 23.

Verba debent conuenire rebus, num. 3.

Locutionem, ſignificantem diuerſa, debemus vitare, quando habemus propriam, num. 4.

Pluralis locutio in perſona propria videtur ambitioſa, num. 4.

Chriſti, & Dei locutio non eſt in perſona plurali, ſed in ſingulari, num. 6. Et quare, num. 14. & 15.

Verba habent ſignificationem ab vſu, num. 8.

Membra non debent diſcedere à capite, nu. 9.

Verba non attenduntur, quando aliter eſt certus effectus verborum, num. 10.

Res magis loquitur, quàm ſermo, num. 11.

Papa, loquendo de ſe, loquitur in plurali, num. 16. & 17. Quandoque tamen loquitur in perſona ſingulari, num. 18.

Imperator, loquendo de ſe, loquitur in plurali, num. 17. Quandoque loquitur in numero ſingulari, num. 19. Et quibus titulis, ſeu epithetis ſe vocet, & vocetur, ſub nu. 17.

Plurali numero loquimur vnũ præſentẽ, tanquam ſi eſſent plures, num. 20. Papa tamen loquitur numero ſingulari, num. 22.

Papa, & Imperator } quibus epithetis, ſeu titulis vtantur, dum ſcribunt alijs, ſub num. 22. remiſſiuè. verſ. & demum.

Plurali numero quando etiam de ſtylo vti non poſſimus, num. 24. & 25.

Epiſcopo, & adiuncto deputato procedentibus ad ſententiam, quomodo ſubſcribi debeat ſententia, num. 26.

1 QVIA Iudex ex antiquo, &
communi ſtylo, dum in ſen-
tentia loquitur in perſona
ſua, vtitur locutione plura-
li, (Nos N.) vt hunc ſtylum
notant Gl. in cap. 4. cum ab
vno. in figuratione caſus, de ſent. & re iud.
in 6. Bal. in l. 2. hac lege. verſus finem, ſub
num. 16. verſ. quid ergo. & in l. 3. ſtatutis.
in fine, num. 8. verſ. in gl. C. de ſent.
ex peric. recitan. & Papien. in pract. in
form. ſent. interlocut. ſuper incompeten. in
verbo, nos berardinus. num. 1. fol. 370. id-
circo ſe nobis circa hunc ſtylum offerunt ali-
qua pauca, quæ potius pro tractatus orna-
mento, quam pro eius neceſſitate ſunt exci-
tanda.

Quæro primo igitur, an iſte ſtylus ſit ad-
mittendus.

Reſpondeo, diſtinguendo duas inſpectio-
nes. Prima inſpectio eſt, an hic ſtylus ſit va-
lidus. Secunda, an ſit rationabilis, & bono
zelo inductus, quia omnis ſtylus debet eſſe
talis, vt ſecutus ſum lib. præced. cap. 8. nu. 6.

Quoad primam inſpectionem, concludo,
de ſtyli validitate nunquam fuiſſe dubita-
tum; & ſuper hoc non inſiſto, quia eſſet qua-
ſi reuocare in dubium prima principia, &
qui de eo dubitaret, irrideretur.

2 Quoad ſecundã: videtur dicendum, quòd
non ſit rationabilis, neque bono zelo indu-
ctus; hocq. plura ſuadere videntur. Primo,
quia iſte ſtylus habet errorem concordantię
in numero: (nos) enim eſt numeri pluralis,
& Iudex numeri ſingularis, hincq. Soc. in
cap. 6. quam graui. ſub num. 9. de crim. falſ.
reprehendendo hanc abuſiuam locutionem,
mouet difficultatem, an ad euitandam ma-
lam grammaticam, cætera verba, quæ ad-
iunguntur, debeant eſſe pluralia, aut ſingu-
laria, vt nos talis, pronũtiamus, aut pronun-
3 tio, & ſic de ſingulis. † Secundo, quia ver-
ba debent conuenire rebus, & non diſcor-
dare ab illis, §. tutores. Inſtit. de tut. & §. eſt
& aliud. Inſtit. de donat. & dixi in meo tract.
de commerc. §. 2. gl. 3. num. 4. Sed hoc ver-
bum (nos) ſignificat pluralitatem, & res, de
qua profertur, quæ eſt iudex, eſt ſingularis.
4 ergo non eſt conſequens rei. † Tertio, quia,
cum plura ſint negoria, quàm vocabula, vt
dixi cap. ſeq. quæſt. 1. num. 15. nos, neceſſita-
te coacti, vocabulo vtimur vno, pluribus
communi negotijs, quando non habemus
proprium de per ſe: ergo qui habet proprium,
& vtitur communi, eſt imprudens, cum poſſit
ambulare in luce, & velit ambulare in tene-
bris, & quod vni debetur ſoli, tribuit etiam
alteri; nam ad differentiam ſententię, quam
fert vnus, qua forma vti poteſt, quando eam
concorditer ferunt plures iudices? certè non
alia, quàm hac eadem (nos tales) Bal. in
l. 3. ſtatutis. in fine, ſub num. 8. C. de ſent. ex
5 peric. recitan. † Quarto, quia hęc locutio
pluralis ſapit neſcio quid ambitionis, vanæ

gloriæ, & ſuperbæ appellationis, argumen-
to textus in cap. 5. ecce. diſt. 99. & conſe-
quenter hic ſtylus non videtur bono zelo in-
6 ductus. † Quinto, quia Chriſtus, & Deus
nunquam de ſe locuti ſunt in perſona plura-
li, ſed ſemper in ſingulari, vt præſertim pa-
tet Exod. 3. num. 14. vbi Moyſes, mittendus
ad filios Iſrael, interrogauit Deum, quomo-
do deberet reſpondere, ſi illi eum interroga-
uerint de nomine eius, qui eum mittebat,
Deus dixit, *ego ſum qui ſum:* ſed Iudex
profert ſententiam in Dei nomine, ergo ma-
lè agit, ſi non ſequatur mores illius.

7 His non obſtantibus, concludo, quòd ſty-
lus poteſt dici rationabilis, & bono zelo in-
ductus; nam perſona proferentis ſententiam
videtur magis honorari in locutione plurali,
& quòd poſſit loqui in plurali numero pro-
pter honorem offitij, ſcribit Bal. in l. 3. ſtatu-
tis. in fine, num. 8. verſ. in gl. C. de ſentent. ex
peric. recit. hæcq. maior honorificentia vi-
detur rationabilis, & bono zelo inducta,
tum quia ſententiæ videtur tribui maior di-
gnitas, & à dignitate maior proficiſcitur er-
ga ſententiam obſeruantia, tum quia in ea
nullus poteſt conſiderari dolus.

8 Ad primum argumentum, adductum ex
aduerſo de diſcordantia, reſpondetur, quòd
ſermo tam noſter latinus, quàm quiuis alius
famulatur inſtituto hominum, & accommo-
datur vſui, & non è conuerſo, Horat. in poet.
& alij, quos citaui ſupra lib. 1. cap. 64. ſub
num. 6. verſ. quid dicendum. in fine. *Multa
renaſcentur quæ iam cecidere, cadentque.
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet
vſus. Quem penes arbitrium eſt, & ius &
forma loquendi*. potuit ergo vſus, ad ſignifi-
candam dignitatem perſonę, introducere, vt
proferatur ſub numero plurali, vt dixi infra
ſub num. 15. ſicq. in ſententia admittere lo-
cutionem pluralem pro ſingulari; & ita ceſ-
ſat vis argumenti, poſita in diſcordantia:
difficultas, quam, ad euitandam malam
grammaticam, mouet Soc. eſt leuis, quia
nemo vnquam dixit (Nos pronuncio) quia
faceret aſperum ſonum in auribus, ſed dici-
mus (nos pronunciamus) & iure quidem,
quia ſi initium, & caput habet naturam plu-
ralitatis, eandem naturam ſequi debent eius
9 membra, † quia membra non debent diſce-
dere à capite, ſed debent illud ſequi, cap. 1.
non decet. diſt. 12. & cap. 12. cum non li-
ceat. de præſcript. Dec. conſ. 389. viſa. ſub
num. 7.

10 Ad ſecundum reſpondetur, vt ad primum,
quod conuenit, & non diſcordat à re, quia li-
cet ſit locutio pluralis, tamen euidenter con-
ſtat, quòd ſumitur in ſingulari, & profeſſores
ſcientiarum non curant de verbis, quando
eis conſtat de effectu verborum, per ea, quæ
ſecutus ſum libro præcedenti cap. 7. nu. 457.
11 & cap. 11. num. 375. † vnde tunc dicimus,
quòd res magis quam ſermo loquitur, Ti-
raq. de retr. conuent. ad finem, ſub num. 76.
verſ. ſed vt demus. & Rot. diuerſ. deciſ. 811.
num. 20. & 21. par. 1. & dixi in mea deciſ.
die merc. 22. Febr. 1622. num. 22. & ſeqq.

12 Ad tertium reſpondetur, id eſſe verum,
quando ex ſubiecta materia non ceſſaret
omnis ambiguitas, & obſcuritas; ſed quan-
do ceſſat penitus, vt in caſu noſtro, tunc non
eſt imprudentia; imò eſt prudentia, ſi pro
maiori ornamento linguæ, & magnitudine,
ſeu decore rei, de qua agitur, vtamur, vt be-
nè ſciunt Oratores, & Poetę, qui propterea
varijs vtuntur figuris.

13 Ad quartum reſpondetur, quòd non debet
ſumi in eo ſenſu; qui redolet vitium, ſed in
eo, qui redolet virtutem, qualis eſt, ſi ſuma-
mus, vt per hanc pluralitatem maior tri-
buatur ſententiæ dignitas, & obſeruantia.

14 Ad quintum reſpondetur dupliciter. Pri-
mo, quòd Deus eſt Deus, ſeu Chriſtus eſt
Chriſtus, ad quorum honorem, & dignita-
tem non eſt opus arte, & artificio verborum,
& ſermonis; nos autem ſumus homines pec-
catores, qui verbis, & modo loquendi ad
ęſtimationem noſtrarũ actionum valdè indi-
15 gemus. † Secundo reſpondetur, quod Deus,
& Chriſtus ſunt perſonę immediatę, & ſin-
gulariſſimę, quæ ex ſe ipſis habent eſſentiã,
& operationem, ideoq. eis, etiam dum ope-
rantur, maximè conuenit in perſona propria
ſermo ſingulariſſimus: at quia iudices de-
pendent à Deo, mediantibus alijs Dei mini-
ſtris, quales ſunt, Papa, Imperator, & ſimi-
les; conuenit, vt iudex virtualiter innuat,
quòd non ipſe ſolus, ſed ipſe, tanquam vl-
timus miniſter, quaſi vna cum ijs, à quibus
dependet, ſententiam profert, ſicque per
huiuſmodi pluralem locutionem maiorem
tribuat ſententiæ dignitatem, & poteſtatem;
& ita debet intelligi Gloſ. in dicta figuratio-
ne caſus, dum dicit, quòd hodie iudices lo-
quuntur per verba pluralis numeri, quando
loquuntur ratione officij.

16 Extende primò hanc concluſionẽ, vt etiã
Papa in ſua ſententia hunc ſeruet ſtylum lo-
quendi

quendi in perſona plurali, vt patet in cap. 8. vetitatis. de dol. & contum. & ratio eſt, tùm quia etiam ipſe, vti miniſter Dei, & magis immediatus, videtur vna cum Deo ſententiam ferre, tùm quia ſi hæc locutio pluralis eſt nota, & ſignum dignitatis, nulli in terra conuenit tanta dignitas, quanta conuenit Papæ.

17 Subextende hanc extenſionem, vt Papa eiuſdem dignitatis ratione loquatur de ſe in numero plurali non ſolum in prolatione ſententię, vt dixi, ſed etiam in epiſtolis, & litteris, cap. 2. nihil. de præſcript. cap. 6. quam graui. de crim. falſ. & cap. 10. communis. diſt. 23. & ita ſeruatur generaliter hodie de conſuetudine, quia de ſe regulaliter loquitur in numero plurali, Martin. Laud. de princip. q. 50. fol. 205. tom. 16. & Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 60. ſub num. 6. fol. 57. eod. tom. 16.

Et quòd etiam Imperator ſæpè de ſe loquatur in numero plurali, oſtendit Reſt. Caſt. tract. de imper. q. 60. num. 1. fol. 57. eod. tom. 16. imò, quòd loquatur etiã in num. plurali, quando loquitur per verba dignitatis, puta, noſtra clementia, noſtra æternitas, noſtrum numen, & ſimilia, oſtendit ead. q. 60. num. 3. & 4. & quòd nomine virtutis vtatur etiam in ſingulari num. puta, pietas mea, tranquillitas mea, magnificentia mea, oſtendit ibidem, ſub num. 2. & quibus titulis, ſeu epithetis vocetur, & vocet ſe ipſum Imperator, latè proſequitur in q. 2. fol. 31. quæ tamen locutio, dum loquitur de ſe ipſo, non videtur forſan omnibus laudabilis, quia laus in ore proprio quandoque vileſcit.

18 Declara hanc ſubextenſionem, vt quandoque ob ſubiectam materiam de ſe ſit locutus in numero ſingulari, & de alio in plurali, vt in cap. 5. ecce. diſt. 99. vbi Greg. Papa, cum à Patriarcha Alexandrino in epiſtola vocaretur Papa vniuerſalis, hancq. vocationem nimis magnam exiſtimaret, eiq. propterea reſponderet, ne ita eum vocaret, loquitur de ſe in numero ſingulari, & de Patriarcha in numero plurali, vt per eiuſmodi locutionem ſuam oſtenderet humilitatem, & quòd ſe potius reputabat inferiorem, quàm ſuperiorem.

19 Extende ſecundo, vt eadem ratione eundem ſtylum ſeruet Imperator, licet is etiam quandoque de ſe loquatur in numero ſingulari, Martin. Laud. dicta quæſt. 50. fol. 205. & late Reſt. Caſtal. tract. de imper. quæſt. 60. num. 1. & ſeqq. fol. 57. tom. 16.

20 Extende tertio, vt hunc ſtylum, ſeu malam grãmaticam loquendi in plurali numero de vna perſona ſeruemus paſſim in perſona eius, quem loquimur, vel ſcribimus, quia ei dicimus (vos) imò pro maiori dignitate dicimus (dominationem veſtrã) & iuxta perſonæ qualitatem addimus (illuſtriſſimam) Papæ dicimus (ſanctitatem veſtram) Imperatori, & Regibus (maieſtatem) Ducibus (celſitudinem) &, quòd hanc malam grammaticam loquendi in num. plurali ſeruet etiã Imper. quando ſcribit Papæ, & aliquando etiam quãdo ſcribit alijs, & quandoque non ſeruet, ſed vtatur num. ſingulari, etiam ſi ſcribat Papæ, oſtendit, adductis epiſtolis, & bullis, Reſt. Caſtal. d. q. 60. num. 3. & ſeqq.

21 Contra hanc extenſionem inſurgit Soc. in d. cap. quam graui. num. 8. & 9. de cim. falſ. dicens, quòd etiam inferior, ſi loquatur vni ſuperiori, non debet loqui in plurali, quia eſt locutio inepta, & impropria; nam & omnipotenti Deo non loquimur, inquit, in plurali numero, ſed dicimus (tu ſolus ſanctus) dicens vlterius, quòd olim ita ſeruabatur, & quòd ita ſeruant Romani, & circumſtantes, & quòd hęc conſuetudo ſibi placet, quia conſuetudo contraria, quæ à quibuſdam, qui ob quandam abuſiuam reuerentiam plus volunt ſapere quàm oporteat, fuit introducta, dicitur corruptela.

Sed, quicquid dicat Soc. hæc conſuetudo hodie ita inualuit, vt qui eam non ſeruaret, haberetur pro inciuili, & ruſtico, & illud, quòd ipſe dicit de Deo, non vrget, tùm quia mitius agitur cum Deo, quàm cum homine, tùm quia Deus reſpicit cor, & non verba, vnde non vt homo flectitur multitudine verborum; non enim verbis tantum, ſed corde orandus eſt Deus, cap. 24. non mediocriter. diſt. 5. de conſecr. & Deum non adulamur: at homines reſpiciunt verba, & delectantur adulatione.

22 Hæc extenſio non procedit in Papa, quia hodie ipſe, ſi loquatur vni perſonę, nunquam ei loquitur in plurali, vt (vos) ſiue (veſter) & his ſimilia, Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 60. num. 8. fol. 57. tom. 16. quare ſi in litteris, ſeu reſcriptis Papæ reperiretur ſimilis locutio, litterę illæ eſſent falſæ, ſeu valdè ſuſpectæ de falſitate, cap. 6. quàm graui. de crim. falſ. niſi id faceret ex humilitate, ſic ſuadente ſubiecta materia, vt ex Greg. retuli ſupra num. 18.

Et

Et demũ quomodo fuerit ſolitus Papa loqui,quãdo ſcribebat Imperatori, & quomodo Imperator ſcribat Cardinali,& Papæ, vide Reſt.Caſt.ead.q.60.n.6.& ſeqq. & q.59.

23 Reſtringe primò nunc declarando eandẽ concluſionẽ, vt ſtylus iſte nõ neceſſitet iudicẽ ad ferendã ſententiam per hanc pluralitatem(nos) quia poteſt eam ferre etiam ſub nomine ſingulari (ego) Gloſ. in cap. 4. cum ab vno. in figuratione caſus, de ſent. & re iud. in 6. Bal. in l. 3. ſtatutis.in fine,num. 8. verſ.in gl.C. de ſent.ex peric.recitan. Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra.num.541. de probat. inter Reper. tom. 3. fol. 268. & hoc eſt extra omnem difficultatem.

24 Reſtringe ſecundò, vt nõ procedat quando notarius, vti rogatus,teſtatur de ſententia lata a iudice, quia tunc ſeruatur grammatica,& ratio recti ſermonis;notarius enim non dicit in plurali numero (Dominus iudex ſententiarunt) (ſed) qui Dominus iudex pronunciauit, &c.

25 Reſtringe tertiò, vt non procedat in electione facta per ſcrutinium,quia ſi capitulum vni eam committat, ille ad denotandum, quòd electio eſt vnica, & ſingularis, debet dicere per verba ſingularis numeri, (ego talem nomine meo, & nomine capituli eligo) Gloſ. in dicto cap. cum ab vno. in figuratione caſus, de ſent. & re iud. in 6.

26 Si Epiſcopus, & adiunctus, deputatus à capitulo, procedant ad ſententiam, an ſubſcriptio ſententiæ ſit concipienda in numero ſingulari ſub hac forma. *Ego N. Epiſcopus ita pronunciaui de conſilio, & aſſenſu N. adiuncti*. an verò ſit concipienda in numero plurali, hoc modo. *Nos N. Epiſcopus & N. adiũctus ita pronũciauimus*,vide Seraph.deciſ. 1213.cõpromiſſa.n.1.& ſeqq.vbi diſtinguendo dicit, quòd ſi ſunt plures coniudices eiuſdẽ ordinis, & auctoritatis, debet ſeruari hęc vltima forma; ſecus ſi ſint diſparis cõditionis,quia tunc ait,cõcipiẽdam eſſe ſententiam nomine eius, penes quẽ,tanquã caput, reſidet iuriſdictio, vt in caſu propoſito.

GLOS. II. Nos N.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

Nomen iudicis non eſt neceſſarium in ſententia,& quare,num.1.& ſeqq. Et ideo error in eo non vitiaret ſententiam, nu.6. Quod eſt verum, ſi error ſit commiſſus ab alio; ſecus ſi ab ipſo, num. 8. Declaratur dupliciter,num. 9. & ſeqq.

Error in nomine, ſeu cognomine legatarÿ, non vitiat legatum,num.7.

1 QVAERO ſecundo,an nomen iudicis ſit neceſſarium in ſententia, ita vt, eo omiſſo,ſententia ſit nulla.

Concludo, non eſſe neceſſarium, dummodo clarè, & indubitanter appareat, à quo lata ſit ſententia:*nomina enim ſignandorum hominum gratia reperta ſunt, qui ſi quolibet alio modo intelligantur, nihil intereſt*. §. ſi quis in nominc.Inſtit. de legat. & nihil refert,an res proprio nomine appelletur,an digito oſtẽdatur, an vocabulis quibuſdam demonſtretur, l. 6. certum.ff.ſi cert.pet.maximè in iuriſprudentia,quæ eſt philoſophia,cuius præcepta conſiſtunt magis in faciendo, quàm in dicendo, vt ſcripſi infra gl. 14.q.25.num. 52.

2 Ratio vniuerſalis ad omnia eſt, quia exprimens verbis, quod ex facto, & re ipſa patet, agit iam actum, & quaſi lucernam affert in ſole meridiano, cũ res magis quàm ſermo loquatur, vt ſcripſi q.pręced.num.11.

3 vnde, † contrariantibus inuicem ſermone, & re ipſa,ſiue facto, res præualet,per ea, quę ſcripſi lib. præced. cap. 9. num. 1352. quia res magis quam ſermo loquitur, vt dixi ead. q. pręcedenti, num. 11.

4 Confirmatur primo hæc concluſio, quia ſi iudex haberet quatuor nomina, videlicet proprium,prænomen, agnomen, & cognomen, & de perſona iudicis, qui fert ſententiam,conſtaret per nomen proprium, ſeu per nomen proprium, & prænomen, vtique alia duo non eſſent neceſſaria.

5 Confirmatur ſecundò, quia in ſententijs interlocutorijs, & decretis executiuis ſtylus eſt Romæ multiſq. alijs in locis, vt ferantur, nullo iudicis nomine appoſito, ſed notarius dicit: Qui dominus iudex mandauit, decreuit, & ſimilia, & in cauſis capitalibus mandauit torqueri, deponi, reponi ad locum ſuum, & ſimilia.

Confirmatur tertio ex his, quę ſcripſi infra gl.4.q.4.ſub num.1. in primo caſu.

6 Extende eandem concluſionem, vt ſit vera non ſolum quando nomen iudicis eſt omiſſum, vt diximus ſupra, ſed etiam quando

do eſt erroneè appoſitum, hoc eſt, quando eſt erratum in nomine, pura, quia iudex vocatur Petrus, & in ſententia fuit vocatus Marcus, l. 80. ſi in iudicis nomine. ff. de iudic.

7 Confirmatur hæc extenſio, quia licet teſtator errauerit in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij, tamen ſi conſtar de perſona legatarij, legatum valet, & idem dicimus in hęrede, §. ſi quis in nomine. inſtit. de legat.

8 Intellige hanc extenſionem vt procedat, quando error eſt commiſſus ab alio, quàm ab ipſo iudice, puta quia ſit commiſſus à notario, qui eſt rogatus de ſententia, & ita applicantur adducta in extenſione.

Sed ſi ipſemet iudex, ſcribendo, ſeu ſubſcribendo ſententiam, errаſſet in ſuo nomine proprio, puta quia perdidiſſet memoriam, vt de Meſſala Coruinio retuli ſupra lib. 1. cap. 86. ſub num. 14 aut quia eſſet adeo iniquus, vt hac via voluiſſet ſubuerrere illam ſententiam; tunc poſſet dubitari, an ſententia valeat; nam ſi perdidiſſet memoriam etiam ſui nominis, poſſet dubitari, quòd eſſet quaſi fatuus, & credi, quòd careret prudentia, & conſequenter crederē, ſententiam eſſe nullam: ſi verò errаſſet propter iniquitatem, tunc crederem, quòd ſententia deberet remanere firma in pręiudiciū ipſius iudicis, quem propterea condemnarem ad id, quod ipſe condemnauerat alium, & quando vellem ipſum bene tractare, condemnarem victorem, ad cedendum ipſi iura, facta ſibi prius ſolutione à iudice; & ita, quando ſententia eſſet condemnatoria: ſed ſi eſſet abſolutoria, condemnarem ipſum ad ſoluendas omnes expenſas abſoluto, quas feciſſet in cauſa, id eſt in tota illa prima inſtantia vſque ad abſolutoriam.

9 Declara primo, reſtringendo eandē cōcluſionem, vt procedat, quando ita certò conſtat de perſona iudicis, qui ſententiam tulit, omiſſo nomine, vt nulla remaneat obſcuritas, vt puta, quia ſententiam propria manu ſcriberet, eiuſq. caracteres eſſent certò noti, & ſimiles ab alio fieri non poſſent, & inſuper aliquam exprimeret qualitatem, quæ ſibi ſoli conueniret, vt puta, quia exprimeret aliquam ſui officij, ſeu iuriſdictionis proprietatem, quæ ipſi ſoli competeret, & ex illa certa poſſet haberi notitia eius nominis, puta quia ſe vocaret locumtenentem in ciuilibus A.C, ſeu Vicariū generalē Epiſcopi, aut quia diceret, Ego, cui cauſa talis fuit cōmiſſa die tali, pronuntio, &c. & magis patet in interlocutorijs, & decretis, de quibus ſupra num. 5. in ſecunda confirmatione; in ijs enim habetur relatio ad pręcedentia in cauſa, in quibus clarè conſtat de perſona iudicis.

10 Secus ſi non clarè conſtaret, quia tunc illa obſcuritas vitiaret ſententiam, per ea, quæ dixi infra gl. 14. q. 15. num. 1. & ſeqq. & ita poteſt procedere, quod ſcribit Maran. in in ſuo ſpec. in tertia par. 6. par. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 47. q. 2. princip. & num. 53. fol. 439. dicens, quòd ſententia debet primum continere nomen iudicis, eam proferentis: hoc enim eius dictum ſimpliciter prolatum, niſi ſaluetur, vt ſupra, eſt falſum, per ea, quę ſcripſi ſupra, & cum hac declaratione concordat, quod ſcribit Vanr. tract. null. rubr. de null. ex def. citat. num. 48. fol. 408. tom. 4. dicens, nomen, & cognomen iudicis eſſe exprimendum in citatione, ne citatio ſit dubia, æquiuoca, & incerta; ſubdens, quòd ſi iudex erraret in nomine proprio, citatio vitiaretur, ſi modo pars ſponte nō compareret: nam ex Vantij dictis manifeſtè colligitur, quòd, remota dubietate, & ęquiuocatione, & ſublato errore per ſpōtaneam comparitionem, expreſſio nominis non eſt neceſſaria, & error non vitiat, & ita intelligas quæ de exprimendo nomine iudicis in citatione nos poſt Doct. quos citauimus, ſcripſimus ſupra lib. 1. cap. 32. num. 10.

11 Declara ſecundò, vt adeo ſit difficile dare caſum, in quo iudex met ex propria perſona ferat ſententiam (puta abſoluo, vel condemno) & non exprimat ſuum nomen, vt ſi quis eam, tacito ſuo nomine, ferret, videretur homo nouus, inexpertus, & quaſi ſine diſcurſu, quia nemo eſt, qui, faciendo actum, non exprimat nomen ſuum, nam taciturnitas nominis proprij poteſt inducere difficultatem, & incertitudinem de perſona ferentis ſententiam, & expreſſio, quę eam omnino tollit, nullo ſit negotio.

GLOS II. Nos N.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

Nomen proprium, an verò iuriſdictionale ſit prius ponendum in ſententia, num. 1.

QVAE-

Digitized by Google

1 QVAERO tertio, ſuppoſito, quòd tàm nomen proprium, quàm nomen iuriſdictionale ſit ponendum in ſententia, quæro quale ſit primo loco ponendum, & quare?

Reſp.communiter ponitur primo loco nomen proprium,dicendo, *nos Petrus.* ſed Bal. in l. 2. hac lege. verſus finem, num. 15. in vltimis verbis, & ſub num. 16. verſ. quid ergo. C. ſenten. ex peric.recit. quem ſequitur Lanfr. de Orian. in cap.quoniam contra. ſub num.541. de probat. inter Repeten.tom. 3. fol. 268. conſuluit, quod iudex in pronunciando,primo ponat nomen appellatiuũ, *nos iudex*, quia, præponendo appellatiuum, aliquid iuuat ſuæ conſcientiæ,ab officio coactę: hoc Baldi conſilium eſt ſanè obſcurũ, & non apparet quid velit dicere, & ad quid poſſit ſeruire,& (quod auget obſcuritatem), in libro meo ita legitur, *quia proferendo appellatiuum aliquid indicat ſuæ conſcientiæ ab officio coactæ*: vnde pro intelligentia huius conſilij Baldi debes ſupponere, quòd iudex quandoque ſcit priuatim, veritatem aliter ſe habere, quàm deponant teſtes, & ideò ſtat perplexus, quomodo poſſit, ſalua conſcientia, iudicare ſecũdum depoſitiones teſtium, quas ſcit eſſe falſas: dicit Bal. quòd debet iudicare ſecundum depoſitiones teſtium, & deponere ſcrupulum conſcientiæ, prout eum ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl.19. ſub num. 59. confirm. 1. in alia futura impreſſ. & copioſè declaraui infra gl. 14. q.8. num. 4. & 42. ſentit ergo Bal.quòd iudex, iudicando coactè ex officio,conſulit ſuę conſcientię,dũ pręponendo nomen appellatiuum, ideſt, nomen dignitatis, oſtendit, quòd iudicat ſecundum dignitatem,& non ſecundum ſuam priuatam conſcientiam,quia debet coactè iudicare authoritate publica, quę cogit eum, vt iudicet ſecundum ſcientiam publicam, & ſic ſecundum acta, & probata, & ſic videtur quodãmodo excuſare, & iuuare ſuã conſcientiam.

2 Verum hoc Baldi conſilium videtur ſeruire de vento, & habet ineptitudinem: quia iudex debet deponere conſcientiam erroneã, vt ipſe dicit, & ego eum retuli, & ſecutus ſum dictã ampl. 19. ſub num. 59. confirm. 1. qua non depoſita, hoc conſilium non prodeſſet, & depoſita, non eſt neceſſarium, quia conſcientia dependet à mente, & corde, & non ab ordine verborum; habet, ineptitudinem, quia nunquam dicimus, *nos iudex Petrus.*

GLOS. III. I.V.D.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

Doctor vtriuſque iuris qui dicatur, & an ſit philoſophus, num. 1.

Philoſophia an comprehendatur in Iuriſprudentia, ſub num. 1. & ſeqq.

Iuriſprudentia eſt vera philoſophia, num. 1. in fine,& ſub num.3. Et eſt diuinarum,& humanarum rerum notitia, & propterea continet etiam theologiam, ſub eod. num. 3.& num.39.

Philoſophia eſt amor, & ſtudium ſapientiæ, num. 2. & 3. Multaq. comprehendit, eod. num.3. & ſub num.4. Et quia eſt ſtudium ſapientiæ, ideo non eſt ſapientia, num. 41.

Philoſophia diuiditur in multas partes, num. 3. in fine, & num. 4. & ſeq.

Philoſophari, & pridem & nunc propter admirationem cœperunt homines, ſub num. 9.

Gymnoſophiſtæ quanto æſtuarent deſiderio cognoſcendi ſydera, cœlum, & cætera miranda, ſub num. 9.

Magnes attrahit ferrum, num. 10.

Succinum attrahit paleam, ibidem.

Aqua quædam attrahit lignum in profundum, & ferrum ſuſtinet ſupra, ibidem.

Sal argentinus cuius naturæ mirandæ ſit, num. 11.

Fons apud Garamantas cuius naturæ, nu. 12.

Fons in Epiro, num. 13.

Asbeſton lapidis natura, num. 14.

Lignum quoddam cuius mirandæ naturæ ſit, num. 15.

Poma in terra Sodomorum. &c. num. 16.

Pyriten lapis Perſicus, &c. num. 17.

Sclinites lapis Perſicus, &c. num. 18.

Equæ in Cappadocia vento concipiunt, &c. ibidem.

Arbores in Inſula Tilon in India nunquam nudantur, num. 19.

Imber in agro Narnienſi facit puluerem, num. 20.

Vitri effectus mirandus, num. 21.

Monſtruoſa hominum genera, num. 22.

Philoſophus neſcit reddere rationem de mirabilibus rerum naturalium, ſub num. 22.

Philoſophia moralis quæ ſit, num. 23.

Ethica

Ethica eſt ſcientia de moribus, ſub eod. nu. 23.
Ethicæ partes quot, & quæ ſint, num. 24.
Monaſtica quæ ſit, ibidem.
Economica quæ ſit, ibidem.
Politica quæ ſit, ibidem.
Philoſophia prodeſt etiam ſi caſus ineuitabilis. imperaret, num. 25.
Seneca fuit optimus Iureconſultus, & ſapienter diſcurrit, ibidem.
Ethicæ ſubalternatur tota Iuriſprudentia, num. 26. & 27.
Dialectica, ſeu logica reprehenditur, vti vana, &c. num. 28. Et quomodo diſcrepet à vera philoſophia, num. 29.
Philoſophia docet facere, non dicere, ibid.
Phyſica reprehenditur, tanquam inanis, & falſa, num. 30. 32. & 34.
Ethica in comparatione cum alijs philoſophiæ partibus eſt præclara, & vtilis, num. 31.
Medicina eſt parabolana, num. 32. Sed quomodo hoc ſit verum, cum medicina ſit vtilis, ſub num. 34.
Theologia antecellit omnes alias ſcientias, num. 33.
Theologia non indiget philoſophia, n. 34. & 37.
Theologia non eſſet theologia, ſi in ea reperiretur vnum mendacium, num. 38.
Philoſophia naturalis nihil habet excellentius Iuriſprudentia, imò famulatur Iuriſprudentiæ, num. 35.
Princeps, vti ſupra omnes profeſſiones, determinat ea, quæ ſpectant ad moralitatem, num. 36.
Theologia eſt ſapientia, num. 40.
Philoſophus verus quis ſit, num. 42. & 43.
Iuriſconſultus, qui pecuniam non alijcit, non eſt vere philoſophus, num. 45.

1 QVAERO primò quis dicatur iuris vtriuſque Doctor?

Reſp. ſciunt omues, quòd ille dicitur V. I. D. qui poſtquam Iuriſprudentię adeptus eſt doctrinam, & adeptionis publicum, vt moris eſt, fecit experimentum, ab his, qui auctoritatem habent, in vtroque iure, ciuili ſcilicet, & canonico conſequitur inſignia, ſeu inueſtituram doctoratus.

Dubitatio tamen eſt, an in Iuriſprudentię doctrina contineatur doctrina, quam philoſophiam vocamus, & conſequēter an I.V.D. ſit etiam philoſophus.

Hæc dubitatio etſi multis forſan Iuriſconſultorum prima frōte videri poſſet ſpernenda, & delenda, quaſi notiſſimum ſit, Iuriſprudentiam nihil commune habere cum philoſophia; tamen veritas, vt videbimus, eſt in contrarium; & ideo dubitatio iſta eſt omnino examinanda, tum quia Chriſtiano eſt perquàm neceſſaria, vt videbimus, tum quia attingit cognitionē, quam Iureconſultus ante omnia debet habere, quia, cum de vna re tractamus, in primis ſcire oportet, quid ea res ſit, alias nec docens ſcit docere, neque docendus poteſt doceri, nec ſufficit qualis qualis rudis, & confuſa cognitio, ſed requiritur cognitio clara, & diſtincta, tum demum quia de philoſophię ſtudio varij varia partim confuſè, & partim inutiliter, & non verè ſcripſerunt; quæ, vt ab ijs caueamus, recenſenda ſunt primum, & deinde reijcienda, ſeu ad rectum, & verum iter reducenda.

His præmiſſis, dico, quòd etſi inſpecto vſu, & eo, quod facto obſeruatur, iuriſprudentia, & philoſophia videantur omnino diuerſę, & ſeparatæ, cum alij doceant iuiiſprudentiam, alij philoſophiam, alij ſint libri iuriſprudentię, alij philoſophiæ, obiectum iuriſprudentiæ verſetur circa iuris adminiſtationem, & obiectum philoſophiæ circa ſpeculationem cauſarum rerum naturalium. Contrarium tamen, re intentius cōſiderata, eſt verum, nēpe iuriſprudentiam eſſe philoſophiam, ſeu partem philoſophiæ, & eam partem, quę vera eſt philoſophia: idque probatur dupliciter.

Primo probatur auctoritate textus in l. 1. in fine initij, ff. de iuſt. & iur. in illis verbis, *veram (niſi fallor) philoſophiam, non ſimulatam adfectantes.*

2 Secundo probatur duplici ratione.

Prima, quia philoſophia eſt amor, & affectatio ſapientiæ, vt ſcribit Senec. epiſt. 89. rem vtilem. ſub num. 10. fol. 171. nam philoſophia eſt verbum græcum, quod latinè dicitur amor ſapientiæ, S. Auguſt. de ordine, lib. 1. verſus finem, tom. 1. fol. 159. & lib. 3. confeſſionum. cap. 4. inter hos. eod. tom. 1. fol. 34. & nomen (philoſophus) ſi latinè interpretemur, ſignificat eum, qui amorem ſapientię profitetur, S. Auguſt. de ciuit. Dei lib. 8. cap. 1. tom. 5. fol. 65. & quòd dicatur à verbo græco, quod ſignificat amatorem ſapientiæ, ſcribit Gl. in dicta l. 1. in verbo, ni fallor. ſeu promiſcuè ſcientię, & ſapientiæ, refert, & ſequitut Ar-
3 chidiac. diſtin. 8. initio; † & ſic philoſophia, in genere ſumpta, eſt ſtudium ſapientię, capien-

Digitized by Google

piendo ſapientiam pro omni ſcibili, Lactan. Firmian. lib.3.de falſ. ſapien.cap.2.& Prob. in addit.ad Io.Monach. in 6. decret. in præfationis initio, num. 51. quare comprehendit ſcientiam, ſapientiam, artem, virtutes, phyſicam, & alia id genus, Prob. in ead. præfat. initio, ſub num. 50. verſ. nam ethicam. vnde concludemus, quòd philoſophia eſt etiam humanarum,ac diuinarum rerum cognitio, cum ſtudio benè viuendi iuncta, quæ ex duabus rebus conſtare videtur,ſcientia, & opinione, Luc. de Penn. in l. 8. reddatur. num. 2. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. quia philoſophia omnia comprehendit, non enim poteſt eſſe doctrina, niſi de ente, nam nihil ſcitur, niſi verum, quod cum ente conuertitur; ſed de omnibus entibus tractatur in philoſophicis diſciplinis, & etiam de Deo: vnde quædam pars philoſophiæ dicitur theologia, ſiue ſcientia diuina, vt patet ex philoſopho in 6.methap. ita S.Thom. in ſumm.par.1. quæſt. 1. art. 1. verſ. pręterea. quod idem in effectu, loquendo de laudibus philoſophię,& de litteris dixit Aeneas Siluius; philoſophia, inquit, omnium mater artium,abſq.litteris haud facilè percipi poteſt; hæc te primum ad diuinum cultũ, deinde ad ius hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tandem ad modeſtiam animum erudiet, & ab animo, tanquam ab oculis,caliginem remouebit, vt ſupera, prima, media, & vltima videas: Quis igitur litteris inſudare noluerit? quando tantus ex his fructus percipitur,in quibus eſt boni, ac mali notitia; quę nobis præterita referunt, præſentia moderantur, futura indicant? ſine litteris omnis ætas cęca eſt. hęc Aeneas Siluius, qui poſtea fuit Papa, vocatus Pius, II.

Sed iuriſprudentia eſt omnium diuinarum, & humanarum rerum notitia, vt dicit Imperator in §. 1.Inſtit.de iuſt. & iur. & Iureconſ. in l. 10. iuſtitia.ff. de iuſt. & iur.& in l. 2. ff. de legib. & ſenatuſc. ergo iuriſperitia eſt philoſophia,& continet etiam theologiam, ſecundum Gloſ. in dicto §. 1. in verbo, notitia. Inſtit. de iuſt. & iur. & conſequenter iuris vtriuſque doctor eſt verè philoſophus, & quodammodo etiam theologus.

Secunda ratio eſt, quia plures ſunt philoſophię partes, quarũ vni,quæ dicitur ethica, ſubalternatur iuriſprudentia, vt ſecutus ſum infra num. 26. & ſic iuriſprudentia eſt philoſophia moralis: & pro abſoluta huius rationis explicatione eſt nunc breuiter agendum de cognitione totius philoſophiæ.

4 Tota ergo philoſophia diuiditur in duas ſpecies. Prima dicitur Organica. Secunda verò dicitur Principalis. Prima, quæ dicitur Organica, eſt multiplex. Quędam enim eſt, qua de omnibus ratiocinamur, & diſcurrimus naturaliter, & hæc eſt veluti miniſtra, inſtrumentum, & organum ad omnes ſcientias, & dicitur logica,ideſt, rationalis, ſiue ſermocinalis ſcientia a logos, quod eſt ſermo, vel ratio, quæ nobiſcum naſcitur,maximè naturalis,ſecũdum ea, quę ſcribit Prob. in addit. ad Io. Monach. ſuper 6. decretal.in pręfationis initio,ſub num. 51.& ſeqq. Quædam eſt,qua loquimur,& explicamus conceptum mentis, & hæc dicitur grãmatica, quæ ſub ſe comprehendit poeticam: Quædam, qua inquirimus veritatem, ſeu docemur eã inquirere, & hęc dicitur dialectica. Quędam, qua docemur perſuadere quæque idonea,& dicitur rethorica: & quia quęlibet iſtarum ordinatur ad aliam ſcientiam, ideo, vt dixi,tota hæc ſpecies dicitur Organica, ſeu miniſtralis, Prob. in dicta

5 pręfatione, num. 55. † Secunda ſpecies, quę, vt dixi, dicitur Principalis, eſt illa,quę eſt propter ſe ipſam, & hæc eſt duplex. Altera enim dicitur ſpeculatiua, & hęc vel eſt de diuinis,vt metaphyſica,& theologia,quę tractant de inuiſibilibus inuiſibilium eſſentijs: metaphyſica enim conſiderat ens,prout eſt ens,& theologia conſiderat ipſum Deum, & ipſius eſſentiam, ac Trinitatem, ange-

6 los, & ſubſtantias ſeparatas: † vel hęc ſpeculatiua eſt de humanis, & ſub iſta ſunt phyſica naturalis, & mathematica, quæ diuiditur in arithmeticam, agendo de numero; in geometriam, agendo de menſuratione ſeu ſpatio; in muſicam, agendo de proportione ſoni;& in aſtrologiam,agendo de aſtrorum motu,& iſtæ quatuor ſcientiæ, cõtentæ ſub mathematica, dicuntur ſcientię

7 quadriuiales,ſeu quatuor artes liberales: † Altera dicitur Practica, quæ tractat de inuiſibilibus viſibilium cauſis, vt eſt phyſica,ſeu philoſophia naturalis; & hæc diuiditur in factiuam, ſub qua continentur ſcientię, ſeu artes mechanicæ, & in actiuam,in qua continẽtur ſcientię morales,vt latius hęc omnia ſcribit Prob. in dicta præfat. num. 55.& 56.

8 Verum (quicquid ſit de iſta multiplici diuiſione, & ſubdiuiſione,quam retuli hic ſupra)commodius diuiditur in duas ſolas partes,

tes, quia totum ſtudium ſapientiæ verſatur in contemplatione, & actione, ideoque vna pars eius contemplatiua dici poteſt, & altera actiua; & quidem contemplatiua pertinet ad conſpiciendas naturę cauſas, & ſinceriſſimam veritatem, actiua verò ad agendam vitam, id eſt, ad mores inſtituendos; vel, & melius, ſecundùm Platonicos diuidenda eſt Philoſophia in tres partes, quarum primam vocabimus rationalem, qua verum diſterminatur à falſo, ſecundam vocamus naturalem, & tertiam vocabimus moralem, quę maximè in actione verſatur, vt totam hanc diuiſionem alio ordine tradit S. Auguſt. de ciuit. Dei. lib. 8. cap. 4. tom. 5. haſque, & alias multas philoſophiæ diuiſiones retulit antea Senec. epiſt. 89. ſub num. 30.& ſeq. fol. 171. quas non oportet recenſere, quia multum confundunt.

Prima igitur philoſophię pars eſt illa, quam vocant logicam, id eſt, rationalem, vt dicit S. Auguſt. eodem lib. 8. cap. 7. initio, hæcque licet vtrique, ideſt, contemplationi, & actioni ſit neceſſaria, maximè tamen contemplatio perſpectionem ſibi vendicat veritatis, S. Auguſt. d. cap. 4. littera L. ſed abſit, vt putemus hanc partem rationalem duci à corporis ſenſibus, hincque animum concipere notiones, arbitrantes etiam pulchros non eſſe, niſi ſapientes, nam hoc reprehendit S. Auguſt. eod. lib. 8. cap. 7.

9 Secunda pars philoſophiæ eſt illa, quam vocant phyſicam, id eſt, naturalem, hęcq. accedens aliqualiter ad cognitionem Dei, dixit, nullum corporeum, nullumque mutabile eſſe Deum, & alia vlterius indagār, vt commemorat S. Aug. dicto lib. 8. cap. 6. verſatur etiam hæc pars philoſophiæ circa cognitionem cauſarum, & rerum naturalium occultarum, ideoque admirabilium, & ab iſtis cœpit proficiſci philoſophia; ſiquidem propter admirari, homines & nunc, & primo cœperunt philoſophari, vt ait Ariſt. 1. metaphyſ. inter omnes autem, qui cœperunt admirari, & philoſophari, arbitror primos fuiſſe Gymnoſophiſtas, qui tanto cognoſcendi ſydera, cœlum, eiusque gubernatorem, motus, & alia in orbe terrarum miranda, feruebant deſiderio, vt nudi agerent in ſyluis, voluptatum omnium expertes, quibus vita mortalium corrumpitur, & ab exortu ad occaſum perſtarent, contuentes ſolem immobilibus oculis, feruentibus arenis, toto die alternis pedibus inſiſtentes, vt ſcribit Plin. de nat. hiſt. lib. 7. cap. 2. ſub num. 40. ferturque, Alexandrum Magnum, cum ad eos penetraſſet, fuiſſe ab ijs grauiſſimè increpitum, quòd totum Orientem latrocinijs infeſtaret, quod idem à quodam pirata fuiſſe eidem Alexandro reſponſum, ſcribit S. Auguſt. de ciuit. Dei lib. 4. cap. 4. in fine, tom. 5. & Foller. tract. de contract. cenſuar. in verbo, nicolaus. ſub num. 219. fol. 137. tom. 6. par. 2. & hi philoſophi adeo philoſophandi, & amore ſcientiæ erant inflammati, vt contemnerent omnes voluptates, & diuitias, vt de Crate ditiſſimo, cum ad philoſophandum Athenas proficiſceretur, retuli in meo tract. de commerc. §. 1.
10 quæſt. 1. num. 44. verſus finem; † res autem occultæ, & cauſæ admirabiles, quę etiam hodie torquent philoſophos phyſicos, ſunt non ſolùm ſydera, & alia cœleſtia, ſed etiam terreſtria, nempè magnes, prout attrahit ferrum, vt dixi ſupra gloſ. 1. num. 34. ſuccinum paleam, quædam aqua, quæ in profundum attrahit ligna, & ferrum ſuſtinet ſu-
11 pra, & ſimilia: † nam argentinum Sicilię ſalem perhibent, cum fuerit admotus igni, velut in aqua flueſcere; cum verò aquæ, velut
12 in igne crepitare. † Apud Garamantas quendam fontem tam frigidum diebus, vt non bibatur, tam feruidum noctibus, vt non tan-
13 gatur. † In Epiro alium fontem, in quo faces, vt in cæteris, extinguuntur accenſę, ſed
14 non vt in cæteris, accenduntur extinctę. † Aſbeſton Arcadiæ lapidem propterea ſic vocari; quòd accenſus ſemel iam non poſſit ex-
15 tingui. † Lignum cuiuſdam ſicut Aegyptiæ, non vt ligna cętera in aquis natare, ſed mergi, & quod eſt mirabilius, cum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquæ ſuperficiem rurſus emergere, quando madefactum de-
16 buit humoris pondere prægrauari. † Poma in terra Sodomorum gigni quidem, & ad maturitatis faciem peruenire, ſed morſu, preſſuuè tentata, in fumum, ac fauillam corio
17 fatiſcente vaneſcere. † Pyriten lapidem Perſicum tenentis in manū, ſi vehementius præmatur, adurere, propter quod ab igne nomen
18 accepit. † In eadem Perſide gigni etiam lapidem Selenitem, cuius interiorem cādorem cum luna creſcere, atque deficere. In Cappadocia etiam vento equas concipere, eoſdemq. fœtus non amplius triennio viuere.
19 Tilon† Indiæ inſulā eò præferri cęteris, quòd omnis arbor, quę in ea gignitur, nunquam nudatur tegmine foliorum, prut hæc omnia

commemorat S.Auguſt.de ciuit.Dei. lib.21.
20 cap.5.& 7.tom.5.fol.215.& 216.†addo aliud mirabile,quod in agro Narnienſi ex imbre fit puluis,vt retuli ſup. lib. 1.cap.56. num.2. in fine: infinita ſunt alia naturę mirabilia, quorum aliqua congeſſit Plin. de natur. hi-
21 ſtor.† mirabile quoque, & cuique notũ eſt, quòd ſol, ſi anguſtè colligatur in vitro, ignẽ in lignum, ſimilemq. materiam accendibilem ſtatim immittat. Iſta ſunt mirabilia in rebus, quę aut carent omnino anima, aut
22 anima rationali.† Sed quid dicemus de quibuſdam monſtruoſis hominum generibus, quę gentium narrat hiſtoria? ſicut perhibentur quidam vnum habere oculum in fronte media, quibuſdam plantas verſas eſſe poſt crura, quibuſdam vtriuſque ſexus eſſe naturam, & dexteram mammam virilem, & ſiniſtram muliebrem; vicibusque alternis,coeundo, & gignere, & parere; alijs ora non eſſe, eosque per nares tantummodo ſuſcepto, & emiſſo halitu, viuere: alios ſtatura eſſe cubitales, quos pygmęos vocant; alibi quinquennes concipere fœminas, & octauum vitę annum non excedere; & alibi eſſe gentem, vbi ſingula crura in pedibus habent, nec poplitem flectunt; & eſſe mirabilis celeritatis, quos Sciopodas vocant,quòd per æſtum in terra iacentes reſupini vmbra ſe pedum protegant; quoſdam ſine ceruice oculos habere in humeris,& extare Cynocephalos, quorum canina capita, atque ipſe latratus magis beſtias, quàm homines confitetur. Verum non eſt neceſſe credere omnia genera hominum, quæ dicuntur eſſe; ſed ita hęc indagatio definienda eſt: aut illa, quę talia de quibuſdam gentibus ſcripta ſunt, omnino nulla ſunt; aut ſi ſunt, homines non ſunt, aut ex Adam ſunt, ſi homines ſunt,prout hęc omnia latius ſcribit S.Auguſt.de ciuit. Dei, lib.16.cap.8. fol. 145. tom.5.ſicut etiam cuique ſine recta reprehenſione licet non credere cętera mirabilia, quę retuli ſupra num. 11. & ſeqq. vt ſcribit S.Aug.in loco citato ſupra ſub num. 19.admonẽs,quòd nec ipſe vult temerè credi cuncta, quę ſupra poſuit, quia nec ipſe ea credit,tanquam de ijs nullam in ſua cogitatione habeat dubitationẽ, exceptis his, quæ ipſe eſt expertus, quorum aliqua recenſet: hæc ſunt, quibus quandoque miſer philoſophus diu noctuq. ſtudet,& tandem ſi iſtarum rerum cauſam ab eo quæras, nihil aliud reſpondere poteſt, niſi quòd hæc, & pleraque alia ex vi cuiuſdam potentię, nobis ignotę, proficiſcũtur, vt aduertit Gamb.tract.de verit.ac excellent.leg. ſcient. num.16.fol.132. tom.1.& quòd hęc ſit breuis reſpõſio,& ſufficiens ratio,fatetur S.Aug.infra citatus, dicens,quòd ij,cum quibus agebat,cum eis rerum vim mirabilem proponebat, reſpondere ſolebant,quòd iſta eſt vis naturæ, & natura eorum ſic ſe habet, propriarumq. iſtę ſunt efficacię naturarum, ita S.Aug.de ciuit.Dei lib.21.cap.7.tom.5.fol.216.

Sed hic obiter, vtiliter tamen, reflecte quęſo, tantiſper cogitationem tuam tu, qui ea,quę de futuro dicuntur ſeculo, non credis, quia de his tibi ratio non reddatur, cui tuus acquieſcat intellectus; & dic quęſo intra te: hæc etiam mirabilia ſuperius relata, ſi mihi futura in alio nunciarentur ſeculo, ego ea non crederem, quia de ijs ratio mihi reddi non poteſt, & tamen vera ſunt, quia nũc inſpici poſſunt: quomodo igitur quæ futura dicuntur in alio ſeculo, quia de illis ratio non poteſt reddi, non credam,cum Deus ſit omnipotens?

23 Tertia pars philoſophię eſt illa,quam vocamus moralem, in qua quęritur de ſummo bono, ad quod referimus omnia, quæ agimus,& quod non propter aliud, ſed propter ſeipſum appetimus,illudq. adipiſcẽtes nihil, quo beati ſimus, vlterius quęrimus,ideoque dicitur finis, quia propter hunc cętera volumus; ipſum autem nonniſi propter ſeipſum, S.Auguſt.de ciuit.Dei. lib. 8. cap. 8. tom.5. & dicitur moralis, quia verſatur circa mores,& actiones hominum,prout ijs conſeruari debet ſocietas humana, & conſequenter prout ijs iuſtè, & rectè homines viuunt, & hæc pars philoſophiæ propriè dicitur Ethica, quæ eſt dicta ab (ethi) quod eſt mos, & (ychos) ſcientia, ideſt moralis ſcientia, Ioann. Monach. in dicta præfatione
24 initio, num. 3. † & huius Ethicę partes ſunt tres, videlicet prima, quæ reſpicit mores, & regimen proprium ipſius philoſophi, & hac ratione poteſt dici Monaſtica, quia eſt vnius. Secunda dicitur Oeconomica, in qua agitur de regimine domus, & tertia, quę dicitur Politica, in qua agitur de regimine ciuitatis, & ſecundum has partes debet fieri aſcenſus, & non per ſaltum, quia abſurdum eſt, quòd carens Monaſtica, qui neſcit gubernare ſe ipſum, aſſumatur ad Oeconomicam, & carens Oeconomica eleuetur ad Politicam, Ioann.

Ioann. Monach. ſub eodem num. 3. & 4. & ad hoc efficacius faciunt quę ſcripſi gloſ. ſeq. queſt. 1. num. 15. verſ. quinta eſt ratio. quare Socrates totam philoſophiam reuocauit ad mores, hancq. dixit ſummam eſſe ſapientiam, vt refert Senec. epiſt. 71. ſub num. 40. imò adeo in ſola Ethica totius philoſophiæ vis continetur, vt Socrates ad eam ſe,

25 abiectis omnibus, contuliſſe dicatur, † hæcq. philoſophia, quæ reſpicit mores, & regimen ſui ipſius, prodeſt etiam vbi fatum, & caſus imperaret, vt ſcribit Senec. epiſt. 16. num. 30. ſcribens, *dicet aliquis: quid mihi prodeſt philoſophia, ſi fatum eſt? quid prodeſt, ſi Deus rector eſt? quid prodeſt, ſi caſus imperat? nam & mutari certa non poſſunt, & nihil præparari poteſt aduerſus incerta, ſi aut conſilium meum Deus occupauit, decreuitque quid facerem, aut conſilio meo nil fortuna permittit: Quicquid eſt ex his, Lucili, vel ſi omnia hæc ſunt, philoſophandum eſt: ſiue nos inexorabili lege fata conſtringunt, ſiue arbiter Deus vniuerſi cuncta diſponit, ſiue caſus res humanas ſine ordine impellit, & iactat; philoſophia nos tueri debet: hæc adhortabitur, vt Deo libenter pareamus, vt fortunæ contumaciter reſiſtamus: hæc docebit, vt Deum ſequaris, feras caſum. Sed nunc, &c.* Obſerua quæſo obiter hic Lector, quomodo Senec. qui fuit optimus Iureconſultus, & ſuo tempore fuit factum ſubtile ſenatuſcõſultum trebell. l. 1. initio, ff. ad ſenatuſc. trebell. vt aduertit etiam Iſern. ſuper vſib. fœud. tit. qui ſucceſs. teneant. num. 17. fol. 22. ſapienter, & theologicè diſcurrat, quamuis eſſet gentilis.

26 Huic Ethicæ ſubalternatur tota iuriſprudentia, ſeu à fine Ethicæ incipit iuriſprudentia; ſicut enim, cum ſiſtit naturalis philoſophus, incipit medicus, quia philoſophus naturalis dat principia ſuæ artis in vniuerſali; ſed medicus illa exequitur in particulari, ita etiam vbi terminatur Ethica, vt in principijs generalibus, inchoat iuriſprudentia, quæ eſt ad punitionem delictorum, ad deciſionem factorum dubiorum, & ad emendationem morum, Ioann. Mo-

27 nach. in dicta præfatione, num. 5. & 6. † & quòd in hac philoſophiæ parte verſetur iureconſultus, eiuſque propterea ſit continere homines in virtute, ne facinora committant, & commiſſa punire, ne vnus cum alterius iactura locupletetur, repellere iniurias, defendere, & conſeruare pacem, & demum iuſtitiæ muneri, quod eſt excellentiſsimum præeſſe, hancque philoſophiam propterea moralem vocent, vti ſubiectam illi parti, quæ Ethica dicitur, ſcribunt Ioan. Fab. in proœm. Inſtit. in vltimis verbis, num. 7. Iac. Rich. tract. de vnion. prol. cap. vlt. num. 17. fol. 29. tom. 6. par. 1. & quòd noſtra legalis ſapientia ſubijciatur philoſophiæ morali, ſcribit Conſtan. Rog. tract. de ſumm. bon. in præfat. num. 1. fol. 2. tom. 3. par. 2. & quòd ſubalternetur politicę, admittit Gamb. dicto tract. de verit. &c. num. 45. fol. 133. & quòd nos totum excurramus campum philoſophię, quę ad mores inſtituendos, actionesq. noſtras componendas attinet, ſcribit Bologner. tract. de legib. & iur. cap. 8. num. 3. in fine, fol. 298. tom. 1. & quòd iuriſprudentia, cum ſedeat ad Rerumpublicarum gubernacula, neque ea ſolum teneat, quæ ad vitæ inſtitutum, & ad ſingulorum mores attinent, ſed & ea omnia planè cognoſcat, quæ ad publicam vtilitatem ſpectant, ac politicę facultatis ſunt, quin & totam ipſam Politicam in ſe contineat, & ipſam militiam pręcedat, ſit propterea quaſi omnium artium Regina, quia cęteræ ſint in obſequium ad inſtitutum iuriſprudentię, ſcribit idem Bologn. eodem tract. cap. 9. num. 1. & 2. fol. 299. & quòd philoſophia non ſit aliud, quàm vitę lex, ſcribit Senec. epiſt. 94. eam partem. num. 40. & quòd caſus dubij, pertinentes ad philoſophiam moralem, ſeu interpretatio iuris naturalis, quatenus ſpectat ad moralitatem, quæ dirigit actus noſtros ad Deum, pertineant ad ſcientiam canonicam, & ſic ad Doctores decretorum, ſcribunt communiter Doct. quos ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. queſt. 1. num. 20. & quòd lex feratur etiam ad corrigendos malos mores, & agat legiſlator, ne quid fiat contra bonos mores, & mali ſint corrigendi, probatur ex l. 1. & ibi ſequitur Io. de Gatron. num. 48. in fine, & 49. C. de ſecund. nupt. inter Repeten. vol. 7. fol. 548.

28 Hæ tres philoſophiæ partes non ſunt equaliter vtiles, & veræ. Prima enim, quam vocant dialecticam, ſeu logicam, vt dixi ſupra ſub num. 8. reprehenditur, vti vana, in cap. 3. nonne vobis. diſtin. 37. *nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus dialectica arte torquetur?* & in cap. 7. legimus, eadem diſt. 37. vocatur garrula, & ſophiſti-

ca, & non complacuit Deo in dialectica ſaluum facere populum ſuum, quia regnum Dei eſt in ſimplicitate fidei, non in contentione ſermonis, cap.6. omnem. ead. diſt.37.
29 imò † hoc ipſo dialectica diſcrepat à vera philoſophia, quia philoſophia docet facere, non dicere; & hoc exigit, vt ad legem ſuam quiſque viuat, ne orationi vita diſſentiat, vt ipſa inter ſe vita vnius, ſine actionum diſſenſione, coloris ſit: maximum hoc eſt & officium ſapientiæ, & indicium, vt verbis opera concordent, Senec. epiſt. 20. ſub num. 40. & diuina eruditio dialecticam, in qua omnis loquendi ratio continetur, non deſiderat, quia non in lingua, ſed in corde ſapientia eſt, nec intereſt quali vtare ſermone: res, non verba quæruntur, & nos non de grammatico, aut oratore, quorum ſcientia eſt, quomodo loqui deceat, ſed de ſapiente diſſerimus, cuius doctrinæ eſt, quomodo viuere oporteat, hincque eos iureconſultos, aliosque magiſtros æſtimandos cenſemus, qui ſine verborum, nominumque fucis, & lenocinijs ſolida, & inconcuſſa docent præcepta, multiloquij reſecant remoramenta, & in arctum varios, prolixoſque redigunt ſermones, & quò auditores, & legentes, qui deſides eſſent, promptiores, & alacriores reddant, ijs vtuntur nominibus, quæ & famulo, & ancillæ, & viduæ, & inſtitori, & agricolæ comprehenſibilia, captuque facilia ſint, vt ab iſtis vltimis exorditur S. Ioann. Chryſoſtom. dum aduerſus gentiles demonſtrat, Chriſtum eſſe Deum, tom. 5. fol. 63. Voluntas totum facit, quæ ſi, tacitis nobis, intelligi poſſet, verbis omninò non vteremur, ſed quia id fieri non poteſt, verba reperta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntatem, Cic. in oratione 28. quæ eſt pro Aulo Cecinna, & ex eo refert Cagn. in l. 9. ſemper in obſcuris. ſub num. 5. ff. de regul. iur. non in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis, ex S. Hieron. ſuper epiſt. ad Galat. refert Cagn. vbi ſupra.
30 † Secunda pars, quam phyſicam vocant, vt dixi ſupra num. 9. reprehenditur etiam in dicto cap. 3. nonne vobis. diſt. 37. *qui phyſicus perſcrutator, oculos trans cœlum leuat, & vltra profundum terrarum, & abyſſi in quodam inaue demergitur?* & quòd hęc philoſophia ſit inanis, videtur dixiſſe Apoſt. ad Coloſſenſ. 2. num. 8. *videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam*. & quòd ſit inanis, & falſa, ſcribit Lactan. Firmian. lib. 3. de fal. ſapien. cap. 2. & retuli etiam ſupra gloſ. 1. queſt. 1. ſub num. 124. verſ. hæc ad ſeptimum. & patet etiam ex his, quę ſcripſi ſupra num. 22. verſus finem, & infra
31 num. 32. † Tertia, quę dicitur Ethica, & in qua verſatur tota iuriſprudentia, vt dixi ſupra num. 23. & 26. in comparatione, & collatione cum iſtis, eſt præclara, & vtilis, tùm per ea, quæ dixi ſupra num. 23. & ſeqq. tum quia in ea totius philoſophiæ ratio continetur, tum quia in illa phyſica, ſola obſectatio eſt: in hac etiam vtilitas: & quoniam in diſponendo vitæ ſtatu, formandiſque moribus periculo maiori peccatur, maiotem diligentiam neceſſe eſt adhiberi, vt ſciamus quomodo nos oporteat viuere: Illic poteſt venia concedi, quia ſiue aliquid dicunt, nihil proſunt, ſiue delirant, nihil nocent. Hic verò nullus diſſidio, nullus errori eſt locus; vnum ſentire omnes oportet, ipſamque philoſophiam vno quaſi ore præcipere, quia ſi quid fuerit erratum, vita omnis euertitur, vt ſcribit Lactanr. Firm. dicto lib. 3. cap. 7. Eadem quoque ratione, qua diximus, inanem eſſe phyſicam, ina-
32 nem dicemus eſſe logicam: † Præterea inanis, & parabolana eſt phyſica, quia talia ſunt eius extrema: nam dialectica, quę eſt ianua, & introitus ad phyſicam, eſt vana, & garrula, vt dixi ſupra num. 28. & ſimiliter medicina, quę annectitur fini phyſicæ, ſiquidem vbi philoſophus dimittit, ibi medicus incipit, Ariſt. lib. de ſenſu, & ſenſ. eſt parabolana; nam Medici dicuntur parabolani, l. 18. parabolani. & l. 17. placet. & ibi Gloſ. in verbo, parabolani. C. de epiſc. & cleric. ergo ſi extrema huius philoſophiæ ſunt garrula, & parabolana, neceſſe eſt, vt talis ſit etiam iſta philoſophia, quia medium ſapit naturam extremorum, per ea, quæ adducit Euer. de loc. argumen. in loco ab extremis: & quia talia ſunt ſubiecta, qualia prędicata demonſtrant.

Ex quibus omnibus concludendum videtur, quòd ea ſola philoſophię pars, quę dicitur Ethica, ideſt moralis, ſeu iuriſprudentia, ſit vera, & vtilis, vel ſaltem verior, & vtilior, quàm alię partes.

33 Non obſtat primo, ſi contra ea, quæ aduerſus phyſicam, vti falſam & inanem ſcripſimus ſupra nu. 30. dicatur, quòd ex phyſica tran-

tranſimus ad medicinam, & ad theologiam, quę, tanquam vtiles, & neceſſarię, ſunt vſu vbique communiter receptæ, & æſtimatę; & ſine phyſica ad eas tranſire non valeamus, & quòd theologia non ſolùm non ſit reprehenſibilis, ſed ratione ſubiecti ſit ſancta, & cęteras omnes alias antecellat, vt oſtendit S. Thom. in ſumm. par. 1. quæſt. 1. art. 5. verſ. reſpondeo. & ex hoc, quòd theologia ſumitur ex philoſophia, Sot. quem retuli in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. ſub num. 21. philoſophiam eò vſque extollat, vt arbitratus ſit, etiam in definiendis fidei articulis deferendum eſſe philoſophię, quia ea ſola ſit ſcrutatrix naturæ: quo loci cum loquatur de ſcrutatione naturę, neceſſe eſt, vt loquatur de philoſophia phyſica.

34 Quia reſpondeo, quòd; quicquid ſit de vſu phyſicæ in ordine ad medicinam, & ad theologiam; phyſica videtur vana, & inutilis, quia ſi perſcrutatur occulta, fatetur ſuam ignorantiam, vt dixi ſupra ſub num. 22. ſi perſcrutatur manifeſta, ea ſua perſcrutatiòne non indigent: admitto tamen, quòd theologia; quia tractat de diuinis, & de vera religione, eſt vtilis, & neceſſaria; ſed dico, quòd non indiget philoſophia, etiam ſi philoſophia nō eſſet inutilis, & vana, teſte S. Thom. quem retuli infra num. 37. verſ. vlterius. admitto etiam, quòd medicina ſit vtilis in ſuo gradu, quia licet ſupra ſub num. 32. retulerim, medicos vocari parabolanos, tamen intelligimus eo loci de medicis platearijs, qui diuagantur, & modo in iſto foro, & modo in illo vendunt verba ſuper ſcamnis; non autem intelligimus de medicis ſcientificis, quorum opera valdè eſt vtilis in Rep. & magnam infirmis præſtat conſolationem; hi namque medici ſuam tuentur cauſam, tum ex eo, quòd Chriſtus venerit in hunc mundum, tanquam medicus ad curandum, & ſanandum, & nō tanquam iuriſperitus, vt patet ex his, quę habentur in Matth. 8. n. 6. & ſeqq. & 10. num. 1. & alijs in locis; tum ex eo, quod habetur in Eccleſ. 38. num. 1. & ſeqq. *honora medicum propter neceſſitatem*, &c. *diſciplina medici exaltabit caput illius*. tamen dico, vt ſupra, quòd ſi philoſophia phyſica eſt vana, & inutilis, non poteſt ſeruire medicinę.

35 Ad ea, quę dicit Sot. circumſcripta etiam pręcedenti reſponſione, reſpondeo, quòd eo modo, quo phyſica perſcrutatur ius naturę, ſeu naturalia, de quibus ratio reddi poteſt, eodem modo eadē perſcrutari poteſt philoſophia moralis, ſeu iuriſprudentia, cum ipſa tota proficiſcatur à ratione naturali, ſine qua propterea non eſſet iuriſprudentia, ſeu lex, vt ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. num. 14. & ſeqq. quòd ſi Sot. arbitretur, hanc iuris naturæ cognitionem eſſe propriam, & peculiarem philoſophię naturalis, ideſt phyſicæ, & conſequenter eſſe anteponendam philoſophiæ morali, & ſic iuriſprudentiæ, quia ab ea accipiat rationes, & formam: ego replico, quòd imò ex hoc ipſo eſt longè poſtponenda, quia, vti operaria philoſophiæ moralis, & ſic iuriſprudentiæ, pręparat ei cauſas, & rationes ad condendas leges; itaut ad iuriſprudētiam pertineat examinare, approbare, vel reprobare illas rationes: demum, cum iuriſprudentiæ obiectum ſit iuſtitia, quæ eſt virtus omnium virtutū, & omnibus imperat, omniaq. regit, & diſponit;
36 philoſophia etiam ab ipſa regitur: † quare Princeps eccleſiaſticus in ſpiritualibus, & ſecularis in temporalibus, vti legiſlator, & rector iuſtitię, eſt ſupra phyſicos, & ſupra theologos, ideoq. ſi Principi, condenti legem, phyſicus ratione phyſica, ſeu logicali, aut theologus ratione theologica contradiceret, vtique idem Princeps eſſet contradictionis arbiter, & iudex, eiuſq. iudicio phyſicus, logicus, & theologus debent acquieſcere; ipſe namque Princeps ex ſuorum Cōſiliariorum, vti miniſtrorum, aſſiſtentia omnia habet in ſcrinio pectoris, & ad ipſum ſpectat cognoſcere de ratione legis, & determinare: vnde, ſi inter philoſophos naturales eſſent opiniones contrariæ in aliquo articulo, qui ſpectaret ad moralitatē, & inter theologos in aliquo articulo fori cōſcientiæ, & Princeps controuerſiam decideret, vtique ſtaretur eius deciſioni, quia ipſe tunc facit officium philoſophi, & theologi, cum iuriſprudentia ſit philoſophia, & rerum humanarum, & diuinarum habeat notitiam, vt dixi ſupra num. 1. & ſeqq. & proinde quicquid laudis eſt in philoſophia, & theologia, erit etiam in iuriſprudentia.

37 Vlterius ad Sot. dum ſcribit, quòd theologia ſumitur ex philoſophia, reſpondeo, quòd ſcientia ſacrę doctrinæ poteſt accipere aliquid à philoſophicis diſciplinis, non quòd ex neceſſitate eis indigeat, ſed ad maiorem manifeſtationem eorum, quæ in theologia traduntur: non enim accipit ſua principia ab alijs ſcientijs, ſed immediatè à Deo per reuelationem, quia licet alię ſcientię habeant certitudinem ex lumine naturali rationis humanę,

quæ poteſt errare,tamẽ theologia habet certitudinem ex lumine diuinę ſcientiæ, quæ decipi non poteſt; & hac etiam ratione cęteris ſcientijs eſt dignior; quare ſcientia theologica,quando accipit principia ab alijs ſcientijs, non accipit, tanquam à ſuperioribus, ſed vtitur eis, tanquam inferioribus,& ancillis; & hoc ipſum,quòd ſic vtitur eis, nõ eſt propter defectum,vel inſufficiẽtiam eius, ſed propter defectum intellectus noſtri, S. Thom.in ſum.par.1.q.1.art.5. verſ.ad ſecun-
38 dum.& in fine articuli,& verſ.reſpondeo.†& hoc,quod S. Tho. ait, theologiam non poſſe decipi,ſeu errare,confirmatur ex eo, quia ſi vel vnum in tota ſacra ſcriptura reperiretur mendacium, tota ſacrę ſcripturę auctoritas infirmaretur, per ea, quæ ſcribit S. Auguſt. epiſt.8. ad Hieron. ſub litt.K. tom.2.fol.11. & 12.& ex eo ſequitur S.Thom.in ſum. par. 3.q.55.art.4.verſ.prętere a.hæcq. confirmatio augetur ex his,quę ſcripſi lib. prox. pręced.cap.11.num.326.& cap.7.num.702.

39 Non obſtat ſecundo, ſi dum ſupra ſub nu. 3.ſcripſimus,philoſophiam moralem,ſeu iuriſprudentiam continere etiam theologiam, obijciatur,quòd theologia eſt ſcientia de per ſe,quę cęteris alijs eſt dignior, per ea, quę ſcripſi hic ſupra,& ſic eſt diſtincta à iuriſprudentia; quod patet tùm ex his, quę ſcripſi in meo tract.de commerc.§.1.q.1.num.20.tùm quia alias,orta controuerſia, an in quodam ſocietatis officij contractu lateret vſura, Papa mandauit, vt Rota, adhibito Theologorum conſilio, controuerſiam decideret, & Pius V. hortatus eſt in Domino eos, qui ineunt contractus cenſus, vt adhibeant religioſorum conſilium, prout hęc omnia retuli ead.q.1.num.38.

Nam reſpondeo, quòd ſi iuriſprudentia eſſet diuerſa à theologia, ſeu illius eſſet expers,vtique B.Io.à Capiſtrano,& Fratres, & Conuentus ordinis Seruorum S.Mariæ, qui conſuluerunt Iureconſultos in his,quę pertinent ad cognitionem Theologorum,vt retuli ead.q.1.num.19.conſuluiſſent Theologos, & non Iureconſultos: dico etiam, quòd non per hoc,quòd Rotæ iudicio fuerunt adiuncti Theologi, & Pius V. hortatus eſt, adhiberi conſilium religioſorum,infertur, quòd iuriſprudẽtia ſit ſine theologia, & ideo in aliquibus caſibus indigeat theologis: nam eſt aduertendum, quòd Rota controuerſiam illam ex ſe ſola potuiſſet decidere, prout alias ſimiles,& quandoque maiores ſine theologorum conſilio decidit,& Pius V. hortatur,non pręcipit,& ideo illi contractus,non aliter religioſorum conſilio adiuncto, celebrantur.

40 Non obſtat tertio,ſi pro theologia contra vniuerſam philoſophiã dicatur, theologiam eſſe differentem à philoſophia morali, & ſic à iuriſprudentia, & eſſe ea excelſiorem,quia theologia eſt ſapientia,vt ſcribit S.Thom. in ſum.par.1.q.1.art.6.verſ.reſpondeo. & concordát quæ de ſapiẽtia ſcribit Senec. ep. 89.
41 rem vtilem. ſub nu.10. fol.171. philoſophia autem non eſt ſapientia, ſed eſt ſtudium ſapientiæ,vt dixi ſupra num.3.& qui ſtudet ſapientiæ, vtique nondum ſapit, ſed, vt poſſit ſapere, ſtudet;quare ſi philoſophia ſapientiã quærit,ipſa non eſt ſapientia; cum aliud ſit, quod quærit, & aliud, quod quæritur; & in hoc philoſophia differt à cæteris artibus, quòd in cęteris artibus, qui,addiſcendo, aſſequitur artem, non dicitur deinceps ſtudioſus illius artis, ſed vocatur artifex in illo artificio: at qui ſtudet philoſophiæ, nunquam efficitur ſapiens, ſed & cum eſt philoſophus, dicitur ſtudioſus ſapientiæ,Lactan. Firmian. lib.3.de falſ.ſapien.cap.2. hocq. obiectionis argumento ad oſtendendam differentiam inter philoſophiam & ſapientiam, ante eum vſus eſt Senec.ead.epiſt.89.ſub nu.10.& 20.

Quia reſpondeo, quòd, demptis cultu diuino, & vera religione, quibus ſolis poſſumus quærere ſummum bonũ, & adipiſci fœlicitatem ſempiternam, nulla ſcientia eſt ſapientia,& ideo philoſophia moralis ſine vera religione non eſt ſapientia, nequè vera philoſophia; at coniuncta cum fide noſtra chriſtiana, & ſic cum vera religione, eſt philoſophia vera, & ſapientia.

42 Redeundo modo ad ſolutionem propoſitæ quæſtionis,relatis iam his, quę de philoſophia varij variè ſcripſerunt, prout cuique libuit, & omiſſis multis, quæ de multiplici diuiſione philoſophiæ refert Senec. d. epiſt. 89.ſub nu.30. & ſeqq. & quæ de varijs philoſophorum generibus, & de philoſophia Socratica,& Platonica latè proſecutus eſt S. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 8. concludendum eſt,quòd veri philoſophi non ſunt illi, quorum pręcepta non tendunt ad immortalitatem, ſed tendunt ad hanc breuem vitam,ad honores,& gloriam,& cætera mortalia: hi namque non cognouerunt, quid ſit bonum, & quid malum, vt oſtendit Lact.Firm. de vero cultu Dei. lib.6.cap.6.fol.500. imò nequè ſunt illi Gymnoſophiſtæ, quamuis contem-

temnerent diuitias; eſſentq. omnium voluptatum expertes, vt retuli ſupra ſub num. 9.
43 ſed † ſunt qui, agnita fide per Dei gratiam, terrena, & aurum contemnunt, ſequentes Chriſtum pauperem, cum auro ſuffarcinati eum ſequi non poſſint, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. ſub num. 44. nam philoſophus ſignificat amatorem ſapientiç, vt dixi ſupra num. 3.
44 † ſed Deus eſt ſapientia, per quem facta ſunt omnia, ſicut diuina auctoritas, veritasq. monſtrauit; & ſic verè philoſophus eſt is, qui eſt amator Dei, S. Auguſt. d. lib. 8 cap. 1. & quia quilibet poteſt, imò debet eſſe amator Dei, & eum ſequi, vanum eſt omne aliud nomen, & genus philoſophi, & non amplius inſudandum eſt ſtudio, & libris Ariſtotelicis, & aliorum de philoſophia, quia iam per Chriſtum dominum; & redemptorem noſtrum ſcimus omnes veram philoſophiam; reliquum eſt, vt chriſtianus velit eſſe philoſophus; erit autem, ſi ſtudebit ſaluti animæ ſuæ, cogitando de morte, qua ante cogitationis oculos poſita, facilè omnia contemnet, & erit verè ſapiens, quia omnis vita ſapientis eſt cogitatio mortis: aliter tamen cogitat philoſophus naturalis; aliter philoſophus chriſtianus; ille enim, vt caſus aduerſos æquo animo ferat, vt à dolore, à mœſtitia, cæteriſq. ſe ſubtrahat incommodis; hic, vt ad cœleſte regnum aſcendat, vbi beatè, & perpetuò ſit manſurus; vel, non recedendo ab ijſdem, dicimus, veram philoſophiam eſſe illam, quæ per diuinam gratiam ſumus conſtantes, & fortes in patienter tolerandis malis, & aduerſis, S. Auguſt. de ciuit. Dei. lib. 22. cap. 22. verſus finem, tom. 5. fol. 137.

45 Infero ex his, quòd cum hodie Iureconſultus pecuniam non abijciat, Gl. in l. 1. in verbo, niſi fallor. ff. de iuſt. & iur. & cætera non contemnat, non eſt verè philoſophus, ſed ſi vult eſſe, dixi qualis eſſe debeat: quoad temperandos enim effrçnatos affectus, debet capitali odio habere vitia, & quoad virtutes humanas debet, quantum fragilitas humana patitur, imitari, & ſequi Chriſtum, qui eſt verè philoſophus, & ſapientiſſimus Iureconſultus, & legiſlator: vt autem quis cognoſcat, an omnia contemnat, debet ſumere regulam à contemptione ſui ipſius; ſi enim ſeipſum, non animi abiectione, ac vilitate, ſed ſolo virtutis amore contemni contemnit, tunc omnia contemnit, ſed ſi non contemnit, ſe contemni, omnia non contemnit; ergo nemo omnia contemnit, niſi ſit ſanctus.

Subinfero, quòd Iureconſ. in d. l. 1. quando addidit illa verba (niſi fallor) fuit inſpiratus à Deo, quia omnis, qui fidem chriſtianam non agnoſcit, fallitur.

GLOS. III. I.V.D.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

Sententia, lata ab eo, qui non eſt Iureconſultus, valet, num. 1. & ſeqq. num. 6. Extenditur etiam ſi ſit illitteratus, ſub num. 13. Subextenditur, num. 22. & 23. Et latè explicatur, num. 26. & ſeqq.

Iudex an poſſit eſſe, qui non eſt I.V.D. num. 1. 6. & 10. Non debet ab alijs mendicare, quod ipſe eloqui debet, num. 2. Non tenetur requirere conſilium ſapientis, imò eſt ſui defectus, ibidem. Debet ſcire diſcernere inter lepram, & lepram, ibidem.

Auditores Rotæ, & Conſiliarij Principis eliguntur Iureconſultiſsimi, num. 5.

Scientia mediocris ſufficit in iudice, ſicut in Prælato, num. 6. in fine.

Idiotæ, & notarij de conſuetudine iudicant in locis anguſtis, &c. & ſine ſcriptura, & velo leuato, ſub num. 9.

Illitteratus non benè æquiparatur cæco, num. 11. & 21.

Diſcretio ſemper eſt neceſſaria in iudice, num. 15.

Illitteratus ſi ſit delegatus poteſt contra eum excipi, & recuſari, ſi agatur de puncto ſubtili, num. 4.

Illitteratus quoad officium iudicandi quis dicatur, num. 4.

Illitteratus, & litteratus qui dicantur, non ſemper vniformiter definitur, num. 25.

Illitteratus poteſt eſſe iudex, ſub num. 13. & ſeqq. Debet tamen habere peritiam conſuetudinis iudicandi, prout habent Veneti, num. 24.

Illitteratus æquiparatur mulieri, & infanti, & dicitur imago hominis, & materia inutilis ſine forma, & habetur pro ſtatua, num. 16. & 20.

Illitteratus non poteſt ordinari, & cum eo non poteſt diſpenſari, & Epiſcopus omnino illitteratus eſt deponendus, & contrarium in Papa eſt ſpeciale, num. 17.

Illitteratus eſt minus ordinabilis, quàm homicida,

micida, & irregularis, num. 17.

Eligens homicidam, ſeu irregularem, non dicitur negligens, ſecus ſi eligat omnino illitteratum, num. 18.

Homicida non perdit beneficium ante ſententiam, ſub num. 18.

Clerici doctrina, ſeu litteratura qualis ſit neceſſaria ad obtinendum beneficium ſimplex, num. 19.

Litteratura quare ſit magis neceſſaria in ſacerdote, quàm in iudice, ſub num. 19.

Eruditio in proſperis eſt ornamentum, in aduerſis refugium, ſub num. 21.

Iudex quando, attento ſtylo, & conſuetudine, debeat eſſe doctor vtriuſque iuris, & quando hoc non ſit neceſſarium, latè ſcribitur, num. 26. & ſeqq. & num. 48.

Curia mercatorum Ciuitatis Florentiæ quas cauſas cognoſcat, num. 29. & ſeqq.

Cauſa meri facti, quæ pertinet ad curiam mercatorum, quæ ſit, num. 32. & ſeqq.

Generalitas iuriſdictionis reſtringitur ad certam ſpeciem cauſarum, ſub num. 29. & 30.

Rubrica declarat nigrum, num. 30.

Manutentio in poſſeſſione eſt licita etiam cum armis, ſub num. 33.

Leges ſilent inter arma, ſub num. 33.

Locator dicitur poſſidere, quia conductor poſſidet nomine locatoris, num. 33. & 34.

Incõpetens iudex an incidenter, & propter articuli præiudicialitatem poſſit fieri competens, num. 35. & ſeqq. & num. 41. & ſeqq.

Præiudicialis cauſa an, & quando retardet aliam cauſam, num. 39. & ſeqq.

Litterati antecellunt alios profeſſores, & dicuntur ſtellæ. &c. num. 49. & 50.

Eccleſia multum fauet viris litteratis, quia multum illis indiget, num. 51.

Ingenij dotes ſunt pulchriores dotibus, & inſignijs exterioris nobilitatis, num. 52.

Scientia nobilitat, &c. num. 53.

Docti quare contingat, quòd non ſint boni, num. 54.

1 QVAERO ſecundo an ſententia, lata ab eo, qui non ſit I.V.D. ſit valida, & conſequenter an is, qui non eſt legum doctor, poſſit eſſe iudex? Videtur prima facie dicendum, quòd ſententia non ſit valida, & conſequenter, non poſſe quempiam eſſe iudicem, niſi ſit doctor legum, ex pluribus.

Primo argumento text. §. vlt. in fine, iunctis § §. præcedentibus in procem. Inſtit. vbi Imperator cupidam legum iuuentutẽ hac ad ſtudium allicit ſpe, vt, opere perfecto, ideſt abſoluto ſtudio lectione Inſtitutionum, & digeſtorum, poſſit Reipub. gubernium in parte ei committi, Rebuff. tract. de priuil. ſchol. priu. 49. num. 1. tom. 18. fol. 43.

2 Secundo, quia iudex debet habere ſcientiam legum, & iuris, ne ab alijs cogatur mendicare, quod eloqui ipſe debet, Auth. de iudicib. & vt nullatenus, &c. initio, & ibi Gl. in verbo, qui ex ſe. coll. 6. & quòd propterea iudex non ſolum non teneatur requirere cõſilium ſapientis, ſed ſit ſui defectus, & vitium, ſcribit Vant. tract. nullit. tit. de null. ex defec. iuriſd. &c. ſub num. 147. tom. 4. fol. 491. & adde quę ſcripſi infra gl. 13. num. 34. verſ. prima. & talis in eo requiritur ſcientia, vt ſciat diſcernere inter lepram, & lepram, diſt. 1. initio, & ideo debet eſſe peritus, maxime ſi ſit eccleſiaſticus, vt dicit ibid. Gl. in verbo, ſcientia.

3 Tertio, quia ſicut cœcus non iudicat de colore, ita etiam iudex, ignarus iuris, non iudicat quid ſit decidendum de iure, & meritò illiteratus æquiparatur cœco, Hieron. Gonz. ad 8. reg. cancel. gl. 4. num. 39.

4 Quarto, quia contra iudicem delegatum poteſt excipi, quòd eſt illitteratus, Gl. in cap. 13. ſciſcitatus. in verbo, impedimento. de reſcript. & iudex groſſus, & illitteratus poteſt recuſari, ſi coram eo agatur de puncto ſubtili, vt ex Bal. ſequuntur Card. Alex. in cap. 36. poſtremo. ſub num. 11. cauſ. 54. de appell. & Aufr. de recuſat. iud. num. 34. cauſ. 54. fol. 358. tom. 3. par. 1. ſed qui non eſt I.V.D. dicitur illitteratus, quoad officium iudicandi, quia in effectu paria ſunt, non habere litteras, ſeu eſſe omnino illitteratus, & habere litteras inutiles quoad profeſſionem, quam vult excercere; & proinde ſi merus Poeta vellet eſſe medicus, & exercere medicinam, & litteras medicas omnino ignoraret; eſt ac ſi eſſet penitus illitteratus.

5 Quinto, quia conſuetudine, & vſu receptum eſt, vt Auditores Rotæ Rom. Rotæ Florent. & aliorum locorum, Conſiliarij Conſilij Neap. & ſimiles ſint Iuriſconſultiſſimi.

6 His non obſtantibus, contraria opinio, nempè, ſententiam eſſe validam, & conſequenter poſſe iudicem eſſe etiam eum, qui non eſt I. V. D. eſt vera; probaturq. triplici argumento.

Pri-

Primo,quia nullibi reperitur in iure apertè cautū,quòd iudex debeat eſſe I.V.D.alias ſententia ſit nulla; & argumenta, in contrarium adducta, ſoluuntur infra nu. 10. & ſeq. & quòd in iudice ſufficiat mediocris ſcientia, ſicut in Prælato, ſcribit Gloſ. in verbo, ſcientia.in fine, diſt. 20. initio.

7 Secundo,quia imò etiam is,qui eſt illitteratus, poteſt eſſe iudex, vt dixi infra nu. 13. verſ. extende. ergo multò magis poteſt eſſe iudex is, qui non eſt I. V.D.

8 Corroboratur hoc argumentum,quia etiā mulier poteſt eſſe iudex, vt ſecutus ſum gl. ſeq. q.2.num. 37.& ſeqq.& tamen mulieres non doctorantur.

9 Tertio,quia contraria coſuetudine, & vſu receptum eſt,vt in quibuſdam locis anguſtis, ſine diuitijs, & habitatis à perſonis ruſticis, iudicent notarij,& quandoq; perſonę idiotæ, de qua cōſuetudine videtur ſatis teſtatus etiā Bal. in auth. niſi breuiores. num. 4. verſ. & hoc facit. C.de ſent. ex peric. recit. dicens, quòd quęſtiones, quę vertuntur coram vicarijs caſtrorum Ciuitatis Peruſij, terminari debent velo expedito, & ſine ſcriptura, & ſine ſportulis, & coram iudice rurali, & coram vicario caſtri graicorum non requiritur libellus, quia cauſæ, quæ vertuntur coram ignorantibus leges, non requirunt libellum, ſed ſunt contentæ ſimplici via,& ijdem poſſunt eſſe iudices,& tabelliones in his paruis litibus, ſi hoc dictat conſuetudo earum, hocque idem ex eo refert,& ſequitur in ſubſtantia ibidem Salyc.

10 Ad primum, & ſecundum argumentum reſpondeo dupliciter. Primo dico, quòd illa iura non dicunt, quòd gradus, & inſignia doctoratus ſint neceſſaria,ſed ſolum requirunt doctrinam,& idoneitatem, quia iudex non inſignijs doctoratus, ſed doctrina, & bonitate facit iuſtitiam, & non tenet conſequentia; non eſt I.V.D. ergo ignorat iura: Secundo reſpon. quòd illa iura poſſunt procedere quoad iudices ordinarios,qui iudicaturi ſunt in locis inſignibus, inter magnos viros,& de cauſis magnis, & arduis.

11 Ad tertium reſpon. quòd non eſt bona æquiraratio inter cœcitatem corporalem, & cœcitatem intellectualem, quā volumus arbritari eſſe in imperito litterarum: nam cœcitas corporis poteſt hominem omnino priuare lumine, ita vt conſequenter nullatenus poſſit iudicare de colore: non ſic eſt in cœcitate intellectus, quam conſideramus in eo, qui non eſt I.V.D. ſeu aliter eſt imperitus, quia iſte licet ſit orbatus quoad lumen, quod acquiri, ſeu procedere poteſt à litteris, tamen habet lumen naturale, quo diſcernere poteſt iuſtum ab iniuſto,per ea,quæ ſcripſi in meo tract.de commerc. §.1.q.7.par.2. ampl. 19. num. 7. & ſeqq. & præſertim num. 46. ſufficit enim in iſto diſcretio, vt dixi infra num. 15. verſ. ratio.

Ad quartum patet ſolutio ex his, quę ſcripſi infra num. 13. & ſeqq.

12 Ad quintum reſpon. quòd conſuetudines, quæ ſunt varię, non poſſunt allegari ad deciſionem cauſarum, prout etiam dicimus de lege,quæ varios habet intellectus: ſed iſtæ conſuetudines ſunt variæ, & contrariæ, quia contrariam conſuetudinem adduximus ſupra, num. 9.

13 Retenta hac contraria opinione.

Extende eā,vt ſententia ſit valida non ſolum ſi iudex, qui eam tulit,non ſit I.V.D.ſed ſit valida etiam ſi fuerit illitteratus, quia poteſt quis eſſe iudex, quamuis non ſit I.V.D.vt firmauimus ſupra num.6. & quamuis ſit etiam illitteratus, ſeu imperitus, argumento textus in l. 15.certi iuris. C. de iudic.vbi ſecundum communem intellectum probatur,quòd magiſter militum poteſt eſſe iudex,& iudicare cauſas inter ſuos milites, quamuis ſit illitteratus; hancque extenſionem notat ex communi intellectu Iaſ. ibidem,nu.1. & ita tenent Gl.in cap.13.ſciſcitatus.in verbo,impedimento. de reſcript. & Gloſ. in diſt. 20. initio, in verbo, ſcientia. in fine,Spec.in tit. de iudice deleg. §. excipi poteſt. ſub num.17.verſ. item quod eſt illitteratus.lib. 1. fol. 11. Abb. in cap. 7. ex litteris.num.1. not. 1.de ſponſ.& matr. & in dicto cap. 13. ſciſcitatus. verſus finem, num.15. Nep. de Montalb. tract. de excep. art. 3. num.31. fol. 108.tom.3.par.2. Perr. Lenaud. de priuil. doct. q.12. num. 44. fol. 5.tom.18. & hanc eſſe communem opin.teſtatur, & ſequitur Felyn. in dicto cap. 13. ſciſcitatus. num. 9. verſ. illitteratus. vbi alios citat.

14 Comprobatur primo hæc extenſio, quia laici illitterati poſſunt eſſe iudices, quamuis neſciant legere,vnde videmus tota die,quòd Poteſtates terrarū ſunt milites illitterati: nā Ciuitas,eligendo talem illitteratum, videtur velle,quod legat per alium, hocq. verum eſſe in his, qui videntur eſſe de maioribus iudicibus, qui recitant per alios, ſcribit Bar.

in

in l. 3. ſtatutis. num. 3. q. 2. C. de ſent. ex peric. recitan. & quòd illiterati poſſint eſſe iudices, & ſententiã legere per alios, ſcribũt Archid. in cap. vlt. ſub num. 1. & Franch. num. 4. verſus finem, de ſent. & re iudic. in 6. & Salic. in dicta l. 3. ſtatutis. verſus finem, ſub num. 2. & de hac eadem re ſcripſi infra gl. 12. num. 36. ampl. 2.

Comprobatur ſecundo, quia mulier poteſt exercere iuriſdictionem, & iudicare, vt ſecutus ſum gl. ſeq. q. 2. num. 37. & ſeqq. & tamen notum eſt, quòd mulieres ſunt illitteratæ.

15 Ratio huius extenſionis eſt, quia duplicẽ quis poteſt habere ſcientiã, videlicet ſcientiã diſcretionis (quę diſcretio eſt mater omnium virtutum, cap. 3. pręſentium. 1. q. 5. & ideo cum ea agi debent omnia. cap. 1. de offic. cuſtod.) & ſcientiam poſitiuam: quantum ad ſcientiam diſcretionis dico, eam eſſe omnino neceſſariam, coniunctam etiam cum aliqua cognitione conſuetudinis, & vſus iudicandi, ſeu cauſarum, vt ſcribit Abb. in loco ſup. prox. citato, & quòd debeat habere cognitionem vſus iudicandi, ſcribunt Gl. Spec. Nep. de Montalb. & Petr. Lenaud. in locis ſupra proxime citatis, alias, ſi ſibi deficeret diſcretio, omni careret ſcientia, Abb. vbi ſupra, & conſequenter non poſſet eſſe iudex, quia eſſet potius beſtia, & qui eum ſcienter eligeret, peccaret: quantum verò ad ſcientiam poſitiuam, iam dixi non eſſe neceſſariam.

16 Non obſtat primo, ſi contra hanc extenſionẽ dicatur, quòd illiteratus æquiparatur mulieri, & infanti, qui ordinari non poſſunt, cap. fin. de temp. ordin. in 6. Innoc. in cap. 6. cum noſtris. ſub num. 1. de conceſſ. pręben. & quòd dicatur imago hominis, ſeu veluti materia quædam inutilis ſine forma, quia ſicut anima informat corpus, ita ſcientia informat intellectum, Abb. in cap. 21. prudentiam. ſub num. 1. de offic. & poteſt. iud. deleg. & Dec. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 52. de reſcrip. hincq. quidam philoſophus, vt ex Laertio refert Addit. ad Abb. in loco ſupra proximè citato, cum vidiſſet hominem indoctũ, ſedentem ſuper lapidem, dixit, lapis ſuper lapidem, ſeu verius, hoc dictum tribuitur Ariſtoteli, qui, interrogatus qua re differrẽt docti ab indoctis, reſpondidit, qua viui à mortuis; ſentiens, hominem abſque litteris ſtatuam eſſe verius, quàm hominem: multi dicuntur homines, & pauci ſunt homines, ſunt enim multi nomine, ſed pauci re, vt ex Cicer. in lib. offic. refert Abb. ibidem; ſicut multi ſacerdotes, & pauci ſacerdotes: multi nomine, pauci opere. cap. 12. multi. diſt. 40. & quòd homines illiterati non veniant appellatione hominum, ſed iumentorum, quorum ſimilitudinem gerunt, ſcribit Gomez. in regula de annali q. 47. in fine, & quòd prorſus ignari, vix poſſint homines vocari, ſed imagines hominũ, refert, & ſequitur Rebuff. tract. de priuil. ſchol. priu. 39. ſub. num. 4. tom. 18. fol. 41. & quanta ſit differentia inter litteratos, & illitteratos, cumulant Rebuff. dict. tract. de priuil. ſchol. priu. 27. num. 2. & 3. tom. 18. fol. 39. & Hier. Gonzal. ſuper 8. reg. cancell. gl. 4. num. 54. & ſeqq.

17 Non obſtat ſecundo, ſi dicatur, quòd ſicut illitteratus non poteſt ordinari, cap. fin. de tempor. ordin. in 6. cap. 10. pręcipimus. diſt. 34. & cap. 1. illitteratos. diſt. 37. & quòd cum omnino illitterato non poſſit diſpenſari, & Epiſcopus omnino illitteratus ſit deponendus, & ideo ſpetiale ſit in Papa, vt propter defectum litteraturæ non poſſit deponi, quia ex ſola hæreſi poſſit deponi, vt, multa deducendo, ſcribit Felyn. in cap. 5. ſi quando. ſub num. 13. verſ. dum gl. vſque in finem, de reſcrip. & quòd illitteratus reputetur irregularis, & ordinari non poſſit, & ſit defectus intolerabilis & indiſpenſabilis omnino, cum litteratura requiratur de iure diuino, refert, & ſequitur Gonzal. dicta gl. 4. nu. 41. & ſeqq. & quòd illitteratus reputetur adeò ineptus, vt ſit minus ordinabilis, quàm homicida, & irregularis; nam in homicidas, & irregulares poteſt cadere ius cuiuſlibet dignitatis, & eam etiam iuſtè habent, ſi cum eis fuerit diſpenſatum, & quando poſt illam adeptam fecerint homicidium, vel aliam incurrerint irregularitatem, nihilominus eam ſine alia diſpenſatione iuſtè retinent, quouſque re-
18 nunciant, vel deponuntur, † & proinde qui homicidã, ſeu alias irregularem elegerit, nõ dicitur negligens, & conſequenter poteſtas eligendi non deuoluitur ad eos, ad quos ius ſtatuit deuolui propter negligentiam habentium ius eligendi; ſecus eſt ſi fuerit electus omnino illitteratus, vel alius, in quo ius dignitatis cadere non poteſt, quia talis electio non impediret, quominus lapſu temporis per negligentiam poteſtas eligendi deuolueretur ad ſuperiorem, Innoc. in dicto cap. 6. cum noſtris. ſub num. 1. de conceſ. præben. & de clerico homicida, quòd non perdat beneficium

ficium ante ſententiam,ideoq. licitè illud retineat, ſed ſolum illud perdat poſt ſententiam, ſequitur etiam Bal.in l. 2. quod ait. S. miles. ſub num. 2. ff. de his qui not. infam. & ex eo Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus.num. 2. verſ. adde etiam, de reſcript. Ita etiam illitteratus non debeat promoueri ad munus, & dignitatem iudicandi, maximè quòd ſacerdos, & iudex videntur æquiparati, vt dixi gl. ſeq. q. 1. num. 32.

19 Quia reſpŏdeo dupliciter. Primo, quòd in clericis ad obtinēda beneficia ſimplicia ſufficit, quòd ſciant legere, & conſtruere, ſeu quòd ſciant,& poſſint recitare horas canonicas,ad quas tenentur, & quando ſint pauperes,qui non poſſint vacare ſtudio,& oportet, quod proprijs manibus quęrant victū,ſufficit quòd ſciant,ſicut ſimplices laici,& aliquātulū plus circa ſacramenta, circa quæ quotidie verſantur, & demū quòd penitus illitteratus ſit habilis ad beneficia ſimplicia, quæ non requirunt induſtriā, & conſilium, & penitus illitteratus dicatur,qui nō habet aliqua principia, dummodo ſciat recitare officium, ſcribunt ij, quos citat & ſequitur M. Ant. Genuen. in prax.archiepiſc.Neapolit.cap.119. num.1.2. & 3.& quanta ſcientia,ſeu litteratura requiratur ad beneficia,inchoādo à maiori,videlicet à papatu vſq;ad beneficia ſimplicia,vide Hier.Gonz.ad 8.reg.cancel.gl.4. nu.60.& ſeqq.vſque ad num.75.& quanta litteratura requiratur quoad ordines ſingulos ſuſcipiendos, diſponit Concil.Triden. & diſtinctè recenſet Gonz. dicta gl.4. nu. 104. & ſeqq.ſicq; adducta in contrarium non videntur obſtare. Secundo reſp. inter ſacerdotes, & iudicem, plures poſſe conſiderari differentias, ob quas illitteratus non poteſt promoueri ad ordines, & poteſt promoueri ad dignitatem iudicandi. Prima differentia eſt, quia ſacerdos debet dicere miſſam, & ideo debet omnino ſcire legere: Secunda quia miſſa dicitur in ſermone latino, & qui illum non intelligit, ineptè legeret, vnde generaret ſcandalum apud viros intelligentes Tertia quia valde indecens eſt,vt conſacret, & alia quædam ſpiritualia exerceat,& non intelligat vim illorum verborum latinorum: Quarta quia aliquando docere debet populum, & adducere ſacram ſcripturā, Hier. Gonz. ad 8.reg.cancel. gl.4. ſub num. 104. verſ. presbyteratus. Sed hæc non ſunt neceſſaria in iudice, quia ſiue ſciat legere, ſiue non, poteſt facere legi ſententiam ab alio,& poteſt ipſe proferre ſolum verbū (abſoluo) vel (condemno) & poteſt ſententiam ferre etiā ſermone vulgari, & ideo ceſſat illud ſcandalum ineptæ pronuntiationis, nec eſt adſtrictus illi formalitati verborum, quę requiritur in aliquibus ſacramentalibus: vnde mulier nunquam poteſt eſſe ſacerdos, vt dixi ſupra num. 16. & tamen poteſt eſſe iudex, vt ſecutus ſum gl. ſeq. q. 2. num.37.& ſeqq. & conſequenter non eſt bona ęquiparatio de clerico ad iudicem quoad litteras, Rebuff. tract. de priuil.ſchol.priu. 39. num. 6. tom. 18. fol. 41.

20 Non obſtat tertio, quòd indoctus dicatur ſtatua, & mortuus,ſeu illis ęquiparetur, vt retuli ſupra nu.16.& quòd imò non dicatur homo, quia dicere ſolebat Ariſtippus,ſatius eſſe fieri mendicum, quàm indoctum, quòd ille pecunijs tantum egeat, hic humanitate: nihilominus homo eſt, cui deeſt pecunia: at homo non eſt, cui deeſt eruditio; & tamen cui deeſt pecunia, petit ab obuijs;cui deeſt ſapientia,nullum ſollicitat,vt accipiat.

Quia reſp.eſſe quandam æquiparationem hyperbolicam,& exceſſiuam ad vilipendendam litterarum ignorantiam, & quando aliqua fieri poſſet æquiparatio, procederet in in illa ſpecie ignorantiæ,de qua locutus ſum ſupra num. 15.

21 Non obſtat quarto, quòd ſecundū ea,quę retuli ſup.n. 3.& q.præc.ſub n.3. iudex illitteratus ſit cœcus, qui non poteſt eſſe iudex, per ea, quę retuli q. ſeq. num. 10. & quòd ex litteris percipiatur notitia boni, & mali, quę eſt neceſſaria omnibus,pręſertim autem iudicibus.

Quia reſpon. quòd eiuſmodi æquiparationes ſunt omnino fallaces,quia fiunt etiam inter ea, quæ ſunt inter ſe valde differentia; æquiparantur enim quandoque,& quodammodo ad aliquem effectum, ſed tamen in cęteris, & in eo, de quo agitur, differunt; admitto tamen veriſſimum eſſe, quòd eruditio eſt ſemper magnificanda: nam dicebat Ariſt. eruditionem in proſperis eſſe ornamentum, in aduerſis refugium: parentes qui rectè liberos ſuos inſtituiſſent, aiebat multò honorabiliores eſſe ijs,qui tantum genuiſſent:quia ab ijs contigiſſet viuere,ab illis bene viuere.

22 Subextende primo hanc extenſionem, vt præcipuè procedat in iudicibus magnæ authoritatis, qui habent aſſeſſores, de quorum conſilio iudicant.

Sub-

23 Subextende ſecundo, vt maximè procedat, ſi eſſet vir doctus, quia iſte, quamuis neſciret ſcribere, neque legere, tamen poſſet eſſe iudex, quia, etſi ſit illitteratus quoad elementa, quibus leguntur, & ſcribuntur verba, tamen quoad res, propter quas eſt neceſſaria cognitio illorum elementorũ, eſt litteratus, & quamuis iſte caſus videatur implicare contradictionem, vt neſciẽs litteras, ſciat litteras, & ſit doctus, imò poſſit eſſe iuriſconſultus, philoſophus, & theologus, tamen non eſt caſus impoſſibilis, quia ego cognoſco Iureconſultum de Salinbenis Seneſem, qui eſt cœcus à natiuitate, didicit latine loqui, & demum iuriſprudentiam, & eſt lector in publicis ſtudijs, & ſcribit ſuum nomen; vnde poſſet quis neſciens legere, & ſcribere, diſcere latinè loqui & deinde ſciẽtias.

24 Tempera eandem extenſionem in iudice illitterato, qui iudicat per ſe ipſum, vt procedat, dummodo is habeat peritiam, ſeu cognitionem conſuetudinis iudicandi, ita enim loquuntur Gloſſæ, Spec. Abb. Nep. de Montalb. & Petr. Lenaud. quos citaui ſupra ſub num. *13.* in ipſa extenſione, & titubanter Dec. in dicto cap. 13. ſciſcitatus. num. 55. de reſcript. quare licet Domini Veneti non habeant ſcientiam iuris, tamen, quia ex conſuetudine habent peritiam cauſarum, poſſunt iudicare, & iudicant, Corſert. de poteſt. reg. q. *94.* num. 58. in fine, tom. *16.* fol. 144. quod etiam multum ſeruant Domini Genuenſes, dum cauſas, vt plurimum delegant non habentibus peritiam iuris.

Secus ſi non habeat peritiam, vel practicam, neque theoricam iudicandi, quia contra eiuſmodi iudicem poſſet excipi, quòd non poteſt eſſe iudex, & hoc eſſe notandum, quia ſæpe per ſedem Apoſtolicã committitur cauſa aliquibus, maximè prælatis religioſis, qui non habent peritiam, vel practicam, nec theoricam iudicandi, ſcribit Abb. in d. cap. ſciſcitatus. num. *15.*

Sed aduertit Abb. ibidem, quòd non requiritur, iudicem eſſe peritiſſimum, cum ex defectu ſcientiæ ſibi concedatur, vt poſſit aſſumere aſſeſſorem expenſis partium.

25 Explica eandem extenſionem, vt quamuis illitteratus diuerſimodè accipi poſſit: aliquando enim idem poteſt dici illitteratus, & litteratus ſecundum munus, ad quod aſſumitur, iuxta ea, quæ de prima tonſura, de minoribus ordinibus, de maioribus, de presbyteratu, ſcribit Hier. Gonz. ad 8. reg. cancel. gl. 4. num. 104. & de papatu, archiepiſcopatu, epiſcopatu, & alijs dignitatibus inferioribus, ſcribit ead. gl. 4. ſub num. *61.* & ſeqq. & poſſit etiam accipi diuerſimode ſecundum qualitatem eorum, qui de eo loquuntur, & ſecundum occaſionem, in qua de eo loquuntur: nam ſi inter viros eminentiſſimæ doctrinę haberetur ſermo de viris litteratis, doctrina inſignibus, eum, qui in litteris non excelleret, ſed haberet mediocrem doctrinam, nõ dicerent eſſe litteratum: ſecus ſi contingeret, vt aliquis ex plebe de eo loqueretur: aliquando illitteratus dicitur, qui ſcit legere, & ſcribere vulgariter tantum, vt ſciunt mercatores, & hic promiſcue dici etiam poteſt imperitus litterarũ, vt ex Odoff. ſequitur Bar. in auth. ſed nouo. ſub num. 1. C. ſi cer. pet. dum, nulla conſiderata differentia inter illitteratum, & imperitum, ſcribit ſimpliciter, imperitum appellari, qui nullas ſcit litteras, vel ſcit modicum, vt ſunt mercatores: aliquando verò illitteratus dicitur is, qui neſcit legere, ad differentiam imperiti litterarum, qui ſcit ſolum legere, & ſcribere, Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 10. verſ. conſidera pro prima. de reſcrip.

Tamen, omiſſis iſtis varijs acceptionibus, & ijs, quæ ſcribit Dec. in dicto cap. ſciſcitatus. num. *53.* & *54.* in terminis extenſionis illitteratum intelligo eum, quem intelligibiliori nomine vocamus idiotam, qui, vt dixi, poteſt eſſe iudex.

26 Declara nunc eandem contrariam opin. & illius extenſionem, vt quamuis in puncto iuris poſſit probabiliter ſuſtineri, vt quis poſſit eſſe iudex, quamuis non ſit I.V.D. imò quamuis ſit illitteratus.

Tamen ſecundum ſtylum, & conſuetudinem, quæ eſt optima legum, & difficultatum interpres, & quæ ſe accomodat ad ea, quæ ſecundum varietatem temporum ſunt honeſta, & rationabilia, diſtinguẽdę in primis ſunt pro plena reſolutione duę ſpecies cauſarum.

Aliquæ enim cauſę ſunt criminales, in quibus agitur de pœna mortis, ſeu de alia corporis afflictiua: & pro eiuſmodi cauſis dico indiſtinctè eligendum eſſe Iuriſperitum, qui in publico ſtudio ſit doctoratus, quia agitur de vita hominis, vt latius explicaui gl. ſeq. q. 1. num. 50. & ita communiter ſeruatur, vnde in formulis ſententiarum criminalium ſemper apparet, iudicem eſſe I.V.D. vt conſtat etiam ex initio inquiſitionis, quod nos poſuimus ſupra lib. 1. cap. 2. num. *11.*

Ali-

27 Aliquæ verò cauſæ ſunt ciuiles, ſeu mixtæ, imò multitudo cauſarum conſiſtit in cauſis ciuilibus; & in iſtis diſtinguo duo loca.

Quædam loca ſunt anguſta, habitata à pauperibus & idiotis, & conſequenter ſunt ſine viris litteratis; talia ſunt villæ, & loca ruſtica Comitatus, in quibus peragũtur cauſæ, & lites paruì momenti, ideoque ſunt citò ex bono, & æquo terminandæ, quia nec partes, ſi vellent, poſſent diu litigare: & ad huiuſmodi loca mittuntur iudices, qui ſunt notarij, & ſimiles, vt dixi etiam ſupra num. 9. & quandoque eligitur aliquis ex eodem loco, etiam ſi ſit idiota, quia hi iudices cognoſcunt cauſas ciuiles, & damni dati; & quando altera pars non vult acquieſcere, habet appellationem, & poteſt etiam ante habere recurſum ad Curiam ſuperiorem, iuxta eorum ordinamenta; cauſæ verò criminales deferuntur ad iudices ſuperiores, qui ſunt iureconſulti: hæcq. conſuetudo eſt introducta, quia vix poſſet repetiti iureconſultus, qui vellet eſſe iudex in eiuſmodi locis, in quibus modica, aut nulla eſt prouiſio, minus eſt lucrum, & nulla eſt occaſio diſcendi.

28 Quædam verò loca ſunt ampla, vt ſunt ciuitates inſignes, qualis eſt etiam Ciuitas Florentiæ: & in his locis duæ cauſarum ſpecies ſunt diſtinguendæ.

Prima ſpecies ſunt cauſæ, pertinentes ad aliquam artem, ſeu negotiationem; ideoq; ad intelligendum factum eiuſmodi cauſarum, neceſſaria eſt cognitio rerum, & qualitatum, quæ interueniunt in illa arte, ſeu negotiatione, quam cognitionem apertam, & explicitam habent illi, qui ſunt de illa arte, & negotiatione, ideoq. illi eiuſmodi cauſas, & lites in earum meritis facilè, & breuiter intelligunt, quia, vt dicit Ariſt. 1. Ethic. cap. 3. ſub num. 15. citatus etiam à S. Thom. 2. 2. quæſt. 60. art. 1. initio, *benè quiſque iudicat ea, quæ cognoſcit, & ipſorum bonus eſt index: is ergo in vnaquaque re benè iudicat, qui in illa eſt eruditus*: nam quomodò cœcus iudicaret de colore? Iureconſultus verò tardè, cum difficultate, & minus perfectè eas perciperet: &, loquendo de hac ſpecie cauſarum, dico, quòd in pleriſque ex his locis conſuetudo, & ſtatuta, ſeu illius artis adunantiæ, confirmatę à ſuperiore, diſponunt, vt cognoſcantur à magiſtratu, ſeu Conſulatu illius artis, & negotiationis, qui magiſtratus conſtat ex aliquibus ipſorum artificum, & negotiatorum: & quia quandoque in illis cauſis emergit aliquis articulus, qui requirit peritiam iuris, habent quandoque Aſſeſſorem, ſeu Auditorem, qui eſt iuriſperitus.

Ratio huius conſuetudinis, & ſtatutorum eſt, quia expedit Reip. vt iſtæ cauſæ celeriter cognoſcantur: ſiquidem vel aguntur inter artifices, qui ſudore, & laboribus victum quęrunt, & quandoque ſunt de modica importantia; vel pertinent ad mercaturam, quæ celeritatem deſiderat; atqui ſi cognoſcerentur à iureperitis, nimis diu differrentur, tum quia ipſi eas cognoſcerent inter apices iuris: tum quia nimis tardè apprehenderent quæ ſunt de illa arte, ſeu negotiatione.

29 Exemplifica hanc primam ſpeciem cauſarum in cauſis mercatorijs, quas in ciuitate Florentiæ cognoſcit Curia mercatorum; ſed cum magna reſtrictione: nam ei datur iuriſdictio ſatis ampla in omnibus; ſed poſtea, reo conuento eam declinante, valdè reſtringitur, nempè, ad merum factum tantum: quare licet iſta Curia habeat latam iuriſdictionem in quibuſcunque cauſis, quæſtionibus, litibus, & differentijs, quauis occaſione, quæ dici, aut excogitari poſſit, vt diſponitur in dictę Curiæ ſtatut. lib. 2. rubr. 1. circa initium, verſ. ſtatuirono. † tamen hæc

30 generalitas iuriſdictionis debet reſtringi ad iuriſdictionem, reſpicientem controuerſias, & lites mercatorias, & ad omnia ea, quæ conſiſtunt in mero facto, quia ſicut rubrica declarat nigrum vnius ſtatuti, ita rubrica totius voluminis ſtatutorum declarat omnia ſtatuta illius voluminis; hincque Surd. conſ. 163. arbitror. ſub num. 11. verſ. decretum autem. & num. 12. & 13. lib. 2. conſuluit, quòd liber diſtinctus in ſtatutis de cauſis ciuilibus, non habet locum in alio libro de cauſis criminalibus, & ita ſe vidiſſe ſeruatum, teſtatur Proſp. Farin. conſ. 177. num. 2. in fine, & ego ita aliquando conſului, & ſcripſi cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 1. ſub num. 69. in addit. & hoc confirmatur, quia ſtatutum, loquens de pręſtanda fide libris mercatoris, reſtringitur ad fidem ſuper re, pertinente ad mercantiam, vt ex Io. And. Rom. Iaſ. Alex. Dec. Crauet. Rolan. à Val. Menoch. Strac. & alijs latè ſecutus ſum, & comprobaui lib. proximè pręced. cap. 11. num. 148.

31 & ſeqq. † hacque ratione poſtea per legem municipalem, editam anno 1477. die 14. Iunij, quę incipit (conſiderato li magnifici)

ab huius Curiæ iuriſdictione ſunt exemptæ omnes cauſæ dotales, tàm conſtante matrimonio, quàm ſoluto: item omnes cauſę teſtamentariæ, codicillares, legatorum, fideicommiſſi, donationis cauſa mortis, vel inter viuos, & cuiuſuis vltimæ voluntatis: item cauſę de rei vendicatione, publiciana, videlicet, ſi agatur principaliter de dominio bonorum immobilium, aut de aliquo remedio recuperandę poſſeſſionis bonorum immobilium: item ſucceſſionum ab inteſtato, aut petitionis hęreditatis directæ, vel fideicommiſſariæ; ſimiliter cauſę tutelæ, & curæ, & diuiſionis rerum immobilium & finium, & demum omnes cauſæ, in quibus extaret inſtrumentum publicum ex rogitu notarij, & non ageretur de re pertinente ad exercitium xx. artium Ciuitatis Florentiæ, & vlterius prohibetur, ne in dicta Curia poſſit deueniri ad dationem bonorum immobilium in ſolutum: hæcque lex poſtea alia lege municipali incipiente (inteſo che) verſ. & inteſo. & ita anno 1502. die 23. Aprilis fuit confirmata cum hac expreſſa ratione, quia, cum prædictarum cauſarum deciſio conſiſtat potius in puncto iuris, quàm in quadam hominum opinione, conuenit, vt decidantur à iureconſultis, Conſiliarijs iuſtitiæ: & ex his conſtat, quòd Curia Mercatorum, reo opponente de incompetentia coram Dominis Tribus, non cognoſcet de his, quæ conſiſtunt in iure, & ita ſeruatur paſſim, quia Domini Tres ſemper ita declarant, nempe, Curiam mercatorum competentem pro his tantum, quę conſiſtunt in mero facto.

32 Pro vlteriori explicatione huius iuriſdictionis, quam habet Curia mercatorum, vt dixi in hac exemplificatione, excito breuiter duas difficultates.

Prima difficultas, an poſſit reperiri cauſa aliqua, in qua agatur de mero facto tantum, & conſequenter reus non poſſit dicere de incompetentia: Et concludo, quòd ſic: nam ſi actor agat ad calculum computorum alicuius libri ſpeciatim pro mero facto tantum, reus non poteſt opponere de incompetentia; & conſequenter Curia poteſt declarare, & decidere, quis, & in quanta ſumma appareat creditor, & debitor, declarando etiam, an libri ſint tenti more mercatorio Florentino: & ita videmus paſſim: non tamen poterit declarare, quis eorum ſit creditor, & quis debitor, & in quanta ſumma: & moueor, quia an illa ſcriptura, ſeu confeſſiones, in ea contentæ, præiudicent, & cui, & an ſint factæ mala fide, doloſè, & cum fraude; & an ad illam ſcripturam, & confeſſiones extendatur mandatum, ſeu permiſſum, vt in alijs terminis loquitur Bal. conſ. 252. ordo rei. verſus finem, verſ. concluſio. lib. 3. ſunt articuli iuris, de quibus nos latè ſcripſimus lib. proximè præced. cap. 11. num. 267. & ſeqq. agendo etiam de materia confeſsionum, quorum iuris articulorum mercatores non ſunt ita capaces, vt ſunt Iuriſperiti.

33 Poteſt dari etiam caſus maioris difficultatis: nam alias in facti contingentia, dum in Curia mercatorum locator egiſſet contra conductorem ad relaxationem bonorum locatorum, quia finitum erat tempus locationis, & conductor coram nobis Tribus opponeret de incompetentia, ego dicebam, Curiam mercatorum eſſe competentem, quia relaxate, vel non relaxare rem conductam, finita locatione, eſt quid meri facti, quia cōductor nolens, finita locatione, relaxare rem conductam, dicitur velle ſpoliare, quia conductor nō poſsidet ſibi, ſed poſsidet pro domino, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 6. ſub num. 37. & 38. & quando agitur ſummariè, ne quis ſpolietur, tantū abeſt, vt requiratur cognitio, & diſcuſsio iuris, vt partes ipſæ ſine vllo ordine, & ſine aliqua cognitione, & ſine iudice poſsint ſe manutenere, & defendere in poſſeſsione, etiam cum armis, vt ex Gl. Soc. Dec. Neuiz. Natt. Crauett. Menoch. & Clar. ſecutus ſum lib. proximè præced. cap. 2. num. 183. & conſequenter, ſi poteſt armis ſe manutenere, nulla requiritur cognitio legum, quia inter arma ſilent leges; vt egregiè reſpondit Marius, qui cum libertate, ſeu ciuitate donaſſet mille Camertes, eò quia viriliter pugnaſſent, & de hac data libertate, quòd feciſſet contra legem, accuſaretur, reſpondiſſe fertur, ſe inter ſtrepitum armorum verba legis exaudire non potuiſſe, vt teſtantur Plutarch. in vita eiuſdem Marij, Valer. Max. lib. 5. cap. 2. Petr. Bellin. de re milit. par. 2. tit. 9. num. 9. Capic. deciſ. 69. num. 5. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. caſ. 95. num. 28. & nos retulimus etiam ſupra libro 1. cap. 97. ſub num. 197. verſ. ſecundo reſpondeo.

34 Nec obſtat, quòd à relata lege municipali prohibitum ſit Curiæ mercatorum, ne cogno-

gnoſcat de aliquo remedio recuperandę poſſeſſionis bonorum immobilium.

Quia reſpondebam, quòd iſto caſu non agitur de recuperanda poſſeſſione, ſed agitur de defendenda poſſeſſione: nam cum locator ſit in poſſeſſione, vt dixi, & conductor velit eum ſpoliare, locator vult ſe manutenere, & defendere in poſſeſſione, & ad hãc defenſionem poteſt implorare officium, & brachium Curiæ mercaturæ, quia hæc defenſio poteſt, vt dixi, fieri etiam de facto; & ratio quare Curia mercaturæ ſit competens pro manutentione, & defenſione, & non pro recuperatione poſſeſſionis, eſt, quia recuperatio habet naturam actionis, in qua ſemper agendum eſt iuridicè; at manutentio habet naturam neceſſariæ defenſionis, quæ cuilibet naturaliter permittitur, vt dixi, etiam de facto.

Quinimò ſi ea lege non eſſet expreſsè prohibita cognitio remedij recuperandæ poſſeſſionis, & eſſent vera ea, quę dixit Cõſ. Neap. relata ab Affl. deciſ. 24. quidam. ſub num. 2. & 6. & à nobis ſupra lib. *1*. cap. 11. num. 95. Curia mercatorum poſſet cognoſcere etiam de ſpolio; nam ſi iudex, qui eſt omnino incõpetens *in cauſa* contra clericum, vt latè ſcripſi *infra* gl. 7. q. *3*. limit. 1. num. 6. & ſeqq. & ſupra lib. 1. cap. 11. num. 33. & ſeqq. poteſt contra clericum notorium ſpoliatorem procedere ad reſtitutionem rei, in qua eſt ſpolium notorium, & ratio quare poſſit, eſt, quia non procedit per viam iudiciariæ auctoritatis, ſed per viam defenſionis extraiudicialis, vt dicit Affl. & nos ex eo retulimus in locis ſupra proximè citatis: ergo idem dicendum eſſet in Curia mercatorum: Verum hęc mihi non probantur, & poſſent procedere ſolum in caſu, quo non poſſet adiri iudex eccleſiaſticus; aut interim immineret periculum irreparabile: qui caſus quomodo poſſit accidere, tu cogitabis.

35 Secunda difficultas: an Curia mercatorũ, dum cognoſcit de cauſa, quæ verè ſpectat ad mercaturam, & ſic ad ipſam Curiam, poſſit incidenter cognoſcere de articulo iuris, non obſtante, quòd reus opponat, Curiam mercaturę eſſe incompetentẽ quoad articulũ iuris.

Dico, quòd vidi pluries declaratum, quòd non poſſit, & ideo eſſe incompetentem, & ita quotidie pronunciant Rotæ Auditores, & eſt praxis inueterata, & affixa oſſibus tribunaliũ, itaut vana ſit in illo tribunali oĩs diſputatio.

36 Tamen in puncto iuris, & pro vberiori cognitione poſſunt excitari opiniones.

Affirmatiua opinio, quòd poſſit cognoſcere, ſuadetur ex eo, quia licet iuriſdictio nõ poſſit prorogari ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis, vt, loquendo de iſtamet Curia, ſecutus ſum infra gl. 7. q. 3. limit. *1*. num. *92*. & q. 4. ſpec. 3. num. 112.

37 Tamen iudex poteſt cognoſcere incidenter de articulo præiudiciali, in quo alias eſt incompetens, quia non cognoſcit de eo ad finem, vt ſuper illo expreſsè, vel tacitè pronunciet; ſed ſolùm ad finem vt poſſit cognoſcere de cauſa ptincipali, in qua eſt competens, & ideo illa cognitio ſuper articulo, in quo eſt incompetens, nullum facit partibus præiudicium, per ea, quæ dixi infra gloſ. 7. q. 4. ſpec. *3*. num. 80. 81. & 8*3*.

38 Negatiua opinio, quòd non poſſit cognoſcere, ſuadetur tùm ex eo, quòd prorogatio non fit ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis, vt dixi hic ſupra, tum ex his, quæ ſcripſi infra gl. 14. quæſt. 1*9*. num. 21.

39 Verum ad inueſtigandam reſolutionem, quoad poſſumus claram, conſidero duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando Curia mercatorũ, ſeu ſimilis Curia procedit executiuè in aliqua cauſa, & reus opponit de aliqua cauſa, ſeu articulo pręiudiciali, qui requirit proceſſum ordinarium, & executio eſt retractabilis: & iſto caſu concludo, quòd Curia, procedens executiuè, poteſt procedere ad executionem, non obſtante illa pręiudicialitate, in qua eſſet incompetens, prout declaraui inf. d. q. *19*. nu. *94*. & ita euaneſcit difficultas.

Secus eſt, ſi in iſto caſu daremus executionem, quę eſſet irretractabilis, quia tunc eſſet prius cognoſcendum de articulo præiudiciali, per ea, quę dixi ead. q. *19*. ſub num. 11*6*. verſ. ſublimita. & num. 122. & ideo intraret difficultas, an Curia, quæ eſt incompetens, poſſit cognoſcere.

Secus etiam eſt quoad exceptiones dilatorias, quę reſpiciunt legitimationem perſonarum, & ſimilia, quia cum in iſtis nõ requiratur proceſſus ſeparatus, & ideo multò minus requiratur ordinarius, de iſtis eſt prius cognoſcendũ, vt latè explicaui in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 17. & ſeqq. & dixi infra d. q. 1*9*. num. 87. & 8*9*. & hoc eſt verum, etiam ſi in iſta legitimatione conſumaretur plus temporis, quàm in vna cauſa ordinaria: & ideo intrat eadem difficultas, de qua agemus in ſequenti caſu.

40 Secundus caſus eſt, quando inter cauſam

principalem,& cauſam,ſeu articulum præiu-
dicialem non eſt iſta diuerſitas proceſſuũ, &
cognitio vnius ita dependet à cognitione al-
terius,vt vna faciat rem iudicatam in altera:
& iſto caſu concludo, eſſe prius cognoſcen-
dam cauſam,ſeu articulum præiudicialem,
prout latè explicaui d.quęſt. 19. & hoc pro-
cedit ſiue articulus præiudicialis cognoſca-
tur ab eodem iudice, vt in eadem quæſt. 19.
num.9.& ſeqq. & num. 23. & ſeqq. ſiue co-
gnoſcatur ab alio, vt dixi eadem quæſt. 19.
num.21.80. & ſub num. 86. quia minuendæ
ſunt lites, vitandi ſunt circuitus, & intrica-
tio proceſſuum, & perplexitas ſententiarum,
vt dixi eadem quæſt.19.num.10.11.& 12.&
in meo tract.de commerc.§.7.gl.5.num.59.

Inferebam alias ex concluſione huius ſe-
cundi caſus,quòd ſi tertius pro liberãdo fun-
do cenſuato, quem poſſidet, realiter obtule-
rit cenſuatori pretium cenſus, & illo obla-
tionem recuſante,pretium illud,ſeruata con-
ſtitutione de cenſu,depoſuerit; &,orta dein-
de lite inter ipſum tertium,& cenſuatorem
ſuper extinctione cenſus, ſit ad tertij fauo-
rem pro extinctione lata ſententia, & ab ea
cenſuator appellauerit, & quia appellatio-
nem non fuerit proſecutus, cauſa ſit deſer-
ta, & ſucceſſiuè ad tertij inſtantiam ſit com-
miſſa cauſa dictæ deſertionis, executionis
ſententię, & taxationis expenſarum; ſed in-
terim cenſuator egerit contra fideiuſſorem
cenſus, & per viam cuiuſdam manutentionis
eum iudicialiter coegerit ad ſoluendum fru-
ctus cenſus interim decurſos:& hic fideiuſſor
ſaluiano interdicto agat contra hunc ter-
tium coram alio iudice, & tertius coram eo
excipiat de re iudicata ſuper extinctione
cenſus, & de ea doceat per commiſſionem
executorialem, in actis præſentatam, parte
citata; inferebam, inquam, quòd iſte iudex
debebat ſuperſedere, & abſtinere à ſentẽtia,
quia cauſa extinctionis cenſus eſt præiudi-
cialis cauſæ ſaluiani interdicti;nam licet ſal-
uianum interdictum ſit ſummarium,tamen
non eſt executiuum,ſed imò cauſa executio-
nis rei iudicatæ eſt executiua.

41 Verum ſi iſto caſu iudex, qui cognoſcit
de cauſa principali,ſit incompetens reſpectu
articuli præiudicialis; vrget tunc difficul-
tas, excitata ſupra num. 35. an iudex poſſit
de eo cognoſcere: & quidem reſponſio non
poteſt eſſe vniformis: nam aut iuriſdictio
eſt prorogabilis ad illum articulum præiudi-
cialem, & tunc poteſt de eo cognoſcere,
per ea, quæ, loquendo de prorogatione
per viam reconuentionis,ſcripſi infra gloſ.7.
quæſt.4.ſpec.3.num.77.& 91. quia qui vult
conſequens, vult etiam omne neceſſarium
42 antecedens ad illud: † aut iuriſdictio non eſt
prorogabilis ad illũ articulũ præiudicialem:
& tũc opus,& labor, in quo conſidero adhuc
duos caſus: Primus caſus eſt,quando articu-
lus præiudicialis habet naturam exceptionis
declinatoriæ, vt puta,ſi captus à Curia ſecu-
lari, dicat ſe eſſe clericum, & oſtendat in-
ſtrumẽtum clericatus: & iſto caſu dico,quòd
Curia ſecularis poteſt videre, & ſummariè
cognoſcere de illo inſtrumento ad effectum
cognoſcendi de clericatu, vt dixi infra gl.7.
43 quæſt. 4. ſpec.3. num. 83. † Secundus caſus
eſt,quando ille articulus pręiudicialis habet
naturam exceptionis peremptorię, & ideò
reſpicit merita cauſæ, & ab eo pendet ſen-
tentia ferenda ſuper cauſa principali; & iſtó
caſu rurſus diſtinguo: vel cauſa principalis
habet ſemper in ſe articulum pręiudicialem
inſeparabilem, tanquam de eſſentia & for-
ma ſubſtantiali ipſius cauſæ principalis: &
tunc concludo, quòd aditus ſuper cauſa
principali, poteſt cognoſcere de illo articulo
præiudiciali; quare iudex criminalis, pro-
cedens ſuper querela furti,poterit cognoſce-
re,an res, quæ aſſeritur furata,ſit ipſius que-
relantis, quamuis hęc cognitio ſpectet ad
iudicem ciuilem, iuxta ea, quę ſcripſi infra
gl.14. quęſt.19. num.42. & ſeqq. quia aliàs
fruſtra videretur data iudici criminali pote-
ſtas procedendi ſuper furtis:dico tamẽ,quòd
ſi de dominio rei penderet lis coram iudice
ciuili, non poſſet poſtea altera pars accuſare
de furto, quia cauſa ciuilis pręiudicaret cri-
minali, vt latè explicaui dicta quęſt. 19.
44 num.20.& ſeqq. † vel cauſa principalis non
habet de ſui natura illum articulum pręiudi-
cialem, ſed contingit illum habere, & tunc
dico,quòd non poteſt de eo cognoſcere,ſi ſit
omnino incompetens,per ea,quę ſcripſi ead.
quęſt.19. num.21. & ſup.lib.1.cap.14.nu.3.
45 ſi † verò non ſit omninò incompetens, tunc
ſunt opiniones,de quibus,& quam nos ſecuti
ſimus in certo caſu,vide inf.gl.7.q.4.ſpec.3.
46 nu.85.& ſup.lib.1. cap.14.n.2.† Duo tamen
ſunt aduertenda:primum,quòd licet Doct.in
iſto vltimo mẽbro, quãdo iudex non eſt om-
nino incompetens, firment, iudicem ciuilem
poſſe torquere teſtes,& ita nos ſecuti ſimus;
tamẽ in praxi nunquã hoc vidi ſeruatũ, neq;
47 vnquã in ęternũ ſeruaret Rota.† ſecũdũ,quòd
licet

licet iudex ſit omnino incompetens, & ideo non poſſit cognoſcere de articulo præiudiciali; tamen ſi notoriè conſtaret, articulum præiudicialem non habere locum, & conſequenter eſſe calumnioſè ſuppoſitum ad ſugiendam, ſeu differendam ſententiam, poſſet iudex, nulla de illo articulo præiudiciali habita conſideratione, procedere ad vlteriora.

48 Secunda ſpecies ſunt cauſę, quæ habent factum, quod non eſt de arte, vel negotiatione; ideoque non ab artificibus, aut aliter idiotis percipi, & decidi poſſunt, ſed ſolum à iureconſultis; & loquendo de iſtis cauſis, in quibus maior conſiſtit vniuerſitas cauſarum; dico, quòd conſuetudo ſeruat, vt non eligantur iudices, niſi ſint iuriſconſulti, quia ſæpè agitur de toto aſſe, de magnis, & opulentis ſucceſſionibus, de creditis, & negotijs magni valoris, & de intellectu difficilium legum tàm communium, quàm municipalium: Vnde in iſtis inſignibus ciuitatibus conſtituuntur tribunalia ſuprema, quæ varijs vocantur nominibus; & in his tribunalibus iudicant viri, qui non ſolum ſunt iureconſulti, doctorati in publicis ſtudijs, ſed ſunt doctrina, & experientia eminentes, quia alias non eligerentur, vt dixi etiam ſupra num. 5. & ab hac conſuetudine noſtra tàm in Italia, quàm extra non cenſeo re ipſa diſcrepare conſuetudinem Venetiarum, quia etſi illic noſtris non vtantur legibus, vt retuli libro præced. cap. 11. ſub num. 380. verſ. comprobatur. ideoq. non quærant iureconſultos; tamen vtuntur iuriſconſultorum doctrina, & viris doctis cauſas difficiles committere deberent.

In eligendis eiuſmodi iureconſultis debet Ciuitas, Reſp. ſeu Princeps cauere, ne culpoſè malam faciat electionem, quia ſaltem in foro conſcientię poſſent teneri ad damna, quæ iudices ſubditis intuliſſent; quales autem eligere debeat, dixi gl. ſeq. quæſt. 1. nu. 41. & ſeqq.

Et hæc conſuetudo eligendi iuriſperitos eſt rationabilis, ſalubris, & optima, quia ad munus, ſeu officium eligi non debet, niſi is, qui illud peritia, & experientia benè valeat explere, per ea, quæ adducit Hier. Gonz. ad 8. reg. cancell. gloſ. 4. num. 75. nam benè quiſque iudicat ea, quæ cognoſcit, vt dixi ſupra num. 28. & infra gloſ. 13. ſub num. 2. Sed munus iudicandi, & decidendi lites, & controuerſias nemo poteſt explere, niſi iuriſperitus, quia ipſe iſtam habet peritiam, vt ſatis hoc videtur expreſſiſſe etiam Imper. in procem. Inſtit. §. vlt. a me citatus ſupra ſub num. 1. ergo is eligendus eſt.

Et dicere hic non prætermitto, quòd cum hoc munus decidendi controuerſias ſit excelſum, per ea, quæ, loquendo de iudicibus, ſcripſi gloſ. ſeq. q. 1. num. 1. & ſeqq. & num. 34. & loquendo de aduocatis, ſcripſi infra gloſ. 9. num. 25. & loquendo in vniuerſum de iuriſprudentia, ſcripſi quæſt. præced.
49 num. 27. litterati, & præſertim iuriſperiti, qui illud explere poſſunt, vt dixi ſupra, ſunt multum honorandi, & tantum quantum alij in dignitate conſtituti, Rebuff. tract. de priuil. ſchol. priu. 39. num. 34. tom. 18. fol. 41. & de eorum laudibus, & nominibus honorificis, quibus appellantur, copioſè ſcripſit Barth. Bolognin. in auth. habita. num. 29. & ſeqq. C. ne fil. pro patr. inter Repeten. tom. 7. fol. 422. nam litterati in eccleſia dicuntur ſtellæ, & fulgent, veluti ſplendor firmamenti, cap. vlt. de magiſtr. Marſ. in prax. crim. §. aggredior. num. 68. & Rolan. à Vall.
50 conſ. 47. viſis iuribus. nu. 77. lib. 1. † & eorum ſcientia totus mundus illuſtratur, dicta auth. habita. C. ne fil. pro patr. & ideo Princeps iure naturæ adſtringitur ad illis remunerandum, vt refert, & ſequitur Gonz. dict. gloſ. 4.
51 num. 30. & ſeqq. † & eccleſia illis multum ſauet, cap. 28. de multa. in fine, de præben. quia eccleſia vniuerſalis illis multum indiget, cap. 34. cum ex eo. de elect. in 6. & Staph. de litter. grat. tit. nobilis inferior, &c. num. 4. fol. 264. in paruis, in impreſſis Romæ, & ijs non ſolum indiget eccleſia, ſed generaliter quilibet Princeps, quia, remotis viris litteratis, Principes nihil aliud poſſident, niſi ſaccum & peram, Prob. in add. ad Io. Monac. in cap. 11. ſtatutum. num. 18. de reſcrip. quapropter fertur, quòd Alexāder Magnus, reſtituendo regnum, & bona, non reſtituebat ſapientes, ſed eos penes ſe retinebat, & dicebat, Principem pecuniam vtiliter expendere, dum emit regnum, vt ſapientem, in eo habitantem, acquirat; & fertur etiam, Sigiſmundum Imperatorem ſocerum Alberti, amantiſſimum ſcientiarum, & litterarum, cū reprehēderetur à Principibus Germanis, qui latinū ſermonem odio habebant, quòd nimis faueret viris litterarum virtute florentibus, ſanguine tamen ignobilibus, reſpondiſſe: cur vultis, vt non amem eos, quos na-
52 tura alijs prætulit? † nam ſicut in natura animus eſt corpore præſtantior, ſic quoque inge-

Digitized by Google

ingenij dotes pulchriores ſunt dotibus & in-
ſignijs exterioris nobilitatis? & certè fuit ſa-
53 piens reſponſio, † quia ſcientia nobilitat,
Rebuff.d.tract.de priuil.ſchol.priu.45. nu.1.
& ſeqq. fol. 42. & litterati ſunt magis pro-
priè nobiles, quàm nobiles ex genere, per ea,
quæ ſcribũt Staph.d. tit.nobilis inferior,&c.
ſub num.3.& ſeqq. & Prob.in addit. ad Mo-
nach.in d.cap.ſtatutum. num.8. & ſeqq. vn-
de litteratis conuenit illud Pſal.112.num.7.
& 8. *ſuſcitans à terra inopem, &c. vt collocet
eum cum principibus*. hi namque ſunt Prin-
cipum conſiliarij, Rebuff. tract. de priuil.
ſchol.priu.43.num.2.tom.18. fol.42.hi mo-
res, & cætera, quę ad ſocietatem pertinent
humanam, moderant, & componunt, vt
ſcripſi quęſt. pręced. ſub num.27. & demum
Doct. legum ſunt omni tempore & loco fœ-
lices ſecundum Bal. in procem. digeſtorum,
in prima Conſtitutione, §.itaque, nu.9.nam
abundant etiam diuitijs, quia, vt dicit text.
in auth.de hæred.& falc. §.fin.in fine, coll. 1.
leges non permittunt, illarum profeſſores
viuere in paupertate, neque in anxietate
mori; vnde habemus notiſſimos verſus, *Dat
Galenus opes, & ſanctio Iuſtiniana: Ex alijs
paleas, ex iſtis collige grana*. Rebuff.tract.de
priuil. ſchol. priu.43.num.1.tom.18. fol.42.
54 Verum prædictis videtur obſtare, quia
non omnis doctus, & litteratus efficitur ho-
nore, & dignitate ſublimis, nobilis, & diues:
nam ſi cum doctrina non ſit coniuncta boni-
tas, verè forſan locutus eſſet Senec.epiſt.95.
ſub num.10.fol.189.alibi epiſt.1.lib.15.dum
inquit, *docti poſtquam prodierunt, boni de-
ſunt: ſimplex enim illa, & aperta virtus in
obſcuram, & ſolertem ſcientiam verſa eſt, do-
cemurq. diſputare, non viuere*. ſimiliter ſcien-
tia non facit propriè nobilem, ſed virtus, vt
ſecutus ſum gl.ſeq. quęſt.1.ſub num.53. ne-
que omnes litterati, & iuriſperiti ſunt diui-
tes; nam Rebuff. tract.de priuil. ſchol. priu.
22. ſub num.1.tom.18. fol. 38. dicit, quòd
hodie docti eſuriunt, & contemnitur ſcien-
tia, cum omnia pretio comparentur, & Marſ.
qui fuit Iuriſconſultus excellens in loco à
me citato d.gl.ſeq.quæſt.1.ſub nu. 60. verſ.
multa. paupertate forſan preſſus, ſcribit,
quòd text. in d.auth.de hæred. & falc. men-
titur, & eius ſcriptum videtur confirmari du-
plici teſtimonio, primo ex extrauag. Ioann.
22. execrabilis. de præben. in illis verbis,
*quæ multis litteratis viris, vitæ puritate, ac
teſtimonio famæ pollentibus, qui mendicant,*

Secundo ex eo, quod habetur Eccleſ.9.num.
11.ibi, *nec doctorum diuitias*.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

Iudices ſunt tanquam Dij, num. 1.

Principes Chriſtianiſſimos Francorum quare aliquis appellet Deos in terris, num. 2.

Deus eſt ſummum bonum, num. 3.

Iudex quare debeat eſſe bonus, ſub num. 3. & ſeqq.

Iuſtitia non habet commercium cum homine ſcelerato, num. 4.

Iudex quare eligi non debeat is, qui habet malos mores, &c. num. 5.

Iudex, ſi fieri poſſet, deberet eſſe ſine vlla macula peccati, num. 6. & ſeqq.

Peccatum, & iuſtitia non poſſunt ſimul ſtare, num.12. in fine.

Inquiſitus poteſt opponere contra iudicem, quòd eſt criminoſus, num. 7. Contrarium, *ſub num. 21.*

Iudici criminoſo poteſt dici illud (eijce primum trabem de oculo tuo) num. 14.

Iudex poteſt eſſe etiam is, qui eſt peccator, num.16. Et quomodo hoc ſit verum, & quomodo non, num. 18.

Condemnare ſe ipſum nemo poteſt, num.9.

Iuſtitia in hoc differt à reliquis virtutibus moralibus, quòd illæ ſunt in ordine ad ſe ipſum, iuſtitia verò in ordine ad alium, num. 10.

Iudicandi auctoritas non debet procedere à ſola cathedra, ſed à cathedra, & recta vitæ ratione, ſub num. 11.

Viſus, qui de coloribus iudicat, ab omni colore eſt alienus, num.12.

Iudex, qui condemnat alium de eodem genere peccati, in quo eſt ipſe iudex, peccat, num. 13. & 20.

Scandalum generare eſt peccatum &c. nu.13.

Serui non poſſunt eſſe iudices, num. 14. & 15.

Seruus dicitur qui eſt addictus vitijs, &c. etiamſi regnet, num. 15.

Liber dicitur, qui eſt bonus, etiamſi ſeruiat, ſub num. 15.

Iudex an facilius repellatur, quàm teſtis, num.7. & 19.

Crimen ſeu delictum etiam publicum non repellit iudicem ordinarium a. iudicando,

num.

num. 21. Et ideo requiritur ſententia,&c. num. 22.
Deus eſt ipſiſſima iuſtitia,num.23.
Iudex qua ratione debeat eſſe iuſtus, num. 23.
Iudex iniuſtus non eſt iudex, ſub num.23.
Reges dicuntur à rectè gerendo, num.24.
Reges, non faciendo recta, amittunt nomen Regis, ibidem.
Rex iniuſtus dicitur tyrannus, ibidem.
Regna, remota iuſtitia, non ſunt aliud, quàm latrocinia, ſub num. 24.
Iudex iniuſtus quomodo videatur etiam falſus, num.25.
Sententia iniuſta quomodo videatur nulla ex defectu iuriſdictionis, num.25.
Iudex vt iuſtam ferat ſententiam, tenetur etiam iuſtè eam ferre, num. 26.
Iniuſtus iudex dicitur qui non ſecundum iura, ſed ſecundum ſuam voluntatem fert ſententiam, ſub num.26.
Iniuſtus dicitur qui mouetur muneribus,qui vtitur ſtatera doloſa, qui alijs imperat, quod à ſe vult omnino abeſſe, qui eſt acceptator perſonarum,&c.ſub num. 26.
Iudex,qui delinquentes dimittit impunitos, quàm grauiter peccet, quare, & quomodo puniri debeat,ſub num. 26. exempl. 3.
Iuſtitiam facere debet iudex ex amore, & habitu iuſtitiæ, & non ex prauo affectu, quia grauiter peccaret, quamuis iuſtam ferret ſententiam,num.27.& ſeqq.
Aduerbia remunerat Deus, non nomina, ſub num. 30.
Iuſtitiam non facit integrè, qui tardè eam facit, &c.ſub num. 30. exempl. 5.
Iudices erant ſacerdotes, & qua ratione hodie etiam debeant eſſe religioſi, num. 32.& ſeqq. & num. 37.
Imperator reputatur tanquam ſacerdos, &c. num. 33.
Leges dicuntur ſacratiſſimæ, num. 33.
Iudex, & Aduocatus, ſi bene vtatur legibus, meliorem eligit vitam, quam alius religioſus, num. 34.
Iuſtitia placet Deo magis,quàm imolatio boſtiæ, num. 35.
Clerici ſunt honorabiliores, quàm Monachi, num. 36.
Religioſi qui propriè dicantur, num. 37.
Iudex debet eſſe iuriſperitus, & ſapiens, &c. num. 39.
Virtus, & non loci, aut generis nobilitas ſibi gratiam comparat, num. 40.
Princeps tenetur eligere iudicem idoneum, & quare, num. 41. & ſeqq. Sufficit tamen, quod vtatur debita diligentia, ſub num.43.
Iniuriam dignis, ſeu dignioribus, & litteratis facit Princeps, dum ad iudicandum eligit indignos, ſeu minus idoneos, num. 42.
Princeps debet eligere magiſtratus, & iudices ſecundum qualitatem officij & regiminis, cui debent præeſſe, num. 28. & ſeqq.
Iudex, lædens partem, tenetur illi, &c. num.43.
Patronus licet non eligat digniorem, tamen ſufficit, quòd elegerit dignum, num.44.
Iuſtitia quotuplex, & quæ conditiones requirantur in ea, num. 45. & 46.
Conſiliariorum munus, & officium, num. 48.
Gubernatorum munus, & electio, num. 49. & 50.
Iureconſulti ex ſolo priuilegio non debent eligi ad iudicandum, num. 51.
Lectores ſæpè vadunt per ambages, & non habent peritiam iudicandi, ſub num.51.
Experientia eſt rerum magiſtra, num.52.
Praxis eſt ſicut lapis, quo probatur aurum, num.52.
Experientia eſt neceſſaria, præſertim in iudicibus, qui præſunt iudicijs capitalibus, num.53.
Ignorantia iudicis plerumque eſt calamitas innocentis, ſub num.53.
Nobilitas vnde ſumatur,& quòd ſumi debeat à virtute, ſub num. 53. verſ.quantum. & ſub num.55.& num.57.
Philoſophia non accipit, ſed facit nobilem, ibidem.
Nobilitas, proficiſcens à ſola virtute, non dat prælationem quoad omnes dignitates, quibus regitur mundus, num.54.
Imperator debet eſſe virtute, & ſtirpe nobiliſſimus,& quare, ibidem.
Nobiles in Rep. dicuntur illi, qui ſecundum ordines illius Reip. ſunt declarati nobiles, num.55.
Virtuoſus quis dicatur, ſub num.55.
Scientia nobilitat, ſub num.55.
Cauſidici dicuntur nobiliſſimi, ſub num. 55.
Nobilitas vera eſt in ſancto, num.56.
Iudex debet eſſe conſtans, num.58. Debet habere prudentiam, num.59.
Iudex bonus qualis eſſe debeat, num. 60.
Iudex malus quid agat, ſub num. 60.

QVAE-

1 QVAERO primo quis ſit verè iudex, & conſequenter qualis eſſe, & eligi debeat? Reſpondeo diſtinguendo: Aut conſideramus qualitates excellentes, quæ procedunt, & pendent à virtute: Aut conſideramus qualitates, quę pendent, & procedunt à natura, ab honeſtate, & moribus.

Quæro igitur, conſideratis primis qualitatibus, conſiſtentibus in virtute, qualis debeat eſſe iudex.

Concludo, quòd iudices, cum iudicent in Dei nomine, & tanquàm eius miniſtri, vt late explicaui ſup. gl. 1. q. 1. nu. 1. & ſeqq. & num. 7. & ſeqq. ſunt, & eſſe debent tanquam Dij, Exod. 2. num. 8. & 9. *ſi latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit, quòd non extenderit manum in rem proximi ſui ad perpetrandam fraudem tàm in boue, quàm in aſino, & oue, ac veſtimento, & quicquid damnum inferre poteſt: ad Deos vtriuſque cauſa perueniet, & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo.* & Pſal. 81. nu. 1. & 6. & ſcribunt, aliaque citant loca Abulen. ſuper Exod. 22. q. 7. fol. 416. par. 1. & Marq. de Suſan. tract. de iud. & al. infid. par. 2. cap. 6. num. 14. fol. 46. tom. 14. & quòd olim qui iudicabant, dicerentur Dij, patet ex his, quæ ex S. Auguſt. retuli infra gl. 14. q. 23. ſub nu. 55. in ſecunda regula. & quòd in Exod. iudices multitudinis vocentur Dij, ex S. Tho. refert, & ſequitur Franc. Lucan. Parmenſ. tract. de fiſc. & eius priuil. par. 1. num. 139. tom. 12. fol. 9. & ex eo Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 2. col. 3. verſus finem:

2 vnde† ſi Chriſtianiſſimi Frãcorum Principes appellentur Dij in terris, vt appellari ſcribit Io. Montaign. tract. de auct. magn. conſ. num. 128. poſt deciſiones Boerij, hæc appellatio hac videtur defendi ratione, quòd ſunt ſupremi Iudices.

3 Infero primo ex hac concluſione (& ſatiſfacio plenius quæſito) quòd cum iudices ſint tanquam Dij, ſintque eius miniſtri, & Deus ſit bonum, S. Thom. in ſumm. par. 1. quæſt. 6. art. 1. imò ſit ſummum bonum, vt dicit ead. quæſt. 6. art. 2. quia, *nemo bonus, niſi vnus Deus*. Marc. 10. num. 19. & iſte terminus, Deus, ſecundum cõceptionem omnium apprehendentium ſignificat id, quo nihil melius eſt, Abulen. ſuper Exod. cap. 5. verſ. quæritur quomodo. fol. 54. par. 1. iudex debet etiam ipſe eſſe bonus, tum quia miniſter Dei in iudicando debet eſſe, dum iudicat, aſſimulari, Leuit. 19. num. 2. *ſancti eſtote, quia*

4 *ego ſanctus ſum*, † tum quia iuſtitia cum ſcelerato homine non poteſt habere commercium, cap. 10. forus. in fine, de verb. ſignif. tum quia in maleuolam animam non introbit ſpiritus ſapientiæ, tum quia, ſi eſt bonus, ſuggeret ei Deus bona conſilia, & modum ſoluendi dubia cauſarum, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 86. ſub num. 3.

5 Extende hanc illationem, vt ſit adeo vera, quòd iudex, qui improbis eſt moribus, quacunque ſcientia, & quauis prudentia (quæ in viro prauo eſt aſtutia) emineat, ad hanc iudicandi, & regendi prouinciam nunquam eligi debeat: nam etſi artem, quæ conſiſtit ſolo intellectu, poſſit vir nequam probè exercere, vt fidibus dulciter canere, pulchre pingere, & eiuſmodi, tamen practicam, quę in iuſtitię adminiſtratione eſt poſita, nemo, niſi virtutum vniuerſitate ſit prædItus, iuſtè exequi valet, quia regere, atque imperare prudentiæ munus eſt, prudentia autem cunctas ſecum habet virtutes connexas, & potiſsimum prudentia iudicis, Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. q. 6. art. 4. ibi, nemo qui improbis. fol. 271. col. 2.

6 Infero ſecundo ſeu potius ſubinfero, reſoluendo vlterius quæſitum, quod iudex (ſi fieri poſſet) deberet eſſe ſine macula peccati, & ſine delicto, vt alienũ poſſit punire, hocq. patet ex eo, quòd cum Pharifæi tentatiuè interrogarent Chriſtum, an mulierem adulteram liceret lapidare, quaſi, ſi mulierem diffamatam iuberet lapidari, videretur perdere manſuetudinem, ſi autem, quod lex iuſſerat, prohiberet, peccaſſe teneretur in legem, vt conſiderat S. Auguſt. in ſerm. 94. erudimini. ſub litt. C. fol. mihi 265. tom. 10. Chriſtus eis reſpondit. *Qui ſine peccato eſt veſtrũ, primus in illam lapidem mittat*. vt in Io. 8. num. 7. & in cap. 3. qui ſinè. 3. q. 7. qua ſanè reſponſione nonne omnis iudicans terram, terremotum patitur, vt dicit S. Auguſt.

7 in loco ſup. proxime citato? † & quòd inquiſitus propterea poſſit opponere contra iudicem, quòd eſt criminoſus, videtur tenere Gl. 1. in verbo, ad inquirendum. ibi, item ſi ille. num. 30. in cap. 24. qualiter & quando. de accuſat. & hoc legali ſuadetur argumẽto; quia facilius repellitur iudex, quàm teſtis, vt ſecutus ſum infr. gl. 10. num. 32. Sed teſtis repellitur propter crimen, cap. 54. teſtimoniũ. de teſtib. ergo multò magis repellitur iudex.

Ratio,

Digitized by Google

8 Ratio huius illationis eſt multiplex.

Prima, quia inter agentem,& patientem cõditio eſt oppoſita,vt inter medicũ,& infirmũ; inter oculatũ, & cœcum; inter ſtantem, & lapſum:alioqui ſi ſint in conditione æquali, non poteſt inter eos dari actio, & paſsio: infirmus enim nõ medicat infirmũ,cœcus nõ ducit cœcum,& lapſus non ſubleuat lapſum.

Sed officium iudicis eſt officium agentis; & officium rei condemnandi eſt officium patientis: ergo iudex, qui vult,puniendo, agere in peccatorem,& delinquentem, non debet eſſe etiam ipſe in eodem, vel alio peccato, ſeu delicto, quia tunc videretur agere etiam in ſeipſum, & ſeipſum iudicare, vt dicit Apoſt. ad Rom. 2. num. 1. *in quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas*. S. Tho. 2.2. q.60.art.2.verſ.præterea. text. in cap.4. iudicet. 3.quæſt.7. ait. *iudicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in ſe ipſo condemnet: iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda, ne cum de alio*
9 *iudicat, in ſe ferat ipſe ſententiam*. † vltra, quòd nemo poteſt condemnare ſeipſum, tum quia par in parem non habet imperium, per ea, quę latè ſcribit Abulen. in Matt.5. q. 112. verſ.ad ſecundum. in fine, & verſ. de
10 ſeipſo.fol.164. col.1 par.2. † excepto caſu in Papa, de quo infra q. 7. num.48. tum quia hæc eſt differentia inter reliquas virtutes morales, & iuſtitiam, quòd illæ hominis mores componunt in ordine ad ſeipſum, iuſtitia autem in ordine ad alium, vt ſecutus ſum in meò tract. de commerc.§.2. gl.5. ſub num.89.in prima inſpect.& §.6.gl.1.num.12.
11 præterea † improbum eſt arguere quicquam in alio, quod adhuc reprehendit in ſeipſo, Iſid. de ſum. bon. lib. 3. cap. 32. & nequaquàm purè in membro conſiderat oculus, quẽ puluis grauat, & ſuperiectas ſordes tergere non valent manus, quæ lutum tenent, hincq. dico, quòd non ex cathedra ſola,ſed ex cathedra,& recta vitę ratione ſumere debet iudex auctoritatem iudicandi, cap. 12. multi ſacerdotes. diſt. 4. *in iudicio enim ſedens, ſiquidem benè vixeris, & benè docueris, omnium iudex es, ſi autem benè docueris, & malè vixeris, tui ſolius condemnator eris.*

12 Secunda eſt ratio, quia viſus, qui de coloribus iudicat, ab omni colore eſt alienus; alias ſi aliquo inficeretur colore, eundem colorem in nullo poſſet obiecto percipere, vt dicit Sot.de iuſt. & iur. lib.3. q.4. art. 2. fol. 230. col. 2. initio, ſeu aliter, ſicut pupilla oculi omni caret colore, vt omnium colores percipiat, & diſcernat, quia ſi aliquem priuatum colorem haberet ſibi natum, omnia viderentur ei eſſe illius coloris, ſiquidem ille,intus exiſtens, omnes alios redderet ſibi ſimiles, vt dicit Mich. Sal.ad S. Thom.2.2. q.60.art.2.concl.2. verſ. hi duo poſteriores, verſus finẽ, fol.63. vel apertius ſicut videns ex ſpecillis coloris viridis,quicquid aſpicit, apparet viride,& alios nõ diſtinguit colores; & ideo debet videre ex ſpecillis ſine colore, ita etiam iudex,qui aliena peccata,& delicta debet cognoſcere,& iudicare, ab omni peccato & delicto debet eſſe alienus; alias non benè diſcerneret.

Confirmantur hæ duę rationes,quia iuſtitia non eſt aliud,quàm non peccare, vt explicat S. Hier. in epiſt. ad filiam Mauritij.

Quomodo ergo in iudice ſtabunt iuſtitia, & peccatum?

13 Tertia ratio eſt,quia generare ſcandalum eſt peccatum, vel mortale, vel ſaltem veniale, & ſemper tantò grauius eſt, quantò perſona, quæ illud dat, eſt magis patens omniũ oculis: ſed iudex, qui iudicat eadem peccata, quæ ipſe committit, eſt cæteris ſcandalo,quia ipſe eſt vrgens cauſa, vt illi conquerantur,quòd ipſe puniat in alijs,quę ſunt in ſeipſo, ſicque iuſtitia venit etiam in contemptum, cum populus videat, illam eſſe inęqualem,& conſequenter non eſſe iuſtitiã, cum de eius proprietate ſit, vt ſit æqualis; ergo iudex,qui eſt in eodẽ, vel alio delicto, non debet alium delinquentem condẽnare.

14 Quarta, quia cum iudicans alium, profiteatur,ſe eſſe mundum à crimine,tunc iudex efficitur hypocrita, cui Chriſtus in Matth.7. num. 3. & ſeqq. & Luc. 6. num.41. & ſeqq. dixit: *quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui,& trabem in oculo tuo non vides? aut quomodo dicis fratri tuo: ſine eÿciam feſtucam de oculo tuo,& ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita, eÿce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eÿcere feſtucam de oculo fratris tui*, & ſic facilius eſt, de alienis iudicare, quàm de ſuis: dum aliorum pręcipitium vident, non perſpiciunt, quid ante ſuos pedes ſit, ad quod facit illud Horatianum: *Nam tua cum videas oculis malè lippus inunctis, Cur in amicorum vitÿs tàm cernis acutum?* huc tendunt etiam verba Apoſtoli 1.ad Corinth.cap.9. à me relata num. ſeq.

15 Quinta eſt ratio, quia ſerui non poſſunt eſſe iudices, l.12. cum pretor.in fine, ff.de

iudic.

iudic. & ſcripſi q.ſeq.num.44.illat.2. ſed is, qui eſt addictus vitijs,enormitatibus, & paſſionibus, eſt ſeruus illarum paſſionum ; vnde Diogenes Alexandro regi, cum interroganti,cur ſibi, tranſeunti ante eum, non exhiberet honorem,ſicut cæteri exhibebãt, reſpondit, quòd ipſe Alexander erat ſeruus ſeruorũ ipſius Diogenis,quia ipſe Diogenes imperabat cupiditatibus, quibus ipſe Alexander ſeruiebat, & proinde erat indecens, vt ipſe exhiberet honorem ſeruo ſuorum ſeruorum; quod referunt Conſtan. Rog. tract. de ſum. bon. tit. bonorum malorumq.&c. verſ.ſexto principaliter. num.12. fol. 15. tom.1. & Io. de Lign. tract.de amic. tit. de amicitia ſerui ad dominum, num. 5. fol. 236. & iure ita reſpondit, tum quia, vt inquit Cicero lib. paradox. quomodo libero imperabit, qui non poteſt ſuis cupiditatibus imperare? refrẹnet primum libidines, ſpernat voluptates, iracundiã teneat,auaritiã coerceat,cęterasq. animi labes repellat: tunc incipiet alijs imperare, cum ipſe improbiſſimis dominis, dedecori, ac turpitudini parere deſierit:dum verò his obediet, non modò Imperator, ſed liber quidem non erit habendus. *proinde bonus,etiam ſi ſeruiat,liber eſt; malus autem, etiamſi regnet, ſeruus eſt, nec vnius hominis; ſed; quod eſt grauius; tot dominorum, quot vitiorum*, S. Auguſt. de ciuit.Dei,lib.4.cap. 4. in fine,fol. 31. tom.5.iudex igitur,vt alijs imperet, debet prius ſuum corpus caſtigare, libidines frænare, & concupiſcientiam vincere, vt ſcribit idem S. Auguſt. in ſerm. 94. erudimini.initio, ſuper illa verba (erudimini qui iudicatis terram)pſal.8.fol.mihi 265. tom. 10. vnde Apoſt. 1. ad Corinth. cap. 9. in fine num. 27.*ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar*. hinc etiam S. Io. Chryſoſt. de comparatione regis, & monachi.tom.5. fol.363.oſtendendo,regem vitioſum eſſe ridiculũ, inquit,*qui verò hominibus imperare cum videatur,iræ tamẽ, auaritiæ,voluptatibus ſeruit,hic primum ſubditis ſuis ridiculus videri poteſt, hoc ipſo,quòd coronã quidem geſtat, gẽmis,auroq. intertextam, temperantię verò corona minimè inſignis; & purpureo quidem paludamẽto toto corpore fulget,animũ verò inornatum habet*,quare eorũ, qui fœdis voluptatibus dediti sũt,nullũ tu liberũ ducas: hi enim multò ſeuioribus dominis, quàm ſint, qui fortuna ſeruos cõparant, poſſidentq.cogentibus eos,ſeruiunt: tũ quia, vt dixi ſupra gl. 3. q. 1. num. 24. qui eſt expers partis ethicæ,quæ dicitur monaſtica,nõ poteſt aſcendere ad partem, quæ dicitur politica. Ergo qui cupiditatibus vexatur, qui delictorum ligatur funiculis, & qui vitijs, ac peccatis ſeruit, non poteſt eſſe iudex.

Imò debet non ſolum eſſe ſine vitijs, & peccato, vt dixi, ſed debet etiam eſſe liber, & ſolutus omnibus animi paſſionibus, per ea, quæ ſcripſi q. ſeq. num. 15. & infra q. 7. num. 6. in quarta ratione.

16 Non obſtat,ſi contra hanc ſecundam illationem, eiusq. rationes dicas, quòd ſi eſſent verę,& hac ratione quis non poſſet iudicare, nemo poſſet eſſe iudex, quia nemo eſt ſine peccato,vt ex Io.epiſt.1.cap.1.nu.8. *ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus*, adducit S.Tho.2.2.q.60.art. 2. verſ. præterea. ſed hoc eſt falſum, quia conſuetudo, & ipſa rei euidentia, qua nulla eſt maior probatio,per ea, quæ ſecutus ſum ſupra lib 1. cap. 71. ſub num.3. nobis oſtendunt, quòd nullus eſt locus, in quo non ſit iudex, quia iudicia hominum de hominibus in ciuitatibus in quantalibet pace manentibus deeſſe non poſſunt, S. Auguſt. de Ciuit. Dei., lib. 19. cap.6. & tamen non omnis iudex eſt S.Io.Baptiſta,imò ſumus omnes peccatores, & proinde vnus peccator poteſt iudicare alium, S. Auguſt. ſerm. 94. ſuper illis verbis (erudimini qui iudicatis terram) ſub litera C.fol. mihi 265.tom.10. *& timere debet eum,qui eſt in cælo,iudicans terram;parem quippe ſuum iudicat, homo hominem,mortalis mortalem, peccator peccatorem.* & tamen non dicimus,quòd omnes iudices, iniuſtas ferant ſententias,alias omnia tribunalia eſſent euertenda, & fruſtra daretur ap-
17 pellatio : † ſit ergo iudex peccator, ſit vitioſus,& à delictis non ſit alienus,tamen poteſt eſſe iudex,& iuſtas ferre ſententias, & delictũ propriũ tegere,ac tueri, alienum verò rigidè punire,quod teſtatus eſt etiã Senec.lib. 2.de ira,cap. 28.dum ait. *& fidei acerrimus exactor, eſt perfidus: mendacia perſequitur ipſe periurus: aliena vitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt, vnde eſt quòd tempeſtiua filij vitia pater deterior filio caſtigat: nihil alienæ luxuriæ ignoſcit,qui nihil ſuæ negauit: & homicidæ tyrãnus iraſcitur: & punit furta ſacrilegus.* & rurſus lib.1. de clement. cap.6. ibi, quotus &c. imò iniuſtiſſimus iuſtiſſimas quandoque tulit leges; vt de Triboniano recenſet Bologn. tract. de leg. iur. & æquit.

cap.

cap.4.ſub nu.33.fol.294.tom.1. hinc etiam impij cogitant æternitatem, & multa rectè reprehendunt, rectèq. laudant in hominum moribus, & iudicãt quemadmodum quiſque viuere debeat, etiam ſi ipſi eo modo non viuant,& vbi quid ſit iuſtum, iniuſtus agnoſcit, S. Auguſt. de trinit.lib. 14. col. 20. fol. 145. ſub litera H. tom.3. & contra Ciceronem Lact. Firm. lib.2. de orig. error. cap.3. ait. *quid ergo ipſe in eodem verſaris errore Video, te terrena, & manufacta venerari, vana eſſe intelligis, & tamen eadem facis, quæ faciunt ipſi, quos ipſe ſtultiſſimos confiteris.* demum multi etiam philoſophorum, cum de bonis, maliſq. diſſererent, aliter quàm loquebantur, natura cogente, vixerunt, quia virtute caruerunt, idem Lactan. Firm. lib.3. de falſ. ſapien. cap. 8.

18 Quia reſpondeo, quòd iudices ſunt in duplici ſpecie: quidam enim ſunt ſapientes, qui ſcilicet cum ſcientia coniunctam habent virtutem: quidam verò, qui ſine virtute habent ſcientiam, iuxta ea, quæ ſcribit Firmian. dicto cap.8. Quæ diximus in illatione, conueniunt iudicibus ſapientibus, qui ſunt adeo pauci, vt ſi illi ſoli deberent iudicare, tribunalia, vt dubito, eſſent ſine iudicibus: ea autem, quę diximus in obiectione, conueniũt iudicibus alterius ſpeciei;& hi pręſunt, & iudicant, quia cum iudices omnino neceſſarij ſint, vt ex S. Auguſt. retuli infra gl.14. q.8.num.9. ſi ob naturæ lapſum ſapiẽtes non extant, ſcientes eligendi ſunt; quare illatio, & eius rationes procedunt ſecundum regulas verę virtutis, & ſecundum leges, quæ conueniunt viris probis; adducta autem in contrarium procedunt ſecundum leges, quæ dantur populo, in quo multa ſunt vitia, & multi ſunt peccatores, iuxta diſtinctionem, quam in alijs terminis ex S. Thom. ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §.1.q.7. par. 2. ampl. 10. ſub num. 44. verſ. ratio diuerſitaris. & iuxta declarationem, de qua num. ſeq. vel dic, quòd illatio procedit, inſpecto merito vitæ, vt, ſoluendo contrarietatem, ſcribit Mar. Soc. in cap.24. qualiter. num. 195. in fine, & 196. in q. 17. de accuſat. & ſic criminoſi poſſunt iudicare, & alios corrigere ex poteſtate officij, licet non ex merito vitæ, Abb. in cap. 13. ſciſcitatus. num. 8. in fine, verſ. ſecundo circa. & Dec. num. 25. de reſcrip. quod idem ex Spec. retuli, & ſecutus ſum infra q. 3. num. 7. verſ. ratio eſt.

19 Minus obſtat illud legale argumentum ex illa Gl.& cap. teſtimonium. de quibus ſupra num. 7. & infra gloſ. 10. num. 32. quia reſpondeo, verum eſſe, quòd ex cauſa ſuſpicionis magis repellitur iudex, quã teſtis; ſed ex alijs cauſis negamus, quòd iudex repellatur ſicut teſtis, Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. verſus finem ſub num. 16. verſ. vltimo dum. de reſcrip. & rationem differentię adduxi infra dicta gl.10.num.32.

20 Declara eamdem illationem, vt quamuis admitteremus illam opinionem, quòd iudex eo ipſo, quòd eſt criminoſus, ſeu exiſtit in peccato mortali, denuo peccet mortaliter, vel venialiter, ſi condemnet alium, quamuis condemnatio eſſet iuſtiſſima, hæcque opinio ſit vera quãdo iudex eſt in peccato publico, & condemnat alios, qui ſunt in eodem, vel minori peccato, ſeu delicto, quia cõdemnando oriuntur ſcandalum, & vilipendium iuſtitię; vt explicant S. Thom. 2.2. q.60. art. 2. in fine, verſ. ad tertium. Sot. de iuſt. & iur. lib.3.q.4.art.2.& Mich.Sal. ad S.Thom. 2.2. q.60. art.2. concl. 2. per totam fol.61. & ſeqq.

21 Tamen illud crimẽ, ſeu delictum, quamuis notorium, in quo eſt iudex ordinarius, non repellit eum à iudicando, Felyn. in cap.13. ſcicitatus. num. 1. de reſcript. & multò minus, ſi ſit occultum, vt contra hæreſim Vualdenſium, & Anabatiſtarum, qui tenuerunt, per quodcunque peccatum mortale amitti omnem iudicandi poteſtatem, ſcribunt Sot. dicto art.2. ibi, ſi verò iudicis peccata occulta ſint. fol. 230. col.1. & Mich. Sal. dicta concl.2.verſ. circa primum. fol. 61. & quòd illa Gl.1. in cap. qualiter & quando. de accuſ. quam retuli ſupra num. 7. dum tenet, quòd contra iudicem poſſit opponi, quòd eſt criminoſus, communiter non teneatur neque in ordinario, neque in delegato, refert, & ſequitur Clar. recept.ſent.lib.5. §. fin. pract. crim.q.45.verſ. item quęro. & quòd quandiu Ordinarius toleratur ab Eccleſia, nullus ſubditorum poſſit eius iudicium ratione criminis declinare, ſecus in delegato, & quæ ſit ratio differentiæ, & quibus caſibus poſſit repelli etiam ordinarius, latè examinat Mar. Soc. in dicto cap. 24. qualiter. num. 192. & ſeqq. q. 17. & q.20. num. 207. & ſeqq. nam ſi peccatum repelleret à iudicãdo, pauci poſſent iudicare, cum nemo ſinę crimine viuat, Clar. in loco ſupra proxime citato.

22 Vt ergo crimen repellat iudicem ordinarium à poteſtate iudicandi, requiritur, quòd

ſit

ſit per ſententiam iudicis, vel à iure declaratus, alias interim remanet iudex, vt explicauimus infra q. 3. num. 1. & ſeqq.

23 Infero tertio, ſeu ſubinfero, quòd cum Deus ſit ipſiſſima iuſtitia, vt ex Sot. ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 320. iudex, qui iudicat in eius nomine, & vti eius miniſter, debet etiam ipſe eſſe iuſtus, & iuſtas ferre ſententias, alioqui ſi non eſſet iuſtus, ſeu iudicaret iniuſtè, tria ſequuntur mala: Primo, quia non eſſet iudex, quia in eo deficeret iuſtitia, cap. 10. forus. de verb. ſignif. Gl. in cap. 15. vera iuſtitia. in verbo, falſa. diſt. 45. & Spec. tit. de iud. deleg. §. excipi. num. 18. verſ. item quòd non eſt. fol. 11. lib. 1. & Steph. Coſt. in cap. ſi iudex laicus. num. 49. de ſent. excomm. in 6. fol. 437. vol. 5. inter Repeten. & ſic tamdiu dicitur iudex, quamdiu eſt iuſtus & putatur, vt ex Caſſiod. 3. variar. epiſt. 27. ſequitur Luc. de Penn. in l. omnes. ſub num. 3. C. de decur.

24 lib. 10. † ſic etiam Reges dicũtur à rectè gerẽdo, ideoq. recta faciendo, Regis nomen tenent, peccando, amittunt, vt dixi ſupra gl. 1. q. 1. nũ. 168. in fin. imò Rex, cum eſt iniuſtus, tyrannus eſt, & conſequenter, remota iuſtitia, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? quia & ipſa latrocinia quid ſunt, niſi praua regna? S. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 4. cap. 4. tom. 5. & generaliter etiam lex, ſi ſit iniuſta, non dicitur lex, per ea, quæ ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19.

25 num. 16. & 47. † Secundo ſequeretur, quòd falsò aſſereret, ſe ſententiam proferre in Dei nomine, quia Deus mãdat, vt faciat iuſtitiã, Iſai. 56. num. 1. *cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiam, quia &c.* Deut. 16. num. 18. *iudices, & magiſtros conſtitues, &c. vt iudicent populum iuſto iudicio.* & Sapien. 1. num. 1. *diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.* & iſte faceret contra eius mandatum, & ideo tum ex falſa aſſertione, tum quia iudex, negligens Principum conſtitutiones, punitur pœna legis Corn. de falſ. l. 1. ff. ad l. corn. de falſ. poſſet puniri. Tertiò ſequeretur, quòd ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis.

26 Extende hanc illationem, vt iudex ad hoc vt ſit verè iuſtus, teneatur ferre ſententiam non ſolum iuſtam, ſed etiam iuſtè, alioqui aut peccaret, aut ſaltem nihil coram Deo mereretur, vt explicaui in ſeq. declarat. præſertim num. 27. & 30.

Declara eandem illationem, ſic extenſam, vt iudex non ſit iuſtus, ſed iniuſtus, quando non ſecundum iura, & leges, ſed ex ſuo arbitrio, voluntate, & ex ſeipſo iudicat, iuxta ea, quæ ſcripſi infra gl. 14. q. 1. num. 6. aut fert ſententiam contra iura, per ignorantiam, aut negligentiam, vel per dolum, quia tunc ſententia eſt iniuſta, ad cuius ſententiæ iniuſtæ prolationem iudex multipliciter mouetur, & ſententia multipliciter poteſt habere iniuſtitiam.

Exemplifica primo ſententiam iniuſtam, quando iudices muneribus iuſtificant impiũ, & fauore opprimunt pauperem, & vnum dicunt pro alio, quibus iudicibus Iſa. 5. num. 20. ait. *væ qui dicitis malum, bonum; ponentes tenebras, lucem, & lucem, tenebras; ponentes amarum in dulce*, num. 23. *qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.* & de quibus iudicibus, & legum conditoribus cap. 10. num. 1. ait, *væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilũ populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent*: hi iudices doloſa vtuntur ſtatera, de qua Prouer. 11. num. 1. ſtatera enim doloſa non tantum in ponderatione rerum, ſed etiam in iudiciaria diſcretione tenetur; qui enim aliter cauſam pauperis, aliter potentis, aliter ſodalis; aliter audit ignoti, ſtatera vtique librat iniqua; ſed & is, qui ſua bene geſta, meliora, quàm proximorum, ſuaq. errata iudicat leuiora, trutina pondetat doloſa, necnon, & ille, qui onera importabilia imponit in humeros hominum, ipſe autem vno digito ſuo non vult ea tãgere, vt ſcribit S. Hier. ſuper dicto cap. 11. & quòd non debeamus afferre ſtateras doloſas, vbi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio noſtro, dicentes, hoc graue, hoc leue eſt, ſed &c. ſcribit S. Auguſt. relatus in cap. 21. non afferamus. 24. q. 1. & quod hic de oneribus importabilibus tetuli ex S. Hier. habetur in Luc. 11. num. 46. vbi legiſperitis, qui impoſſibilia præcipiunt, & iubent in alijs, quod à ſe ipſis volunt omnino abeſſe; & ſic contra legem naturæ (quod tibi non vis, alteri ne feceris) dicit Redemptor noſter, *& vobis legiſperitis væ, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt, & ipſi vno digito veſtro non tangitis ſarcinas*: & ſic faciunt totum oppoſitũ eius, quod homines ſancti, & iuſti facere deberent: nam qui vult apparere ſanctus; debet circa vitam ſuam eſſe auſterus, circa alie-

alienam autem benignus, itaut homines audiant eum parua mandantem, & grandia videant facientem, S. Io. Chryſoſt. ſuper Matth. cap. 23. homil. 43. fol. 355. col. 3. littera L. tom. 2. demum hi iudices, de quibus loquimur in iſta exemplificatione, ſunt illi, qui ſunt perſonarum acceptatores: non attendunt merita cauſæ, ſed merita perſonarum: non iura, ſed munera: non iuſtitiam, ſed pecuniam: non quid ratio dictet, ſed quid voluntas affectet: non quid lex ſanciat, ſed quid mens audiat: non inclinant animum ad iuſtitiam, ſed iuſtitiam ad animum: non quod licet libeat, ſed quod libet liceat conſtituunt: pauperum cauſas cum mora negligunt, at diuitum cauſis cum inſtantia inſiſtunt: in illis rigorem, in iſtis manſuetudinem diſpenſant: illos cum difficultate reſpiciunt, iſtos fauorabiliter tractant: illos negligenter audiunt, iſtos attentè auſcultant: faciunt lucrum in arca, damnum in conſcientia: pecuniam captant, animam captiuant; & multa ſimilia congeſſi ſupra lib. 1. cap. 86. num. 3. & cap. 90. num. 1. præſertim in futura impreſſione: alia ſimilia, & grauiora copioſius ex S. Auguſt. retuli infra num. 60.

Exemplifica ſecundo, quando iudex probos, & innocentes iniuſtè moleſtat, aut moleſtari permittit, iuxta ea, quæ ſcripſi infra gloſ. 14. quæſt. 16. num. 29. & multò magis quando eos per ignorantiam, aut non ſine dolo iniuſtè condemnaret, de qua iniuſtitia in hoc ſeculo ſecundum iniuſtitiæ qualitatem acriter, ſi de ea conſtabit, eſt puniendus; in alio verò ſeculo luet pœnas, etiamſi iniuſtitia ſit occulta.

Exemplifica tertio, quando iudex ſceleratos, & improbos dimittit impunitos, quia, dimittendo, peccat, Abulen. in Ioſu. par. 2. cap. 11. quæſt. 11. verſ. & ſciendum. fol. 17. & eadem pœna ipſe eſſet puniendus, Reg. 3. cap. 20. in fine, num. 42. *quia dimiſiſti virum, dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius*. & Ezech. 3. num. 18. *morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat; ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram*, Senec. in prouerb. *iudex damnatur, cum nocens abſoluitur*, & concordat text. in l. vlt. nulli. in fine, *niſi ipſe id pati velit, quod alijs diſſimulando conceſſit*. C. ne ſacr. bapt. reit. quod notauit Luc. de Pen. in l. 1. num. 34. in fine, in verbo, diſtulerit. C. de diſert. lib. 12. & latius Tiraq. de pœn. temper. num. 9. & ſeqq. & dixi ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 159.

Ratio, quare iſte iudex grauiter peccet, & ſit puniendus, eſt, quia, ſicut qui poteſt prohibere delictum, & non prohibet, conſentire videtur, vt committatur, vt ſcripſi infra gloſ. 14. quæſt. 18. num. 12. ita etiam qui commiſſum debet punire; non puniendo; videtur antea conſenſiſſe, vt committeretur; & eadem pœna, qua puniri debet faciens delictum, punitur qui illi conſenſit, Apoſt. ad Rom. 1. in fine.

Addo præterea, quòd ſicut Deo pinguior victima non mactatur, quàm reus iniquus, præſertim ſi ſit reus, qui in eius, & aliorum perniciem diuagatur, vt ſcripſi libro proximè præceden. cap. 6. num. 12. & de hac iuſtitia intelligo, quod habetur in Prouerb. 16. ſub num. 5. à me relatum infra num. 35. ita etiam ſi nocens dimittatur impunitus, dimittens magnam Dei in ſe concitat indignationem: & licet S. Ambroſ. epiſt. 51. col. 309. tom. 5. ſuadendo iudicibus clementiam, ea etiam moueatur ratione, quòd ſunt, qui eos in communionem non vocent ſacramentorum cœleſtium, qui in aliquos capitalem ſententiam ferendam æſtimauerunt, & plerique etiam ſponte ſe abſtineant, & ij laudentur; tamen ipſe, attenta Apoſtoli auctoritate, à nobis relata ſupra gloſ. 1. quæſt. 1. num. 7. communionem eis negare non audet, quaſi vnum tribuat auctoritas, & aliud ſuadeat miſericordia; & ego cenſeo legi, & iuſtitiæ omninò parendum, quia iudex non debet eſſe clementior lege; & quomodo reprehendemus factum, quod, auctore Deo, videmus eſſe conceſſum, inquit text. in cap. 45. quæſitum. 23. quæſt. 4.

Addo vlterius, quòd alijs, qui timore pœnæ non peccabant, cum peccantibus pœna non datur, ad peccandum datur occaſio; quapropter intereſt Reip. vt qui improbi, & infames ſunt, non ſolùm à iudicibus coerceantur, & ab honoribus excludantur, vt dixi quæſt. ſeq. num. 21. & ſeqq. ſed etiam à priuatis vitentur, alioqui ſi nefarij, & infames non vitentur, ſed honorentur, & honorificè tractentur, citò Ciuitas in Reip. detrimentum ſceleratis repletur hominibus: vnde S. Ambroſ. in comment. ad Roman. cap. 1. in fine, col. 247. in fine, tom. 3. eleganter ait, *ſciens enim impurus, & malignus,*

*gnus, non ignorari, quæ agit, & minimè ſe
vitari, ſed etiam honori eſſe, gloriatur fore
ſe talem: nec confundi poteſt in his, quandò
videt faueri ſibi, & obſecundari ab ys, qui
non ſunt tales;* hinc pro humanæ ſocietatis
intereſſe monentur omnes, & præſertim
graues, & potentes viri, ne cum ſicarijs, ſce-
leratis, & vitioſis hominibus ineant vn-
quam familiaritatem, vt ita probi, & vir-
tuoſi in virtute contineantur, & iuuentus ad
virtutem incitetur.

27 Exemplifica quarto, quando iudices fa-
ciunt quidem iuſtitiam, ideoque partem non
lædunt, ſed eam non ex amore, & habitu iu-
ſtitiæ faciunt, ſed potius ex prauo affectu,
vt cum iudex iuſtè ad mortem condemnat
eum, qui verè eſt latro, & legitimè eſt conui-
ctus; ſed tamen quia illum odio proſeque-
batur, tanquam ſuum forſan inimicum, ſeu
aliter aduerſarium, habet in ea condemna-
tione delectationem vindictæ, quæ alieno
malo animum paſcit: hic, inquam, iudex,
quamuis non lædat partem, & iuſtam ferat
ſententiam, tamen eſt veluti homicida, ar-
gumento textus in cap. 14. cum miniſter. 23.
quæſt. 5. non enim debet occidere pro ſe,
ſed pro alijs, cap. 8. de occidendis. eadem
quæſt. 5. & ibi Gloſ. in verbo, pro ſe. expli-
28 cat, ideſt, pro priuato odio; † quia vera iu-
ſtitia compaſſionem habet, alias eſt falſa,
cap. 15. vera iuſtitia. diſtinct. 45. & quòd iu-
dex peccet, condemnando aliquem princi-
paliter ex odio, licet illi faciat iuſtitiam, &
ſeruet ordinem iudiciarium, ſcribit Mar. Soc.
in cap. 14. nemo. num. 9. de ſymon. imò eo ip-
ſo, quòd iudex gloriatur in morte hominis,
ſicut nonnulli faciunt noſtra tempeſtate, ex
miniſtro Dei efficitur homicida, vt ex Boſ.
retuli ſupra lib. 1. cap. 86. ſub num. 3. verſ.
29 verum. † Vel (& verius) non peccat, vti
homicida, vt dixi ſupra, quia peccaret con-
tra iuſtitiam, eſſetque propterea obnoxius
reſtitutioni, ſed peccat contra charitatem, &
qualis eſt affectus, quo mouetur, tale eſt
peccatum, quod committit, ſi enim iudicat
cupiditate pecuniç, non erit iniquus, ſed
auarus: ſi verò inanis gloriæ cupidine, erit
vanus, quod eſt peccatum veniale, Sot. de
iuſt. & iur. lib. 3. quęſt. 4. art. 2. ibi, enimue-
30 rò ſi iudex. fol. 229. col. 2. † & daro etiam,
quòd non peccaret, tamen ſi vult habere
meritum apud Deum propter iuſtitiam,
quam facit, non debet illam facere coram
hominibus, vt videatur ab eis, *attendite,
ne iuſtitiam veſtram faciatis coram homini-
bus, vt videamini ab eis, alioqui mercedem
non habebitis apud patrem veſtrum, qui in
cælis eſt*, Matth. 6. num. 1. & ſic iuſtum de-
bet fieri iuſtè; *iuſtè quod iuſtum eſt perſeque-
ris*, Deuter. 16. num. 20. quare poteſt iu-
ſtum iniuſtè fieri; bona enim eſt miſericor-
dia, bona eſt oratio, ſed poteſt iniuſtè fie-
ri, ſi iactantiæ cauſa aliquis pauperi lar-
giatur, vt videatur ab hominibus, S. Am-
broſ. in Euangel. Luc. cap. 1. littera C.
31 fol. 10. tom. 3. † hincq. dicimus generatim,
quòd Deus non eſt remunerator nominum,
ſed aduerbiorum, Gloſ. in cap. 1. in verbo,
qualitas. de colluſ. deteg.

Exemplifica quinto, quando faciunt qui-
dem iuſtitiam, ſed tardè eam faciunt; quia
debitor, qui tardè ſoluit, minus ſoluit,
& qui tardè dat, minus dat, ſicut è con-
uerſo qui celeriter, ſeu citò dat, aut ſol-
uit, plus dat, ſeu plus ſoluit, iuxta ea,
quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1.
quæſt. 7. par. 1. ſub num. 76. Sed iudex di-
citur debitor in iuſtitia, cap. 11. ex teno-
re. de foro competent. cuius verba retuli
cap. ſequen. quæſt. 7. num. 137. ergò ſi
eam tardè faciat, minus facit; ſeu mino-
rem facit: hęcque tarditas, procedens à iu-
dice, procedit vel ex ipſius iudicis mali-
tia, vel negligentia, vel ignorantia, & li-
cet tarditas ex malitia ſit magis culpabi-
lis, & ideo iudex grauius tunc peccet,
quia eſt in dolo, tamen quælibet eſt culpo-
ſa, & ideo quælibet obligat eum ad emen-
dandum damnum, & ad reſtitutionem,
quia ipſe ex illa tarditate damnum infert;
nam ſæpe iudices cauſam tantùm differunt,
vt litigantibus plus quàm totum auferant,
quia maiores ſunt expenſæ litis, quàm fru-
ctus ſententiæ, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap.
50. ſub num. 33. nec excuſatur iudex pro-
pter ignorantiam, quia non debet pati,
vt fiat iudex, ſi neſcit iudicare: iudices,
qui iudicandi munus ſuſcipiunt, non, vt
pro adminiſtranda iuſtitia, vigiliæ, ſtu-
dijs, & laboribus ſe exponant, ſed vt ina-
ni gloriæ, ambitioni, & propriæ vtilitati ſer-
uiant, & ideo cum iuſtitię detrimento ple-
runque cum potentibus amicitias ineant; &
cauſas præſertim pauperum tunc auſcul-
tant, quando omnia voluptaria expleue-
runt, quando dormierunt, quantum po-
tuerunt, quando demum aliud agere non
habent, & otij tœdium vlterius ferre non
poſſunt;

poſſunt : velim inquam, vt hi iudices ſe-
riò conſiderarent quam magnum contra-
hant debitum, & quia illud non ſoluunt,
& non reſtituunt, quid de ipſis erit in alio
ſeculo.
32 Infero quarto, quòd eadem ratione, quòd
in iudicando ſunt miniſtri Dei, vt diximus,
debent eſſe etiam religioſi, & ſacerdotes,
quia in teſtam. vet. iudices erant ſacerdo-
tes, & miniſtri Dei, vt patet ex Deuter. cu-
ius verba retuli ſupra gloſ. 1. q. 1. num. 126.
verſ. declara primo. & Chriſtus, in quem
fuit translata omnis iuriſdictio, fuit Rex, &
ſacerdos, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 11. ſub
num. 7. & nos à Deo, mediante Chriſto, re-
cognoſcimus iuriſdictionem, vt dixi ſup. in
gl. 1. q. 1. ſub num. 7. & 10. verſ. ſed omnis. &
nu. 96. quare iudices debent eſſe ſacerdotes,
& qui ordinibus ſacris, & altare non ſunt, de-
bent eſſe morum honeſtate, & vitæ religio-
ne: erant enim eligendi iudices de omni ple-
be, qui eſſent viri potentes, & timentes
Deum, in quibus eſſet veritas, & odiſſent
auaritiam, vt in Exod. 18. num. 21. vnde
Papa, & Imperator, in quibus reſidet om-
nis iuriſdictio, & poteſtas, vt dixi eadem
gl. 1. q. 1. num. 126. & 129. ſunt ſacerdotes:
nam Papa eſt ſummus ſacerdos & Princeps
omnium ſacerdotum, quia Moyſes, qui fuit
typus, & figura Papæ, vt ſecutus ſum ſu-
pra gl. 1. q. 1. num. 131. verſ. confirmatur pri-
mo. fuit Princeps omnium ſacerdotum,
Abulen. Exod. 17. quæſt. 7. in verbis, (*ædi-
ficauitue Moyſes altare*) fol. 252. col. 2. par.
1. & Cardinales ſunt ſacerdotes Leuitici ge-
33 neris. † Similiter Imperator, licet non ſit al-
tare, & ſacris ordinibus ſacerdos, tamen
quia inungitur, vt latè explicat Reſt. Caſtal.
tract. de imper. quæſt. 24. & ſeqq. fol. 42.
tom. 16. ex illa vnctione reputatur tanquam
ſacerdos, eique propterea dicitur, Sacra Ma-
ieſtas, Caſtal. eod. tract. quæſt. 29. per totam,
& eius leges dicuntur ſacratiſſimæ. l. 9. leges
ſacratiſſimæ. C. de conſtit. & quòd Impera-
tor appelletur ſacerdos, ſuadetur ex text. in
l. 1. ff. de iuſt. & iur. & ipſe ſe iuris religioſiſ-
ſimum vocat in procem. Inſtit. ſi huius ordi-
nis ſunt iudices maiores, ergo eiuſdem eſſe
debent inferiores: Iure hinc iudices dicun-
tur religioſi, argumento textus in l. 1. ibi, *ne
eis circumueniſſe iudicis religionem profit.* C.
34 ſi tut. vel cur. falſ. alleg. excuſ. ſit. † quinimò
ſacerdotium, & religio iudicis videtur ante-
ponenda, quia is, ſi benè vtatur legibus, me-
liorem eligit vitam, quàm frater ordinis præ-
dicatorum, vel alius religioſus, Hoſt. & Al-
ber. quos citant, & ſequuntur Iaſ. in d. l. 1. nu.
8. ff. de iuſt. & iur. Caccialup. tract. de ad-
uoc. quæſt. 2. num. 2. Maſuer. in addit. ad
pract. Papien. in form. libel. act. real. in gloſ.
veris. in verbo, aduocatus. littera M. & ſcripſi
35 ſupra lib. 1. cap. 50. ſub nu. 33. † nam ſacer-
dos ſacrificat hoſtia, ſed Deo magis placet
iuſtitia, quàm immolatio hoſtiæ, Prouerb.
16. ſub num. 5. *initium viæ bonæ, facere iuſti-
tiam; accepta eſt autem apud Deum magis,
quàm imolare hoſtias.* & ratio quare iudices
& aduocati, benè vtentes legibus, meliorem
quàm fratres eligant vitam, eſt quia alij re-
ligioſi inſeruiunt vitæ contemplatiuę; hi ve-
rò vitæ actiuæ, quæ eſt maioris meriti, Alex.
Stiat. in pract. iudic. cap. 24. ſub num. 26. &
probatur in Luc. 10. in fine, *Maria optimam*
36 *partem elegit.* † & proinde honorabilior eſt
cœtus clericorum, quàm monachorum, quia
illi inſeruiunt vitæ actiuæ, iſti verò vitæ con-
templatiuæ, Io. Montaign. de auct. magn.
conſil. num. 14. verſ. item honorabili. poſt de-
ciſiones Boerij; imò etiam doctor in legen-
do plus prodeſt, quàm Vicarius, vel Curatus
ſimpliciter in miniſtrando ſacramenta, quia
melius eſt docere ſacram ſcripturam, vel ius
canonicum, & magis meritorium, ſi bona
intentione fiat, quàm ſpiritualem curam ſa-
luti alicuius impendere, ſecundum ea, quæ
adducit, & ſequitur Rebuff. tract. de priuil.
ſchol. priu. 27. ſub num. 3. tom. 18. fol. 39.
37 Verumtamen eſt, quòd dicuntur religioſi
impropriè, ſeu largiſſimo ſumpto vocabulo,
& non propriè, quia religioſi propriè dicun-
tur illi, qui profitentur tria ſubſtãtialia, nem-
pè obedientiam, caſtitatem, & paupertatem,
aliàs, ſi non promittunt omnia iſta, ſed ali-
quod iſtorum, non ſunt propriè religioſi, nec
dicuntur habere regulam, ſed potius quen-
dam modum viuendi, licet ſit approbatus
per Papam, Abb. in cap. 12. dilecta. ſub num.
4. de maior. & obed. & latius declarat Fe-
lyn. in cap. 10. eccleſia. num. 1. de conſtitut.
Sed iudices non faciunt hanc promiſſionem,
& ideò non ſunt propriè religioſi.
38 Imò tantum abeſt, vt religio ſumatur pro-
priè, & ſtrictè in iudice, vt non ſolùm hoc
ſtricto modo non debeant eſſe religioſi, ſed,
ſi ſint, non poſſint eſſe iudices, vt ſecutus
ſum q. ſeq. num. 47.
39 Infero quinto, quòd iudex debet eſſe iu-
riſperitus, vt dixi in gloſ. præcedenti ſub

num.46. & num.48. & ſupra lib. 1. cap. 86. ſub num.3. quod ſatis videtur probari etiam ex Exod. 18. num.21. *prouide autem de omni plebe viros potentes, &c. qui iudicent populum*; illud enim verbum (potentes) communiter legunt (ſapientes) ita legit Lel. Iord. tract. de rom. ſed. orig. cap.2. num.2. fol.3. tom.13. par.2. & apertè poſt Caiet. & Orig. quos citat, & ſequitur Mich. Sal. ad S. Thom.2.2.q.60. art. 2. concl. 2. verſ. hæ ttes. fol.63. dicens, quòd illud verbum, (potentes) intelligitur potentes ingenio, quod idem eſt, quod ſapientes, idque ego confirmo ex Eccleſ.10. num.1. *iudex ſapiens iudicabit populum ſuum*; & ex Deuter. 16. num. 18. *iudices, & magiſtros conſtitues.* nam magiſtri debent eſſe ſapientes. & ratio eſt euidens, quia ſi ad agrorum culturam, ad ædificiorum conſtructionem, ad faciendum veſtimenta, calceamenta, picturas, ſtatuas, & ſimilia, ſi ad venæ, aut alicuius membri ſectionem, & ad corporis valetudinem curandam peritiſſimos diligenter quærimus, & inueſtigamus artifices, & magiſtros; quomodo ad gubernandam Remp. & ad adminiſtrandam iuſtitiam, quæ his omnibus eſt præſtantior, iudices non ex peritia, ſed ex commendatione, amicitia, gratia, & fauore

40 eligentur, † neglecta virtute, qua, & non loci, non generis nobilitate quiſque gratiam ſibi comparat, cap. 9. illud autem. diſt. 40. vnde dicit S. Greg. relatus in cap. 3. ead. diſt.40. *nos, qui præſumus, non ex locorum, vel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debemus; nec vrbium claritate, ſed fidei puritate.*

Imò ad faciendum iudicium propriè requiritur ſapientia, ſecundum quam accipitur forma iudicij, quia ipſa ratio iudicij eſt lex ſapientiæ, vel veritatis, ſecundum quam iudicatur S. Thom. in ſumm. par. 3. quæſt. 59. art. 1, verſ. reſpondeo dicendum.

41 Ratio quantum ad Principem eligentem, quare eligere debeat peritos, eſt, quia Princeps, qui imperitum, ſeu aliter non idoneum eligeret, teneretur Populo, ſeu Reipublicæ in foro conſcientiæ ex debito iuſtitiæ commutatiuæ, quia Reſpublica ſoluit Principi tributa, & ſtipendia, vt eam armis protegat ab hoſte extero, & legibus, ac iuſtitia cuſtodiat aduerſus internos malefactores, Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 6. art. 4. verſ. quæſtio huius. fol. 271. col. 1. & verſ. per hoc ſolutum. fol. 272. col. 2. quem in hoc ſequitur Mich. Sal. ad S. Thom. 2.2. quęſt.63. art.2. controuer.7. concluſ. 1. verſ. ſecundo duo. fol. 319. ſicut etiam conferens beneficium illitterato, tenetur reſarcire eccleſiæ damnum, illi ex prædicta mala collatione reſultans, Prob. in addit. ad Monach. in cap. 34. cum ex eo. num. 26. de

42 elect. in 6. † Vlterius Princeps facit iniuriam peritis, ſeu aliter dignioribus, & in hoc peccat contra iuſtitiam diſtributiuam; & quaſi pacto quodam videntur fraudari litterati, qui illo intuitu litteris, virtutibuſq; inſudant, Sot. eod. art. 4. fol. 271. colum. 2. initio; imò videntur fraudari ſpe, ſibi ab Imperatore data in procem. §. vlt. Inſtit. & demum quia eſt acceptator perſonarum; peccaret mortaliter, vt multipliciter oſtendunt S. Thom. 2.2. quęſt. 63. art. 1. verſ. ſed contra. & ſeqq. Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 6. art. 1. & Mich. Sal. ad S. Thom. dicta quæſt. 63. art. 2. controu. 6. poſt tertiam concluſ. rub. de officijs, & magiſtr. &c. & quòd reſignans beneficium in fauorem indigni, peccet, ſequitur ex veriori, & communi opinione Flam. Pariſ. tract. de reſign. benefic. lib. 4. quæſt. 11. num. 34. & quod peccet promouens minus dignum, omiſſo digniori, ſequitur ex communi ſententia eadem quæſt. 11. num. 35. & quòd renuncians in fauorem minus digni, omiſſo digniori, peccet, ſicut peccat is, qui dignum elegit, aut præſentauit, aut ei beneficium contulit, omiſſo digniori, ſequitur ex communi ſententia eadem quæſt. 11. num. 39. & quòd eligens dignum, prætermiſſo digniori, peccet mortaliter, ſequitur Hieron. Gonz. ad 8. reg. cancell. gloſ. 4. ſub num. 128. & quòd; quicquid ſit in foro exteriori, hoc vnum certum ſit, quòd Epiſcopus, eligens minus benè, in foro interiori exactam redditurus ſit Deo rationem, ſequitur eadem gloſ. 4. num. 145. in fine, & num. 146. & an eligens dignum, omiſſo digniori, teneatur ad reſtitutionem, & damni ſatisfactionem, ipſi digniori faciendam, vide Couarr. in reg. peccatum. tract. de reſtit. par. 2. §. 7. num. 6. tom. 1. fol. 634. vbi, relatis duabus opinionibus inuicem contrarijs, dicit, negatiuam opinionem eſſe benigniorem, & forſan veriorem, & eam propterea ſequitur; ego in hoc nihil determino: ſed, hoc prætermiſſo, concludo, quòd eligens iudicem non idoneum, maximè peccaret, ſi eligeret iudicē ſtultum;

com-

committeret enim illud malum, de quo conqueritur Eccleſiaſt. *10*. num. 5. *eſt malum quod vidi ſub ſole quaſi per errorem egrediens à facie Principis poſitum ſtultum in dignitate ſublimi*.

43 Et licet ad hæc damna principaliter teneatur iudex, contra quem læſus propterea debet agere, ſaltem in ſyndicatu; quia ſicut artifex tenetur ad damna, quæ eueniunt propter ſuam imperitiam, vt latè ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 2. num. *95*. & ſeqq. ita etiam tenetur temerarius iudex, qui non erubeſcit facere artem, quam ignorat; & poſtea in ſubſidium videatur in foro conſcientiæ obligatus is, qui eum elegit.

Tamen quia, vt experientia compertum eſt, læſus nunquã, aut raro damni emendationem conſequitur, conſulendum eſt, vt Princeps, ſeu alius, cuius munus eſt eligere iudices, vtatur congrua diligentia inueniendi iudicem vndequaque idoneum, qua diligentia adhibita, & remotis negligentia, & culpa, itaut ei conſcientia in hoc non remordeat, & diligentia confeſſario videatur ſufficiens, erit tutus in foro conſcientiæ: in foro autem exteriori erit tutus, & ad aliud non tenetur, quando vſus eſt ſolita diligentia, & non conuincitur, quòd fauore, vel alia paſſione omiſerit digniorem, quia alias quęlibet electio calumniam pateretur, ſiquidem impoſſibile eſt, librare momenta meritorum

44 cuiuſque, vt conſtet quis ſit optimus: † vnde dum Rex, aut quiuis alius iurepatronatus eligit dignum, cui iura non refragantur, nequit Princeps eccleſiaſticus electionem in fauorem dignioris perimere, Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. q. 6. art. 2. concluſ. 8. fol. 258. col. 1. & ideo licet eligens dignum, prætermiſſo digniori, mortaliter peccet, vt ſcripſi ſupra ſub num. 42. tamen electio facta de digno, omiſſo digniori, tenet, vt refert, & ſequitur Hier. Gonz. ad 8. reg. cancel. gl. 4. num. *129*. & ſeqq. nam ſicut in foro exteriori toleratur aliquod malũ circa iuſtitiam pretij, quia alias impedirentur commercia, ſi ſemper exacta illa, & mathematica pretij æqualitas foret anxie, & nimia ſcrupuloſitate conſideranda, vt ex Couar. ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. ſub num. 41. ita etiam, & multò magis impedirentur electiones, ſi adamuſſim, & quaſi aurificis ſtatera eſſent omnes eligendorum qualitates, vitia, & virtutes menſurandæ, & iuſto pondere librandæ, Couar. in reg. peccatum. tract. de reſtit. par. 2. §. 7. ſub num. 4. tom. 1. fol. *633*. Cæterum in foro conſcientiæ non erit tutus, quoties ſcienter omiſit eligere digniorem, Couar. dicto §. 7. num. *5*. loquens de patrono præſentante dignum, omiſſo digniori, & quod diximus electionem factam de digno, omiſſo digniori, tenere, aduerte, quòd non procedit in collatione eccleſiæ parochialis, quia ſi Epiſcopus ex approbatis ab examinatoribus non elegerit digniorem, poterit dignior appellare à mala electione, Gonz. dicta gl. 4. num. 124. & ſub num. 138. & ſeqq. & electio, vti ſubreptitia, erit nulla, Gonz. ead. gl. 4. num. 1*36*. & ſeqq.

45 Pro maiori huius rationis explicatione aduertendum eſt, quòd, vt dixi in ipſa ratione, iuſtitia eſt duplex, videlicet vna commutatiua, & altera diſtributiua.

In commutatiua requiruntur tres conditiones: prima, vt interueniat datio ex vna parte, & acceptio ex altera, quia alias deficeret materia commutationis, quæ eſt primum fundamentum iuſtitię commutatiuę: ſecunda conditio eſt, quòd fiat inter partem & partem, ideſt ſingulares perſonas, alias non diſtingueretur à iuſtitia diſtributiua, ſeu iuſtitia generali: tertia conditio eſt, quòd in ea cõmutatione ſeruetur æqualitas arithmetica, ideſt, quantitatiua, vt ſcilicet quantum fuit ſeruitium, tanta ſit merces, & quanta eſt læſio, tanta ſit vindicta: alias in commutationibus, & contractibus deficeret iuſtitia, vt explicat Tho. de Vio Card. Caiet. tract. de mont. piet. cap. *4*. ſub num. 2. fol. 420. tom. 6. par. 1. & hęc iuſtitia poteſt conſiderari etiam inter Principem, & ſubditos, reſpectu ſtipendiorum, & protectionis, vt ex Sot. retuli ſupra num. *41*.

46 In diſtributiua tres etiam exiguntur conditiones: prima, quòd fiat diſtributio, quæ eſt propria materia huius iuſtitiæ: ſecunda, quòd fiat inter totum, & partes, ita quòd à toto terminetur ad partes; vocamus autem totum Communitatem, vel Principem; partes autem vocamus ipſos ciues: tertia conditio eſt, quòd in ea ſeruetur æqualitas geometrica, ideſt proportionalis, ideſt, vt talis ſit proportio eius, quod datur de bonis communibus vni perſonæ, ad id, quod datur alteri, qualis eſt inter ipſas perſonas, ideſt fiat diſtributio ſecundum meritos perſonarum, Thom. dicto cap. *4*. num. 3. & hæc ſciunt, & intelligunt omnes, quia ſunt valdè naturalia.

47 Addit Thom.eod.cap.4.nu.1.tertiã ſpeciẽ iuſtitię,quę,vt ait,nõ eſt ad propoſitũ, ideoq. eam omittit: ego tamen eam vocarem communicatiuam: & in ſumma ita vna ab alia diſtinguitur, & cognoſcitur: aut enim eſt inter partem, & partem, & dicitur commutatiua: aut eſt de toto ad partes, & dicitur diſtributiua; aut eſt de partibus ad totum, & hanc voco communicatiuam, quia communicantur bona.

48 Subinfero ex dictis in hac illatione, quòd Princeps in eligendis iudicibus debet in primis conſiderare officium, ad quod eos eligit.

Quidam enim ab eo eliguntur ſui Cõſiliarij, qui apud ipſum Principem aſſiſtant pro negotijs, quæ ipſemet Princeps debet expedire; & iſtos dico eligendos eſſe valentes, & multos,qui corrumpi non poſſint, niſi totum corrumpatur Conſilium, Bal.tract. de regim. ciuit. num. 9. in fine, quem ſequitur Mart. Lauden. tract. de principib. q.154. tom. 16. fol. 207. dicens, quòd princeps debet habere ſecum multos cõſiliarios ſapientes,idque, inquit, perfectè obſeruat Dux Mediolani, habens in conſilio ſuo prudentiſſimos Doctores, & viros expertiſſimos, Deo deditos, & ex eo refert Boſſ. tit. de princip. & priuil. eius,num. 206. & 207. addens, quòd idem obſeruabat Dux Franciſcus Sfortia II. qui quos elegerit conſiliarios refert num. 208. & quòd in vera Monarchia requirantur tria, videlicet, diuinus cultus,ſapientia,& potentia, ſequitur Martin. Lauden. in loco ſupra proxime citato.

49 Quidam eliguntur pro adminiſtrãda non ſolum iuſtitia inter priuatum, & priuatum, ſed etiam, imò & præcipuè, vt eam politicè adminiſtrent populi vniuerſitati, tales sũt hi, quos dicimus Gubernatores generales, & pręſertim ſi ſint ſupremi, qui quoad cauſas priuatorum habent ſub ſe iudices inferiores, qui eas iudicant: & in iſtorum electione dico, quòd Princeps debet obſeruare, vt proportionabiliter iuxta qualitatẽ loci, & imperij eligat viros prudentes, potentes, nobiles, & notæ probitatis, quia iſti,vti repræſentantes generaliter Principem, debent prouidere ſuper his, quæ reſpiciunt bonum commune, & debent populum continere in virtute, & omnem machinationem, ac ſeditionem deprimere; & hoc intuitu Reges, Principes, & præcipuè Imperator debent eſſe potentes armis, diuitijs, & ſubditis, & nobiles coniunctione procerum, & virorum illuſtrium,vt dixi infra num.54. litteratura autem in iſtis confert quidem ad bonum regimen, & eſt magnum ornamentum,non tamen eſt ita neceſſaria, quia, quando agitur de mero iure, habent aſſeſſores, & iudices.

50 Quidam eliguntur ſimiliter pro vtraque iuſtitia,videlicet pro commutatiua inter priuatos, & pro politica regiminis; ſed loca, quorum regimini præſunt,non ſunt ita egregia, & ampla, & ideo eliguntur viri longè inferioris claſſis;ſed tamen Iureconſulti,graues,prudentes, & docti iuxta qualitatem locorum,qui etiam debẽt habere maiorem experientiam cauſarum criminalium, quàm ciuilium: huiuſmodi loca ſunt Ciuitates, & Terræ ſtatus Eccleſiaſtici, ad quarum gubernium Papa, ſeu de eius intentione Conſulta mittit Gubernatores.

51 Quidam verò eliguntur ad dirimendas ſolum lites inter priuatos: & in horum electione dico, quòd Princeps duo debet attendere proportionabiliter ſecundũ qualitatem locorum: vnum,quòd ſint viri probatæ vitę, & hoc eſt præcipuum,per ea, quæ dixi ſupra num.1.3.& ſeqq.alterum,quòd ſint Iureconſulti, non ex priuilegio ſolo, quod ſæpe dat iniuſtè illud nomen: vnde Epiſcopus Capuanus reuertentes à ſtudio cum priuilegio doctoratus faciebat denuo examinari, & indoctos priuabat dignitate doctoratus, vt ex Nic.de Neap. in l.ſed & reprobari. ff. de excuſ. tut. refert Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num.11.verſ.& adde.de reſcript. ſed debent eſſe Iureconſulti nomine, doctrina, & experientia, quę principaliter requiritur, & ideo non ſufficit legiſſe in cathedris, quia lectores ſæpe vadunt per ambages, vt ſcribit Bal. in cap.1.ſancimus. in verbo,niſi iuſta, in fine,ſub num.8.tit. quo temp. miles inueſtit.&c. in vſib.fœud. dicens, (& ita teneas dimiſſis ambagibus, quas indocti recitant in cathedra, quæ non ſedetur, ſed incubatur ab eis) & ratio eſt, quia ſicut ad diſcendum ſcribere non ſufficit, vt videamus formam characterum litterarum,& ad diſcendum canere, & ſonare, non ſat eſt, vt intelligamus notas muſicales cum earum diſtantia, ſed oportet,vt ſcribamus, canemus, & ſonemus, quia,ſcribendo, canendo, & ſonando, diſcimus ſcribere,canere,& ſonare; vnde prouerbium (dicendo dicere diſcunt) ita etiam litteræ,quę docentur,diſcunturuè in cathedris, & ſcholis, non ſatis ſunt ad fabricandum proceſ-

proceſſum, ad inſtruendam cauſam,& ad iudicandum, ſed fabricando, inſtruendo,& iu-
52 dicando diſcimus; † hincque dicimus, quòd practica,ſiue experientia eſt rerum magiſtra, cap.quam ſit.de elect.in 6. l.legatis. §.ornatricibus. ff.de leg.3.& Auth.de appell. & intra quæ temp. coll. 4. & reddit promptum artificem,quia nemo facere metuit, quod ſe benè didiciſſe cõfidit: & a praxi etiam ſumitur germana interpretatio, eiq. eſt inhærendum, Rol.à Vall.conſ.2. num.7. & ſeqq. lib. 2.& latè Marſ.in pract.crim.in principio, nu. 1.& ſeqq. eſt demum praxis,ſicut lapis, quo probatur aurum,& vt ait ille,*per varios vſus*
53 *artem experientia facit*. † hæcq. longa experientia præcipuè eſt neceſſaria in iudicibus, qui iudicijs præſunt capitalibus: ſunt enim iudicia hæc per ſe ipſa miſera,& dolenda, quia cum hi, qui iudicant, conſcientias eorum,de quibus iudicant, cernere non poſſint,ſæpè coguntur innocentium teſtium tormentis veritatem, ad alienam cauſam pertinentem,quęrere;quid,cum in ſua cauſa quiſque torquetur, & cum quæritur, vtrum ſit nocens, cruciatur, & innocens pro incerto ſcelere certiſſimas luit pœnas,non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe ignoratur? ac per hoc ignorantia iudicis plerumque eſt calamitas innocentis: & (quod eſt intolerabilius, magisq. plangendum, rigandumque, ſi fieri poſſet, fontibus lachrymarum)cum iudex propterea torquet accuſatum, ne occidat neſciens innocentem; fit per ignorantiæ miſeriam, vt & tortum, & innocentem occidat,quem,ne innocentem occideret,torſerat: euenit hoc, cum tortus, deligens,ex hac vita fugere,quàm diutius illa ſuſtinere tormenta, quod non commiſit, commiſiſſe ſe dicit; & vlterius iudex, illo damnato,& occiſo, adhuc vtrum nocentem, an innocentem occiderit, neſcit, S. Auguſt. de ciuit.Dei,lib.19.cap.6.fol.190.tom.5.ſanè hæc multo magis miſera fiunt, ſi addamus iudicis imperitiam,& imprudentiam.

His duobus attentis, reliqua,quæ loci, & generis nobilitatem & ſimilia concernunt, non ſunt neceſſaria in iudice,vt dixi etiam ſupra num.40.

Quantum enim ad nobilitatem, de qua hic, & ſupra quaſi incidenter locuti ſumus, eſt aduertendum,quòd etſi de ea varij variè, & varia ſcripſerint, ſiquidem aliqui eam ſumunt à diuitijs,aliqui a deſcendentia,aliqui à doctrina, aliqui à militia, aliqui à conſuetudine,& ſimilibus, de quibus copioſum cõpoſuerunt tractatum Bon. de Curtil. & Tiraq. qui alios citant, & in hoc conueniant omnes, præſertim viri doctiſſimi,tàm Gentiles,quàm Catholici,quòd ſumi debeat a virtute,& illa ſit vera nobilitas, quæ propria acquiritur virtute; vnde dicebat Phalaris in quadam ſua epiſtola (ego ſolam virtutem, nobilitatem ſcio,cętera omnia fortunam) vt ex eo recenſet Staph.de litter.grat.in tit.nobilis inferior, &c. ſub num.3. fol. 264. in paruis; ea autem nobilitas, quæ ducitur ab origine nobilium,non dicatur propriè nobilitas, cum videatur potius nobilitas ſtercoris, ſecundum Hoſtien. quem citant Petr. Andr.Gamb.tract.de auct.legat.de lat.lib.7. num.259.tom.13.par.2. & Tiraq.d.tract. de nobil.cap.4.an virtus nobilitet. ſub num. 1. fol.mihi 22. quinimò dicunt aliqui, quòd ſi in nobilitate eſſet attendenda origo, vnus non eſſet nobilior alio, quia omnes deſcẽdimus ex Adam, & Eua, ita quòd ſi Adam reſuſcitaſſet, non inueniret, quam poſſet ducere in vxorem; vnde verſus, quos adducit Afſl. ad conſtit.neapol.in proœm.ſub nu.15. & ex eo, alijs eiuſdem citatis locis, refert Tiraq.d.tract.de nobilit.cap.4.num.1.in fin. *Si pater eſt Adam, ſi mater cunctis & Eua, Cur non omnes ſumus nobilitate pares? Degenerant homines vitijs, fiuntque minores; Exaltat virtus, nobilitatq. genus.* hincque ſapientiſſimus Senec. epiſt.44. ſub num. 30. 40. & 50. loquendo de nobilitate, ſic inter alia ſcribit. *ſi quid aliud eſt in philoſophia boni, hoc eſt, quod ſtemma non inſpicit: omnes ſi ad primam originem reuocentur, à Dijs ſunt, &c. bona mens omnibus patet: omnes ad hoc ſumus nobiles: nec reijcit quemquam philoſophia, nec eligit: omnibus lucet: Patricius Socrates non fuit, &c. Platonem non accepit nobilem philoſophia, ſed fecit &c. omnes hi maiores tui ſunt, ſi te illis geris dignum: geres autem, ſi hoc protinus tibi perſuaſeris, à nullo te nobilitate ſuperari &c. omnia iſta longa varietas miſcuit, & ſurſum deorſum fortuna ſuperauit, &c. à primo mundi ortu vſque in hoc tempus perduxit nos ex ſplendidis, ſordidisq. alternata ſeries: non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus: nemo in noſtram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt: animus facit nobilem, cui ex quacumque conditione ſupra fortunam licet ſurgere*: concludo itaque nobilitatem, in vniuerſum ſumptam,non eſſe aliam,quàm illam,

47 Addit Thom.eod.cap.4.nu.1.tertiā ſpeciē iuſtitię,quę,vt ait,nō eſt ad propoſitū, ideoq. eam omittit: ego tamen eam vocarem commutatiuam: & in ſumma ita vna ab alia diſtinguitur, & cognoſcitur: aut enim eſt inter partem, & partem, & dicitur commutatiua: aut eſt de toto ad partes, & dicitur diſtributiua; aut eſt de partibus ad totum, & hanc voco communicatiuam, quia communicantur bona.

48 Subinfero ex dictis in hac illatione, quòd Princeps in eligendis iudicibus debet inprimis conſiderare officium, ad quod eos eligit.

Quidam enim ab eo eliguntur ſui Cōſiliarij, qui apud ipſum Principem aſſiſtant pro negotijs, quæ ipſemet Princeps debet expedire; & iſtos dico eligendos eſſe valentes, & multos,qui corrumpi non poſſint, niſi totum corrumpatur Conſilium, Bal.tract. de regim. ciuit. num. 9. in fine, quem ſequitur Mart. Lauden. tract. de principib. q.154. tom. 16. fol. 207. dicens, quòd princeps debet habere ſecum multos cōſiliarios ſapientes,idque, inquit, perfectè obſeruat Dux Mediolani, habens in conſilio ſuo prudentiſſimos Doctores, & viros expertiſſimos, Deo deditos, & ex eo refert Boſſ. tit. de princip. & priuil. eius,num. 206. & 207. addens, quòd idem obſernabat Dux Franciſcus Sfortia II. qui quos elegerit conſiliarios refert num. 208. & quòd in vera Monarchia requirantur tria, videlicet, diuinus cultus,ſapientia,& potentia, ſequitur Martin. Lauden. in loco ſupra proxime citato.

49 Quidam eliguntur pro adminiſtrāda non ſolum iuſtitia inter priuatum, & priuatum, ſed etiam, imò & præcipuè, vt eam politicè adminiſtrent populi vniuerſitati, tales ſūt hi, quos dicimus Gubernatores generales, & pręſertim ſi ſint ſupremi, qui quoad cauſas priuatorum habent ſub ſe iudices inferiores, qui eas iudicant: & in iſtorum electione dico, quòd Princeps debet obſeruare, vt proportionabiliter iuxta qualitatē loci, & imperij eligat viros prudentes, potentes, nobiles, & notæ probitatis, quia iſti,vti repræſentantes generaliter Principem, debent prouidere ſuper his, quæ reſpiciunt bonum commune, & debent populum continere in virtute, & omnem machinationem, ac ſeditionem deprimere; & hoc intuitu Reges, Principes, & præcipuè Imperator debent eſſe potentes armis, diuitijs, & ſubditis, & nobiles coniunctione procerum, & virorum illuſtrium,vt dixi infra num.54. litteratura autem in iſtis confert quidem ad bonum regimen, & eſt magnum ornamentum,non tamen eſt ita neceſſaria, quia, quando agitur de mero iure, habent aſſeſſores, & iudices.

50 Quidam eliguntur ſimiliter pro vtraque iuſtitia,videlicet pro commutatiua inter priuatos, & pro politica regiminis; ſed loca, quorum regimini præſunt,non ſunt ita egregia, & ampla, & ideo eliguntur viri longè inferioris claſſis;ſed tamen Iureconſulti,graues,prudentes, & docti iuxta qualitatem locorum,qui etiam debēt habere maiorem experientiam cauſarum criminalium, quàm ciuilium: huiuſmodi loca ſunt Ciuitates, & Terræ ſtatus Eccleſiaſtici, ad quarum gubernium Papa, ſeu de eius intentione Conſulta mittit Gubernatores.

51 Quidam verò eliguntur ad dirimendas ſolum lites inter priuatos: & in horum electione dico, quòd Princeps duo debet attendere proportionabiliter ſecundū qualitatem locorum: vnum,quòd ſint viri probatæ vitę, & hoc eſt præcipuum,per ea, quæ dixi ſupra num.1.3.& ſeqq.alterum,quòd ſint Iureconſulti, non ex priuilegio ſolo, quod ſæpe dat iniuſtè illud nomen: vnde Epiſcopus Capuanus reuertentes à ſtudio cum priuilegio doctoratus faciebat denuo examinari, & indoctos priuabat dignitate doctoratus, vt ex Nic.de Neap. in l.ſed & reprobari. ff. de excuſ. tut. refert Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num.11.verſ.& adde.de reſcript. ſed debent eſſe Iureconſulti nomine, doctrina, & experientia, quę principaliter requiritur, & ideo non ſufficit legiſſe in cathedris, quia lectores ſæpe vadunt per ambages, vt ſcribit Bal. in cap.1.ſancimus. in verbo,niſi iuſta, in fine,ſub num.8.tit. quo temp. miles inueſtit.&c. in vſib.fœud. dicens, (& ita teneas dimiſſis ambagibus, quas indocti recitant in cathedra, quæ non ſedetur, ſed incubatur ab eis) & ratio eſt, quia ſicut ad diſcendum ſcribere non ſufficit, vt videamus formam characterum litterarum,& ad diſcendum canere, & ſonare, non ſat eſt, vt intelligamus notas muſicales cum earum diſtantia, ſed oportet,vt ſcribamus, canemus, & ſonemus, quia,ſcribendo, canendo, & ſonando, diſcimus ſcribere,canere,& ſonare; vnde prouerbium (dicendo dicere diſcunt) ita etiam litteræ,quę docentur,diſcunturuè in cathedris, & ſcholis, non ſatis ſunt ad fabricandum proceſ-

proceſſum, ad inſtruendam cauſam, & ad iudicandum, ſed fabricando, inſtruendo, & iu-
52 dicando diſcimus; † hincque dicimus, quòd practica, ſiue experientia eſt rerum magiſtra, cap. quam ſit. de elect. in 6. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3. & Auth. de appell. & intra quæ temp. coll. 4. & reddit promptum artificem, quia nemo facere metuit, quod ſe benè didiciſſe cōfidit: & a praxi etiam ſumitur germana interpretatio, eiq. eſt inhærendum, Rol. à Vall. conſ. 2. num. 7. & ſeqq. lib. 2. & latè Marſ. in pract. crim. in principio, nu. 1. & ſeqq. eſt demum praxis, ſicur lapis, quo probatur aurum, & vt ait ille, *per varios vſus*
53 *artem experientia facit*. † hæcq. longa experientia præcipuè eſt neceſſaria in iudicibus, qui iudicijs præſunt capitalibus: ſunt enim iudicia hæc per ſe ipſa miſera, & dolenda, quia cum hi, qui iudicant, conſcientias eorum, de quibus iudicant, cernere non poſſint, ſępè coguntur innocentium teſtium tormentis veritatem, ad alienam cauſam pertinentem, quęrere; quid, cum in ſua cauſa quiſque torquetur, & cum quæritur, vtrum ſit nocens, cruciatur, & innocens pro incerto ſcelere certiſſimas luit pœnas, non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe ignoratur? ac per hoc ignorantia iudicis plerumque eſt calamitas innocentis: & (quod eſt intolerabilius, magiſq. plangendum, rigandumque, ſi fieri poſſet, fontibus lachrymarum) cum iudex propterea torquet accuſatum, ne occidat neſciens innocentem; fit per ignorantiæ miſeriam, vt & tortum, & innocentem occidat, quem, ne innocentem occideret, torſerat: euenit hoc, cum tortus, deligens, ex hac vita fugere, quàm diutius illa ſuſtinere tormenta, quod non commiſit, commiſiſſe ſe dicit; & vlterius iudex, illo damnato, & occiſo, adhuc vtrum nocentem, an innocentem occiderit, neſcit, S. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 19. cap. 6. fol. 190. tom. 5. ſanè hæc multo magis miſera fiunt, ſi addamus iudicis imperitiam, & imprudentiam.

His duobus attentis, reliqua, quæ loci, & generis nobilitatem & ſimilia concernunt, non ſunt neceſſaria in iudice, vt dixi etiam ſupra num. 40.

Quantum enim ad nobilitatem, de qua hic, & ſupra quaſi incidenter locuti ſumus, eſt aduertendum, quòd etſi de ea varij variè, & varia ſcripſerint, ſiquidem aliqui eam ſumunt à diuitijs, aliqui à deſcendentia, aliqui à doctrina, aliqui à militia, aliqui à conſuetudine, & ſimilibus, de quibus copioſum cōpoſuerunt tractatum Bon. de Curtil, & Tiraq. qui alios citant, & in hoc conueniant omnes, præſertim viri doctiſſimi, tàm Gentiles, quàm Catholici, quòd ſumi debeat a virtute, & illa ſit vera nobilitas, quæ propria acquiritur virtute; vnde dicebat Phalaris in quadam ſua epiſtola (ego ſolam virtutem, nobilitatem ſcio, cętera omnia fortunam) vt ex eo recenſet Staph. de litter. grat. in tit. nobilis inferior, &c. ſub num. 3. fol. 264. in paruis; ea autem nobilitas, quæ ducitur ab origine nobilium, non dicatur propriè nobilitas, cum videatur potius nobilitas ſtercoris, ſecundum Hoſtien. quem citant Petr. Andr. Gamb. tract. de auct. legat. de lat. lib. 7. num. 259. tom. 13. par. 2. & Tiraq. d. tract. de nobil. cap. 4. an virtus nobilitet. ſub num. 1. fol. mihi 22. quinimò dicunt aliqui, quòd ſi in nobilitate eſſet attendenda origo, vnus non eſſet nobilior alio, quia omnes deſcēdimus ex Adam, & Eua, ita quod ſi Adam reſuſcitaſſet, non inueniret, quam poſſet ducere in vxorem; vnde verſus, quos adducit Affl. ad conſtit. neapol. in procem. ſub nu. 15. & ex eo, alijs eiuſdem citatis locis, refert Tiraq. d. tract. de nobilit. cap. 4. num. 1. in fin. *Si pater eſt Adam, ſi mater cunctis & Eua, Cur non omnes ſumus nobilitate pares? Degenerant homines vitijs, fiuntque minores; Exaltat virtus, nobilitatq. genus*. hincque ſapientiſſimus Senec. epiſt. 44. ſub num. 30. 40. & 50. loquendo de nobilitate, ſic inter alia ſcribit. *ſi quid aliud eſt in philoſophia boni, hoc eſt, quod ſtemma non inſpicit: omnes ſi ad primam originem reuocentur, à Dijs ſunt, &c. bona mens omnibus patet: omnes ad hoc ſumus nobiles: nec reijcit quemquam philoſophia, nec eligit: omnibus lucet: Patricius Socrates non fuit, &c. Platonem non accepit nobilem philoſophia, ſed fecit &c. omnes hi maiores tui ſunt, ſi te illis geris dignum: geres autem, ſi hoc protinus tibi perſuaſeris, à nullo te nobilitate ſuperari &c. omnia iſta longa varietas miſcuit, & ſurſum deorſum fortuna ſuperauit, &c. à primo mundi ortu vſque in hoc tempus perduxit nos ex ſplendidis, ſordidiſq. alternata ſeries: non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus: nemo in noſtram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt: animus facit nobilem, cui ex quacumque conditione ſupra fortunam licet ſurgere*: concludo itaque nobilitatem, in vniuerſum ſumptam, non eſſe aliam, quàm illam,

te conſpicuus, alias ſit enim quis quantum velimus egregius, & excellens in aliqua doctrina; tamen, ſi ſit vitioſus; nunquam dicetur virtuoſus, quia virtus, & vitium non poſſunt ſimul habitare, &, cum nõ ſit virtuoſus, nunquam etiam dicetur nobilis: quare dum Imper. in l. 7. prouidendum. C. de poſtul. dicit, quòd meritum in foro facit nobiliſſimos, & ibi Gl. in verbo, nobiliſſimos. colligit, quòd ſcientia nobilitat, ſi propriè accipiamus nobilitatem, & Hern. ſuper vſib. fœud. num. 12. ſcribit, quòd Cauſidici dicuntur nobiliſſimi, debemus intelligere, quòd in eis non ſupponant vitium, aut improbitatem vitæ, quia Imper. ſupponit meritum, & Gl. & Her. ſcientiam; ſed qui eſſet vitioſus, careret merito, & deficeret ei ſcientia; quomodo enim dicetur quis ſcientificus, ſi vitijs abundat? nam quomodo docebit alios, qui ignorat ſeipſum, & quomodo aliorum vitam ſciet dirigere, qui ſuam ducit obliquam?

56 Si † verò loquamur de dignitate, & ſedibus cœleſtibus, dico, eas deberi viro ſancto; & hæc eſt propria nobilitas, quæ tanquam Regina cæteras antecellit, & eſt ſoror præcedentis nobilitatis fundatæ in virtute: ex quibus concludo, quòd dum agimus de dignitate iudicandi cauſas inter priuatos, ea non debetur, niſi Iuriſprudenti, qui ſit etiam probatæ integritatis.

57 Sed vt omnem, quæ circa prædicta poſſet oriri, tollamus obſcuritatem, dico, nobilitatem eſſe duplicem: vna, quæ eſt propria intrinſeca; & vera nobilitas, altera verò, quę eſt impropria, extrinſeca, & acceſſoria: quæ eſt propria, & vera, eſt illa, quæ, vt dixi, conſiſtit in ſola virtute, & adeo in ea conſiſtit, vt ipſa nobilitas non ſit aliud, quàm virtutis inſigne, quo indignus eſt, quicumque qui virtutem non habet, & qui eam habet maiorè, is eo proprius habet illius inſigne: hinc circa ſuperius dicta dicimus, quòd ſi Princeps eſſet hæreticus, tyrannus, ſeu aliter ſceleratus, is non diceretur nobilis, & conſequenter principatum inuaderet, non obtineret: impropria autem, & acceſſoria nobilitas dicitur illa, quæ conſiſtit in viribus, diuitijs, potentia, & ſimilibus: quare in Regibus, & Principibus, qui multis dominantur prouincijs, vtraque requiritur nobilitas, vt dixi num. præcedenti; in alijs verò inferioribus non requiritur tanta virium amplitudo.

58 Infero ſexto, colligendo multa, quòd iudex debet habere virtutem, conſtantiam, & prudentiam, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 86. num. 3. & 4. vbi etiam ſcripſi multos defectus iudicis, & quæ ſint ea, à quibus cauere debeat, & multa ex S. Auguſt. tranſcripſi infra num. 60. quæ vniri poſſunt cum adductis dicto cap. 86. & quantum ad virtutem, & conſtantiam patet ex his, quę ſcripſi ſupra ſub num. 54. non enim debet timere faciem

59 potentis: † quantum verò ad prudentiam, quòd ea maximè requiratur in iudice, ſentit apertè Bologn. tract. de leg. iur. &c. cap. 8. num. 5. fol. 298. tom. 1. dicens, quod ſolam prudentiam nobis vindicamus, quandoquidem ab hac vna rectè agendi præcepta ſumimus, atque huius ope, quæ iuſta, & honeſta ſunt à contrarijs ſecernimus, & patet ex his, quæ ſcripſi ſupra num. 5. in fine. & ſcribit Mich. Sal. ad S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. contr. 6. poſt 3. concluſ. tit. de offic. & magiſtr. &c. verſ. requiritur ſecundo. fol. 317. Ratio eſt, quia prudentia propriè verſatur circa actiones hominum, vti ſingula, ac indiuidua; in conſilijs, factiſq. modum, & ordinem ſtatuit, regñ progreſſiones adducerit, & pręteritis pręſentia comparat; vndè rectius de futuris decernit, ſicquè ex ſola rerum experientia perficitur, & ita ex prudentiæ lumine iuſtum ab iniuſto dignoſcit, & cõſequenter prudentia differt à virtute intellectiua, quia non intuetur principia vniuerſalia, quod facit intellectus: differt à ſapientia, quia non ſpeculatur res diuinas, vt ſpeculatur ſola ſapientia: differt à ſcientia, quia non cognoſcit ex cauſis primis, atq; immediatis, quæ non poſſunt aliter ſe habere: differt denique ab arte, quia nullis perficitur regulis vniuerſalibus, ſed ſingula tantùm, & indiuidua conſiderat, vt hęc omnia ſcribit Bolog. dicto cap. 8. num. 5. 6. & 7. & cum ad Iuriſconſultum, qui gubernat, & ad legis latorem præcipuè pertineat iuriſprudentia, meritò ſola iuriſſcientia habet hoc nomen Iuriſprudentiæ: quòd ſi iudex non eſſet prudens; poſſet de eo dici, quod de Rege ſcribit Bernar. ad Eugen. lib. 1. *Simia in tancho, Rex fatuus in ſolio.*

60 Confirmo has omnes illationes, & pro maiori parte etiam dicta in eis ex S. Auguſtini ſermone ad iudices, in ſerm. 35. rogatus. fol. 452. tom. 10. quem ſermonem, vti pręclariſſimum, integrum ferè referam. *Vos enim reputati eſtis ab hominibus duces populi, Iudices terræ, orphanorum patres, viduarum mariti, iuſtitiæ zelatores, reipublicæ amato-*

amatores. Cauete ergo, ne corrumpamini odio, amore, pretio, præcibus, vel timore. Decet igitur Iudices non ſolum quæ diximus adimplere, ſed cum Dei adiutorio calcare ſuperbiam, abominari luxuriam, abhorrere falſitatem, deſpicere auaritiam, quæ nouerca dicitur eſſe, & ſumma inimica iuſtitiæ. Ipſa enim eſt, quæ patrem neſcit, matrem ignorat, amicos perdit, & ſeipſam relinquit. Decet igitur Iudices, non auaritiam, ſed largitatem ſectari, & amare paruulos, puſillis, & orphanis faciem ſerenam non ſolum verbo, ſed opere demonſtrare. Non enim auertere faciem debent à paupere, nec priores dedignentur conſeruare fideles, nec ceruicem erigere debent, quoſdam deſpiciendo, ſcientes, quòd moritur pariter doctus, & indoctus. Decet igitur Iudices gratiam, quam diuinitus receperunt, ſolicita mente cuſtodire, fidem oſtendere, zelum rectitudinis conſeruare. Decet etiam Iudices clementiæ eſſe cultores, deteſtatores ſæuitiæ, cunctis benignos, ad iram tardos, ad miſericordiam feſtinos, in aduerſis firmos, in proſperis humiles, cautos, & quibuſcunque dignitatibus ſublimatos ſeipſos cognoſcant, & caueant, ne ſuos inferiores deſpiciant. Decet etiam Iudices ſapientes eſſe, in lege doctiſſimos, ne dicere valeant, tãquam legem ſanctam ignorantes, bonum, malum, & malum, bonum. Decet etiam Iudices plus Deum timere, quàm alij homines, plus de ſalute animarum curare, quàm corporis, plus honorem Dei, quàm marſupia plena diligere. Sed væ vobis, ò Iudices, væ vobis in æternum, & vltra, quia non eſt in vobis veritas, non miſericordia, non pietas, non iuſtitia, nec ſcientia Dei in vobis poteſt inueniri. Quid enim inter vos regnat? Auaritia, mendacium, clamor, apparentia, peruerſio ſacræ legis, dicentes malum, bonum, bonum, malum. Ecce acceptio perſonarum: Non eſt enim veritas in vobis. Diminutæ ſunt à vobis veritates. O patres pauperum, ò vere non patres, ſed prædones. Quare non patres? Quia vbique per vos opprimuntur, non eſt qui miſereatur pupillis Dei, ſed ſi diues locutus fuerit, mox tacuiſtis, cauſas ſuas vſque ad nubes perduxiſtis. O Iudices, ſcientiam, & iuſtitiam mundi amantes, attendite quid agitis. Nam ſcientia mundi pleni eſtis, & in ipſa moriemini: Quæ eſt enim ſcientia mundi, niſi theſaurum congregare, lucrum terrenum acquirere, decipere proximum, mentiri, iurare, iuſtitiam cautè peruertere, & ſimilia in cunctis agere? Iſta enim eſt ſapientia huius mundi. In iſtis ferè quaſi tota veſtra vita conſiſtit, & ideo attendite, qui iudicatis, quòd ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. Sed dicitis. O epiſcope, hanc ſcientiam non amamus, furtum non committimus, proximos non decipimus, nec offendimus. Quare? Quia nihil aliud recipimus, niſi quantum nobis donare voluerit. Ego autẽ dico vobis, quod tãtum feciſtis, quãtum facere potuiſtis: Quantũ potuiſtis, feciſtis, leues cauſas magnas feciſtis. Nam ſi vi non rapuiſtis, & proximum in via non deprædati fuiſtis, latrones tamen eſſe poteſtis: latro enim timet malum, & vbi non poteſt, non facit, & tamen latro eſt. Deus enim cor interrogat, & non manum, lupus enim frequenter venit ad ouile, & quærit rapere oues, quærit lacerare, quærit deuorare. Vigilant tamen paſtores, latrant canes, & ſic lupus, timenda, fugit. Nunquid tamen lupum non eſſe dicimus? Abſit. Sic & vos facitis, quantum poteſtis, ſi plura poſſetis, plura faceretis. Eia igitur, ò Iudices, attendite ne cum falſis Iudicibus Suſannæ cõfundamini. Suſcitabit enim Dominus ſpiritum Daniel, & ponet ſpiritum eius, & ſapientiam pueri ſui Danielis in mentem alicuius iuuenis, & ſicut fecit in Suſannæ iudicibus, confundet omnes falſos teſtes cum Iudicibus, & tunc ſcient quid profuerit ſibi ſua ſcientia. Conſiderate ergo, ò Iudices terræ quid per Oſeam ſeruum ſuum Deus loquatur. Viſitabo populum meum, Iudices, & vias eorum, & cogitationes eorum reddam eis. O quàm horendum eſt incidere in manus Domini. O quanta vltio, ò quanta miſeria malis erit in die nouiſſimo: Expellentur enim mali mercatores, falſi Iudices de domo Domini, exulabunt à domo Dei, expellentur à paradiſo, & ibunt in locum, vbi ſemper erit fletus, & ſtridor dentium.

Multa alia aduerſus iudices, & iuſtitiæ miniſtros, & de deſerendo iuris ciuilis ſtudio; ſed nimis acriter, & quaſi impatienti, & irato animo ſcribit Marſ. in rubr. in fine ſub num. 450. verſ. habes itaquè. & num. 451. ff. de fideiuſſ. inter Repeten. tom.6.fol.526. & quid etiam de iudicibus dicat S.Io.Chryſoſt. retuli infra gl. 14. q.9. num.31.

Hęc omnia, quę hucuſque ſcripſimus ad iudicum eruditionem, ſcias, quòd ſunt ad erudiendos omnes, qui iudicant terram, vt in Pſal. 2. num. 10. *erudimini qui iudicatis terram.* iudicant enim terram Reges, Duces, Princi-

Principes, Iudices; vnuſquiſque pro munere,quod accipit in terra,iudicat terram;iudicare autem terram, eſt iudicare homines, qui ſunt in terra,vt explicando prædicta verba, *erudimini, &c.* docet S.Aug.in ſerm.94. erudimini.littera.C. fol. 265. tom. 10.

Quia (& impono finem huic quæſtioni) ſupra num. 54. diximus, Principes, & Imperatorem eſſe eligendos ex ſtirpe nobili, poſſet quiſpiam obijcere,quòd apud Deum non eſt acceptio perſonarum,& quòd Chiſtus redemptor noſter, cuius actio eſt noſtra inſtructio, elegit in fratres,& Principem Apoſtolorum piſcatores ignobiles, vt aduertit etiam Reſtaur. Caſtal. tract. de imper. q. 9. num.4. fol. 59. tom. 16. & tamen Imperator eidem Petro piſcatori flectit genua, vt dixi ſupra gl. 1. q. 1. num. 134.

Huic obiectioni reſp. multipliciter. Primo quòd electio magis idonei non habet vitium acceptionis perſonarum, & Princeps ex ſtirpe nobili, præſumitur magis idoneus, data etiã in cæteris idoneitate. Secũdo reſp. quòd in hoc non valemus imitari Chriſtum,quia Chriſtus cognoſcit interiora, & non fallitur; etiãſi is,quẽ eligeret, eſſet ignobilis,& abiectus: at nos mouemur ad eligendum ex præſumptionibus, & præſumptio eſt pro eo,qui eſt ex ſtirpe nobili. Tertio reſp. quòd Chriſtus ei, quem eligit, poteſt dare omnem idoneitatem,quod non poſſunt facere homines eligentes. Quarto reſpon. quòd Chriſtus eligebat Petrum, & alios apoſtolos ad exercitium gladij ſpiritualis, retento habitu gladij temporalis, & non elegit ad exercitium gladij temporalis per actum, in quo requiritur potentia, & amplitudo virium, quę multum poſſunt pendere à nobilitate ſtirpis, vt dixi ſub dicto num. 54.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

Iudicium eſt primum requiſitum in iudice, num. 1. & 13.

Iudex ob quot, & quos defectus quis eſſe non poſſit, num. 1.

Furioſus, ſeu mentecaptus non poteſt eſſe iudex, num. 2. Etiam ſi habeat dilucida interualla, num. 3.

Impubes ſeu, &c. non poteſt eſſe iudex, nu.4.

Minor 17. annis prohibetur poſtulare, num.5.

Surdus non poteſt eſſe iudex, num. 7. Neque poteſt poſtulare, num. 8. Declaratur, num. 12.

Mutus non poteſt eſſe iudex, num. 9. Declaratur, num.12.

Cæcus non poteſt creari iudex, creatus tamen remanet, num.10. Declaratur, num.12.

Cæcus non prohibetur poſtulare, num. 11.

Sententia, & totus proceſſus, lata, & factus à prædictis perſonis, ſunt ipſo iure nulli, num. 14.

Capacitas dignitatis eſt ſecundum requiſitum in iudice, num. 16.

Infamis non poteſt eſſe iudex, ſub eod. num. 16. & num. 21. Et factus debet remoueri, num. 19. 20. Declaratur tripliciter, num. 26. & ſeqq.

Infames prohibentur poſtulare, num. 17.

Infames qui dicantur, num. 17. & 21.

Vſurarius publicus non poteſt eſſe iudex, num.22.

Excommunicatus non poteſt eſſe iudex, num. 23. Declaratur, ſub num. 24.

Aequiparati excommunicato non poſſunt eſſe iudices, num.24. verſ.tempera.

Qui alij eſſe non poſſint iudices, remiſſiue, num. 25.

Pœna non debet tribuere immunitatem, ſub num. 26.

Infamis non tenetur manifeſtare impedimentum ſuæ infamiæ, ſub num.26. Declaratur, & reſtringitur multipliciter, num. 27. & ſeqq.

Tertius poteſt opponere in fauorem Reip. de infamia iudicis, ſub num. 26.

Diſpenſaſſe dicitur princeps, quando ſcienter elegit infamem ad iudicandum, &c. ſub num. 31.

Virilitas, & decentia eſt tertium requiſitum in iudice, num. 33.

Mulier non poteſt eſſe iudex, neque gerere magiſtratum, num. 33. & 35. Limitatur num. 37. 42. 43. & 58.

Fœminæ ciuilibus, vel publicis officijs non funguntur, num.34.

Mulierum conuerſatio, & cohabitatio cum cœtu virorum eſt periculoſa pudori matrimoniali, ſub num. 35.

Mulierum laudabilia, & vituperabilia, num. 36.

Abbatiſſa habet iuriſdictionem, &c. num.37. & 38. Extenditur, & declaratur, num. 39. & ſeqq.

Abba-

Abbatiſſa non poteſt excommunicare , ſub num. 40.
Abbatiſſa ſibi ſubiectos , ſi ſint inobedientes , & contumaces quomodo poſſit ſuſpendere ab officio , & benefitio , ſub num.40.
Mulieri quare non ſit data poteſtas clauium, num. 41.
Mulier non eſt facta ad imaginem Dei , num. 41.
Mulier ſubiacet poteſtati viri, num. 41.
Mulieribus præcellentibus , quales ſunt Regina , & Comitiſſa,competunt honores cum adminiſtratione,& ideo poſſunt habere iuriſdictionem, & eam excercere , num. 42. & 43.
Seruus non poteſt eſſe iudex, num.44. & ſeqq. Declaratur , num. 57. & 58.
Seruus , quantum attinet ad ius ciuile , habetur pro mortuo , num. 46.
Monachus,& religioſus non poteſt fieri iudex, num. 47. Declaratur , num. 54. & ſeqq.
Monachus poteſt de licentia ſui ſuperioris eſſe Vicarius Epiſcopi , num. 56.
Monachus ſignificat ſolitarium , num.48.
Monachus eo ipſo quod non eſt in otio,& quiete , dicitur turbari , num. 49. Et debet eſſe in ſilentio , num. 50.
Monachus non poteſt eſſe procurator, ſub num. 50. & 51.
Sancti Hieronymi vita monaſtica , num. 52.
Monachorum vita comparatur cum vita ſecularium , num. 53.
Arbitri , & arbitratores qui poſſint eſſe , & qui non, remiſſiuè, num. 59.
Iudicis qualitates quæ eſſe debeant, num. 60.
Iuſtitia qualis depingatur , ſub num. 60.

1 QVAE R O ſecundo (abſoluendo ſecundum membrum diſtinctionis,poſitæ in præcedenti quæſt. num. 1.) qualis eſſe debeat iudex , conſideratis ſecundis qualitatibus , procedentibus à natura, &c.

Conſtituo concluſionem, quòd tria requiruntur ad hoc, vt quis poſſit eſſe iudex : primum eſt iudicium, ſecundum capacitas dignitatis,tertium virilitas,ſeu decentia;alias, ſi vnum ex iſtis deficiat, non poteſt eſſe iudex ; & hęc ſunt in effectu illa tria impedimenta , videlicet ex natura , ex lege , & ex moribus , quæ habes in l. 12. cum prætor. in fine , ff. de iudic. cuius l. verba retuli ſupra lib. 1.cap.1.num.3.& in cap. 1.§.tria ſunt. 3.q.7.& ad hęc tria reducuntur impedimentum permanens,tranſiens , innatum, & contingens , & illi defectus , quos conſiderat Io. à Capiſtr. in ſpec. conſcien. verſ. reſtat nunc. num.123.& ſeqq. fol. 345.tom.1.breuiter agemus de ſingulis .

Capio primum requiſitum, &,oſtendendo veritatem illius,infero,quæ perſonæ propter defectum , ſeu carentiam iudicij non poſſunt eſſe iudices .

2 Infero primo igitur,quòd perpetuò furioſus non poteſt eſſe iudex, quia caret iudicio, dicta l. 12. cum prætor. in fine , & dicto §. tria ſunt.Spec. tit. de iud.deleg.§. excipi poteſt.ſub num. 10. verſ. item quod eſt ſurdus . fol. 10. lib. 1. Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus . ſub num. 4. verſ. limitatur iſta . de reſcrip. Iacob. Gentil. tract. de ordin. iudic. verſ. in nomine . num. 4. fol. 42. tom. 3. par. 1. Io. Bapt. tract.de arbitr. lib.4. cap.14.ſub num. 1.fol.245.tom.3.par.1. Nep.à Montal.tract. de excep. art. 3. num. 21. fol. 108. tom. 3. par.2.& quòd furioſus non poſſit eſſe iudex, ſcribit Io. à Capiſtr. in loco ſupra proximè citato , & quòd mentecaptus non poſſit eſſe iudex, ſcribit Vant. tract. null. rubr. de null. ex defec. iuriſd. & vnde,&c. num. 134. fol. 391. tom. 4. & de null. ex defect. iuriſd.deleg. num. 39. fol. 396.

3 Imò quòd furioſus non poſſit eſſe iudex etiam ſi habeat dilucida interualla , ſcribit Blanc. tract. de compromiſ. q. 2. ſub num. 33. fol. 148. tom. 3. par. 1. ſed tu in hoc vide text. in l. 39. cum furioſus. ff. de iudic. & in contrarium eundem Iacob. Gentil. & Io. Bapt. in locis , ſupra proximè citatis .

4 Infero ſecundo,quòd impubes , ſeu aliter minor imperfecti iudicij non poteſt eſſe iudex, dicta l. cum prætor. & dicto §.tria ſunt. & l. 2. ff. de reg. iur. Iacob. Gentil. in dicto verſ. in nomine. nu. 5.fol. 42.Spec.& Felyn. in locis ſupra proximè citatis , rurſus Spec. eod. §.excipi poteſt.ſub num. 21. verſ. item quod eſtis indiſcretus . fol. 11. & quòd minor ętate non poſſit eſſe iudex , ſcribit Io. à Capiſtr. dicto num. 123. in fine, & quæ ętas requiratur ad hoc, vt quis poſſit eſſe iudex, vide Iacob. Gentil. in dicto verſ. in nomine. num. 5.fol.42. vbi dicit,quòd minor 18. annis non poteſt eſſe iudex , & Blanc. tract. de compromiſ. q.2. num. 22. verſ. minor annis 25. fol. 147. tom. 3. par. 1. vbi diſputando de ætate arbitri , in iudice tenet ſufficere , quòd ſit maior annis 18. vide etiam Nep. à

Montalb.

Montalb. tract. de excepr. art. 3. num. 11. fol. 107. eodem tom. 3. par. 2. vbi citat, & explicat, & ad quam ætatem quis peruenifſe debeat, vt poſſit eſſe iudex, vide text. & ibi Doct. in cap. 42. cum vigeſimum. de offic. & poteſt. iud. deleg. & Spec. tit. de iud. deleg. §. excipi poteſt. ſub num. 2. & 3. verſ. item quod eſt minor. & ſeqq. lib. 1. fol. 10.

5 Confirmatur hæc illatio, quia minores decem & ſeptem annis prohibentur omnino poſtulare, cap. 2. infames. 3. quæſt. 7. Sed poſtulare eſt minor dignitas, & minus periculum, quàm iudicare. ergo ſequitur, vt dixi infra num. 18. verſ. ergo.

6 Corroborantur hoc primum requiſitum, eiusque illationes, quia iudex dicitur à iudicando, ideoque adhibetur vt ferat ſententiam; ſed ſententia dicitur à ſenſu, quo mediante, fertur; in tantum vt ſi eo careat, ſententiam ferre non poſſit, præſertim ſi careat ſenſu interiori, qui conſiſtit in iudicio, & diſcretione, vt explicaui infra gloſ. 14. quæſt. 1. num. 1. & ſeqq. At prædicti carent ſenſu interiori. ergo.

7 Infero tertio, quòd ſurdus non poteſt eſſe iudex, dicta l. cum prætor. & dicto §. tria ſunt. Spec. & Felyn. in locis ſupra proximè citatis, Iacob. Gentil. in d. verſ. in nomine. num. 4. fol. 42. Ioann. à Capiſtr. Vant. & Nep. à Montalb. in locis ſupra proximè citatis, & Blanc. d. quæſt. 2. num. 27. & ſeqq. fol. 148. tom. 3. par. 1.

8 Confirmatur eodem medio, quia ſurdus, qui prorſus non audit, prohibetur poſtulare, dicto cap. 2. infames. ergo multò magis prohibetur iudicare.

9 Infero quarto, quòd mutus non poteſt eſſe iudex, vt in dictis iuribus, & ſcribunt Doctores in locis ſupra proximè citatis.

10 Infero quinto, quòd cœcus non poteſt creari iudex, ſed ſi fuit creatus oculatus, remanet, vt diſtinguendo dicit text. in l. 1. §. quamuis autem. ff. de poſtulan. Iacob. Gentil. in d. verſ. in nomine. num. 4. fol. 42. tom. 3. par. 1. & ita intelligitur l. 6. cœcus. ff. de iudic. dum ait, quòd cœcus iudicandi officio fungitur, Blanc. tract. de compromiſſ. quæſt. 2. num. 30. & 31. fol. 148. tom. 3. par. 1. & latius ſcripſi infra gloſ. 12. num. 36. ampl. 2.

11 Confirmatur eodem medio, quia vtroque lumine orbati prohibentur poſtulare, vt in d. cap. 2. infames. 3. q. 7.

12 Intellige quando eſt omnino ſurdus, omnino mutus, & omnino cœcus; ſecus ſi cum difficultate audiret, loqueretur, & videret, prout explicat Blanch. dicta quæſt. 2. num. 32.

13 Ratio quare iſtæ perſonæ non poſſint eſſe iudices propter defectum, ſeu carentiam iudicij, eſt, quia iudicium eſt de ſubſtantia in iudice, nam ideo dicitur iudex, quia iudicium, ſeu ius dicit: ergo ſi careat iudicio, illud dicere non poteſt; ergo non poteſt eſſe iudex: & licet hæc ratio videatur ſolum concludere, & procedere in furioſo, & in impubere, qui verè carent iudicio, vt in d. l. cum prætor. ff. de iudic. & non in cœco, ſurdo, & muto, qui habent iudicium; tamen dico, quòd concludit, & procedit etiam in iſtis, quia cum eis deficiant ſenſus corporei, qui ſunt neceſſarij ad officium, & exercitium ipſius iudicij in foro, vt conſiderat etiam Vant. in tract. nullit. rubr. de null. ex defect. iuriſdict. & vnde, &c. num. 134. ſequitur, quòd dicantur carere iudicio.

14 Extende primo has omnes illationes, vt ſententia, & totus proceſſus, factus coram eiuſmodi iudicibus, ſint nulli ipſo iure, & de tali exceptione poſſit ſemper opponi, quia reddit iudicium retronullum, Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 4. verſ. limitatur iſta. de reſcript. quia eſſe furioſus, ſeu pupillus, eſt impedimentum naturale, quod eſt immutabile: & ideo non poteſt diſpenſari, & conſequenter ſententia, ab iſtis lata, non valet, licet de impedimento non ſit oppoſitum, Abb. in dicto cap. ſciſcitatus. ſub num. 11. & 12. & Dec. num. 34. verſ. circa primum.

15 Extende ſecundo, vt etiam ij, qui habent quidem ſenſus, ſed eos habent commotos, perturbatos, & malè affectos, rectè iudicare non poſſint, per ea, quæ ſecutus ſum quæſt. præceden. ſub num. 15. in quinta ratione, & infra quæſt. 7. num. 6. & gloſ. 14. quæſt. 1. num. 5.

16 Capio ſecundum requiſitum de incapacitate dignitatis, & ad oſtendendum illius veritatem, infero, quæ perſonæ, propter incapacitatem dignitatis, non poſſint eſſe iudices.

Infero igitur, quòd infamis non poteſt eſſe iudex, argumento text. in l. 2. neque famoſis. C. de dignit. lib. 12. vbi, quòd famoſis, & notatis, & quos ſcelus, aut vi-

tæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis portæ non patebunt, l. 12. iudices. C. eod. vbi, quòd iudices, qui ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos, & plebeios haberi debent. cap. 13. ſciſcitatus. de reſcript.cap. 1.infamis. 3. quæſt. 7. vbi, quòd infamis non poteſt eſſe cognitor, Innoc. in cap. cum ſuper. ſub num. 5. & num. 6. verſ. nec obſtabit. de offic. delegat. Bal. tract. de tabell. num. 65. & ſeqq. fol. 366. tom. 3. par. 1. Luc. de Penn. in dicta l. neque famoſis. num. 21. Iacob. Gentil. tract. de ordin. iudic. verſ. in nomine. num. 5. fol. 42. iiſdem tom. & par. Blanc. tract. de compromiſs. quæſt. 2. num. 13. verſ. infamis. fol. 147. tom. 3. Nep. à Montalb. tract. de except. art. 3. num. 10. fol. 107. tom. 3. par. 2. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defec. iuriſd. deleg. num. 44. & 46. fol. 396. tom. 4. Conrad. Brun. tract. de hæret. lib. 5. cap. 7. num. 10. fol. 319. tom. 11. par. 2. & ſcripſi ſupra gl. 1. q. 1. num. 40. & quòd à dignitate motus propter turpitudinem, non poſſit eſſe iudex, ſcribit Spec. tit. de iud. deleg. §. excipi poteſt. ſub num. 10. verſ. item quod eſt ſurdus. lib. 1. fol. 10.

17 Confirmatur primo hæc illatio, quia qui turpitudinis notam habent, prohibentur poſtulare, vt ſunt ij, qui corpore ſuo muliebria paſſi ſunt, niſi fortè vi prædonum, vel hoſtium ſtuprati ſint: ſimiliter qui capitali crimine, vel calumniæ cauſa publico iudicio ſunt damnati, vel qui operas ſuas locauerunt, vt cum beſtijs depugnarent in arena: his namque perſonis pro ſe allegare permittitur, pro alijs poſtulare prohibentur, niſi fortè tutelam impuberum, vel curam adoleſcentium non affectatam, ſed neceſſariam adminiſtrent, quia pro his, quorum curam gerunt, eis poſtulare conceditur; & alij omnes, qui, vt infames notantur, niſi pro ſe, & pro certis perſonis, poſtulare non poſſunt, niſi in integrum reſtitutionem acceperint, &c. cap. 2. infames. 3. quæſt. 7. ſed de hoc vide quęſt. ſeq. ſub num. 26.

18 Ergo multò minus poſſunt iudicare, argumento textus in l. 7. §. fin. ſolet. ff. de interd. & releg. quia iudicare eſt maior dignitas.

19 Confirmatur ſecundo, quia, ſi facti iudices, debent remoueri ob ſuperuenientem infamiam, vt dixi num. ſeq. à fortiori, cum ſint infames, non debent admitti, iuxta verſum, *turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.*

20 Extende primo hanc illationem, vt infames non ſolum non poſſint fieri iudices, ſed, ſi fuerint facti, debeant, ſi poſtea infamia notentur, amoueri, Vant. dicta rubr. de nullit. ex defect. iuriſdict. deleg. num. 46. fol. 396.

Extende ſecundo, vt hæc illatio præcipuè ſeruanda eſſet hìc Romę, quia hìc infames nō ſolum ſunt repellendi à munere iudicandi, ſed neque morari hic poſſunt, l. 10. ſed & ſi milites, §. ſcribit autem. ff. de excuſ. tut. &c. & l. 3. ſenatorem. & ibi Gl. & Bal. ff. de ſenator. imò infamis Romam ingredi non poteſt, Bal. in dicta l. ſed & ſi milites. §. ſed & ignominia, & hinc eſt, quòd licet infamis poſſit eſſe procurator, tamen non poteſt eſſe Romę, Bal. vbi ſupra.

21 Subinfero primo ex eadem illatione, quòd criminoſi, fures, ſacrilegi, inceſtuoſi, homicidæ, periuri, raptores, malefici, adulteri, hęretici, ſciſmatici, iudæi, & alij, qui Chriſtianę legis normam abijciunt, ac pro alijs ſceleribus conuicti, & condemnati ſunt, ac demum omnes, qui à legibus tàm eccleſiaſticis, quàm ſecularibus pronunciantur infames, prohibentur fieri iudices, cum ab omni cœtu fidelium, & proborum virorum, nedum à ſenatu ſegregari debeant, Vant. tract. null. rubr. de nullit. ex defect. iuriſdict. delegat. num. 48. & 49. verſ. idcirco. fol. 396. tom. 4. & quòd iudęus, vel hęreticus, vel non credens, vel nondum baptizatus, vel ſchiſmaticus, vel paganus, vel alius infidelis, non poſſit eſſe iudex, ſcribit Spec. tit. de iud. delegat. §. excipi poteſt. num. 11. verſ. item quod eſt iudęus. lib. 1. fol. 10. & quòd hęretici, iudęi, alijque infideles non poſſint eſſe iudices, ſcripſi ſupra glo. 1. q. 1. num. 39. & 40.

22 Subinfero ſecundo, quòd vſurarius publicus, cum ſit ipſo iure, & abſque alia ſententia infamis, non poteſt eſſe iudex, Vant. dicta rubr. de nullit. ex defect. iuriſdict. delegat. num. 52. verſ. vſurarius etiam. fol. 396. tom. 4.

23 Subinfero tertio, quòd excommunicatus, cum ſit infamis, non poteſt eſſe iudex, Spec. tit. de iud. deleg. §. excipi poteſt. num. 1. verſ. item quod eſt excommunicatus. lib. 1. fol. 9. Bapt. de S. Blaſ. tract. de arbitr.

quæſt.

quæſt. 7. num. 18. fol. 298. tom. 3. par. 1. Vant. eadem rubr. num. 61. verſ. excommunicatus etiam. fol. 396. & benè Blanc. tract. de compromiſs. quæſt. 2. num. 9. verſ. excommunicatus. fol. 146. tom. 3. par. 1. vbi inter alias rationes, adducit, quia quis non debet loqui cum excommunicato, & dixi ſupra gloſ. 1. quæſt. 1. num. 40. & ideo ſententia, lata ab eo, eſt nulla, prout declaraui quæſt. ſeq. num. 26. & 27.

24 Extende hanc ſubillationem, vt habeat locum etiam in ijs, qui ſunt ſimiles, & æquiparantur excommunicato, quales ſunt deportati, relegati, exules, & banniti, qui à communione ciuium, & beneficijs Reipub. ſunt ſeparati; ſicut à communione fidelium ſeparantur excommunicati, Vant. eadem rubr. de nullit. ex def. iuriſd. deleg. num. 65. verſ. relegatus. fol. 397. & de hac æquiparatione banniti, & excommunicati ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 66. & latè lib. 2. cap. 9. num. 1058. & ſeqq.

Et quid ſi excommunicatus, cui delegatur cauſa, erat abſolutus tempore, quo recepit reſcriptum, vide Spec. in loco ſupra proximè citato.

Tempera hanc ſubillationem, vt procedat in publicè excommunicato, ſecus in occulto, hancque temperationem ex Io. de Lign. refert Beat. Antonin. tract. de excom. cap. 76. num. 19. tom. 14. fol 384. ſed tu dic clarius, quòd licet excommunicatus non poſſit eſſe iudex, tamen ſi eſſet toleratus, puta, quia non erat publicè excommunicatus, tunc ratione publici officij ſentententia valet, vt latius explicat Ioann. de Selu. tract. de benef. quęſt. 4. par. 3. num. 5. & 30. fol. 54. tom. 15. par. 1. & adde quæ ſcripſi quæſt. ſeq. num. 8. & 9.

25 Alias ſubillationes prætereo, quia non eſt noſtri tractatus agere ſigillatim de omnibus perſonis, quæ poſſunt repelli à munere iudicandi propter aliquam turpitudinem, ſeu maculam, vel ob aliam iuſtam cauſam; poteris tu, ſi placebit, eas colligere ex Io. Bapt. tract. de arbitr. lib. 4. cap. 1. & ſeqq. fol. 242. ex Bapt. de S. Blaſ. eodem tract. de arbit. & arbitrat. quæſt. 5. & ſeqq. num. 12. & ſeqq. fol. 298. & Blanc. tract. de compromiſs. quęſt. 2. num. 4. & ſeqq. fol. 146. tom. 3. par. 1. dum tractant de perſonis, quæ non poſſunt eſſe arbitri, ſeu arbitratores.

26 Declara primo eandem illationem, eiuſque extenſionem, & ſubillationes, vt procedant quatenus ex munere iudicandi reſultat commodum, & honor infamis, & proinde, dum ipſe vult eſſe iudex, debet repelli, & quatenus eſſet factus, poſſit qui coram eo conueniretur, excipere de infamia: ſecus quatenus reſultaret ei incommodum, quia poſſet eſſe, & cogi, vt eſſet, & ideò infamis ad iudicandi munus electus, non ipſe ſe ab iniuncto onere excuſabit propter infamiam, l. 7. relegatorum in fine, ff. de interd. & releg. ſed benè poteſt tertius excipere, eum iudicem eſſe non poſſe propter infamiam; ſiquidem tertius, opponens in fauorem Reipub. auditur: & conſequenter concludo generaliter, quòd infames à muneribus publicis immunitatem non habent, quatenus onerosa ſunt, ſed quatenus honorifica, Conrad. Brun. tract. de hæret. lib. 5. cap. 7. num. 10. & 7. fol. 319. tom. 11. par. 2. & cum hac declaratione tranſire communiter Canoniſtas teſtatur, ſed non ſequitur Abb. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 14. de reſcript. & cum hac communi declaratione concordant in effectu, quæ latius diſtinguendo duos caſus, ſcribit ibidem Dec. ſub num. 45. & ſeqq. verſ. ſed pro vera reſolutione. dicens, quòd is, qui vult habere immunitatem in actu ſibi fauorabili, in quo non tractatur de præiudicio alterius, non poteſt allegare infamiam propriam, vt conſequatur priuilegium immunitatis, quia pœna immunitatem tribuere non debet; ſed quando, inquit, tractatur de intereſſe publico, vel alterius priuati, tunc, inquit, inhabilis non poteſt petere tale officium, & etiam ab alijs requiſitus, debet impedimentum ſuum manifeſtare: quod poſtea declarat eſſe verum, quando actus omninò non valeret, etiam quòd non fuerit oppoſitum de impedimento: ſecus, inquit, ſi actus valeret, non oppoſita exceptione impedimenti, prout eſt quando eſt infamis, quia is non tenetur manifeſtare impedimentum ſuæ infamiæ, & cum diſtinctione huius declarationis concordant quæ ſcripſi infra gloſ. 11. num. 9. & lib. prox. præced. cap. 9. num. 1802.

27 Subdeclara primo hanc declarationem, diſtinguendo duos caſus. Primus caſus eſt, quando infamia, vel alius defectus iudicis erat iam ab alio detectus, vt puta, quia de illo defectu, ſeu delicto fuit iam condemnatus: & tunc poteſt ſe excuſare, imò tenetur, quia ſi pateretur ſe promoueri ad di-

gnitatem, & non detegeret turpitudinem ſuam, iam ab alio detectam, & patefactam per ſententiam, eſſet puniendus, Bar. in l. 2. num. 3. verſ. & per hanc l. C. ſi ſeru. aut libert. ad decur. aſpir. lib. 10. vbi reſpondet contrarijs, & ex eo ſequitur Abb.
28 in loco ſupra proxime citato. † Secundus caſus eſt, quando defectus, ſeu impedimentum eſt occultum: & iſto caſu adhuc diſtinguo: Aut impedimentum eſt tale, quod impedit funditus exercitium officij, ſeu dignitatis, quantumuis occultum; & tunc tenetur illud pandere, alias puniretur, & in ſpiritualibus peccaret, vt puta, ſi eſſet bigamus, vel homicida, quia licet pœniteret, tamen non poſſet adminiſtrare ſine peccato: Aut impedimentum non eſt tale, quod impediat funditus, & tunc non tenetur ſe prodere, & ita procedit dictum Bartoli ſupra relatum; vt puta, quia iudex ſit infamis, nam infamia non tollit naturale iudicium iudicandi, Abb. in dicto capit. 13. ſciſcitatus. num. 14. verſus finem.

29 Exemplifica primum membrum huius ſecundi caſus in cœco, quia ſi ei delegaretur cauſa, deberet ſe excuſare, tùm quia defectus eſt patens, tùm quia eſt defectus, qui impedit exercitium iudicandi.

30 Subdeclara ſecundo, vt infamis poſſit procedere, ſi non excipiatur contra eum; nec enim propter infamiam ab honoribus publicis quis excuſatur, Specul. tit. de iud. delegat. §. excipi poteſt. num. 2. verſ. ſed nunquid infamis. lib. 1. fol. 10. & Dec. in cap. 13. ſciſcitatus. num. 49. in fine, de reſcript. & facit quod ſcripſi ſupra num. 26. in ipſa declarat. & infra num. 43. in fine, limit. 2.

31 Declara ſecundo, vt non procedat, quando in reſcripto, ſeu delegatione Principis ſupremi appareat, Principem conferentem illi infami iuriſdictionem, habuiſſe notitiam de qualitate, & conditione perſonæ, cui delegat, ſeu iuriſdictionem confert, quia tunc tacitè diſpenſaſſe videretur, & habilitaſſe, Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defect. iuriſdict. deleg. num. 53. verſ. erit nihilominus. fol. 396. tom. 4. & velle diſputare, an dignus, & habilis ſit, quem Princeps ſcienter elegit, foret inſtar ſacrilegij, Vant. ibidem num. 55.

32 Declara tertio, vt quamuis quædam exceptiones impediant, ne quis fiat iudex, tamen non impediunt factum, ne poſſit iudicare, Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 2. verſ. rationem autem. in tertia ratione, de reſcript.

33 Capio tertium requiſitum de virilitate, & decentia, & procedendo, vt in duobus præcedentibus, venio ad illationes.

Infero primo, quod moribus, lege comprobatis, introductum eſt, vt mulier non poſſit eſſe iudex, nec magiſtratum gerere, l. 12. cum prætor. in fine, ff. de iudic. l. 2. ff. de regul. iur. l. vlt. C. de recept. arbitr. cap. 1. §. tria ſunt. 3. quæſt. 7. & cap. 17. mulierem. 33. quæſt. 5. de pœniten. Spec. tit. de iud. deleg. §. excipi poteſt. ſub num. 10. verſ. item quod eſt mulier. lib. 1. fol. 10. Ioann. à Capiſtr. in ſpec. conſcien. verſ. teſtat nunc. num. 123. fol. 345. tom. 1. Blanc. tract. de compromiſs. quæſt. 2. num. 34. verſ. mulier. fol. 148. tom. 3. par. 1. Nep. à Montalb. tract. de except. art. 3. num. 21. fol. 108. tom. 3. par. 2. Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defect. iuriſd. delegat. num. 71. verſ. moribus. fol. 397.
34 tom. 4. † moribus enim receptum eſt, vt fœminæ ciuilibus non fungantur officijs, quamuis iudicio non careant, dicta l. 12. cum prætor. & ideo ab omnibus officijs ciuilibus, vel publicis remotæ ſunt, dicta l. 12. quia debent eſſe memores ſuæ pudicitiæ, & operum, quæ eis natura permiſit, & à quibus eas iuſſit abſtinere, dicta l. vlt. & quia ſunt ſubiectæ dominio viri, & ideo nullam habent auctoritatem, dicto cap. mulierem. & demum propterea in multis iuris articulis deterior eſt conditio fœminarum, quàm maſculorum.

35 Rationes, ob quas mulieres prohibentur eſſe iudices, ſunt tres.

Prima, quia iudex debet virtute poſſe irrumpere iniquitates, vt dixi quæſt. præceden. ſub num. 54. ſed mulier non eſt talis. ergo.

Secunda, quia conuerſatio mulierum cum cœtibus virorum eſt periculoſa, ne in contumeliam matrimonialis pudoris irruant, l. 21. maritus. C. de procurat. vbi enim mulieres viris cohabitant, antiqui hoſtis non deſunt inſidiæ, cap. 23. oportet. & ſeqq. diſt. 81. & cohabitatio intercipit adulterium, cap. 21. diffinimus. 18. quæſt. 2. ſed hæc conuerſatio in iudicijs non poteſt euitari; & ex hac conuerſatione imminet periculum, ne pudicitia attentetur, pro cuius con-

conſeruatione mors fugienda non eſt, per ea, quę ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2: ampl. 19. ſub num. 67. confirmat. 3.

36 Tertia ratio eſt, quia etſi in mulieribus à natura ſint quædam laudabilia, nempè, quia vt plurimum ſunt verecundæ, piæ, miſericordes, & exceſſiuæ in virtute, quando ſunt virtuoſæ; tamen longè plura ſunt in eis vituperabilia: ſunt enim vt plurimum intemperatæ, & paſſionum inſecutrices, garrulæ, & litigioſæ; mobiles, & inſtabiles, & omnium rerum libertatem, imò licentiã (ſi verè dicere volumus) deſiderant: & ſexus fœmineus ad mutabilitatis vitia patet, quinimò libentius cõtra voluntatem virorum in actũ prodeunt; nolunt enim vbi tu velis, vbi nolis, cupiunt vltrò: intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina diues; nihil eſt audacius illis deprehenſis: iram, atque animum mulier de crimine ſumit: fortem animum præſtant rebus, quas turpiter audent: mulier ſæuiſſima tunc eſt, cùm ſtimulos odio pudor admouet: vindicta nemo potius, quàm fœmina gaudet: ſemper enim infirmi eſt animi, exiguiq; voluntas; item inordinati ſemper affectus; & ad certa maleficia proniores, vt ex Aegid. de regim. prin. lib. 2. par. 1. & ex alijs refert Luc. de Penn. in l. vnica, num. 4. & 5. C. de mulieribus in quo loco &c. lib. 10. eſt etiam mulier varia, & mutabilis, cap. 10. forus. in fin. de verb. ſignif. vnde Gloſ. ibi refert verſus. *Quid leuius fumo? flamen: quid flamine? ventus. Quid vento? mulier: quid muliere? nihil.* Cæterum inuentæ ſunt etiam mulieres fortes, conſtantes, piæ, liberales, magis quàm viri, S. Io. Chryſ. in Matth. 27. homil. 89. cap. 27. fol. 241. tom. 2.

37 Limita primo hanc illationem, vt non procedat in certis mulieribus, quibus à iure, vel à conſuetudine, vel à Principe eſſet collata iuriſdictio, quia tales mulieres haberent iuriſdictionem, eamq; exercerent, vt patet in ſequentibus exemplificationibus.

Exemplifica primo hanc limitationem in Abbatiſſa, quia habet iuriſdictionem in ſuas monachas, & in alios, ſi qui ſunt illius iuriſdictioni ſubiecti, cap. 12. dilecta. & ibi Gl. 1. Ant. de Butr. num. 6. verſ. colligit gl. Abb. not. 1. num. 1. Io. de Anan. ſub num. 1. ibi, nota quòd abbatiſſa. & Anch. ſub num. 2. not. 3. & communiter omnes Canoniſtæ, de maior. & obed. Bar. in l. vnica, ſub nu. 10. C. de mul. & in quo loco, &c. lib. 10. Dec. in l. 2. fœminæ. num. 8. verſ. ſecundo prædicta. ff. de reg. iur. Blanc. tract. de compromiſ. q. 2. ſub num. 36. verſ. circa hoc. in fine, fol. 148. tom. 3. par. 1. & Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. iuriſd. num. 71. in fine, fol. 397. tom. 4.

38 Ratio eſt, quia Abbatiſſa, quæ fit de iure canonico, habet dignitatem cum adminiſtratione, & cum illa dignitate tranſit annexa iuriſdictio, Ant. de Butr. in d. cap. dilecta. num. 6. verſus finem, & Abb. ſub num. 1.

39 Extende hanc exemplificationem, vt Abbatiſſa habeat non ſolum iuriſdictionem in ſuas monachas, ſed poſſit etiam eam habere ex priuilegio, vel ex præſcriptione in clericos ſeculares, & in ſuas canonicas, vt de Abbatiſſa Bubrigenſi dicitur in d. cap. dilecta. imò poteſt ex priuilegio conferre beneficia & inſtituere, quia capacitas collationis beneficiorum, ſeu iuris conferendi eſt quidem iuriſdictionis ſpiritualis, ſed non ordinis, cuius mulieres ſunt omnino incapaces, Abb. d. cap. dilecta. num. 1. & 5. de maior. & obed. & latè ibidem Ant. de Butr. ſub num. 6. 7. & 8.

40 Declara, reſtringendo eandem exemplificationem, vt Abbatiſſa habeat iuriſdictionem talem qualem, non ita plenam, ſicut habet vir, Gloſ. 1. in d. cap. dilecta. & Ant. de Butr. ſub num. 7. & ideo licet poſſit contumaces, & inobedientes ſibi ſubiectos ſuſpendere ab officio, & beneficio, tamen non poteſt eos excommunicare, Gl. 1. in d. cap. dilecta. & ibi Canoniſtæ initio, neque poteſt abſoluete à peccatis, Ant. de Butr. ibidem ſub num. 7. & Abb. ſub num. 5. imò nec poteſt ſuſpendere quoad effectus, qui pertinent ad claues, quia claues regni cœlorum non ſexui fœmineo, ſed virili ſunt traditæ, Gloſ. 1. ſupracitata; quare non poteſt interdicere, & ſuſpendere ea ſuſpenſione, cui contraueniens incidit in irregularitatem, Abb. eod. cap. dilecta. ſub num. 5. vbi etiam notat, quòd non habens ordinem, non poteſt excommunicare, licet ſit perſona religioſa.

41 Ratio quare Abbatiſſa non poſſit excommunicare, neque alios exercere actus, qui pertinent ad claues, ſeu verius, quare poteſtas clauium fuerit data Apoſtolis, & non Virgini Mariæ ſanctiſſimæ, quę vniuerſis Apoſtolis eſt excellentior, cap. 10. noua quędam. de pœnit. & remiſs. eſt, quia mulier non eſt facta ad imaginem Dei, ſed vir; qui

eſt imago & gloria Dei, & mulier ſubiacet poteſtati viri, vti capiti mulieris, Gloſ. *1*. in fine in d. cap. dilecta. & ibi Ant. de Butr. nu. 7. in fine, & quòd mulier non ſit imago Dei, ſed imago viri, & vir imago Dei, dicunt Apoſt. ad Corinth. 11. ſub num. 7. S. Auguſt. in qq. ex vtroque mixtim. quæ ſunt ante librum de cura pro mortuis, fol. *3*17. col. 1. in fine, tom. 4. cap. 13. hæc imago. *33*. q. 5. in 2. par. S. Thom. in ſumm. par. 1. quæſt. *93*. art. 4. quare vir eſt caput mulieris, & Chriſtus eſt caput viri, cap. 15. cum caput. ead. *33*. quæſt. 5. vnde mulier ſubiacet dominio viri, quia vt dicit Apoſt. d. cap. 11. num. 8. & 9. *non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro; etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum*.

42 Exemplifica ſecundo in mulieribus præcellentibus, vt in Reginis, & Comitiſſis, quæ quandoque ſuccedunt in Comitatu ex conſuetudine, vel ex priuilegio ſibi dato, quia iſtis competunt honores cum adminiſtratione, Bar. in l. vnica, ſub num. 10. C. de mulier. & in quo loco, &c. lib. 10. nam cum iſtis deferatur dignitas, habens annexam iuriſdictionem, poſſunt illam iuriſdictionem exercere, Abb. in cap. 12. dilecta. ſub num. 1. de maior. & obed. & proinde quando mulier ſuccedit iure hæreditario in hæreditate, in qua ſit aliqua iuriſdictio, tunc illa fœmina poteſt iuriſdictionem illam exercere, & iudicare, Alex. conſ. *1*. domini. num. 24. lib. 5. Dec. in l. 2. fœminæ, ſub num. 3. verſ. & hoc verum. ff. de reg. iur. & communiter omnes, & quòd mulier poſſit iudicare ſi habeat iuriſdictionem, ratione, ſeu iure ſucceſſionis, ſcribit Spec. tit. de iud. deleg. §. excipi poteſt. ſub num. 10. verſ. item quod eſt mulier. lib. 1. ſol. *10*. & ideo Ioannam Reginam Hieruſalem, & Siciliæ iuriſdictionem exercuiſſe, & ſediſſe in ſolio regali, & ſententiam protuliſſe contra illos de Balſo, teſtatur Bar. in d. num. 10. in fine, & apertius Ang. in d. l. 2. ff. de reg. iur. & in l. 12. cum prætor. §. fin. ff. de iudic. & ex eo referunt Dec. vbi ſupra, Blanc. tract. de compromiſſ. quæſt. 2. num. 35. limit. 1. fol. 148. tom. 3. par. 1. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defect. iuriſd. deleg. num. 73. fol. 397. tom. 4. Addit. ad Abb. in d. cap. dilecta. in 1. addit. ſub num. 1. & quòd fœmina, habens iuriſdictionem de iure communi, vel conſuetudine, poſſit per ſe in iuriſdictione ſua iudicare, & per ſeipſam cognoſcere de meritis cauſæ, quia quis poteſt eſſe iudex, licet non habeat ſcientiam iuris, ſcribit Abb. in cap. 4. dilecti. num. 1. not. *1*. de arbitr. hæcque omnia, quæ diximus in iſta exemplificatione, copioſius ſequitur Corſett. tract. de reg. poteſt. quæſt. 94. num. 58. & 59. tom. *16*. fol. 144.

Honeſtum tamen eſſe, quòd mulier alteri committat, niſi aliud ſit de conſuetudine, ex Vber. ſequitur Spec. in loco ſupra proximè citato.

43 Exemplifica tertio in muliere, quę ex conſuetudine, vel ex ſtatuto, vel ex priuilegio Principis haberet auctoritatem iudicandi, prout explicant Dec. in d. l. 2. fœminæ. num. 4. & ſeqq. ff. de reg. iur. & Blanc. d. quæſt. 2. num. *36*. & ſeqq. fol. 148. tom. 3. par. 1. qui alios citant.

Quòd ſi vis plura videre de officijs, quæ ſunt prohibita mulieribus, vide Dec. in d. l. 2. num. 3. & ſeqq.

Limita ſecundo, ſeu declara, vt non procedat, quando mulier procedit, partibus non opponētibus, quia tunc proceſſus, & ſententia valent, vt dixi infra num. *5*8. limit. 2.

44 Inſero ſecundo, quòd nec ſerui poſſunt eſſe iudices, l. 12. cum prætor. in fine, ff. de iudic. cuius verba retuli ſupra lib. *1*. cap. 1. nu. 3. & canonizatur in cap. 1. §. tria ſunt. 3. q. 7. Dec. in l. 91. in omnibus. num.... ff. de reg. iur. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defect. iuriſd. deleg. num. 74. verſ. ſerui etiam. fol. *397*. tom. 4. & Nep. à Montalb. tract. de except. art. *3*. num. *9*. ſol. *1*07. tom. *3*. par. 2. licet enim ſeruus iudicio non careat, & ideo ſit habilis ad iudicandum, tamen moribus receptum eſt, vt nequeat eſſe iudex, d. l. cum prætor. ff. de iudic.

45 Ratio quare moribus introductum ſit, vt ſeruus non poſſit eſſe iudex, eſt duplex.

Prima, quia ſeruire, & imperare in eadem perſona non benè conueniunt; ſed ſeruus ſeruit, quia eſt ſub alieno dominio, & iudex imperat, ff. ſi quis ius dic. non obtemp. ergo ſeruus non poteſt eſſe iudex, vnde faciunt quę ſcripſi quęſt. pręced. num. 1*5*. verſ. quinta eſt ratio.

46 Secunda, quia, prout munus iudicandi habet auctoritatem à iure ciuili, non poteſt habere locum in ſeruo, quia quod attinet ad ius ciuile, ſerui habentur pro nullis, ſeu pro mortuis, l. 33. quod attinet. ff. de reg. iur. & hac ratione neque poteſt ſtare in iudicio pro ſe ipſo, l. 6. ſeruus. C. de iudic. & ſcripſi cap. ſeq. q. 5. ſub num. 50. verſ. regulariter. & ſub

ſub num. 92. verſus finem, verſ. amplia hanc.

47 Subinfero ex bacillatione, quod monachi, & religioſi non poſſunt fieri iudices, cum & ipſi illius religionis, quã profeſſi ſunt, ſerui dicantur, & quoad ſecularia, & ciuiles leges pro mortuis habeantur, ſicque à cœtu ſecularium ſint penitus ſegregati, cap. 8. placuit. 16. q. 1. Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. num. 529. de probat. inter Repet. tom. 3. fol. 267. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. iuriſd. deleg. num. 76. verſ. & ad iſtar. fol. 397. tom. 4. & latè Blanc. tract. de comprom. q. 2. num. 4. & ſeqq. verſ. monachus. fol 145. tom. 3. par. 1. & quòd monachus non habeat velle, neque nolle, dicit tex. in cap. 24. quorundam. & cap. 27. ſi religioſus. de elect. in 6. & Viral. in clem. cap. 1. §. ſtatuimus. num. 34. de ſtat. monach. & ideo æquipararetur ſeruo, ſcripſi cap. ſeq. q. 5. ſub num. 54. verſ. monachus.

48 Multa namquè vltra adductam ſimilitudinem inter monachos, & ſeruos, repugnant, ſeu obſtant, ne monachus poſſit eſſe iudex.

Primo, quia monachus eſt dictio græca, quæ ſignificat ſolitarium, & dicitur is, qui viuit ſeparatus ab hominum conuerſatione: ſi viuit ſeparatus ab hominum conuerſatione, non poteſt fungi officio iudicis, qui ſemper eſt in cœtu litigantium.

49 Secundo, quia monachus debet eſſe in otio, & quiete, alias diceretur turbari, Vital. in clem. cap. 1. num. 6. & 7. de exceſſ. prælat. ſed iudex non poteſt eſſe in hoc otio, & quiete, & nõ propterea dicitur turbari. ergo.

50 Tertio (& hoc & ſequentia tendunt ad idem) quia monachus debet tenere ſilentium, vt quieſcat à mundanis fabulis, & per hoc magis contempletur in Deum, Vital. in clem. cap. 1. §. vlt. præmiſſa. num. 20. de ſtat. monach. ſed iudex debet ſæpe loqui. &c. ergo.

Quarto, quia vitæ monaſtichæ minus repugnat officium procuratoris in cauſa propria, vel in cauſa coniunctæ perſonæ, quam officium iudicis, tùm quia multis conceditur, vt poſſint ſtare in iudicio pro cauſa propria, & ad ſui defenſionem, quamuis non pro aliena, per ea, quæ dixi ſuprà num. 17. tùm quia minus periculoſum eſt pro ſalute animæ, quàm iudicare per ea, quæ dixi

51 quæſt. præceden. num. 58. & ſeqq. † Sed monachis eſt prohibitum officium procuratoris etiam pro cauſa propria, Vital. in clemen. cap. religioſus. num. 40. 41. & 44. de procur. ergo multò magis eſt prohibitum officium iudicandi.

52 Confirmantur pleraque prædictorum à vita monaſtica S. Hieronymi, qui, ſcribendo de ea tom. 9. tit. de regula monachorum, rubr. de periculo vitæ ſolitariæ, fol. 194. ait. *O quoties in eremo conſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine, quæ, exuſta ſolis ardoribus, horridum monachis præſtat habitaculum, putabam me Romanis intereſſe delicijs: ſedebam ſolus, quia amaritudine repletus eram, horrebant ſacco membra deformia, & ſqualida cutis ſitum æthiopicæ carnis obduxerat: quotidie lacrymæ, quotidie gemitus: Et ſi quando me repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet, nuda humo, vix oſſa hærentia collidebam. De cibis verò, & potu taceo, cum etiam languentes monachi ibi aqua frigida vtãtur, & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere damnaueram, ſcorpionum tantum ſocius, & ferarum ſæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunijs, menſq. deſiderijs æſtuabat, & in frigido corpore, & ante hominem ſuum iam carne præmortua, ſola libidinum incendia bulliebant: itaque omni auxilio deſtitutus, ad Ieſu iacebam pedes, rigabam lacbrymis, crine tergebam, repugnantem carnem hebdomadarum inedia inediæ ſubiugabam. Non depudeſco infelicitatis meæ, quin potius plango, me non eſſe, quod fuerim. Memini me clamantem, & diem crebrò iũxiſſe eum nocte, nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quàm rediret, Domino increpante, tranquillitas. Ipſam quoque cellulam, quaſi cogitationum mearum conſciam, pertimeſcebam, & mibimet iratus ſolus deſerta penetrabam. Sicubi concaua vallium, aſpera montium, rupium prærupta cernebam, me ibi in oratione locabam, & (vt teſtis eſt mihi Deus) poſt multas lacrymas, poſt cœlo oculos inhærentes, nonnunquam videbar agminibus intereſſe angelorum.*

53 Confirmãtur ſecundo ex his, quæ ad oſtendendum monachorum vitam iucundiorem eſſe vita ſecularium, ſcribit S. Ioann. Chryſoſt. homil. 69. in Matth. 21. col. 6. ſuper illis verbis, (ſed cum audiſſent, &c.) tom. 2. *ferte igitur obſecro, vt facilè videatis, monachorum, & crucifixorum vitam, quæ onerofior vobis, ac moleſtior ſolet videri, multò hac tenera, molli, & flexibili iucundiorem eſſe, cuius rei voſipſos audeo teſtes citare, qui in periculis nonnunquàm veſtris, ne in calamitates,*

Digitized by Google

tes, & ærumnas incidatis; mortem optatis: & illos, qui in montibus, & ſpeluncis degunt, qui cœlibem vitam, & minime negocioſam viuunt, beatos verè, ac ex animo appellatis, quod eos, qui in otio vitam agentes, in ſcena, & orcheſtra diem, & noctem peragunt, feciſſe nonnunquam non ignoro: nam etſi mille voluptatibus ſcenici abūdare videantur, quamuis delectationum flumina adeſſe illis credantur, multis tamen amariſſimis telis perfoſſi plerunque iacent: nam ſi ſaltatricis alicuius amoribus captus quiſpiam fuerit, omni militia durius, omni peregrinatione moleſtius tormentum certè ſuſtinebit, omnique obſeſſa ciuitate miſeriores peragit dies, & omiſſis aliquibus. *forum enim, & vrbes, & tumu ltus platearum fugientes, in montibus viuere maluerunt, vbi nihil ſibi cum his ſecularibus rebus commune eſt, vbi nihil humanarum rerum perturbat, non mæſtitia, non dolor, non acerbior cura, non pericula, non liuor, non turpis amor, non aliud eiuſmodi, ſed quæ ſunt futuri regni meditantur*. Comparemus nunc vitam iudicum, & videbimus, monachi vitam eſſe omnino alienam à munere iudicandi; ſiquidem iudices è conuerſo vitam agunt in medio vrbium, in cœtu hominum, & in foro, inter controuerſias, inter querelas, & ſtrepitus litigantium.

Non obſtat primo ſi dicas, quòd cum monachi illam ſolitariam ducant vitam, tāquam tutiorem pro ſalute animæ, deberent poſſe excercere munus iudicandi, quia vita iudicum eſt magis meritoria, quàm vita religioſorum, etiam ordinis S. Franciſci, vt ſecutus ſum quæſt. præced. num. 34. & videtur licitum tranſire de vna vita ad aliam meliorem.

Quia reſpon. quòd (quicquid ſit de maiori, vel minori merito; de quo non eſt vt hic agamus) vita monaſtica non poteſt habere locum in iudice, per ea, quæ dixi ſupra, ex quibus patet, quòd vita monachorum eſt contemplatiua, vita verò iudicum actiua, vt dixi q. prçced. num. 34. & 35.

Non obſtat ſecundo; quòd dicta S. Hieronymi videantur diſcrepare à dictis S. Ioannis Chryſoſt. ſiquidem S. Hier. adducit amaritudines, & ærumnas vitæ monaſtichę, & S. Io. Chryſoſt. adducit iucunditates.

Quia reſpon. quòd S. Hieron. conſiderat amaritudines corporis, S. Io. Chryſ. verò cōſiderat iucunditatem animi: quare etiam S. Hieron. ſi reſpiciamus animum, dicit initio, quòd putabat ſe intereſſe delicijs Romanis, & in fine att, quòd videbatur intereſſe agminibus angelorum, & quòd S. Io. Chryſoſt. in dicta hom. 69. loquatur de iucunditate, quæ pertinet ad beatam vitam, patet, quia poſtea in comparatione vitę, quam ducunt iuuenes ſeculares mundani, inquit, *quare nos quoque, agè, vitam meretricum, & corruptorum iuuenum in ſcena habitantium, perſcrutemur, & ad horum beatorum vitam, quantum ad iucundè viuendum attinet, comparemus: iucundè namque viuendi gratia negligentiores iuuenes ſcenæ laqueis capiuntur: ſed tantam, ſi perpendimus, differentiam inueniemus, quantam ſi quis canentes angelos, modulationem diuinam audiret, & porcos in ſtercore defoſſos ac grunientes. &c.*

54 Declara primo hanc ſubillationem, vt nō procedat, ſi monachus, ſeu alius quiuis religioſus fieret Epiſcopus, quia cum fuerit Epiſcopus, erit iudex eccleſiaſticus ordinarius, & quilibet religioſus poteſt à Papa promoueri ad epiſcopatum, Lanſr. de Orian. in cap. quoniam contra. num. 531. iuncto num. 529. de probat. inter Repetcn. tom. 3. fol. 267. & nos vidimus fratres, etiam capuccinos promotos ad Cardinalatum.

55 Declarationes alias ad hanc ſubillarionē, quę præcipuè procedit, loquendo de iudice ordinario, cumulant, & explicant Spec. tit. de iud. deleg. §. excipi poteſt. num. 4. & 5. verſ. nunquid ergo monacho. lib. 1. fol. 10. Lanfran. dicto num. 530. & ſeqq. Blanc. tract. de comprom. q. 2. num. 5. & ſeqq. ſol. 146. tom. 3. par. 1. & latius Vant. tract. nullit. rub. de null. ex def. iuriſd. deleg. num. 79. & ſeqq.
56 fol. 397. tom. 4. †Et quòd monachus ſeu alius religioſus poſſit eſſe Vicarius Epiſcopi de licentia ſuperioris ipſius monachi, alias non, credit Lanſran. ibidem ſub num. 532.

57 Limita primo, ſeu declara eandem ſecundam illationem, vt procedat in ſeruis, qui iuriſgentium conſtitutione alieno contra naturam ſubijciuntur dominio, Inſtit. de iure perſon. initio, verſ. ſeruitus autem. & ideo appellati ſunt ſerui, quòd Imperatores captiuos vendere iubent, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent, qui etiā mancipia dicti ſunt, eo quòd ab hoſtibus manucapiuntur, eod. tit. de iure perſon. in fine initij, & hi ſerui ſunt multiplicis qualitatis, & de iſtis ſeruis, quos mancipia vocamus, loquitur illatio.

Secus ergo in alijs ſeruis, qui alieno dominio non ſubijciuntur, qualis eſt tabellio, qui

qui dicitur ſeruus publicus, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 7. num. 17. in fine, & quales ſunt ſeruitores Principum, & alij, qui ex quadam vrbanitate, ſeu curialitate morali ſe in epiſtolis ſubſcribunt ſeruos, & in ſalutationibus oretenus: nam & Papa ex quadam humilitate vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei, vt patet in ſupraſcriptione ad decretales, & ibi Gl. & cęteri Canoniſtę, & in ſupraſcriptione ad ſextũ lib. decretal. & ibid. Gl. & Canoniſtæ, & in ſupraſcriptione ad Clementin. & ibi Vitalin. num. 29. verſ. ſubſequenter. & hac ſupraſcriptione vtitur generaliter in diplomatibus; & Imper. in l. 1. paulò poſt initium, verſ. quo ergo ſermone. C. de offic. pręfec. prætor. afr. &c. vocat ſe vltimum, ideſt, minimum ſeruum Dei, & quòd Imperator, ſicut Papa, dicat ſe ſeruum ſeruorum Dei, oſtendit Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 43. num. 1. & ſeqq. & licet Papa videatur vnum dicere, & aliud facere, ſiquidem ſe nominat ſeruum ſeruorum Dei, & permittit ſe adorari, vt aduertit Io. Fab. in procem. Inſtit. §. auguſtus. in fine; tamen adoratio adhuc ei conuenit, tùm propter dignitatem vicariatus Chriſti; tùm quia qui eſt ſeruus ſeruorum Dei, multò magis eſt ſeruus Dei, ſed ſerui Dei ſunt adorandi; habet ergo illatio locum in ſeruis inuitis, & ex neceſſitate, quos mancipia vocamus, non autem in iſtis.

58 Limita ſecundo, vt nõ procedat quando ſeruus, vel infamis, aut mulier, vel ſimilis iudex procedit, partibus tacentibus, & non opponentibus, quia tunc proceſſus, & ſententia valent, quia hoc impedimentum non eſt naturale, ſed procedit à iure ciuili, & à moribus, & ideo debet allegari ante litis conteſtationem, alias ſententia valet, vt poſt Innoc. Ant. de Butr. & alios ſequitur, teſtans de communi opin. Dec. in cap. 13. ſciſeitatus. ſub num. 37. in ſecunda concluſ. de reſcript. & in infami hoc idem ſecutus ſum ex Spec. ſup. num. 30. ſubdeclar. 2. & facit quod ſcripſi ſupra ſub num. 26.

Quamuis Abb. ibidem num. 12. multum dubitet, opponendo, quòd ſicut partes non poſſunt tollere iſtum defectum, ita etiam neque earum taciturnitas poteſt operari.

59 In hac ſecunda quæſtione, eiuſque illationibus diſcurſum fecimus de perſonis, quæ prohibentur eſſe iudices, & quia inter iudices, & arbitros ſolet eſſe in multis affinitas, ſi vis videre qui poſſint eſſe arbitri, & arbitratores, & qui non, poteris legere apud pręfatos Blanc. Io. Bapt. & Bapt. de S. Blaſ. quos citaui ſupra num. 25. verſ. alias.

60 Multa ſcripſimus ad inueſtigandum qualis eſſe debeat iudex, tam inſpecto iure diuino, quod requirit homines perfectos, quàm inſpecto iure humano, quod datur populo, in quo multi deficiunt à iuſtitia: nunc quaſi ſub breuiſſimo compẽdio recenſeo iudicis qualitates, & iuſtitiæ picturam, quas ex Gell. noct. att. lib. 14. cap. 4. refert Rain. Corſ. de indag. iur. lib. 2. cap. 14. num. 1. fol. 284. tom. 1. inquit is, oportet, iudicem eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq. improbos, nocenteſq. immiſericordem, atque inexorabilem, erectumq. & arduum, ac potentem vi, & maieſtate; æquitatis, veritatiſq. terrificum: vnde pictores, rethoreſque antiquiores iuſtitiam depinxerunt ad hunc fermè modum, forma, atq. filo virginali, aſpectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, ſed reuerendę cuiuſdam triſtitiæ dignitate.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

Iudicis geſta non infirmantur eo, quia pars contra eum oppoſuerit, & probauerit exceptionem talem, quæ impedit, iudicem fieri, num. 1 & ſeqq. & num. 7. & 12.

Iudex ordinarius quandiu toleratur à ſuo ſuperiori, validè procedit, & exceptio priuatiua non poteſt opponi, num. 2. & 6.

Crimen non repellit ordinarium à iudicando, etiam ſi crimen eſſet notorium, niſi ſecuta ſit ſententia, num. 2.

Sententia priuationis non poteſt ferri, ſi crimen ſit obiectum per viam exceptionis, ſed eſt neceſſaria accuſatio, ſub num. 2. & num. 10.

Extenditur, vt neque accuſatio repellat, quia, ea pendente, iudex validè procedit, num. 13. Imò neque priuat ſententia, ſi per appellationem ſit ſuſpenſa, nu. 14. & 15.

Limitatur multipliciter, num. 16. & ſeqq.

Prælatus quandiu toleratur, poteſt ei ſolui decima, num. 4.

Epiſcopo, petenti iura epiſcopalia, ſi Abbas opponat exceptionem ſimoniæ, non eſt audiendus, num. 5.

Epiſcopus, ſeu alius iudex, quamuis verè ſit excom-

excommunicatus, ſi tamen non ſit declaratus, nec pro tali habitus, validè procedit, num. 8. & 9.

Homicida, & irregularis remanent in ſua prælatura, donec remoueantur, num. 11.

Comes licet ſit condemnatus in mille pro furto, ſeu pro falſitate, tamen non perdit Comitatum, &c. num. 11.

Sententia nec prætextu infamiæ, nec prætextu ſeruitutis retractatur, num. 12.

Exceptio priuatiua iuriſdictionis poteſt opponi contra iudicem delegatum, ſub num. 16. & ſeqq.

Crimen, quod ipſo facto inducit nullitatem tituli dignitatis, poteſt opponi contra iudicem procedentem, num. 25.

Excommunicationis exceptio contra iudicem, & contra quos alios poſſit opponi, num. 26. & ſeqq.

Actus noſtri reducuntur ad quatuor ſpecies, num. 27.

Excommunicatus aliter repellitur ab vno actu, & aliter ab alio, num. 28. & ſeqq.

Excommunicatus non poteſt alios excommunicare, ſub num. 28.

Excommunicatus quos actus poſſit facere, ſub num. 28. & ſeqq.

Excommunicatus occultus qui dicatur, n. 31.

Excommunicatus an poſſit in beneficialibus eligere, ſeu conferre beneficium, num. 32. & ſeqq.

Excommunicatus an conferat, & recipiat characterem, & an executionem, num. 35. & 36.

Excommunicatio maior eſt illa, quæ repellit, & ſeparat, quia excommunicatio minor non repellit, num. 37.

1 SVPPONAMVS, quòd quis ex aliquo defectu non erat faciendus iudex, iuxta dicta in præced. quæſt. ſed tamẽ ſit factus, & contra eum litigans opponat per viã exceptionis, quòd nõ poteſt eſſe iudex ob talem defectũ; hoc ſuppoſito.

Quæro tertio, an iudex, qui patitur talem defectum, ob quem eligi non debuiſſet in iudicem, debeat; ſi opponatur ille defectus; deſiſtere à proceſſu, &, non deſiſtendo, an proceſſus, & ſententia ſint nulli; an verò debeat excipiens appellare: & quid ſi non fuerit oppoſitum de illo defectu, ſed opponatur poſt ſententiam.

Pro clariori, & faciliori reſolutione firmo regulam, quòd geſta ab eo tenent, & valent; quamuis exceptio eſſet probata, per ea, quæ, loquendo de exceptione criminis, ſcripſi ſupra q. 1. num. 21. verſ. tamen. & quæ ſigillatim ſcribam, num. ſeqq.

2 Ratio huius regulæ eſt, quia contra iudicem ordinarium, quandiu a ſuo ſuperiore toleratur in dignitate, non poteſt opponi exceptio priuatiua illius dignitatis iudicandi, itaut ſit remouendus ab officio, Innoc. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 2. verſ. ſed quæritur. Abb. num. 7. Felyn. ſub num. 1. & 2. & Dec. num. 21. in fine, verſ. in gl. in verbo infamem. & num. 22. de reſcrip. & Mar. Socc. in cap. 24 qualiter. num. 193. q. 17. de accuſ. qui alios citant; & proinde crimen non repellit ordinarium à iudicãdo, teſtibus his, quos ſecutus ſum ſupra q. 1. num 21. verſ. tamen. etiam ſi crimen eſſet notorium, quia adhuc non haberet vires ad aliquem deponendum, vel priuandum, niſi ſequatur ſentẽtia depoſitionis, vel priuationis, vt ex Bal. ſequitur Felyn. in dicto cap. ſciſcitatus. num. 1. quæ ſententia non poteſt ſequi, ſi crimen ſit obiectum per viam exceptionis, quia eſt neceſſaria accuſatio, Innoc. in cap. inter dilectos. ſub num. 1. de exceſs. prælat. quem ſequitur Abb. in dicto cap. ſciſcitatus. ſub num. 7. ibi, nec poteſt dici. & ex Abb. ſequitur Mar. Soc. in dicto cap. qualiter. ſub num. 193. & quòd contra electum, & confirmatum non audiatur quis in modum exceptionis, ſed in modum accuſationis, ſcribit Felyn. in dicto cap. ſciſcitatus. ſub num. 1. & ſcripſi lib. præcedenti cap. 7. num. 330. & probatur ex cap. 2. cum dilectus. in fine, de ordin. cogn. vbi Papa dicit, quòd ſi in modũ exceptionis aliquod crimen teſti obijcitur, vt à teſtimonio repellatur, & ſi crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideo ſibi pœna infligitur ordinaria, ſed eius duntaxat teſtimonio non creditur, quod, inquit, ea ratione contingit, quoniam in ipſum accuſatio non præcedit.

3 Ratio efficacior, ſeu ratio rationis eſt, quia iuriſdictio eſt, veluti dominium; ſed indignus retinet dominium, donec ſuperior ei illud non aufert, & nemo alius de indignitate poteſt excipere, & clauſula (ſi eſt dignus) non facit conditionem: ſeu ratio erit, quia ordinario, exiſtenti in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, ſuperiore ſciente, & patiente, nihil poſſunt opponere ſubditi, nec exquirere ab ipſo ordinario titulum ſuæ poſſeſſionis, quia non

non pertinet ad ſubditum ventilare factum ſuperioris, poſtquam ſuperior confirmauit, Bal. in l. barbarius. num. 8. verſus finem, & verſ. ſed hic quæritur. col. 4. ff. de offic. præt. in 1. lect. & ita vbique practicamus quoad iudicem, de quo eſt ſermo noſter, quia nemo opponit de illius indignitate; ſed ſi quis hoc vellet dicere, debet adire Principem, & ei, quaſi indignitatem ignoranti, notificare, idque cautè, & ſecreto, ac modeſto modo, ne cadat in malam conſideratiõe apud Principem, qui ei non crederet, & probatio vel eſſet difficilis, vel Princeps eum nollet audire.

4 Infero primo confirmando hanc rationem, & regulam, quòd quamdiu toleratur prælatus, poteſt ei ſolui decima, Archid. in cap. 1. non ne. num. 1. 8. q. 4. nam multi tolerantur, vt Iudas, cap. 18. multi. 2. q. 1.

5 Infero ſecundo, quòd ſi Abbas Epiſcopo, petẽti iura epiſcopalia, opponat exceptionẽ ſimoniæ, eamque velit probare, non eſt audiendus, & ita fuiſſe pronunciatum per Dominum Sinibaldũ tit. S. Laurentij presbyterum Cardinalem, & confirmatum per Dominum Papam, vna cum fratribus, à quibus etiam procuratorem Abbatis, qui ad eum appellauerat, fuiſſe reiectum cum verecundia, teſtatur Roffr. vt refert Archid. in d. cap. non ne. ſub num. 2. 8. q. 4. & ex eo Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 1. de reſcript.

6 Subinfero ex hac illatione, quòd licet contra Epiſcopum opponatur, quòd ſit ſeruus, vel infamis, tamen quia eſt ordinarius, & toleratur à ſuperiore, non repellitur à iudicando, Imol. in dicto cap. ſciſcitatus. col. penult. quem ibidem refert, & ſequitur Dec. num. 22. de reſcript.

7 Ratio eſt, quia nullus ordinarius quandiu toleratur, poteſt à iudicio, vel officio remoueri, & valent, quæ fiunt ab eo, non de merito vitæ, ſed de officij poteſtate, Spec. tit. de iud. deleg. §. excipi poteſt. num. 21. verſ. dic quod nullus. lib. 1. fol. 11. & ſcripſi ſupra quæſt. 1. ſub num. 18. verſ. quia reſpon. deo. in fine.

8 Infero tertio, quòd geſta ab Epiſcopo, qui verè erat excommunicatus, ſed tamen non erat declaratus excommunicatus, nec pro tali habitus, ſuſtinentur ratione publici officij, l. 2. barbarius. & ibi Doct. ff. de offic. prætor. Abb. in cap. 24. ad probandum. ſub num. 3. & Felyn. num. 3. & 6. de ſent. & re iud. Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 7. ſub num. 9. verſ. quid autem. ibi, ideo ipſe cenſeo. de ſent. excom. & tenuit Rot. diuerſ. deciſ. 534. fuit reſolutum. num. 3. verſ. quicquid. par. 1. in hac vltima recẽtiori recollect. de anno 1618. & quod geſta ab excommunicato teneãt, quandiu toleratur ex ignorantia, quia fortè eſt excommunicatus à iure, & non per ſententiam, & quatenus ſint geſta ratione publici officij, alias ſecus, ſcribit Innoc. in cap. cum dilectus. num. 4. verſ. item dicunt. de conſuet.

9 Subinfero ex hac illatione, quòd ſententia, lata à iudice, non publicè excommunicato, valet ratione publici officij, quia dignitas exercet, & non perſona, Abb. in dicto cap. ad probandum. num. 2. & 15. etiam ſi eſſet delegatus, vel arbiter, Abb. dicto num. 2. ſecus ſi iudex eſſet publicè excommunicatus, quia tunc communis opinio, & tolerantia non iuuaret, & ideo ſententia eſſet ipſo iure nulla, Abb. ſub eod. num. 2. & rurſus in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 12. ibi, adde ad prædicta. de reſcrip. & quòd publice excommunicatus repellatur à iudicando, ſcribunt Gemin. in cap. 1. §. ſi quis, il 2. ſub num. 7. & Franch. ſub num. 8. de except. in 6. & ſcripſi infra num. 28. verſ. declara.

10 Infero quarto, quòd opponens crimen per viam exceptionis contra illum, cui eſt facta prouiſio de beneficio, non auditur, quia per oppoſitionem criminis non datur priuatio beneficij, niſi crimen opponatur per modum accuſationis, Rot. deciſ. 1. alias 178. de except. in antiq. Felyn. in dicto cap. ſciſcitatus, ſub num. 2. verſ. ſimiliter dicit Rot. de reſcrip. & ſcripſi lib. præced. cap. 7. num. 330. & quòd clericus, etiam ſi ſit homicida, non perdat beneficium ante ſententiam, dixi gl. præced. q. 2. num. 17. verſ. non obſtat ſecun-
11 do. † & quòd irregularis, & homicida remaneant in ſua prælatura, donec remoueantur, ſcribit Bal. in l. caſſius. num. 1. in fine, verſ. ſed hic quæritur. ff. de ſenator. & ſequitur Felyn. in dicto cap. ſciſcitatus. num. 2. de reſcript. & quòd imò Comes, condemnatus in mille pro furto, vel falſo, non perdat Comitatum, quem habet à Rege, à quò non reperitur amotus, ſcribit Bal. & ſequitur Felyn. in locis ſupra proxime citatis, tùm quia cum ſit taxata pœna, non debet pati aliam pœnam exteriorem, tùm quia ea, quæ quis facit ratione officij, tenent, donec ptiuetur officio,
12 etiã ſi faciens ſit infamis, Bal. vbi ſupra. † & quòd propterea ſententia nec prætexu infa-

miæ

Digitized by Google

miæ, vel ſeruitutis rettactetur, ſcribit Innoc. in dicto cap. ſciſcitatus. ſub num. 2. ibi, item nec prætextu. & quòd in omnibus dignitatibus, quibus eſt annexa iuriſdictio ſiue ſint ſeculares, ſiue eccleſiaſticæ, valeant geſta ab ordinario, licet minus digno, & cui officium eſſet interdicēdum per ſuperiorem, ſcribit Bal. in l. 2. barbarius. num. 8. verſus finem, ibi, reſpondeo videtur dicendum. col. 4. ff. de offic. præt. in 1. lect. & ex eo ſequitur Felyn. in dicto cap. ſciſcitatus. ſub num. 2. verſ. ſimiliter dicit Bal. de reſcript.

13 Extende primo declarando eandem quartam illationem, vt non ſolum exceptio criminoſa, ſeu infamiæ non repellat, neque impediat iudicem; ſed neque accuſatio, quia, pendente accuſatione, iudex poteſt, & debet exercere ſuam iuriſdictionem, donec non amoueatur ab officio, cap. 1. non ne. & ibi Gl. 8. q. 4. lite enim pendente, nihil eſt innouandum, cap. 1. & ſeqq. vt lit. pend.

14 Extende ſecundo, vt neque ſententia priuet, ſi ſit per appellationem ſuſpenſa, quia lis, ſeu appellatio non debet quemquam ſua poſſeſſione priuare, Franch. & alij, quos ſecutus ſum cap. ſeq. q. 3. num. 70. & ſeqq. vbi videas.

15 Extende tertio, vt geſta à iudice indigno teneant, & non reuocentur, non ſolum ſi ſint geſta ante exceptionem, ſeu accuſationem, ſed etiam ſi ſint geſta poſtea, imo etiam ſi ſint geſta poſt ſententiam, pendente appellatione, vt ſecutus ſum eod. cap. ſeq. q. 3. num. 75. & ſeqq. in quibus ſcripſi quando hoc non procedat: & ex his videtur in genere ſatiſfactum toti quæſito.

16 Regula hęc, quam firmaui ſupra num. 1. & ex qua deduxi has præcedentes illationes, eſt infirma, quia habet multas oppoſitiones, ſeu ſaltem tot patitur declarationes, & limitationes, vt plures forſan ſint caſus limitationum, quàm caſus regulæ; quare eſt more aliarum concluſionum, ſeu regularum valdè intricata, quia ſic placet noſtris Doctoribus, ſeu verius, quia hæc eſt conditio noſtræ ſcientiæ humanæ, vt nihil ſciamus.

Limita primo eandem regulā, vt non procedat in iudice delegato, quia contra eū poſſunt opponi exceptiones priuatiuę iuriſdictionis, Innoc. in cap. 13. ſciſcitatus. n. 2. Abb. num. 7. & eam videtur in effectu ſequi ibidem Felyn. ſub num. 5. verſ. conſidera bene. de reſcript. Mar. Socc. in cap. 24. qualiter. ſub num. 193. de accuſat. & eſſe communem teſtatur, licet eam impugnet, & non ſequatur Dec. in dicto cap. ſciſcitatus. ſub num. 22. & 23.

17 Ratio differentiæ inter ordinarium, & delegatum eſt ſecundum Abb. dicto num. 7. quia ſi ordinarius repelleretur prætextu exceptionis, ſequeretur abſurdum, quòd in ea cauſa non eſſet ordinarius, & in alijs cauſis remaneret ordinarius: nec, inquit, poteſt dici, quòd, probata exceptione, debeat abſolute priuari officio, quia, vt eſt dictum ſupra, per exceptionem non debet quis priuari officio ſuo: vel tu, facilius loquendo, dicas, rationem differentię eſſe, quia iudex ordinarius eſt iam iudex, ſed delegatus adhuc non eſt iudex, & ideo facilius impeditur fieri per ea, quæ, loquendo de iudice cœco, ſcripſi q. præced. num. 10. illat. 5. & num. 19. confir. 2. & num. 32. declar. 3.

18 Contra hanc limitationem, reprobando differentiam, & rationes, adductas per Abb. inſurgit Dec. in eod. cap. ſciſcitatus. ſub num. 23. cuius motiua ſunt hæc.

Primum, quia aut eſt tale impedimentum, per quod quis ipſo iure redditur inhabilis, vt quia eſt ſeruus, vel infamis; & tunc etiam ordinarius repellitur; detecta inhabilitate; ſiquidem in l. 2. barbarius. ff. de offic. prætor. ſententia, lata à iudice, qui erat ſeruus, valet quia reputabatur liber; ergo, detecta ſeruitute, & ſublata communi opinione, & reputatione, quòd eſſet liber, ſententia, quam

19 poſtea ferret, non valeret. † aut eſt impedimentum, per quod non redditur inhabilis ipſo iure, & tunc idem videtur in delegato, quod in ordinario, & ſic inter eos non remanet differentia.

20 Secundum, quia negat Dec. eſſe inconueniens, quòd iudex ordinarius repellatur in vna cauſa, & remaneat iudex in alijs: & poſtea, inquit, vel dicamus, quòd in totum deſinit eſſe iudex, probata inhabilitate, vt eſt dictum ſupra.

21 Tertium, quia licet iudex ordinarius non debeat per viam exceptionis priuari officio, tamen hoc eſt verum quoad punitionem, quia non debet puniri abſolutè pro delicto oppoſito per viam exceptionis, ſed tamen debet repelli.

22 Quartum, quia licet ordinarius habeat officium de publico à ſuperiore, tamen hoc attenditur quando communi opinione reputatur habilis, ſecus ergo ſi inhabilitas detegatur.

Quin-

23 Quintum, quia licet ordinarius iam ſit iudex,& delegatus debeat fieri, tamen hoc procedit, ſuppoſita differentia inter delegatum, & ordinarium.

24 Hæc ſunt, quibus Dec. nititur ſubuertere limitationem, & fundamenta Abbatis: ſed tu non recedas à limitatione, & ratione illius,quia Decij motiua ſunt infirma,& clandicant.

25 Limita ſecundo, vt non procedat in iudice ordinario in ſequentibus caſibus.

Primus caſus eſt, quando iudex commiſiſſet crimen, quod ipſo facto induceret nullitatem tituli dignitatis ſuæ, Abb. in d. cap. 13. ſciſcitatus. ſub num.7. & Felyn.num. 3. verſus finem, de reſcript.

26 Secundus caſus eſt,quando ordinarius eſt excommunicatus; & iſto caſu concludo, quòd contra eum procedentem poteſt opponi exceptio excommunicationis, Abb. in d. cap.13. ſciſcitatus. ſub num.7.ibi, quod dixi de ordinario. & euidentius patebit ex ſequenti ratione, & ex ſequenti declarat.

Ratio, quare excommunicatio præ cæteris iuris ciuilis obſtaculis maiorem habeat vim repellendi à munere iudicandi, eſt,quia ſegregat à fidelium communione; dicitur enim excommunicatio, quaſi extra communionem poſitio, & dicitur etiam agrimonia, quaſi à gremio matris eccleſiæ eijciar, vt latius ſcripſi lib. proximè præced. cap.9.num. 1059. & ſeqq. & adeo ſeparat, vt excommunicatus dicatur membrum Diaboli, vt ex Alber. & Arch. retuli ſupra lib. 1. cap. 88. ſub num.2. in alia futura impreſſione,& ſine fidelium communione iudicandi munus non

27 conſiſtit; † & pro vberiori explicatione eſt ſciendum, quòd omnes noſtri actus ad quatuor reducuntur ſpecies: quidam enim actus ſunt publici, quidam ciuiles, & quidam communes: publici ſunt tutela,& cura: ciuiles ſunt iudicare, & arbitrari; & communes ſunt exercere officium procuratoris, & exercere officiũ teſtis:& dicuntur cõmunes, quia nec inter ciuiles, nec inter publicos numerantur: & quia excommunicati repelluntur etiam ab iſtis vltimis, nempè, communibus, ſequitur, quòd multò magis repellantur à publicis, & ciuilibus, Gemin. in cap. 1. §. ſi quis.il 2.ſub num.7.& Franch.num.5,de except.in 6.quia facilius admittitur quis ad officium procuratoris, quàm ad officiũ iudicis, ſiquidem infamis poteſt eſſe procurator, Felyn.in cap.7.poſt ceſſionem.nu.3. de probat. & ex Bal.qui excipit Romã,retuli q. præced. num.20.in fine;ſed non poteſt eſſe iudex,per ea,quæ dixi ſupra q.2. nu.16. quare ſi excõmunicatio repellit ab officio communi,& vili, à fortiori repellit ab officio ciuili, & honorifico: ſunt etiam pro quarta ſpecie cæteri omnes actus, qui ſine communione aliorum non procedunt; à quibus etiam actibus repelluntur excommunicati, quia non poſſumus cum excommunicato communicare ſine peccato, niſi communicaremus pro abſolutione,quam excommunicatus procuraret, Franch. ſub eod.num.5.vel niſi excommunicatus eſſet reus neceſſarius, Franch.ibidem, & latius nos hoc explicauimus dicto cap. 9. num.1024.& 1066.

28 Declara primo hanc concluſionem,vt excommunicatus aliter repellatur ab vno actu, & aliter ab alio.

In actibus enim temporalibus diſtinguo tria membra principalia. Primum eſt, quando excommunicatus gerit eos, vti perſona publica; & ſic gerit actus vel publicos, vel ciuiles, de quibus dixi num.præced. & tunc dico, quòd ſi eſt publicè excommunicatus, actus, ab eo geſti, regulariter non tenent; quare ſi tutor, ſeu curator alienanti præſtet auctoritatem, ſi iudex interponat decretum, auctoritas præſtita, & decretum interpoſitum non valent: idem dicimus de inſtrumento, confecto à notario,publicè excommunicato,Gemin.in cap.1.§.ſi quis.il 2.ſub num. 8.ibi,in temporalibus, & Franch. nu.8.verſ. circa tertium.de except.in 6.& ita intelligas Spec.quem citaui ſupra gloſ.1.q.1. num.50. verſ. inſero. dum ſcribit ſententiam, latã ab excommunicato,eſſe nullam;Secus eſt,ſi non ſit publicè excommunicatus, ſed ſit excommunicatio occulta, quia tunc hi actus, geſti à prædictis, vti perſonis publicis, valent, Franch. ſub eodem num.8. ibi, & prædicta procedunt. & ſcripſi ſupra num. 8. illat. 3. præterquàm in aliquibus caſibus: primus quorum eſt ſententia excommunicationis, quia excommunicatus, etiam occultus, non poteſt alios excommunicare, Franch. ibid. tunc enim ſeruandum eſt, quod Redemptor noſter reſpondit iudæis, eum interrogantibus, an liceret lapidare adulteram, quod reſponſum retuli ſupra q.1, ſub num. 6. ſecundus eſt,quando ille,ad cuius vtilitatem geritur actus, ſciret, illum eſſe excommunicatum, quia tunc licet valeat actus ratione communis opinionis, tamen eſt irritandus

in præiudicium illius, qui ſciuit, Franch.ſub eodem num. 8. limit. 2. & latius hoc idem ex Io. Cald. pro verbo notabili refert, & ſequitur Abb.in cap.13. ſciſcitatus. num. 13. verſus finem, in tertio caſu, de reſcript. & ex Abb. ſequitur ibidem Dec. num.39. verſ. prædicta concluſio. & num. 40. Et hæc omnia, quæ hucuſque diximus in hac declaratione, ampliantur, vt procedant non ſolum in ordinario, prout locuti ſumus, ſed etiam in delegato, quia, ſi ſit occultè excommunicatus, prędicti actus, ab eo geſti, ſunt validi, ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur, & ſequitur Dec. in eodem cap. ſciſcitatus. num. 38. verſ. in ſecundo caſu. hæcq. ampliatio confirmatur tùm quia excommunicatus occultus, & non publicatus, poteſt eſſe in iudicio, & non eſt ſuſpenſus, neque priuatus officio,& ideo poteſt iudicare, & exercere iuriſdictionem, vt ſecutus ſum lib. prox. præced.cap.9.num.1027.tùm quia quantumuis quis ſit excommunicatus à canone, tamen non debet vitari in publico, niſi fuerit lata ſententia declaratoria, & nominatim denunciatus, ſeu publicatus, præterquàm ſi ſit excommunicatus de manuum iniectione in perſonas eccleſiaſticas, vt ſcripſi eodem cap. 9. num. 234. & 235.

29 & hæc de primo membro. † Secundum membrum eſt, quando excommunicatus gerit eos ratione priuati officij, & ſic gerit actus communes, de quibus dixi ſupra num. 27. & dico, quòd actus, ab eo geſti, non valent, etiam ſi excommunicatio ſit occulta; cum tolerantia non operetur in his, quę fiunt ratione iuris priuati, & proinde, quod gerit, tanquam procurator, ſeu tanquam aduocatus, vel tanquam teſtis, non

30 valet, Franch. ſub eodem num. 8. † Tertium membrum eſt, quando excommunicatus eos gerit, tanquam priuatus, & ratione ſui ipſius intereſſe, faciendo contractus: & tunc denuo diſtinguo. Aut contractus, quem facit, eſt in damnum ipſius, & in vtilitatem alterius, & tunc valet; vnde ſi cederet actiones alteri, valeret ceſſio, & ſtatim ceſſionarius agere poſſet, & ſi venderet villam, in qua haberet iuſpatronatus, emptor ſtatim poſſet præſentare. Aut contrahit ad commodum ſuum, & tunc etiam tenet contractus, ſed non poteſt ex eo agere, niſi ſit prius abſolutus, quare contractus tàm pro,quàm contra, remanet validus,Gemin.in d. cap.1. §.ſi quis. il 2.ſub num.8. & Franch. ſub num. 8. verſ.in contractibus. & quòd poſſit res ſuas vendere,donare,& alias emere, & cõſtituere procuratorem ad negotia,& oriatur inter eos actio mandati,quia eiuſmodi cõtractus à iure nõ cenſentur nulli, ſcribit Innoc.in cap.veritatis. ſub num. 1. verſ.excommunicationem.de dol. & cõtum.

31 Subdeclara hanc declarationem, dum locutus ſum de occultè excommunicato,vt occultè excommunicatus dicatur is, qui nõ eſt nominatim declaratus excõmunicatus, ſiue ſit excommunicatus à iure, vt dixi hic ſupra num.28.in fine, ſiue ab homine, vt dixi infra gloſ.14.quæſt.15.num.30. verſ.quando. que eſt incerta.

32 In beneficialibus dico, quòd excommunicatus non poteſt eligere, ſeu conferre beneficium, & multò minus poteſt ipſe eligi, ſeu in eum conferri; quare, dando, & recipiendo, nihil agit, Gemin.in d. cap. 1. §. ſi quis. Il 2.ſub num.8.& Franch.num.6. verſ. circa primum. de except.in 6.

33 Intellige primo hoc dictum, vt ſit verum, quando eſt publicè excommunicatus; ſecus ſi eſſet occultè excommunicatus, quia in occultè excommunicato adeſt tolerantia, cauſata à probabili ignorantia, hæcque tolerantia, ita cauſata à probabili ignorantia, non poteſt dari in publicè excommunicato, & ideo licet haberetur pro non excommunicato, tamen geſta per eum non valerent, & ſub hac vnica diſtinctione intelligas ea, quæ ſub duplici diſtinctione videntur confuſè ex Io. Cald. ſcripſiſſe Gemin.& Franch.in locis ſupra proximè citatis, & latius Abb. in cap. 13. ſciſcitatus. num. 12. verſus finem, ibi, aut erat impedimentum. de reſcript. valerent tamen, & diceretur probabilis ignorantia, quando excommunicatio, ſeu aliud impedimentum eſſet notorium in vno loco, ſed in alio, vbi geritur actus, eſſet occultum, vt refert & ſequitur, dicens eſſe menti tenendum, Abb. in dicto cap.ſciſcitatus. num. 13. verſ. ſed circa hoc. & ibidem ſequitur Dec. num.38. verſus finem, verſ. & iſta concluſio ampliatur.

34 Intellige ſecundo, vt ſit verum, etiam ſi ſit occultè excommunicatns,in caſu quo eligeret, ſeu præſentaret, tanquam perſona priuata, vt puta ſi canonici excommunicati eligant, quia licet tolerentur, & non ſint nominatim excommunicati, tamen poteſt excipi contra eorum perſonas, & caſſatur, quod ſit ab eis,quia non dicitur quilibet canoni-

nonicorum habere publicum officium, ſed capitulum poteſt habere publicum officium in electione, & alijs, quę ad illud pertinent, Innoc.in cap.cum dilectus. num. 5. verſ. vnde ſi canonici. de conſuetud. quem ſequitur Franch. in cap.1.ſub num.6. verſ.item intelligit. de except.in 6.

35 In ſacramentalibus dico, quòd excommunicatus confert,& recipit characterem, ſed non executionem, Gemin. in d. cap. 1. §. ſi quis. il 2. num. 8. quare ſi conferat ſacramenta, vel ordines,valet collatio, & imprimitur character, ſed non datur executio, & idem ſi talia conferantur excommunicato, Franch.in eodem cap.1.num.7. verſ. cir-
36 ca ſecundum. de except. † quod tamen dixi, quòd non datur executio, limita in ſacramento matrimonij, quia excommunicatus poteſt contrahere matrimonium, & datur executio, Franch. vbi ſupra: & an excommunicatus, vel degradatus ſi celebret conficiat corpus Christi, vide Gloſ. citatam ab eodem ibidem.

37 Declara ſecundo, vt excommunicatio, quę poteſt repellere à munere iudicandi, & ab alijs actibus temporalibus, & in beneficialibus, ſit excommunicatio, quæ dicitur maior, & de iſta loquuntur Doct. quos in tota concluſione, & pręcedenti declaratione citauimus, & ſumus ſecuti, quia iſta excommunicatio eſt illa, quæ ſeparat à communione fidelium, vt diximus ſupra ſub num. 26. verſ. ratio.

Secus eſt in excommunicatione minori, quia iſta non ſeparat ab hominum communione, imò neque ab agendo, ſed ſolùm à participatione ſacramentorum, vt ſcripſi lib. proxime pręced.cap.9.num.1025.& 1026.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO IV.

SVMMARIVM.

Iudex) verbo omiſſo, ſententia non propterea eſt nulla, num.1.& ſeqq.

Papa quando in ſententia expreſſerit ſuam auctoritatem, ſub num.1.verſ.non obſtat.

Sententia, lata à iudice, qui omnino ignorabat ſuam iuriſdictionem, ſeu ſe eſſe iudicem, eſt nulla; ſecus tamen ſi ſolum ignorabat adminiculum ſuæ iuriſdictionis, ſub num. 2. num.10. & ſeqq. Secus etiam quando licet non eſſet certus, quòd erat iudex, tamen probabiles habebat coniecturas, quòd erat, num.36.

Citationis executæ relatione non facta iudici, ſententia, lata contra contumacem, eſt nulla, ſub num.2.& 4. in fine, & num.11.& ſeqq. Sed dicitur nulla non ex ignorantia iuriſdictionis, ſed ex defectu citationis, ſub eod.nu.11.& ſeqq. Multi tamen ſunt caſus, in quibus non eſt nulla, num.17 & ſeqq.

Tutor, datus in teſtamento, ſi, ignorata tutela, adminiſtrauerit bona pupilli tanquam tutor, quomodo teneatur, num.3.

Delegati ſi ſint tres iudices, cum clauſula (quòd ſi non omnes) &, vno impedito, alij duo velint procedere, an debeat eis prius legitimè conſtare de impedimento, num. 4. & ſeqq.

Ius accreſcendi in indiuiduis habet ſuum effectum, etiam non data ſcientia, ſub num.5.

Procuratore ignorante, ſe eſſe procuratorem, geſta per eum non valent, num.7. Imò non valent, niſi prius receperit mandatum, num. 53.

Incompetentiæ exceptione oppoſita, iudex debet ſuper ea pronuntiare, num. 8.

Actus nullus non dicitur actus, num. 13.

Iniuſtitia nulla eſt maior, quàm nullitas, ſub num. 13.

Nomine generali vti non debemus, ſi habeamus proprium, num.14.

Veritas, & non ignorantia attenditur in collatione beneficij vacantis, num.15.

Prorogata iuriſdictione aliter quàm tempore, ſententia, lata à iudice, qui ignorabat prorogationem, adhuc eſt valida, num.23.

Prorogata iuriſdictione de temporè ad tempus, ſententia, lata à iudice, qui ignorabat, an inſtantia duraret, non valet, num.25. & 26.

Stylus proferendi ſententiam cum clauſula (quatenus duret inſtantia) improbatur, nu. 27. Seruatur tamen Florentiæ, & defenditur, num.29.

Iuriſdictionem ſuam licet ignoret iudex, tamen quod facit in beneficialibus, tenet, dummodo iuriſdictionem verè habeat, n.30.

Prouiſio, & acceptatio de beneficio re vera vacante, tenet, licet executor & acceptans ignorarent vacationem beneficij, num.31. & ſeqq. & ſub num.34.

Hæreditatis aditio eſt nulla, ſi is, qui eam adiuit, ignorauit, ſibi eſſe delatam, num. 32. & 34.

Digitized by Google

Procurator ſi egerit vigore ſubſtitutionis inualida, nulliter egit, etiam ſi habuiſſet mandatum validum, num.33.

Executor, datus in teſtamento, ſi ignorauerit eſſe datum, & tamen fecerit officium executoris, an valeat, quod geſſit, num.35.

Delegatus, nulliter procedit, antequã ſciat delegationem, num.37.& 40. Imò non ſolùm requiritur ſcientia delegationis, ſed requiritur productio reſcripti delegatorij, num. 38.& ſeqq.

Iuriſdictio non conſideratur ex tempore dati reſcripti, ſed ex tempore præſentationis, num.38. 39.41.& ſeqq. Idq. verum præcipuè eſt, quando delegato præfigeretur tempus ad finiendam cauſam, num.49. Proceditq. etiam ſi reſcriptum eſſet commune vtrique parti, num.50.

Iuriſdictio quando conſideretur ex tempore dati reſcripti, num.54.& ſeqq.

Iuriſdictio, delegata à Prinsipe motu proprio, an tribuat iuriſdictionem ante præſentationem reſcripti delegatorij, num. 59. & 60.

Conceſſiones, & litteræ Papæ an operentur à die conceſſionis, an verò à die notitiæ, remiſſiuè, num.61.

Iuriſdictio ordinaria non probatur per teſtes, ſed ſolum per litteras, num.43.

Iuriſdictio delegata, an & quando poſſit probari per teſtes, ſub num.43.

Delegatio, facta à non habente facultatem delegandi, licet confirmaretur per ſuperuenientem facultatem, tamen proceſſus interim factus à delegato, ſemper eſſet nullus, ſub num. 46.

Proceſſus, factus à delegato ante præſentationem reſcripti delegatorij adeo eſt nullus, num. 38. Vt ſit nullus, etiam parte non opponente, num. 47. Imò eſſet nullus etiam ſi partes conſentirent, quòd procederet, non præſentatis litteris, num.48.

Reſcriptum delegatorium ſi ſit commune vtrique parti, poteſt pars, quæ illud habet, cogi ab altera ad illud exhibendum, ſub num. 50.

Reſcriptum quando dicatur commune impetranti, & aduerſario, remiſſiuè, num.51.

Executor quicunque ante receptionem litterarum, non habet plenam poteſtatem exequendi, num.52.

Collatio beneficij, facta per Epiſcopum intra menſem datum expectanti ſi expectans non acceptauit, eſt valida, num.57.

Collatio, facta ab Ordinario de beneficio, cuius collatio ſpectabat ad inferiorem, an reconualeſcat, ſi poſtea deuoluatur ad Ordinarium, num.58.

1 QVAERO quarto, an iudex, ſententiando, debeat in ſententiæ formula ponere verbum *(iudex)* dicendo (*Nos N. iudex)* alias, omiſſo dicto verbo (iudex) videatur ignorare ſuam iuriſdictionem, ſeu ſe eſſe iudicem, & conſequenter ſententia ex iſto capite ſit nulla?

Concludo, non eſſe neceſſarium, quòd ponatur, & conſequenter ſententiam non eſſe nullam; idq. oſtendo, explicando duos caſus, qui poſſunt conſiderari.

Primus caſus eſt, quando ſupponimus, quòd conſtet, iudicem ſciuiſſe ſe eſſe iudicem, & ſciuiſſe etiam qualitatem ſuæ iuriſdictionis; vt puta, quia erat iudex ordinarius, & litteras ſuæ iuriſdictionis iam præſentauerat initio ingreſſus ad officium, vt moris eſt, & vlterius ex proceſſu, & interlocutorijs, per eum latis, apparet, quòd ſibi notum erat, quòd litigantes erant de ſuo foro: Et iſto caſu dico, quòd ſententia eſt valida, omiſſo etiam verbo (iudex) & ad ita dicendum moueor ex pluribus. Primo, quia in iure non reperitur diſpoſitum, quòd iudex, ſententiando, debeat dicere (nos iudex.) Secundo moueor, quia hæc expreſſio non poteſt requiri pro forma ſententiæ; ſiquidem forma alicuius actus iudicialis eſt illa, ſine qua ille actus eſſet iniuſtus, & ſi eſſet iniuſtus, non eſſet actus iuſtitiæ per ea, quæ dixi ſupra quæſt. 1. num. 23. illat. 3. hacque ratione dicimus, quòd forma dat eſſe rei; ſed ad ſententiæ iuſtitiam, quæ reſpicit æqualitatem inter partes, nihil confert, quòd iudex dicat, vel non dicat illud verbum (iudex) dummodo conſtet, quòd re vera eſt iudex; quia lex imponitur non verbis, ſed rebus, vt dixi cap. ſequen. quæſt. 17. limit. 10. num. 14. vnde ſi apponeret hoc verbum (iudex) ſed non eſſet, non per hoc valeret ſententia. Tertio moueor ex illiſmet, quibus ſupra gloſ. 2. quæſt. 2. firmaui, nomen iudicis non eſſe neceſſariò exprimendum in ſententia. Quarto moueor, quia licet actus geſtibilis nomine proprio, & nomine alieno, in dubio cenſeatur geſtus nomine proprio, vt etiam dixi

ſupra

ſupra gl. 1.q.1. num.2.& 54. tamen hoc non eſſe verum, quando ex coniecturis apparet contrarium, dixi ead. q. 1. num. 55. & in caſu noſtro ſupponimus apparere, vt dixi hic ſupra verſ. primus. Vltra quod in caſu noſtro non poteſt conſiderari hoc duplex nomen, ſeu duplex auctoritas, quia ſi ſententia feratur nomine proprio, & ſic à non iudice, ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, ac ſi nullo nomine eſſet lata, & ideo præſumitur lata eo nomine, & auctoritate, prout valet, vt ſecutus ſum ſupra gl. 1. q. 1. num. 57. Quinto moueor, (& confirmo hoc quartum) quia in dubio debemus interpretari actum vt valeat, vt eſt regula vulgata, quia lex & nos imitari debemus naturam, quæ eſt optima magiſtra, ideoq. non errat: ſed natura nihil fruſtra operatur: ergo nos interpretari debemus, ne actus ſit fruſtratorius. Sexto moueor, quia paſſim videmus, quòd actuarij in ſententijs interlocutorijs, omiſſo verbo (iudex) dicunt (qui dominus admiſit, &c.) Septimo moueor, quia cum in iſto caſu ſupponamus ſcientiam in iudice, ceſſat difficultas, quòd proceſſerit, ignorata iuriſdictione.

Non obſtat, quòd Papa in clem. paſtoralis. verſus finem, verſ. nos tam ex ſuperioritate. de ſent. & re iud. clare explicet, qua auctoritate, quaue iuriſdictione procedat, & Vital. ibidem §. nos tam. num. 6. notet, quòd iudex in ſententiando debet dicere qua auctoritate procedat ad ſententiam, quanquam ſit ordinarius.

Quia reſpon. quòd cum Papa iudicaret inter Imperatorem, & Regem, & in cauſa ardua, exigebat caſus grauitas, vt eos de ſua iuriſdictione, & auctoritate commonefaceret, ne forſan ipſi, illius quaſi ignari, ſententiæ nollēt obtemperare: cæterum alibi, vt in cap. 8. veritatis. de dol. & contum. Papa in ſententia non exprimit ſuam auctoritatem.

Vlterius dico, quòd Papa, & quiuis alius debet ſuam iuriſdictionem exprimere ad bene eſſe, vt appareat, ipſum eam ſcire, & conſequenter procedere cum cauſæ cognitione; ſed non quia alias ſententia ſit nulla.

2 Secundus caſus eſt oppoſitus, quando cōſtat, ſeu ſupponimus nos, quòd iudex ignorabat ſuam iuriſdictionem, & conſequenter neſciebat, ſe eſſe iudicem: & iſto etiam caſu, dico non eſſe neceſſarium, quia ſiue apponat verbum (iudex) & exprimat iuriſdictionem, ſiue non apponat, ſententia regulariter non valet, quamuis iudex vere eſſet iudex, Bar. in l. 21. multum. num. 2. quem ibidem ſequitur Socc. num. 7. & 9. ff. de condit. & demonſtr. dicens, quod ſi aliquis in veritate eſt iudex, ſed ignorat, ſe eſſe iudicē, & cum iſta ignorantia fert ſententiam, ſententia eſt nulla, quia ignorat illud, ex quo ſibi principaliter competit iuriſdictio, ſed ſi, inquit, ſcit illud, propter quod principaliter eſt iudex, ignorat tamen aliquod adminiculum, puta iuriſdictionem eius eſſe prorogatam per partes, ſententia ex iſta ignorantia non vitiatur, & ad hunc locum ſe remittit idem Bar. in l. 15. ſi finita. §. iulianus. num. 18. verſ. quæro vtrum. ff. de damn. infec. & in l. 5. hæc autem. §. non defendi. num. 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. quibus in locis dicit, quòd ſi iudex, commiſſa, & executioni etiam demandata citatione, ſed non facta ſibi à nuntio relatione de executione citationis, proceſſerit, & ſententiam contra contumacem tulerit, proceſſus, & ſententia erunt ipſo iure nulli, quia non ſufficit, verè extare contumaciam, ſed debet iudici de ea prius liquere; hæcq. Bartoli dicta ſequuntur Bal. in l. 19. falſus. ſub num. 20. verſ. item dubitatur. C. de furt. & ſeru. corrup. Abb. in cap. 16. cum ex officij. ſub num. 28. de præſcript. dicens, quòd ſentētia eſt valida, quando iudex habet iuriſdictionem, & ſcit ſe eam habere, ſed ignorat modum; ſecus autem quando iudex errat in fundamento iuriſdictionis, quia ignorat ea, quę ſunt neceſſaria ad exercitium iuriſdictionis; puta, inquit, quia fert ſententiam contra contumacem, & non eſt certus, an ille ſit contumax, vel an ſit lis conteſtata, tunc enim, inquit, ſententia non valet, quod etiam dicit in cap. 40. P. & G. in fine, ſub num. 22. de offic. & poteſt. iud. deleg. Franc. in cap. 19. cum parati. num. 42. verſ. circa quartum. & num. 43. de appell. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. citat. num. 146. fol. 412. tom. 4. latè Felyn. in cap. 10. eccleſia. ſub num. 14. verſ. decimo ad hanc partem. de conſtitut. Anch. quem citaui infra num. 4. in ſecunda confirmatione, & ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 48. ſub num. 1. & eandem à nobis ſupra relatam diſtinctionem ex Bar. & Soc. in dicta l. multum. ſequuntur in effectu Mil. in ſuo repert. in verbo, iudex delegatus ſi ingnorat. dicens, quòd ſi iudex delegatus ignorat, ſe eſſe iudicem, & procedit, & fert ſententiam, ſententia non valet, quia oportet, quòd ſciat ſe eſſe iudi-

iudicem, & ſubdit, quòd ſi iudex ignorat penitus ſe habere iuriſdictionem, non valet quod agit, & iſta, inquit, regula nunquam fallit: ſecus ſi ſcit ſe habere iuriſdictionem, ſed ignorat, vel dubitat, an ſuper illas cauſas, vel perſonas habeat, Felyn. in dicto cap. 16. cum ex officij. ſub num. 28. in quarta limitatione, conſider. 2. & num. 29. verſ. excipias. dicens, quòd vbi iudex vere habet iuriſdictionem, & credit, eam ſe habere, & in ea ſe fundat, ſi tamen de ea, inquit, non eſt certus, nihil agit, & hoc, inquit, vbi penitus ignorat iuriſdictionem; ſecus, inquit, ſi ignorat eius qualitatem, vel modum, & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de execut. rei iud. concl. 3. num. 10. & ſeqq. & quòd ſententia non valeat, ſi ſit lata à iudice, qui ignorauerit fundamentum ſuę poteſtatis, ſcribit etiã Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in verbo, & demum fertur ſententia. nu. 54. fol. 439. & quòd iudex antequam procedat ad aliquem actũ, debeat eſſe certus de ſua iuriſdictione, alias ille actus ſit nullus, ſecutus ſum cap. ſeq. q. 5. ſub num. 27. verſ. moueor ſecundo. in fine, & quòd ignoranti non conferatur exercitium iuriſdictionis, ſequitur Gabr. dicta concl. 3. num. 5.

Ratio huius concluſionis, & omnium, quę in ea diximus, eſt, quia fas non eſt, peruertere ordinem, præſertim in re militari, & ex analogia in iudicijs, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 97. num. 181. & 182. imò in adminiſtratione iuſtitiæ repugnat de diametro, tùm quia non ſeruare ordinem eſt grauare, & facere iniuſtitiam, vt dixi cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 7. num. 113. & ſeqq. ſi quidem ordo eſt traditus ad inueniendum iuſtitiam, vt dixi infra gl. 9. num. 3. & 17. & ſeqq. tùm quia in iudicijs apprimè eſt neceſſarius vſus prudentiæ, per ea, quæ dixi ſupra q. 1. num. 59. quæ autẽ eſt prudentia, priora facere poſteriora, & currum ponere ante boues?

3 Confirmatur primo concluſio huius ſecũdi caſus ex l. 3. quęro. ff. de eo qui pro tut. &c. vbi ſi is, qui erat datus tutor in teſtamẽto, geſſerit negotia pupilli, tanquam tutor, ſed ignorans, ſe eſſe datum tutorem in teſtamento, tenetur, non tanquam tutor, quia ſciuiſſe quoque deberet ſe eſſe tutorem, vt eo affectu gereret negotia pupilli, ſed tenetur tanquam negotia geſſerit pro tutore.

Corroboratur hęc confirmatio ex his, quę ſcripſi infra num. 32. verſ. primo quia.

4 Confirmatur ſecundo ex cap. 21. prudentiam. de offic. & poteſt. iud. deleg. vbi licet duo ex tribus condelegatis cũ clauſula (quòd ſi non omnes) poſſint validè procedere, tertio Collega abſente, ſeu aliter impedito, tamen debet eis prius legitimè conſtare de impedimento, alias proceſſus eſſet nullus, quamuis vere eſſet impeditus, Ant. de Butr. in eod. cap. prudentiam. num. 7. & ſeqq. not. 4. & ſeqq. & latius ſub num. 17. verſ. ſi verò tertius eſt in veritate impeditus. ibi, tu tene indiſtinctè. & ibid. Abb. ſub num. 28. & Anch. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 2. not. 4. de reſcrip. dicẽs, quòd coniudicibus, vt procedere valeãt, debet conſtare de impotẽtia collegæ, alias ſi, hoc non diſcuſſo, procederent, crederem, inquit, non valere proceſſum, etiam ſi verè impedimentum ſubeſſet, quia, inquit, licet aliquis ſit verus contumax, quia citatus in termino non comparuit, tamen ſi iudex, non facta ſibi relatione de citatione à nuncio, procedat ad ſenteniam, & poſtea relatio ſibi fiat, ſententia eſt nulla, quod nos iam latè retulimus ſupra num. 2. & ſecutus ſum infra gloſ. 7. quæſt. 3. limit. 2. num. 28. & argumenta pro hac confirmatione adducit Io. Andr. in cap. 31. eum qui. verſ. quòd non valeat. de reg. iur. in 6. & pro intelligentia huius comfirmationis vide, quę ſcripſi infra d. limit. 2. num. 26. verſ. declara primo.

5 Verumtamen eſt, quòd Io. Andr. in dicto cap. eum qui. num. 3. diſputata q. ad partes, in fine concludit ſic diſtinguendo: Aut impedimentum, ſine ope exceptionis impediens iuriſdictionem vel exercitium, erat perpetuum, vel temporale ineuitabile, & tũc ſiue id fuerit notorium, ſiue non; dum tamen nec ipſe coniudex, nec aliqua partium de hoc quęſtionem retulerit, valet proceſſus; & ſit ratio, quia verum eſt, ex exiſtentia conditionis illum iudicem eſſe, nec ſit ibi per partes prorogatio iuriſdictionis, quæ competebat, vt dixi, ſed ſola remiſſio probationis: & iſto caſu vera eſt opinio contra confirmationem, quòd proceſſus & ſententia teneat, etiam non aliter conſtito de impedimento: Aut impedimentum eſt tale, vt neceſſaria ſit exceptio, vel eſt impedimentum incommoditatis, vel volũtatis; & his caſibus non valet proceſſus, & ex Io. And. ſequitur Imol. in d. l. 21. multum. in fine, ff. de condit. & demonſtr. & ſequitur etiã Bal. in l. falſus. num. 16. verſ. circa ſecundum. C. de furt. & ſeru. corrupt. ſed loquitur magis reſolutè, & eius reſolutio multum mihi quadrat: inquit is, citato

Io.

Io. Andr. vbi ſupra, quòd veritas, & iuriſdictionis auctoritas faciunt valere, & quòd eſt differentia inter aditionem hæreditatis, quæ animo expletur, & iuriſdictionem, quæ non expletur animo inferioris, ſed iudicis ſuperioris: nam, inquit, iuriſdictio iſta reſidet apud duos etiam inſolidum quoad indiuiſibilem iuriſdictionem, ſed exercitium debet eſſe commune: per iſtam ergo clauſulam (& hoc eius dictum mihi quadrat) accreſcit exercitium; ſed in iure accreſcendi in indiuiduis non requiritur ſcientia, quia ius accreſcendi eſt de appenditijs rei principaliter ſcitæ, & ideo valet quod fit, ſicut quando accreſcit per prorogationem, & Baldum ſequuntur Franch. in cap. 8. cum plures. ſub num. 3. not. 4. de off. & pot. iud. del. in 6. & Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. num. 14. verſ. quomodo autem. de reſcrip. ſed debet poſtea apparere de impedimento, alias proceſſus eſſet nullus, Franch. ibidem.

6 Si quis tamen teneret ſimpliciter confirmationem, deberet eam declarare, prout declaraui infra gl. 7. q. 3. limit. 2. num 29.

7 Confirmatur tertio, quia ſi procurator ignorat, ſe eſſe procuratorem, geſta ab eo, tanquam procuratore, non valent, Socc. in dicta l. 21. multum. num. 8. ff. de condit. & demonſtr. & ſcripſi cap. ſeq. q. 5. ſub num. 27. verſ. moueor tertio.

Augetur hęc confirmatio ex his, quę ſcripſi infra num. 33. verſ. ſecundo quia.

8 Confirmatur quarto, quia iudex, oppoſita incompetentia, debet ſuper ea pronunciare, alias, ſi procederet, proceſſus eſſet nullus, quia videretur ignorare ſuam iuriſdictionem, vt ſcribunt Paul. de Caſtr. & alij, quos citaui ſupra lib. 1. cap. 101. num. 17.

9 Confirmatur quinto, quia ſi iudici tribuatur iuriſdictio in caſu notorietatis, & iudex, ignorata notorietate, procedat, proceſſus eſt nullus, vt ſecutus ſum infra q. 6. num. 58. verſus finem.

10 Recenta concluſione huius ſecundi caſus, quòd ſententia, lata à iudice, qui ignoret ſuam iuriſdictionem, non valet.

Declara reſtringendo eam, vt ſit vera, quando iudex penitus ignorat ſuam iuriſdictionem, ſeu fundamentum ſuæ iuriſdictionis, & ita eſt de mente Bartoli, Abb. Milis, & Felyn. citatorū ſupra ſub num. 2. & Baldi, quem citaui, & ſecutus ſum infra num. 35. in quarta difficultate, & ita ſequi communiter Doctores teſtatur Socc. in dicta l. 21. multum. num. 7. ff. de cond. & demonſtr.

Secus quando non ignorat penitus, ſeu fundamentaliter, ſed ignorat illius qualitatem, ſeu modum, aut adminicula, quia tunc valet ſententia, l. 2. verſus finem initij, ff. de iudic. & ita loquuntur ijdem Doct. ſup. citati.

11 Plures ex hac declaratione oriuntur difficultates, verſantes circa omnimodam, & non omnimodam ignorantiam iuriſdictionis, adeo quòd poſſumus dicere, quòd dum nititur declarare, obſcurat.

Prima enim difficultas eſt, an iudex ante factam ſibi relationem à nuncio de executione citationis ad ſententiam, dicatur ignorare fundamentaliter iuriſdictionem, & conſequenter ſententia, quam ferret, ſit nulla. Et licet Bar. Bal. Abb. & alij communiter ex vi prædictæ declarationis dicant, ſententiam non valere, vt retuli ſupra.

Quicquid in contrarium dixerit Io. Andr. ſecundum relationem, quam de eo facit Bal. in l. falſus. ſub num. 20. verſ. item dubitatur. C. de fur. & ſeru. corrup.

12 Tamen ego ſentio quidem cum eis, quòd ſententia nō valeat, ſed diſſentio ab eis, quatenus ſentirent, quòd non valeat, quia iudex ignorauerit penitus ſuam iuriſdictionem; & ad diſſentiendum moueor, quia ſi iudex eſt ordinarius, & vigore ſuarum litterarum iuriſdictionalium iam cœpit exercere ſuam iuriſdictionem; vel, ſi eſt delegatus, habuit litteras delegatorias antequam proceſſerit, & perſonæ litigantes ſunt ſub eius iuriſdictione, non poteſt dici, quòd penitus ignorauerit ſuam iuriſdictionem: vnde concludendum eſt, quòd non valeat ex defectu citationis; quia poſſunt hęc duo ſimul ſtare; quòd iudex habeat iuriſdictionem, & procedat nulliter, quia procedat ſine citatione; nam communiter numeramus has duas nullitates, nempe ex defectu iuriſdictionis, & ex defectu citationis; quæ numeratio & diſtinctio eſſet falſa & ſuperflua, ſi nullitatem ex defectu citationis velimus includere ſub nullitate ex defectu iuriſdictionis, itaut ignorans executionem citationis, dicatur ignorare penitus ſuam iuriſdictionem.

13 Non obſtat primo ſi dicatur, quòd iudex, procedens nulliter, perdit nomen iudicis in illo proceſſu, tùm quia actus nullus non dicitur actus, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & patet ex his, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 97. num. 193. & lib. 2. cap. 9. num. 861. & ſeqq.

Digitized by Google

& ſeqq. tùm quia nulla maior iniuſtitia, quàm nullitas, vt dixi cap.ſeq.quæſt.17. limit.19. ſub num.4. verſ. ſed notoria. & iudex, dum iniuſtè agit, non eſt iudex, per ea, quæ dixi ſupra quæſt. 1. num.23.& conſequenter iudex non ſolùm ignorat ſuam iuriſdictionem, vt loquuntur Doctores ſupra citati, ſed nullam habet iuriſdictionem.

Quia reſpondeo dupliciter. Primo dico, quòd ſi attenderemus hæc argumenta, ſeu potius ſophiſmata, eſſet reuangare omnia ſcripta Doctorum, qui cōſtituerunt has duas ſpecies nullitatis, videlicet ex defectu iuriſdictionis, & ex defectu citationis, idcoque non ſunt hic reuocandæ in dubium, quia
14 eſſet petere principia. † Secundo reſpondeo, quòd eſto, quòd ita ſit, tamen ſi habemus nomen ſpeciale, & proprium huius nullitatis, nempe ex defectu citationis, non debemus vti nomine generali, ad hoc enim ſunt inuenta nomina ſpecierum, vt remoueatur obſcuritas, quæ latet ſub nomine generico.

15 Non obſtat ſecundo, ſi dicatur, ſententiam non poſſe dici nullam ex defectu citationis, cum verè pars de commiſſione iudicis fuerit per nuntium citata, & facta relatio, licet poſt ſententiam.

Quia reſpondeo diſtinguendo: Aut eſt neceſſarium, quòd iudici ante ſententiam conſtet de legitima executione citationis: & tunc ſi ei non conſtiterit, & ſententiam tulerit, vt in caſu noſtro, pars non dicitur citata, quia paria ſunt non citare, & citare non legitimè, per ea, quę dixi lib. præced. dicto cap.9. num. 861. & ſeqq. ſeu paria ſunt non eſſe, & eſſe, ſed non apparere, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 76. num. 8. verſus finem: Aut non eſt neceſſarium, & tunc ſequitur ineuitabiliter, non eſſe neceſſarium, quòd iudex hoc modo ſciat ſuam iuriſdictionem, quia eſſet implicare contradictionem.

16 Extende hanc concluſionem de inualiditate ſententiæ, vt procedat etiam ſi iudex ſententiando adderet clauſulam (quatenus fuerit executa citatio) ſeu (quatenus fuerit facta relatio citationis in actis) quia hæc clauſula potius noceret, quàm prodeſſet, ſiquidem patefaceret, iudicem ignoraſſe citationem, ſeu, inquam, illius relationem, per ea, quæ de ſententia lata cum clauſula (quatenus duret inſtantia) ſcripſi infra num. 25. & ſeqq.

17 Reſtringe primo eandem concluſionem, vt non procedat in beneficialibus, & in collatione beneficij vacantis, quia in his attenditur veritas, & ignorantia nō inficit actum, per ea, quæ dixi infra num. 30. & proinde ſententia, lata contra contumacem, eſſet valida, etiam ignorata executione citationis ad ſententiam, dummodò verè eſſet executa, & ita declarabis Bartolum, & alios citatos ſupra ſub num.2.

18 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando ſententia, ſeu alius actus fuiſſet factus, partibus præſentibus, quia tunc licet non conſtaret de citatione, vel relatione, tamen hoc non nocet, Franch. in cap. 19. cum parati. num. 44. de appell. Felyn. in cap. 13. ſciſciratus. ſub num. 15. verſ. ſubditur tamen. de reſcript.& Gabr. in ſuis concl. lib.2.tit.de execut. rei iud. concluſ. 3. num. 27. limit.10.

19 Reſtringe tertio, vt non procedat, quando licet non conſtaret ex actis, quòd relatio nuncij pręceſſerit, ſed tamen iudex ex aliqua veriſimili præſumptione, vel informatione crediderit, partem fuiſſe citatam, quia tunc valeret actus geſtus à iudice, ſi incontinenti poſtea conſtet de relatione, Franch.in d.cap. cum parati.num.45. in ſecunda limit. Felyn. in loco ſupra proximè citato.

20 Reſtringe quarto, vt non procedat, quando periculum eſſet in mora, Franch.in dicto cap.cum parati. num.46. limit.3. Felyn.in loco ſupra prox. citato, & Gabr. d.concl.3. num.22.limit.5.

Confirmatur hæc reſtrictio, quia quando periculum eſt in mora, recedimus à regulis iuris communis, & conſequenter poteſt omitti citatio, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib.2. cap.8. num.84.& 85.

21 Declara (ſi placet) vt hæc reſtrictio ſit vera, quatenus coniungatur cum præcedenti, itaut periculum ſit in mora, & iudex ex aliqua informatione poſſit veriſimiliter credere, partem fuiſſe citatam; puta, ſtatutum arctat iudicem ad pronunciandum, nuncius, forſan corruptus, non reportat ambaſiatam; iudex tamen à notario, vel à nuncio extraiudicialiter audit, fuiſſe citatam, & ideo fert ſententiam, vtique valet, dummodo poſteà fiat relatio, Bal.in l.falſus.num.20.verſ.item dubitatur.in fine, C.de furt.& ſeru.corrup.

22 Reſtringe quinto, vt non procedat, quando ſtylus, ſeu conſuetudo eſſet, quòd relatio nuncij admittatur, & ſcribatur immediatè

rè poſt actum geſtum à iudice, Franch. in eod. cap. cum parati. num. 47. limit. 4. Felyn. in loco ſupra proximè citato.

23 Secunda difficultas: an iudex, qui ignorat prorogationem ſuæ iuriſdictionis, dicatur ignorare penitus, ſeu fundamentaliter ſuam iuriſdictionem, & conſequenter ſententia, quam ferret, non valeat.

In hac difficultate diſtinguo duas ſpecies prorogationis: Prima ſpecies eſt prorogatio, quæ fit aliter quàm tempore. Secunda ſpecies eſt, quæ fit de tempore ad tempus; prout de omnibus prorogationis ſpeciebus latè egi infra gl. 7. q. 4.

In prima ſpecie (quando prorogatur iuriſdictio inter perſonas, ſeu de cauſa ad cauſam; vt puta, quando duo forenſes, quorum neuter eſt ſub iuriſdictione iudicis, coram quo litigant, prorogant iuriſdictionē eo ipſo quòd litigant coram eo, vel alij de ſua iuriſdictione litigant coram eo, prorogata illius iuriſdictione in illa cauſa, & ipſe ignorat illos eſſe forenſes, & illam cauſam non eſſe de ſua iuriſdictione, & conſequenter ignorat, ſuam iuriſdictionem eſſe prorogatam.) concludo, quòd, non obſtante hac ignorantia, ſententia valet, l. 2. in fine initij, ff. de iudic. Mil. in reper. à me relatus ſupra, ſub num. 2. verſ. ſecundus caſus. Soc. in l. 21. multum. num. 9. verſ. ſecunda concluſio. ff. de condit. & demonſt. & Felyn. in cap. 16. cum ex officij. num. 29. verſ. excipias nunc. de præſcript. & ſcripſi infra gl. 7. q. 3. limit. 2. nu. 53. & ſeqq. & in hac ſpecie prorogationis poteſt procedere quod ſcribit Bar. in dicta l. multum. num. 2. in fine, dicens, quòd ſi iudex ignorat aliquod adminiculum ſuæ iuriſdictionis, puta eius iuriſdictionem eſſe prorogatam per partes, tunc quod agit, non vitiatur, idque ex eo retuli etiam ſupra ſub num. 2. verſ. ſecundus caſus.

24 Declara hanc concluſionem, prout declaraui infra gl. 7. q. 4. ſpec. 5. num. 1. & ſeqq. & ſpec. 6. num. 1. & ſeqq. nu. 16. & ſeqq. vbi tractaui materiā prorogationis corā delegato.

25 In ſecunda ſpecie (quando fit de tempore ad tempus, prorogando inſtantiam cauſæ, & iudex, ignorans, an inſtantia duret, vel ignorans, an ſit prorogata, profert ſententiam intra inſtantiam ordinariam, ſeu prorogatam, ſed, vt dixi, incertus, an inſtantia duret, vel ſit lapſa; quæ ignorantia, ſeu incertitudo, ſeo opponēte peremptionem inſtantiæ ea hora, qua iudex eſt ſubſcripturus ſententiam, ſatis probatur, ſi iudex addat in ſententia clauſulam (quatenus inſtantia duret) vt addunt aliqui) videtur concludendum contrarium, quòd non valet, & moueor ex pluribus.

26 Primo quia certum eſt, quòd iuriſdictio iudicis in cauſa circumſcribitur tempore inſtantiæ, ideoq. ea perempta, expirat iuriſdictio iudicis quoad illam cauſam, & conſequenter ſi ignorat, an inſtantia ſit lapſa, ignorat ſuam iuriſdictionem in illa cauſa.

Secundo moueor, quia ſententia, lata intra iuriſdictionem, prorogatam ſine conſenſu iudicis, nempe, eo ignorante, non tenet, per ea, quę, relatis varijs opinionibus, ſcripſi infra gl. 7. q. 3. limit. 2. ſub num. 54. & num. 56. ſed paria videntur ignorare an iuriſdictio ab initio prorogetur, & ignorare, an poſtquam eſt prorogata, expirauerit, quia vtroque caſu ignorantia eſt circa fundamentum iuriſdictionis.

Tertio moueor, quia, ſi iudex proferat ſententiam, ignorata executione citationis ad ſententiam, dicitur ignoraſſe ſuam iuriſdictionem, & ideo ſententia non valet ſecundum Doct. quos citaui ſupra num. 2.

Ergo multò minus valebit, ſi eam proferat, ignorans, an inſtantia duret, quia dicitur magis ignorare ſuam iuriſdictionem, & ideo requiritur magis, vt iudex ſit certus, an inſtantia duret, quàm an ſit executa citatio; quia executio citationis ad ſententiam non ita reſpicit iuriſdictionem, per ea, quæ dixi ſupra num. 12. prout reſpicit inſtantia cauſæ.

Quarto moueor, quia qui opponit, inſtantiam eſſe peremptam, virtualiter opponit, iudicem eſſe incompetentem, vt de ſe patet: ſed, oppoſita incompetentia, iudex debet de ea cognoſcere, & ſuper ea pronunciare, alias proceſſus, & ſententia ſunt nulli; vt dixi ſupra num. 8. confirm. quarta. ergo, oppoſita peremptione inſtantiæ, malè iudex dicit in ſententia, (quatenus inſtantia duret.)

27 Infero primo ex hac concluſione, quòd ſtylus ſententiandi cum illa clauſula (quatenus inſtantia duret) patefacit, iudicem ignorare an habeat iuriſdictionem in illa cauſa, ideoq. cautius eſt, illam clauſulam non apponere, quia ſententia, ſi feratur poſt peremptam inſtantiam, eſt nulla, non obſtante illa clauſula; imò tantò magis, quia iam iudex dicit, ſe non ferre ſententiam, quatenus inſtātia ſit lapſa; ſi verò inſtantia non eſt lapſa,

lapſa, ſententia non poteſt argui de nullitate, quia, ſublata illa clauſula, non apparet, iudicem ignoraſſe, ſeu dubitaſſe de ſua iuriſdictione.

28 Infero ſecundo, quòd Bar. in l. 21. multum. num. 2. ff. de condit. & demonſtr. dum validitatem ſententiæ ob ignoratam iuriſdictionem exemplificat in ſententia, quam iudex profert, ignorata prorogatione iuriſdictionis, eſt intelligendus de alia prorogatione, quàm de ea, quæ fit de tempore ad tempus, vt dixi etiam ſup. num. 23. in fine.

29 Reſtringe eandem concluſionem, vt non ſit vera vbi ſtylus eſt, vt ſententiæ poſſint ferri cum illa clauſula, prout hunc ſtylum ſeruant Florentiæ, quia tunc nõ habetur conſideratio, quòd iudex ignorabat ſuam iuriſdictionem; & moueor hoc vnico fundamẽto, quia licet ſententia, lata contra contumacem ante factam relationem executionis citationis, & ſic, ignorata iuriſdictione, non valeat, quamuis poſtea fiat relatio, vt dixi ſupra ſub num. 2. tamen valet vbi eſt ſtylus, & conſuetudo, vt ſecutus ſupra num. 22. reſtr. 5. ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro,

Confirmatur hęc reſtrictio, etiam circunducto ſtylo; ſed ſuppoſito, quòd de peremptione inſtantiæ opponatur, quando certum eſt, quòd inſtat lapſus, ſi non eſt lapſa, vt locuti ſumus ſupra num 25. quia tunc periculum eſt in mora, & quando periculum eſt in mora, iudex poteſt ferre ſententiam, etiam non expectata relatione nuncij, & & dummodo ex aliqua informatione poſſit credere, partem fuiſſe citatam, vt ex Bal. retuli ſupra num. 21. verſ. declara.

30 Tertia difficultas: an in beneficialibus iudex babeat iuriſdictionẽ, illiusq. exercitium, etiam antequam ſciat, ſe eſſe iudicem, & proinde ſufficiat, quòd opinio habentis iudicare concordet cum veritate, licet ignoret ſe eſſe iudicem.

Concludo quòd habet, Mil. in ſuo reper. in verbo, iudex. verſ. iudex delegatus ſi ignorat. verſus finem, Felyn. in cap. 16. cum ex officij. ſub num. 29. caſ. 2. de præſcript. & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de execut. rei iud. concl. 3. num. 20. limit. 4. vnde Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 12. verſ. fallit ſecundum. de reſcript. confirmationem, poſitam à nobis ſupra num. 4. limitat in cauſis beneficialibus, quia in iſtis ait, proceſſum, & ſententiam tenere, etiam ſi non conſtet de impedimento alterius.

31 Confirmatur hæc concluſio, quia ſi executor prouidet de beneficio, re vera vacante, valet prouiſio, & acceptatio dicti beneficij, poſito etiam quòd acceptans, & executor prouidens ignoret, beneficium vacare, late Io. Monach. in cap. 17. ſi tibi abſenti. ſub num. 4. & ſeqq. verſ. ſed quæro. & ex eo ſequitur Io. Andr. initio, & num. 1. & ſeqq. & Prob. in addit. ad eundem Monacb. num. 19. verſ. habebit effectum. de præben. in 6. Bal. in. l. 3. hæc ſententia. verſus finem, num. 15. verſ. quæro quid ſi executor. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. profer. notans, quòd ignorantia non vitiat, Rot. deciſ. 36. alias 172. de præbend. in antiq. & Felyn. in cap. 16. cum ex officij. ſub num. 29. caſ. 2. de pręſcript. vbi ad hoc allegat etiam Rot. deciſ. 26. alias 544. an acceptatio. & deciſ. 30. alias 760. ſciendum. de conceſs. prębend. in antiq. quæ deciſiones loquuntur de acceptatione beneficij vacantis in forma pauperum infra menſem, &c. prout etiam loquitur Bellam. deciſ. 358. acceptatio. rurſus Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 12. verſ. ſallit ſecundum. de reſcript.

32 Huic concluſioni, confirmatæ ex eo, quòd non eſt neceſſarium, vt acceptans beneficium vacans, ſciat, illud vacare; duo videntur obſtare.

Primo, quia volens agnoſcere, ſeu adire bęreditatem, ſibi delatam per mortem eius, cui vult ſuccedere, debet ſcire, illum eſſe mortuum, & proinde ſibi delatam eſſe bęreditatem, alias, hoc ignorato, aditio eſt nulla, l. 4. nec nos. C. de capt. & poſtlim. reuer. l. 19. qui hæreditatem. ff. de acquir. vel omit. hæred. & qui, vt hæres, facit aliquid, debet ſibi cõſtare, quòd ſibi competit ius adeundi, & delatam eſſe ſibi bæreditatem, vt ex Gl. & Bar. ſequitur Mohed. deciſ. 5. alias 101. fratres. num. 1. de offic. procur. & data hac ignorantia, ſicut non poteſt adire, ita neque repudiare, quia qui non poteſt adire, non poteſt repudiare, l. 13. is qui bæres inſtitutus. ff. eod. & faciunt pro boc quæ ſcripſi ſupra, num. 3. confirm. 1.

33 Secundo, quia ſi quis habeat bonum mandatum, factum à domino, & ſit etiam ſubſtitutus nulliter ab alio, non habente banc facultatem ſubſtituendi, & egerit non vigore mandati, quia de eo notitiam nõ babebat, ſed egerit vigore ſubſtitutionis inualidæ, proceſſus eſt inualidus, & non poteſt ſubſtineri ex mandato bono, quia de eo notitiam

non

non habebat, & quando quis facit aliquid virtute facultatis ſibi competentis, debet eſſe certus de illa facultate, Mohed. d. deciſ. 5.& ſatis probatur hoc ex his, quæ ſcripſi ſupra, num.7. confir.3.

34 His non obſtantibus, non recedo à concluſione, eiuſq. confirmatione.

Ad primum enim ſumptum ab aditione, & repudiatione hæreditatis, reſpondet Io. Monach. in dicto cap. ſi tibi abſenti. num. 15.& 16.quem ſequitur Rot.dicta deciſ. 36. & Rotam ſequitur Felyn. in cap. 13.ſciſcitatus. ſub num. 12. verſ. fallit ſecundum eum. de reſcript. quòd hæres habet cauſam à defuncto, & ideo videretur illi iniuriam facere, ſi de eius ſucceſſione eſſet ita ſollicitus, & anhelans, vt vellet adire hæreditatem, ignorata illius morte; non ſic eſt in eo, cui ptouidetur de beneficio vacante, quia illud non habet à defuncto, vti eius ſucceſſor. Præterea aditio hæreditatis non recipit diem, neque conditionem, ſaltem iſtam ſi vacat, vel ſi eſt mortuus, vel ſimilem, l.78. actus. ff. de reg. iur. ſecus eſt in collatione præbendæ.

Ad ſecundum reſpon. aliter eſſe receptum in collatione præbendæ, vt dixi.

35 Quarta difficultas: Executor, conſtitutus in teſtamento, vel epiſtola, audito, quòd eſt conſtitutus vt ſupra, ſed non aliter diſcuſſo teſtamento, imò nec viſo, fecit officium ſuum, an valeat quod geſſit, cum non habuerit certam ſcientiam, ideoq. fuerit leuiter motus ad credendum, licet crediderit verum: Diſtinguo: aut omnino ignorauit, & tunc nihil potuit agnoſcere, vel acceptare, & in effectu officium, nec quicquam aliud quęritur igotanti: aut non omnino ignorauit, puta, quia licet tabulę eſſent clauſę, & non exhibitæ, tamen ſciebat, ſe eſſe conſtitutum executorem, & tunc quod geſſit, valet, quia iſto vltimo caſu non ignorauit penitus fundamentum ſuę poteſtatis, vt in primo, Bal. in l.19. falſus. num.19. verſ. dubitatur de executore. C. de furt. & ſeru. corrupt. & cum hac diſtinctione concordat quæ ex communi Doctorum ſententia ſecutus ſum ſupra, ſub num. 2. verſ. ſecundus caſus. & ſub num. 10. verſ. declara reſtringendo.

36 Quinta difficultas, (& hæc formatur ex hac quarta præcedēti, & ex 3.& 4. reſtrictione poſitis ſupra num.19.& 20.) eſt, nunquid actus geſtus à iudice, qui habebat probabiles coniecturas, quòd erat iudex, ſed tamen non etat certus, ſit validus; cum tamen re vera eſſet iudex: Et quidem ex prædictis videtur concludendum, quòd ſit validus, & ita ſcribunt Felyn. in cap. 16. cum ex officij. ſub num.29. in 3.caſ. de preſcript. & Gabr. in ſuis concl. lib.2. tit. de execut. rei iudic. concl.3. nu.26. limit.9. qui mouentur ex Bal. à nobis citato ſupra num. 21. verſ. declara.& hic ſupra in 4.difficult. quibus in locis habes quomodo ipſe loquatur, & quid dicat.

37 Sexta difficultas: an iudex delegatus validè procedat antequam ſciat delegationem.

Concludo ex regula, quòd non, & moueor ex duobus. Primo, quia ignorans fundamentum ſuę iuriſdictionis, nulliter procedit, vt ſcribunt Bar. Bal. & alij, quos ſecutus ſum ſupra ſub num. 2. verſ. ſecundus. vbi in delegato ita tetuli in ſpecie ex Mil. ſed ignorās delegationem dicitur ignorare fundamentum ſuæ iuriſdictionis, & ideo ei iuriſdictio non acquiritur per ea, quę ſcripſi infra num. 40. ergo. Secundo, quia in delegato non ſufficit ſcientia ſimplex, quòd cauſa eſt ſibi delegata, per ea, quæ ſcripſi infra num.42. in 2. illatione, ſed requiritur ſcientia qualificata, videlicet ex productione reſcripti, alias procederet nullirer, & ſine iuriſdictione, vt ſecutus ſum num. ſeq.

38 Extende hanc concluſionem, vt ad validitatem proceſſus ſit neceſſaria non ſolum ſcientia, ſed etiā productio reſcripti delegatorij, & ſola ſcientia ſine productione non ſufficeret, Innoc. in cap. ex cōquęſtione. num. 2. verſ. ſi autem non præſentaſſet. de reſtit. ſpol. Bal. in l.19. falſus. num. 17. verſ. ſed pone quòd cauſa. C. de furt. & ſeru. corrup. Franch. in cap.12. ſuper eo. num.9. & ſeqq. verſ. vltimo tene menti. & Dec. num. 24. & ſeqq. verſ. vltimo notandum eſt. de appell. Felyn. in cap.13. ſciſcitatus. ſub num. 12. verſ. limita hanc. de reſcript. & in cap.16. cum ex officij. ſub num. 35. in octaua concluſ. verſ. intellige hanc limitationem. de pręſcript. & Gabr. in ſuis concluſ. lib.2. tit. de execut. rei iud. concl. 3. num.3. ampl. 2. & num. 10. limit. 3. hancque extenſionem tenent in effectu Archid. Io. Andr. Rot. ſæpius, & alij, vt videbis n. ſeqq. in quibus eos citaui, & retuli.

39 Ratio eſt, quia quando quæritur, an iuriſdictionem habeat is, cui ſcribitur, conſideratur tempus receptionis reſcripti, Arch. in cap. ſi is cui. initio, de reſcrip. in 6. quia eius iuriſdictio pendet ex productione reſcripti, Bal. vbi ſupra; nam delegatus exercitium iuriſ-

iuriſdictionis non recipit,niſi à tempore præſentatæ,& receptæ commiſſionis, Rot. deciſ. 6. alias 242. ſi vnus. num.1. de offic. deleg. in nou.& interim ante præſentationem, litteræ dicuntur eſſe impetrantis, & eſſe in eius optione præſentare, vel non, vel etiam lacerare, vt ex aliquibus refert Innoc. in loco ſupra proximè citato; ſiquidem illud reſcriptum eſt ad fauorem impetrantis,qui ante præſentationem poteſt illi renũciare, illudq. lacerare, etiam altera parte inuita; vnde quoad iuriſdictionem, & eius exercitium non inſpicitur tempus datę litterarum, ſed tempus præſentationis, Franch. in d.cap.12. ſuper eo. ſub num. 10.& 11. & faciunt quę ſcripſi lib. præced. cap.3.ſub num.220. verſ. ſed ante. in futura impreſſione, & infra hoc eod. lib. cap. ſeq. q.14.ſub num. 47. declar. 2. & q.17. limit. 2. ſub num. 107. verſ. primus caſus. & in mea deciſ. .. Praten. iuris congr. num.13.& 60.die 16.Decemb.1620.

40 imò † iuriſdictio delegata non acquiritur niſi ſcienti, & iſta eſt ratio quare in prorogatione iuriſdictionis de tẽpore ad tempus requiratur ſcientia, & conſenſus ipſius iudicis, Franch. dicto cap. ſuper eo. num. 12. quod dixi etiam infra gl. 7. q.3. limit. 2.num.56. verſ. ſecundus. & quicquid ſit de iure ciuili, Canoniſtas vt plurimum tenere, quòd iuriſdictio, ſeu poteſtas delegata non acquiratur, niſi ſcienti, & conſentienti, ſcribit Rot. deciſ. 21. alias 459. circa tertium. num. 4. de conceſs. præben. in nou. & ibi ſequitur Addit. & ſecutus ſum cap. ſeq.q.5.ſub num. 27. verſ. moueor ſecundo.

41 Infero primo ex hac extenſione,quòd nullitas proceſſus, facti à delegato ante preſentationem reſcripti non tantum cauſatur ab ignorantia ſuæ iuriſdictionis, quantum cauſatur,quia eius iuriſdictio pendet à prǽſentatione reſcripti, vt dicunt Bal. in dicta l. falſus. ſub num.17. verſ. ſed pone.C.de furt. & ſeru. corrupt. & Rot. dicta deciſ. 6. alias 242. ſub num. 1. de offic. deleg. in nou. & ideo manet nullitas, etiam ſi iudex ſciuiſſet delegationem,vt dixi in ſeq. illatione.

42 Infero ſecundo (& eſt eiuſdem farinæ) vt ad validitatem proceſſus coram iudice delegato nõ ſufficiat, quòd iudex certò ſciat delegationem, puta quia ipſe, & alij eam viderint, & teſtentur, ſed eſt etiam neceſſarium, quòd is, qui eam impetrauit, vtatur, præſentando illam, alias delegatus non eſt iudex, & caret iuriſdictione, vt dicunt præfati, & in ſpecie Bal. in loco ſupra proximè citato, Felyn.in cap. 16.ex officij. ſub num. 35. concluſ.8. verſus finem, de præſcript. & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de execut. rei iud. concl. 3. num. 6. ampl. 3.

43 Subinfero declarando, quòd ſi is,qui impetrauit delegationem, velit ea vti, & quia non habet litteras delegatorias, velit eam probare per teſtes, pro plena reſolutione eſt diſtinguendum: Aut agitur de probanda iuriſdictione ordinaria, & dico,quod eam non poteſt probare per teſtes,ſed debet eam probare per litteras ſolitas, Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretum.in fine num. 10. verſ. vltimo doct. ff. de offic. proconſ.& hoc in praxi nullam recipit difficultatem; & hic non eſt caſus noſter: Aut agitur de iuriſdictione delegata; & hic eſt caſus noſter, in quo etſi Ray.dixerit,quòd poteſt probari per teſtes, tamen Bal. vbi ſupra diſtinguit. Vel ſumus initio litis, & tunc, parte opponente, debent exhiberi litterę. Vel ſumus poſt factũ, & tunc eſt verum, quòd ſufficit probatio per teſtes: Aliter diſtinguit Rot. deciſ. 21. alias 459. circa tertium. ſub num. 7. de conceſs. pręben. in nou. vt initio neceſſariò requiratur exhibitio litterarum, & non poſſint illæ probari per teſtes antequàm fuerint præſentatæ, & per ipſum delegatum receptæ, ſed ſi poſt receptionem perdantur, tunc poſſunt probari per teſtes; quare, inquit, non poteſt iudex antequam receperit litteras,recipere probationem, quòd eſt iudex, quia iam exerceret iuriſdictionem, quod eſt impoſſibile; & ab hiſce nõ diſcrepant quæ ſcribit Natt. conſ.299.reuerendiſſimę.ſub num. 7. & 8. & de probanda delegatione congeſſit aliqua Maſcar.tract.de probat.concl.491. & 492. in verbo,delegatio.

44 Infero tertio, quòd licet proceſſus eſſet factus poſt datam litterarũ, tamen ſi eſt factus ante earum pręſentationem, eſt nullus, vt, apertè ſentiunt omnes, citati ſupra in extenſione, & præſertim in eius ratione, & ſcribit Felyn. citatus ſupra num.42. in fine, & eſſe ipſo iure nullum ſcribit Franch. dicto cap. 12. ſuper eo. ſub num. 12. de appell.& non conualidari per pręſentationem litterarum. ſcripſi cap. ſeq. q. 5. ſub num. 27. verſ. moueor ſecundo. & quòd delegatus non procedat, niſi primo fuerint litteræ ſibi præſentatæ, ex Ioann. Andr. ſequuntur Gemin. in cap. cum plures. num. 6. in fine, & apertius Franch. ſub num. 1. in ſecundo notab.

tab. de off.& poteſt.iud. deleg. in 6. & non poſſe aliquem exequi mandatum, niſi prius receperit litteras ſuæ poteſtatis,ſecutus ſum in loco proximè citato.

45 Subinfero,quòd multò magis eſt nullus,ſi fuerit factus ante datam litterarum, quia per ſuperuenientiam iuriſdictionis non conualidaretur; & moueor,quia ſi eſt nullus,& ipſo iure nullus, quando fuit factus poſt datam litterarum, ſed ante earum præſentationem, vt dixi num. præceden. & non conualidatur per ſuperuenientiam præſentationis litterarum, multò minus confirmabitur proceſſus factus antequam eſſet iudex.

46 Non obſtat, quòd Gl. in l. vnica, in verbo, patientiam. C. qui pro ſua iuriſd. &c. mota ex l. 56. licet. ff. de iudic. dicat, quòd delegatio videatur confirmari à tempore ſuperuenientis iuriſdictionis, & non prius.

Quia reſpondeo, quòd licet delegatio,facta ab eo, qui non habebat facultatem delegandi, confirmaretur per ſuperuenientiam facultatis, tamen proceſſus, quem feciſſet ille delegatus ante præſentatas ſibi litteras, eſſet ſemper nullus, vt dicunt Doct. citati in præcedentibus num. & Gloſ. ſuperius adducta, non dicit aliter; imò de proceſſu delegati non loquitur, ſed dicit ſolum, quòd confirmatur delegatio à die, quo ſuperuenit iuriſdictio deleganti; quod eſſe verum, quando in delegante erat radicata illa facultas, & iuriſdictio delegandi, ſed carebat is exercitio, quia tunc confirmatur per ſuperuenientem facultatem exercendi, & proceſſus à delegato factus poſſet valere ex illo die, dicit Abb. infra citatus, quod tamen intelligere debemus, ſuppoſita ſemper præſentatione litterarum: ſecus ſi non erat radicata, ſed penitus carebat, quia tunc non confirmatur, ſed opus eſt nouam facere delegationem, vt ſcribunt Abb. in cap. 16. ex officij. num. 34. in ſecunda quæſt.& Felyn. num. 35. in octaua concluſ. de præſcript. & breuius ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 5. ſub num. 27. verſ. moueor primo. & iuxta hanc reſponſionem poſſumus intelligere, quod motiuando ſcribit Spec. tit. de iud. deleg. §. excipi poteſt. num. 15. verſ. quid ſi committens. lib. 1. fol. 10.

47 Subextende primo eandem extenſionem, poſitam ſupra num. 38. vt procedat etiam ſi pars non opponat, quia adhuc proceſſus eſſet nullus, Franch. in cap. 12. ſuper eo. num. 13. & Dec. num. 27. & ſeq. verſ. prædicta concluſio. de appellat. & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de execut. rei iudic. concl. 3. ſub num. 7. limit. 1. verſ. contrarium. & hæc ſubextenſio eſt clara, ſuppoſito pro vero,quòd proceſſus eſſet nullus ipſo iure,vt ex Franch. retuli ſup.nu. 44. illat. 3.

Quamuis contrarium teneat Bal. in l. 9. nec quicquam. §. vbi decretum, in fine, ſub num. 10. ff. de offic. procónſ. dicens; non eſſe procedendum, niſi oſtenſo reſcripto, niſi partes velint, aut ſub ſilentio pertranſeant.

48 Subextende ſecundo in fortioribus terminis,etiam ſi partes conſentirent, vt procederet, non præſentatis litteris, Franch.in loco ſupra proximè citato; & ratio eſt, quia partes non poſſunt prorogare iuriſdictionem delegati, Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus, ſub num. 14. verſ. ſimiliter in impedimento voluntatis.de reſcript.& Gabr.d.concl.3. num. 8. verſ.& facit.

De veritate huius rationis vide quę ſcripſi infra gl.7.q.4.ſpec.3.n.2.& ſpec.6. num.16. & ſeqq.

49 Subextende tertio, vt procedat, quando delegato præfigeretur in delegatione tempus ad finiendum cauſam, quia tunc certum eſt,quòd attenderetur tempus non datæ, ſed tempus præſentatarum litterarum, Rot. deciſ. 1. alias 459. circa tertium. ſub num. 5. ibi, nec procedit ſolutio. de conceſſ. præben. in nou. Franch. in cap. 12. ſuper eo. num. 9. verſ. vltimo tene menti. de appellat.

50 Subextende quarto, vt procedat etiam ſi reſcriptum delegatorium eſſet cõmune vtrique parti,quia etſi iſto caſu verũ ſit,quòd altera earum nõ poſſet illud lacerare,ſicq. non procedũt,quę dixi ſup. nu.39.ſed imò poſſet iudex ad inſtantiam vnius ex partibus cogere alteram, quæ illud haberet, ad exhibendum, vt ex aliquibus ſequi videtur Innoc. in cap. 10. ex conquęſtione. num. 2. verſ. alij dicunt. de reſtit. ſpol. tamen nemo eſt, qui dicat, quòd iudex poſſit procedere ante receptas litteras; cum adhuc vrgeant rationes adductæ in contrarium ſupra d.num.39.

51 Verum circa hanc ſubextenſionem an & quando reſcriptum dicatur commune impetranti, & parti aduerſæ, & quando non, & an & quando impetrans poſſit illi reſcripto renuntiare, priuſquam illo vtatur, vide quæ ſcribit Ant. de Butr. in cap. 10. ex conquæſtione. ſub num. 12. & 13. de reſtitut. ſpol. & ex illius dictis colliges multa.

52 Subextende quinto, vt procedat etiam in executore quocunque, quia is ante receptionem litterarum non habet poteſtatem plenariam exequendi, ac ipſius poteſtatis exercitium, ita, propoſito prius dubio, Rot. deciſ. 19. alias 457. factum. ſub num. 1. ibi, tertium dubium. de conceſs. præben. in nou. eoque diſcuſſo, reſoluit poſtea deciſ. 21. alias 459. circa tertium. num. 3. & ſeqq. eod. tit. Franch. in cap. 12. ſuper eo. ſub num. 12. de appell. Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 12. verſus finem, verſ. limita hanc partem. & num. 13. de reſcript. & hanc partem, vti magis tutam, ſequitur Caſſad. deciſ. 8. quamuis. quæ eſt vlt. num. 11. in fine, de reſtitut. ſpol. & ita, adductis Doct. pro vtraque parte in executore gratiæ, videtur reſidere Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de exec. rei iud. concluſ. 3. num. 1.

Huic ſubextenſioni, quæ loquitur in beneficialibus, obſtat multum, quod ſcripſi ſupra num. 30. & ſeqq. in 3. difficult.

53 Subextende ſexto, vt quemadmodum iudex delegatus non poteſt procedere ante receptas litteras delegatorias, ita neque procurator poſſit facere partem in iudicio ante receptas litteras mandati, ideſt, mandatum procuræ; quia iuriſdictio, & mandatum procuratoris ſunt ſimilia, Archid. in cap. is qui. num. 1. de procur. in 6. ergo ſicut iudex non poteſt procedere ante receptas litteras ſuæ iuriſdictionis, ita neque procurator ante receptum mandatum, per ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. quęſt. 5. ſub num. 27. ampl. 2.

54 Declara primo eandem extenſionem, poſitam ſupra num. 38. vt quamuis delegatus ante receptionem litterarũ delegatoriarum non exerceat iuriſdictionem, tamen illam ſortiatur à tempore datæ, Io. Andr. in cap. 7. eam te. in fine, num. 36. de reſcript. Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 12. verſus fin. verſ. limita hanc partem. & Caſſad. deciſ. vlt. quæ eſt 8. quamuis. nu. 12. de reſtit. ſpol.

55 Infero primo ex hac declaratione (dum dicimus, quòd delegatus ſortitur, ſeu habet iuriſdictionem à tempore datæ) oriri hunc effectum, quòd ſi agatur de efficacia, & de impugnatione reſcriptorum, nos conſiderare, & attendere debeamus tempus datę; quare ſi quæramus, an reſcriptum poſſit, vel non poſſit impugnari propter aliquod tacitũ, vel expreſſum, attendimus reſcriptũ in tempore datæ, Rot. deciſ. 21. alias 459. circa tertium. num. 8. de conceſs. præben. in nou.

56 Infero ſecundo, quòd in vniuerſum habere iuriſdictionem ſine illius exercitio poteſt aliquibus caſibus magnum parere effectum.

Primus caſus eſt reſpectu prorogandæ iuriſdictionis, nam iuriſdictio, quæ non habet exercitium, poteſt prorogari, ſecundum ea, quæ ſcripſi infra gloſ. 7. q. 3. limit. 2. nu. 21. & ſeqq. & tamen ſi deficeret omnino iuriſdictio, non poſſet prorogari, per ea, quę ſcripſi eadem q. 3. limit. 1. num. 1. & 2.

57 Secundus caſus eſt: collatio beneficij, facta per Epiſcopum intra menſem, datum expectanti, ſi expectans non acceptauit, eſt valida: ratio eſt, quia licet Epiſcopo ſint ligatę manus intra illum menſem, ideoque careat exercitio conferendi beneficium, tamen quia in habitu habet iuriſdictionem conferendi, illa collatio conualeſcit, non quia Ordinario ſuperuenerit noua iuriſdictio, quia iam, vt dixi, eam habebat in habitu, ſed quia ceſſat & remouetur obſtaculum; quo fuerat impeditum exercitium iuriſdictionis, ſecundum ea, quę adducunt Abb. in cap. 16. cum ex officij. num. 36. & Felyn. ſub num. 35. in 9. concluſ. de pręſcript. licet Felyn. poſt multa congeſta pro hoc dicto, ſequatur contrarium, pro quo maiorem adducit copiam: ego nihil firmo, ſed volui oſtendere, quòd iuriſdictio ſine exercitio poteſt probabiliter multum operari.

58 Et quid dicendum, ſi Ordinarius contulerit beneficium, cuius collatio, vel inſtitutio ſpectabat ad inferiorem, & poſtea ad ipſum Ordinarium deuoluatur collatio; nunquid reconualeſcet illa collatio tunc inualida, vide Abb. d. num. 35. & ſeqq. & Felyn. pręſertim num. 36. in fine, verſ. multa ex prędictis. & num. 37. vbi contra Abbatem.

59 Declara ſecundo, vt procedat in iuriſdictione delegata ad inſtantiam partis, vt huc uſque locuti ſumus; ſecus in iuriſdictione delegata à Principe motu proprio, quia tunc litteræ tribuerent iuriſdictionem, & habitu, & actu, etiam ante earum præſentationem, vt ex Ant. de Butr. in cap. 16. cum ex officij, ſub num. 12. & 13. de præſcript. ſequitur Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de execut. rei iudic. concluſ. 3. num. 9. limit. 2.

Sed quicquid obſcurè locutus ſit Anton. de Butr. & quicquid dixerit Gabr. ego diſtinguo duos caſus.

Primus

Primus eſt, quando delegatio eſt ad fauorem priuari, ſeu priuatorum: & iſto caſu illud in primis certum eſt, quòd ille motus proprius non operatur, vt iudex poſſit procedere ſine inſtantia partium; nam pars poteſt illi fauori, & motui proprio renunciare: duo tamen remanent dubia: primum, an iudex, ignorata iuriſdictione, poſſit procedere, parte inſtante; & hoc dubium procedit ex his, quę ſcripſi ſupra num. 2. & ſeqq. ſecundum dubium eſt, an poſſit, ſcita iuriſdictione, ſed non producta delegatione: & dubium oritur ex dictis ſupra num. 38. in extenſione.

60 Secundus caſus eſt, quando delegatio non eſt inter priuatum, & priuatum, ſed concernit publicam vtilitatem, puta punitionem alicuius delicti: & iſto caſu in primis certum eſt, quòd priuatus, contra quem eſt facta delegatio ratione delicti, non poteſt illi renunciare, quia non eſt ad eius fauorem, ſed eſt contra eum, ideoque iudex poteſt, ipſo inuito, procedere: ſecundo loco certum eſt, quòd præfata duo dubia, adducta in primo caſu, ſunt minora in iſto, quia ſi ſcientia, & præſentatio litterarum non eſſet neceſſaria in primo caſu, multò minus eſſet neceſſaria in iſto ſecundo; ſed circa hæc duo dubia nihil determino.

61 Generaliter autem an & quando litteræ, & conceſſiones Papæ operentur à die, quo conceduntur, an verò à die notitiæ earum, vide quos citat Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. num. 13. verſ. eſt verum. in fine, ibi, generaliter autem, de reſcript.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

Error iudicis circa ſuam iuriſdictionem vitiat ſententiam, num. 1. & ſeqq. Limitatur multipliciter, num. 4. & ſeqq.

Errare eſt plus, quàm ignorare, num. 1.

Error nunquam concurrit cum veritate, ignorantia autem ſe pariter habet ad verum, & ad falſum, ſub num. 1.

Argumentum à minori ad maius, num. 2.

Sententiam ſi ferat ordinarius tanquam delegatus, & non ſit, eſt nulla, licet eam potuiſſet validè ferre tanquam ordinarius, nu. 3. Et quid ſi iudex ignoraſſet delegationem, aut ignoraſſet, delegationem eſſe nullam, num. 5. & 6. Et quid ſi in ſententia dixiſſet, quòd eam ferebat omni mel. modo, nu. 7. Et quid ſi partes ſcienter litigaſſent coram ordinario, &c. num. 8. Et quid in arbitro, &c. num. 9.

Iudex licet elegerit vnam ſpeciem iuriſdictionis ordinariæ, in qua ſit incompetens, tamen ſententia, per eum lata, tenet ex altera ſimili ſpecie iuriſdictionis ordinariæ, in qua eſt competens, num. 4.

Arbitri laudum, latum tanquam ab arbitro & arbitratore, valet, num. 9. & ſeqq.

Copula (&) ſi ſit poſita in vno ſubiecto inter duo incompatibilia, reſoluitur in alternatiuam (vel) num. 10. & 11.

Contraria non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, ſub num. 10

Delegatus qui poteſt in cauſa procedere vti delegatus, & vti Ordinarius, intelligitur procedere, vti delegatus, num. 12. & 13.

Dignius trahit ad ſe dignum, num. 13.

Validius præſumitur electum, num. 13.

1 QVAERO quinto, an error iudicis circa ſuam iuriſdictionem vitiet ſententiam, ſeu alium actum, quem gereret? Pro clara huius quæſtinnis intelligentia aduerte, quòd hæc quæſtio differt à præcedenti quæſt. in qua egimus de ignorantia, quia plus eſt errare, quàm ignorare ſecundùm terminos noſtros; ſiquidem in ignorantia ſupponimus quòd iudex ſit verè talis iudex, qualem ſe facit, ſed quòd hoc ſibi ſit ignnrum: at in errore ſupponimus quòd non ſit, & ideo non ſolùm ignorat, ſed errat, vt his alijs verbis benè explicat Bal. in l. 19. falſus. ſub num. 5. verſ. primo vtrum. C. de furt. & ſeru. corrup. dicens, quòd aliud eſt ignorantia; aliud error: nam nullus error concurrit cum veritate, ſed ignorantia habet ſe pariter ad verum, & ad falſum, & cum vtroque permiſcetur.

2 Concludo, firmando regulam, quòd vitiat, & moueor, quia ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt, ergo & de quo magis, vt in vulg. auth. multò magis. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. cum alijs multis citatis ab Euer. de loc. argum. in loco à minori, initio, & num. 1. & ſeqq. in quibus latè: ſi ergo vitiat ignorantia, per ea, quæ dixi in præcedenti quæſt. ſub num. 2. verſ. ſecundus caſus. multò magis vitiabit error, in quo eſt ignnrantia, &

error; hæcque concluſio plenè probatur ex ſequenti illatione.

3 Infero ex hac concluſione, quòd ſi iudex ordinarius proferat ſententiam, tanquam delegatus, & non ſit, & ideo erret, quia cognoſcere poterat ſolum, vt ordinarius, ſententia eſt nulla, vt ex Hoſt.Io.And.Bal.Card. Imol.Abb.& alijs ſequitur Felyn. in cap.16. cum ex officij. num. 25. in 4. concluſ. de pręſcript. & ita in effectu videtur reſidere Mil. in ſuo repert. in verbo, iudex ſi poteſt procedere ex vno capite &c.

Non obſtat,quòd actus, qui non valet eo modo, quo eſt geſtus, valeat, vt valere poteſt, quando defectus illius actus ſtat ſolum in cauſa efficienti, vt ſcripſi in meo tract. de commerc. §.1.quęſt.7. par.2.limit.7. nu.11. & 12. & hoc eodem cap. infra gloſ.7.quæſt. 3. limit.2. ſub num. 9. in 4. argumento: & talis ſit defectus huius ſententię.

Quia reſpondeo, quòd imò defectus eſt etiam in cauſa formali, quo caſu ſi non valet quod ago vt ago, minus valet, vt valere poteſt, Felyn. in loco ſupra proximè citato, & facit quod ſcripſi d. limit.2. ſub num. 10. in tertia diſtinctione: vnde iſto caſu dicimus, quod potui, nolui, quod volui, adimplere nequiui, Felyn. ibidem.

Pro plena explicatione,& intelligētia huius illationis vide oĩo quę latè diſtinguendo retuli inf.d.gl.7.q.3.limit.2.num. 8.9.& 10.

4 Limita primo eandem concluſionem, vt non procedat,quando error eſt de vna ſpecie ad aliam ſimilem ſpeciem, puta iudex habet duas iuriſdictiones ordinarias, & reſpectu vnius cauſæ, in qua proceſſit, & iudicauit, elegit iuriſdictionem ordinariam incompetentem; quia nihilominus ſententia eſt valida, & ſuſtinetur ex competenti, vt ſubtiliter ſcribit, & rationem reddit Bal. quem citat Felyn.in d.cap. cum ex officij. ſub num. 25. verſ. limita concluſionem. dicens hoc eſſe notandum propter Baldi auctoritatem, ſed illi obſtare ea, quæ ipſe Felyn. adducit eod. num.25. in fine: tu cogitabis.

5 Limita ſecundo,& in ſpecie illationem ipſam deductam ex eadem concluſ.ſup.num.3. vt nō procedat,ſi iudex ignorauerit, delegationem non adeſſe,ſeu eſſe nullam,quia tunc ſententia ſuſtinetur ex iuriſdictione ordinaria; ſecus ſi ſciuiſſet eſſe nullam, quia tunc nulla eſſet ſententia,Paul.de Caſtr.in l.3.etſi prætor.nu.2.ff.de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. quem formaliter retuli infra gloſ.7.q.3. limit.2.ſub num.10. in tertia diſtinctione.

Contra hanc limitationem,idest nominatim contra Paul. de Caſtr. tenent Alex. in l. 15. ſi per errorem.ſub num.9.verſ.nec etiam placet.ff.de iuriſd.omn.iud. & Felyn. in cap. 16. ex officij.nu.26.limit.2.de pręſcript.

6 Confirmatur hæc contraria opinio ex l.3. quæro.ff.de eo,qui pro tut. &c. quam adduxi etiam q.præced.nu.3.confirm.1. vbi tutor erat verè tutor,& ignorabat ſe eſſe tutorem: & tamen nec quia eſſet verè tutor,neq; quia ignoraſſet, operantur,vt dicatur geſſiſſe tanquam tutor, ſed tanquam pro tutore; ſicque ſi ignorantia cum veritate non ſaluat actum, multò minus ſaluabit error, idest ignorantia cũ errore,vt argumentatus ſum ſup.n.1.& 2.

Non obſtat l.2.ff.de iudic. quia ad eam patet reſponſio infra d.gl.7.q.3.limit. 2. ſub num.10.verſ. demum ad l.

Pro abſoluta intelligentia & explicatione huius limitationis vide quæ late ſcripſi infra d.limit.2.ſub num.10.

7 Limita tertio eandem illationem, vt non procedat, quando iudex dixiſſet, quòd procedebat, & ſentētiabat omni meliori modo, quo poterat,ſeu omni iure,quo melius poterat,vt ex Card.in cap.16.cũ ex officij.de pręſcript.& Imol.in cap.ex litteris.de off.deleg. ſequitur Felyn.in d.cap.cum ex officij.n. 27.

8 Limita quarto declarando, vt illatio ſit vera, quando vna cũ errore iudicis concurreret error partium,quia tunc ſententia eſſet nulla,per ea,quæ ſcripſi infra gl.7.q.3.limit. 2.num.1.& ſeqq.ſecus quando partes ſcienter litigaſſent coram ordinario,tanquam coram ordinario, & ideo partes non erraſſent in eius iuriſdictione, quia tunc ſententia eſſet valida per ea,quę ſcripſi d.gl.7.q.2.nu.2. & ſeqq.& q.3.limit.2.num. 2. & 4. vbi propterea ſunt hæc addenda ex Felyn. in d.cap. cum ex officij. num.28.

9 Limita quinto,vt nō procedat in arbitro, qui,dicendo in laudo (Nos arbiter & arbitrator,ſeu amicabilis cōpoſitor) videtur dubitare, ſeu ignorare ſuã propriam facultatē, quia etſi videatur dicendũ,quòd non valeat, tum quia arbiter & arbitrator differunt, vt ſciunt omnes,& patet etiã ex his, quæ ſcripſi lib.pręced.cap.2.nu.441. & ideo ſe inuicem non compatiuntur, & ex hoc laudum in ſui initio videtur habere quandam contrarietatem, ſeu ſaltem perplexitatem, quæ ſolet obeſſe & inficere ſententias, vt dixi cap.ſeq. quæſt.19. rem.1. concluſ.4. num. 57. tum quia

quia ſi copulam (&) reſoluamus in alternatiuam, tunc reſultat incertitudo, & ex hoc videtur ignorare ſuam facultatem, & poteſtatem, & conſequenter ex hoc capite laudum videtur nullum, quia ignorat quid agit, iuxta ea, quæ, loquendo de iudice ignorante ſuam iuriſdictionem, ſcripſi ſupra quæſt. præced. num. 2. in ſecundo caſu.

10 Contrarium tamen puto verum; nam quantum ad incompatibilitatem, dico, quòd illa copula (&) inter multiplices expoſitiones, quas habet, & de quibus copioſè ſcripſi in meo vot. 15. Martij 1620. num. 94. 106. & ſeqq. in cauſa Piccolom. habet iſtam, vt, ſi ſit poſita in vno ſubiecto inter duo incompatibilia, reſoluatur ex neceſſitate in alternatiuam (vel), quia duo contraria in eodem ſubiecto non poſſunt concurrere, Bar. in l. 13. ſi is qui ducenta. §. vtrum. num. 5. ibi, aut copulatiua. ff. de reb. dub. & proinde ſi quis aliquem eligeret in arbitrum, & arbitratorem, intelligitur electus in arbitrum, vel arbitratorem, cum quis non poſſit eſſe arbiter, & arbitrator, Bar. in l. 1. quæſt. 2. num. 4. ff. de iur. codicil. Dec. conſ. 227. in caſu ad me transmiſſo. num. 4. & in cap. 2. num. 48. & 49.

11 verſ. ſecunda concluſio. de except. † ſimiliter, ſi teſtator dixerit, (volo, teſtamentum meum valere iure teſtamenti, & iure codicillorum) intelligitur, quòd ſi non valebit iure teſtamenti, voluerit, quòd valeat iure codicillorum, Abb. in cap. 2. ex parte. ſub num. 6. Felyn. ſub num. 22. fallent. 1. Dec. num. 48. verſ. ſecunda concluſio. & Anton. Burg. num. 173. de reſcript. inter Repeten. tom. 2. fol. 198. & Euer. de loc. argum. in loco, à nat. copul. ſub num. 13. in 4. limit. & ſic ceſſat incompatibilitas. Quantum ad incertitudinem, & ignorantiam ſuæ poteſtatis, dico duo. Primum, quòd tunc ignorantia vitiat, quando iudex ignorat penitus ſuam iuriſdictionem; ſecus quando ignorat modum, vel quid ſimile, vt dixi quęſt. præced. num. 2. in ſecundo caſu; & hic eſt caſus noſter. Secundum; quòd ſicut tenet electio ſub iſta incertitudine, & alternatiua, ita etiam debet poſſe electus ſub eadem incertitudine vti ſua poteſtate, cum illa incertitudo poſſit ex modo, quo vſus eſt, certificari.

12 Declara nunc, exeundo ex materia erroris, vt iudex, procedendo in cauſa, in qua poteſt procedere vt delegatus, & vt ordinarius, intelligatur in dubio procedere vti delegatus, vt poſt Ant. de Butr. & Abb. ſequitur Felyn. in d. cap. 16. cum ex officj. num. 31. in 6. concluſ. de præſcript.

13 Ratio eſt, quia in dubio magis dignum attrahit ad ſe minus dignum, & ſemper quis præſumitur elegiſſe viam efficaciorem, vt oſtendit Felyn. in loco ſupra proximè citato; nam ſicut in dubio præſumitur electa via valida, & relicta via inualida, quia præſumimus pro validitate actus; ita etiam ex eadem ratione præſumimus pro maiori validitate.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO VI.

S V M M A R I V M.

Iudicum ſpecies quot, & quæ ſint, num. 1.

Delegata cauſa dicitur, quando committitur ei, qui nec actu, nec habitu in ea habebat iuriſdictionem, num. 2. & 13.

Delegata dicitur cauſa ordinario, quando committitur cum alteratione illius iuriſdictionis, num. 3. Secus ſi ei delegatur, non alterata illius iuriſdictione, quia tunc dicitur excitari iuriſdictionem, num. 4. Et quid ſi alteratio ſit ſolum in clauſulis executiuis, num. 7. Et quid ſi ſit commiſſa per viam delegationis, ſub num. 13.

Delegatus ſpecialiter ad vnam cauſam per legem ſcriptam, vel à Principe per conſtitutionem, dicitur ordinarius, num. 5. Secus eſt ſi ſit datum per reſcriptum, num. 12.

Delegata cauſa ordinario, cum clauſula (ſummariè, &c.) an is dicatur delegatus in procedendo, ſed non in ſententiando, num. 6.

Delegata cauſa pluribus, inter quos vnus ſit ordinarius illius cauſæ; an cauſa dicatur delegata, num. 9. & ſeqq.

Principis iuriſdictio facit ceſſare alias iuriſdictiones, num. 11.

Inferior non poteſt concurrere cum ſuperiori, ſub num. 11.

Nullitas ſententiæ, latæ à delegato Principis, non cognoſcitur ab ordinario; num. 14. Et quid ſi nullitas ſit notoria, & quid ſi de ea agatur incidenter, num. 16. & ſeqq. & nu. 30. & ſeqq. & num. 39.

Superior corrigit quod fecit inferior, & non è contra, ſub num. 14.

Inferiora reguntur per ſuperiora, num. 14. in fine.

Delegatus quomodo ſit maior quocumque ordinario, num.15.

Obediendum quomodo ſit Papæ mandanti prouideri de beneficio curato alicui puero, vel impuberi, &c.num.17.

Reſiſtere an poſſit ordinarius delegato Papæ, quando procederet in caſu non incluſo in reſcripto, num.18.

Delegatus ſi grauauerit contra decretalem in cap.ſtatutum, ordinarius poterit prouidere, &c.num.19.& ſub num.38.

Delegatus ſi ſententiam tulerit ſecundum formam mandati, an Lægatus eam poſſit irritare, num.20.40.& 41.

Inferior poteſt ſe intromittere in his, quæ ſuperior nulliter geſſit, ſub num.20.

Prouiſio de beneficio, facta à Papa ex falſa cauſa, non tenet, & ideo expectans apoſtolica auctoritate poteſt tale beneficium acceptare, & facere ſibi prouideri, num.21.& 45.

Executor deputatus in litteris reſeruationis annuæ penſionis, ſi ad inſtantiam penſionarij procedat nulliter contra debitorem penſionis, an poſſit adiri ordinarius, vt cognoſcat de hac nullitate, num.22.

Cauſa ſemel introducta in Auditorio Principis, nunquam redit ad ordinarium, niſi expreſsè à Principe remittatur ad eum, num.24.

Delegatus Principis licet nulliter ferat ſententiam, ſeu moriatur antequam ferat ſententiam, tamen cauſa non redit ad ordinarium, num.24.

Princeps ſi in aliqua cauſa, ſeu negotio manum appoſuerit, ſunt ligatæ manus ordinarij, num.25.

Nullitas cognita ſemper videtur notoria, num.27.

Beneficium remanet reſeruatum Papæ, & ordinarius de eo ſe non intromittit, quamuis Papa de eo nulliter prouiderit, num.28.

Ordinarius, dum eſt executor ſententiæ, ab alio latæ, an & quando poſſit cognoſcere exceptiones, & nullitates illius ſententiæ, ſub num.28.

Nullitatis notoriæ, & non notoriæ differentia, quando agitur de executione ſententiæ, num.29.

Executionem, quam vult facere delegatus, quando ordinarius poſſit impedire, diſtinguuntur plures caſus, num.31.& ſeqq.

Ordinarius, requiſitus à delegato pro executione ſententiæ, debet ei obedire, nu.33.& 36.

Principe iubente, quando iudex poſſit expectare ſecundam iuſſionem, num.34.

Impoſſibile dicitur tam id, quod eſt impoſſibile de facto, quàm id, quod eſt impoſſibile de iure, num. 37.

Impoſſibilia præcipienti non eſt obediendum, eodem num.37.

Delegatus quando poſſit, & quando non poſſit cognoſcere de ſubreptione, & obreptione reſcripti, ſub num.39.

Argumentum à contrario ſenſu quando ſumi non poſſit, num.40.& 41,

Notorium quid ſit ignoramus, & ideo multa dicuntur eſſe notoria, quæ non ſunt, nu.48.

Notorium eſt multiplex, & quid ſit, ſeu quando dicatur notorium, varij varia dicunt, num.49.& ſeqq.

Arbitrium iudex fugere debet, & quare, ſub num.52.& 53.

Conditionalis ſententia ſuper exceptione incompetentiæ an ferri poſſit, num. 54.& ſeqq.& 57.& ſeqq.

Iuriſdictio ſi competat iudici ex qualitate, expreſſa in libello, an illa qualitas habeatur pro probata ad effectum procedendi, num.55.& 58.

Rota Florentina in decidendis controuerſijs ſuper competentia obtinet locum Signaturæ iuſtitiæ, num.56.

1 QVAERO ſexto, quot ſint ſpecies iudicum.

Concludo, duas eſſe ſpecies iudicum, ad quas reducuntur omnes alij: Aut enim ſunt iudices ordinarij: Aut delegati, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 16. num. 4. in fine; Delegati autem ſunt in duplici differentia: Vel enim delegantur à Principe, vel ab Ordinario, vt dixi eodem cap. 16. num. 7. Similiter alius dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum; alius ad vnam cauſam, vt dixi eodem lib. 1. cap.66. ſub num. 5. verſ. & hæc. Et qui dicatur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſcripſi ibidem, nu. 6. Et an is habeat naturam ordinarij, vel potius delegati ad vnam cauſam, dixi eodem cap.66.num.7.& hoc lib. cap.ſeq.quæſt.19. rem.1.concl.6.num. 99. Rurſus quilibet iudex vel eſt eccleſiaſticus, vel ſecularis, ideſt, vel habet iuriſdictionem eccleſiaſticam, vel ſecularem, vt de vtraque latè ſcripſi eod.lib. 1.cap.11.& cap.12. Ordinarius & delegatus qui ſint, breuiter dixi d.cap.16. num.5.& 6.

Decla-

Digitized by Google

2 Declara primo nunc cum diſtinctione duorum membrorum, quando quis dicatur delegatus ad vnam cauſam, & quando non dicatur delegatus.

Primum membrum eſt, quando cauſa cōmittitur ei, qui nec actu, nec habitu erat iudex illius cauſæ: & in hoc membro eſſe delegatum, communiter fatentur Innoc. Hoſtien. & alij, quos ſequitur Felyn. in cap. 12. licet. ſub num. 2. verſ. ſigna cognoſcendi. de offic. & poteſt. iud. ordin. & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 5. num. 77. differ. 4. & nullus alius reperiri poteſt caſus ita proprius, in quo locum habeat tit. de offic. & poteſt. iud. deleg. in decretal. & tit. de offic. eius cui mand. &c. in ff.

3 Secundum membrum eſt, quando cauſa committitur iudici, qui vel actu, vel potentia erat iudex ordinarius illius cauſæ: & in hoc membro Doct. rurſus diſtinguunt: Aut in commiſſione cauſæ eſt alterata iuriſdictio, vt puta ſi dictum ſit (procedas auctoritate noſtra) vel (ſummariè, &c.) & in iſto caſu cenſeri delegatum, ſcribunt Bertach. Albert. Brun. Lanfr. & Thom. Triuiſ. quos ſecutus ſum cap. ſeq. q. 8. ſub num. 86. verſ. ſecus eſt. & his addo Felyn. in dicto cap. licet. ſub num. 1. Maran. dicta diſt. 5. in vltimis verbis, & tenent communiter Doct. vt teſtatur, & ſequitur Surd. conſ. 354. peracuta. ſub nu. 28. & ſub n. 30. lib. 3. vbi addit, quòd quãdocunque aliquid adijcitur, quod nō erat in iuriſdictio-

4 ne ordinaria, dicitur delegatus: † Aut iuriſdictio nō eſt alterata, ſed cauſa eſt cōmiſſa ſimpliciter: & iſto caſu cauſam non eſſe delegatã, ſed eſſe excitatã iuriſdictionē ordinariã, ſcribunt ijdem Bertach. Alber. Brun. Lanfr. Fely. & Maran. in locis ſupra proximè citatis, & Vant. tract. nullit. rubt. coram quo poſſit, &c. ſub num. 19. fol. 374. tom. 4. licet is aliter ſentiat in iudicibus Rom. Curiæ, de quibus loquitur ibidem, ſub num. 18.

Verum contra hanc declarationem, & ſigna cognoſcendi delegatum ab Ordinario obſtare videntur ſequentia.

5 Contra primum membrū, ſeu communem opin. in eo adductam, obſtat, quòd delegatus ſpecialiter ad vnam cauſam per legem ſcriptam, ſeu ab ipſo Principe per conſtitutionē, dicitur Ordinarius illius cauſæ, quamuis Princeps in cauſæ commiſſione vſus ſit verbo, (delegamus); ſecus tamen eſt, ſi ei viua voce ſine conſtitutione, ſiue lege ſcripta commiſerit, Gl. & Paul. de Caſtr. quos ſequitur Dec. in cap. 5. cæterum. ſub nnm. 2. de iudic. & ego ſecutus ſum lib. prox. præced. cap. 9. num. 723.

6 Contra ſecundum membrum in prima parte diſtinctionis, quando cauſa eſt commiſſa ordinario, vt procedat ſummariè; quia quòd iſto caſu non ſit delegatus ſimpliciter, ſed ſit delegatus in procedendo, ideoque ab eius interlocutorijs appelletur ad delegantem, & ſit ordinarius in decidendo, ideoque ab eius ſententia definitiua appelletur ad ſuperiorem mediatum, ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 57. qui procuratorem. num. 8. & 9. ff. de procur. & Cæſ. Barz. deciſ. 153. præſuppoſita. num. 3. quos retuli cap. ſeq. q. 8. num. 51.

7 Alij ſunt, qui diſtinguendo, dicunt, quòd ſi alteratio iuriſdictionis eſt in clauſulis executiuis commiſſionis, cauſa non intelligitur delegata; ſecus ſi ſit alterata in principali diſpoſitione, quia tūc diceretur delegata, Natt. conſ. 582. verba inueſtituræ. num. 3. lib. 3.

8 Sed quicquid iſti dixerint, ego exiſtimo non eſſe recedendum à communi doctrina, de qua in illis duobus membris, quam, reprobata ſententia Pauli de Caſtr. ſecutus ſum dicta q. 8. num. 51.

9 Declara ſecundo, vt cum Princeps delegat ſimpliciter cauſam pluribus, inter quos vnus erat illius cauſæ iudex ordinarius, cauſa non videatur delegata, & ideo illi alij cenſeantur adiūcti; puta, vnus ciuis Florentinus vult mouere litem contra alium ciuem Florentinum, & adit ſereniſſimum Ducem pro delegatione cauſæ, iſque eam delegat quinque ex Auditoribus Rotæ; inter quos duo ſunt Iudices Quarteriorū, & propterea vnus ex his duobus neceſſariò erat iudex ordinarius illius cauſæ: & rationes quare cauſa non videatur delegata, ſunt iſtæ.

Prima, quia quoad iudicem ordinarium iuriſdictio videtur excitata, cum eius iuriſdictio non ſit alterata iuxta ea, quæ ſcripſi in declar. præced. num. 4. maximè ſi in precibus delegatorijs petitum ſit, cauſam committi ad effectum, vt celerius expediatur; quę celeritas non conſiſtit in modo procedendi; quia non breuiatur modus, ſed conſiſtit in eo, quod ſententia trium facit rem iudicatã, & ſic non fuit petitum, cauſam committi ad effectum, vt iudices cognoſcant auctoritate Principis.

Secunda, quia alij iudices videtur adiūcti cū ea qualitate, quam habebat is, cui ſunt adiuncti, ne videantur cenſendi diuerſo iure.

Tertia,

Tertia, quia non repugnat, quòd is, cui cauſa delegatur, vt in caſu noſtro, non viua voce, ſit iudex ordinarius illius cauſæ, quamuis Princeps vſus ſit verbo, (delegamus) vt ex Gl. Paul. de Caſtr. & Dec. retuli ſupra num. 5.

Quarta, quia de verbo (delegamus) nulla eſt habenda ratio, quando qualitates, quibus cauſa delegatur, repugnant naturæ delegationis, prout repugnare videntur in caſu noſtro, cum non alteretur iuriſdictio iudicum, & inter delegatos vnus ſit Ordinarius.

10 His non obſtantibus, concludo contrariũ, quòd cauſa dicitur delegata, & ratio, qua moueor, ſtat in ſequentibus reſponſionibus.

Ad primã rationem reſpondeo, quòd imò iuriſdictio iudicis Quarteriorum fuit omnino alterata, tùm quia cauſa fuit expreſſe delegata, tùm quia, neglecta eius iuriſdictione ordinaria, fuit delegata alijs, ad quos nullatenus ſpectabat, & de eo alij nullam habuerunt conſiderationem, tãquam de ordinario, & ideo intrant quæ dixi ſupra num. 2. in primo membro. Nec poteſt dici, quòd remanſerit iuriſdictio ordinaria reſpectu iudicis Quarteriorum, vt videtur innuere Bertach. remiſſiue citatus ſupra num. 3. in ſecundo memb. quia, quicquid ipſe ſenſerit, hæc fuit vnica commiſſio, quæ non debet diuerſo iure cenſeri, prout in commiſſione, facta vni, ſcribit Bal. quem ſequitur Bertach. ibidem, & ego ſecutus ſum contra Paul. de Caſtr. cap. ſeq. q. 8. num. 51. & vbi aliter diceremus, ſequeretur, quòd eadem pars poſſet appellare ad ordinarium appellationum, & deberet etiam appellare ad Principem, quòd

11 eſt abſurdum. † quia iuriſdictio Principis facit ceſſare alias, & non poteſt inferior concurrere cum ſuperiori, Surd. conſ. 354. num. 27. & 28. lib. 3. vnde tota iuriſdictio deuoluitur ad Principem delegantem, vt dixi dicta q. 8. ſub num. 202. Minusue dicatur, quòd ratione iudicis Quarteriorum omnes reputantur Ordinarij, quia hoc dictum eſſet abſurdum, cum maior, & dignior pars trahat, & non trahatur.

Ad ſecundum reſpon. vt hic ſupra, quòd qualitas iudicis Quarteriorum non attrahit, ſed attrahitur.

12 Ad tertium reſpon. quòd procedit, quando iudex datur per conſtitutionẽ: at nos loquimur de iudice dato per reſcriptum, quod non eſt conſtitutio, ſed habetur pro viua voce, alias omnes iudices Papæ, & Imperatoris, qui dantur per reſcriptum, dicerentur Ordinarij, quod eſt falſum, & ideo à praxi omnino alienum.

13 Ad quartum dico, quòd qualitates non repugnant, & fallacia argumenti ſtat in eo, quòd eſt falſum, cauſam poſſe delegari abſque alteratione iuriſdictionis, quia vel delegatur non habenti iuriſdictionem, ſaltem in illa cauſa, & tunc non alteratur, ſed datur de nouo, quod eſt pluſquam alterare: vel delegatur habenti, & tunc ſatis alteratur, ex quò eſt iudicaturus, nõ vti ordinarius, ſed vti repręſentãs delegantem; & ita praxis obſeruat, dũmodo cauſa ſit commiſſa, delegando, quia ex illa delegatione oritur alteratio iuriſdictionis; ſecus quando reſcriberetur ſine delegatione, & ſine alia alteratione.

14 Infero ex hac declaratione, quòd de nullitate huius ſentẽtiæ, latæ à quinque iudicibus delegatis, dici nõ poteſt corã ordinario, quia is non cognoſcit de nullitate ſententię, latæ à delegato principis, huiuſque illationis veritatem oſtendo tùm auctoritate Doctorum, tùm ratione.

Quantum ad authoritatem ita tenent Franch. in cap. 63. dilecto, num. 68. & 69. q. 18. & apertius Præpoſ. num. 58. & 60. q. 8. de appell. & ita, eodem Franch. citato ſub nomine modernorum Peruſinorum, ſequitur Socc. conſ. 99. ſereniſſimus. ſub num. 18. lib. 3. & conſ. 83. pro clariori. num. 23. lib. 4. & ego ſecutus ſum cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 73. & 74. & fuit ſæpè deciſum in Rot. Florent.

Quantum ad rationem patet, quia nullitas ſententiæ debet intentari, vel coram eodem iudice, qui ſententiam tulit, vel coram ſuperiore, Bar. Abb. Felyn. Franch. & alij, quos ſequor dicta concluſ. 6. ſub num. 73. verſ. prima.

Ratio rationis eſt, quia ſuperior debet corrigere, quod fecit inferior, & non è conuerſo, cap. 9. quis dubitet. diſtin. 96. & cap. 16. cum inferior. de maior. & obed. Dec. & allij, quos ſequor cap. ſeq. q. 2. num. 4. inferiora enim tàm naturalia, quàm diuina reguntur per ſuperiora, vt latè dixi infra gl. 9. num. 7. & ſeqq.

15 Sed delegatus eſt maior quocunque ordinario; nam; (quicquid dici poſſet, conſiderata iuriſdictione ſimpliciter, & non in ea cauſa ſola, per ea, quæ ſcribunt Dec. in rubr. num. 4. & ſeqq. de offic. deleg. Iacob. de Nigr.

Nigr. in rubr. num. 15. ff. de offic. eius cui mand. &c. fol. 199. inter Repeten. tom. 1. & quæ ſcripſi lib. præced. cap. 9. num. 703. & ſeqq.) quantum ad cauſam, quam delegatus cognoſcit ex delegatione Principis, eſt ſine vlla dubitatione dignior, & maior quocunque ordinario, Gloſ. in cap. 2. ſtuduiſti. in verbo, non poteſt. de offic. leg. Dec. dicta rubr. ſub num. 6. & Maran. in ſuis diſputat. in prima diſpur. ſub num. 40. hincque ordinarius non poteſt reſtituere aduerſus ſententiam, latam à delegato Principis, quia minor non reſtituit aduerſus ſententiam ſuperioris, vt dixi cap. ſeq. q. 19. rem. 2. ſub num. 31. verſ. ratio. & verſ. nota ſecundo.

16 Limita hanc illationem, vt non procedat, quando nulliras eſt notoria, quia tunc iudicem ordinariū poſſe de ea cognoſcere, videtur tenere Bal. in l. 3. aduerſus. ſub num. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic. dicens, quòd inferior non poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ, latæ à ſuperiore, niſi fortè nullitas appareat ex ipſa inſpectione ſentētię, quo caſu, inquit, non eſt neceſſaria alia declaratio, quia nullitas ſeipſam demonſtrat, argumēto l. 6. ſi quis legatum. ff. ad l. corn. de falſ. item, inquit, hoc verum, ſi principaliter agatur de nullitate, ſed ſi incidenter, tunc cognoſceret fortè minor magiſtratus, quia ratione incidentium quæſtionum augetur iuriſdictio, & ex Bal. ſequuntur Franch. dicto cap. 63. dilecto. num. 70. verſ. ſed limita. de appell. vbi limitat præfatam illationem, niſi nullitas eſſet notoria, vel manifeſtè appareret per inſpectionem ipſius ſententiæ: tunc enim, inquit, non eſſet neceſſaria in effectu ſolēnis declaratio, cum talis nullitas ſeipſam demonſtret, & ſit vitium parens; & hoc caſu, inquit, inferior poſſet ſententiam ſuperioris declarare nullā, & ibidem per eadem ferè verba Præpoſ. ſub num. 60. idemq. ex Bal. & Franch. ſequitur Socc. dicto conſ. 99. ſub num. 19. verſ. ex quibus. lib. 3. & conſ. 83. num. 23. lib. 4. & retuli cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 76. & ad Bal. ſe remittit Bald. Peruſ. tract. de ſtatut. in verbo, apoſtoli. in fine, num. 3. fol. 89. tom. 2. & vltra Baldi auctoritatem ſupra relatam, mouentur Franch. Præpoſ. & Socc. ex Io. Andr. in cap. 11. ſtatutum. in fine de reſcript. in 6. huicq. limitationi videtur adhærere Gig. tract. de penſion. q. 70. num. 2. fol. 355. rom. 15. par. 1. eamq. videtur admiſiſſe Rot. Florent. in aliquibus deciſionibus.

17 Confirmatur primo hæc limitatio, quia ſi Papa mandat prouideri de beneficio curato alicui puero, vel impuberi, & ideo vertatur animarū periculū, nō obediam, inquit Hoſt. relatus ab Archid. in cap. 9. ſi eo tempore. ſub num. 1. de reſcrip. in 6. quod poſtea tàm ipſe Arch. ibidem num. 3. verſus finem, quàm Io. Andr. ſub num. 5. declarant, vt ſi Papa cum illo ex certa ſcientia diſpenſauerit, vel in facto non errans, reſcripſerit cum clauſula (non obſtante) tunc Papæ ſit obediendum, alias non, & hāc eſſe communem opin. teſtatur, & ſequitur Gemin. in eod. cap. ſi eo tempore. ſub num. 5. & concordant quæ, loquendo de reſcripto Papæ pro notoriè indigno, ſcribit Dec. in cap. 5. ſi quando. num. 16. & ſeqq. de reſcript.

18 Confirmatur ſecūdo, quia Ordinarius poteſt reſiſtere delegato Papæ, quando vellet procedere in caſu, non incluſo in reſcripto notoriè, Gemin. in dicto cap. ſi eo tempore. num. 6. & faciunt quæ latè ſcribit Card. in clem. 1. q. 3. num. 16. de offic. iudic. ordin.

19 Confirmatur tertio, quia ſi delegatus grauaret aliquem contra diſpoſitionem decretalis in cap. 11. ſtatutum. de reſcrip. in 6. Ordinarius, informatus de notorietate facti cōtra illam decretalē, poterit prouidere, ex quò proceſſus eſt nullus ipſo iure, vt ex Io. Andr. ſequitur Gemin. in eod. cap. ſtatutum. in fine, §. quicquid autem. & concordant quæ ſcribit Card. dicta q. 3.

20 Confirmatur quarto ex text. in cap. 2. ſtuduiſti. de offic. leg. vbi dicitur, quòd ſi à delegato ſecundum formam mandati ſententia fuerit promulgata, non poterit Legatus eam quomodolibet irritare, vnde ex iſto textu à contrario ſenſu colligitur, quòd ſi fuerit promulgata contra formā mādati, & ſic nulliter, poterit Legatus irritare: & ex eo textu ibid. Ant. de Butr. n. 6. colligit, quòd licet de geſtis per ſuperiorem, ſe non valeat inferior intromittere, tamen, inquit, hoc eſt verum, quando geſta ſunt valida, ſecus ſi geſta ſunt nulla, quia tunc non tollitur cognitio inferioris.

21 Confirmatur quinto, quia ſi prouiſio, facta à Papa de beneficio, ſit facta ex falſa cauſa, tunc, cum illa prouiſio non teneat, expectans apoſtolica auctoritate poteſt tale beneficium acceptare, & ſibi facere prouideri, quia decretum, latum ex falſa cauſa, non afficit beneficium; & conſequenter non obſtat, quòd Papa appoſuerit manum, Rom. conſ. 335. circa primum. num. 11. & ibi Mandoſ. in addit.

Con-

22 Confirmatur ſexto, quia ſi executor, deputatus in litteris reſeruationis annuæ penſionis, ad inſtantiam penſionarij procedat contra debitorem penſionis nulliter, & non ſeruata forma ſui mandati, tunc poteſt adiri Ordinarius, vt cognoſcat de eiuſmodi nullitate, quia quando executor penſionis excedit modum, grauando debitorem penſionis contra formam iuris,& ſuæ authoritatis, poteſt adiri ordinarius ſuper nullitate illius actus, Gig. de penſion.dicta. q. 70.

23 Contraria opinio, nempè, quòd Ordinarius non poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ,latæ à delegato Principis, etiam ſi allegetur, nullitatem eſſe notoriam, videtur probabilior, & vſui, ac praxi magis conueniens; & licet eam hucuſque nemo videatur formaliter ſequutus; tamen pro ea ſtare videntur Dec. Rip. & Couar. citati num. ſeq. & quando etiam eſſet opinio noua; tamen argumenta, quibus probatur,ſunt antiqua, & robuſta.

24 Primum argumentum eſt, quia cauſa, ſemel à ſuo Ordinario auocata, & in Papæ auditorio introducta, nunquam redit ad Ordinarium, niſi à Papa remittatur; ita ex Bal. & alijs ſequuntur Dec. conſ.137.ſub num.4. Rip.in cap.cum M.num.198.concl.4.de conſtit.Couar. pract.qq. cap. 9. num.5. verſ.primum.&ſcripſi cap.ſeq.q.17.limit.47.memb. 3. num. 27. idque eſſe verum etiam ſi delegatus Papæ talem ferat ſententiam, quę ſit nulla,ſcribunt ijdem Dec.Rip.& Couar. in locis ſupra proximè citatis.Proceditq. etiãſi delegatus ſit mortuus,& cauſam non terminauerit, vt ex Bal. & alijs ſequuntur Rom. dicto conſ.335.num.10.verſ. ad hoc vltimo. & ibi Mandoſ. in addit. littera, E. in verbo, intromittere. Et quod dicimus in Papa, habet locum in quolibet Principe, Dec. in cap. 56. vt noſtrum. ſub num. 3. de appel-

25 lat. † & quòd vbi Princeps manum appoſuit in aliqua re, licet nulliter; cenſeantur ligatæ manus Ordinarij, & aliorum, vt amplius ſe de illa cauſa intromittere nequeant, ſcribunt ij, quos citant Rom. dicto conſ. 335. num. 6. ſub num. 8. & 9. & Iacob. de Nigr. in rubr.num.16.ff.de offi.eius cui mand. &c. inter Repetent. fol. 199. tom.1.

Neque huic primo argumẽto ſatisfaceret reſponſio,ſi dicatur,quòd Dec.Rip.& Couar. nõ loquuntur de nullitate notoria; ideoq. argumentum eſt verum in nullitate,quæ non ſit notoria;& ſic concordant cum illatione: ſupponere autem, quòd loquantur de nullitate notoria, eſt contra regulas iuris, quia Doctor, loquens generaliter debet intelligi ſecundum Doctorem diſtinguentem: & iam non deſunt alij à nobis citati ſupra num. 14. qui dicunt hoc idem, quod ordinarius non cognoſcit de nullitate ſententiæ, latæ à delegato Principis; ſed difficultas ſtat in limitatione, an ijdem Doct. ſint intelligendi etiam in nullitate notoria; quare ſi in ea nullitate intelligere velimus Dec. Rip. & Couar. erit quodammodo ſupponere id, de quo diſputamus.

26 Quia replicamus, quòd Dec. Rip. & Couar. loquuntur ita de ſententia nulla, vt non poſſint intelligi, niſi de ſentẽtia,quę ſit nulla euidenter, notoriè, certè, & indubitatè, ſiquidem loquntur non de nullitate, quæ allegetur, ſed de nullitate,quæ ſit, & proinde ſupponuut nullitatem,quia dicunt,quòd delegatus Papæ licet ferat ſententiam nullam, tamen cauſa non redit ad Ordinarium; & quòd licet Papa nulliter apponat manũ, tamen ſunt ligatæ manus ordinarij, & ſic vim non faciunt in qualitate nullitatis, ſed in eo ſolo, quòd Princeps manum appoſuit; vnde licet ſupponamus, quòd ſententia ſit nulla, & ſic quòd de ea non ſit vlterius cognoſcendum, quia de ſuppoſito non eſt controuerſia, ſed ſtat certum, & indubitatum, tamen,vt dicunt præfati Doct. Ordinarius habet manus ligatas, itaut de cauſa, in qua Princeps manum appoſuit, non poſſit amplius ſe intromittere.

Et ſi tu diceres, quòd Ordinarius habet ligatas manus quoad hoc,vt nõ poſſit ſe intromittere in cognoſcenda cauſa principali, ſed nõ habet ligatas quoad hoc, vt non poſſit cognoſcere de nullitate,quę allegatur vti notoria:ego replico,quòd dum Doct.dicunt, quòd ex quò Princeps manum appoſuit, & propter eius reuerẽtiam Ordinarius non poteſt ſe intromittere, loquuntur ſimpliciter,& generaliter,ſub qua generali locutione comprehenditur etiam intromiſſio in cognoſcenda nullitate, quæ allegatur pro notoria: nam quæ ratio vrget, vt ita ſeparemus appoſitionem manus Principis? & per hanc ſeparationem vulneremus eius reuerentiam? & intricemus ordinẽ iuſtitię? cum facile Ordinarius poſſet pronunciare, ſententiam eſſe notorie nullam, quamuis ex actis notoriè

27 non appareret: † & poſſet is moueri ex eo, quòd ſemper atque iudex cognoſcit nullitatem,

tem, illa nullitas cognita dicitur nullitas notoria, nam quicquid iudici conſtat ex proceſſu, & probationibus factis, dicitur notorium iudici, vt ſecutus ſum lib. ptox. præced. cap. 1. num. 25. quia etiam probationes poſt concluſum in cauſa faciunt notorium iuris, vt ſecutus ſum cod. lib. præced. cap. 9. ſub num. 575. & conſequenter, quantum ad effectum, de quo agimus, illa diſtinctio de nullitate notoria, & de nullitate non notoria, videretur vana, quia nullitas ſemper eo ipſo, quòd cognoſcitur, efficitur notoria, & demũ ſiue Ordinarius cognoſcat, & declaret, ſententiã eſſe nullam, ſiue non eſſe nullã, poterit appellari, & orietur difficultas, an ſit appellandũ ad Ordinarium appellationũ, an verò ad Principẽ, quæ difficultas ceſſat, ſi ſe non intromiſerit.

28 Secundum argumentum, quia ſi Papa prouidet alicui de beneficio, & prouiſio ex aliquo defectu fuerit nulla, tamen illud beneficium remanet reſeruatum, & Ordinarius de illo ſe non poteſt intromittere, Dec. in cap. 56. vt noſtrum. ſub num. 3. de appell. & in cap. 2. ſub num. 9. & 10. de confirm. vtil. vel inut.

Tertium argumentum, quia communis theorica, vſu, praxiq. recepta, eſt, vt Ordinarius, ſeu quiuis executor poſſit cognoſcere exceptiones, & nullitates ſententiæ delegati, quando lex eidem Ordinario in defectum iuriſdictionis committit executionem, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 10. num. 42. & ſeqq. ſecus quando is, qui ſententiam tulit, poſſet eam exequi, qualis eſt delegatus Principis, quia tunc Ordinarius, qui eam exequ[e]retur, non poſſet de illius nullitate cognoſcere, per ea, quæ ſcripſi dicta limit. 10. num. 45. 47. & 50.

29 Quartum argumentum, quia ex vſu forenſi hæc colligitur differentia inter nullitatem notoriam, & nullitatem non notoriam, quòd Ordinarius requiſitus pro executione, ſi nullitas eſt notoria, debet abſtinere ab executione, ſed ſi non eſt notoria, poteſt abſtinere, conſulendo interim ſuperiorem, vt ex Vital. & alijs ſequor cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 5. num. 13. 23. 27. & 29.

30 Ad adducta pro limitatione reſpondeo, & reſponſionibus concilio contrarietates, & opiniones.

Non obſtant ergo in primis auctoritates adductæ pro limitatione, nam Bal. qui in ea eſt anteſignanus, & primus teſtis, & videtur deponere de ſcientia, multas patitur exceptiones: Prima exceptio eſt, quòd ipſe deponit dubitatiuè per verbum (fortè) in duplici loco, & licet in primo videatur locutus dubitatiuè de facto, & non de iure, tamen in ſecundo apertè dubitat de iure; vnde non leuem coniecturam nobis ſumere licet, quòd ipſe non maturè locutus ſit in iſto paſſu. Secunda exceptio eſt, quia dum ipſe dicit, non eſſe neceſſariam aliam declarationem, neceſſariò ſentit, quòd ordinarius non declaret, & tamen abſtineat ſe ab executione, vt dixi infra num. 36. in 4. caſu. Tertia exceptio eſt, quia l. ſi quis legatum. quam citat, ſeruit ſolum ad exemplificandum vitium patens, ſed non ad probandum, quòd ordinarius poſſit declarare ſententiam delegati eſſe nullam.

Multò facilius repelluntur Franch. Præpoſ. & Socc. quia ſunt teſtes de auditu à Bal. hacq; eadem facilitate remouetur auctoritas Rotæ Florent. quia mouetur ex Præpoſ. Franch. & Socc. nam, remota Baldi doctrina, in qua fundatur eorum auctoritas, ruit eorum auctoritas: & licet Franch. dicat, quòd ordinarius poteſt declarare, ſententiam eſſe nullam (quod Bal. nõ expreſſit) tamen id non probat. Vlterius Franch. Præpoſ. & Socc. eò minus probant, quia citant Io. Andr. in cap. ſtatutum. in fine, de reſcript. in 6. qui tamen in libro meo de hoc nullum verbum: vnde vides quanta ſit his teſtibus adhibenda fides, vt dicit text. in l. 3. §. ideoque. ff. de teſtibus.

Ad primam confirmationem reſpondetur, quòd in caſu noſtro non vertitur dubium de ſcientia Principis in auocatione, & delegatione cauſæ, neque agitur de periculo animarum, vnde confirmatio non applicatur.

Ad ſecundam reſpondetur, quòd non ſumus in caſu, quo delegatus procedat ad executionem, & vltra contenta in reſcripto; nam ſi procederet vltra formam reſcripti, deficeret iuriſdictio, & ideo intraret limitatio, de qua infra ſub num. 45.

Ad tertiam reſpondeo multipliciter.

Primo, quòd Io. Andr. quem citat Gemin. id non dicit in libro meo.

31 Secundo, ſuppoſito, quòd hoc diceret Io. Andr. & alij, & quòd nullitas ſit notoria, tamen reſpondeo diſtinguendo quatuor caſus.

Primus eſt, quando delegatus procedit, ſed non ad aliquam executionem facti: & iſto caſu dico indiſtinctè, quòd Ordinarius non debet ſe intromittere, quia Doctores, quando

do admittunt, quòd inferior poſſit cognoſcere de facto ſuperioris, ſemper loquuntur quando factum ſuperioris conſiſtit in exequendo, vt patet ex his, quæ ſcripſi caſu ſeq. & apertè ex caſibus, quos congeſſit Maran. in ſuis diſputat. in prima diſput.
32 num. 39. & ſeqq. & ſub num. 44. † Secundus caſus eſt, quando procedit ad executionem facti, & Ordinarius vult eum de facto impedire, & forſan poteſt, iuxta executionis qualitatem, quia etiam priuatus, qui omnino caret iuriſdictione, poſſet, ſecundum ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 4. num. 52. & limit. 47. memb. 1. num. 87. & latè patet ex his, quæ de permiſſa reſiſtentia, & de non præſtanda obedientia Ordinario, ſeu delegato, procedenti ad iniuſtam executionem, ſcribit Maran. dicta diſput. 1. num. 27. verſ. decimo quia. & num. ſeqq. num. 33. & ſeqq. vbi declarat, & num. 42. Verum hęc reſiſtentia, & inobedientia poteſt eſſe periculoſa, vt dixi dicta limit. 47. memb. 1.
33 num. 87. in fine; † ratio periculi eſt, quia ſi delegatus præcipiat Ordinario executionem ſuæ ſententiæ, is eam tenetur exequi. cap. 20. paſtoralis. §. quia verò. & ibi Abb. num. 1. & ſeqq. & cæteri Canoniſtæ de offic. & poteſt. iud. deleg. & ſcripſi cap. ſeq. q. 11. num. 163. in fine; & tenetur eam exequi, etiam ſi ſit iniuſta, quia ei executio, & non cognitio demandatur, dicto §. quia verò. Dec. in cap. 5. ſi quando. num. 6. de reſcript. & eum non poſſe cognoſcere de eius nullitate ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 10. ſub num. 45. & ſa-
34 tis dixi ſupra num. 14. † & licet officialis, cui ſibi mandatū à Principe, ſeu ſuperiore iniunctum videretur iniuſtum, & per importunitatem, aut obreptionem impetratum, poſſit replicare Principi, & expectare ſecūdam iuſſionem, §. & hoc verò iubemus. Auth. vt null. iud. lic. &c. coll. 9. tamen cauere debet, ne Domini furor iraſcatur, vt in Oſea 8. ſub num. 5. & monet Affl. deciſ. 265. illuſtriſſime. num. 78. luctuoſa enim poſſet eſſe inobedientia, vt contingit Variſij Prętori, de quo Boſſ. tract. crim. tit. de homcid. num. 98. in
35 fine. † Tertius caſus eſt, quando vult cognoſcere iudicialiter, & corrigendo iudicare ſuper illa nullitate; & iſto caſu dico, quòd non poteſt, tùm quia inferior non iudicat de facto ſuperioris; tùm quia cauſa dicitur auocata per Principem; & conſequenter Ordinarius in ea aliquam non habet iuriſdictionem, maximè ſi inferior adiretur per viam principalis petitionis, & benè accōmodantur quæ ſcripſi
36 dicta limit. 10. ſub num. 50. † Quartus caſus eſt, quando vult cognoſcere incidenter, non vt corrigat, & iudicet, ſed vt deneget, ſeu ſe abſtineat ab executione, quæ coram eo peteretur: & iſto caſu dico, quòd poteſt cognoſcere, & ita procedere poſſunt quę ſcribunt Bal. & alij citati ſupra, num. 16. verſ. limita. & ita declaraui cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 78. & concordant quæ ſcripſi dicta limit. 10. ſub num. 50. & concordat declaratio, tradita à Maran. dicta diſput. 1. nu. 24. licet dum procedit vlterius, non loquatur accuratè. & cap. ſolicitudinē. & Dec. quē citat, non dicunt, quod ipſe dicit, & quando id dicerent, non loquuntur in delegato Principis, ſed loquuntur ſimpliciter de facto ſuperioris; & huic caſui accommodatur praxis, & cum ea cōcordat caſus, ſuper quo conſuluit Socc. citatus ſupra ſub num. 16. & ad maiorē huius doctrinæ intelligentiā, eſt ſciēdum, quòd delegatus Principis poteſt præcipere Ordinario; vt ſuam exequatur ſententiam, vt dixi ſupra num. 33. & Ordinarius non poteſt querelam aliquam contra ſententiam admittere, ſed debet, vbi videat, ſententiam eſſe nullam, ſuperſedere, vt dixi cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 5. num. 13. & proinde non datur locus, vt Ordinarius poſſit per viam principalis petitionis corrigere ſententiam, latam à delegato Principis; quicquid ſenſerint Bal. & alij citati dicto num. 16. verſ.
37 limita. † Ratio autem, quare iſto caſu inferior poſſit cognoſcere, vt ſe abſtineat ab executione ſententię notoriè nullæ, ſeu aliter notoriè iniuſtæ, eſt, quia præceptum contra ius dicitur impoſſibile de iure, & præcipienti impoſſibilia de facto, vel de iure, non eſt obediendum, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 57. num. 6. 7. & ſeqq. & de permiſſa reſiſtentia aduerſus ſatellites, iniuſtè exequentes, ſcripſi eod. lib. 1. cap. 46. num. 33. & hìc ſupra in 2. caſ. num. 32. addo differentiæ rationem inter hunc, & præcedentem caſum, quia in præcedenti caſu dum cognoſcit, vt corrigat, induit ſe veſte ſuperioris, quòd eſt nimis; at iſto caſu, dum cognoſcit, vt ſe abſtineat, retinet ſuam veſtem inferioris, ſed iuſtè nolentis obedire: facit ad hoc, quòd, capto bannito, iudex non debet exequi ſententiam latam, non præcedentibus legitimis inditijs, & ſic debet abſtinere ab executione, ſed non debet eam reuocare, quamuis eſſet nulla, ſecundum aliqua, quæ retuli ſup. lib. 1. cap.

cap.97.ſub num.198. verſ.contraria ſententia. & dato,quòd poſſet eam reuocare,prout ſcripſimus nos d. cap. 97. ſub num. 190. & ſeqq. loquendo de ſententia, lata ab Ordinario; tamen cautius agere iudicem, ſi ſolum ſuperſedeat, & interim conſulat Principem, ſcripſimus eod.cap.97.ſub num.196. verſ. cæterum ſi. facit demum,quia licet inferior non poſſit cognoſcere de iniuſtitia ſententiæ, latæ à ſuperiori, ramen dum requiritur pro executione illius ſententiæ, poreſt de ea cognoſcere ad effectum abſtinendi ab executione, & ita non obedire, Card. Zabar. in clemen. cap. 1. num.7. in 7. quæſt. de ſent. & re iud. quare ſatis conſtat ex his, dari hoc temperamentum, vt cautius ſit abſtinere ſolum ab executione, quàm procedere ad reuocationem.

38 Tertio reſpondeo,quòd dato, quòd Ordinarius poſſet prouidere, vt loquitur Gemin. (quod tamen ille text. non dicit)dico,quòd illa prouiſio non eſt circa iuſtitiam,vel iniuſtitiam, ſeu nullitatem ſententiæ, prout nos loquimur, ſed eſt circa immoderatas, aut omninò indebitas expenſas, & circa locorum diſtantiam, qua partes grauarentur, vt patet ex tota illius decretalis ſerie.

39 Quarto reſpondeo diſtinguendo, & concordando opiniones: aut cauſa eſt delegata extra Curiam,& tunc procedit confirmatio, & ipſa limitatio: aut eſt delegata in Curia, & tunc procedit opinio contraria: oſtendo huius diſtinctionis veritatem, quia quando cauſa eſt delegata extra Curiã, tunc ad euitandas itineris impenſas,& incommoditates poteſt in primis delegatus cognoſcere de obreptione,& ſubreptione reſcripti,vt ſcripſi ſupra lib.1. cap.64. nu.9. & an ſit ſubreptio, ſeu obreptio committitur eius arbitrio, vt ſcripſi ibidem num.8.in fine, & ſecundario, quando delegatus grauaret notoriè, poſſet Ordinarius prouidere, vt loquitur Gemin. vbi ſupra;at ſi cauſa eſt delegata in Curia,vt in caſu, de quo loquimur, tunc nec delegatus cognoſcit de ſubreptione, vel obreptione reſcripti propter facilem aditum,& recurſum ad Principem, vt dixi eod.cap.64.num. 11. in fine, neque Ordinarius manum apponit, tùm propter reuerentiam Principis, qui eſt præſens,vt ſequitur Hier.Gonz.ad 8.reg. cancell.gloſ.52.nu.31.& ſcripſi cap.ſeq.q.16. limit.1.ſub nu.154.tùm propter eundẽ facilẽ aditum ad Principem, vt in materia inhibitionis ſcripſi eod.cap.ſeq.quæſt.17. limit. 4. ſub num.26. verſ.ratio. & ſup. lib.1.cap.97. ſub num.53.& in his terminis vrget primum argumentum huius contrariæ opinionis, quam cum relata diſtinctione videmus practicari, præſertim in Curia Romana; à qua praxi, vti interpretatiua limitationis, non eſt recedendum,quia theorica ſine experientia parum valet; vnde dicebat Ariſt. quòd expertus non artifex certius operatur artifice non experto.

40 Ad quartam reſpondeo quinque modis.

Primo dico, illud argumentum per contrarium ſenſum non eſſe ſumendum, quando ex illa ſumptione inducitur correctio; debet enim tunc ille caſus, latens in contrario ſenſu, tanquam omiſſus; remanere ſub diſpoſitione aliarum legum,Euer.de loc.argument. in loco à contr. ſenſ. num.4.& 8. Item non valet illud argumentum, quando illi caſui latenti in contrario ſenſu repugnat ratio naturalis, Euer. ibidem num. 7. in fine; ſed in caſu noſtro ſequeretur correctio, & repugnat ratio naturalis, quia inferior corrigeret factum ſuperioris, quod eſt non ſolum contra iura,ſed contra rationem naturalem,tùm per ea, quæ dixi ſupra ſub num.14.tùm quia vbi poteſt ſimul notoriç iniuſtitiç, ſeu nullitati ſententiæ delegati occurri, & Principi debita deferri reuerentia ſine impenſa & incommoditate partium, non debet occurri cum irreuerentia.

41 Secundo reſpondeo, quòd ſicut lex correctoria debet interpretari quominus corrigat, vt ſecutus ſum lib. prox. præced. cap.8. nu.410.& 411.ita etiã argumentum à contrario ſenſu, quod habetur pro lege, ſi poteſt ſumi magis, & minus correctoriè, debet ſumi in minori correctione; ſed decretalis in d.cap. ſtuduiſti. ſuppoſito, quòd delegatus tulerit ſententiam ſecundum formam mandati, facit in effectu tres concluſiones: prima eſt,quòd Legatus nõ poſſit ſententiam irritare: ſecunda,quòd poſſit eam confirmare: tertia, quòd poſſit eam exequi: ergo, quando delegatus ſententiam non tulerit ſecundum formam mandati,poteſt tunc à contrario ſenſu inferri ex ſecunda & tertia concluſione, quòd legatus non poſſit eam confirmare,nec debeat exequi;non autem debet inferri etiam ex prima concluſione,quòd legatus poſſit eam irritare, & declarare nullam,quia correctio ſumeretur in pluribus, & in potiori diſpoſitione.

42 Tertio reſpondeo formaliter ad Ant. de

N Butr.

Butr. quòd illa cognitio inferioris non erit, vt reformet factum ſuperioris, ſed vt ſe abſtineat ab executione, quæ coram eo peteretur, vt dixi ſupra num. 36. in 4. caſ.

43 Quarto reſpondeo, quòd ille tex. loquitur in delegato extra Curiam, & ideo intrant quæ dixi ſupra num. 39.

44 Quinto reſpondeo, quòd quando ſententia fertur contra formam mandati, intrat limitatio fundata in defectu iuriſdictionis, per ea, quæ dixi num. ſeq. in 2. limit. ſed in caſu noſtro non poteſt conſiderati iſte defectus iuriſdictionis, quia ſententia non apparet lata contra formam mandati.

45 Ad quintam reſpondeo, poſſe eſſe verã ex duplici limitatione: Prima eſt, quando Ordinarius prouidet non iure proprio, ſed etiam ipſe auctoritate apoſtolica, ſecus ſi prouideat iure proprio, Rom. eod. conſ. 335. num. 12. & Bellenc. de charitat. ſubſid. q. penult. nu. 12. fol. 169. tom. 15. par. 2. Secunda limitatio eſt, quando in actu geſto ex ſpeciali Papę delegatione deficit ipſa delegatio, ſeu poteſtas delegati, quia tunc ordinarius poteſt manum apponere, Rom. eod. conſ. 335. ſub nu. 12. ibi, ſecundo quia. & alij, quos in addit. ad eum citat Mandoſ. ſub eod. num. 12. in littera G. in verbo, beneficium. ſed neutra limitatio applicatur caſui noſtro; nam Ordinarius Quatteriorum non procederet ſimili auctoritate Principis, & iuriſdictio delegatorum non deficit, quia non exceſſerunt fines mandati.

Ad ſextam reſpondeo dupliciter. Primo, prout reſpondi ſupra num. 30. in fine, verſ. ad ſecundam. Secundo reſpondeo, quòd illud poteſt procedere extra Curiam, ſecus in Curia, vt dixi ſupra num. 39.

46 Hæc opinio contra limitationem, quòd Ordinarius non poſſit declarare, ſententiam delegati eſſe nullam, etiamſi appareret nullitas notoria, licet eſſet opinio dubia, & non magis probabilis; tamen eſſet eligenda ex duobus.

Primo, quia actor debet ſuccumbere, niſi clarè probet ius ſuum, quia probatio obſcura non releuat, cum paria ſint probare obſcurè, & non probare, vt ſcripſi lib. pręced. cap. 11. num. 441. ſed dicens de nullitate ſententiæ delegati coram Ordinario eſt actor, & adducit pręfatam limitationem; ergo cum eam non probet clarè, non dicitur probare, &, non probando, ſuccumbet.

47 Secundo, quia, ſi non eligeremus hanc contrariam opinionem, & ſequeremur limitationem; noue excitarentur difficultates, ſicq. ex vna propagarentur duæ, vltra quod, retenta contraria opinione, volenti dicere de nullitate, remanent plena remedia; nam ſi prætendit, nullitatem eſſe notoriam, poteſt de ea opponere coram executore, præſertim in Curia Florentiæ, vbi pro executione rei iudicatæ datur libellus, quem vocant brachium militare) & tunc iudex, ſi viderit nullitatem, poſſet ſe abſtinere ab executione, vt dixi ſupra num. 36. & poteſt etiam ſine impenſa, & ſine incommoditate adire Principem, & ab eo impetrare iudicem, qui poterit cognoſcere de quacunque nullitate, & non deſunt remedia, ſi timeat præuentionem in executione.

48 Prima igitur difficultas erit in cognoſcendo, an nullitas, quæ obijceretur, ſit notoria, itaut ſit locus limitationi, quòd Ordinarius poſſit de ea cognoſcere; nam licet quotidie loquamur de notorio, tamen quid ſit notorium ignoramus, vt ex Gloſ. & alijs retuli lib. pręced. cap. 11. num. 37. & multa dicuntur notoria, quę non ſunt notoria, cap. 14. conſuluit. il 1. de appell. Iacob. de Aren. tract. de bann. num. 14. Felyn. in cap. 9. inter cæteras. declar. 6. ſub num. 4. ibi, ſoleo quædam. de ſent. & re iud. Dec. conſ. 402. ſub num. 11. & conſ. 483. ſub num. 27. Rol. à Vall. conſ. 53. quod legitimè. num. 34. lib. 2. Clar. in pract. crim. q. 9. verſ. item quæro. verſus finem, Natr. conſ. 275. num. 3. lib. 2. Caputaq. deciſ. 248. alibi 250. ſeu vnica, notoria. num. 1. par. 2. & Mantic. deciſ. 263. ſupponendo. num. 3. & ſcripſi ſupra lib. 1.
49 cap. 76. verſus finem. † & notorium eſſe multiplex, ſcribunt ij, quos ſecutus ſum eod. cap. 76. num. 2. & ſeqq. & lib. 2. cap. 9.
50 num. 24. & ſeqq. † & demum varij variè docent quid ſit notorium: Alij enim dicunt, quòd tàm notorium facti, quàm notorium iuris dicitur illud, quod aliqua tergiuerſatione celari, vel offuſcari non poteſt, cap. 24. cum olim. in fine, de verb. ſignif. & ſecutus ſum d. cap. 76. num. 4. ſeu dicitur quando nihil ſupereſt dicendum, vt ſcripſi ſup. lib. 2. cap. 9. num. 53. Alij dicunt, non poſſe quid dici notorium, vbi cadit iuſta dubitatio, & acta tunc facere notorium, quādo ſunt adeo aperta & clara, quòd ſunt extra dubitationem, alias, inquiunt, licet poſſet conſtare ex actis, tamen non diceretur manifeſtè conſtare, ſi poſſet in dubium refricari, neque,

neque, i nqulunt, poteſt cenſeri notorium, quod aliqua tergiuerſatione celari poteſt, aut efficaciſſimis rationibus obſcurari, Corn. conſ. 10. præſuppoſito. ſub num. 3. lib. 4. Alij, in eandem eunres ſententiam, & loquentes de nullitate, dicunt, quòd ad tollendam nullitatem obiectam ſufficit, eam aliquo modo ex iure, vel ex facto offuſcari, vel dubiam reddi, quoniam, re exiſtente dubia, debet iudicari contra nullitatem, vt actus potius valeat, quàm pereat, Vant. tract. nullit. rubr. vlt. qualit. ſentent. & proceſs. &c. num. 127. fol. 427. tom. 4.

51 Sed † nec illi, nec iſti explicant, ſeu explicare poſſunt, quid ſit illud, quod aliqua tergiuerſatione celari non poſſit, & in quo nulla cadat dubitatio. Vnde alij, experientia inſtructi, quòd non poteſt dari certa regula, quando aliquid dicatur notorium, itaut coloratā non patiatur controuerſiam, dicunt, remitti arbitrio iudicis, vt, loquendo de notorio facti, ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 76. ſub num. 5. & lib. 2. cap. 9. num. 54. & demū quodlibet notorium videtur ſubijci arbitrio iudicis, tùm quia lex dat poteſtatem iudici æſtimandi quantam vim habeant probationes, etiam notoriç, tùm quia quodlibet notorium, & illius probatio poteſt offuſcari, vt tradit Felyn. in cap. 9. inrer cæteras. num. 7. in ſecunda declaratione, de ſent. & re iud. & quòd ideo relinquatur arbitrio iudicis, quis dicatur vſurarius manifeſtus, ſecutus ſum d. cap. 9. num. 199.

52 Et ex his liquidò conſtat, quòd, ſi ſequeremur illam limitationem, euaneſcerent & limitatio, & illatio, poſita ſupra num. 16. & 14. quia omnia reducerentur ad iudicis arbitrium, cui tamen paucíſsima ſunt committenda, vt ſecutus ſum lib. præced. cap. 9. num. 1453. & cap. 11. num. 297. 379. & 380.

53 † vltra quòd maior eſſet anguſtia recti iudicis, qui, ſi poteſt iudicare ex lege, debet ſugere iudicium ex arbitrio, quia lex nemini eſt ſuſpecta, nemo eam criminatur, neque calumniari poteſt, at arbitrium iudicis pleriſque eſt ſuſpectum, illudq. facilè, qui iudicati ſunt, accuſant.

54 Secunda difficultas, quam ego expertus ſum in Ciuitate Florentiç, eſt, quia ibi condemnatus per ſententiam delegati ſolet adire Ordinarium Quarteriorum, dando illi libellum nullitatis ſententiæ, & pars aduerſa ſolet ſtatim opponere de incompetentia ipſius ordinarij; & hic articulus de incompetentia deciditur ibi à tribus iudicibus Rotæ, coram quibus diſputatur de veritate dictę limitationis, & ea ſi ſupponatur proveta, diſputatur deinde de notorietate nullitatis: & demum, ſi res appareat ambigua, ſolet agens de nullitate vrgere apud iudices, vt conditionaliter pronuncient, ordinarium eſſe competentem, quatenus nullitas ſit notoria, & incompetentem, ſi non ſit notoria, ſicque decidant, limitationem in iure eſſe veram, & articulum, an nullitas ſit notoria, remittant ad Ordinarium, coram quo cauſa longioti terminatur inſtantia: vnde hæc tunc oritur difficultas, an tres iudices debeant, ſeu poſſint ita conditionaliter pronunciare.

55 Et prima facie videtur dicendum, quòd poſſint, quia, quòd competentia, & incompetentia Ordinarij pendeat ab eo, quod poſtea apparebit, & ipſemet illud cognoſcat, non videtur à iure alienum; nam ſi Florentinus, citatus Peruſij ratione contractus, vel delicti, neget, ſe illic contraxiſſe, ſeu deliquiſſe, nihilominus iudex Peruſinus poteſt contra eum procedere, quia illa qualitas, expreſſa in libello, ſeu citatione, quòd contraxetit, ſeu deliquerit in territorio Peruſino, ttibuit iuriſdictionem iudici Peruſino, & habetur pro vera, quantum ad fundandam pro tunc iuriſdictionem; ſed eam tribuit reuocabiliter, quia, ſi poſtea non probabitur in proceſſu, iudex remittet cauſam ad competentem, & condemnabit actorem in expenſis, Bar. in l. 2. num. 9. verſ. quæro aliquis. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & alij, quos citant Mar. Socc. in cap. 5. ſi clericus. ſub num. 12. in 3. opin. de for. competen. Afflict. deciſ. 297. pluries. num. 2. & 3. Tiraq. de retr. lignag. §. 8. gloſ. 5. num. 18. verſ. illud autem. & faciunt quæ ſcripſi cap. ſeq. queſt. 17. limit. 6. memb. 9. num. 7. & ſic videtur dicendum in caſu iſto, quòd ſi dicens coram ordinario de nullitate ſententiæ delegati, expreſſerit in libello, nullitatem eſſe notoriam, quæ eſt qualitas, quæ facit ipſum Ordinarium competentem, & fundat eius intentionem, iure ad eum poſsit cauſa remitti ſub illa conditione, quatenus nullitas ſit notoria.

56 Confirmatur hæc opinio, quia Princeps, aditus ſuper controuerſia iuriſdictionis inter iudicem, & iudicem, ſeu ſuper competentia, & incompetentia inter partes, poteſt eidem iudici, contra cuius iuriſdictio-

nem opponitur, reſcribere conditionaliter, prour eius vice ita in delegandis cauſis appellarionum, partibus de executione ex ægidiana conſtitutione contendentibus, reſcribit eius Signatura iuſtitiæ, vr dixi cap. ſeq. quæſt. 17. limir. 6. memb. 7. ſub nu. 142. & 143. cuius Signaturæ iuſtitiæ locum obtinet Florentię Rota rrium iudicum in competentiæ controuerſijs.

57 His non obſtanribus, ego quandoque iudicaui, Rotam ipſam debere ſimpliciter iudicare, & definire torum arriculum com perentiæ, remora quauis remiſſione huius articuli ad Ordinarium; & mouebar, quia coram Rota debet non ſolum allegari qualitas competentiæ, ideſt, qualitas, ob quam iudex ordinarius poſsit eſſe competens, ſed debet etiam intra breue rempus inſtantiæ probari, & examinari, ſilenre interim inſtantia coram Ordinario; maximè quia articulus nullitatis patentis non requirir longam indagationem, & ideo benè à Rota poteſt determinari; & ad quid perditio hæc? remittere cognoſcendum, quod Rota ipſa poteſt, & deber plenè cognoſcere, & partes litibus inuoluere? cum Principis cordi ſir, inter ſubditos minuere lites, eosque à laboribus releuare, vt dixi cap. ſequen. quæſt. 17. limitat. 47. membro 1. num. 75.

58 Ad adducta pro prima opinione ex Bar. & eius ſequacibus reſpondeo dupliciter. Primo, quòd contrarium, nempè quòd, reo neganre qualitatem narratam in libello, iudex de ea debear prius capere informationem ſummariam, dicunr Iaſ. in l. penult. cum quædam. §. quoties. ſub num. 2. notab. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & Felyn. in dicto cap. 5. ſi clericus. ſub num. 2. in prima concluſ. in fine, de for. competen. vbi teſtatur de communi opinione, dicens, quòd ſi reus conuentus negar qualiratem, negatio licet non excludat iuriſdictionem, tamen operatur, quòd præmitti debeat cognitio ſummaria de veritate qualitatis; imò hoc idem ſecutus eſt ſibimet contrarius Bar. in l. 2. præſcriptione. ſub num. 7. verſ. quæro quando. ibi, pone florenrinus. C. ſi contr. ius vel vtil. publ. dicens, quòd vbi reus conuentus negauerit, ſe contraxiſſe, vel deliquiſſe in illo territorio, debet ante litem conteſtatam ſummariè examinari, vtrum contraxerit, vel non in illo territorio, & poſt litem conteſtatam, inquit, examinabitur plenè, & qui alij tenuerint hoc, citanrur à Mar. Soce. in dicto cap. ſi clericus. ſub num. 11. in prima opin. & à Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 5. num. 19. verſ. verum ſunt. & quòd iudex, cuius iuriſdictio fundatur in notorietate, debeat in primis cognoſcere de notorietate, quia alias proceſſus, vti factus ab ignorante ſuam iuriſdictionem, eſſet nullus, ſecutus ſum ex Ant. de Butr. Abb. Felyn. & alijs libro præceden. cap. 2. ſub num. 466. & cap. 9.
59 num. 79. & 80. † Secundo reſpondeo, & melius, quòd termini ſunt diuerſi: nam in caſu, de quo loquitur Bar. non eſt deputatus alius iudex ſpecialiter ad cognoſcendum de incompetentia, & ideo admittitur, vt ipſemet cognoſcat incompetentiæ exceptionem, contra ſe obiectam: at in caſu noſtro cum ſit deputatus iudex ſpecialis, & forſan priuatiuè ad ipſum iudicem, non ipſe, ſed iudex ſpecialiter deputatus debet omnino cognoſcere, & terminare.

60 Ad confirmationem reſpondeo, quòd licet Signatura Principis reſcribat quandoque conditionaliter, reſcribit tamen etiam ſimpliciter, quando eſt certa de eo, ſuper quo reſcribit, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 9. num. 51. & quæſt. 19. rem. 1. concl. 4. num. 9. & 10. ſed iudex deputatus in caſu, de quo loquimur, debet ſemper certificari, adhibita neceſſaria cognitione.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO VII.

S V M M A R I V M.

Iudicis perſona debet eſſe omninò diſtincta ab alijs perſonis interuenientibus in iudicio, num. 1. & ſeqq. & num. 17. & ſeqq. Et ideo debet eſſe diſtincta etiam à teſtibus, ſub num. 21. verſ. amplia.

Iudex in cauſa propria nemo eſſe poteſt, & ita ampliatiuè eſt diſpoſitum in Camera Apoſtolica, & in ſtatuto Genuæ, num. 2. & ſeqq. Limitatur multipliciter, num. 23. & ſeqq.

Sententia lata in cauſa propria eſt nulla, etiam parte tacente, num. 2. in fine.

Iudi-

Iudicij ſubſtantia deficit, ſi in eo non interueniant tres perſonæ, num. 3.
Oculus non videt ſeipſum, num. 4.
Aliena vitia facilè videmus, ſed non noſtra, num. 4.
Medicus infirmus non poteſt medicare ſeipſum, num. 5.
Aduocatus quis non eſt idoneus in cauſa propria, num. 5.
Senſus corruptus in iudice eſt impedimento, ne iuſta feratur ſententia, num. 6.
Iudicium paſſionibus peruertitur, num. 6.
Paſſionales ſermones habent vim peruertendi iudicium, num. 7. & ſeqq.
Suſpitionis exceptio eſt de iure naturali, num. 10.
Imperare quis non poteſt, quandiu ſeruit paſſionibus, num. 11.
Agens diſtinctam habet functionem à patiente, num. 12.
Actio, & paſſio in eodem ſubiecto ſtare non poſſunt, num. 12.
Iuſtitia eſt ad alterum, num. 13.
Iuſtitia componit alienos mores, ſed ſuos habet compoſitos, num. 14.
Iuſtitia cæteris alijs virtutibus eſt excelſior, num. 15.
Inimicum facere iudicem inimici eſt valdè iniquum, num. 16.
Cauſa propria in iudice dicitur, etiam ſi fiat propria, pendente lite, num. 17. Dicitur propria etiam ſi in parte ſit propria, num. 18. Dicitur propria etiam ſi principaliter ſpectet ad alium, & ſecundario ad ſe, num. 19. Dicitur etiam propria quoties quouis modo iudex habet intereſſe in cauſa, ſiue ratione amoris, ſiue odij, &c. num. 20.
Suſpitio contra iudicem poteſt procedere à multis cauſis, num. 21.
Suſpitio, oriens ex affectione ad cauſam propriam, inhabilitat iudicem magis, quàm ſi oriatur ex alia cauſa, ſub eod. num. 21. ſubdecl. 2.
Cauſa propria Epiſcopi, ſeu alterius Prælati, quando dicatur ad effectum, ne ipſe in ea iudicare poſſit, ſub num. 19. declar. 4.
Iudex quando poſſit procedere etiam parte non interueniente, num. 22.
Imperator an poſſit eſſe iudex in cauſa propria, num. 23. & ſeqq.
Papa an poſſit eſſe iudex in cauſa propria, num. 24. & ſeqq. num. 33. & ſeqq. & num. 39. & ſeq.
Papa non poteſt iudicari ab alijs, num. 25.
Superior omnium ſuperiorum debet eſſe vnus, tanquam vnum principium, ſub num. 25.
Papa ſemper præſumitur procedere ſecundum iuſtitiam, num. 26.
Papa grauius alijs peccaret, ſi procederet contra iuſtitiam, num. 27.
Papa non poteſt plus, quam Deus, num. 28.
Teſtis nemo poteſt eſſe in cauſa propria, num. 29. Et quid in Papa, num. 34.
Chriſtus noluit eſſe teſtis in cauſa propria, eod. num. 29.
Papa litteris in cauſis prophanis laicorum, & in alijs, in quibus Papa non poteſt vti plenitudine poteſtatis, an ſit credendum in præiudicium aliorum, ſub num. 29.
Regimen humanum debet imitari diuinum, à quo deriuatur, num. 29. in fine.
Papa in his quæ ſunt iuris naturalis, an diſponat, num. 30. & 35.
Papa non diſponit contra ſubſtantiam actus, num. 31.
Papæ, & Imperatori, aſſerentibus ſe poſſe eſſe teſtes in cauſa propria, an ſit credendum, num. 32.
Papa de abſoluta poteſtate poteſt eſſe iudex in cauſa ciuili patrimoniali, num. 37. in fine.
Papa an ſit iudex inter ſe, & eam, quæ dicit, ſe eſſe eius vxorem, num. 38.
Papa cauſam propriam an deleget, vel eligat arbitros, & quid in Imperatore, num. 40. & 41. & 52.
Papa in cauſa eccleſiæ poteſt eſſe propriè iudex, num. 42. & ſeqq.
Papa in veritate non eſt dominus rerum eccleſiæ, num. 43.
Papa licet, quandiu viuit, dicatur dominus, & omnia diſponat, tamen ei non licet alienare bona eccleſiæ ſine cauſa, ſub eodem num. 43.
Prælatus poteſt recuſari, ne ſit iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, num. 44. & ſeqq. Imò poteſt, tanquam ſuſpectus, recuſari Prælati conſanguineus, quem Prælatus in iudicem impetraſſet, num. 46.
Papa, contra quem eſſet agendum criminaliter de delicto, non poteſt ab aliquo iudicari, ſed ipſemet ſe iudicabit, num. 48. Reſtringitur hoc dupliciter. Primo in crimine hæreſis, num. 49. Secundo, vt non procedat de honeſtate, num. 50.
Papa poteſt eſſe iudex contra eum, qui delictum commiſit contra Papam, num. 51.
Inferior à Papa, & Imperatore non recognoſcens

ſcens tamen ſuperiorem, poteſt eſſe iudex in cauſa propria, num.53. Declaratur hoc, & ſublimitatur, num.54.

Dominus fœudi poteſt de conſuetudine cognoſcere de cauſa fœudi inter ſe, & fœudatarium, ſub num.54. limit. 5.

Iudex quis eſſe poteſt in cauſa propria de conſenſu partis, ſub num.54. limit.6.

Iudices, habentes iuriſdictionem, an & quando poſſint cognoſcere, & iudicare de iniuria ſibi illata, num.55. & ſeqq.

Iniurias proprias ſuſtinere quilibet debet exemplo Chriſti, niſi redundent in Deum, & in Eccleſiam, num. 59. Declaratur num. 60.

1 QVAERO ſeptimo, an iudex, coram quo agitur, quique ſententiam proferre debet, debeat eſſe perſona numero diſtincta, realiter ab actore, ſeu accuſatore, & à reo?

Reſpondeo, firmandam eſſe regulam affirmatiuam, ideoq. iudicium conſtare ex tribus perſonis, nempè, iudice, actore, & reo, iam ſcripſimus ſupra lib.1. cap. 2. num.5. & ſeqq. & num. 23. Et licet hęc regula ſit omnibus nota; ſenſui, & experientię valdè amica, & ab vſu vbique inuiolabiliter recepta; tamen, quia eius ratio non eſt ęquè omnibus, & vndique aperta, ſtatui eam plenè adducere, & explicare, vt ex ipſa explicatione plures vtiles colligamus reſolutiones.

2 Ratio igitur eſt, quia, cum neque actor, neque reus poſſit eſſe iudex in cauſa propria, l. vnica, & ibi Petr. de Bellap. Cyn. & Bar. C. ne quis in cauſa ſua. l. 17. iulianus ait. ff. de iudic. cap. 1. & 2. 4. q. 4. Gloſ. in cap. 12. cum veniſſent. in verbo, iudicari. de iudic. Spec. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt. ſub num. 12. verſ. item ſi velit. & ſub num. 15. verſ. item quod vult eſſe. fol. 9. & in tit. de actore. ſub num. 55. verſ. item quod vult. fol. 69. Franch. in cap. 36. poſtremo. ſub nu. 20. cauſ. 30. & Præpoſ. ſub num. 11. cauſ. 60. de appell. Steph. Aufr. tract. de recuſ. iudic. ſub num. 35. cauſ. 60. fol. 358. tom. 3. par. 1. & ſub num. 39. cauſ. 76. Surd. conſ. 47. primo aſpectu. num. 1. & conſ. 50. reuerendiſſimus. num. 8. in fine, & num. 9. lib. 1. & conſ. 465. dubitabilis. num. 1. lib. 3. & communiter omnes; & ita in inferioribus à Papa, & Imperatore regulam negatiuam conſtituit Dec. in dicto cap. cum veniſſent. num. 45. verſ. in ſecundo caſu. ſequitur neceſſariò, vt alius inter eos debeat iudicare, vt in d. l. iulianus. non enim quis debet eſſe iudex, & pars; & de hoc Genuenſes habent pingue ſtatutum, lib. 1. cap. 18. quo prouiſum eſt, vt nullus iudex ordinarius, ſeu extraordinarius poſſit iudicare in cauſa propria, vel conſanguineorum vſque ad certum gradum, ibi expreſſum, ſub pœna nullitatis ipſo iure: & ſuper eo ſtatuto vidi alias diſputatum, an haberet locum, quando actor, & reus eſſent in ęquali gradu conſanguinei ipſius iudicis: & cauſa diſputationis procedebat ex alio ſtatuto pręcedenti cap. 16. de extrinſeco intellectu prohibito. quia alias illud ſtatutum non videretur habere locum: ſimiliter in Pij IV. bulla, ſuper ordinatione tribunalis Camerę Apoſtolicę, cum inter cęteras. prohibetur Clericis Camerę, ne eis cõmittatur cauſa cõſanguinei vſq; ad quartum gradũ, & cui fuerit commiſſa, nõ audiat, ſed expreſsè recuſet: & tàm in cauſis conſanguineorum, quàm in alijs, in quibus poſſent prętendere aliquod intereſſe, prohibentur votum ferre, & adeſſe in diſcuſſione, ſed debere irrequiſitos diſcedere.

Adeo iuxta hanc rationem quis prohibetur, ne ſententiam ferat in cauſa propria, vt ſi eam tulerit, & pars contradicat, omnes conueniant, quòd ſententia ſit nulla; quicquid ſit quando pars tacet, Surd. conſ. 50. reuerendiſſimus. num. 10. lib. 1. ego tamen intelligo, eſſe nullam, etiam parte tacente, & ideo nullam ipſo iure, vt in relato Genuę ſtatuto; & quòd ſit nulla, etiam parte tacente, teſtatur, & ſequitur communem eſſe opinionem Surd. d. conſ. 50. num. 24. verſus finem, & facit quod ſcripſi infra gloſ. 10. num. 3.

3 Ratio rationis quare quis non poſſit eſſe pars, & iudex, eſt multiplex.

Prima ratio eſt, quia, cum hę tres perſonę ſint de ſubſtantiali eſſentia iudicij, impoſſibile eſt, quòd vna, eademq. perſona ſit iudex & actor, ſeu iudex & reus, quia ſemper deficeret vna perſona, & conſequenter deeſſet ſubſtantia iudicij, vt argumentantur Felyn. in cap. 12. cum veniſſent. ſub num. 5. verſ. in quantum. & Addit. ad Abb. in eod. cap. ſub num. 6. in littera B. in verbo, in imperatore. de iudic. & colligitur ex definitione iudicij, à nobis firmata ſupra lib. 1. cap. 2. num. 5. & ſeqq.

4 Secunda ratio eſt, quia ſicut oculus corporeus

poreus, non poteſt videre defectum, & ſordes in ſe ipſo, ſed benè poteſt eas videre in alijs; ita etiam oculus intellectualis, & iudicij non poteſt cernere, & iudicare rectum, & obliquum in ſe ipſo, ſed benè poteſt ea cernere, & iudicare in alijs; hincq. exiſtimo, verè locutos eſſe ſapientes, dum dixerũt, difficillimum eſſe cognoſcere ſeipſum; hincq. Terren. in Heaut. *Dij veſtram fidem? Itanc comparatam eſſe hominum naturam omnium: Aliena melius vt videant, & iudicent, quàm ſua? An eo fit, &c.*

5 Tertia ratio (& eſt corroboratio huius ſecundę) quia ſicut medicus infirmus non poteſt ſeipſum medicare, ſed debet medicari à medico ſano; ita etiam iudex, ſi litem habeat, non poteſt illam ipſe iudicare, ſed debet alius eam decidere; imò etiam aduocatus in cauſa propria deſinit eſſe aduocatus, vt ſcripſi in meo tract. de commerc. §.1.q.7. par. 2. ampl. 19. num. 124. verſus finem.

6 Quarta ratio (& profluit à præcedentibus tertia, & ſecunda) quia iuſtitiæ proprium eſt, quod ſententia feratur à iudice, cuius ſenſus non ſint imperfecti, corrupti, contaminati, aut diminuti: dicitur enim ſententia à ſenſu, vt dixi infra gl. 14. q. 1. num. 1. & ſeqq. ſed amor, ſeu dilectio in cauſa propria excęcat oculos ſapientis, & peruertit ſenſus, cap. 78. quatuor. 11. q. 3. & cap. 1. de ſent. & re iud. in 6. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 86. ſub num. 3. hincq. aliena videmus vitia, ſed non noſtra, vt ſcripſi ſupra q. 1. num. 14. & ideo Terrent. in loco citato ſupra num. 4. ſequitur, *An eo fit, quia in re noſtra aut gaudio ſumus præpediti nimio, aut ægritudine?* imò non ſolum amor ad ſe ipſum, vel ad aliũ, & cæteræ omnes aliæ animi paſſiones, quæ ſunt multæ; nempe, odium, timor, munera, ira, & ſimilia, de quibus Abulen. ſuper Exod. cap. 23. q. 3. relatis Boetij verſibus,

7 & nos ſupra lib. 1. cap. 86. ſub num. 3. † ſed etiam ſermones ipſi, quos paſſionales vocãt, vim habent peruertendi, & impediendi rectũ iudicium: nam Cic. & cæteri Rhetorici, quorum intentio, & finis eſt ſuadere; eos, qui volunt in iudicialibus cauſis obtinere; inſtruunt, vt ſtudeant mentes iudicum mouere ad amorem, vel odium, & miſericordiam, vel iram, cæteraſq. paſſiones, & hoc per quatuor modos, ſcilicet à perſona iudicum, à perſona aduerſariorum, à perſona ipſius, qui loquitur, & à meritis negotij,

8 ſuper quo vertitur controuerſia; † ſed quia iſte modus; licet vtilis ſit ipſis, qui eo vtuntur; deſtruit iuſtitiam publicam, & ſtatum legum, ideo Ariſt. in 1. Rhet. cap. 1. dixit, in iudicijs non eſſe vtendum ſermonibus paſſionalibus, ſcilicet prouocantibus ad amorem, vel iram, aut cęteras paſsiones, quia hoc eſt ligare animos iudicum, ne poſſint rectè iudicare; & proinde dixit, quòd cauſa in iudicijs eſt ſimplicibus proponenda ſermonibus, nec alia perſuaſio facienda eſt, niſi ex meritis ipſius cauſæ: vt hæc omnia refert Abulenſ. in loco ſup. proxime citato: hincq. commendatus eſt Socrates, qui prohibebat, ne vxor, & liberi illius, qui condemnandus erat ad mortem, venirent in iudicium, ne iudices, illorum fletibus moti, ceſſarent à puniendis impijs, vt refert Mich. Sal. ad S. Tho. 2.2. q. 63. art. 1. concl. 1. in fine.

9 Verum hoc Ariſtotelicum dictum dupliciter eſt reſtringendum. Primo, vt non procedat quando iudex aliquam iam habet paſſionem ad vnam ex partibus, quia tunc altera pars, cui illa paſſio eſt nota, poteſt paſſionali vti ſermone, & modo, quo illam diluat paſſionem, & iudicem ad rectitudinem reducat. Secundo eſt reſtringendum, quando caſus eſt ita perplexus, vt videatur à iudicis arbitrio pendere; tunc enim, quia multum poſſunt circumſtantię, debent poſſe partes paſſionalibus vti ſermonibus, qui tamen mendacium non contineant, & malis non nitantur artibus.

10 Quinta ratio, quia iudicare in cauſa propria grauat ſuſpitionem, & eſt res valde iniqua; vnde exceptio ſuſpitionis eſt de iure naturali, cap. 15. quòd ſuſpecti. 3. q. 5. Felyn. in cap. 12. cum veniſſent. ſub num. 5. verſ. in quantnm. de iud. & Addit. ad Abb. in eod. cap. ſub num. 6. littera B, in verbo, in imperatore. de iudic.

11 Sexta ratio, quia quãdiu quis ſeruit animi paſſionibus, tandiu imperare non poteſt, per ea, quæ dixi ſupra q. 1. num. 15. in quinta ratione, ſed iudicare eſt actus imperandi, vt dixi in ſeq. ratione. ergo.

12 Septima ratio, quia inter agentem, & patientem diſtinctum eſt officium, ſeu functio, itaut actio, & paſsio ſtare non poſsint in eodem ſubiecto, per ea, quæ ſcripſi infra gl. 10. num. 2. ſed iudicans habet vim agentis, & iudicatus vim patientis: ergo non poteſt idem eſſe iudicans, & iudicatus, per ea, quæ ſcripſi ſupra q. 1. num. 8. verſ. ratio, & ita intelligo, quod ſcribit Abb. in cap. 12. cum veniſſent, num. 6. in fine, de iudic. dicens, quòd ideo

quis

quis non poteſt eſſe iudex in cauſa propria, in quantum iudicat de ſe ipſo, quia nemo poteſt ſibi ipſi imperare.

13 Octaua ratio, quia iuſtitia non eſt ad ſeipſum, ſed eſt ad alterum, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. ſub num. 89. in 1. inſpect. & §. 6. gl. 1. ſub num. 12. hęc enim eſt differentia inter iuſtitiam, & cæteras virtutes morales: quòd illa hominum mores componit in ordine ad alium; iſtæ verò in ordine ad ſeipſum, Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. q. 6. art. 2. verſ. ad quęſtionem. & latius. q. 2. art. 2. & dixi dicta gl. 1. ſub num. 12. & in mea deciſ. .. laurentius. in fine, in cauſ. Garfagn. lun. 20. Decembris 1621.

14 Verum eſt aduertendum, quòd non per hoc, quia iuſtitia hominum mores componat in ordine ad alium, excluditur, vt eoſdem non habeat compoſitos in ordine ad ſeipſam, imò hoc ipſo ſupponuntur compoſiti in ſeipſa, quia regula non rectificaret alia, ſi ipſa eſſet obliqua; prima igitur rectitudo debet eſſe in ſeipſa, per ea, quæ latè ſcripſi ſupra q. 1. num 6. 9. & ſeqq. illat. 2. vnde differentia remanet in hoc, quòd iuſtitia componit alienos mores, ſed in ſeipſa debet iam habere

15 compoſitos: † & proinde iuſtitia cæteris alijs virtutibus eſt excelſior, imò iuſtitia eſt virtutum pręclariſſima, & ipſa eſt omnis virtus, Ariſt. eth. lib. 6. & eius partes ſunt religio, pietas, gratia, vendicatio, obſeruantia, & veritas, Cic. Reth. lib. 2. & demum omnes virtutum ſpecies vno iuſtitiæ nomine continentur, Hier. ad Demetriadem.

16 Nona ratio eſt, quia ſi accuſator iudicaret accuſatum, iniquiſſimum eſſet iudicium, præſertim ſi inter eos eſſet odium, ſeu inimicitia capitalis: quid enim iniquius, quàm inimicum facere iudicem inimici? iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra gloſ. 1. q. 1. num. 250. in fine, ibi, & demum. & quid gratius, & amabilius dare quis poſſet inimico, quàm ſi ei ad impetendum, ideſt, iudicandum, & puniendum committeret, quem lædere fortè deſiderat? & ratio ipſa naturalis dictat, quòd iudices ſuſpecti, & inimici eſſe non debeant: abſit ergo ſemper, vt inimicus eligatur iudex, cap. 15. quod ſuſpecti. 3. q. 5.

17 Declara primo extendendo eandem regulam, & rationem illius, vt iudex debeat eſſe diſtinctus non ſolum ab initio, ſed etiam poſtea, hoc eſt, vt cauſa dicatur propria, non ſolum ea, quæ ab initio eſt propria, ſed etiam ea, quę poſtea fieret propria per aliquam acquiſitionem, puta titulo hæreditario, vt in l. 17. iulianus ait. ff. de iudic. Spec. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt. ſub num. 15. verſ. item ſi cauſa incipiat. lib. 1. fol. 9.

18 Declara ſecundo, vt cauſa dicatur propria etiam ſi non ſit propria in totum, ſed in parte, vt in ead. l. iulianus. hic enim valide procedit argumentum de parte ad totum, & è contra.

19 Declara tertio, vt dicatur propria etiam ſi non ſit propria principaliter, ſed ſolum ſecundario, vt pura, quia ſit fideiuſſor, ſeu teneatur de euictione, vel aliud ſimile damnum, ſeu incommodum poſſit pati, per ea, quæ ſcribunt Spec. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt. num. 15. in fine, verſ. item ſi cauſa. & num. 16. verſ. ſed numquid fideiuſſor. lib. 1. fol. 9. Franch. in cap. 36. poſtremo. ſub num. 20. cauſ. 30. & 31. Prępoſ. ſub num. 11. cauſ. 23. de appell. & Steph. Aufr. tract. de recuſ. iud. ſub num. 15. cauſ. 23. & ſub num. 39. cauſ. 76. fol. 356. tom. 3. par. 1.

Declara quarto, vt cauſa propria Epiſcopi, ſeu alterius Prælati, in qua propterea ipſe non poteſt eſſe iudex, dicatur illa, quę pertinet ad menſam Epiſcopalem, itaut redditus ſint ipſius Epiſcopi, Surd. conſ. 50. reuerendiſs. nu. 10. in fin. num. 11. & ſub nu. 18. verſ. quibus. lib. 1. cauſa verò non propria, in qua propterea poteſt iudicare, dicatur illa, quæ non pertinet ad menſam Epiſcopi, ſeu Prælati, ſed pertinet ad eccleſiam, late Surd. eod. conſ. 50. num. 1. 2. & ſub num. 18. verſ. quibus. & pro tota hac declaratione adde quæ ſcripſi infra, num. 44. & 45.

20 Declara quinto extendendo generaliter, vt cauſa dicatur propria, quoties iudex non eſt perſona numero diſtincta, ſeu quoties quouis modo habet intereſſe in cauſa, ſiue ratione amoris, ſiue odij, ſiue timoris, aut quouis alio modo reddatur ſuſpectus, per ea, quæ dixi ſupra num. 6. & 10. in quarta, & quinta ratione.

21 Subdeclara primo hanc declarationem, vt iudex reddi poſſit ſuſpectus ex multis, & varijs cauſis, quarum 40. cumulauit Franch. in cap. 36. poſtremo. num. 20. vſque in finem, de appell. & 75. Præpoſ. ibidem ſub nu. 11. vſque in finem, & 93. conatus eſt coacervare Aufr. tract. de recuſ. iudic. tom. 3. par. 1. fol. 356. & multas ſine certo numero ante eos congeſſit Spec. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt. num. 1. & ſeqq. lib. 1. fol. 8. & ſeq.

Subdeclara ſecundo, vt ſuſpitio, militans contra

Digitized by Google

contra eum, qui iudicat in cauſa propria, ſit fortior alijs ſuſpitionibus, quæ oriuntur ex amicitia, conſanguinitate, odio, inimicitia, & ſimilibus, & ideo illa ſuſpitio differt ab iſtis, quia illa inhabilitat ipſo iure ad iudicādū, & facit, ſententiam eſſe nullam ipſo iure, Surd. conſ. 50. reuerendiſſimus. num. 26. verſus finem, lib. 1. & ſcripſi ſupra ſub num. 2. verſ. adeo iuxta. alię verò ſuſpitiones non inhabilitant ipſo iure, & ideo ſententia lata à iudice ſuſpecto, puta à patre in cauſa filij, eſt valida, niſi, propoſita recuſatione, fuerit declinata eius iuriſdictio, Surd. eod. conſ. 50. num. 25. in fine, & num. 26. initio, & in fine, & ſcripſi infra gl. 7. q. 3. limit. 2. num. 34. & copioſius, & formaliter de tota iſta ſubdeclaratione ſcripſi quæſt. ſeq. ibi vide.

Amplia eandem regulam, vt iudex debeat eſſe non ſolum numero diſtinctus ab actore, & reo, vt dixi ſupra num. 1. ſed debeat etiā eſſe diſtinctus à teſtibus, itaut ſicut non poteſt fungi vice actoris, vel rei, ita etiam non poſſit eſſe teſtis pro actore, vel reo, vt latè explicaui infra gl. 10. num. 25.

22 Limita primo nunc eandem regulam cum eius ratione, in qua diximus, neminem poſſe eſſe iudicem, & partem, vt non procedat, quando cauſę vtilitas nullatenus pertinet ad iudicem, ſed pertinet ad bonum publicum, vel ad aliquam perſonam miſerabilem, ſeu in caſu miſerabili, quia ſi tunc deficeret formaliter perſona, quę pro eis compareret, poſſet iudex pro eis procedere ex officio, vt in caſibus, de quibus ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 68. nu. 3. & ſeqq. & declaraui infra gl. 10. n. 8. & ſeqq.

Ratio eſt, quia licet in illis caſibus non appareat formaliter actor, ſeu reus; tamen in effectu, & rei veritate adſunt actor, & reus, & ad eos ſpectat commodum, & incommodum cauſę: vnde iudex nō dicitur procedere in cauſa propria, & conſequenter verè non dicitur iudex, & pars; & ſic iſta limitatio verè non diſcrepat à regula.

23 Limita ſecundo, vt non procedat in Imperatore, quia ipſe poteſt eſſe iudex in cauſa propria, vt argumento textus in l. 3. proxime. ff. de his que in teſtam. del. &c. notat ibi Apoſtil. & ſcribunt Gl. in cap. 12. cum veniſſent. in verbo, iudicari. de iudic. Franch. in cap. 61. cum ſpeciali. num. 32. q. 11. de appellat. Bal. in l. quamquam. verſ. denuo oppon. ſub num. 10. C. de ſent. quę ſin. cert. quant. Reſtaur. Caſtal. tract. de imper. q. 91. num. 1. & ſeqq. fol. 68. tom. 16. & ſcripſi in cap. ſeq. q. 16. limit. 1. ſub num. 9. & diſputando firmat Felyn. in dicto cap. cum veniſſent. ſub num. 5. verſ. ſed his non obſtantibus. & videtur probari ex l. 41. & hoc tyberius. ff. de hæred. inſtit. & confirmatur ex ſeq. limitatione.

24 Limita tertio, vt multò minus procedat in Papa; is enim poteſt eſſe iudex in cauſa propria, Gl. in dicto cap. cum veniſſent. in verbo, iudicari. Abb. ſub num. 6. Felyn. ſub num. 5. verſ. ſed iſtis. & Dec. ſub num. 29. & ſeqq. verſ. ſucceſſiue. de iudic. Reſt. Caſtal. dicta q. 91. ſub num. 2. & 3. & quòd ſit ſpecialiſſimum in Romano Pontifice, & Imperatore, quòd cognoſcant de cauſis, pertinentibus ad Eccleſiam, vel Imperium, easue alijs cognoſcendas committant, & honeſtum ſit, quòd eligant arbitros; & aliud ſit in Rege, quia ſimile priuilegium non habet, ſcribit Oldr. conſ. 124. quòd remiſſio. nu. 3. & ex eo ſequitur Surd. conſ. 50. reuerendiſſimus. ſub num. 9. & num. 27. in fine, & num. 28. lib. 1.

25 Ratio huius limitationis eſt, quia Papa habuit à Deo iſtam prærogatiuam, vt ab alijs iudicari non poſſit, ideoque ab eo abdicari non poteſt, cum ipſe ius diuinum tollere non poſſit, quia vniuerſalis ſtatus Eccleſiæ turbaretur, Dec. in cap. 10. eccleſia. num. 63. & 64. de conſtit.

Ratio huius rationis eſt, quia vnus debet eſſe ſuperior, & ſupremus Princeps tanquam vnum principium, vt dixi ſupra gl. 1. q. 1. nu. 112. 129. & 149. & ſeqq. quia alias eſſet dare proceſſum in infinitum: ſed hic ſuperior, & ſupremus non poteſt in hoc mundo eſſe alius, quàm Papa, quia is eſt Vicarius Chriſti, vt latè oſtendi dicta q. 1. num. 129. ergo nemo poteſt iudicare de Papa, quia eſſet ſupra Papam, cum iudicans debeat eſſe ſupra eum, quem iudicat; & ideo Papam non poſſe allegari ſuſpectum ſecutus ſum cap. ſeq. q. 16. limit. 1. num. 7. & ſeqq. & quod dico de Papa, poteſt conſiderari in Imperatore, per ea, quæ dixi ead. q. 1 num. 129. 147. & ſeqq.

26 † & hac ratione præſumimus ſemper, quòd Papa velit procedere ſecundum iuſtitiam, argumēto textus in cap. 1. diſt. 40. & in cap. 17.

27 & 18. cuncta per mundum. 9. q. 3. † & tantò magis, quia ſi procederet contra iuſtitiam, grauius hac ratione peccaret, & à Deo magis puniretur, quia, vt ſcribunt Gl. in cap. 14. aliorum. in verbo, formidinem. 9. q. 3. & ibi Apoſtil. & Ant. de Butr. in cap. 18. ſignificaſti. num. 10. in fine, verſ. nota tamen. de for.

for. competet. Papa ſi peccet, magis peccat: quia quantò maior creatur, tantò plus peccat;imò ſine venia puniri debet, ſicut diabolus, qui maximus comparatione aliorum creatus fuit, cap. 45. principium. de pœnit. diſt. 2. & ideo caueat ſibi,vt ſit diligens paterfamilias; alias væ animæ ſuę,& terribilius iudicabitur ipſe,quàm alius,vt ſcribunt Ant. de Butr. in dicto cap. 12. cum veniſſent. ſub num. 9. & Abb. ſub num. 8. de iudic. & apprimè faciunt quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §.1.q.7. par.2.ampl. 19. ſub num. 67. in ſecundo not. & §. 1. q. 1. num. 82. verſus finem.

28 Contra iſtam limitationem,& conſequenter multò magis contra præcedentem videntur obſtare multa.

Primo, quia Papa non poteſt plus quàm poſſit Deus, Felyn. in dicto cap. cum veniſſent. ſub num. 5. de iudic. vel, & melius, quia omnis Chriſti actio debet eſſe Papæ inſtructio, per ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 1. q. 1. num. 15. & in meo tract. de commerc. §. 1.
29 q. 1. num.42. † ſed Chiſtus in cauſa propria noluit eſſe teſtis, ſed voluit alterius, & euidens teſtimonium adhibere, Io. 5. num. 31. & ſeqq. *ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum, alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio quia verum eſt teſtimonium, quod perhibet de me: vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati: ego autem non ab homine teſtimonium accipio, ſed hæc dico, vt ſalui ſitis, ille erat lucerna ardens, & lucens: vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius: ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne, opera enim, quæ dedit mihi Pater, vt perficiam, ea ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me, & qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me*. hæcque auctoritas breuiter adducitur in cap. 4. in omni negotio. in fine, de teſtib. & act. Apoſtol. 1. ſub num. 8. *& eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Sammaria vſque ad vltimum terræ*. & iſtis & ſimilibus auctoritatibus, ad oſtendendum, quòd in cauſis laicorum prophanis, & in alijs, in quibus Papa non poteſt vti poteſtate abſoluta, non eſt litteris Papæ credendum in præiudicium aliorum, vtitur Abb. in cap. 28. cum à nobis. ſub num. 2. de teſtib. & adde quæ ſcripſi infra gl. 10. num. 22. declar. 5. Et licet iſtæ auctoritates loquantur non de iudice, ſed de teſte, tamen teſtis, & iudex in caſu, de quo loquimur, à pari procedunt, quia ita quis non poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, ſicut nec iudex: vnde Papa, qui debet imitari actiones Chriſti, non debet eſſe iudex in cauſa propria; ita argumentantur Felyn. in loco ſupra prox. citato, & Addit. ad Abb. in eod. cap. cum veniſſent. ſub num. 6. in verbo, in imperatore. in fine, de iudic. nam regimen humanum deriuatur à regimine diuino, & ipſum debet imitari, vt in fortioribus terminis ex S.Thom. 2.2.q. 10.art.11. verſ. reſpondeo. ſequutus ſum ſupra gl. 1. q. 1. ſub num. 199. verſ. nec contra.

30 Secundo, quia recuſatio iudicis eſt de iure naturali, vt dixi ſupra num. 10. in quinta ratione. Sed Papa in his, quæ ſunt iuris naturalis, non diſponit, tollendo, Felyn. & Addit. ad Abb. in locis ſupra proximè citatis.

31 Tertio, quia Papa non diſponit contra ſubſtantiam actus, Felyn. & Addit. ad Abb. vbi ſupra; ſed ſubſtantiale iudicij eſt, vt in eo interueniant tres perſonæ, vt dixi ſupra, num. 3. Ergo nec Imperator, nec Papa poſſunt eſſe iudices in cauſa propria, quia iudicium deficeret in ſubſtantialibus, Felyn. & Addit. ad Abb. vbi ſupra.

32 Quarto, quia licet Papa, & Imperator, vnus in iure canonico, & alter in iure ciuili dixiſſent, ſe poſſe eſſe iudices in cauſa propria; imò facto ipſo quandoq. in ea iudicaſſent; tamen eis non eſſe credendum, argumentantur Felyn. & Addit ad Abb. ſic etiam in alio propoſito ad Imperatoris aſſertionem reſpondet Oldr. quem retuli ſupra gloſ. 1. q. 1. ſub num. 138.

Quinto, quia ratio adducta pro limitatione, non videtur vrgere, per ea, quæ ſcripſi infra, num. 40. 41. & 50.

Obſtare etiam videntur ea, quæ contra hanc limitationem adducit Ant. de Butr. in dicto cap. cum veniſſent. num. 6. oppoſ. 2. quæ non aliter refero, poteris tu videre.

33 His non obſtantibus, Felyn. in dicto cap. cum veniſſent. ſub num. 5. verſ. ſed iſtis. firmat limitationem, & num. 6. reſpondet ad prædicta oppoſita.

34 Ad primum reſpondet, quòd Papa poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, vt in clem. 1. de probat. & ad auctoritatem in Io. reſpondet ex Aret. in cap. 28. cum à nobis. ſub num. 7. de teſtib. quòd Chriſtus allegauit teſtimonium patris, quia iudæi non recipiebant illum in Pontificem, & ſic erat tanquam priuatus.

Ad

35 Ad ſecundum reſpondet, quòd non per hoc, quòd recuſatio habeat in ſe rationem naturalem, ſequitur, quòd ſit de iure naturali; imò, inquit, Papa poteſt habilitare vnum ita, quòd non poſſit recuſari; de quo ſcripſi cap. ſeq. q. 16. limit. 1. num. 118. hancq; reſponſionem plenè aſtruit in cap. 5. cum inter. num. 8. in vltimis verbis, & num. 9. verſ. præterea illud. de except.

36 Ad tertium reſpondet, quòd illud eſt de iure poſitiuo, quod debeant eſſe tres perſonæ, & vlterius negat, quòd ſemper ſint tres perſonæ, vt patet, inquit, in iudicio inquiſitionis.

37 Verum iſtæ Felyni reſponſiones non ſunt tutæ, & ſingulis poſſet validè replicari, & præſertim huic vltimæ ad tertium, quæ omnino tollitur ex his, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 2. num. 5. & ſeqq. ſed, prætermiſſa longiori diſputatione venio ad ſolidiorem doctrinam, cuius diſtinctione ſedabimus contrarietates, & firmiorẽ habebimus reſolutionẽ: Diſtinguo ergo duas ſpecies cauſarũ. Prima ſpecies eſt cauſa ciuilis: Secunda eſt cauſa criminalis; Rurſus cauſa ciuilis, vel eſt cauſa, quæ principaliter tangit Papam, vt puta, quia ſit patrimonialis, cuius proprietas, & dominium pleno iure poteſt ſpectare ad Papam: vel non eſt patrimonialis, ſed ſolum poteſt reſpicere aliquod intereſſe Papæ ſecundarium, donec viuit, vt eſt quando agitur de iuribus alicuius Eccleſiæ: ſimiliter cauſa criminalis vel reſpicit delictum, commiſſum à Papa, vel reſpicit delictum commiſſum contra Papam.

Capio cauſam ciuilem patrimonialem, quæ pleno iure dominij pertinet ad Papm; & concludo, quòd Papa de abſoluta potentia poteſt eſſe iudex, & hoc ex ſuperioris defectu, Gloſ. in dicto cap. 12. cum veniſſent. in verbo, iudicari. & apertius Ant. de Butr. nu. 9. Abb. ſub num. 6. ibi, & dic concludendo. de iudic. & cum hac concluſione concordat in effectu Franch. in cap. 1. ſub num. 4. ibi, imò ſi volũt. de pœn. in 6. & nemo poteſt ei dicere, cur ita facis? vt habetur in Eccleſ. 8. num. 4. quod retuli in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. num. 39.

38 Extende hanc concluſionem, vt procedat etiam ſi tangat principaliter Papam non iure patrimonij, ſeu dominij, & proprietatis, ſed alio iure, vt puta, quia ſi dum creditur vxor tua mortua, tu elegeris in Papam, & conſecraris, & vxor tua te repetit, an ei reddendus ſis? vel ſi tu neges, eam eſſe tuam vxorem, apud quem fieri debeat hæc cognitio, cum Papa iudicari non poſſit, niſi de hæreſi? quærit Gl. in cap. 9. ſi quis pecunia. in verbo, non apoſtolicus. in fine, diſt. 79. & reſpondet, quòd ſi reuocetur in dubium, Papa non cogitur ſtare iudicio alicuius, imò, inquit, poteſt ipſe excipere, Dominus eſt, qui me iudicat, & ita ex Gloſ. ſequitur Abb. in dicto cap. cum veniſſent. ſub num. 6. de iudic.

39 Declara primo hanc concluſionem, vt Papa inquantum iudicat de ſeipſo, ſeu in cauſa propria, non poſſit propriè dici iudex, Abb. in dicto cap. cum veniſſent. num 6. in fine, tùm propter rationem, quam adduxi ſupra num. 12. in ſeptima ratione, tùm propter alias rationes præcedentes, & quòd non poſſit eſſe iudex in cauſa propria, dicit Card. Zabar. in cap. vnico. §. porrò. ſub num. 5. verſ. oppono. de iureiur. in clemenr.

40 Declara ſecundo, vt ex decentia, & honeſtate Papa talem cauſam deberet alteri delegare, Gl. in dicto cap. cum veniſſent. in verbo, iudicari. ibi, conſultius tamen, & honeſtius. Abb. ſub num. 6. ibi, ſed dic hoc procedere. & latius Dec. num. 33. & ſeqq. verſ. prædicta concluſio. de iudic. & quòd Papa de ordinaria poteſtate debeat alteri committere, ſcribit Ant. de Butr. in eod. cap. cum veniſſent. ſub num. 9. & quòd multi Pontifices delegauerint, ſcribit Reſt. Caſtal. tract. de imper. q. 91. num. 3. in fine,

41 Imò Papa debet arbitros eligere, Gloſ. 1. in cap. 1. 16. q. 6. & hoc de honeſtate, ſed ſi vult, poteſt alijs delegare, & ita ſeruatur de conſuetudine, quia Imperator cauſas ſuas, & Imperij facit tractari per procuratores ſuos, qui ſunt ab eo dati iudices, licet ipſi ſint ordinarij; & non apparet ratio, quare vitetur ſuſpitio, ſi ſunt ordinarij, & non euitetur, ſi ſint delegati, cum vtrique ſint ab eo dati, imò procuratores, tãquam magis familiares, magis debent haberi ſuſpecti, Innoc. in cap. 23. ex parte, num. 2. verſ. ſed ſi agatur. de verb. ſig. & ex eo referunt, & ſequi videntur Gemin. in cap. 1. nu. 7. ibi, ſi de papa. & Franch. ſub num. 4. ibi, ſi verò agatur de cauſis ciuilibus, de pœn. in 6.

Et licet quando dominus eſt ſuſpectus, non ſit confidens is, qui deputatur ab eo, & conſequenter ſicut non poteſt aliquis iudicare in cauſa propria, ita neq; poteſt deputatus ab eo, Surd. conſ. 47. primo aſpectu. num. 2. lib. 1. tamen hoc non procedit in Papa, neque in Imperatore, per ea, quę dixi inf. nu. 47.

Capio

Digitized by Google

42 Capio cauſam non patrimonialem, qualis eſt cauſa eccleſię; & in hac concludo, quòd Papa poteſt eſſe propriè iudex, Card. Zabar. in dicto §. porrò. ſub num. 5. verſ. oppono. Gemin. in cap. 1. ſub num. 7. ibi, aut cauſa non eſt priuata. & Franch. ſub num. 4. ibi, ſi verò cauſa non eſt ſua propria. de pœn. in 6. Abb. in dicto cap. 12. cum veniſſent. num. 7. in vltimis verbis, & num. 8. de iudic. etiam de poteſtate ordinaria, Ant. de Butr. ibidem, ſub num. 9. ibi, ſi autem in cauſa eccleſiæ, & quòd ratione Eccleſiæ Romanæ Papa potuerit inter ſe, & Imperatorem ius dicere, ſcribit Card. Zabar. in cap. vnico, ſub num. 5. de iureiur. in clemen. & ideo Papa Clemens VIII. ipſemet iure optimo cognouit, & executus eſt recuperationem ciuitatis Ferrariæ contra Sereniſs. Eſtenſem.

43 Ratio eſt, quia Papa in veritate non eſt dominus rerũ eccleſię; vnde ei nõ licet alienare bona eccleſiæ ſine cauſa, neq; locũ habet ſucceſſio in eccleſia Dei; & licet Papa, quãdo viuit, dicatur dominus, & poſſit adæquare quadrata rotundis, & omnia diſponere tanquam dominus, ſalua violentia fidei, Ant. de Butr. in dicto cap. cum veniſſent. ſub num. 9. & latius Abb. ibidem ſub num. 8. tamen, alienando bona eccleſię ſine cauſa rationabili, & honeſta, vt quia conſumit in turpes vſus, vel dat conſanguineis, vt eos diuites faciat præ alijs, vel vt conſtruat ſibi palatia, peccat mortaliter, in tantum quòd ſi Papa in hoc excederet notoriè, & eſſet incorrigibilis, cum poſſet ex hoc eccleſia ſcandalizari, poſſet de hoc accuſari in Concilio; ſed in dubio præſumendum eſt, quòd Papa faciat ex rationabili cauſa, vt hæc omnia, & plura refert, & ſequitur Abb. in loco ſupra proximè citato, & quòd Epiſcopus in caſu prædicto peccet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem, ſcribit S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 7.

44 Non obſtat, ſi contra hanc rationem dicas, quòd neque Prçlatus inferior eſt dominus rerum Eccleſiæ, ideoq; emolumentum, vel dammum ſpectat ad ſuam eccleſiam, & non ad ipſum, & conſequenter nõ dicitur iudex in cauſa propria, ſed potius procurator; & tamen, ſi ipſe velit eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, poſſit recuſari, eo quia, cum cauſa tangat eum in conſequentiam, & multò magis ſi ex ea viuat, & habeat liberam facultatem diſponendi, & valdè ęquum ſit, vt lites ſine ſuſpitione procedant, debet poſſe recuſari vti ſuſpectus, Ant. de Butr. in dicto cap. cum veniſſent. num. 10. Abb. ſub num. 9. ibi, dicit tamen. & ſub num. 10. & Dec. ſub num. 58. ibi, ſecundo reſtringitur. de iudic. & debet poſſe recuſari, tùm quia eſt ſponſus, vel filius eccleſiæ, tùm quia honor, & emolumentum conſecutiuè ipſum tangit, & ex his affectionem habet ad cauſam, Abb. in cap. 36. poſtremo. num. 6. in fine, Franch. ſub num. 13. q. 5. & Card. Alex. ſub num. 11. in 5. ſpecie, de appell. & hanc eſſe communem opin. teſtatur, & ſequitur Aufr. tract. de recuſ. iudic. num. 8. in quarta ſpecie, fol. 356. tom. 3. par. 1. & pro toto iſto non obſtaculo adde Surd. conſ. 50. reuerendiſſimus. nu. 16. in fine, num. 17. & 18. lib. 1.

45 Imò quando cauſa eccleſiæ pertinet omninò ad eccleſiam, & in ea non agitur de commodo, vel vtilitate Prçlati, tunc licet Prælatus poſſit in ea eſſe iudex, & iudicare, vt dicit Dec. in d. cap. cum veniſſent. num. 54. verſ. ſecundo regula. de iudic. & non inuenio, qui dixerit contrariũ, tamẽ adhuc Prçlatus poteſt recuſari, tãquã ſuſpectus, vt apertè ſentiunt Felyn. in d. cap. cum veniſſent. num. 7. verſ. prælatus in cauſa. Dec. ſupra citatus, iuncto num. 58. in ſecunda reſtrictione, & Surd. d. conſ. 50. ſub num. 18. & ſuaderur propter rationẽ affectionis, vt dixi hic ſupra, & nu. ſeq. ſed quando agitur de bonis, quæ ſunt de menſa Prælati, & agitur de proprio quæſtu bonorum, tunc Prælatus non ſolum poteſt recuſari, ſed neque poteſt eſſe iudex, quia eſſet iudex in cauſa propria, quod non poteſt, Dec. in eod. cap. cum veniſſent. num. 55. ibi, primo vt non habeat locum. ſicut enim tũc non poteſt auctorizare, quia videretur interponere auctoritatem in facto proprio, ita nec poteſt iudicare, Ant. de Butr. in dicto cap. cum veniſſent. num. 9. in fine, & Abb. ſub num. 9. ibi. item ſi cauſa ſpectat. de iudic. & latè Surd. dicto conſ. 50. num. 10. in fine, num. 11. & ſub num. 18. verſ. quibus. lib. 1. quem ſecutus ſum ſupra ſub num. 19. declar. 4.

Quamuis contra primum dictum Bal. in l. vnica, num. 3. verſ. iuxta prædicta. C. ne quis in ſua cauſa. formato caſu, quòd Epiſcopus Peruſinus moueret tibi litem de quibuſdam rebus, dicens, quòd illæ res ſunt emphyteoticæ Epiſcopatus Peruſij, & quòd ad eũ ſunt reuerſæ, & tu negares, & diceres, Epiſcopum non poſſe hoc cognoſcere, ſed debere agere contra te coram Archiepiſcopo, firmet, quòd Canoniſtæ communiter tenent,

quòd

Digitized by Google

quòd Epiſcopus Peruſinus erit iudex, quia non eſt cauſa perſonæ, ſed eccleſiæ, & vtilitas principaliter reſpicit eccleſiam, pro cuius Baldi dicto facit, quia ſolet attendi, quod principaliter agitur, non quod venit in conſequentiam, vt infra gl. 10. num. 48.

46 Addo amplius, quòd Prælatus non ſolum poteſt, vti ſuſpectus, recuſari in cauſa ſuæ eccleſiæ, ſed imò, ſi ipſe nomine illius eccleſiæ impetraret aliquem iudicem, qui eſſet ſuus conſanguineus, poſſet ille iudex impetratus recuſari, tanquam ſuſpectus, Ant. de Butr. in dicto cap. cum veniſſent. num. 10. & Abb. ſub num. 9. ibi, dicit tamen. de iudic. idem Abb. in cap. 36. poſtremo. num. 6. verſ. extra gl. Franch. num. 12. quæſt. 4. & Card. Alex. ſub num. 11. in quinta ſpecie, de appell. & Aufr. tract. de recuſ. iud. ſub num. 8. in quinta ſpecie, fol. 356. tom. 3. par. 1. & quòd conſanguineus Prelati poſſit recuſari in cauſa eccleſiæ, ſequitur Surd. dicto conſ. 50. ſub num. 16. verſ. poſtremo etiamſi. & ſub num. 21. verſ. tertio reſpondetur.

Quicquid in contrarium motiuauerit, & videatur tenuiſſe Spec. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt. num. 9. verſ. quid ſi prelatus. lib. 1. fol. 9. & Surd. dicto conſ. 50. ſub num. 1.

Quare ſi poteſt ille iudex recuſari, quia propter conſanguinitatem, quam habet cum Prælato eccleſiæ, præſumitur habere affectionem ad cauſam ratione ſanguinis, Prælatus ipſe vtique maiorem præſumitur habere affectionem, Abb. in d. cap. poſtremo. num. 6. verſus finem.

47 Quia his omnibus reſpondeo, quòd etſi prædicta ſint vera in Prelatis inferioribus, tamen illa ſuſpitio non conſideratur in Papa agente pro ſua eccleſia, & hoc eſt in Papa, tùm ex defectu ſuperioris, vt dixi ſup. n. 25. tùm ex ſanctitate vitæ, tùm quia in eo, qui eſt ſupra omnes, & tanquam Chriſtus, non conſideratur illa affectio ad commoda terreſtria, cum ei, vti Chriſti Vicario, omnes Principes obediant.

48 Capio cauſam criminalem, in qua agitur de delicto, commiſſo à Papa; & in hac concludo, quòd regulariter nemo poteſt cognoſcere, ſed cognoſcet, & iudicabit ipſemet Papa in cauſa propria, Innoc. in cap. 23. ex parte. num. 1. de verb. ſignif. Ant. de Butr. in cap. 12. cum veniſſent. num. 9. ibi, in cauſa delicti proprij. Abb. num. 7. verſ. in cauſa verò proprij delicti. de iudic. & non diſcrepat Dec. ibidem, num. 3. verſ. in primo. Gemin. in cap. 1. ſub num. 7. ibi, aut non agitur de rebus ciuilibus. & Franch. ſub num. 3. ibi, fallit in papa. de pœn. in 6. & ita ſcribunt communiter omnes.

Et practica, ſeu ſententiæ forma, qua Papa ſeipſum condemnaret, eſſet. *Ego talis Papa propter hoc ſcelus, quod infœlix commiſi, iudico me deponendum*. Ant. de Butr. in dicto cap. 12. cum veniſſent. ſub num. 9.

49 Reſtringe primo hanc concluſionem, vt non procedat in crimine hereſis, quia Papa poteſt de illo crimine accuſari, cap. 6. ſi papa. & ibi magiſtraliter Gloſ. in verbo, à fide deuius. diſt. 40. Ant. de Butr. in dicto cap. cum veniſſent. ſub num. 9. & Abb. ſub num. 7. & accuſatus poteſt iudicari à Concilio generali, quod eſt iudex competens contra Papam hæreticum, ſiue manifeſtum, ſiue occultum, ſi probari poſſit, Archid. in cap. in fidei. num. 1. & 2. Gemin. num. 3. & 4. & Franch. ſub num. 1. de hæret. in 6. Dec. in d. cap. 12. cum veniſſent. num. 37. & 39. verſ. ſecundo prædicta concluſio fallit. de iudic. alias enim confunderetur tota eccleſia, & periclitaretur generalis ſtatus eccleſiæ, & hanc eſſe communiorem opinionem ex Egid. refert, & ſequitur Card. Iacobat. tract. de concil. lib. 8. art. 1. ſub num. 13. & 25. tom. 13. par. 1. fol. 327. & 328.

Et de materia huius reſtrictionis, nempè quæ veniant ſub nomine hæreſis, à quo congregari poſſit concilium, & ſimilia videre poteris apud præfatos Doct.

50 Reſtringe ſecundo, vt non procedat de honeſtate, quia Papa etſi in alijs ſpeciebus delicti non poſſit ab alio iudicari, tamen de honeſtate deberet alteri delegare, vt eius innocentiam oſtendat, & ſe à crimine, quo infamatur, purget; & ita, plura Pontificum exempla adducendo, tenet Dec. in cap. 12. cum veniſſent. num. 33. verſ. prædicta concluſio. de iudic. quando enim mala fama de Pontifice, vel Prelato in lucem prodierit, expedit, quòd à ſuſpicione criminum liberetur, ne infirmorum corda percutiantur, & miniſterium vituperetur, per ea, quę adducit idem Dec. ibidem num. 35.

51 Capio cauſam criminalem, in qua agitur de delicto, commiſſo contra Papam; & concludo, quòd Papa poteſt eſſe iudex contra delinquentem, ſiue delictum ſit notorium, ſiue occultum, vt ex Innoc. ſequitur Abb. in dicto cap. cum veniſſent. num. 7. in fine,

ibi, ſi verò delictum de iudic. vide quæ ſcripſi infra num. 59. & 60.

52 Explica vlterius; dum diximus, quòd Papa in cauſa propria debet ex decentia, & honeſtate ſe ſupponere iudicio alterius, an poſſit ſe ſubijcere iuriſdictioni Imperatoris, vel alterius laici, ex his quæ ſcripſi infra gl. 7. quæſt. 3. limit. 1. num. 82. & ſeqq.

Abſoluta tertia limitatione, poſita ſupra num. 24. procedo ad reliquas.

53 Limita quarto eandem regulam, vt neque procedat in ijs, qui ſunt Papa, & Imperatore inferiores, ſed de facto non recognoſcunt ſuperiorem, vt ſunt aliquæ Ciuitates, quia iſti inferiores iudicant ipſimet cauſas ſuas, Bar. in l. vnica, num. 1. C. ne quis in ſua cauſa. Bal. in l. quanquam. num. 10. & 11. C. de ſent. quę ſin. cert. quant. dicens, quòd Ciuitates, quę viuunt in propria libertate, & abſolutè proprio regimine, poſſunt habere proprios iudices inter ſe & ſuos ſubditos, ſicut Cæſar dat proprium iudicem inter fiſcum, & priuatum; & ita concludit Felyn. in d. cap. 12. cum veniſſent. ſub num. 5. verſ. ſed iſtis non obſtantibus.

Quicquid dicant ij, quos retuli ſupra ſub nu. 24. dum ſcribunt, eſſe ſpecialiſſimum in Papa, & Imperatore.

54 Extende, declarando hanc limitationem, vt ſi agatur de re, ſpectante ad officium, & ad dignitatem, vt puta de pœna pecuniaria pro blaſphemia; vel de re, ſpectante ad introitum, & reditum illius dignitatis, vt de molendino, & ſimilibus; tunc iudicet ipſemet dominus, qui habet illam dignitatem, idest, iudices ordinarij, ſeu delegati ab ipſo domino, quamuis ille dominus ſit inferior, & recognoſcat ſuperiorem, vt ſunt iſti Barones fœudatarij, ſeu ſubfœudatarij: ſecus eſt ſi ageretur de re priuata extra officium, & dignitatem, vt puta quia dominus iniret aliquam ſocietatem pecuniariam, ſeu ſimilem, non coherentem officio, & dignitati, quia tunc diceretur cauſa omnino propria, quæ eſſet cognoſcenda coram ſuperiore illius Baronis; & cum hac declaratione intelligas, quod ex Bar. ſequitur Surd. conſ. 50. reuerendiſſimus. ſub num. 9. lib. 1. dicens, quòd Comites, & Barones non poſſunt cognoſcere de cauſis inter ſe, & eorum ſubditos.

Sublimita dupliciter hanc quartam limitationem ex duabus limitationibus, quas tradit Felyn. in dicto cap. 12. cum veniſſent. ſub num. 5. de iudic.

Limita quinto, vt non procedat, ſtante conſuetudine, vt dominus fœudi cognoſcat de cauſa propria fœudi inter ſe, & fœudatarium, per ea, quę adducunt, & ſequuntur Rol. à Vall. conſ. 89. etſi. num. 19. lib. 2. & Surd. conſ. 465. dubitabilis. ſub num. 3. verſ. prędicta. & num. 4. & ſeqq. lib. 4. quare licet de iure cauſa inter inueſtientem, & inueſtitum eſſet cognoſcenda inter Pares Curiæ, vt ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 8. ſub num. 92. verſ. ſecus. & verſ. ſeq. tamen conſuetudo poteſt derogare huic iuri.

Limita ſexto, vt non procedat, quando quis iudicat in cauſa propria de conſenſu partis aduerſæ, Surd. dicto conſ. 465. num. 10.

De Prælato, an poſſit eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, vide ſupra num. 44. & ſeqq.

55 Limita ſeptimo, vt non habeat locum, ſi iſtis inferioribus iuriſdictionem habentibus ſit facta iniuria, quia tunc poſſunt de ea cognoſcere; quare iudex poteſt cognoſcere de iniuria, ſibi illata intuitu dignitatis, vt ex Oldr. Bar. Salyc. & alijs, refert, & non impugnat Surd. dicto conſ. 50. ſub num. 1. & num. 17. & quòd ſi iſtis inferioribus ſit à ſubdito facta iniuria manifeſta, ſeu notoria, poſſint eam vindicare; & ideo iſte inferior, ſi ſit Prælatus, poſſit ſubditum excommunicare, & deponere, ſcribunt Innoc. in cap. 23. ex parte. num. 1. de verb. ſignif. Abb. in cap. 12. cum veniſſent. ſub num. 8. ibi, in inferiori. de iudic. dicens, quòd poteſt tunc procedere in facto proprio, quia tunc potius eſt executor iuris, quàm iudex, quia in facto notorio non fertur ſententia, vel ad minus, ſi fertur, non fit cum ſolemnitate, ſed exequitur iuris diſpoſitionem, Felyn. ibidem, num. 4. verſ. vtrum quis. & Dec. num. 48. verſ. prędicta concluſio. addens, quòd in facto notorio videtur ceſſare ratio ſuſpitionis.

56 Declara primo, iſtam limitationem procedere, quando pro illo facto notorio eſt impoſita pœna determinata; ſecus ſi ſit arbitraria, quia tunc arbitrando poſſet excedere modum, à cuius pœnę impoſitione propterea poteſt appellari, Abb. in d. cap. cum veniſſent. num. 8. in fine, & num. 9. Felyn. & Dec. ibidem in num. ſupra citatis.

57 Declara melius & vlterius ex his, quę ſcribunt Felyn. in eod. cap. cum veniſſent. ſub num. 4. & Dec. ſub num. 50. & 52.

De

58 De Poteſtate an & quando de iniuria, ſibi illata, poſſit cognoſcere, & punire, vide Oldrad. conſ. 7. quædam maledicta mulier. Bar. in l. vnica, & ibidem Bal. num. 2. & Salyc. num. 5. C. ne quis in ſua cauſa.

59 Contra hanc limitationem, eiusque declarationes, dum in eis dicimus, poſſe iudicem punire iniuriam, ſibi illatam, vrget, quòd nos exemplo Chriſti diſcere debemus noſtras iniurias magnanimiter ſuſtinere; Dei autem iniurias neque vſque ad auditum ſufferre, S. Io. Chryſoſt. quem ſequitur S. Thom. 2. 2. quæſt. 108. art. 1. num. 4. quare propriam iniuriam eatenus quis debet vlciſci, quatenus redundat in Deum, & in Eccleſiam, ſicut patet de Helia, qui fecit ignem deſcendere ſuper eos, qui venerant ad ipſum capiendum, & ſimiliter Hæliſeus maledixit pueris, eum irridentibus, & Syluester Papa excommunicauit eos, qui eum miſerunt in exilium; ſed quatenus iniuria illata pertinet ad propriam iniuriati perſonam, debet is eam patienter tolerare, ſi expediat, S. Thom. eod. art. 1. verſ. ad quartum. quem citat, & ſequitur Tiraq. tract. res inter alios acta, &c. verſ. & idem quoque de iudice. fol. 104. inferens ex relato exemplo Heliæ, & Hæliſei, quòd quis poteſt eſſe iudex in cauſa, quæ ad ipſum pertinet, ſolum in conſequentiam.

60 Hæc, quæ contra limitationem adduxi num. præcedenti, triplici indigent declaratione.

Prima declaratio eſt, quòd etſi priuatus non debeat pro malo reddere malum, vt diximus ſupra, & etiam, inſpecto iure humano, non poſſit inter partem, & partem fieri vindicatio; licet ſecus in remuneratorijs, in quibus ex virtute debent facere commutationem: tamen perſona publica, qualis eſt rector, & iudex, poteſt & debet vlciſci iniuriam factam priuato, vt in effectu explicat Caiet. ad S. Thom. d. art. 1.

Secunda declaratio eſt, quòd iudex, vlciſcendo propriam iniuriam, ſumitur in ea vltione pro perſona publica, & ita procedit limitatio, de qua ſupra num. 55.

Tertio eſſent declaranda, an, quando, & quomodo iniuria dicatur tendere in Deum, & in Eccleſiam, ſiquidem non fit alicui iniuria, quin offendatur Deus, & eius præceptum.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

Sententia lata à iudice ſuſpecto, non tamen allegato ſuſpecto, an & quando ſit nulla, num. 1. & ſeqq.

Iudex ſuſpectus, niſi allegetur ſuſpectus, & appelletur, ſi procedat, ſententia erit valida, ſub num. 1.

Fideiuſſor poteſt eſſe iudex in cauſa debitoris principalis, num. 2.

Iudex in cauſa propria nemo eſſe poteſt, &c. num. 4. Etiam ſi aduerſarius conſentiret, num. 5.

1 QVAERO octauò conſecutiuè ad præcedentem: an ſententia, lata à iudice in cauſa propria, ſeu in cauſa, in qua aliquo modo appareat intereſſatus, ſeu appaſſionatus, itaut ſit ſuſpectus, dicatur nulla, ſi pars eum antea non allegauerit ſuſpectum.

Diſtinguo duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando in cauſa interueniunt diſtinctè omnes perſonæ, ſubſtantiantes iudicium, videlicet actor, reus, & iudex, itaut cauſa verè ſpectet ad alium, quàm ad iudicem; & iſto caſu concludo, quòd ſententia eſt valida, quamuis ſit lata à iudice ſuſpecto, niſi fuerit allegatus ſuſpectus, & appellatum, ſi, non obſtante allegatione ſuſpitionis, voluerit procedere, per ea, quæ ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 101. num. 16. quæſt. 4. & cum hac concluſione, quòd ſententia teneat, niſi iudex recuſetur, quia verè iudex eſt, & habet iuriſdictionem, licet elidibilem per exceptionem, tranſeunt Abb. in cap. 12. cum veniſſent. in fine, num. 13. & ibi Addit. ad eum. de iudic. Dec. in cap. 17. cauſamquæ. nu. 11. & ſeqq. not. 3. & ſub nu. 17. ibi, circa primum. de offic. deleg. & Surd. quem ſecutus ſum quæſt. præced. ſub num. 21. ſubdeclar. 2.

2 Confirmatur hæc concluſio, quia quis poteſt eſſe iudex in ea cauſa, quæ ad illum pertinet ſolum in conſequentiam; vnde fideiuſſor poteſt eſſe iudex in cauſa rei principalis, & Prelatus in cauſa ſuæ eccleſiæ, in qua vertitur ipſius commodum, in quam-

dam conſequentiam, vt, citatis etiam locis ſacræ Scripturæ, ſequitur Tiraq. in tit. res inter alios acta. in prima limitatione, verſ. & idem quoque. fol. 104. quare tenet eius ſententia, niſi prius fuerit allegatus ſuſpectus, vt dixi hic ſupra.

3 Declara, reſtringendo iſtam concluſionem, vt non procedat, quando ipſemet iudex habet principale intereſſe in cauſa, itaut in effectu ſit iudex & pars; quamuis ſupponeretur forſan alia perſona, quia tunc erimus in ſequenti ſecundo caſu.

Secus quando habet aliquod intereſſe conſecutiuum, ſeu habet intereſſe ratione affectionis, vel odij, & ideo interueniunt verè tres perſonæ; quia tunc procedit iſte primus caſus.

4 Secundus caſus eſt, quando non interueniunt diſtinctè omnes prædictæ perſonæ, ſubſtantiantes iudicium, vt eſt quando iudex iudicat in cauſa propria: & iſto caſu concludo contrarium, videlicet, quòd cum non poſſit eſſe iudex, quia eſſet iudex in cauſa propria; ſententia non valet, C. ne quis in cauſa ſua. Abb. in d. cap. cum veniſſent. num. 12. verſ. ſed quæro an teneat. & ibidem ita reſidere videtur Dec. in vltimis verbis, & apertius in dicto cap. cauſam quæ. num. 11. in fine, in 3. notab. & num. 18. verſ. venio ad ſecundum. & tenet Surd. quem ſecutus ſum quæſt. præced. ſub num. 2. verſ. adeo iuxta. & ſub num. 21. ſubdecl. 2.

5 Extende hanc concluſionem, vt procedat etiam ſi aduerſarius conſentiret, quia pars non poteſt illum facere iudicem in cauſa propria, Abb. in dicto cap. 12. cum veniſſent. num. 12. & rubr. illa, C. ne quis in ſua cauſa. loquitur negatiue, quo caſu præceptum inducitur, & renunciari non poteſt, Dec. ibidem, num. 59. verſ. vltimo abbas concludit. & eſſe communem opinionem teſtatur, & ſequitur Surd. quem ſecutus ſum quæſt. præceden. ſub num. 2. verſ. adeo.

Non obſtat oppoſito, quam facit Dec. ibidem verſ. ſed tamen. dicens, quòd ſicut ſententia, lata à iudice non ſuo, valet, ſi iuriſdictio fuit in eum tacitè prorogata, ita à fortiori videtur valere, ſi ſit lata à proprio iudice in cauſa propria, ſi non fuerit oppoſitum, & multò magis ſi aduerſarius conſenſiſſet expreſſe, quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter.

Nam reſpondeo, prorogationem poſſe fieri de vno ente ad aliud ens ſimile, vt latè ſcripſi infra gloſ. 7. quæſt. 3. limit. 5. num. 15. & 16. ſed non de vno ente ad aliud ens diſſimile, per ea, quæ dixi dicta quæſt. 3. limit. 1. num. 100. & ſeqq. quantò ergo minus fieri poterit de non ente ad ens? quare non poteſt etiam ex tacita prorogatione quis fieri iudex in cauſa propria, quia cum deficiat vna perſona, quæ eſt de ſubſtantia iudicij, eſt non ens, quod, vt dixi, eſt improrogabile; ſecus eſt quando adſunt omnes perſonæ, ſubſtantiantes iudicium, ſed iudex vel caret iuriſdictione in aliqua cauſa, ſeu perſona, vel ſi eam habet, eſt elidibilis, quia tunc benè poteſt prorogari.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO IX.

SVMMARIVM.

Reus quomodo conſideretur vti prima perſona in iudicio, & actor, vti ſecunda, & iudex, vti tertia, ſub num. 1. Et quomodo iudex conſideretur, vti prima perſona, actor vti ſecunda, & reus vti tertia, num. 2.

1 QVAERO nono, cum ſupra in ſeptima quæſt. dixerim, iudicium conſtare ex tribus perſonis, actore, reo, & iudice; quæro nunc quis eorum in ordine iudicij ſit prior; an iudex, cum de eo prius egerimus?

Reſpondeo, diſtinguendo tres conſiderationes. Prima quarum eſt circa cauſam finalem iudicij. Secunda eſt circa cauſam eſſendi, ideſt, eſſentiæ iudicij: & in his duabus conſiderationibus concludo, reum eſſe primam perſonam in iudicio; actorem eſſe ſecundam; & Iudicem eſſe tertiam; quia cauſa eſt prior effectu: ſed cauſa finalis, ſeu impulſiua, propter quam fuit cauſatum, & inuentum iudicium, & propter quã conſtitui debuit iudex, fuit diſcordia: etenim, ſi non fuiſſet diſcordia, iudiciũ cõtentioſum nõ fuiſſet neceſſarium, & ceſſaret iuſtitiæ officium, quia, vt inquit Ariſt. ethic. lib. 8. cap. 1. nu. 5. *ſi ſint amici, iuſtitia non eſt opus*; quando autem, & quomodo inter homines cœperit diſcordia, ſcripſi in meo tract. de cõm. §. 1. q. 1. num.

num.

num. 49. & ſeqq. ſed prima perſona in diſcordia eſt reus,quia cum is alteri lędit, ſeu offendit, tunc oritur actor, & ſic reus eſt primus ad cauſandum iudiciũ, & ſucceſſiue offenſus, ſeu lęſus,qui vocatur actor, ſeu accuſatot, dum ſe inſtruit, & præparat ad iudicium,eſt ſecundus,& quia, facta præparatione, adit iudicem, certe iudex eſt tertius, & vltimus. Confirmatur hæc concluſio, quia, ſicut infirmitas eſt prior medicina; infirmus prior medico; malũ prius remedio;& ablatio prior reſtitutione, ita etiam contentio inter
2 actorem,& reum eſt prior iudice. † Tertia, conſideratio eſt circa cauſam formalem iudicij in foro: & in hac conſideratione concludo totum oppoſitum, videlicet, iudicem eſſe primam perſonam; actorem ſecundam, & reum tertiam;quia primo loco ponitur nomen, & dignitas iudicis; ſecundo nomen actoris, & tertio nomen ſeu,perſona rei, in hunc modum. Coram vobis, Domine Iudex,comparet talis contra talem, &c. vt patet ex formulis,quas tradunt Doct.à me citati ſupra lib.1. cap.50. num.37. in fine, & ex formula, quam ibidem eod. num. 37. initio poſuimus nos: & hunc etiam ordinem ſeruamus in prolatione ſententiæ, quia, vt in eius formula apparet, primo loco ponitur nomen iudicis, & deinde nomen actoris, & poſtremo nomen rei. Ratio huius concluſionis eſt, tum propter dignitatem, quia à digniori eſt inchoandum, tum quia licet actor, & reus agant inter ſe; tamen iudex agit in vtramque, & præſertim in ſententia; per ea, quę dixi ſupra q. 1. num. 8. verſ. ratio.

GLOS. IV. Iudex, &c.

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

Iudex an in ſententia exprimere debeat ſpeciem ſuæ iuriſdictionis.

1 QVAERO decimo,an iudex debeat inſentẽtia exprimere ex qua iuriſdictione ſit iudex, videlicet:ego N. iudex delegatus, ſeu ordinarius, ſubdelegatus, &c.

Reſp. quòd etſi Spec. in tit. de ſenten. & his, quæ ipſam ſequunt. §. qualiter. verſus finem, num. 16. verſ. primum.lib.2.fol.167. & Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. pat. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 47. & 53. in fine, fol. 439. videantur ſentire quòd ſic, & ita obſeruet vbique conſuetudo.

Tamen concludo, non eſſe neceſſarium, quia ſi non eſt neceſſarium, quòd exprimat, ſe eſſe iudicem, per ea, quæ dixi ſupra q. 4. ſub num. 1. multò minus eſt neceſſarium, quòd exprimat qualis ſit iudex; quia a quo poteſt remoueri ſubſtantia, poteſt in neceſſarium conſequens remoueri qualitas, ſeu à quo poteſt remoueri genus, poteſt remoueri ſpecies.

Ad Spec.Maran.& conſuetudinem reſpondeo,quòd non determinant,quòd iſta expreſſio ſit ita neceſſaria, vt ea omiſſa, ſententia eſſet nulla, & quando determinarent, determinationem non probant, & careret ratione.

Bene verum eſt, quòd eſt laudabilis expreſſio ad oſtendendum, quòd iudex non proceſſit,ignorata ſua iuriſdictione;ſiquidem ſententia eſſet nulla,quando iudex, ignorata iuriſdictione, proceſſiſſet, vt late dixi ſupra dicta q.4. num. 1. in fine,& num.2.quare videmus quòd omnes, & vbique ita ſeruant.

Cæterum, ſi quandoque contingeret, vt iudex ex negligentia, obliuione, aut alia parua circumſpectione omiſerit exprimere qualitatem ſuæ iuriſdictionis, cenſerem, non ex hoc vitiati ſententiam, dummodo aliunde conſtet de iudicis iuriſdictione in ea cauſa.

GLOS. V. Auditor, &c.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

Iudex, vt recte ſuum exerceat officium, tres debet habere conditiones, ſub num. 1.

Audire debet iudex æqualiter, & patienter vtramque partem, alias, &c. ſub num 1.

Cognoſcere diligenter, & mature debet audita, ibidem.

Auditor Rotæ ſignificat iudicem, num. 2.

Auditores Rotæ Florentinæ ſunt ſex,quos vocant etiam iudices conſilij iuſtitiæ, num.3.

Auditorum Rotæ Florentinæ iuriſdictio,ordo, & diuiſio, ſub eod. num.3. & ſeqq.

Appellationes quo ordine deuoluantur ad Auditores Rotæ Florentiæ, num.4. & ſeqq.

Deciſiones Florentinæ vocantur ibi motiua, & quare, num. 13.

1 QVAERO primo quid ſignificet,& ad quid ponantur alia verba ſequentia, *Auditor, cognitor, & deciſor?*

Reſpon. iſtis verbis laudabiliter commemorari tres iudicis partes, cumque per eas quaſi moneri quid agere debeat,dum iudicis fungitur officio.

Prima enim ipſius pars eſt, vt vtramque partem audiat, quia ad hunc effectum duę ei ſunt datæ aures, vnde ſi vtramq. partem non audiret, non iuſtè ſtatueret, etiam ſi iuſtum ſtatueret, per ea, quæ dixi ſupra lib. *1.* cap. 88. ſub num. 1. & ſicut æquales habet aures, ita etiam æqualiter audire debet tam diuitem, quàm pauperem,per ea, quæ dixi eod. lib. 1. cap. 90. ſub num. *1.* & debet patienter audire, prout fecit Alexander Magnus, de quo mentionem feci in eodem cap. 90. num. 1. in fine, in alia futura impreſſione: habet etiam duas aures, vt vna audiat factum, & alia ius; & plenè tàm in voce, quàm in ſcriptis, prout opus fuerit.

Secunda pars eſt, vt, vtraque parte plenè audita, diligenter, perſpicaciter, & maturè cognoſcat, iuxta exigentiam iuſtitiæ, quia ſi maturam cauſæ cognitionem non adhiberet, ſed pręcipitanter ſententiam ferret, nulliter iudicaret, per ea, quę dixi infra gl. *13.*

Tertia pars eſt, vt poſtea prudenter, & iuſtè decidat; & ſic erit verè, & propriè iudex; ſicque cum myſterio illa adduntur verba ad explicandum iudicem ex eo, quod facere debet; quod ſcitè monuit Nicodemus, relatus in Io. 7. in fine, num. 51. *numquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit?*

Ratio autem quare iuſtitia, bonitas, prudentia,& aliæ ſimiles partes,quę ſunt principales in iudice, & de quibus ſcripſi gl. præc. q. 1. taceantur,eſt,quia iſtæ aliæ partes denotant iudicis virtutē,& quia iudex ipſe loquitur in ſententia,non decet eius modeſtiā, vt proferantur eius ore. Vnde reprehendendę videntur quędam ſententiarum formulæ, in quibus Iusdicentes in dominio Florentino, aiunt, *Nos N. nobilis Patritius Florentinus, & digniſſimus Vicarius, &c.* ſecus eſt in prędictis tribus,quia non commemorant virtutem iudicis.

2 Pro vlteriori explicatione, & intelligentia duo ſunt aduertenda.

Primo eſt aduertendum, quòd etſi illud nomen Auditor, ſignificet ſolum actum audiendi; & ſic non totum iudicem; tamen ſi dicamus (Auditor Rotę) tunc in communi vſu ſignificat totum iudicem, itaut pars ponatur pro toto: in omnibus enim locis, in quibus eſt tribunal Rotę, iudices illius tribunalis dicuntur Auditores Rotę, vt in ciuitate Florentię, Genuę, Lucę, Ferrarię, Peruſij, & Bononię, poſſe autem poni partem pro toto, ſcripſi lib. pręced. cap. 4. num. 11. quare, quicquid alias de hoc nomine Auditoris ſcripſerint Doct. & nos poſt eos ſupra lib. 1. cap. 14. num. 7. dico, quòd ſecundum prędictum communem vſum ſignificat iudicem, qui talem,& tantam habet poteſtatem, quantam ei tribuunt Principes, Reſp. & leges municipales locorum: quam enim habeant facultatem Auditores Rotę Romanę, ſcripſi breuiter d. cap. 14. pręſertim in futura impreſſione.

3 In Ciuitate Florentię ſunt ſex Rotę Auditores, quos ad libitum vocant modo Iudices ſimpliciter,modo Rotę auditores,& modo Iudices Conſilij iuſtitię Ciuitatis Florentię; & licet horum ſex iudicum iuriſdictio,& ordo fuerint ſępe variati, vt patet ex conſtitutione Rotali, incipien. ſapendo li prefati. lata die 13. Maij 1532. tamen, omiſſis iuriſdictione, & ordine, quo antea iudicarunt, hodie & multis ab hinc annis duo ex eis ſunt iudices ordinarij, qui iudicant in prima inſtantia omnes cauſas inter Ciues, & habitatores Florentię, & etiam inter aduenas, quos in ea Ciuitate contingeret litigare; & habent inter ſe diuiſam iuriſdictionem per Quarteria: vnus enim iudicat cauſas Quarteriorum S. Spiritus, & Sanctæ †. & alius cauſas Quarteriorum S. Ioannis,& S. Marię Nouellæ:& ſub iſtis quatuor Quarterijs continentur omnia loca, terræ, & Ciuitates dominij Florentini,& iudicant alternatim, mutatis ſemeſtratim Quarterijs, itaut qui hoc ſemeſtri iudicat in Quarterijs S. Spiritus, & S. †. in ſequenti iudicet in Quarterijs S. Ioannis,& S. Marię Nouellę, & è conuerſo, qui iudicat in iſtis, iudicat poſtea in illis, & ita

4 circulatim de vno in aliud ſemeſtre. † Cauſas verò Ducatus, & totius dominij vertentes inter ſubditos extra Ciuitatem Florentiæ, cognoſcunt in prima appellatione; & ſic ſunt iudices primarum appellationum, inter-

interpoſitarum à ſententijs, latis per Ordinarios iudices locorum, cuiuſcunque dignitatis ſint; prout aduertit etiam Mandoſ. tract. de inhibit. quæſt. 72. num. 18. & 19.
5 tom. 5. fol. 102. † & à ſententia cuiuslibet horum duorum iudicum Quarteriorum poteſt appellari cum hac declaratione: ſi enim iudex Quarteriorum iudicat cauſam inter ciues Florentinos, ſeu habitantes in Ciuitate Florentiæ, appellatur ad Iudicem primarum appellationum, quia eſt prima appellatio, cum iudex Quarteriorum iudicet inter eos in prima inſtantia, vt dixi: ſi verò iudicat inter diſtrictuales, & comitatiuos extra Ciuitatem Florentiæ, & ſic in ſecunda inſtantia, tanquam iudex primarum appellationum à ſententijs, latis in dominio Florentino extra Ciuitatem Florentiæ, tunc vel confirmauit ſententiam, latam ab Ordinario, & non datur appellatio, quia duæ conformes faciunt rem iudicatam; vel infirmat, & tunc datur appellatio, quæ non deuoluitur ad iudicem primarum appellationum, quia à iudice primarum appellationum, qui eſt iudex Quarteriorum iam fuit cognita, ſed deuoluitur ad tres iudices, qui ſunt auditores ſecundarum appellationum: & ſic à iudicum Quarteriorum ſententijs quandoque appellatur ad iudicem primarum appellationum, & quandoque ad iudices ſecundarum appellationum, iuxta adductam diſtinctionem. Hæc autem quarteria, de quibus locutus ſum, quibusvè circumſcribuntur territorium, & loca ſubiecta horum duorum iudicum Quarteriorum iuriſdictioni, qualia ſint, ideſt quibus finibus terminentur; & an in his Quarterijs actor ſequatur forum rei, vel ſequatur ſuum, dixi in ſeq. gloſ. quæſt. 1.
6 num. 25. † Alius iudex dicitur Auditor primarum appellationum à ſententijs, quas in prima inſtantia ferunt præfati duo iudices Quarteriorum, & Iudex mercaturę in ſuo foro; & ab huius Auditoris primarum appellationum ſententijs appellatur hoc ordine, ſi enim confirmat ſententiam, fit res iudicata, vt dixi, & ideo non datur appellatio: ſi verò infirmat, appellatur ad eoſdem tres iudices ſecundarum appellationum.
7 † Sunt igitur hi alij tres Iudices, qui, vt patet ex prædictis, dicuntur Iudices ſecundarum appellationum, quia à ſententia infirmatoria in ſecunda inſtantia, ſiue ſit lata à iudice Quarteriorum inter Comitatiuos, ſiue à iudice primarum appellationum inter Ciues Florentinos, & habitatores in Ciuitate Florentiæ, appellatur ad iſtos; qui non iudicant ſeparatim, ſed ſimul & collegialiter, & propterea ſemper faciunt rem iudicatam, tum quia neceſſariò vnam infirmant, & aliam confirmant, & ſic ſunt duæ conformes, tum quia etiam ſi daretur caſus, vt pronuntiarent omninò diuerſum à prima & ſecunda ſententia, adhuc facerent rem iudicatam, quia duo ſaltem ex eis neceſſariò iudicant concorditer, & ſic ſuccedit res iudicata, de qua ſcripſi infra gl. 14. quæſt. 2. num. 46. illat. 3. Et ex his colliguntur hæ differentię inter hos iudices: prima differentia eſt, quòd iudices Quarteriorum iudicant in prima, & in ſecunda inſtantia: in prima enim iudicant cauſas, quæ mouentur inter Ciues Florentinos, & habitatores, vel aduenas, vt dixi, & in ſecunda iudicant cauſas appellationum à ſententijs, latis per alios officiales extra Ciuitatem Florentię: ſed Auditor primarum appellationum, & tres iudices ſecundarum appellationum nunquam iudicant in prima inſtantia: Secunda differentia eſt, quod licet etiam iudices Quarteriorum iudicent cauſas primarum appellationum, ſicut iudex primarum appellationum, tamen cauſæ ſunt diuerſę reſpectu perſonarum: tertia differentia eſt inter ipſos & Auditorem primarum appellationum, & tres iudices, quia iſti tres iudicant ſolùm ſecundas appellationes, vt dixi, illi verò ſolùm primas.

8 Ad horum trium iudicum iuriſdictionem pertinet cognoſcere de competentia, & incompetentia præfatorum iudicum, & Curiæ mercatorum, vt dixi gl. præced. q. 6. num. 56. verſ. confirmatur.

9 Horum ſex Auditorum Rotæ quolibet ſemeſtri vnus eligitur Prætor, itaut triennio expleto quilibet eorum fuerit ſemel Prætor per ſex menſes, & extrahitur ſorte à Clariſſimo Magiſtratu Conſiliariorum, & qui fuit, remanet extra vrnam.

10 Iuriſdictio horũ ſex Auditorũ nõ ſe extendit ad alias cauſas, quàm ad ciuiles, & mixtas, vt dixi gl. ſeq. n. 3. & 4. & omnes, vt dixi, dicũtur Auditores Rotæ, & præcedẽtia inter eos regulatur ab ætate, & non ab alio ordine.

11 Cauſæ ſecundarum appellationum, quæ iure ordinario deuoluuntur ad pręfatos tres iudices ſecundarum appellationum diſtribuuntur hoc ordine, vt ſi inter eos ſit Prætor, ipſe eas diſtribuat, Prætor enim ſemper diſtribuit cauſam, quando ipſe in ea collegialiter

ter

ter iudicat, quòd ſi Prætor inter eos non ſit, tunc ſenior diſtribuit, itaut diuiſio ſit numero æqualis, non enim conuenit, vt vnus prægrauetur, & alius exoneretur.

12 Cauſæ verò, quæ non iure ordinario deuoluuntur ad Rotam, ſed deuoluũtur per delegationẽ Sereniſs. Magni Ducis, vel per cõſultationẽ ad referendũ alicui Magiſtratui, vt cognoſcamus quibus Auditoribus ſint cõmiſſę, inſpiciẽda ſunt verba delegationis, ſeu Cõſultationis: nam ſi cauſa delegetur tribus iudicibus, illi tres iudices ſecundarum appellationũ cognoſcẽt, ſi delegetur Rotę; intelligitur delegara omnibus, excepto Auditore ptimarum appellationum; quòd ſi delegetur toti Rotæ, tunc intelligitur delegata omnibus ſex, nemine excepto, vt notauit eriam Mandoſ. dicta q. 72. ſub num. 19. fol. 102.

13 Et quilibet Auditor facit deciſionem de cauſa quam iudicat: tres autem iudices, qui collegialiter cognoſcunt de ſecundis appellationibus, faciunt etiam deciſionem collegialiter, cuiuslibet manu ptopria ſubſcriptam; hasque deciſiones vocant ibi motiua, huiusq. vocationis rationem reddit Mandoſ. tract. de inhibit. quæſt. 72. num. 20. tom. 5. fol. 102.

14 Et hęc omnia, quæ dixi de modo, & ordine appellandi ad prædictos auditores procedunt, niſi in aliquibus locis ſit per ſpeciale ptiuilegium, ſeu particularem conuentionem aliter prouiſum.

15 Secundo eſt aduertendum, quòd etſi præfata verba ſemper apponantur, tamen non ſunt neceſſaria, & ideo ſi omiſſa repetirentur, non vitiaretur ſententia; nam ſi non vitiaretur, omiſſa expreſſione iudicis, qui ſignificat totum, vt dixi gl. pręced. quæſt. 4. num. r. quãtò minus vitiaretur, omiſſa expreſſione eorum, quæ veluti partes poni ſolent ad exprimendum iudicem?

GLOS. V. Auditor, &c.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

Iudex quando in Curia Florentia dicatur functus officio, ſub num. 1.

1 QVAERO ſecundo quomodo ſeu quando iudex in curia Florentina dicatur functus officio ſuo in cauſa, coram eo mota.

Reſpon. quando appellatur in cauſa appellabili, tunc in ea cauſa ſe vlterius non ingerit, donec nouus non requiritur libellus; nã in Rota Florentina non deuenitur vnquam ad finalem, & vltimã negotij executionem, niſi pręuijs multis, & ſucceſſiuis iudicijs, quorũ quodlibet habet primam, & ſecundam inſtantiam, etiam ſi cauſa eſſet executiua vigore guarentigię, quia ſi pro ea fieret executiuè tenuta in bonis immobilibus contra tertium poſſeſſorem, debet poſtea pleno, & ordinario iudicio confirmari, vel infirmari, eaq. confirmata, eſt alio iudicio facienda datio in ſolutum; & demum alio iudicio eſt expediendũ brachium militare: & in vnoquoque iuſtorum iudiciorũ proceditur via ordinaria, admiſſa ſemper in quolibet appellatione vſque ad rem iudicatam; ſi verò tenuta ſit facta contra ipſum debitorem, tunc requiruntur alia duo pręd icta iudicia, nempè dationis in ſolutum, & brachij militaris cum inſtantijs appellationum, vt ſupra vſque ad rem iudicatam, prout latius pręd icta omnia explicauimus infra gl. 14. q. 11. num. 30. & ſeqq. & quolibet iſtorum iudicio expedito, & terminato, & dato libello ſuper alio iudicio, poteſt idem iudex in eo procedere.

GLOS. VI. Cauſarum, &c.

SVMMARIVM.

Cauſa nomen eſt generale, & quid ſignificet remiſſiuè, num. 1.
Cauſa ciuilis quæ dicatur, num. 2.
Cauſa mixta eſt duplex, num. 3.
Cauſa mixta participat de ciuili, & de criminali, num. 3.
Auditor Rotæ Florentinæ cognoſcit etiam cauſas mixtas, num. 4. 19. & 20. & 23. in quibus declaratur.
Iudex cauſarum ciuilium non cognoſcit cauſam, in qua pœna partim applicatur fiſco, & partim parti, num. 5.
Fiſcus in re communi habet prærogatiuam, num. 7.
Origo cauſæ attenditur, num. 8.

Eccle-

Eccleſiaſticus iudex, ſi dubitetur de iuriſdictione, præfertur iudici ſeculari, num. 9.

Cauſa dicitur criminalis etiam ſi pœna ſit pecuniaria, & tota applicaretur parti, dummodo procedat ex delicto, num. 10.

Cauſam eſſe criminalem vnde cognoſcamus, ſub num. 11.

Iuriſdictio criminalis quando, & quomodo extendatur ad ciuilem, num. 12. & 13.

Iuriſdictio ciuilis non poteſt ſe extendere ad criminalem, num. 12. in fine, & ſub nu. 13.

Iudex cauſarum ciuilium an poſſit torquere teſtem, & an poſſit punire teſtem falſum, num. 14. & ſeqq.

Damni dati cauſa ſpectat ad iudicem criminalem, ſi pœna ſit in totum, vel in partem applicanda fiſco, num. 17.

Cauſa dicitur criminalis quando agitur de delicto, quod infamat, etiam ſi pœna imponenda ſit pecuniaria, num. 18.

Prætor Rotæ Florentinæ eſt iudex etiam cauſarum damni dati, & turbatæ poſſeſſionis, & ab eius ſententia nõ appellatur, ſub n. 20.

Prætor Rotæ Florentinæ non cognoſcit de delicto, propter quod notarius notariatu, aut Doctor Doctoratu veniret priuandus, num. 21.

Iudex cauſarum mixtarum, quando cognoſcere poſſit, & quando non de cauſa, in qua pars pœnæ applicatur Fiſco, & pars parti, num. 23.

Iudex cauſarum ciuilium poteſt indiſtinctè cognoſcere de cauſa criminali, quando de ea agitur ſolum ciuiliter, num. 24. & 25.

1 QVAERO quid ſignificet nomen cauſæ?

Cauſę nomen hoc in loco eſt generale, quo ſignificatur omnis controuerſia, differentia, quęſtio, ſeu lis iudicialis, mota, & mouenda inter aliquos de aliqua re, ad noſtrum dominium, ſeu vſum pertinente: neque eſt aliquo modo neceſſarium, quòd hoc in loco plura de huius nominis ſignificatione referamus: cæterum de eius ſignificatione in terminis ſtatuti Florẽtini, cuius verba, & effectus conueniũt omnino cum verbis, & effectu ſententiæ, quã gloſſamus, multa nixus eſt dicere Aſin. in prax. iudic. initio, cap. 1. num. 1. & ſeqq. & nôs aliqua ſecundum varietatem materiæ, in qua verſati ſumus, ſcripſimus libris præcedentibus, nempè lib. 1. cap. 2. num. 19. & 22. cap. 8. num. 15. & lib. 2. cap. 1. num. 5. & latius, & diſtinctè cap. 2. num. 46. & ſeqq. & de iſtis ſingulis nominibus, lis, quæſtio, controuerſia, differentia, diſcordia, & ſimilibus, loquendo in materia compromiſſi faciendi, ſcripſimus eod. cap. 2. num. 38. & ſeqq.

2 Cauſa ciuilis quæ dicatur, ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 5. & ad eius differentiam, & maiorem cognitionem quæ dicatur cauſa criminalis, quævè hæreticalis, vide ibidem, cap. 6. & 7. præſertim in alia futura impreſſione.

3 Cauſa mixta conſideratur ex duplici mixtura.

Quædam enim dicitur mixta reſpectu fori eccleſiaſtici, & fori ſecularis, itaut vterque iudex poſſit de ea cognoſcere, & huiuſmodi cauſa dicitur cauſa mixti fori, & multę ſunt eiuſmodi cauſæ, ſeu caſus mixti fori, de quibus late ſcripſimus ſupra lib. 1. cap. 12. num. 14. & ſeqq. vbi poteris videre, & de hac cauſa mixti fori non eſt ſermo noſter.

Quædam verò dicitur mixta reſpectu criminis, & modi agendi; vnde eiuſmodi cauſa non eſt ſimpliciter ciuilis, neque ſimpliciter criminalis, ſed participat de vtraque, quia omnia, quę mixturam habent, neceſſario ſibi participant, & de hac cauſa mixta loquitur noſtra ſententia, & de ea poſſunt cognoſcere Auditores Rotæ Florentinæ.

Et quamuis hæc cauſa mixta ſemper oriatur ex delicto, ideſt crimine, & hac ratione ſit criminalis, quia alias, ſi deeſſet crimẽ, non poſſet dici criminalis, etiã ſi pro illius cauſæ facto impoſita eſſet pœna pecuniaria, applicanda Fiſco in totum, vt ſcripſi, & exemplificaui ſupra lib. 1. cap. 6. num 1. & an cauſa dicatur criminalis, quando deſcendit ex delicto, ſed pœna eſt pecuniaria, dixi ibidem num. 2. præſertim in alia futura impreſſione, & ſupra lib. 2. cap. 4. num. 10. 11. & 12.

Tamen eiuſmodi cauſam, orientem ex delicto, contingit, fieri mixtam, tàm ratione applicationis pœnę, quàm ratione actionis, ſeu modi agẽdi: Vel enim agitur ad pœnã, applicandã partim fiſco, & partim parti, & tunc fit mixta, quia quoad pœnam applicãdam fiſco, videtur criminalis, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 6. num. 1. quo verò ad pœnam applicandam parti, videtur ciuilis, & ideo dicitur mixta, Ant. de Butr. in rubr. ſub num. 1. de iudic. Iaſ. Inſtit. de action. initio, ſub num. 16. verſ. intellige tamen prædicta. Alex. conſ. 82. ſub num. 6. lib. 1. Affl. in conſtit. varietates. ſub num. 6. & ſeqq. lib. 3. rubr. de iniu-

iniurijs. Io. Ant. de Nigr. in capit. Regn. poſt cap. 235. in pragm. Regis Ferdinandi, num. 7. verſus finem, ibi, & ſi imponitur. fol 206. & ex Alex. M. Ant. Blanc. & Maran. ſecutus ſum lib. præced. cap. 2. num. 73. & ſeqq. Et quomodo tunc concludendum ſit in libello, refert, & ſequitur Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſtin. 1. num. 93. Vel agitur ad intereſſe priuatum ſolius partis, vt quia pars agit ſolum ciuiliter; & iſto etiam caſu dicitur mixta, quia reſpectu originis eſt criminalis, & reſpectu actionis, quæ intentatur, eſt ciuilis, Maran. dicta diſtinct. 1. ſub num. 94.

4 Auditor Rotę Florentinæ, vt ex præfatis ſententię verbis patet, facit ſe iudicem etiam cauſarum mixtarum, hancq. iuriſdictionem credit, ſe habere ex diſpoſitione ſtatutorum Ciuitatis Florētię, dum inſcriptio, ſeu titulus libri ſecūdi ſtatutorū habet, *Liber ſecūdus Domini Poteſtatis cauſarū ciuiliū*, & eius prima rubr. habet *De modo procedēdi in ciuilibus*, & nigrum poſt rubricam inquit, *ſtatuimus, quòd tempora cauſarum ciuilium, & mixtarum quarumcunque, ſint, & eſſe intelligantur ſexaginta dierum vtilium*, vnde cum ſtatutum in libro cauſarum ciuilium, pertinctium ad Dominum Poteſtatem, æquè diſponat de inſtantia cauſarum ciuilium, & de inſtantia cauſarum mixtarum, videtur eidem Poteſtati dare iuriſdictionem tàm in cauſis ciuilibus, quàm in cauſis mixtis, ſeu (quod verius credo) videtur explicare, quòd ſub nomine cauſarum ciuilium comprehenduntur cauſæ mixtę.

5 Verum ſi circumſcriberemus diſpoſitionem prędicti ſtatuti, orirctur difficultas, an Auditor Rotæ, ideſt, iudex ordinarius cauſarum ciuilium poſſet cognoſcere de cauſis mixtis: pro cuius difficultatis reſolutione conſidero tres caſus.

Primus caſus eſt, quando cauſa dicitur mixta, eo quòd pœna, quę imponitur pro delicto, eſt pecuniaria, & applicatur partim fiſco, & partim parti: & iſto caſu concludo, quòd iudex cauſarū criminalium debeat cognoſcere, & non iudex cauſarum ciuilium, quia in mixtis attenditur magis dignum, & illud attrahit, & non trahitur: ſed iudex criminalium eſt maior, & dignior, quia agit non ſolum de pœna, imponenda ad priuatam vtilitatem, ſed etiam de pœna imponenda ad publicam vtilitatem; imò de hac principaliter: ergo is eſt pręferendus; ergo coram eo agi debet, Alex. dicto conſ. 82. in cauſa. ſub num. 6. verſ. quoad ſecundum. ibi, ſecundo quia. & num. 7. lib. 1. quem in terminis iuris communis ſequuntur Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 1. ſub num. 94. ibi, ſecundo quia ex quo. fol. 67. & Io. Ant. de Nigr. in capit. Regn. poſt cap. 235. in pragm. Regis Ferdinandi, num. 10. & ſeqq. verſ. quęro dictum eſt. fol. 206. & hanc opinionem videtur tenere etiam Aff. in dicta conſtit. varietates. num. 6. in fine, lib. 3. dicens, vel dic melius, quòd non cognoſcat baiulus de iſta cauſa, quia iſta cauſa intentata deſcendit ex delicto, &c. & hanc eandem rationem ad excludēdum compromiſſum in cauſa mixta, ſecutus ſum lib. pręced. cap. 2. num. 74. & ego hanc opinionem vidi practicari, nec adhuc vidi, quòd iudices cauſarum ciuilium condemnent in pœnam applicandam fiſco.

6 Confirmatur primo hęc opinio, quia ſi eſſent conueniendi ſimul clericus, & laicus in cauſa connexa, & indiuidua, deberent omnes conueniri coram iudice eccleſiaſtico, tanquam magis digno, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 11. num. 24. pręſertim in alia futura impreſſione.

7 Confirmatur ſecundo, quia in re communi fiſcus habet prærogatiuam, vt refert, & ſequitur Maran. dicta diſt. 1. ſub num. 93.

8 Confirmatur tertio, quia hęc cauſa, inſpecta ſua origine, eſt criminalis, cum deſcendat ex crimine, & delicto, vt dicunt omnes: ſed cauſa originaria videtur magis inſpicienda.

9 Confirmatur quarto, quia vbi eſt dubium; an iuriſdictio, ſpectet ad vnum, vel ad alium iudicem, non vterque cognoſcit, ſed maior pręfertur; qua ratione, ſi ſimul concurrerent eccleſiaſticus, & ſecularis, & dubium eſſet ad quem iuriſdictio ſpectaret, pręferretur eccleſiaſticus, vti maior, Io Ant. de Nigr. vbi ſupra num. 12. fol. 206. ergo ſic dicendum in cauſa mixta, quia iudex cauſarum criminalium ratione publicę vtilitatis eſt dignior, vt dixi.

10 Non obſtat primo ſi dicatur, quòd ſi pœna ſit pecuniaria, cauſa dicitur ciuilis, etiam ſi illa pœna eſſet in totum applicanda fiſco, ſecundum vnam opin. quam retuli ſupra lib. 1. cap. 6. num. 2. ſi dicitur ciuilis, ergo iudex cauſarum ciuilium debet de ea cognoſcere.

Quia reſpon. quòd illa opinio non tenetur, quando pœna procedit ex delicto, vt patet ex dictis hìc ſupra.

Non

21 Non obſtat ſecundo ſi diceres, quòd cum in eiuſmodi cauſis, in quibus agitur de pœna pecuniaria, non inferatur tortura, per ea, quæ dixi lib. pręcedenti, cap. 9. num. 825. & ſeqq. in quibus declaraui; & ideo poſſit etiã in eis interuenire procurator, & in eis non requirantur probationes luce meridiana clariores; debet iudex ciuilis de eis poſſe cognoſcere, quia conueniunt omnino, aut ſaltem in præcipuis cum cauſis ciuilibus.

Quia reſpondeo, quòd nos cauſam criminalem metimur, non tantum à qualitate pœnæ, & qualitate probationum, quantum metimur à ſui ortu, an procedat à delicto, & ab applicatione pœnæ, an applicetur publicæ vtilitati ad publicam vindictam.

22 Nõ obſtat tertio ſi dicas, quòd iuriſdictio criminalis extenditur ad iuriſdictionem ciuilem, quando ciuilis venit acceſſoriè, in conſequentiã, & per conuexitatem; & proinde iudex cauſarum criminalium poteſt vna cum pœna criminali condemnare eundem reum ad commodum, & intereſſe partis, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 14. ſub num. 4. verſ. declaratur. & hoc eod. cap. gl. ſeq. q. 4. ſpec. 3. num. 80. & hoc eſt verum, dummodo prius condemnet criminaliter, quia alias, ſi condemnaret ſolum ciuiliter, condemnatio, & ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, vt ex Natt. Creſcen. & alijs ſecutus ſum ſupra dicto cap. 14. ſub num. 3. verſ. ſubdeclara. in alia futura impreſſione, & ratio quare eſſet nulla, eſt, quia acceſſorium non poteſt ſtare ſine ſuo principali, Natt. quem ſecutus ſum ibidem; neque poteſt hæc nullitas ſaluari, eo quòd reus dum ſe defendit coram iudice criminali, videatur eius iuriſdictionem prorogare; nam eſt aduertendũ, quòd iuriſdictio criminalis non poteſt prorogari ad ciuilem, Ant. de Butr. & alij, quos ſecutus ſum gl. ſeq. q. 3. limit. 1. num. 100. exempl. 5. & cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 3. num. 10. & ſupra dicto cap. 14. ſub num. 4. verſ. hæcq. concluſio. in alia futura impreſſione, & vlterius quando ſe defendit, ſe defendit in iudicio criminali, & ideo illa defenſio non trahitur ad defenſionem ciuilẽ, itaut ex ea poſſit colligi conſenſus tacitus prorogandi; ſicut igitur iuriſdictio criminalis extenditur, vt dixi, conſecutiue ad ciuilem; ita etiam iuriſdictio ciuilis debet extendi conſecutiuè ad criminalem.

23 Quia reſpon. quòd in iuriſdictione criminali extant duę rationes, ſeu cauſæ, vt poſſit conſecutiuè extendi ad iuriſdictionem ciuilem, quæ rationes nõ extant in iuriſdictione ciuili; Prima ratio eſt, quia, cum iuriſdictio criminalis ſit maior, dignior, ac principalior iuriſdictione ciuili, conuenit vt ipſa poſſit conſecutiuè attrahere, & non attrahatur, per ea, quę dixi ſupra ſub num. 5. ſicque iuriſdictio ciuilis poteſt ad criminalem ſtare veluti acceſſoria, ſed non è conuerſo. Secunda ratio eſt, quia condemnatio, quæ fertur pro pœna delicti, non fertur, niſi ex probationibus luce meridiana clarioribus, præſertim ſi ſit pœna ſanguinis, aut alias corporis afflictiua, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 63. ſub num. 1. verſ. verum circa. cap. 71. ſub num. 3. verſ. quid ergo. cap. 97. num. 170. & hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 17. limit. 48. ſub num. 3. vnde ſatis videtur tolerabile, quòd ex eiſdem probationibus poſſit ſequi condemnatio etiam reſpectu commodi, & intereſſe partis, quia nullum videtur Iuſtitiæ fieri præiudicium; nam ſi ex illis probationibus poteſt iuſtè deueniri ad condemnationem maiorem; multò iuſtius videtur poſſe deueniri ad condemnationem minorem illatiuam: ſecus autem eſt, quando condemnatio fit à iudice ciuili pro intereſſe ciuili, quia cum in eo ſufficiant probationes non luce meridiana clariores, non eſt iuſtum, & reputaretur inconueniens, vt ex illiſmet probationibus poſſit quaſi conſecutiuè, & acceſſoriè condemnari in pœnã mortis, vel aliam pœnam ſanguinis, per ea, quę dixi ſup. lib. 1. cap. 74. nu. 3. & cap. 75. n. 3. in fin. principij, & licet hęc ſecũda ratio videatur ceſſare, quando pœna delicti eſſet pecuniaria, tamen non ceſſat inconueniens, conſideratum ex ipſa ratione; ſicut etiã dicimus, quòd diſpoſitio legis vniuerſalis non ceſſat etiã in caſu, in quo ceſſaret ratio illius legis, per ea, quæ retuli in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 510. & 540. quod dictum, etſi poſſit eſſe in controuerſia, per ea, quæ ſcripſi ibidem, num. 511. tamen illa controuerſia ceſſat, quando, ſeruata etiam in illo caſu illa diſpoſitione, nullum fit illo caſu præiudicium iuſtitię, vt in caſu noſtro: ratio autem quare in cauſis criminalibus fuerit magis conſiderata pœna vltimi ſupplicij, & ſanguinis, quàm pœna pecuniaria, eſt, quia id eſt regulare, vt ſemper attendatur pars principalis, & dignior, & ab ea reguletur tota diſpoſitio, quando vna debeat eſſe diſpoſitio reſpiciẽs generaliter omnes partes;

idque

idque cóprobatur ex eo, quòd licet in cauſis capitabilibns maior debeatur reo defenſio, quàm in cauſis non capitalibus, quia vbi mains periculum, ibi cautius eſt agendum, vt in alio propoſito ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 87. num. 8. tamen lex, quæ mandat, vt reo in cauſa capitali aſſignentur tres dilationes, ſeruatur etiam ſi cauſa non ſit capitalis, ſed ſit pecuniaria, vt ſecutus ſum lib. præcedenti cap. 4. num. 10. & ſeqq.

14 Non obſtat quarto, ſi, quaſi replicando primę rationi huius reſponſionis dicas, quòd videmus, quòd iudex ciuilis, etiam ſi ſit delegatus ordinarij, poteſt torquere teſtes ad eruendam veritatem, ſecundum ea, quæ retuli lib. præced. cap. 9. num. 776. 777. & 859. & ſeqq. & quòd teſtes poſſint quandoque torqueri etiam in cauſis ciuilibus, cum illa tortura túc ſit ſimplicis iuriſdictionis ſecundum ea, quę dixi in eod. cap. 9. num. 654. 655. & latius num. 830. & ſeqq. & num. 854. & quòd imò iudex cauſarun ciuilium teſtem, qui coram eo depoſuiſſet falſum, poſſit incidenter, & conſecutiuè punire, ſaltem pœna extraordinaria, vt ex Bar. Iaſ. Vant, Menoch. & alijs retuli ſupra lib. 1. cap. 14. num. 2. præſertim in alia futura impreſſione, & quòd etiam iudex delegatus, præſertim ſi ſit delegatus Principis, poſſit punire teſtes, coram ſe falſum deponentes, ſecundum vnam opin. quam retuli dicto cap. 9. ſub nu. 806. 809. & ſeqq.

15 Quia reſp. quod, & ſi iudex cauſatum ciuiliũ poſſet forſan torquere teſtes ad eruendam veritatem, quia illa facultas torquendi reputatur ſimplicis iuriſdictionis, & cenſetur conceſſa, quando iudex aliter non poſſet explere ſuum munus, per regulam, quòd, aliquo conceſſo, intelliguntur conceſſa ea omnia, ſine quibus ad illud deueniri non poſſet, vt hæc omnia probantur ex locis citatis in obiectione, & eod. cap. 9. num. 861. & ſeqq. licet etiam probabilis ſit illa opinio, vt iudex cauſarum ciuilium poſſit punire teſtes, qui coram ſe deponunt falſum.

Tamen reſpondeo ſingulis: Ad primum de torquendo teſtem ad eruẽdam veritatem, dico, illud poſſe admitti ea ratione, quòd iudex ſine tortura non poſſet explere munus ſibi iniunctum; quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, quia iudici cauſarum ciuilium non eſt iniunctum, quòd cognoſcat de cauſa pœnali ex delicto; & quando poſſet de ea cognoſcere quoad intereſſe ciuile partis, dico, quòd illud poteſt cognoſcere abſque eo, quòd condemnet ad pœnam applicandam Fiſco. Ad aliud de puniendo teſtem, deponentem fallum; reſp. quòd illa opinio non eſt tuta, quia alia opinio tenet contrarium, vt retuli eod. cap. 9. n. 807. ſiquidẽ in ea controuerſia multę ſunt opiniones, quas retuli d. cap. 9. ſub n. 806. 807. 809. & ſeqq. & quòd iudex ſecularis non poſſit principaliter, neq; incidenter, neq; corporaliter, neq; pecuniariter punire teſtem, ſi ſit clericus, ſecutus ſum
16 ſupra lib. 1. cap. 14. ſub num. 3. † Vlterius reſp. omnibus prædictis, quòd, & ſi diſputando in puncto iuris, multa dici poſſent; tamen in praxi, & de conſuetudine, quæ eſt optima legum, & morum interpres, iudex ciuilis cognoſcit ſolum ciuiliter de falſitate, adhibendo, vel non adhibendo fidem teſtibus falſis, ſeu ſuſpectis de falſo, & nunquam eos torquet, & multò minus punit: & ideo in Rota Rom. nunquam reperies, quòd teſtis, ſuſpectus de falſo, fuerit de eius mandato tortus, neque falſus punitus: tortura enim, & punitio exercentur coram iudice criminali, coram quo teſtes poſſunt accuſari de falſo; &, accuſatione pendente, an iudex ciuilis debeat ſuperſedere, dixi gl. ſeq. q. 4. ſpec. 3. n. 84. & probata falſitate, producitur proceſſus falſitatis coram iudice ciuili, & ita practicatur vbique.

17 Firmata igitur concluſione, quòd iudex criminalis, & non ciuilis debeat cognoſcere de cauſa mixta.

Amplia primo eam, vt procedat etiam ſi ſit cauſa damni dati, pro qua ſit impoſita pœna, applicanda fiſco in totum, vel in parte, & pro hac ampliatione facit etiam, quod ſcripſi lib. præced. cap. 4. num. 10. in fine.

18 Amplia ſecundo, vt multò magis procedat, quando delictum, pro quo imponitur pœna pecuniaria, infamaret; quia tunc illa cauſa eò magis diſtaret à natura cauſæ ciuilis.

19 Limita eandem concluſionem, vt non procedat in Rota Florentina, quia illius Auditores, vel ex diſpoſitione ſtatutorum, de quibus ſupra num. 4. verſ. auditor. vel ex conſuetudine, quæ ita ſtatútum eſt interpretata, ſunt iudices etiam cauſarum mixtarum, vt dixi ſupra num. 3. & 4.

20 Declara hanc limitationem, vt quoad cauſas appellationum à ſententijs, latis per ordinarios locorum, procedat in quolibet Auditore, ad quem deferretur appellatio;

quia

quia poterit de ea cognoſcere per viam appellationis: ſecus quoad cauſas in prima inſtantia, quia cauſæ mixtæ in prima inſtantia cognoſcuntur ab vno ſolo ex dictis Auditoribus, qui eſt Prætor, de quo locutus ſum gl. præced. queſt.1.num.9.& 11. is enim tantum cognoſcit de cauſis damnorum datorum, de cauſis turbatæ poſſeſſionis, & ſimilibus, & à ſententia, per eum lata, non appellatur: & iudices ordinarij Quatteriorum de eiuſmodi cauſis in prima inſtantia non cognoſcunt, ſed ſolum in ſecunda per viam appellationis à ſententijs, latis per ordinarios locorum extra Ciuitatem Florentię, & quando illorum ordinariorum reuocant ſententias, ab eorum reuocatoria datur appellatio ad tres iudices Rotæ; vnde licet Pretor etiam hodie deferat in manu ſceptrum, & puer pręcedens deferat enſem, tamen ſceptri, & gladij exercitium non habet.

21 Quæro incidenter, ſi quis accuſaret notarium, vel Iuriſconſultum coram Prætore, vt remoueretur ab officio, ſeu priuaretur notariatu, vel doctoratu: nunquid Prætor poſſet cognoſcere, tanquam cauſa ſit ciuilis, vel ſaltem mixta?

Reſpondeo, ſuppoſito etiam, quòd ſuper hoc nō eſſet magiſtratus, qui haberet cognitionem priuatiuam; crederem adhuc, Prætorem non eſſe iudicem competentem; præſertim ſi ageretur ex aliquo delicto graui: vide tamen, quę de accuſatione contra clericum, vt propter aliquod crimen remoueatur à beneficio, vel degradetur, ſeu deponatur, ſcribunt Feder. de Senis, & Barb. quos citat, & ſequitur Io. Ant. de Nigr. in capit. Regni. poſt cap. 235. in pragmat. Regis Ferdinandi, num.13. fol. 206.

Expleto primo caſu, poſito ſupra ſub nu. 5. venio ad ſecundum.

22 Secundus caſus eſt; quando pœna, quę imponitur pro ſatisfactione Reip. eſt corporis afflictiua, vt puta, quia ſit pœna vltimi ſupplicij, ſeu aliter ſanguinis, vel ad triremes, ſeu relegationis, aut exilij; & pœna, quæ imponitur ad ſatisfactionem partis offenſæ, eſt pœna pecuniaria: & iſto caſu tātò magis eſt vera eadem concluſio, firmata in pręcedenti, quòd ſolus iudex criminalis eſt competens: & non inſiſto, quia ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt, ergo & de quo magis.

23 Amplia hanc concluſionem, vt procedat etiam in Rotæ Florentinæ Auditoribus, quia cauſa mixta, quæ ad eorum ſpectat iuriſdictionem, dicitur illa, cuius pœna eſt vnica, conſiſtens in numero, aut pondere, vel menſura, ideoq. inter fiſcum, & partem eſt proportionabiliter diuiſibilis, puta, quia eſt pœna 90. ſcutorum, cuius duæ partes pertinent ad fiſcum, & vna ad partem: ſecus ſi pœnæ ſint plures, & diuerſæ extra numerum, pondus, & menſuram, & ideo indiuiſibiles; puta quia pœna ad Reip. ſatisfactionem ſit inciſio manus, & pœna applicanda parti ſit ſcutorum decem, vel ſit emendatio damnorum, & intereſſe, quia eiuſmodi cauſa, ſiue dici poſſit mixta, ſiue non, vt eſt veritas, non poteſt cognoſci ab Auditoribus, ſeu alijs iudicibus, habentibus cognitionem cauſarum mixtarum: alias ſequeretur, quòd poſſent cognoſcere cauſas, & delicta furtorum, vulnerum, & homicidiorum, pro quibus furans, vulnerans, ſeu occidens tenetur etiam parti ad reſtitutionem, & emendationem damnorum, & intereſſe; & ſic confunderemus totam iuriſdictionem criminalem cum ciuili.

24 Tertius caſus eſt, quando pars offenſa, ſeu læſa agit ciuiliter ſolum pro ſuo intereſſe: & iſto caſu concludo indiſtinctè, quòd iudex cauſarum ciuilium poteſt de illo cognoſcere, & iudicare; quamuis illud intereſſe debeatur ex delicto, quantumuis graui, puta propter homicidium: & iſte caſus erit etiam veluti limitatio duorum pręcedētium: & ratio eſt, quia iudex ciuilis cognoſcit cauſas ciuiles, & cauſas criminales ciuiliter motas, vt dixi ſupra lib.1.cap.14. num.1. vnde licet de cauſa criminali non poſſit fieri compromiſſum, l. non diſtinguemus. §. iulianus. & ibi Bar. & Bal. ff. de recept. arbitr. Paul. de Caſtr. Lanfr. de Orian. & alij, quos ſecutus ſum lib. præced. cap.2.num.66.& 67. tamen poteſt fieri, ſi de cauſa criminali agatur ciuiliter, Bar. Lanfr. & alij, quos ſecutus ſum eod. cap.2.num.80. ſi de ea poteſt agi coram arbitro, ergo multò magis coram iudice cauſarum ciuilium.

25 Confirmatur vlterius hæc concluſio, quia ſi quis agat de adulterio, non ad pœnam legalem imponendam, ſed ad ſeparationem thori, vel vt mulier propter adulterium priuetur dote, vel donatione propter nuptias; vel ſi de furto agatur, non criminaliter ad puniendum, ſed vt reſtituatur res furata, & ſic de ſimilibus; eiuſmodi cauſæ dicuntur ciuiles, & ſpectant ad iudicem cauſarum ciuilium, quamuis eiuſmodi cauſæ dici poſſent mixtæ, argum. textus in cap.5. tuæ fraterni-

ternitati. verſus finem, de procur. & ibi Io. Andr. ſub num.6. in verbo, mixta. & explicitè Io. Ant. de Nigr. in capit. Regni, poſt cap. 235. in pragm. Regis Ferdinandi, ſub num. 13. verſ. quæro pro declaratione. fol.206.

GLOS. VII. Quarteriorum, &c.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

Quarteria, quibus diſtinguitur iuriſdictio Auditorum Rotæ Florentinæ, quot & quæ ſint, num. 1.

Quarteriorum quare fiat mentio in ſententia, num.5.

Quarteriorum etiam non facta mentione, ſententia tenet, num.5.

Competentiæ, & incompetentiæ iudicis tractatus habet materiam vtilem, neceſſariam, copioſam, & difficilem, ſub num.6.

Competentem iudicem adire debet, qui vult litem mouere, ſub num. 6. 7. 10. & ſeqq.

Pilati iudicio Chriſtus propria ſponte ſe ſubmiſit, num.8.

Incompetens ſi fuerit iudex, totus proceſſus, & ſententia erunt ipſo iure nulli, num.10.

Iuriſdictio eſt fundamentum totius proceſſus, ibidem.

Iuriſdictio tàm in fabricando proceſſum, quàm in deſtruendo eum in primis quærenda eſt, num.11.

Perſonæ, interuenientes in iudicio, primum quærendæ, & legitimandæ ſunt, num.12.

Nullitas procedens ex defectu iuriſdictionis, eſt inſanabilis, num. 13.

Commiſſio ſanatoria nullitatum non ſeruit, ſi nullitas ſit ex defectu iuriſdictionis, ibidem, & num.15.

Nullitas an, & quando ſanetur in Signatura gratiæ, num.16. & ſeqq.

Errans non conſentit, ſub num.18.

Princeps non ſupplet defectum conſenſus, neque actum, in quo deficit ſubſtantia actus, ſub num.18.

Nullitas ex defectu iuriſdictionis non dicitur excluſa per ſtatutum excluſiuum omnium quarumcumque exceptionum, num. 20. & ſeqq.

Competentiam, & incompetentiam iudicis metimur ex perſona rei, & non ex perſona actoris, num. 24. Reſtringitur primò hoc dictum, vt non procedat in Rota Florentina, num. 25. Reſtringitur ſecundo, vt non procedat in iudicio iactationis, num. 26. Sed hæc reſtrictio non procedit in Curia Florentina, num.27.

Competentia iudicis poteſt oriri ex omnibus illis cauſis, & rationibus, ob quas quis poteſt forum ſortiri, & quot ſint hæ cauſæ, recenſentur ſummatim, & remiſſiue, num. 28. Hæc tamen cauſarum multitudo reprehenditur, num.29.

Prorogationis materia eſt pulchra, lata, & à Doct. confuſa, num. 31.

1 QVAERO primo, quid ſibi velint illa verba, *Quarteriorum*, &c.

Tria pro horum verborum intelligentia breuiter præmitto.

Primo, quòd aliquibus in locis iudices habent diuiſam iuriſdictionem per quarteria, prout habent duo iudices, ſeu Auditores Rotæ Florentinæ, coram quibus aguntur cauſæ, & lites Ciuium Florentinorum in prima inſtantia, & cauſæ Comitatiuorum in ſecunda, vt dixi ſupra gloſ.5. q.1.num. 3. & 4. & ad diuidendam inter eos iuriſdictionem, ſeu onus iudicandi, ſunt ex tota Ciuitate, & vniuerſo illius Comitatu, cōprehenſis etiā Piſis, Piſtorio, & alijs Ciuitatibus, conſtituta quatuor Quarteria, quorum duo intelliguntur eſſe ſub iuriſdictione vnius, & alia duo ſub iuriſdictione alterius, vt dixi ſub dicto num.3. & 4. alij verò quatuor appellationum iudices, ſeu Auditores habent iuriſdictionem vniuerſalem ſine hac Quarteriorum diſtinctione.

2 Secundo præmitto, quòd hæc quatuor Quarteria in Ciuitate Florentiæ vocantur Quarteria Sancti Spiritus, Sanctæ †, Sanctę Marię Nouellę, & Sancti Ioannis, quia ſic vocantur Eccleſię, ex quarum locis, & diſtantijs ſunt deſumpta pręfata Quarteria; & de diſtinctione horũ Quarteriorum nõ intra Ciuitatem Florentię, ſed extra Ciuitatem vidi conſtitutionem Rotalem, incipien. (ſapendo li prefati.) S. in prima. latam die 13. Maij 1532. in qua hęc inter alia leguntur verba, *(eſſendo la Città ben diſtinta dentro ne i ſuoi Quartieri, (ma non fuori nel dominio; & volendo ben chiarire li Quartieri del domi-*

Digitized by Google

dominio, approuorno la diſtintione, uſata ſin quà, cioè, che li doi Quartieri di S. Spirito, & Santa † fuori della Città s'intenda, & ſia tutto il paeſe del dominio Fiorentino, ch'è di là d'Arno, & gl'altri doi Quartieri, cioè S. Maria Nouella, & S. Giouanni s'intenda, & ſia tutto il paeſe di quà d'Arno.

Et dichiararono, & ordinarono al prefato effetto, che tutto il detto paeſe di là d'Arno, ſi diſtingua in queſto modo; che tutto il Vicariato di Certaldo con il diſtretto del paeſe dal detto Vicariato in giù, come girano con il dominio di Firenze, & confini di Siena, & di Piombino, & la marina inſino alla foce d'Arno, s'intenda eſſere, & ſia Quartiero di Santo Spirito, & tutto il reſtante di là d'Arno da detto Vicariato di Certaldo in sù verſo il Valdarno di ſopra, con la giuriſdittione di Montepulciano, Cortona, & Arezzo, con tutto il Capitanato del Borgo, & Vicariato della Pieue à Santo Stefano, & d'Anghiari in quanto s'eſtende la giuriſdittione di detto Vicariato d'Anghiari verſo Arno, ò inſino ad Arno, s'intenda il Quartiere di Santa †.

Quarteria S. Spiritus, & S. †

Et diuidendo poi tutto il paeſe di quà d'Arno da Firenze in giù verſo Piſa, Pietra Santa, Valdinieuole, & Peſcia, inſino al Vicariato di Firenzuola, & Scarparia, laſciandone però di fuori di queſto circolo li detti doi Vicariati, s'intenda eſſere, & ſia il Quartiero di S. Maria Nouella, & poi tutto il reſtante di quà d'Arno, pigliando li detti doi Vicariati di Firenzola, & Scarparia con Marradi, & Caſtrocaro, & Valdibagno con la Romagna, & Caſentino inſino alli detti Vicariati della Pieue, & d'Anghiari s'intenda eſſere, & ſia il Quartiere di S. Giouanni.

Quarteria S. Mariæ Nouellæ, & S. Ioannis.

3 Tota hęc declaratio pro his, qui præfatorum locorũ, & Vicariatuum clarã nõ habent notitiam, etſi videatur reddi obſcura, quia videretur neceſſarium, quòd volens intelligere hanc declarationem, ſciret in quo loco loci ſtaret is, qui declarauit, quando declarabat, quia, dum dicit ſimpliciter, *di quà d'Arno, & di là d'Arno*, & non aliter exprimit, difficile videtur intelligere, cum (hinc & illinc) rectè tunc intelligamus, quando ſcimus locum, in quo hæc duo aduerbia proferuntur; tamen nunquam audiui, neque vidi ſuper intellectu iſtius declarationis, & locorum in ea contentorum fuiſſe ortam controuerſiam, aut difficultatem: eſt enim res nota apud omnes cauſidicos illius Curię, & quantum ad ſciendum locum, in quo ſtarent ij, qui, declarando, loquebantur, non ignoratur, quia omnes conſtitutiones eduntur in Palatio veteri, vbi reſident Locumtenens, & Conſiliarij, dum exercent iuriſdictionem.

4 De iſtis Quarterijs non ad diſtinguendam Ciuitatem, & loca prædicta, ſed ad declarandum, quæ domus ſint populares, & quæ magnatum, qui tenentur cauere de non offendendo, &, cautione non pręſtita, intelliguntur banniti, loquuntur ſtat. Ciuitatis in tract. ordinamentorum iuſtitiæ, rubr. 32. per ſeptem capita.

5 Tertio pręmitto, quòd iſtorum Quarteriorum nomina exprimuntur in ſententijs ob duplicem effectum: Primus eſt, vt appareat, quòd iudex ſciuit ſuam iuriſdictionem, quia, niſi ſciuiſſet, oriretur difficultas, de qua ſupra gl. 4. q. 4. nu. 2. Secundus eſt, vt ex hac expreſſione appareat iudicis competentia.

Cæterum ſi hæc verba reperirentur omiſſa, ſententia non ex hoc vitiaretur, dummodo alias appareret de competentia, per ea, quæ dixi eadem quęſt. 4. num. 1.

6 His breuiter pręmiſſis, inſpectoque hoc tertio præmiſſo, conſequens eſt, vt de hac ipſa iudicis competentia, & incompetentia tractemus generatim pro omnibus locis: ad hunc enim tractatum nos nunc ducit tàm ordo verborum ſententiæ, quàm ordo perſonarum, interuenientium in iudicio: nam primus actus debet ſemper eſſe legitimatio iudicis, & prius in eum opponi, cum iſte ſit tectus ordo, vt ex Bal. & Felyn. ſecutus ſum infra num. 12. verſ. confirmatur. Vnde primam perſonam in iudicio formato eſſe iudicem diximus ſupra gl. 4. quęſt. 9. num. 2.

Habet in ſe iſte tractatus materiam non minus vtilem, & neceſſariam, quàm copioſam, & difficilem.

Eſt vtilis, & neceſſaria, quia ſi litigans, ignorata, ſeu neglecta competentia iudicis, litem coram non competenti iudice agat, geſta, & acta irreparabiliter ruunt, vt dixi infra num. 10. & ſeqq. & proinde victoriam, quam exanthlatis laboribus, & profuſis impenſis ſe tandem conſecutum gaudebat, mœſtus euaneſcentem videret; & tantæ proceſſus moli, quam tanto, & operoſo artificio conſtruxerat, vnius lapidis defectu ineuitabilem, ac miſerabilem videret imminere ruinam, quæ eo augeri ſolet, quòd quandoque actor ad inopiam redactus, & labore iam depreſſus, quod ſuum eſt, amplius

perſequi non poteſt, & reus non minus, quàm actor, defeſſus, quod eſt indebitum, coactè ſoluit.

Eſt copioſa, vt argumento nobis eſſe poteſt multitudo cauſarum, ſeu rationum, & caſuum, à quibus competentia oriri ſolet; de qua cauſarum multitudine compendioſè ſcripſimus inf. ſub nu. 28. eſt etiam difficilis, vt teſtantur Doctores citati infra num. 31.

7 Concludo igitur, accedendo ad hunc tractatum, quòd volens alicui mouere litem, debet in primis adire iudicem, qui ſit competens, & coram eo litigare, tot. tit. de iuriſd. omn. iud. ff. & C. & tot. tit. de for. competen. in Decretal. Spec. tit. de competen. iud. adit. & ſummatim ſcripſimus nos ſupra lib. 1. cap. 10. num. 1. & ſeqq. & præſertim ſub num. 4. & 5. & cap. 66. num. 2. & patet etiam ex his, quæ ſcripſi eodem lib. 1. cap. 11. num. 1. & ſeqq. & præſertim num. 49. & cap. 12. num. 1. & ſeqq.

Ratio huius concluſionis eſt, quia iudicium redditur in inuitum, & ideo qui iudicat, debet habere poteſtatem: omnis autem poteſtas reſidet apud Principem, vel Remp. vt dixi ſupra gloſ. 1. quæſt. 1. num. 147. & quæſt. ſeq. num. 1. & apud miniſtros, quos ſibi ad hoc eligunt: His ergo, tanquam capiti, ſeu toto ſubduntur Ciues, veluti membra, ſeu partes, & conſequenter alius, cui non ſubduntur, eos iudicare non poteſt, quia non eſſet iudex; & conſequenter diceretur incompetens, per ea, quæ ſcribunt S. Thom. 2. 2. quæſt. 67. art. 1. verſ. reſpondeo. & Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 4. art. 1. verſ. quæſtioni huic. fol. 447. competentia enim eſt proprietas, ſeu qualitas ſubſtantialis, & inſeparabilis à iudice, ſicut rationabilitas eſt inſeparabilis ab homine; & proinde ſicut valet dicere: eſt homo; ergo eſt rationalis: non eſt rationalis, ergo non eſt homo: ita etiam valet dicere: eſt iudex; ergo eſt competens: non eſt competens; ergo non eſt iudex.

Eligendi, conſtituendique ſunt iudices ſeparati, quia ſicut ex neceſſitate fuerunt diſtincta rerum dominia, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 56. ita etiam ex neceſſitate diſtinctæ & ſeparatę debent eſſe iuriſdictiones.

8 Contra hanc concluſionem, eiuſque rationem tria adducit argumenta Sot. dicta queſt. 4. art. 1. fol. 446. & ante eum S. Tho. 2. 2. queſt. 67. art. 1.

Primum, quòd Chriſtus, qui erat Rex Regum, & Dominus Dominãtium, & nulli erat creaturarum ſubiectus, Pilati iudicium pertulit; & tamen Pilatus de hoc reprehendi non ſolet, quòd iudicauerit non ſubditum, ſed quòd condemnauerit innocentem: ergo poteſt quis in non ſubditum ius dicere.

Secundum, quia non perhibetur, quòd Daniel eſſet iudex illorum duorum falſorum teſtium, quos iudicauit.

Tertium, quia ratione loci commiſſi delicti poteſt iudex illius loci condemnare delinquentem, qui alias ſibi non eſt ſubditus.

9 Retenta concluſione, quę apud Iureconſultos eſt adeò indubitabilis, vt aſſerere contrarium ſit apertè ſubuertere mundum; & neglectis propterea adductis argumentis, quia Iureconſulti illis reſpondere haberent pro ſuperfluo, quibus tamen reſpondent S. Thom. & Sot. in locis ſupra prox. citatis.

10 Amplia eandem concluſionem, vt in tantum adire debeat iudicem competentem, quòd ſi lis fuerit acta coram iudice incompetenti, totus proceſſus, & ſententia ex iuriſdictionis defectu erunt nulli, Io. de Graſs. in ſua arb. iud. in primo princip. ſub num. 1. tom. 3. par. 1. fol. 22. Staph. tract. ſuper commiſs. & litter. iuſt. verſ. in primis. num. 33. tom. 15. par. 1. fol. 292. Granar. ad prax. Veſtr. lib. 5. cap. 13. num. 15. in fine, fol. 116. & dixi dicto cap. 66. num. 1. & 2. & nullam eſſe ſententiam, ſi lata ſit à iudice incompetenti, ſeu à non ſuo iudice, ſcribunt Gl. in verbo, ſecundum. in fine, Inſtit. de obligat. & Spec. tit. de ſenten. §. iuxta. num. 4. verſ. item eſt nulla. lib. 2. fol. 171. & ipſo iure non valere, ſcribit idem Spec. eod. tit. de ſenten. §. ſequitur videre. nu. 3. in fine, & num. 4. verſ. item ferenda. fol. 165.

Ratio eſt euidens, quia iuriſdictio eſt baſis, & fundamentum totius proceſſus, &, ſublato fundamento, cętera ędificata corruunt, vt dixi eod. cap. 66. num. 1.

11 Infero ex hac ampliatione, quòd tam in fabricando proceſſum, quàm in deſtruendo fabricatum, iuriſdictio in primis eſt inueſtiganda, vt admonet Vant. tract. de nullit. rubr. de mod. & ordin. viden. proceſs. num. 1. tom. 4. fol. 373.

12 Confirmatur hæc illatio, quia ſicut in primis quærendum eſt de perſonis, ne alias eluſorium reddatur totum iudicium, vt declarando, & multipliciter extendendo, ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 17. & ſeqq.

Digitized by Google

& ſeqq. ita inter eas principaliter quærendum eſt de perſona iudicis, an habeat iuriſdictionem,per ea,quæ dixi hic ſupra & infra; quare primus actus debet ſemper eſſe legitimatio iudicis, & prius in eum opponi, cum iſte ſit rectus ordo, Bal.in l.vlt. num. 7. verſ. & per hoc. in fine, C. de iudic. quem ſequitur Felyn. in cap. 20. inter monaſterium. ſub num.4. de ſent. & re iudic.

13 Subamplia primo hanc ampliationem, vt nullitas, procedens à defectu iuriſdictionis, & ab incompetentia, ſit inſanabilis, Staph. tract. de commiſſ. & litter. iuſt. verſ. in primis. num. 33. tom. 15. par. 1. fol. 292. ex quo, & Sarnen. ſequitur Vant. tract. null. rubr. de null. ex defect. iuriſd.num.6.tom.4. fol. 386. & quòd commiſſio ſanatoria nullitatis proceſſus non ſeruiat, ſi defectus ſit in iuriſdictione,ſcribit (ſed corruptè legitur affirmatiuè in libro meo,) Veſtr. in prax.lib.5.

14 cap.13. num.4. verſ. idem dixero. † & quòd hi tres defectus,videlicet iuriſdictionis,citationis, & mandati, ſint veluti tres illæ infirmitates, inſanabiles; podagra, tabes, & lepra, quod de podagra ſcripſit etiam Ouid. 2. de Ponto, *ſoluere nodoſam neſcit medicina podagram*, & hęc refert Lud.Gomeſ.in compend. vtriuſque ſignat. verſ. iſti igitur tres defectus.

15 Subamplia ſecundo, vt procedat indiſtinctè, inſpecta iuſtitiæ Signatura, quia in ea non ſanantur nullitates, per ea, quæ dixi ſupra lib.1. cap.64. num.20.

16 Subamplia tertio, vt procedat, etiam inſpecta Signatura gratiæ, ſed cum diſtinctione. Aut enim ſignatura ſanat ſimpliciter nullitates proceſſus, ſeu ſententiæ, & tunc illa ſanatio, ſeu reſcriptum ſanatorium non videtur ſe extendere ad nullitatem, procedentem ex defectu iuriſdictionis, Staph. in loco ſupra proximè citato, & ſentit Vant. tract. de nullitt. rub. quis poſſ.dic. de nullit. ſub num. 36. verſ. & non tantum. & num. 37. fol. 376. quia ſicut quando fuit in totum omiſſa citatio, talis defectus eſt inſanabilis, Staph.d. tract. ſuper commiſſ. & litter. iuſt. num. 24. fol. 292. etiam ſi in proceſſu, ſeu priuilegio poſita eſſet clauſura, *ſupplentes ex plenitudine poteſtatis omnes defectus, ſi qui fortè interuenerunt*. quia intelligitur quoad defectus iuris poſitiui, & non ſuppler defectũ inhabilitatis perſonarũ,Staph.ibid.n.25. & 26. ita etiam quando omnino deficit iuriſdictio,nõ ſanatur eius defectus,quantũuis prægnantes eſſent clauſulæ ſanatoriæ,Staph.

17 dicto verſ.in primis. num. 35. fol.292. † Aut ſanat expreſſim nullitatẽ iuriſdictionis,vtẽdo plenitudine poteſtatis, & tunc difficile videtur dictum, quòd non ſanet, quia, vt in alio articulo dixit Rot.diuerſ.deciſ. 368.ſuit dubitatum.num.4. par. 1. quæſtio non debet eſſe ſuper potentia, ſed ſuper voluntate Papæ, vt enim ex Eccleſ. retuli in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par.2. ampl. 19. ſub num. 39. *ſermo illius poteſtate plenus eſt, nec dicere ei quiſquam poteſt cur ita facis?*

18 Contra hanc diſtinctionem, quòd enim procedat indiſtinctè, etiam inſpecta ſignatura gratiæ videtur ex pluribus ſuaderi argumentis. Primo quia Princeps, imò Eccleſia non poteſt ſupplere defectum cõſenſus,quod in alio propoſito ſcripſi dicta ampl. 19. ſub num. 67. ſubillat. 2. & in terminis noſtris dicit Staph. dicto tract. ſuper commiſſ.num. 28.& 29. fol.292. ſed vbi partes litigant coram iudice incompetenti, credentes eſſe competentem, errant, & qui errat, non conſentit, l. 2.ff.de iudic. & l. 15.ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iudic. Veſtr. in prax. libr. 5. cap. 13. num. 4. verſ. idem dixero. in fine: ergo Princeps non poteſt ſupplere defectum conſenſus, ſi non poteſt ſupplere; ergo remanet defectus iuriſdictionis. Secundo quia ſolemnitas iuriſdiſtionis nõ potuit coram alio iudice interuenire, Staph. dicto tract. de commiſſ. & lit. iuſt. num. 33. Tertio, & melius, quia non eſt iudex, qui caret iuriſdictione, & de intrinſeca ſubſtantia, & eſſentia iudicij requirũtur tres perſonæ, nempè, iudex, actor, & reus, vt dixi ſupra gl.4. q.7. num. 1. & 3. Sed Princeps non poteſt ſubſtantiæ defectum ſupplere, per ea, quæ dixi dicta ampl. 19.ſub num. 67. ſubillar. 2. poteſt enim Princeps ſanare defectum proceſſus, ſi tamen proceſſus exiſtat, item poteſt ſanare defectus actus, ſi actus exiſtat, ſecus ſi non exiſtanr, per ea, quæ de defectu citationis ſcribit Staph. vbi ſupra num.23. & 24. hancq. propoſitionem confirma ex his, quæ ſcripſi cap. ſeq. q. 19. tem. 1. concl. 5. ſub num. 43. verſ. ratio. & ſub num. 50. verſ. primus. Quarto poſſunt in argumentum adduci aliqua ex his, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 53. num. 30. 32. in fine, & 33.

19 Non recedas à diſtinctione, nam ſicut partes poſſunt ex poſt facto approbare ſententiam nullam, & habebit vim pacti, vt

dicit Abb. in cap.4.de cauſis. ſub num.8. de offic. & pot. iud. deleg. ita etiam Princeps poteſt,quod eſt nullum, quaſi de nouo facere, & nemo poteſt ei dicere, cur ita facis?

20 Subamplia quarto, vt procedat etiam ſi ſtatutum excludat omnes, & quaſcunque exceptiones, quia non comprehendit nullitatem prouenientem ex defectu iuriſdictionis, vide cap.ſeq.quæſt.19. remed.1. concl. 5. ſub num. 43. verſ. ratio. & ſub num. 50. verſ.primus. & ſupra lib.1.cap.66. ſub num. 1. & quæ ſcribit ad Veſtrij praxim Grauat. lib.5.cap.13.num.16.& 17.

21 Extende hanc ſubampliationem ex his, quę ſcripſi d.concl.5.num.44.& ſeqq.

22 Subamplia quinto, vt procedat etiamſi nullitas procedat ſolum ex defectu iuriſdictionis non protogatæ, cum potuiſſet prorogari, &, prorogata,ceſſaſſet defectus, per ea, quę latè explicaui quæſt.ſeq.num.2.& ſeqq.

23 Subamplia ſexto, vt ſententia, lata à non ſuo iudice, non poſſit rata haberi à ſuo iudice, & ita fieri valida, per ea, quæ ſcripſi infra quęſt.3.limit.1. num. 74. verſ. contrariam. & num.ſeqq. in quibus declaraui, & limitaui.

24 Declara primo nunc eandem concluſionem, poſitam ſupra num. 7. (dum dixi, adeundum eſſe iudicem competentem) vt iudex competens conſideretur non ex perſona actoris, ſed ex perſona rei, quia actor ſequitur forum rei, alias nulliter ageret, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 11. num. 49. & cap. 66. num. 2.

25 Reſtringe primo hanc declatationem, vt non procedat in Rota Florentina, quia ibi actor trahit reum, & non ipſe trahitur à reo, vnde actor non adit iudicem Quarterij, in quo habitat reus, quem vult conuenire, ſed adit iudicem Quarterij,in quo habitat ipſe actor, & ſic reus ſequitur forum actoris ex diſpoſitione ſtatutorum Ciuitatis Florentiæ, lib. 2. rubr. 1. forenſes tamen poſſunt agere in quo volunt Quarterio, & ſimiliter quando plures ſunt creditores habitantes in diuerſis Quarterijs,vt recenſet etiam Mandoſ. tract. de inhibit.quæſt. 72. num. 18. tom.5. fol. 102. & latius habetur in conſtitutione Rotali, incipien. ſapendo li magnifici, &c. à me citata ſupra num,2.

26 Reſtringe ſecundo, ſeu ſaltem ſubdeclara in iudicio diffamationum, iuxta l. diffamari. C. de ingen.& manum. quia diffamatus, qui agit contra diffamantem, reputatur reus, & diffamans, qui conuenitur, reputatur actor, inſpecta origine, à qua procedit cauſa, vt ex communi opin. ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap.34. ſub num.43. verſ.contrariam. & lib. 2. cap.8. ſub num. 179. verſ. comprobatur primo. & de materia dictæ l. diffamari. vide,quę ſcripſi dicto cap.34.num.32.& ſeqq. & in mea deciſ. mercur. 16. Iunij 1621. incipien. agebat. & qui dicatur comperens in examinandis teſtibus ad perpetuam rei memoriam, vide eod.cap. 8. num.176.& ſeqq. Et quòd fideiuſſor,qui habeat exceptionem, vt non conueniatur in totum, ſed fiat diuiſio inter alios confideiuſſores, itaut quilibet teneatur pro parte ſua, ſi omnes ſint ſoluendo, ſi propterea velit implorare officium iudicis, vt fiat diuiſio, poſſit adire iudicem, coram quo ipſe eſſet conueniendus à creditore, & ſic iudicem ipſius fideiuſſoris,vti rei, ſecutus ſum ſupra d. lib. 2. cap. 8. ſub num. 179. comprobat. 2. in alia futura impreſſione.

27 Subreſtringe hanc reſtrictionem, loquentem de actore, & reo in caſu diffamationum, & ſimilium, idest, limita illam communem opinionem, quæ tenet, quòd diffamatus debeat conuenire diffamantem coram proprio iudice, ac ſi,omiſſis diffamationibus, & illarum iudicio, diffamans ageret,& diffamatus conueniretur, limita, inquam, vt non debeat ſeruari in Curia Florentina, quia cum in ea ſint diuerſa Quarteria, & inuertatur ordo fori; quia reus ſequitur forum actoris; vt dixi ſupra num. 25.ſequitur, quòd inuerti debeat etiam illa communis opinio, & dari locus contrariæ opinioni, vt diffamatus conueniat diffamantem in Quarterio ipſius diffamantis, quia ſi diffamans debet reputari actor, & diffamatus reus, quamuis diffamatus agat, quia attenditur origo cauſæ, vt dixi,& in Curia Florentina actor agat coram iudice proprij Quarterij, & non coram iudice Quarterij rei conuenti, ſequitur,quòd ſicut diffamans, ſi ageret, conueniret coram iudice ſui Quarterij, ita etiam coram eo debeat illum conuenire diffamatus agens ſuper diffamationibus, cum diffamatus agens adhuc reputetur reus: & hęc ſunt notanda in Curia Florentina pro intellectu conſtitutionis Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ (ordine, & modo ſopra li libelli diffamatorij) latæ anno 1572. die 23. Ianuarij, dum iuxta prædictam communem opinionem diſponit, quòd diffamatio non peruertat compe-

ten-

tentiam fori, ſed intelligatur actor, qui ſine diffamatione eſſet verè actor: apparet enim quòd illa conſtitutio ſecuta eſt prædictam communem opinionem, licet prædicta opinio propter inuerſionem fori ſit inuertenda, vt dixi.

28 Declara ſecundo eandem concluſionem, poſitam ſupra num. 7. vt iudex poſſit eſſe competens in omnibus caſibus, in quibus conueniendus ex quauis cauſa ſortiretur forum illius iudicis: caſus autem, ſeu cauſæ, & rationes, ex quibus oriri poteſt iudicis competentia, non ſolum ſunt quatuor, vt arbitratur Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. quęſt. 4. verſ. quęſtioni. in fine, fol. 447. ſed ſunt longè plures; ſiquidem Mar. Socc. in rubr. à num. 1. vſque ad num. 118. incluſiuè, de for. compet. compendioſo, & alphabetico ordine, omiſſis litteris G. K. & Q. nixus eſt congerere 119. inchoando à littera A. quos caſus iuxta eius ordinem breuiter referam.

A. littera continentur nouem. Primo, Adminiſtrationis ratione; vnde inquit, argentarius in edendis rationibus, forum ſortitur, vbi adminiſtrauit. Secundo, Acceſſioritatis ratione. Tertio, Actionis ratione. Quarto, Adoptione. Quinto, Agricultura. Sexto, Adulterio. Septimo, Appellatione. Octauo, Artis ratione. Nono, Auctoritatis pręſtatione.

B. continentur duo. Primo, Baptiſmatis ratione. Secundo, Beneficij receptione.

C. continentur ſexdecim. Primo, Canonicæ regularis ratione. Secundo, Clericatus aſſumptione. Tertio, Cognitionis præcedentis ratione. Quarto, Coitus commiſſi cum clerico, vel moniali. Quinto, Communis patriæ ratione, qualis eſt Roma. Sexto, Compromiſſi ratione. Septimo, Conſenſus ratione. Octauo, Conſtitutione, qua quis eſt receptus in Ciuitate, vt ibi ſoluat munera. Nono, Conſuetudine. Decimo, Connexitatis ratione. Vndecimo, Contractus ratione. Duodecimo, Conuerſione ad religionem. Decimotertio, Conuentione, qua Ciuitas facit aliquem ciuem. Decimoquarto, Criminis perpetratione. Decimoquinto, Curſus temporis ratione, ſi quis aliquo in loco moram traxerit per decennium. Decimoſeptimo, Curatoris datione.

D. continentur decem. Primo, Delicti commiſſione. Secundo, Delegatione. Tertio, Defectu iudicis ſecularis, & è contra. Quarto, Decimarum ratione. Quinto, Denuntiatione euangelica. Sexto, Dignitatis aſſumptione. Septimo, Diſtractus ratione. Octauo, Domicilio. Nono, Dotis cauſa. Decimo, Dubietatis ratione.

E. continentur ſex. Primo, Electione alicuius in ciuem. Secundo, Emancipatione. Tertio, Emergentia. Quarto, Expoſitione partus. Quinto, Exercitio. Sexto, Exercitus cauſa.

F. continentur etiam ſex. Primo, Familiæ, ſeu familiaritatis ratione. Secundo, Filiatione. Tertio, Fœudi ratione. Quarto, Fideiuſſione. Quinto, Fidei ratione. Sexto, Fraternitatis ratione, quia ſit factus frater tertij ordinis.

H. continentur quinque. Primo, Habitus ratione. Secundo, Hæreditate. Tertio, Hæreſis. Quarto, Eremitatu. Quinto, Hoſpitalitatis cauſa.

I. continentur ſeptem. Primo, Ignorantia, quia clericus tacet ſe eſſe clericum. Secundo, Inchoatu. Tertio, Incidentis ratione. Quarto, Infidelitatis ratione. Quinto, Inuitatione, vt ſi iudex ſecularis inuitatur à iudice eccleſiaſtico. Sexto, Iuriſpatronatus. Septimo, Iuramenti ratione.

L. continentur tres. Primo, Legitimatione. Secundo, Legitimitatis cauſa. Tertio, Loci opportunitate.

M. continentur ſeptem. Primo, Manumiſſione. Secundo, Matrimonij ratione. Tertio, Matrimonialis cauſa. Quarto, Mercaturæ cauſa. Quinto, Militiæ ratione. Sexto, Moleſtiæ illatæ, Eccleſiæ ratione. Septimo, Mutatione ſtatus perſonæ, pendente iudicio.

N. continentur etiam ſex. Primo, Natiuitate. Secundo, Nauigatione. Tertio, Negligentia proprij iudicis. Quarto, Negotiatione. Quinto, Nominatione, quando laicus conuentus nominat clericum in authorem. Sexto, Nullitatis ratione, Septimo, Nutritione ab infantia.

O. continentur quatuor. Primo, Officij ratione. Secundo, Ordinis receptione. Tertio, Opportunitate loci. Quatto, Originis propriæ, vel paternæ.

P. continentur vndecim. Primo, Pacis ratione. Secundo, Paupertatis ratione. Tertio, Peccati cuiuſque ratione. Quarto, Pœnitentium cauſa. Quinto, Peregrinatione, & ſimilibus. Sexto, Poſſeſſione, &c. Septimo, Priuilegio, vt in ſcholari. Octauo, Principalis, ſeu præambulæ cognitionis ratione. Nono, Proceſſione. Decimo, Pronun-

nuntiatione, vt cum iudex pronuntiat ſe incompetentem. Vndecimo, Pupillorum, & ſimilium miſerabilium perſonarum.

R. continentur nouem. Primo, Rapina. Secundo, Rei, ſeu poſſeſſionis cauſa. Tertio, Reconuentione. Quarto, Recuſatione. Quinto, Recurſu. Sexto, Relatione cauſæ. Septimo, Religione. Octauo, Requiſitione, ſeu inuitatione. Nono, Reuocatione ad domum.

S. continentur etiam nouem. Primo, Sacrilegio. Secundo, Sequeſtratione. Tertio, Sæuitate, ſi fortè clericus ſe immiſceat ſe ſçuis enormitatibus. Quarto, Spiritualitatis cauſa. Quinto, Spoliatione eccleſię, &c. Sexto, Solutionis deſtinatę ratione. Septimo, Statuto, ſeu conſtitutione, de qua ſupra in littera C. octauo caſu. Octauo, Studio. Nono, Supplicatione.

T. continentur duo. Primo, Teſtamento. Secundo, Tutoris datione.

V. continentur ſex. Primo, Vagatione vagabundus. Secundo, Vltima voluntas. Tertio, Vſura. Quarto, Voluntaria ſubmiſſio. Quinto, Vxoratione. Sexto, Vniuerſitate.

29 Hæc enixa caſuum coaceruatio habet in meſſe parum frumenti, & multum paleæ; quare partim continet ſuperfluitatem, cum multos ex eiſdem caſibus, vti diuerſos, indiſtinctis numeris ſuperfluè replicet, partim in quibuſdam eſt mutilata, & obſcura, & partim in aliquibus eſt indubitabilis, & de tota hac meſſe nobis agendun non eſt, præſertim quia quæ nobis in ea magis vtilia, & neceſſaria viſa ſunt, explicauimus ſupra lib. 1. cap. 40. num. 6. 7. & ſeqq. vbi ſcripſimus, quòd iudex poteſt eſſe competens ratione originis, domicilij, loci contractus, deſtinatæ ſolutionis, rei ſituationis, & loci commiſſi delicti, & quòd idcirco in quolibet iſtorum locorũ poteſt reus conueniri, & citari, & de his ſcripſimus tam in cauſis ciuilibus, quã in cauſis criminalibus, & multa etiã ſcripſimus ſup. nu. 26. reſtrict. 2. & infra q. 3. lim. 4. num. 103. & ſeqq. & 163. & ſeqq. volui tamen prefatos caſus breuiter referre, quia iſte ordo alphabeticus facilem videtur ſtudenti prębere aditum ad inueniendum aliquo modo caſum.

30 Declara tertio, vt quamuis iudex ex ſua iuriſdictione non eſſet competens; tamen poſſit quandoque fieri competens per iuriſdictonis prorogationẽ, de qua ſola (reliquis competentiæ ſpeciebus prætermiſſis, quia de ſingulis agere, eſſet nauigare in alto, & profundo mari,) erit nobis hic agendũ; contingit enim vel contingere poteſt, vt actor conueniat reum, non coram Iudice Quarterij, in quo ipſe actor habitat, ſed coram Iudice Quarterij, in quo habitat reus, contra ea, quæ ſcripſi ſupra num. 25. reſtr. 1. vnde eſt de materia huius gloſſæ dubitare, an eiuſmodi iudicium, tanquam coram iudice incompetenti, eſſet nullum; cuius dubij occaſione totum latiſsimum de prorogatione iuriſdictionis campum vndique diſcurremus.

31 Etenim prorogationis materia eſt pulchra, & lata, vt dicit Paul. de Caſtr. in l. ſi qui ex conſenſu. num. 2. C. de epiſc. aud. & ſparſim varijs in locis à Doctoribus noſtris confunditur, vt dicit Claud. Cantiunc. tract. de offic. iudic. lib. 2. cap. 4. ſub num. 7. tom. 3. par. 1. fol. 81. & eſſe latam, intricatam, difficilem, malè explicatam, & ordinatam à Doctoribus, & eſſe quotidianam, & vtiliſsimam, ſcribit Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 7. verſ. poſtremo quia. & repetit in fine, num. 60. de for. competen. quapropter, vt eam nos, quantum poſſumus; ordinate, & clare explicemus, ſequentem ſecundam formabimus quæſt. in qua firmabimus concluſionem, eiuſque extenſiones, & deinde in ſeq. 3. quęſtione agemus de prorogationis impedimentis, quæ ſecundum Cyn. in d. l. ſi qui ex conſenſu. num. 13. ſunt ſex. Primum quorum eſt, compulſio. Secundum error. Tertium, pœnitentia. Quartum, inhabilitas perſonę. Quintum, inhabilitas cauſæ. Sextum, inhabilitas iudicis: de quibus ſingulis nos latius, & alio agemus ordine; primo namquè loco agemus de ſexto, & vltimo impedimento, nempe de inhabilitate iudicis, ſicque de defectu iuriſdictionis. Hiſce impedimentis in 3. q. explicatis, ponemus quartam quęſt. in qua tractabimus de prorogationis ſpeciebus, quæ ſunt tres, videlicet, de re ad rem; de perſona ad perſonam; & de tempore ad tempus, ſecundum ea, quę ſcribunt Doct. in dict. l. ſi qui ex conſenſu. vbi Bal. num. 8. verſ. venio aliqualiter. & aliqui addunt quartam, nempè de loco ad locum, Cyn. in eadem l. ſi qui ex conſenſu. num. 9. Bal. ſub eodem num. 8. in fine, verſ. quartam ſpeciem. & Paul. de Caſtr. num. 2. vel latius prorogationis ſpecies ſunt ſex. Prima de tempore ad tempus. Secunda, de loco ad locum. Tertia, de re ad rem. Quarta, de caſu ad caſum. Quinta, de cauſa ad cauſam. Sexta de

de perſona ad perſonam, vt ſub alio ordine ſcribit Abb. in cap. 40. p.& g.num.12. verſ. quoad primam.de offic. & poreſt.iud. deleg. & ex eo ſequitur Blanch. tract. de compromiſs. q.7.princip.num.44.& 45.tom.3. par. 1. fol. 185. hancq. diuerſam ſpecierum numerarionem recenſet etiam Mar.Socc.in dicto cap. ſignificaſti. num. 9. verſ. quoad ſecundum. & licet de hac ipſa mareria potuiſſem agere libris præced. & in eis videretur forſan alicui locus magis congruus; ramen cenſui, ſaris congruè potuiſſe agi etiam in iſto loco,& nihil referre vbi ſit actum, dummodo in iudiciario tractatu,& cum connexitare ſit actum: licet etiam de hac materia adeo copioſè videamur ſcribere, vr nouum de ea tractatum porius componere videamur, quàm ſententiæ materiam proſequi; tamen copioſius agere de re, pertinente tamen, non eſt vitium, præſertim in hac noſtra facultate, in qua propter eius infinitatem nemo vnquam potuit, aut poterit ita copioſè materiam aliquam tractare, vt in eius tractatu multa non deficiant.

GLOS. VII. Quarteriorum, &c.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

Iuriſdictio priuatorum conſenſu tribui non poteſt, num. 1.

Iuriſdictio exiſtens poteſt priuatorum conſenſu prorogari, num. 2.

Laicus poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu ſui iudicis, num. 3. Etiamſi laicus ſit de iuriſdictione eccleſiæ, num. 4. Et prorogationem proprius iudex non poteſt impedire, num. 5. Et quando non poſſit prorogare, num. 8.

Renuntiare quilibet poteſt priuilegio fori, ſub num. 3.

Clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu ſui Epiſcopi, num. 6. Imò in iudicem laicum non poteſt etiam cum conſenſu, num. 7.

Laicus, ſi ſit ſubiectus vltra nudũ exercitium iuriſdictionis, non poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu ſui domini, num. 8.

Prorogare quis non poteſt iuriſdictionem quando in ea continetur etiam præiudicium alterius, quàm prorogantis, ſub num. 8. verſ. tempora tertio.

Prorogari poteſt tam iuriſdictio ordinaria quàm delegata, num. 9.

Prorogatio iuriſdictionis an poſſit fieri tàm expreſſe, quàm tacite, num. 10. & ſeqq.

Conſenſus tacitus elicitur ex aliquo actu poſitiuo, num. 11.

Contumax non dicitur conſentire, ſub nu. 11.

Prorogari poteſt etiam voluntaria iuriſdictio, num. 13.

Prorogari poteſt etiam notio, &c. num. 15.

Prorogari poteſt iuriſdictio quouis iure competat, num. 16.

Prorogari quomodo poſſit iuriſdictio iudicis appellationis, num. 17.

Prorogatio fieri poteſt tàm per hominem, quàm per legem, num. 18.

Prorogatione facta, non eſt locus pœnitentiæ, num. 19.

Prorogatio, facta in aliquem iudicem, an duret etiam ſi ille iudex pronunciaret proceſſum nullum, num. 20.

1 QVAERO igitur ſecundo, an partes poſſint prorogare iuriſdictionem.

Rerpon, quòd quamuis iuriſdictio priuarorum conſenſu rribui non poſſit, l. 3. priuatorum. C. de iuriſd. omn. iudic. Cyn. in l. ſi qui ex cònſenſu.num. 13. in fine, ibi, ſextum eſt. C. de epiſc. aud. Ant. de Butr. in cap. 40.p.& g. ſub num. 20.verſ. ad rertium. de offic. & poteſt. iud. deleg. Rot. diuerſ. deciſ.451. fundamenta. in fine, num. 13.par.2. in vlt. & poſtrema recollect. de anno 1618. & communiter omnes in diuerſis locis; ſitq. ratio, quia priuatus non poteſt dare iuriſdictionem, quam non habet, Abb. in cap. 18. ſignificaſti. num. 5. & Mar. Socc. ſub num. 21. verſ. quoad quartum, de for. competen. omnia namque iura obſtant, vt priuati, apud quos non eſt Reip. adminiſtrario, poſſint ex ſe concedere iuriſdictionem, quæ eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicendi, &c. Gl. in l. 1. in verbo, poteſt. ff. de iuriſd. omn. iud. & nemo in alium conferat illud, quo ipſe caret.

2 Coucludo tamen, his non obſtantibus, quòd iuriſdictio exiſtens poteſt priuatorum conſenſu prorogari, per ea, quę ſeribunt Doct. in l. 18. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iudic. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. in cap. 1. de iudic. & in cap. 40. p. & g. de off. & poteſt. iud. deleg. Lap. alleg. 88. com-

commune florentiæ. num. 4. verſus finem, verſ. ſi enim per hominem. & a ij in diuerſis locis, & eſt concluſio ſatis nota; quia licet priuatorum conſenſu tribui non poſſit, vt ſupra dictum eſt, tamen ea vbi à lege, vel à ſuperiore, poteſtatem habente, ſit limitatè data, poteſt à partibus prorogari, & extendi, Dec. in cap. 4. de cauſis. num. 12. & 13. de off. & pot. iud. deleg. eaq. prorogata, poterit iudex, vti competens, procedere, cum alias ſine prorogatione nulliter procederet.

3 Extende primo hanc concluſionem, vt laicus poſſit prorogare iuriſdictionem ſine cõſenſu ſui iudicis, ideoq. eo irrequiſito, Gl. in cap. 42. inolita. in verbo, pontifice. 11. q. 1. Ant. de Butr. in cap. 18. ſignificaſti. ſub nu. 8. & 9. Abb. ſub num. 1. 47. & 8. de for. comp. idem Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 20. verſ. circa hunc conſenſum. de offic. & poteſt. iud. deleg. & ita, loquendo in ciuilibus, ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 4. C. vbi de crim. ag. oport. nam quilibet poteſt renunciare priuilegio fori, ſibi à lege, vel Principe conceſſo, adeour non requiratur conſenſus, vel licentia iudicis ordinarij, ſed partium ſufficiat, Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 40. num. 1.

4 Subextende primo hanc extenſionem, vt procedat etiam in laico, qui ſit de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, quia etſi cauſæ eorum, qui ſunt ſubditi iuriſdictioni temporali eccleſiæ, tractentur ſecundum ius canonicum, tamen poteſt laicus ſubditus dominio temporali eccleſiæ prorogare iuriſdictionem in iudicem Imperij, ſeu alium extra ſtatum eccleſiæ ſine conſenſu iudicis temporalis dominij eccleſiæ, quia non eſt tantum ſubiectus, ſicut eſt clericus, Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 22. verſ. ſecundo eſt videndum. ibi, de laico autem temporalis. de offic. & poteſt. iud. deleg.

5 Subextende ſecundo, vt adeo poſſit prorogare ſine conſenſu ſui iudicis, vt proprius iudex non poſſit eum impedire, ſeu aliter prohibere, ne proroget, Pet. de Bellapert. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. . Cyn. ſub num. 14. & Bal. ſub num. 8. verſ. ſed incidenter queritur. C. de epiſc. aud. & alij, quos ſecutus ſum q. ſeq. limit. 5. num. 23.

6 Tempera primo eandem primam extenſionem, vt procedat in laico, prout loquitur extenſio; ſecus eſt in clerico, quia is non poteſt prorogare ſine conſenſu ſui proprij Epiſcopi, teſtibus his, quos ſecutus ſum q. ſeq. limit. 1. num. 36.

7 imò neque cum eius conſenſu ſi vellet prorogare in iudicem ſecularem, vt ſecutus ſum ead. limit. 1. num. 67.

8 Tempera ſecundo, vt neque procedat in laico, ſi ſit ſubiectus vltra nudum exercitium iuriſdictionis, vt quia teneat fœudum à ſuo Domino, vel aliter ſit vaſallus, quia eiuſmodi laicus non poteſt prorogare iuriſdictionẽ ſine coſenſu ſui domini, Bar. in l. 1. ſub num. 1. & 2. ff. de iudic. Ant. de Butr. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 9. & Abb. ſub num. 7. 12. & 15. ibi, ſi verò ſunt ſubiecti. de for. comper. & apertius idem Abb. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 14. eod. tit. idem Ant. de Butr. in dicto cap. p. & g. ſub num. 20. verſ. circa hunc conſenſum. de offic. & poteſt. iud. deleg. & quòd quicunque, qui ſub iuramento fidelitatis eſt ſub iuriſdictione alterius, ſeu eſt ſubditus alia ratione, quàm ſimplicis iuriſdictionis, non poſſit alterius iuriſdictionẽ prorogare, & quòd vaſalus etiam pro re non fœudali, & demum ſubditi vaſallorum, quia iurans fidelitatem vaſallo, non pro fœudo, ſed pro aqua, igne, & aere, quę recipiunt de terra domini, nõ poſſint prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu domini, ſequitur Surd. conſ. 47. primo aſpectu. num. 37. lib. 1. imò Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 8. in tertia ſpecie, ibi eſt & alia. C. de epiſc. aud. dicit, quòd prorogatio, quam faceret Florentinus in Poteſtatem Peruſij, tenet in prorogantis præiudicium, ſed non in præiudiciũ ſuperioris; vide ad hæc quæ ſcripſi q. ſeq. limit. 5. nu. 25. & infra q. 4. ſpec. 6. num. 14. declar. 2.

Tempera tertio, vt procedat quando in prorogatione non agitur de præiudicio alterius, quàm de præiudicio ipſius laici prorogantis, quia tunc is poteſt etiam ſine proprij iudicis conſenſu prorogare, vt dicimus in extenſione, ſecus ſi in prorogatione contineatur etiam intereſſe iudicis competentis, quia tunc non poſſet prorogare ſine eius conſenſu, per ea, quę ſcripſi q. ſeq. limit. 5. nu. 22. ſecus etiã ſi contineatur pręiudicium cuiuſuis ſuperioris, quia tunc licet poſſit ſubditus prorogare in ſui præiudicium, tamen non poteſt prorogare in præiudicium alterius, per ea, quę ſcripſi ead. limit. 5. num. 20. & ſeqq. & num. 25. & infra quæſt. 4. ſpec. 6. num. 14.

9 Extende ſecundo eandem concluſionem, poſitam ſupra nnm. 2. vt habeat locum tam

in

in iuriſdictione ordinaria,quàm in delegata, quia in vtraque poteſt fieri prorogatio,vt teſtando de communi opinione, ſequitur Mar. Socc.in cap.18.ſignificaſti.ſub num.37.verſ. primo igitur.& verſ.eſt ergo.de for. compet. & adde quę ſcripſi infra q. 4. ſpec.3. num.2.

10 Extende tertio, vt ad prorogandam iuriſdictionem ſufficiat etiam conſenſus tacitus, Abb.in cap.18. ſignificaſti.num.18. & Mar. Soc.num.37.verſ.primo igitur.de for. comp. vbi de communi opin. & ſatis ſuperq. patet ex his, quæ latè ſcripſi q. ſeq. limit. 4. num. 1. 23. & ſeqq. & ex his quæ ſcripſi q. ſeq. ſpec. 2. num. 164. & 165.

11 Declara eandem extenſionem, vt conſenſus tacitus eliciatur ex aliquo actu poſitiuo, non autem ex ſimplici taciturnitate, ideſt,ex cōtumacia, quia cōtumax nō dicitur conſentire, per ea,quæ ſcripſi q.ſeq.limit.5.nu.29.

12 Reſtringe eandem extenſionem, vt non procedat in prorogatione de loco ad locum, quia in ea eſt controuerſia, an requiratur conſenſus expreſſus, de qua controuerſia ſcripſi infra q. 4. ſpec. 2. ſub num.164.

13 Extende quarto, vt poſſit prorogari iuriſdictio voluntaria, Bal.in l.repetita. ſub num. 1. verſ. ſed non ne voluntaria. C.de epiſc. & cleric. & ſatis patet ex his, quæ ſcripſi infra q. 4. ſpec. 2. num. 124.127.& ſeqq.& quòd poſſit prorogari officium, ſeu iuriſdictio voluntaria faciendi pręceptum guarintigiæ, qualem voluntariam iuriſdictionem habent notarij Senenſes,ſcribit Mar. Soc.in cap.18. ſignificaſti. num. 27.q. 10. de for. compet. quia hęc iuriſdictio poteſt prorogari de perſona ad perſonam, ideoq. ſi duo Peruſini contraherent Senis, poſſet notarius Senenſis illis volentibus facere præceptum guarintigiæ, Soc. vbi ſupra; ſed an poſſit fieri prorogatio de loco ad locum, itaut notarius Senenſis poſſit extra territorium Senenſe exercere hanc iuriſdictionem, maior eſt dubitatio, in qua Soc. eod. loco loquitur multum confuſè, tu vide quæ ſcripſi infra q. 4. ſpec.2.d. num.124. & ſeqq. Et hæc,quę dixi de notario Senenſi,procedunt in omnibus notarijs Etruriæ, quia habent hanc iuriſdictionem pręcipendi guarintigiam.

14 Nec obſtat, quòd Bal. in dicta l. repetita. ſub num.2. verſ. deinde nota.dicat,quòd officium tabellionis non poteſt prorogari, & quòd proinde notarij actuarij poſſunt conficere acta, ſed non alij notarij etiam de partium voluntate.

Quia reſp. id eſſe,quia in illa prorogatione agitur de intereſſe notarij actuarij,qui ex actis facit quæſtum, & poteſt agi de intereſſe iudicis,& Domini,& ideo non debent partes poſſe facere prorogationem, ex qua inferant præiudicium alijs,qui habent certum, & quæſitum ius per ea, quæ retuli q. ſeq. limit. 5. num. 22.

15 Extende quinto,vt poſſit prorogari etiam notio, quam habet arbiter ex compromiſſo, vt declaraui in ſeq.q. limit. 1. num. 97.

16 Extende ſexto, vt poſſit prorogari tam iuriſdictio,quę competit iure cōmuni, quàm iuriſdictio, quæ competit iure ſpeciali, ex conſuetudine, priuilegio, præſcriptione,vel alio modo,Mar.Socc.in cap. 18. ſignificaſti. num. 23.verſ.quarto quæro.de for. compet.

17 Extende ſeptimo, vt poſſit prorogari etiā iuriſdictio iudicis appellationis, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q.7.num.18. & hoc eod. cap. infra q. 4. ſpec. 6. num. 8.

Reſtringe hanc extenſionem, vt prorogatio poſſit fieri de vno iudice appellationis in alium iudicem appellationis,& ſic in habentibus ſimilem ſpeciem iuriſdictionis, & ita locutus ſum in locis ſupra proximè citatis; ſecus eſt, ſi tractaremus de proroganda cauſa appellationis in iudicem, qui haberet cognoſcere ſolum de cauſis in prima inſtantia, quia hæc prorogatio non poſſet fieri, per ea,quæ dixi infra q.4.ſpec.4.in fine.

18 Extende octauo, vt ſicut poteſt prorogari per hominem, vt in præcedentibus extenſionibus,ita poſſit prorogari per legem,Lap. alleg. 88. commune flor. num. 4. verſus finem, verſ. ſi enim per hominem.

Exemplifica hanc extenſionem in prorogatione, quæ fit per reconuentionem, vt late explicaui q. ſeq. ſpec. 3. num. 4. & ſeqq.

19 Extēde nono,vt cū fuerit ſemel facta prorogatio, ſera ſit deinde pœnitentia, & ideo ſi quis taceat, & conſentiat in iudicem, fruſtra, lite finita, opponet defectum iuriſdictionis: nō enim licet improbare iudicem, quem quis ſemel approbauit, Bec. conſ. 22. quamquam. num.4.in fine, & num.5. lib.1. & Surd. quem ſecutus ſum q. ſeq. limit. 5. ſub num.25. & patet etiam ex his, quę ſcripſi ead. q. ſeq. limit. 4. ſub num.1. & ſeqq.

Et quando dicatur facta prorogatio irreuocabilis,ſcripſi ead.lim.4.ſub n.1. & ſeqq.

20 Subextēde hanc extenſionem, vt vbi fuerit ſcienter litigatum coram iudice incompetente vſque ad litis conteſtationem, & numquam

quam

quam fuerit oppoſita declinatoria fori, & ſic coram eo fuerit ſemel facta prorogatio irreuocabilis, tunc illa prorogatio duret coram eo, etiam ſi is pronunciaret proceſſum inualidum, & nullum; quare, ſi, declarato proceſſu nullo, actor denuo coram eodem iudice inchoet iudicium, & reus opponat declinatoriam, actorq. replicet, quòd ex quò ſemel conſenſit, non poteſt eam amplius opponere, & reus duplicet, quòd ille conſenſus non valuit, poſtquam proceſſus fuit annullatus, & conſequenter euanuit litis conteſtatio, qua euaneſcente, euaneſcit etiam conſenſus, qui eſt effectus litis cõteſtationis, & actor triplicet, quòd proceſſus non fuit annullatus ex capite incompetentię; dico, quòd reus debet ſuccumbere, quia prorogatio fuit facta irreuocabilis, & ille iudex fuit factus competens, & remanet competens in illa cauſa donec, durante ſua iuriſdictione, eã definiat; quicquid referat, & intricatè diſtinguendo ſcribat Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub nu. 56. q. 12. de for. comp. & quicquid Additionatores ad eum addiderint, allegantes Modernos in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. & Dec. in cap. 1. num. 93. verſ. inhærendo tamen. de iudic. in 1. lectura; qui nihil dicunt de hac extenſione.

Nec obſtat, quòd, declarato proceſſu nullo, euaneſcat conteſtatio litis, quia reſp. quòd, ſublata cõteſtatione litis, poſſunt euaneſcere acta ordinatoria, vt in alio propoſito dixi cap. ſeq. q. 15. num. 348. ſed reliqua manent, videlicet acta probatoria, & iuriſdictio iudicis; ideſt conſenſus, per ea, quæ dixi ibidem num. 360. & 361.

Minus obſtat, quòd, cõpromiſſo ſemel facto ex voluntate partium, & expirato, pars non teneatur iteratò compromittere, per ea, quæ dixi lib. proximè præced. cap. 2. num. 637. quia reſp. quod in compromiſſo conſenſus eſt limitatus ad certum tempus, ſed in terminis huius ſubextẽſionis non eſt limitatus.

21 Declara eandem concluſionem, poſitam ſupra num. 2. multipliciter extenſam, vt quis tunc dicatur prorogare iuriſdictionem, quãdo non eſt contumax, & ſcienter non opponit declinatoriam, ſeu incompetentiam, ſed imò procedit in cauſa, per ea quæ ſcripſi q. ſeq. limit. 2. num. 4. 7. & ſeqq. & limit. 4. ſub num. 1. & ſeqq. quia ex iſtis colligitur tacitus conſenſus, qui ſufficit ad prorogandum, vt ſcripſi ſupra, num. 10.

GLOS. VII. QVAEST. III.

L I M I T A T I O I.

Impedimentum prorogationis ex defectu iuriſdictionis.

S V M M A R I V M.

Iuriſdictio ſi non extat, non poteſt prorogari, num. 1. Præſertim ſi deficeret omnino, num. 2.

Nihil ex nihillo fit, ſub num. 1.

Prorogare idem eſt, quòd extendere, ſub nu. 2.

Prorogatione primus actus non alteratur, ſub num. 2.

Prorogatio aſſimulatur ſpecillis, ſub num. 2. verſ. confirmatur.

Prorogatio iuriſdictionis ceſſat etiam per viam reconuentionis, ſi omnino deficiat iuriſdictio, num. 3.

Arbiter, ſeu arbitrator voluntarius non poteſt cognoſcere de cauſa reconuentionis, num. 4.

Iuriſdictio in vna ſpecie perſonarum non poteſt prorogari ad aliam ſpeciem perſonarum, num. 5.

Iuriſdictio iudicis ſecularis non prorogatur ad cauſas clericorum, num. 6. Declaratur, num. 89. & 90.

Clericus nec inuitus, nec volens trahitur ad iudicem ſecularem, ſub num. 6. Quare non poteſt renunciare priuilegio fori, ſub n. 32.

Clericorum cauſæ cenſentur quaſi ſpirituales, num. 7.

Clericorum priuilegium quoad forum trahit originem à iure diuino, & eſt inductum in fauorem totius ordinis clericalis, num. 7.

Clericorum priuilegium concernit etiam intereſſe proprij Epiſcopi, ſub num. 7.

Clericus, citatus à iudice ſeculari, quare non teneatur allegare exemptionem ab illius iuriſdictione, num. 9. & ſeqq.

Laici ſunt multum infeſti clericis, ſub num. 7.

Clerici, qui habent priuilegium fori, qui ſint, num. 7. in fine.

Proceſſus, factus à iudice ſeculari contra clericum etiam non citatum ſub nomine clericali, eſt nullus, num. 8. & 30. Siue clericus comparuerit, ſiue non, num. 12. Et etiam ſi citatio fuerit generalis contra omnes ſua intereſſe putantes, ſub eod. num. 12. verſ. ſubexende.

Cleri-

Clericus cautè agit, & quare, ſi non opponat declinatoriam fori, num. 13.

Comparere non tenetur citatus, quando notorium eſt, citantem non eſſe iudicem, & ideo proceſſus, in eius contumaciam factus, eſt nullus, num. 14.

Regulam, qui habet pro ſe, dicitur habere ius notorium, num. 15.

Citatus, qni regulariter non eſt ſubiectus iuriſdictioni citantis, non tenetur comparere, niſi in citatione fuerit expreſſus caſus, in quo habet iuriſdictionem, num. 15. & 20.

Citatus ſi ſit ipſo iure exemptus à iuriſdictione citantis, proceſſus eſt nullus, quamuis eſſet dubium de exemptione, num. 16.

Citatus non tenetur comparere, quando in citatione non exprimitur iuriſdictio, cui citans innititur, licet non ſit notorium, citantem non eſſe iudicem, num. 17.

Clericus, citatus ſub nomine laici à iudice ſeculari, adhuc non tenetur comparere, & lex Principis ſecularis in contrarium, eſt nulla, num. 18.

Clerici confeſſio, facta coram iudice ſeculari, poteſt facere indicium ad torturam, num. 19.

Clericus ratione fœudi poteſt citari coram domino fœudi etiam laico, ſub num. 20.

Clericus, eitatus tanquam laicus, ignorato clericatu, ſi in contumaciam fuerit condemnatus, & bannitus, an poſſit impunè offendi, num. 21.

Clericus licet à iudice ſeculari ſit tanquam laicus condemnatus, tamen poterit dicere de nullitate ex defectu iuriſdictionis, num. 22. & 31.

Clericus, ſi non declinauerit forum iudicis ſecularis, coram quo fuerit citatus, tanquam laicus, tenetur ad expenſas factas, num. 23. Secus ſi eſſet citatus tanquam clericus, num. 24. & num. 28. vbi magis declaratur.

Citatio iudicis ſecularis nominatim contra clericum, eſt ipſo iure nulla, num. 25.

Declinatoriam fori ſi quis non alleget, quando teneatur ad expenſas ex diſpoſitione ſtatut. Vrbis, num. 26.

Clericus ſi teneatur ad expenſas, factas propter eius contumaciam, debet ad eas condemnari à iudice eccleſiaſtico, num. 29.

Declinatoriam fori poteſt clericus quandocunque opponere etiam poſt ſententiam, num. 30. & 31.

Sebolaris, ſi ſit clericus, an perdat priuilegium eligendi iudicem, quem maluerit, num. 32. 41. & 55.

Clericus uec tacitè, nec expreſſè poteſt prorogare iuriſdictionem criminalem in iudicem laicum, num. 33. Et quid de iuriſdictione ciuili, num. 34. Et quid in iuriſdictione voluntaria, num. 35.

Clericus an poſſit legitimari ab Imperatore, num. 35.

Clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem in Epiſcopum non ſuum ſine conſenſu ſui Epiſcopi, num. 36. & 38. Et an ſufficiat conſenſus inferioris ab Epiſcopo, num. 40. & 41. Et quando prorogatio teneat ſine conſenſu ſui Epiſcopi, num. 43. & ſeqq.

Vaſallus nou poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu Baronis, &c. num. 37.

Clericus, à quo recepit ordines, ab eo debet recipere iudicium, num. 38.

Res de facili redit ad naturam ſuam, num. 42.

Clericus contrahendo, vel delinquendo in aliena Dioceſi, prorogat iuriſdictionem, num. 43. Similiter prorogat, fideiubendo de ſtando iuri, &c. num. 44.

Clericus an ratione deſtinatæ ſolutionis proroget iuriſdictionem, num. 45. & 46.

Clericus, qui coram nou ſuo Epiſcopo fuerit conuentus ratione geſti contractus, licet non compareat, vel compareat, & non declinet forum, tamen ſi verè in eo loco non contraxit, an proceſſus ſit validus, nu. 47. Et quid ſi fuerit citatus laicus, &c. num. 48.

Prorogationi licet ſufficiat conſenſus tacitus partium, tamen conſenſus Epiſcopi debet eſſe expreſſus, num. 49.

Prorogationi, quam facit Clericus in Epiſcopum non ſuum, poteſt conſentire Epiſcopus proprius in præiudicium ſuperioris, num. 50. Et de materia, num. 51. & 52.

Sententia licet ſit nulla, tamen partes poſſunt eam expreſſe approbare, non vt valeat, vt ſententia, ſed vt quidam contractus, num. 53. & 54.

Epiſcopus non poteſt in præiudicium ſui Archiepiſcopi conſentire in iuriſdictionem alterius Archiepiſcopi, num. 56.

Archiepiſcopus non poteſt conſentire in Patriarcham non ſuum, num. 57.

Epiſcopus expulſus licet poſſit cognoſcere inter ſuos ſubditos in alterius Diœceſi, tamen eius iuriſdictio non prorogatur, &c. nu. 58.

Exempti non poſſunt prorogare iuriſdictionem in proprium Ordinarium, à quo ſunt exempti, nu. 59. & 60. Et quando exempti poſſint prorogare iuriſdictionem, nu. 61. & ſeqq.

Papa eſt diœceſanus exemptorum, n. 59. & 60.

Exemptus an poſſit ſine Papæ conſenſu prorogare iuriſdictionem voluntariam in ſuperiorem proximum, qui aliàs eſſet ſuus ordinarius, num. 61. & ſeqq.

Exemptus poteſt conſentire in iuriſdictionem Legati, num. 64. Et in ordinarium ſuum quando difficilis eſt acceſſus, &c. num. 65. Et Prælatus exemptus poteſt vna cum conuentu in ſui præiudicium conſentire in Ordinarium, num. 66.

Clericus etiam cum conſenſu ſui Epiſcopi non poteſt conſentire in iudicem ſecularem, nu. 67. Etiam ſi ſit ſcholaris, num. 68. Et etiam ſi coram iudice ſeculari fideiuſſiſſet pro laico de ſtādo iuri, &c. n. 69. Declaratur, n. 70.

Sententia, lata contra clericum à iudice eccleſiaſtico prorogato, eſt nulla, poteſt tamen iudex proprius eam ratam habere, nu. 71. Contrarium, quòd non poſsit rata haberi, num. 74. & ſeqq. & num. 77. & 78. Conciliatur contrarietas, num. 76.

Stulti non debent eſſe melioris conditionis, quàm periti, num. 72.

Clericus, qui inuitus fuerit tractus coram iudice ſeculari, habetur pro abſoluto, nu. 73.

Ratificari non poteſt, quod non eſt factū, n. 75.

Factum non dicitur, quando deficiunt ſolemnitates requiſitæ, ibidem.

Excommunicationis ſententia, lata à iudice incompetenti, non poteſt rata haberi à iudice competenti; num. 77.

Clericum trahens coram iudice ſeculari, debet pro pœna perdere cauſam, num. 79. Sed trahens coram iudice eccleſiaſtico non ſuo, licet non perdat cauſam, tamen ſententia, quam obtineret, eſſet nulla, num. 80. Sed ſuper iſta pœna multæ excitantur difficultates remiſsiuè, num. 81.

Papa an poſsit ſe ſubmittere alicuius iuriſdictioni, num. 82. & ſeqq.

Prorogari an poſsit iuriſdictio ſecularis ad iuriſdictionem ecceſiaſticam, num. 86. & 87. Et an poſsit è contra, num. 88.

Clericus conuentus licet non poſsit prorogare iuriſdictionem in iudicem ſecularem, num. 89. Tamen prorogat ſi ſit reconuentus, ſub num. 90. Et prorogat etiam ſi ipſe ſit actor, eod. num. 89.

Prorogatio iuriſdictionis non fit de vna ſpecie cauſarum ad aliam, neque de vna ſpecie perſonarum ad aliam ſpeciem, num. 91. & ſeqq. & num. 123. Et quando poſsit fieri prorogatio, num. 122.

Prorogari nō poteſt iuriſdictio in eum, qui habet ſolam notionem, num. 97. Neque contentioſa in eum, qui habet ſolam voluntariam, num. 98. & 99.

Iuriſdictio cauſarum criminalium non prorogatur ad iuriſdictionem cauſarum ciuiliū, num. 100. Etiam per viam reconuentionis, num. 101. Neque è conuerſo, num. 102. Extenditur, & reſtringitur, n. 121. & 122.

Prorogatio debet eſſe eiuſdem naturæ, cuius eſt iuriſdictio, quæ prorogatur, ſub num. 103.

Prorogata iuriſdictio cenſetur eadem, nu. 105.

Prorogatio non mutat, nec alterat prorogatum, ibidem.

Additū cenſetur pars eius, cui additur, n. 105.

Prorogatio temporis ad tempus debet fieri ſub eadem forma, num. 104.

Parochianus, cui Parochus dedit licentiā confitendi peccata, debet confiteri coram ſacerdote, qui ſit Parochus, num. 106.

Dotis augmentum, & dos ipſa à pari procedunt, num. 108.

Appellabilitas in cauſa prorogata an reguletur ab appellabilitate cauſæ, in qua iudex procedit ſine prorogatione, nu. 109. & ſeqq.

Appellatio in cauſa prorogata ad quem ſuperiorem deuoluatur, ſub num. 112.

Procedendi modus coram iudice prorogato ſeruatur, vt in cauſis ſuæ propriæ iuriſdictionis, nu. 113. Secus eſt in deciſorijs, num. 120.

Iuriſdictione delegata reuocata, an cenſeatur reuocata iuriſdictio prorogata, num. 114.

Legati iuriſdictione exprirata, an expiret iuiuriſdictio in eum prorogata, ſub nu. 114.

Delegatus remanet delegatus etiam in cauſa prorogata, num. 115.

Reconuentio poteſt fieri etiam coram iudice prorogato, num. 116.

Prorogatus tenetur ſententiam ferre in cauſa prorogata, ac ſi eſſet cauſa ſuæ propriæ iuriſdictionis, nu. 117. Et poteſt eam pariter exequi, num. 118.

Prorogatus ita poteſt delegare cauſam, in qua eſt prorogatus, ſicut poſſet delegare cauſam ſuæ propriæ iuriſdictionis, num. 119.

Delegati iuriſdictio in certa cauſa, & inter certas perſonas, an poſsit prorogari ad alias perſonas etiam in ead. cauſa, nu, 124.

Iuriſdictio voluntaria prorogatur in habentē ſimilem ſpeciem iuriſdictionis, num. 125.

FIR-

1 FIRMATA, & extenſa concluſione, quòd iuriſdictio regulariter ſit prorogabilis, vt explicauimus in proximè præcedenti quæſt. num. 2. reliquum eſt, vt in iſta tertia aggrediamur ea, quæ prorogationem impediunt, eaque vt commodius explicemus, tractabimus per viam limitationum.

Limita primo nunc eandem concluſionem, poſitam in præced. quæſt. num. 2. vt non procedat, quando deficeret iuriſdictio, quia ex nihilo nihil fit, Ariſt. 1.phyſicor. & in alijs terminis ex eo referunt Bal. in l.5. ea quidem. ſub num. 1.not.2. C. ſi mancip. ita alien. fuer. ne manum. Felyn.in cap. 11. tua nos. ſub num.6. de iureiur. & Tiraq.tract.de legib. connub.gloſ.5. num.23. verſ.quibus. fol.278.& gl.8. nu.212. verſ. quinto quod. fol.365.

2 Amplia primo hanc limitationem, vt præcipuè procedat, quãdo iuriſdictio nũquã extitiſſet, aut deficeret omnino, vt puta, ſi quis foro nũquam præfuerit, ideoq. omni prorſus careat iuriſdictione, eamque nunquam habuerit, vel, ſi habuerit, euanuerit; & ratio eſt, quia fieri non poteſt, vt partes in eum conſentiant, qui nulli præeſt iuriſdictioni, Spec.tit.de ſenten.§.ſequitur videre.ſub n.5. verſ.quid ſi nulla. lib.2. fol.165.aliàs ſequeretur, quòd priuatorũ pacto daretur iuriſdictio, quod fieri non poteſt, per ea, quæ dixi ſupra hac ead. gl.quæſt.præced.num.1.& licet partes poſſint prorogare iuriſdictionem, tamen debet extare iuriſdictio, quia nullius iuriſdictionis ad aliquam impoſſibilis eſt prorogatio, Surd. conſ.56. cum in patria. num.15.lib.1.nam prorogare, idem eſt, quod extendere, ſed, quod non eſt, non poteſt extendi, Ant. de Butr. in cap. 40. p.& g. num. 20. verſ. ad tertium. & Abb. ſub num. 15. ibi, ſed prima opinio plus mihi placet.& nu. 20. quæſt. 3. de offic. & poteſt. iud. deleg. idem Abb. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 5. & Mar.Socc. ſub num. 8. verſ. quoad primum. de for. competen. ſeu quia non entis nunquam fiet extenſio, l. 5. ſed ſi manente. ff. de precar. quare vt iuriſdictio poſſit prorogari, requiritur quòd iudex habeat tunc habitum iuriſdictionis quoad quid, alias ſi in eo non daretur habitus, iuriſdictio non eſſet prorogabilis ob allegatam rationem, Ant. de Butr. in loco ſupra proximè citato, & ideo prorogatio non cadit in priuato, quia in eo non eſt aliqua iuriſdictio, Iaſ. in l. ſi per errorem. num.1.& Zaſ. num.3.ff.de iuriſd. omn.iud. hincque dicimus, quòd per prorogationem non alteratur primus actus, ſed extenditur, quia prorogare idem eſt, quod augere, ſeu extendere qualitatem, ſeu potentiam rei, de qua fit prorogatio, Mar. Socc. in loco ſupra proximè citato, & ſcripſi infra num.103.

Confirmatur hæc ampliatio, ſeu verius notiſſimo explicatur exemplo; quia oculorum lumen, ſi non omnino deficiat, & proinde habitu conſiſtat, ſpecillis multum augeri poteſt: at vbi omnino defecerit, nullum ſpecilla adiumentum præſtant, quia de priuatione ad habitum non datur regreſſus.

Infero ex hac ampliatione, quòd licet citatus, volens declinare iuriſdictionem iudicis citantis, debeat ante litem conteſtatam opponere exceptionem, qua elidatur ſtatus prorogatiuus illius iudicis, iuxta ea, quæ dixi infra limit. 4. ſub num. 1. & ſeqq. tamen hoc procedit, quando is, cuius auctoritate citatur, habet aliquem ſtatum, qui poſſit elidi, vt puta quia habeat iuriſdictionem, & tribunal, vel tribunal tantum; ſecus ſi nullam habeat iuriſdictionem, & ſic nullum habeat ſtatum, quia tunc non eſt neceſſe, quòd elidatur, cum fundari non poſſit; cum enim talis perſona ſit nulla ipſo iure, non poteſt fundari per proceſſum cauſæ, Bec. conſ. 22. quamquam. num. 7. lib. 1. & conſequenter licet citatus comparuerit, & expreſsè, vel tacitè conſenſerit, vt procederet, & ſententiam ferret; tamen proceſſus, & ſententia erunt ſemper nulli, quia iuriſdictio non potuit prorogari, per ea, quæ dixi hic ſupra, & à partibus dari non potuit, per ea, quæ dixi quæſt. præced. num. 1. & facit quod ſcripſi infra ſub num. 12. verſ. ſubextende. & ſic iſta exceptio omnimodi defectus iuriſdictionis habet vim tollendi non ſolum impedimentum faciendum, ſed etiam ſoluendi iam factum, Bec. in loco ſupra proximè citato, & ex Socc. & Couar. in alijs terminis, & alijs verbis ſecutus ſum infra num. 12. & 30.

3 Subamplia eandem primam ampliationem, vt procedat etiam ſi ageretur de prorogatione virtute reconuentionis, de qua ſcripſi quæſtione ſequenti, ſpec. 3. num. 4. & ſeqq. nam ſi deficit iuriſdictio, tollitur omnis, & quacunque via prorogatio.

4 Infero ex hac ſubampliatione, quòd

arbiter, ſeu arbitrator voluntarius non poteſt cognoſcere de cauſa reconuentionis, quia non habet iuriſdictionem, quæ poſſit prorogari, per ea, quæ ſcripſi dicta quæſt. ſeq. ſpec. 3. num. 40. & 41.

5 Amplia ſecundo, vt procedat, etiam ſi non omnino deficiat iuriſdictio, ſed deficiat in illa ſpecie perſonarum, in quibus, ſeu per quas fieri deberet prorogatio, & rationem huius ampliationis habes infra num. 94. & 103.

6 Exemplifica primo hanc ampliationem in iuriſdictione ſeculari, quæ non poteſt prorogari ad cauſas clericorum; quare licet iudex ſecularis habeat iuriſdictionem ordinariam inter ſubditos, tam quoad cauſas ciuiles, quàm quoad criminales, tamen clericus non poteſt in eum prorogare iuriſdictionem, ideſt, non poteſt conſentire in iuriſdictionem iudicis ſecularis, ſicque clericus, nec inuitus, nec volens, trahitur ad iudicem ſecularem, cap. 12. ſi diligenti. & ibi Canoniſtæ. de for. competen. Spec. tit. de reo. in rubr. num. 3. verſ. item clericus. & num. 19. verſ. ſed quid ſi ſcholaris. lib. 1. fol. 72. & late ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 11. num. 33. & ſeqq. & præſertim ſub num. 35. ampliat. 3. & num. 38. ampliat. 6. & num. 15. & ſeqq. ad quem locum me remiſi etiam cap. ſeq. quæſt. 17. limitat. 6. memb. 7. num. 64. quare clericus etiam ſi ſcienter, & ſine metu conſentiret in iudicem ſecularem, tamen iudex ſecularis eſſet incompetens, Spec. tit. de ſentent. §. ſequitur videre. ſub num. 5. verſ. quid ſi nulla. lib. 2. fol. 165. & quòd hæc poſſit eſſe cauſa, quare laici iuriſdictio non poſſit prorogari in clericum, quia laicus non habet cognitionem ſimilium cauſarum, quæ ratione perſonæ cenſentur quaſi ſpirituales, ſcribit Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 22. verſ. venio ad quartum. de offic. & poteſt. iud. deleg. & de hac prima exemplificatione agemus vſque ad num. 85. incluſiue.

7 Ratio huius exemplificationis duplex aſſignari poteſt. Prima, quia omnes cauſæ clericorum cenſentur quaſi ſpirituales, vt ex Ant. de Butr. retuli hic ſupra, & iudex laicus non habet ſimilem iuriſdictionem. Secunda ratio poteſt aſſignari, quia in totius ordinis clericalis fauorem, & priuilegium iudex ſecularis eſt incapax iuriſdictionis in clericos, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 11. ſub num. 37. & hoc priuilegium traxit originem à iure diuino, vt ſecutus ſum eodem cap. 11. num. 44. & cum ſit inductum in fauorem totius ordinis clericalis, eſt ius publicum, cui priuatorum pacto minimè derogatur, dicto cap. ſi diligenti. de for. competen. nam hoc priuilegium fori clericalis competit clericis, non vti ſingulis, ſed vti vniuerſitati clericorum, & proinde non eſt priuilegium perſonale, dicto cap. ſi diligenti. verſus finem, & dixi dicto cap. 11. ſub num. 37. quare dedecus eſſet toti clero, ſi vnus eorum conueniretur coram iudice ſeculari, Ant. de Butr. eodem cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 18. verſ. ex prædictis. imò non ſolùm non eſt perſonale quoad ſingulos clericos, ſed in eo verſatur etiam intereſſe proprij epiſcopi; ſiquidem hoc priuilegium concernit etiam eius fauorem, Ant. de Butr. in loco ſupra proximè citato, hocque epiſcopi intereſſe conſideratur etiam ſi clericus conſentiret in iudicem eccleſiaſticum non ſuum, vt dixi infra num. 38. verſ. ratio. Aliam addunt rationem, quare clericus non poſſit renuntiare, videlicet, quia hoc priuilegium eſt fundatum etiam ſuper odio laicorum, qui clericis multum ſunt infeſti, cap. 5. laicos. 2. quæſt. 7. Ant. de Butr. vbi ſupra; quæ tamen ratio mihi non ſatisfacit.

Non obſtat, quòd alias regulariter prorogatio de perſona ad perſonam in eadem ſpecie cauſarum ſit licita, vt ſecutus ſum quæſt. ſequen. ſpec. 6. num. 1. & ſequentibus.

Quia reſpondeo, id eſſe verum, quando iudex, ad quem ſit prorogatio, non ſit incapax illius iuriſdictionis, qualis eſt laicus in priuilegium totius ordinis clericorum, vt dixi hic ſupra.

Declara hanc exemplificationem, vt procedat in clerico, qui habet priuilegium fori, & non in clerico, qui non habet: qui autem ſint clerici, habentes priuilegium fori, & qui non habentes, latè ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 11. in diuerſis num. ſed particulariter ſub num. 82. & cap. 86. num. 50. & præſertim in alia futura impreſſione.

8 Infero primo obiter ex hac exemplificatione ita declarata, quòd proceſſus factus à iudice ſeculari contra clericum, eſt nullus, quamuis non ſit citatus ſub nomine clericali, & non comparuerit per ſe, nec per procura-

curatorem, neque aliter allegauerit priuilegium clericale, Archid. in cap. 2. placita. num. 2. verſ. in ead. gl. 15. q. 4. Io. Andr. in cap. 12. ſi diligenti. num. 8. & Ant. de Butr. ſub num. 14. verſ. quæro an clericus. de for. compet. idem Io Andr. in cap. 27. ſcienti. ſub num. 7. verſ. quinto his conuenit. de reg. iur. in 6. Mar. Socc. in cap. 5. ſi clericus. num. 5. verſ. prima igitur concluſio. dicto tit. de for. compet. Foller. in practic. criminal. in verbo, audiantur excuſatores. ſub num. 38. præſertim in fine, & eſſe opinionem communem teſtantur, & ſequuntur Felyn. in cap. 15. veniens. in vltimis verbis, ſub num. 5. de accuſ. & Clar. recep. ſent. lib. 5. q. 36. verſ. eſt autem. & ita fuiſſe iudicatum teſtatur Gramm. vot. 18. in cauſa nobilis. in fine, & adde quæ ſcripſi infra num. 30. & 31.

Quicquid in libro meo corruptè, & ideo confuſè aduerſus hanc illationem referat, non tamen ſequendo, Ant. de Butr. in loco ſupra proximè citato.

9 Ratio poteſt eſſe multiplex, ſed quælibet tendit ad idem. Prima, quia quòd clericus non debeat coram ſeculari comparere, vel exemptus coram iudice ordinario, eſt diſpoſitum à iure communi, & ideo non eſt aliquod priuilegium, quod clericus teneatur venire ad illud allegandum coram iudice, Archid. in dicto cap. placita. in fine; cum enim iudex ſecularis funditus careat iuriſdictione in clericum, & hoc ſciat, vel ſcire teneatur, debet certus eſſe, Ant. de Butr. in

10 loco ſupra proxime citato. † Secunda ratio eſt, quia quando citans eſt talis, quem citatus ſua voluntate non poteſt facere iudicem, tunc taciturnitas citati nihil operatur ad faciendum eum iudicem, Gl. in l. 1. in verbo, inchoata. C. vbi de crim. agi. oport. quam ſequitur Socc. in cap. 5. ſi clericus.

11 ſub num. 5. de for. compet. † Tertia, quia quotieſcunque certum eſt, citantem non eſſe iudicem citati, non eſt dubium, quòd citatus non tenetur comparere, Socc. vbi ſupra.

12 Extende primo conſecutiuè hanc illationem, vt procedat, ſiue clericus compareat, ſiue non, quia cum iudex laicus non poſſit eſſe iudex clerici, ſententia ſemper reperitur lata à non ſuo iudice, Socc. vbi ſupra, & conſequenter ſemper erit nulla, vt ſcripſi ſupra ſub num. 2. verſ. infero. & infra num. 30.

Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi clericus non fuerit nominatim aliquo modo citatus, ſed fuerit facta citatio generalis contra omnes ſua intereſſe putantes, & clericus non comparuerit, & ideo non allegauerit declinatoriam fori; imò etiam ſi comparuerit, & conſenſerit in iuriſdictionem, quia adhuc proceſſus cum omnibus inde ſecutis, erit nullus in omnibus illis caſibus, in quibus ſecularis non poteſt eſſe iudex competens in cauſa clerici, Surd. deciſ. 26. frequentiſſima. ſub num. 10. verſ. reſtringendo. & cum hac ſubextenſione concordat, quòd, reprobata Afflicti deciſione, ſcripſi infra gl. 11. ſub num. 38. & ratio eſt, quia clericus etiam volens non poteſt coram laico conueniri, nec poteſt in eum conſentire, neque prorogare illius iuriſdictionem, Alex. Socc. & alij, quos ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 11. num. 38. ampl. 6. & qui ſint caſus, in quibus iudex ſecularis poteſt eſſe competens in cauſa clerici, habes eodem cap. 11. num. 53. 78. 82. 92. 93. & ſeqq.

13 Extende ſecundo, vt adeo ſit vera iſta illatio, vt ex ea aliqui ſumant cautelam pro clerico, vt nunquam opponat de incompetentia iudicis, niſi poſt latam ſententiam, ne, opponendo, inſtruatur actor ad agendum coram iudice competenti; nam cum actor viderit in fine, ſe nulliter egiſſe, & opus eſſe, quòd nouum inſtituat iudicium, clericus facilè eum trahet in concordiam, Gramm. vot. 18. in cauſa nobilis. ſub num. 18. & 19. vide quæ latius ſcripſi limit. ſeq. num. 13. & ſeqq.

14 Extende tertio, vt procedat etiam ſi citans, qui non eſt iudex, poſſet eſſe iudex, ſed notoriè conſtaret, eum non eſſe iudicem, quia tunc citatus adhuc non tenetur comparere, nec valet proceſſus contra eum non comparentē factus, Gl. in cap. 8. ſi epiſcopus. in verbo, conuocari. 3. q. 2. ſiue ſit proceſſus, cōtumaciæ punitiuus, ſiue ſit ſuper cauſa principali, Socc. in cap. 5. ſi clericus. ſub num. 6. in 2. concluſione, vbi de comm. opinione, de for. compet. nam eſto, quòd citatus teneretur comparere, & allegare declinatoriam fori, tamen fallit quando eſt notorium, iudicem non habere iuriſdictionem in illa cauſa, Marſ. in rubr. num. 233. C. de probat. inter Repeten. vol. 7. fol. 449.

15 Subextende, declarando hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi poſſet eſſe iudex

in aliquo caſu: nam, ſi illum caſum non exprimat in citatione, citatus habet regulam pro ſe, vt non teneatur comparere, & quando eſt certum per regulam, dicitur certum notoriè, vnde citans debet citando exprimere caſum, in quo recedimus à regula, Socc. in loco ſupra proxime citato, & facit, quod ſcripſi infra num. 20.

Extende quarto, vt procedat etiam ſi non appareat, citatum eſſe exemptum à iuriſdictione citantis; ſed imò ſit dubium, quia nihilhominus, ſi ſit exemptus ipſo iure, proceſſus, qui fieret, eſſet nullus, etiam ſi citatus fuerit contumax, & non allegauerit exemptionem, Bal. in l. generaliter. la 2. num. 2. verſ. aduertatis dicit. C. de epiſc. & cleric. quia contumax non dicitur conſentire, per ea, quæ ſecutus ſum infra limit. 5. num. 29. & niſi citatus conſentiat, ſeu proroget iuriſdictionem, à qua eſt exemptus, ille iudex remanet ſine iuriſdictione, & conſequenter ſententia, quam ferret, non eſſet ſententia, ſeu eſſet nulla.

17 Extende quinto, vt procedat etiam quando non eſt notorium, citantem non eſſe iudicem, quia tunc ſi in citatione nulli innitatur poteſtati, ſed citet ſimpliciter, non explicando ſe iudicem ordinarium, vel delegatum, itaut ex illa explicatione poſſit apparere de ſua iuriſdictione, citatus non tenetur comparere, & conſequenter proceſſus contra ſic citatum non tenebit, Soc. d. cap. 5. ſi clericus. ſub num. 6. in 3. concluſ. de for. compet.

Quòd ſi in citatione exprimatur aliqua iuriſdictio ordinaria, vel delegata, per quam citans oſtendat, quòd alicui innititur iuriſdictioni, tunc Socc. vbi ſupra latè diſtinguit, & ſubdiſtinguit, quas diſtinctiones, & ſubdiſtinctiones omitto, tum quia reſpiciunt non ſolum terminos illationis noſtræ; ſed reſpiciunt generaliter citationem in omni caſu; tùm quia tot eſſent ſuper illis diſtinctionibus, & ſubdiſtinctionibus aduertenda, declaranda, & dicenda, vt longius diſcederem à propoſito itinere.

18 Extende ſexto, vt Principis ſecularis lex ſit nulla, ſi mandaret, quòd clericus, citatus ſub nomine laici per iudicem ſecularem, debeat ipſe perſonaliter comparere, & allegare ſuum priuilegium, alias poſſit reputari contumax, & non ſufficiat comparere per procuratorem, vel excuſatorem, vt mandat rit. 235. regni Neap. Foller. in pract. crim. in verbo, audiantur excuſatores. num. 39. præſertim in verſ. cum hæc reſponſio. & ſub nu. 38. ibi, & ſubdit procedere etiam ſi ſtatutum.

Quicquid in eo rit. initio dixerit Carauit. ſcribens, illũ ritum eſſe in viridi obſeruantia.

19 Tempera primo, declarando eandem illationem, dum ex exemplificatione, in qua diximus, iuriſdictionem ſecularem eſſe improrogabilem in clericum, inferebamus nullitarem proceſſus, qui fieret à ſeculari; tempera, inquam, vt non procedat forſan quoad confeſſionem, quam clericus faceret coram iudice ſeculari, quia etſi illa confeſſio non valeat, vti actus iudicialis, tamen poteſt valere, vti actus extraiudicialis, & ſic facere etiam inditium ad torturam, & proinde non habebitur tanquam circumſcripta, & pro nulla, Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 21. verſ. hanc tamen. latè Proſp. Farin. in qq. crim. q. 81. num. 207.

20 Tempera ſecundo, vt procedat, quando nulla eſſet facta expreſſio cauſæ, propter quã aliquo modo fundaretur iuriſdictio citantis, ſecus ſi eſſet expreſſa aliqua qualitas, per quam fundaretur iuriſdictio citantis, pura, quia clericus citaretur ratione fœudi coram iudice laico, domino fœudi, Mar. Soc. in cap. 5. ſi clericus. num. 5. in fine, de for. competen. Felyn. in cap. 15. veniens. in fine, de accuſat. & Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. quęſt. 36. verſ. eſt autem. ratio enim eſt, quia clericus, habens à laico fœudum, poteſt in cauſa illius fœudi coram domino fœudi etiam laico conueniri, vt latè ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 11. num. 97.

21 Tempera tertio, vt non procedat quando Poteſtas ſecularis, neſciens eum, quem mandat citari, eſſe clericum, citat tanquam laicum, & eum ſic citatum, & non comparentem reputat contumacem, & ponit in banno, iuxta diſpoſitionem ſtatuti, mandantis, contumacem banniri, & bannitum poſſe impunè occidi, quia ſi iſto caſu clericus vigore huius proceſſus, & bãni fuerit occiſus, is, qui eum occidit, eſt excuſatus, vt ſcribunt Ioan. Andr. in cap. 24. quod quis mandato. ſub num. 4. verſ. tertio qui publicè. & num. ſeqq. de reg. iur. in 6. Alex. conſ. 65. attenta diſpoſitione ſtatuti. ſub num. 8. lib. 3. Iaſ. in l. 2. ſub num. 40. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & Addit. ad Mar. Socc. in d. cap. 5. ſi clericus. ſub num. 13. in littera A. de for. compet. & imputet ſibi clericus, qui, agnoſcendo hoc periculum, publicè non petijt, bannum cancellari, vel non eſt publicè proteſtatus

Digitized by Google

ſtatus coram ipſo iudice, vel coram ſuo taliter, quòd in publicam notionem poſſet peruenire, Io. Andr. vbi ſupra; nam occiſor tunc non excuſaretur.

Declara primo hoc temperamentum, vt ſit verum, data in occiſore iuſta ignorantia nullitatis banni, prout diſtinguendo iſtam ignorantiam, explicat Ioan. Andr. in d. cap. quod quis mandato. ſub num. 6.

22 Declara ſecundo, vt quamuis poſſet impunè occidi, tamen non propterea ſententia non erit nulla ex defectu iuriſdictionis: & ideo licèt clericus ita condemnatus, & bannitus capiatur, tamẽ poterit dicere de nullitate ſententiæ, & bãni ex defectu iuriſdictionis, vt ſecutus ſum infra n. 31. verſ. ſubinfero.

23 Tempera quarto, vt non procedat quoad expenſas, quas actor fecit, eò quia clericus, conuentus coram iudice ſeculari, diſtulit allegare declinatoriam fori, quam ſi allegaſſet, actor ex tunc deſtitiſſet proſequi litem coram iudice ſeculari; nam clericus tenetur ad iſtas expenſas, Bellam. deciſ. 226. in cauſa. de for. compet. fol. 59. Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 56. quæſt. 11. de for. competen. Felyn. in cap. 11. exceptionem. initio, de except. Steph. Aufr. tract. de poteſt. ſecul. reg. 2. num. 23. fall. 23. & num. 33. fall. 33. tom. 11. fol. 333. & 335. qui tractatus ſuperfluè eſt impreſſus etiam tom. 16. fol. 286. Caſſad. deciſ. 3. ſæpè. num. 5. de appell. Dec. conſ. 241. Gramm. vot. 18. in cauſa nobilis. ſub num. 14. verſ. reſtat. & num. 16. Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 2. cap. 1. ſub num. 12. verſ. ſed & eo caſu. Vrſil. in annot. ad Afflict. deciſ. 2. num. 4. Couarr. pract. quęſt. cap. 33. ſub num. 2. verſ. clericus verò. fol. 557. & ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 73. ſub num. 2. verſ. minus obſtat quod. & hoc eodem lib. cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 21. num. 69. & in foro Capitolino ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis lib. 1. cap. 61. priuilegiati, & qui ius habent declinandi forum, de quorum exemptione notoriè non conſtaret, ſi citati non comparuerint, & contumaces fuerint, non remittuntur, niſi refectis expenſis contumaciæ.

24 Declara primo hoc temperamentum, vt poſſit procedere quãdo clericus citatur ſimpliciter, prout citantur meri laici, nulla expreſſa qualitate, aut ſigno, quòd ſit clericus, & ita intelliguntur Doct. citati ſupra; ſecus ſi citatur, tanquam clericus, quia tunc non tenetur ad iſtas expenſas, Aufr. tract. de poteſt. ſecul. regul. 2. ſub num. 23. tom. 16. fol. 290.

25 Ratio eſt aperta; quia tunc citatio eſt ipſo iure, & notoriè nulla ex defectu iuriſdictionis, per ea, quę ſcribit Bal. in l. generaliter. la 2. ſub num. 1. & 2. C. de epiſc. & cler. & magis clarè Carauit. ſuper rit. 235. num. 1. & 2. vbi, interpretando illum ritum, de quo locutus ſum ſup. num. 18. extenſ. 6. ſcribit, quòd citatus, vti laicus, à iudice ſeculari, prætendens ſe clericum, debet allegare clericatum ex diſpoſitione illius ritus; ſecus quando fuiſſet citatus, vti clericus, quoniam citatio tunc eſſet nulla, & ideo citatus nullatenus teneretur comparere, hincq; inquit, eſt, quòd hodie iudices quando citant clericum, vel monachum, ponunt in citatione ſolum nomen, & cognomen citati, nec dicunt (citetur donnus talis, vel frater talis) ſed ſi hoc apparet in proceſſu, malè facerent.

26 Confirmatur hæc declaratio, faciens differentiam inter vnam, & alteram citationem, quia, vt refert Bal. in d. l. generaliter. la 2. ſub num. 1. C. de epiſc. & cler. Doct. conſtituunt differentiam, an ſit dubium, vel certum, citatum eſſe de iuriſdictione citantis, & ſimiliter ſtatuta Vrbis lib. 1. cap. 61. dum mandant, citatum, qui habet priuilegium, ſeu ius declinandi forum, teneri ad expenſas, ſi fuerit contumax in non allegando exemptionem, loquuntur, quando notoriè non conſtat de exemptione, vt retuli ſupra num. 23. in fine.

27 Non obſtat huic temperamento, eiuſque declarationi, ſi diceres, quòd qui citatus non arctatur comparere, non dicitur contumax, per ea, quæ ſecutus ſum infra limit. 5. ſub num. 29. ſeu ſaltem qui eſt omninò certus, ſe non eſſe de iuriſdictione iudicis citantis; & ideo non comparet, excuſatur à contumacia, Rebuff. tract. de contumac. &c. in pręfat. ſub num. 10. caſ. 6. tom. 3. fol. 90. & conſequenter ſi non eſt contumax, ſeu excuſatur à contumacia, debet excuſari ab expenſis, quæ ſunt acceſſoriæ contumacię; & hoc etiam ſi fuerit is citatus, vti laicus, & non appareret iudici, quòd eſſet clericus.

Quia reſponſio patet ex ſeq. ſecunda declaratione.

28 Declara ſecundo, vt procedat in clerico, qui non incedit in habitu, & tonſura, ſeu aliter ob eius culpam, vel negligentiam notus non eſt eius clericatus, ſed imò videtur ſecularis; quia iſto caſu licet verè ſit clericus, & verè gaudeat priuilegio fori, eo quia ſit vel in

in ſacris, vel ſit beneficiatus, tamen tenetur ad iſtas expenſas, quia ipſe fuit in culpa, vt fuerint factæ, & dedit cauſam iuſtę ignorantię, & non debet priuilegium fori ſibi ſeruire ad decipiendum: ſecus tamen eſt, quando incedit in habitu & tonſura, & ita ſe gerit, vt quilibet poſſit cognoſcere, & ſcire, ipſum eſſe clericum, quia tunc non tenetur ad iſtas expenſas, cum ſint factę potius ob culpam, & negligentiam aduerſarij: & cum hac declaratione ſunt intelligendi Doctores, citati ſupra nu. 23. & ita ſunt declaranda eorum dicta: ratio autem quare proceſſus & ſententia adhuc ſint nulli ipſo iure, quamuis non incederet in habitu, & tonſura, iuxta ea, quę ſcripſi ſupra num. 8. & tamen teneatur ad expenſas, & ſic priuilegium fori proſit indiſtinctè quoad nullitatem proceſſus, & non quoad expenſas, eſt, quia aduerſarius clerici ſi nõ recuperaret expenſas, iniuſtè pateretur damnum, ſed non in nullitate proceſſus, refectis ſibi expenſis, cum per earum refectionem ſit conſultum eius indemnitati, & punita culpa, ſeu negligentia clerici: quare concludo, quòd licet clericus, qui incedit in habitu, & tonſura, & eſt citatus à iudice laico, non teneatur coram eo comparere ad declinandum forum, quia ſatis declinatur ab habitu & tonſura, mediante diſpoſitione iuris; tamen, quando non incedit in habitu & tonſura, debet comparere, ſi vult euadere condemnationem expenſarum.

29 Declara tertio, vt hæc condemnatio expenſarum, ad quas dicimus teneri clericum, pertineat ad iudicem eccleſiaſticum, & non ad ſecularem, coram quo fuit contumax, Couar. pract. qq. cap. 33. ſub num. 2. verſ. clericus verò. tom. 2. fol. 557. & ratio eſt prædicta, quia licet clericus teneatur ad iſtas expenſas, prout teneretur ad emendationem cuiuſuis alterius damni, quod intuliſſet, tamen condemnari debet à ſuo iudice.

Quicquid ſcripſerit Steph. Aufr. tract. de poteſt. iud. ſecul. reg. 2. num. 23. fall. 23. tom. 11. fol. 333. dicens, quòd ſi citatus à iudice ſeculari non comparet, & eſt dubium an ſit clericus, poteſt à iudice in expenſis condemnari.

30 Infero ſecundo, quòd cum clericus ſit ita exemptus à iuriſdictione iudicis ſecularis, vt etiam ſi vellet, non poſſet eum facere iudicem ſuum, proceſſus ſemper erit nullus, Marſ. in rubr. ſub num. 233. C. de probat. inter Repet. vol. 7. fol. 449. & ideo poterit fori præſcriptionem, & exceptionem declinatoriam opponere quocunque tempore, etiam poſt ſententiam, quamuis ad eum vſque diem ipſe tacuerit, ac ſeipſum defendentit, & litigauerit coram iudice ſeculari, quia declinatoria fori, quæ reddit iudicium ab initio nullũ ex defectu iuriſdictionis, quæ nec prorogari potuit, nec prorogata cẽſetur, poteſt quandocunque etiam poſt ſententiam opponi, & impedit executionem ſententiæ, à qua alioqui non poſſet appellari, Couarr. pract. qq. cap. 33. ſub num. 2. quem ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 101. ſub num 15. in futura impreſſione, & dixi ſupra ſub num. 2. verſ. infero. & num. 12.

31 Subinfero ex hac illatione, quòd ſi Titius fuerit citatus per iudicem ſecularem, & tanquam contumax poſitus in banno, & habitus pro confeſſo ſecundũ formã ſtatuti, & ſecundũ conſtitutionẽ eccleſiaſticam, & diffinitiue condemnatus, à qua ſententia non appellauerit, & tandem eſt captus per iudicem ſecularem, qui vult eum decapitare ſecundum formam condemnationis, & iſte Titius captus dicit, Domine, proceſſus tuus fuit nullus ipſo iure, quia eram clericus, ecce inſtrumentum clericatus, & iudex replicat, tu debuiſti allegare, quia hoc erat mihi incertum, & ratione incertitudinis tenet iudicium: veritas eſt, quòd iudicium eſt nullum ex defectu iuriſdictionis, & excuſatur clericus, ſi non comparuit ad allegandum clericatum, quia clericis coram iudice ſeculari non eſt licita comparitio, nec poſſibilis prorogatio; & quia ſunt ipſo iure exempti, non eſt neceſſaria allegatio hominis, & quia defectus iuriſdictionis, quando iuriſdictio deficit ipſo iure, ſemper poteſt opponi, etiãſi ſtatutum diſponeret, quòd non poſſet opponi de nullitate ſententiæ, Bal. in l. generaliter, la 2. ſub. num. 2. C. de epiſc. & cler. adde quę ſcripſi ſupra num. 8.

32 Amplia primo eãdem exemplificationem poſitam ſupra num. 6. vt procedat etiam ſi ſcholaris eſſet clericus, quia licet ſcholaris ex priuilegio habeat plures iudices, quorum, ſiue agat, ſiue conueniatur, poteſt eligere quem vult, auth. habita. C. ne fil. pro patr. & ibi Doct. tamen nec volens, nec inuitus poteſt trahi coram iudice ſeculari, ſicq. in ſcholari clerico ceſſat priuilegium plurium iudicum, conceſſum ſcholaribus, & præualet priuilegium conceſſum clericis, qui illi renunciare non poſſunt, Cyn. in dicta auth. habi-

habita. ſub num. 6. & 7. Spec. tit. de reo. in rubr. ſub num. 9. verſ. ſed quid ſi ſcholaris. lib. 1. fol. 72. Rebuff. tract. de priuil. ſchol. priuil. 152. num. 3. tom. 18. fol. 59. Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 169. item ſcholaris. num. 1. & 2. & alij, quos citat Horat. Lut. tract. de priuil. ſcholar. priuil. 66. limit. 1. tom. 18. fol. 82.

Explica vlterius hanc ampliationem ex his, quæ ſcripſi infra num. 55. in ſexta declaratione.

33 Amplia ſecundo, vt præcipue procedat quoad cauſas criminales, cap. 12. ſi diligenti. de for. compet. in his enim cauſis neque expreſſe, neque tacite poteſt prorogare iuriſdictionem, late Couar. pract. qq. cap. 33. num. 2. verſ. ſecundo eſt. & pro explicatione adde quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 11. ſub num. 17. verſ. reſtringe. & num. 41. in fine, in ſubampl. & ſub num. 45. & 48. in 10. ampl. & ſubampl.

34 Amplia tertio, vt procedat etiam quoad cauſas ciuiles, per ea, quæ ſecutus ſum eod. cap. 11. ſub num. 45. & 48. in ſubampl.

Declara hanc ampliationem ex his, quæ ſcripſi eod. cap. 11. ſub num. 17. verſ. reſtringe. & num. 18.

35 Amplia quarto, vt neque poſſit prorogare iuriſdictionem voluntariã; quare clericus non poteſt legitimari à laico, puta à Comite Palatino, vel ab ipſo Imperatore, quia eſt omnino exemptus ab eorum iuriſdictione, eamq. prorogare nullo modo poteſt, per ea, quæ latè conſuluit Dec. conſ. 150. dubitatur. per totum, ſed de hac ampl. vide q. ſeq. ſpec. 2. num. 110.

36 Amplia quinto, vt clericus non poſſit prorogare iuriſdictionem in Epiſcopum nõ diœceſanum ſine conſenſu epiſcopi diœceſani. cap. 18. ſignificaſti. & ibi Gl. in verbo, clerici. Ant. de Butr. & Abb. ſub num. 1. & latius ſub num. 7. & 8. & Mar. Socc. num. 7. & ſub num. 41. q. 7. & ibidem Felyn. initio, de for. compet. Spec. tit. de ſenten. §. ſequitur videre. ſub num. 5. verſ. quid ſi nulla. lib. 2. fol. 165. Cyn. in l. 1. ſub num. 14. q. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. idem Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 20. verſ. circa hunc conſenſum. de offic. & poteſt. iud. deleg. Dec. in cap. 1. ſub num. 84. de iudic. in prima lectura, Lap. alleg. 88. commune floren. ſub num. 4. verſ. item iſto. & Vital. in loco *infra* proxime citato; quare licet poſſit compromittere in epiſcopum non ſuum, tamen non poteſt in eum conſentire, tanquam in iudicẽ ſuum ſine conſenſu ſui epiſcopi, Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. num. 2. C. de

37 epiſcop. aud. † & videtur ſentire Bar. in l. 1. ſub num. 1. & 2. ff. de iudic. vbi, argumentando ab epiſcopo ad Comitem, dicit, quòd ſicut epiſcopus habet iuriſdictionem, & effectum iuriſdictionis; cum habeat iuriſdictionem perpetuam, & proinde habeat etiam ſibi pœnas, quas infert: & clerici ſuas eccleſias habent ab epiſcopo; ita etiam ſi vnus comes habeat iuriſdictionem in ſuos vaſallos, & ſui vaſalli habeant fœudum ab eo, non poſſunt, illo inuito, prorogare iuriſdictionem alterius, quod ſentit etiam Ant. de Butr. in dicto cap. ſignificaſti. ſub num. 9. & Abb. ſub num. 7. ſub num. 12. & 15. ibi, ſi verò. & dixi q. præced. num. 8. & infra limit. 5. num. 25.

38 Ratio eſt, quia conſentiendo in epiſcopũ non ſuum, renunciat priuilegio fori, hecq. renunciatio eſt facienda auctoritate illorum, quorum intereſt; ſed in renunciatione fori, facta à clerico, verſatur prẹiudiciũ epiſcopi: quia à quo recipit ordinem, ab eo debet recipere iudicium, Vital. tract. de clauſul. rubr. quibus iur. renunt. poſs. num. 13. in fine, & num. 14. tom. 18. fol. 433.

Ratio, & melior quare clerici non poſſint prorogare iuriſdictionem etiam in iudicem eccleſiaſticũ ſine conſenſu proprij epiſcopi, & poſſint prorogare laici, eſt triplex. Prima, quia laicus poteſt iurare de calumnia ſine licentia ſui iudicis, Abb. in loco infra proxime citato, ſed clericus non poteſt iurare de calumnia ſine cõſenſu ſui Prẹlati, quod ſcripſi lib. præced. cap. 1. num. 203. ſi non poteſt iurare: ergo neque litigare. Secunda, quia non poteſt ab epiſcopo alieno ordines recipere, ergo nec iudicium, quod eſt maius. Tertia, quia ab alio, quàm à ſuo Prælato non poteſt petere iudicium animæ, quod eſt occultum: ergo à fortiori nec manifeſtum, Gl. in cap. 42. inolita. in verbo, pontifice. 11. q. 1. Ant. de Butr. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 8. & Abb. num. 8. de for. compet.

39 Addet aliã rationem, quare clericus indiſtincte non proroget, ſiue habeat beneficium, ſiue non, nempe, quia ſemper vltra nudum exercitium iuriſdictionis, quod in eum habet epiſcopus, eſt etiam ei ſubiectus tùm ratione ordinis, tùm quia, etiam non conſiderata ſubiectione ratione ordinis, eſt adhuc ſubiectus, quia tranſtulit corpus, & animam in ſerui-

ſeruitium Dei, & habet epiſcopum loco Dei ſupra caput ſuum, Ant. de Butr. num. 9. & Abb. num. 7. verſus finem, hæcque ratio eſt amica non ſolum iuri canonico, ſed etiam iuri ciuili, quia ſicut laicus vaſallus ratione fœudi, quod habet à domino, non poteſt ſine eius conſenſu prorogare iuriſdictionem in alium iudicem, Bar. Ant. de Butr. & Abb. citati ſupra num. 37. & q. præced. num. 8. ita etiam clericus non poteſt ſine conſenſu epiſcopi, quia, vt dixi ſupra, ſemper eſt ei ſubiectus, etiam ſi ab eo non habeat beneficium, Abb. in loco ſupra proxime citato.

Sed ſingulas iſtas rationes dicit eſſe perſuaſiuas, & non demonſtratiuas Felyn. in d. cap. ſignificaſti. initio, relinquens cogitandum.

40 Et procedit hæc ampliatio etiam ſi clericus prorogaret cum conſenſu inferioris ab Epiſcopo, qui inferior alias ſit ſuus iudex, quia non ſufficeret, Mar. Socc. in cap. ſignificaſti. ſub num. 7. & num. 42. de for. compet.

41 Declara primo hanc quintam ampliationem, vt ſit vera, quando clericus conſentit in iuriſdictionem epiſcopi, ſeu alterius perſonæ eccleſiaſticæ, cui neque iure ordinario, neque per priuilegium erat ſubiectus, quia tunc ſine proprij epiſcopi conſenſu non potuit in illum conſentire, & ita procedit ampliatio: ſecus quando clericus haberet epiſcopum ſuum iudicem ordinarium, & ex priuilegio haberet Archidiaconum, vt puta, quia clericus ſit ſcholaris, qui ex priuilegio habeat archidiaconum in iudicem, nam tunc ſi iſte ſcholaris conueniatur coram Epiſcopo, cuius iuriſdictionem poſſet ex priuilegio declinare, petendo ſe remitti ad Archidiaconum, & non declinet, vtique in hoc caſu ſine Archidiaconi conſenſu poteſt prorogando conſentire in ſuum Epiſcopum, Abb. in conſ. 25. attingam. ſub. num. 1. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 10. ibi, nam reſpondetur multipliciter. & ibidem Ant. de Butr. ſub num. 18. ibi, fallit quando iudex. de for. comp. Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 10. ibi, aut volunt prorogare in alium. ff. de iudic. & Dec. in cap. 1. num. 85. de iudic. in 1. lectura.

42 Ratio huius declarationis in ſecunda parte eſt, quia res de facili redit ad naturam ſuam, Abb. in locis ſupra proximè citatis; & in genere hanc rationem in alio propoſito exornat Ruin. conſ. 2. ſub num. 8. lib. 1.

Pro maiori explicatione, & intelligentia huius declarationis, vide quæ ſcripſi infra num. 55. declar. 6.

43 Declara ſecundo reſtringendo, vt non procedat, quando clericus prorogat iuriſdictionem contrahendo, vel delinquendo in aliena Dioceſi, quia illa prorogatio poteſt fieri ſine conſenſu Epiſcopi, quia magis dicitur prorogatio iuris, quàm hominis, Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 10. verſus finem, ibi, contrahendo verò. ff. de iudic. Ant. de Butr. in cap. 18. ſignificaſti. num. 11. verſ. opp. quòd. & ſub num. 18. verſus finem, de for. compet. Mar. Soc. in cap. 17. dilecti. Felyn. ſub num. 7. q. 1. eod. tit. dicens, quod clericus per hunc modum tacitè, & directè per viam contractus, & etiam per viam delicti poteſt cōſentire in alienum iudicem ſine ſuperioris licentia, licet expreſsè non poſſit, & in cap. ex litteris. ſub nu. 27. ibi, item ſecundum calderinum. de mut. pet. Dec. in cap. 1. nu. 90. verſ. ſecundo principaliter. de iudic. in 1. lectura, & quòd clericus ſortiatur forum illius Epiſcopi, in cuius territorio contrahit, ſcribit Socc. dicto cap. dilecti filij. num. 7. q. 1. & quod ſortiatur forum Epiſcopi, in cuius teritorio delinquit, ſcribit idem Mar. Soc. in cap. poſtulaſti. num. 1. de for. compet. & ita intelligas Cyn. in l. 1. num. 4. ſub num. 15. ibi, verum eſt. ff. ſi quis in ius. voc. non ier. dum ait, quòd clericus, contrahendo, vel delinquendo, efficitur de iuriſdictione iudicis, in cuius territorio contrahit, vel delinquit: & ita intelligas etiam Soc. in dicto cap. poſtulaſti. num. 4. & ſeqq. dum late firmat, & explicat regulam, quòd quilibet poſſit ratione criminis ſortiri forum vbi deliquit, vbi plures reſoluit quæſtiones.

44 Extende hanc declarationem, vt procedat etiam in fideiuſſione, quam clericus iudicialiter præſtaret pro laico moleſtato coram iudice ſeculari, vel coram Epiſcopo non ſuo de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, quia vtroque caſu clericus fideiuſſor poſſet conueniri coram Epiſcopo illius loci, vbi fideiuſſit, ſed cum diſtinctione; nam, lata ſententia contra eum, pro quo fideiuſſit, aduerſarius vel peteret, ſententiam exequi contra clericum fideiuſſorem, & hoc nō poſſet, quia non poteſt agi in vim actus iudiciarij: vel, nouo inſtituto iudicio, ageret contra clericum fideiuſſorem ratione fideiuſſorij contractus, & poſſet, & ita procedit extenſio, quare attendenda eſt forma practicandi; & hoc eſſet ſeruandum etiam ſi ageretur coram

ram epiſcopo proprio; quòd ſi clericus fideiuſſiſſet coram epiſcopo non ſuo,ſed de conſenſu epiſcopi ſui poſſet pati exequi ſententiam latam; & ita intelligas quæ ſcribit Mar. Soc.in dicto cap.dilecti filij.ſub nu.7. quæſt. 1.verſ. quoad primum . verſus finem.

45 Subdeclara primo eandem declarationem, loquentem de prorogatione ex contractu, vt procedat in contractu vero,& proprio, non autem in contractu, qui fingitur ratione deſtinatæ ſolutionis, quia licet clericus promittat ſoluere in aliquo loco, tamen non ex hoc prorogat iuriſdictionem in Epiſcopum illius loci, Sebaſt.Sap. in dicta l.1. num.19. ff. de iudic. inter Repet. vol. 1. fol. 469.

46 Contra hanc ſubdeclarationem, quòd enim clericus,conferendo ſolutionen in diœceſim alterius epiſcopi, ſortiatur ibi forum ratione contractus,licet in contrahendo non interuenerit conſenſus propij epiſcopi, quia iſto caſu prorogatio fit magis à iure,quàm ab homine,tenet Paul. de Caſtr.in l.1.ſub num. 22. verſ. aut volunt prorogare. C. de iuriſd. omn. iud. inter Repet. vol. 7. fol. 336.

47 Subdeclara ſecundo vberius, vt clericus debeat vere cõtraxiſſe in aliena diœceſi,quia ſi in ea non contraxerit, & tamen is ratione contractus,ſeu deſtinatæ ſolutionis citaretur coram Epiſcopo non ſuo, & compareret, & non declinaret forum , neque opponeret, contractum fuiſſe alibi geſtum, & ideo iſte epiſcopus non ſuus procederet, & ferret ſententiam; nihilominus proceſſus, & ſententia non tenerent, niſi cum hac diſtinctione: Aut conſtat notoriè, clericum non contraxiſſe in territorio epiſcopi, coram quo citatur,vt puta quia apparet ex lectura ipſius inſtrumenti;& iſto caſu proceſſus factus ab illo epiſcopo eſt nullus, quia clericus non poteſt ſine licentia ſui epiſcopi prorogare iuriſdictionem,ſeu cõſentire in alium iudicem, & puto hoc eſſe verum indiſtinctè, etiamſi daremus caſum, vt iſte epiſcopus prius pronunciaret, ſe eſſe iudicem competentem, & clericus non appellaret, quia pronunciatio eſſet notoriè contra veritatem: Aut non apparet, non fuiſſe ibi celebratum contractum, & ideo in hoc remanet dubium, & tunc rurſus diſtinguo: Vel clericus ſimpliciter excipit, contractum non eſſe geſtum in illo territorio, ſeu ſimpliciter, non eſſe geſtum, & tamen epiſcopus procedit, & dico, quòd proceſſus non tenet, niſi reuera ibi ſit geſtus cõtractus, quia clericus ſine licentia ſui epiſcopi non poteſt conſentire in epiſcopum nõ ſuum:Vel clericus non ſimpliciter excipit,vt ſupra,ſed,declinãdo ſpecialiter forum,dicit, ibi non contraxiſſe, & tunc antequam ad vlteriora procedatur, debet ſummariè diſcuti vbi contractus ſit geſtus, quia ſi appareat, ibi fuiſſe geſtum, tenetur coram eo reſpondere, ſi verò appareat non eſſe geſtum, debet remitti ad iudicem ſuum, & condemnari actor in expenſis: Vel clericus conuentus non excipit, & tunc ſi epiſcopus pronunciat ſe iudicem competentem, & ab iſta pronunciatione non appellatur, tenet proceſſus; ſecus,ſi omiſſa hac pronunciatione,procederet, quia proceſſus non teneret, Lap. in cap. romana.§.contrahentes.quem ſequitur ibidem Gemin. num. 10. verſ.ſed quid ſi conuenitur clericus. de for. compet. in 6. & vtrumque citat, & ſequitur Marian. Soc.in cap.17.dilecti filij.num.17.q.10.de for. compet.

48 Et quid dicendum, ſi citaretur non clericus;ſed laicus coram iudice non ſuo ratione contractus, vt in terminis huius ſubdeclarationis,vide eoſdem Lap.Gemin.& Soc. in locis ſupra proxime citatis.

49 Declara tertio,vt quamuis conſenſus partium in prorogatione ſufficiat etiam tacitus, vt dixi q.præced.num. 10. extenſ. 3. tamen conſenſus Epiſcopi debet eſſe expreſſus per modum licentiæ, ob rationes, quas adducit Addit.ad Abb.in cap.18.ſignificaſti. ſub nu. 18. verſ. nunquid autem ſignificat.in littera h. in verbo,quòd ſic.de for.compet.

Cõtrariũ tamẽ tenẽt Abb.in loco ſup.prox. citato,dicens ſufficere tacitũ,& alij,quos loquẽdo generaliter citaui q.ſeq.ſpec.2.n.165.

Nõ recedo à declaratione, quia cõtrariũ poteſt procedere in prorogatione laici,declaratio verò loquitur in prorogatione clerici.

50 Declara quarto, vt Epiſcopus poſſit dare hanc licentiam etiam in præiudicium immediate ſuperioris ipſius clerici,volentis prorogare,quaſi poſſit Epiſcopus illum immediate ſuperiorem præuenire in datione huiuſmodi licentiæ, Ant.de Butr.in dicto cap. ſignificaſti. nu.12. verſ.quæro an inferior.& Mar. Socc.ſub num.42. quæſt.7. verſ.ſed quæro. de for. compet.

51 Subdeclara hanc declarationem,vt ſit vera,quando Epiſcopus, & alius inferior immediatus habẽt iuriſdictionem in clerico,licet vnus immediate,& alius mediate, ſecus ſi inferior immediatus habeat iuriſdictionẽ quaſi

quaſi epiſcopalem de iure ſpeciali,quia tunc ad hunc inferiorem, & non ad Epiſcopum ſpectat præſtare eiuſmodi conſenſum, Abb. in dicto cap.ſignificaſti. ſub num. 6. & Mar. Soc.ſub num. 42.& 7. verſ. ſed quæro.

52 Et præcipuè procedit hæc ſubdeclaratio quando inferior iſte haberet nō ſolum exercitium iuriſdictionis in clericum,ſed vlterius clericus ab eo haberet beneficium, quia clericus iſto caſu non poſſet prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu huius inferioris,Abb. in dicto cap.ſignificaſti.num.6.verſus finem, & Mar.Soc.ſub num.42.q.7.verſ.ſed quęro. Boſch. Cod.in cap.1.num.122.de iudic.inter repet.tom.3. fol.37. & facit quod ſcripſi ſupra ſub num.38. verſ.ratio & melior.

53 Declara quinto,vt quamuis proceſſus cōtra clericum ſit nullus,ſi ſit factus ab Epiſcopo non dioceſano ſine licentia Epiſcopi dioceſani, vt dixi ſupra in ampliat. num. 36. tamen ſi clericus poſt latam ſententiam, approbat ſententiam, valebit ſententia, non vti ſententia; ſed vti quidam contractus, per quem videtur ſe obligare ad obſeruandum id, quod continetur in ſententia,Mar.Soc.in cap.18.ſignificaſti.ſub n.54.q.8.de for.comp.

54 Intellige, hanc declarationem eſſe veram, concurrentibus duobus: Primo,quòd approbatio ſit expreſſa,quia tacita per lapſum fatalium,ſeu per prorogationem nō ſufficit, Mar. Soc. vbi ſup. Secundo,quòd ex illa approbatione non naſcatur pręiudicium alteri, quia in eo, quod concernit præiudicium alterius, approbatio non teneret.

55 Declara ſexto, vt non procedat in clericis ſcholaribus, qui ſunt alienigeni, ſeu extranei in loco,vbi ſtudent,& habēt Rectorē,ſeu magiſtrū clericū,quia iſti ſecūdū Ioānis deDeo, & Huber.de Bob. opinionē,relatā à Spec.tit. de reo.in rubr.n.9. verſ.ſed quid ſi ſcholaris. lib.1.fol.72.poſſunt ſine alia licentia ſui dioceſani conſentire in illum magiſtrum, ſeu rectorem clericum,& vt dicit Hor.Lut.tract.de priuil. ſcholar. priuil.66. limit. 1. verſ. contrariam. tom. 18.fol. 83. poſſunt conſentire in epiſcopum loci,vbi ſtudent.

Licet huic declarationi, vt refert Spec. vbi ſup.expreſſe contradicat dominus ſuus.

Quòd ſi clericus ſcholaris ſit ciuis, vel dioceſanus in loco, vbi ſtudet, non poteſt ſine ſui dioceſani in alium, etiam clericum conſentire, Spec. vbi ſupra.

Sed quia materia huius declarationis habet varias opin. quas confuſe, & intricate refert Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti.num. 43.verſ.item iuxta.de for.compet.& non ſolum hanc declarationem, ſed totam materiam, auth. habita, C. ne fil. pro patr. vbi agitur de priuilegio ſcholarium circa forum examinat Rebuſ.tract.de priu.ſchol.priu.152. tom.18. fol. 59.& ordinate,& latiſſime Hor. Lut. dicto priuil.66. per totum eod. tom.18. fol.82. & 83. pluribus non inſiſto.

56 Subamplia primo illatiuè eandem quintā ampliationem, poſitam ſupra num. 36. vt quemadmodum clericus non poteſt conſentire iniuriſdictionem alterius Epiſcopi ſine conſenſu ſui Epiſcopi; ita etiam non poſſit Epiſcopus, aut eius ſuffraganeus conſentire in iuriſdictionem alterius Archiepiſcopi ſine conſenſu ſui Archiepiſcopi, Hoſt. in cap. 8. ad reprimendam. de offic. ord. quem citat, & ſequitur Abb. in dicto cap.ſignificaſti. nu. 6. verſus finem, Mar.Socc.ſub num.42.q.7. verſ.ſed quæro. & copioſius, & apertius nu. 15. q. 3. de for. compet.

57 Subamplia ſecundo, vt neque Archiepiſcopus poſſit conſentire in Patriarcham non ſuum ſine conſenſu proprij Patriarchæ, Mar. Soc. in cap. ſignificaſti, ſub num. 42. q. 7. verſ. ſed quęro. & copioſius ac apertius, num. 15. q. 3. de for. compet. vbi quòd ſi Archiepiſcopus non haberet ſuum Primatem, requiritur conſenſus Papæ.

58 Subamplia tertio, vt quamuis Epiſcopus expulſus poſſit cognoſcere in alterius dioceſi inter ſubditos ſuos ſecundum formā clem. vnicæ, de for.compet. tamen non poteſt eius iuriſdictio prorogari in ſubditos illius alterius dioceſani,niſi ad hoc accederet conſenſus illius alterius dioceſani, in cuius dioceſi iſte expulſus cognoſceret, Mar. Soc. in dicto cap.18.ſignificaſti.num.22.verſ.ſecundo igitur. de for. competen.

59 Subamplia quarto,etiam illatiuè,vt exempti non poſſint, iuriſdictionem prorogando, conſentire in Epiſcopum proprium ſine conſenſu Papæ, quia ipſe eſt dioceſanus exemptorum, Ant. de Butr. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num.12. verſ. quæro ān inferior. ibi, de exempto. & Abb. num. 8. verſus finem, & Mar. Soc. ſub num.42.q.7. verſ. ſed quæro. de for. compet.

60 Confirmatur hęc ſubampliatio, quia ſi Papa, vel Imperator referuant ſibi certam cognitionē,vel iuriſdictionem,partes velint, nolint,erunt ſub eo, nec alterius iuriſdictionem poſſunt prorogare, Felyn. in cap. 40.

p.& g.

p. & g. num. 6. in fine, de offic. & poteſt. iudic. deleg. Sed eo ipſo, quòd Papa eximit, anocat ad ſe cognitionem. ergo.

61 Tempera hanc ſubampliationem, vt non procedat quoad poteſtatem abſoluendi in foro pœnitentiali ab excommunicatione, per ſtatutum, vel canonem inflicta, quia exemptus poteſt ſine Papæ conſenſu conſentire, & prorogare iuriſdictionem voluntariam in ſuperiorem proximum, qui alias eſſet ſuus ordinarius, quiquè poſſet eum abſoluere; & ratio eſt, quia exemptio eſt conceſſa ad fauorem exempti; ergo non debet in odium retorqueri, & retorqueretur, ſi pro abſolutione cogeretur ire ad Curiam, latè Feder. de Sen. conſ. 14. monachus. &, de eo non facta mentione, ſequitur formaliter Io. de Lign. in clem. 1. ne in agro. de ſtat. monach. &c. Quinimò Feder. de Sen. videtur ſentire, quòd exemptus poſſit etiam in foro contentioſo conſentire, & prorogare iuriſdictionem Epiſcopi ſine licentia Papæ.

62 Contrariũ, quòd non poſſit, videtur tenere Io. Andr. in cap. ſcienti. ſub nu. 7. de reg. iur. in 6. in mercurialibus, quem ſequitur Ant. de Butr. in d. cap. ſignificaſti. ſub num. 12. verſ. quæro an inferior. de for. compet. dicens, relatam Federici determinationem eſſe falſam; hoc etiam contrarium, latè articulo examinato, ſequitur tandem Abb. in eodem cap. ſignificaſti. num. 10. & ſeqq. & late poſt eum, repetendo ſingula eius dicta, ſequitur ibidem Mar. Socc. ſub num. 42. quæſt. 7. verſ. ſed quæro. ibi, prædictis tamen non obſtantibus. vbi errans ipſe, vel potius, vt credo, copia, aut impreſſor, citat pro hac contraria opinione Feder. & Io. de Lign. quare benè poſtea ita ſequitur contra eoſdem, ibi, (& ſic reſidet dominus meus) & ſequitur etiam Felyn. in eodem cap. ſignificaſti. ſub num. 3. verſ. contrarium. & quòd exemptus non poſſit renunciare ſuæ exemptioni, vt ſunt ſubiecti Papæ: ſecus in alio exempto, ſequitur, citato Ioann. Andr. vbi ſupra, Felyn. in cap. 40. p. & g. num. 13. verſ. ſi exemptus. de off. & poteſt. iudic. deleg. & ad Ioan. Andr. vbi ſupra, ſe remittit Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 15. verſ. vltimo circa. ff. de iudic. quęrens an Abbas exemptus, qui ſubeſt immediatè Papæ, poſſit immediatè abſque Papæ licentia prorogare Epiſcopi iuriſdictionem, à qua eſt exemptus.

63 Hæc tamen cõtrarietas poteſt conciliari, quia Epiſcopus poteſt abſoluere religioſos, etiam exemptos, quando agitur de abſolutione ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericos, vt in caſu cap. 21. religioſo. de ſent. excommun. in 6. ne eis detur materia vagandi, & ita poteſt procedere temperamentum, ſed alios non religioſos ſimpliciter non poteſt abſoluere, nec religioſos extra caſum illius capituli, & ita procedit hæc opinio contraria, vt poſt Abb. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 12. de for. compet. firmat ibidem Mar. Socc. ſub num. 42. quæſt. 7. verſ. ſed quæro. ibi, ſubdit tamen aduertendum eſſe.

64 Retenta hac contraria opinione.

Reſtringe primo eam, vt non procedat, quando exemptus ſubijceret ſe Legato, quia Legatus repræſentat Papam, non ordinarius, Felyn. in cap. 18. ſignificaſti. num. 3. in fine, verſ. ſalua. de for. compet. vbi tamen relinquit cogitandum.

65 Reſtringe ſecundo, vt non procedat quando oppreſſus ab exempto, non poteſt, niſi cum difficultate, & periculo accedere ad Curiam Papæ, & coram eo conqueri de oppreſſione, ſeu de delicto; quia ſicut tunc quaſi in defectum ſuperioris poſſet ordinarius ius dicere, & exemptum inuitum punire, imò poſſet quodammodo quilibet auctoritate propria ſibi ius dicere, ſecundum Lau. quem ſequitur Card. in clem. 1. quæſt. 3. num. 16. in fine, de offic. ord. & ex eo Felyn. in dicto cap. 18. ſignificaſti. num. 4. verſ. ſecundus caſus. de for. compet. ita etiam à fortiori poſſet exemptum volentem abſoluere, Felyn. vbi ſupra; licet is reſpondeat, & dicat, cogita.

66 Reſtringe tertio, vt non procedat ſi Prælatus exemptus ſimul cum conuentu præſtat obedientiam Ordinario, quia tunc transfert in ipſum Ordinarium quaſi ſubiectionis poſſeſſionem, & hoc quatenus nocet ipſi, non ſedi apoſtolicę, Abb. in cap. 8. cum dilectus. ſub n. 7. de relig. dom. quem ſequitur Felyn. d. cap. ſignificaſti. ſub num. 4. verſ. item limita.

67 Amplia ſexto, vt clericus, etiam cum conſenſu proprij Epiſcopi non poſſit prorogare iuriſdictionem in iudicem ſecularem, teſtibus his, quos ſecutus ſum ſup. lib. 1. cap. 11. num. 38. ampl. 6.

68 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat etiam in clerico ſcholari, per ea, quę dixi ſupra num. 32. ampl. 1. & ſub num. 55. verſ. quod ſi clericus.

Digitized by Google

69 Amplia ſeptimo, vt coram iudice ſeculari non poſſit conueniri, etiam ſi coram eo fideiuſſerit pro laico de ſtando iuri,& iudicatum ſoluendo, & laicus, pro quo fideiuſſit, ſit condemnatus, Cyn.in l. 1. num. 11. in fine, ibi, iſtud non eſt verum.& num. 12.ff. ſi quis in ius voc.non ierit, Mar.Soc.in cap. 17. dilecti filij. ſub num.7.queſt. 1. verſ. primum quid. & ſeq. de ſor. compet.

70 Declara hanc ampliationem, vt quamuis nullatenus poſſit conueniri coram iudice ſeculari, & multò minus poſſit cõtra eum exequi ſententia, lata contra principalem; tamen ex hac fideiuſſione poſſet ratione contractus conueniri coram Epiſcopo illius loci, & poterit conueniri tàm in loco contractus, ideſt fideiuſſionis, quàm in loco domicilij, & ita intelligo quę confusè ſcribit Mar.Socc. in d. cap. 17. dilecti filij. ſub nu.7.q. 1.verſ.quoad primum.de ſot.comp.quę nos clarius retulimus ſupra num.44.verſ.extende.vbi videas.

Reliquas ampliationes, ſubampliationes, & limitationes ad hanc primam exemplificationem, poſitam ſupra n.6.non proſequor, quia eſt materia, de qua copioſè ſcripſi ſup. lib. 1.cap. 11. per totum, vbi quę hic deſiderares, inuenies.

71 Infero ex hac quinta, & ſexta ampliatione duos effectus.

Primus quorum eſt, quòd ſi iudex eccleſiaſticus, prorogatus à clerico ſine conſenſu ſui Epiſcopi, faciat proceſſum, ſeu ferat ſententiam, proceſſus, & ſententia non tenent: poteſt tamen ſuus Epiſcopus ratam habere ſententiam in odium clerici, qui Epiſcopum ſuum ſine ſua licentia dimiſit, ideoque iniuria affecit,& clericus non poteſt tunc dicere, illam ſententiam eſſe nullam, quia aut clericus litigauit bona fide, & hoc non debet alium decipere; aut litigauit mala fide, & hoc non debet ipſum releuare ſecundum ea, quę ſcribunt Gl. in cap. 18. ſignificaſti. in verbo,clerici. & Hoſt. ſub n. . de ſor.comp.

72 Confirmatur primo hęc opinio, quia ſtulti non debent eſſe melioris conditionis, quàm periti: ſed certum eſt, quòd ſi clericus eſſet conuentus coram iudice proprio,& is fuiſſet ab eo abſolutus, actori, qui eum vellet denuo conuenire, obſtaret exceptio rei iudicatæ: ergo multò magis ſeruanda erit ſententia abſolutoria in odium ipſius actoris, qui eum ſtultè traxerit coram iudice non ſuo, à quo fuerit abſolutus, Feder. de Sen. conſ.90.caſus talis eſt. ſub num. 2. verſ item ſtulti.

73 Confirmatur ſecundo, quia ſi clericus inuitus trahatur ad iudicem ſecularem,& condemnetur, tamen habetur pro abſoluto in odium trahentis: ergo multò fortius quando eſt abſolutus, debet talis abſolutio haberi pro rata per iudicem eccleſiaſticum in odiũ trahentis, Feder. de Sen. d.conſ.90. num. 2.

74 Contrariam opinionem: quòd enim ſententia, lata à iudice non ſuo, non poſſit rata haberi per ſuum iudicẽ, tenet Innoc. in cap. prudentiam. ſub n.5.6.& 7.de off.& pot.iud. deleg.quem in effectu ſequitur Ant.de Butr. in d.cap. 18.ſignificaſti.nu. 15. verſus finem, ibi, teneo quod non poſſit. hancq. eſſe communem, & veriſſimam opin. teſtatur, & ſequitur Abb.in d.cap.ſignificaſti. nu. 21.verſ. hic ſunt duo.& ex eo ibidem Mar. Socc. ſub num.55.q.9.quare ſi quis, nulla delegatione precedente, tulerit ſententiam in aliqua cauſa, in qua iudex non erat, ratihabitio Ordinarij non faciet eam valere, Spec.rit.de ſent. §. ſequitur videre.num.5. verſ. quid ſi nulla. lib. 2. fol. 165.

75 Comprobatur hæc contraria opinio, quia, quod non eſt factum, nõ poteſt ratum haberi, ſed quod fit ſine requiſitis ſolẽnitatibus, non dicitur factum: ergo non poteſt illud ratũ haberi, quia neque is, qui ratũ vult habere, poſſet illud facere ſine ſolemnitatibus requiſitis: ſed ſic eſt, quòd ſententia, lata à non ſuo iudice, habetur pro non lata, & non tenet, quia deficit ſolemnitas iuriſdictionis: ergo non poteſt haberi rata, Innoc.in d. cap. prudentiam. ſub num.5.6.& 7.

76 Tertia ſit opinio, quòd poſſit rata haberi à proprio iudice, ſi ſententia ſit eius nomine lata, & ita procedat prima opin. ſecus ſi ſit lata nomine proprio, quia quod meo nomine nõ eſt geſtũ, non poſſum ratũ habere, cap. 9. ratũ.de reg.iur.in 6. & ita procedat cõtraria opin. ſecundũ ea, quę allegat Ant.de Butr. in d. cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 15.

77 Retenta opinione contraria, quòd non poſſit ratificari.

Extende eam, vt præcipuè procedat in ſententia excommunicationis, quia ea, lata à non ſuo iudice, non poteſt à iudice competenti ratificari, cap. 1. 9. q. 1. Ant.de Butr. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 15. de ſor.compet.& de hoc non eſt dubitandum.

78 Limita eamdẽ contrariã opin. vt non procedat in Principe, quia is poteſt ratificare ſẽtentiam nullam, cap. hoc quippè. 3. q. 6. Ant. de Butr. in loco ſupra proximè citato.

Secun-

79 Secundus effectus eſt, quòd trahens clericum coram iudice ſeculari, debet loco pœnæ perdere cauſam, authen. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. & cap. 12. ſi diligenti. de for. compet. Feder. de Sen. conſ. 90. caſus talis eſt. Ant. de Butr. in dicto cap. 12. ſi diligenti. num. 13. & in cap. 18. ſignificaſti. num. 14. verſ. quæro cum gloſ. Abb. num. 19. & Mar. Socc. num. 56. quæſt. 10. de for. compet. Surd. conſ. 222. quamuis. num. 1. lib. 2. & communiter omnes, & dixi ſupra lib. 1. cap. 11. num. 45.

80 Ratio quare trahens coram iudice eccleſiaſtico non ſuo, non perdat cauſam, ſed ſolum ſententia ſit nulla, vt dixi ſupra num. 72. in primo effectu, & perdat trahens coram ſeculari, vt dixi in iſto ſecundo, eſt, quia trahens coram eccleſiaſtico non delinquit tantum, quantum trahens coram ſeculari; nam trahens coram ſeculari offendit vniuerſam iuriſdictionem clericorum; ſed trahendo coram eccleſiaſtico, offendit ſpeciem tantum iuriſdictionis ſui proprij iudicis, Ant. de Butr. & Mar. Socc. in locis ſupra proximè citatis.

81 Multæ circa hunc ſecundum effectum ſe offerrent difficultates.

Prima enim difficultas eſt: quando quis dicatur trahere aliquem ad examen vetitum, ad hoc vt ipſe trahens incidat in pœnam, ſtatutam contra ſic trahentem.

Secunda: quis incidat in hanc pœnam.

Tertia: quæ & quanta ſit iſta pœna.

Quarta: Vtrum trahens incidat in eam ipſo iure, vel per ſententiam.

Quinta: quomodo procedatur contra ſic trahentem.

Sexta: Vtrum etiam is, qui permittit ſe trahi, incurrat in eandem, vel aliam pœnam.

Septima: quæ cautela poſſit adhiberi, ne tractus incidat in pœnam, & incidat trahens.

Sed quia de ijs difficultatibus ſatis copioſè ſcripſit Mar. Soc. in cap. 12. ſi diligenti. num. 22. verſus finem, & num. 23. & ſeqq. vſque ad num. 38. vbi etiam & num. ſeqq. alias annectit quæſtiones, de for. comp. ego pluribus nõ inſiſtam, quia eſt materia longa, in qua lõge, & facilis ab itinere diſcederem.

Latè ſupra num. 36. in quinta ampliat. oſtendimus, iuriſdictionem, quam quiſque dioceſanus habet in ſuos clericos, non eſſe prorogabilem ad alium dioceſanum ſine conſenſu proprij dioceſani, & ſupra num. 67. ampliatione 6. multò minus eſſe prorogabilem in iudicem ſecularem.

82 Occurrit nunc grauiter dubitandum, nunquid Papa poſſit prorogare in ſe iuriſdictionem alicuius iudicis, hoc eſt, nunquid poſſit ſe ſubmittere alicuius iuriſdictioni.

Videtur prima facie dicendum, quòd poſſit, quia Chriſtus non erat alicuius hominis ſubditus; quinimò ipſe erat rex regum, & dominus dominantium, & tamen ipſe ſe exhibuit iudicio hominis, vt dicit S. Thom. 2.2. q. 67. art. 1. verſ. præterea chriſtus. & verſ. ad ſecundum. & videtur, quòd poſſit ſe ſubmittere iudicio Imperatoris, quia Leo Papa illius iudicio ſe ſubdidit, vt habetur in cap. 41. nos ſi incompetenter. 2. q. 7. & notant S. Th. d. verſ. ad ſecundum. Io. Andr. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 2. Ant. de Butr. num. 8. verſ. item papa. & ſub num. 10. verſ. nota tamen. & Mar. Socc. num. 10. verſ. quæro primo. de for. competen. & in effectu ita tenet Caiet. ad S. Thom. d. art. 1. quem latius referam infra.

83 Contrarium, quòd non poſſit ſe ſubmittere, & in ſpecie iuriſdictioni Imperatoris, videntur tenere Io. Andr. Ant. de Butr. & Mar. Socc. in locis ſupra proxime citatis, & quòd ita teneant cõmuniter Doct. quòd non poſſit ſe ſubijcere iuriſdictioni Imperatoris, vel alterius laici, ſcribit Dec. in cap. 10. eccleſia. num. 62. verſ. ex prędictis. & ibi Sylu. Aldobr. littera B. de conſtit.

Confirmatur hoc contrarium, quia ſi Imperator poſſet iudicare Papam; vna ex his duabus iudicaret iuriſdictione, videlicet vel ſua ordinaria, vel delegata ſibi à Papa; ſed neutra poteſt iudicare; non ſua ordinaria, quia eſt infra poteſtatem Papæ, nec ſe extendit ad ſpiritualia: non delegata, tùm quia non haberet vim coactiuam ipſius Papæ, cum nemo cogatur à ſeipſo, tùm quia Papa non poteſt dare poteſtatem maiorem ſua, nec æqualem ſuę, ac per hoc non poteſt conſtituere aliquem, qui ſit ſuperior Papa, aut ęqualis, & conſequenter omnis fungens auctoritate, accepta à Papa, remanet ſubditus Papæ, & non ſit eius iudex, ſeu ſuperior: quia oportet, poteſtatem, datam à Papa, dependere ab ipſo, vt effectum à cauſa, ita quòd oppoſitum implicat contradictionem (eſſet enim à Papa, & non eſſet à Papa, vt patet) & conſtat, quòd poteſtas dependens ab alia poteſtate, eſt minor illa, à qua dependet: hæc ſunt, quę motiuando adducit Caiet. d. art. 1. initio, & verſ. ad primum.

84 Aliqui in hac controuerſia diſtinguunt, vt Papa non poſſit ſe ſubijcere in omnibus, quia non poteſt ſe ſubijcere in perſonalibus, ſeu criminalibus: & ideo non poteſt alteri committere, quòd ipſum excommunicet.

85 Sed nos, circumſcriptis quibuſdam particularibus, concludimus ex regula, quòd, quicquid ſit de iure, Papa poteſt tùm ex nimia humilitate, tùm ex neceſſitate ſe alterius iudicio ſubmittere, prout ſe ſubmittit etiam confeſſori in pœnitentia, quia eſt homo, & poteſt peccare, & in facto, vt diximus ſupra, conſtat, quòd Leo Papa ſe ſubmiſit iudicio Imperatoris: & quòd hęc opinio videatur etiam verior de iure, ſcribit Dec. in d. cap. eccleſia. ſub num. 64. verſ. ſed tamen. de conſtit. & ita firmando Caiet. reſpondet ad contraria, vt per te ipſum poteris videre: & vide quę ſcripſi ſupra gloſ. 4. quęſt. 7. num. 31. & ſeqq. & num. 40. & ſeqq.

Abſoluta prima exemplificatione, poſita ſupra num. 6.

86 Exemplifica ſecundo è conuerſo in iuriſdictione eccleſiaſtica, quia ad hanc non poteſt prorogari iuriſdictio ſecularis, ſiquidem militat eadem ratio diuerſitatis ſpecierum, quę prorogationi eſt impedimento; licet enim laicus proroget ſine conſenſu ſui iudicis, quando prorogat reſpectu eiuſdem ſpeciei iuriſdictionis ſub eodem genere, vt quia ſubditus iuriſdictioni generali imperij de iudice ſubiecto imperio prorogat ad aliũ eodẽ modo ſubiectum; ſecus tamen eſt quoad diuerſam ſpeciem, vt de iudice laico, ad eccleſiaſticum. Ant. de Butr. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 9. verſ. aliam rationem. de for. compet.

Confirmatur hęc exemplificatio ex his, quę ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 12. num. 1. & 13. & hoc eodem lib. cap. ſeq. quęſt. 8. ſub num. 100. verſ. prima.

87 Contrariam opin. quòd enim hodie quilibet laicus habeat poteſtatem prorogandi iuriſdictionem eccleſiaſticam, probat l. 9. epiſcopale. C. de epiſc. aud. & ſcribit Ant. de Butr. in loco ſupra prox. citato; & quòd quamuis clericus non poſſit prorogare iuriſdictionem iudicis laici, tamen laicus poſſit prorogare iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici, dummodo aliqua qualitas non reſiſtat, vt quia ſit cauſa fœudalis, ſcribit Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 40. quęſt. 4. de for. compet.

88 Comprobatur hęc contraria opinio, quia imò non ſolum non militat eadem ratio, ſed militat diuerſa; ſiquidem ſecularis nec actu, nec habitu habet iuriſdictionem in clericos, ſed iudex eccleſiaſticus, nempè Papa, à quo iuriſdictionem habent inferiores Prælati, habet habitu iuriſdictionem temporalem, nempè in ſeculares, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 11. num. 10. & ſub num. 12. & efficacius ſub num. 13. verſ. verum quia. & ſupra gl. 1. q. 1. ſub num. 122. & 129. & quòd Epiſcopus propterea habeat habitu iuriſdictionem temporalem, ſcribit Andr. Barb. in addit. ad Abb. in d. cap. ſignificaſti. ſub num. 5. in littera G. in verbo, iuriſdictionis exercitium.

89 Ampliationem ſecundam, poſitam ſupra num. 5. & eius exemplificationem poſitam ſupra num. 6. in quibus ampliando, concluſimus, iuriſdictionem ſecularem non poſſe prorogari ad clericos, & perſonas eccleſiaſticas, & è conuerſo egimus ſupra num. 86. & ſeqq. an iuriſdictio eccleſiaſtica poſſit prorogari ad ſeculares; nunc declara eſſe veras, & procedere quoad prorogationem, in qua clericus ſuſtineret partes rei conuenti, quia tunc nec expreſsè, nec tacitè poſſet prorogare iuriſdictionem iudicis ſecularis.

Secus eſt quoad prorogationem (ſi ſic eam vocare poſſemus (in qua clericus faceret partes actoris, quia ſi ipſe ageret, poſſet, imò deberet conuenire laicum coram iudice ſeculari ex regula, quòd actor ſequitur forum rei, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 11. num. 49. & 50.

90 Ratio huius ſecus eſt, quia quando clericus agit, non iudicatur ipſe, ſed iudicatur laicus, qui eſt conuentus; is enim vel condemnatur, vel abſoluitur: clericus autem non iudicatur, ideoq. non poteſt condemnari, præterquam quoad expenſas; tota igitur prohibitio contra iuriſdictionem ſecularem, eò tendit, ne poſſit iudicare, & condemnare clericos erga laicos, non autem ne poſſit condemnare laicos erga clericos; quia in hoc nullum verſatur dedecus ordinis clericalis, ſed potius fauor.

Quid dicendum ſit quoad prorogationem per viam reconuentionis, an poſſit reconueniri coram eodem iudice ſeculari, coram quo ipſe conueniſſet laicum, vide ex his, quę ſcripſi ſupra num. 3. & 4. & infra nu. 95. 116. & 102. in fine.

91 Supra nu. 5. & ſeqq. proſequẽdo ſecundam ampliationem, ibidem poſitam, latè iam oſtendimus, quòd & ſi iuriſdictio non omnino

no

no deficiat, ſed ſolum deficiat reſpectu ſpeciei perſonarum, tamen non prorogatur ad aliam ſpeciem perſonarum; nūc, ſubampliando eandem ampliationem, tractabimus quomodo minus prorogetur etiam ſi deficiat ſolum reſpectu ſpeciei cauſarum, & certarum perſonarum.

Subamplia igitur illā ſecundā ampliationē, vt procedat etiā ſi iuriſdictio non deficiat quod ſpeciē perſonarum, ſed deficiat quoad ſpeciem cauſæ, ſeu ſtrictius quoad certas perſonas, quia quamuis non deficiat omnis iuriſdictio, tamen quia deficit quoad illam ſpeciem, non eſt prorogabilis quoad aliam ſpeciem.

92 Exemplifica primo hanc ſubampliationem, quando iudex eſt deputatus ſuper cauſis mercaturæ, vſurarum, ædificiorum, damni dati, viduarum, pupillorum, iudæorum, & ſimilium, quia huius iuriſdictio non poteſt prorogari ad alias cauſas, Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num. 15. verſ. venio ad ſextam. de offic. & poteſt. iud deleg. & in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 16. circa medium, & late ibidem Mar. Soc. ſub num. 30. q. 3. de for. comp. & vtrumque breuiter refert, & ſequitur Felyn. in dicto cap. p. & g. num. 11. verſ. poteſtas. idem tenent Iaſ. in l. ſi per errorem. num. 4. ff. de iuriſdict. omn. iud. & Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defec. iuriſd. num. 51. & 52. tom. 4. fol. 387. & quòd ſi eſt iudex mercantiæ, vel alicuius certæ cauſæ, ad aliam non poſſit fieri prorogatio, ſcribit Ant. de Butr. in dicto cap. p. & g. ſub num. 22. verſ. venio ad quartum. de offic. & poteſt. iud. deleg. & in cap. 1. ſub num. 16. de mut. petit. & de comm. opin. Abb. vbi ſupra.

93 Extende primo hanc exemplificationē, vt præcipuè procedat quando ſtatutū, ſeu Princeps mandaret, quòd iudices mercatorum non poſſint cognoſcere, niſi de cauſis mercātiæ, quia duo foreſes non poſſent coram eis litigare de cauſa non mercantili; in his enim terminis loquitur Iaſ. in loco ſupra proximè citato, & fortius procedit, quādo eſſet adiecta clauſula decreti irritantis, euius effectus eſt, quòd licet pars non opponat, nihilominus proceſſus eſt nullus, & proinde ſi officialis ex forma ſtatuti non poteſt cognoſcere, niſi de cauſis pupillorum, & viduarum, aot de cauſis teſtamentarijs, & quod in alijs non poſſit ſe intromittere, adiecta clauſula decreti irritantis, vtique non pupilli, & non viduæ non poſſunt eius iuriſdictionem prorogare, neque poteſt eius iuriſdictio prorogari in aliis cauſis, quàm teſtamentarijs, Mar. Soc. in dicto cap. ſignificaſti. ſub num. 30. q. 3. & verſ. tertio probatur.

94 Ratio eſt, quia ſicut non poteſt fieri prorogatio, quando deficit omnis ſpecies iuriſdictionis, vt dixi ſupra num. 2. quia non entis non datur prorogatio, ita etiam fieri non poteſt prorogatio eius ſpeciei, quæ non extat, quia quod iuris eſt in toto quoad totum, idem eſt in parte quoad partem, Ant. de Butr. in dicto cap. p. & g. ſub num. 22. verſ. venio ad quartum. & hoc eſt in effectu, quod dicimus prorogationem fieri in his, quę ſunt eiuſdem naturæ, vt latius explicaui infra num. 103. & ſeqq.

95 Extende ſecundo, vt neque poſſit cognoſcere per viam reconuentionis, quia reconuentio non poteſt fieri de re, quæ non eſt ſubiecta iuriſdictioni iudicis: & proinde reconuentio non inducit prorogationem, per ea, quæ ſcripſi q. ſeq. ſpec. 3. num. 112.

96 Declara eandem exemplificationem, vt procedat, prout loquitur quādo fieret prorogatio ad aliam ſpeciem cauſarum, ſecus ſi fieret ad eandem, vt puta, quia duo foreſes ſuper re mercantili litigarent coram iudice mercaturæ, quia hæc prorogatio teneret.

97 Exemplifica ſecundo in notione, quam habet arbiter, is enim cum nullam habeat iuriſdictionem, noo poteſt in eum prorogari iuriſdictio, quia eius, quod non eſt, non poteſt fieri prorogatio: ſed ipſius notionis, quam habet, poteſt fieri prorogatio, ſi fiat infra tempus compromiſſi per expreſſum conſenſum, ſicut factum eſt compromiſſum; alias autem poſt tempus, diceretur fieri nouum compromiſſum, & ita etiam ſi intra tempus compromiſſi eligeretur à partibus tertius, Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 26. q. 8. de for. compet. adde omnino quæ ſcripſi q. ſeq. ſpec. 1. num. 23. & ſpec. 3. oum. 42. & ſeqq.

Confirmatur hęc exemplificatio in prima parte ex his, quæ ſcripſi infra num. 99. in 4. exemplificatione.

98 Exemplifica tertio in iuriſdictione non contentioſa, quam habent inferiores Epiſcopo, quales ſunt Præpoſitus, Abbas, Archidiaconus, & ſimiles, quia ſi hi nō habeant iuriſdictionem ordinariam contentioſam de iure communi, de quo nō diſputo, vel ſaltem non habeāt eam de conſuetudine, vtique eorum iuriſdictio non poſſet prorogari; ſecus ſi

Digitized by Google

cam haberent de iure communi, vel de conſuetudine, quia tunc poſſet prorogari, Mar. Soc. in dicto cap. ſignificaſti. num. 24. q. 5. de for. compet.

Confirmatur hæc exemplificatio ex eiſdem, quæ ſcripſi num. ſeq.

99 Exemplifica quarto, & clarius in iuriſdictione voluntaria, quam habent quidam ex priuilegio, quales ſunt notarij Senenſes, qui ex eo, quòd ſunt iudices ordinarij, alias cartularij, poſſunt volẽtibus præcipere guarintigiam, vt dixi q. ſeq. ſpec. 2. num. 140. quia in iſtos non poteſt prorogari iuriſdictio contentioſa, quia eius, quod non eſt, non poteſt fieri prorogatio.

Et an, & quomodo poſsit prorogari eorum iuriſdictio voluntaria, dixi dicta q. ſeq. ſpec. 2. num. 124. & ſeqq.

100 Exemplifica quinto in iuriſdictione cauſarum criminalium, quia cum earum iudex non ſe extendat ad cauſas ciuiles, teſtibus his, quos ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 14. num. 4. vtique eius iuriſdictio non poteſt prorogari ad iuriſdictionem cauſarum ciuilium, Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 22. verſ. venio ad quartum. & Abb. ſub num. 15. verſ. venio ad ſextam. de offic. & poteſt. iud. deleg. Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. ſub num. 32. ibi, vbi exemplificant. fol. 118. & Surd. conſ. 56. cum in patria. ſub num. 16. lib. 1. & optime colligitur ex his, quæ ſcripſi infra limit. 5. num. 16. verſ. ratio. & proinde nulliter procederet ſuper cauſis ciuilibus, Tiraquel. tit. res inter alios acta. in prima limit. num. 14. verſ. cui proximè. fol. 105. tom. 5. & quidem nec expreſſe, nec tacite eſt prorogabilis, Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defec. iuriſd. ſub num. 51. & 52. tom. 4. fol. 387. Creſcen. deciſ. 5. alias 167. actum fuerat. ſub num. 3. & 4. de iudic. quem referunt, & ſequuntur Marcheſ. de commiſs. par. 2. de commiſs. auuocat. cauſ. cap. 4. ſub num. 40. fol. 466. in tertia impreſs. & Farin. in qq. crim. q. 1. num. 65. quos ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 14. ſub num. 4. in futura impreſs. & hoc eod. lib. 1. cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 3.

101 ſub num. 10. † & quòd propterea iuriſdictio iudicis cauſarum criminalium nõ poſsit per reconuẽtionem prorogari ad cauſas ciuiles, ſcribit Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. ſub num. 33. ibi, aut cauſa de qua fit reconuentio eſt de ſpecie aliarum. fol. 119.

102 Neque è conuerſo iudex cauſarum ciuiliũ poteſt cognoſcere de criminali, Tiraq. eod. tit. res inter alios acta. in prima limit. verſ. & è diuerſo. fol. 105. tom. 5. quia iuriſdictio in ciuilibus non poteſt prorogari ad ea, quæ ſunt meri, vel mixti imperij, Abb. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 16. de for. compet. quod idem ſentit in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 14. eod. tit. & quòd iudicis habentis ſolum iuriſdictionem in ciuilibus non poſsit fieri prorogatio in criminalibus, & in cauſis meri vel mixti imperij, quæ ſunt alterius ſpeciei, vel iuriſdictionis, & proinde prorogatio debeat fieri de cauſa ciuili ad cauſam ciuilem, de mero imperio ad merũ, & de mixto ad mixtum, & ſic de ſimilibus, quia alias nõ eſſet prorogatio, ſed noua conceſsio iuriſdictionis, quam priuati non poſſunt facere, ſcribit Mar. Soc. in dicto cap. ſignificaſti. ſub num. 29. q. 1. verſ. nam non erat. in fine, & verſ. & ſic ſequitur. de for. compet. & eſſe communem, & notabilem cõcluſionem, quod de vna ſpecie iuriſdictionis ad aliam ſpeciem prorogatio fieri non poſsit, teſtatur, & ſequitur Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num. 15. verſ. venio ad ſextam. de offic. & poteſt. iud. deleg. & eſſe comm. opinionem, quòd iuriſdictio eſt prorogabilis, etiam in cauſis criminalibus, dummodo iudex, in quem fit prorogatio, alias etiam haberet iuriſdictionem in ſimilibus cauſis criminalibus; alias ſecus; quia, ſi non habeat ſimilem iuriſdictionem, impoſsibile eſſet, vt prorogaretur id, quod non eſt, & proinde eſſet potius noua iuriſdictionis collatio, quæ partium conſenſu tribui non poteſt, præſertim in cauſis criminalibus, ſcribit Clar. recept. ſent. lib. 5. q. 42. verſ. eſt etiam. & quòd propterea iuriſdictio ciuilis non poſſit per reconuentionem prorogari ad criminalem, ſicque conuentus ciuiliter coram iudice ciuili non poſſit coram eodem reconuenire criminaliter actorem, ſcribunt Bar. Ant. de Butr. Abb. & alij, quos ſecutus ſum quæſt. ſeq. ſpec. 3. num. 93. & pro iſta ratione facit, quod ſcripſi ſupra num. 94. verſ. ratio. & proinde qui ageret criminaliter coram iudice ciuili, nulliter ageret, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 14. num. 1.

103 Ratio eſt, quia vt dixi, prorogatio non poteſt fieri ad ſpeciẽ omnino diuerſam, ſi enim iudex non haberet ex ſe ſimilem iuriſdictionem, non diceretur prorogatio, ſed potius nouæ iuriſdictionis collatio, quia prorogare eſt extendere, & quod non eſt, non poteſt extendi,

extendi, & hoc communiter tenetur, vt teſtatur, & ſequitur Abb. in cap. 12. ſi diligenti. num. 14. verſus finem, de for. compet. & benè probatur ex his, quæ ſcripſi ſupra ſub num. 2. & loquendo in caſu primæ exemplificationis, poſitæ ſup. n. 92. Felyn. in cap. 40. p. & g. n. 11. verſus finem, in 3. ratione, de off. & poteſt. iud. deleg. quare prorogatio debet eſſe eiuſdem naturę, cuius eſt iuriſdictio, quæ prorogatur, alias prorogatio non tenet, Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. num. 17. quæſt. 7. C. de epiſcop. aud. Iaſ. in l. ſi per errorem. num. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 29. quæſt. 1. & ſub num.
104 48. verſ. aſſumo nunc. de for. compet. † & ideo, loquendo de prorogatione temporis ad tempus, dicimus, quòd prorogatio debet fieri ſub eadem forma, & natura, alias ſi non eſſet eiuſdem formæ, & naturę, ſicut prima, non eſſet prorogatio, & ideo fieri non poſſet, Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num. 12. ibi, ſed aduerte. de offic. & poteſt. iud. deleg. & Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 25. quæſt. 6. de for. compet.

105 Ratio rationis eſt, quia illud, quod additur, cenſetur pars illius, cui additur; imò iuriſdictio prorogata cenſetur idem, & eadem, vt ſcribit Felyn. in cap. 4. de cauſis. ſub num. 2. verſ. tertio vide. de offic. & poteſt. iud. deleg. vnde prorogatio non mutat, nec alterat iuriſdictionem prorogatam: adde quæ ſcripſi quæſt. ſeq. in prima ſpecie num. 20. & 21.

106 Infero primo ex iſta ratione, confirmando eam, quòd ſi ſacerdos parochialis dat licentiam parochiano, vt poſſit confiteri alibi peccata, non poteſt confiteri coram alio ſacerdote, qui non ſit eiuſdem qualitatis, & ſic qui non habeat curam animarum habitu, & actu, Gloſ. in clem. 1. in verbo, ſpeciali. in fine, de priuileg. Abb. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 5. & Mar. Socc. ſub num. 21. verſ. quoad quartum. de for. compet. vide Iaſ. in d. l. ſi per errorem. num. 8. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi allegat pro & cõtra, & pro illatione vide quæ ſcripſi q. ſeq. in prima ſpec. nu. 27.

107 Subinfero, quòd ad hoc, vt iuriſdictio alicuius iudicis poſſit prorogari, debet iudex ille habere iuriſdictionem habitu, & actu, quia ſi eam haberet ſolo habitu, non poſſet prorogari, Mar. Socc. in loco ſup. prox. cit.

Contra hanc ſubillationem, quòd enim iuriſdictio, quæ eſt tantum in habitu, poſſit prorogari, vide Felyn. in d. cap. ſignificaſti. initio, verſ. item non eſt verũ. de for. comp.

108 Infero ſecundo, confirmando eamdem rationem, quod idem iudicium eſt habendum de augumento dotis, quòd de dote ipſa, l. 26. inter ſocerum. §. cum inter patrem. ff. de pact. dotal.

109 Infero tertio, quòd ſi à iudice, cuius iuriſdictio eſt prorogata, non poteſt appellari, minus poteſt appellari in cauſa prorogata, & è conuerſo, ſi poterat appellari, poterit appellari etiam in cauſa prorogata, Cyn. in d. l. ſi qui ex conſenſu. num. 18. & 21. C. de epiſcop. aud. & Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 4. ff. de iudic. & Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 48. verſ. aſſumo nunc. de for. competen.

Et è conuerſo ſi eſt talis iudex, vt à qualibet eius ſentẽtia, etiam interlocutoria poſſit appellari, vtique eodem modo poterit appellari in cauſa prorogata, Mar. Socc. vbi ſupra, & adde pro hac illatione, quæ ex Vital. retuli quæſt. ſeq. ſpec. 3. nu. 153. & 154.

110 Subinfero primo pro explicatione huius illationis, quòd attenditur natura iuriſdictionis illius, in quem facta eſt prorogatio, quique alias ſine prorogatione fuiſſet incompetens, & non natura illius, ex cuius iuriſdictione deſumitur prorogatio, quique eſt competens; licet Cyn. & Paul. de Caſtr. citati in illatione, hoc non explicent.

111 Contra hanc illationem, eiuſq. ſubillationem, & ſic contra totam rationem adductam ſupra num. 105. vrget tex. in l. 9. epiſcopale. & ibi Cyn. num. 2. & 3. Bal. & Paul. de Caſt. C. de epiſc. audien. & idem Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 5. C. de iud. notant, quòd à ſententia, lata per Epiſcopum ex prorogatione iuriſdictionis inter laicos, non appellatur, licet poſſit appellari à ſententia, quam ferret inter ſuos ſubditos, & conſequenter iuriſdictio prorogata hoc caſu videtur fortioris naturæ.

112 Retentis illatione, & ſubillatione.

Subinfero ſecundo, quòd ſi appelletur à ſententia lata à iudice prorogato, appellabitur non ad ſuperiorem litigatoris, qui prorogauit iuriſdictionem, ſed ad ſuperiorem iudicis prorogati, qui ſententiam tulit, Abb. in cap. 18. ſignificaſti. verſus finem ſub num. 25. & Mar. Soc. nu. 58. verſ. deſcendo nunc. de for. compet. vbi miror non citaſſe Abbatem dominum ſuum.

113 Infero quarto, quòd ſi Poteſtas Paduæ ex forma ſtatuti poteſt procedere ſummariè,

& de

& de plano, eodem modo poterit procedere in cauſa prorogata, quia efficitur eiuſdem naturæ cum ea, quam habet inter ſuos ſubditos, Paul. de Caſtr. in d.l.1. ſub nu. 4. Mar. Soc. in dicto cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 48. verſ. aſſumo nunc. de for. compet. & eum hac illatione videtur in effectu tenere Abb. in cap. 1. num. 19. verſ. ſed tenendo aliam opin. de mut. petit. quem retuli quæſt. ſeq. ſpec. 3. num. 142.

114 Infero quinto, quòd, reuocata per delegantem iuriſdictione delegata, intelligitur reuocata etiam iuriſdictio in eum prorogata, Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. num. 19. C. de epiſc. aud.

Contra hanc illationem facit, quia, ſi ponamus, quòd in aliqua prouincia adſit Legatus, & aliqui nō de illa prouincia, nec aliter Legato ſubiecti, prorogauerint eius iuriſdictionem in aliqua cauſa, &, ea nondum deciſa, ſed pendente, expiret legatio, deſinatq. eſſe Legatus, cauſa prorogata, ſeu, inquam, iuriſdictio in eum prorogata adhuc durat, ſi prorogatio ſit facta expreſſo tantum nomine dignitatis, quia tūc prorogatio tranſibit in Legatum ſucceſſorem, qui ſi non amplius mittatur, euaneſcit prorogatio; ſecus ſi prorogatio ſit facta, expreſſo ſolum nomine proprio, quia tunc prorogatio reſidebit in ipſo; quòd ſi fuerit expreſſum nomen proprium, & nomen dignitatis, attendetur quod prius fuerit expreſſum, Marc. Ant. Cucch. de inſtitut. maior. lib. 2. tit. 5. de legat. num. 162. & 163.

Contrarium tamen tenet Abb. per eum citatus, ibidem num. 164.

115 Infero ſexto, quòd ſi prorogetur iuriſdictio iudicis delegati, ſuppoſito caſu, quòd poſſet prorogari, vtique in illa cauſa prorogata non efficeretur iudex ordinarius, ſed delegatus, Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 49. verſ. ſed circa prædictum. de for. compet.

116 Infero ſeptimo, quòd coram iudice prorogato habet locum reconuentio, Mar. Soc. in dicto cap. ſignificaſti. num. 53. q. 5. & alij, quos ſequitur Marſ. in cap. at ſi clerici. num. 219. de iudic. inter Repet. tom. 3. fol. 73. dicens, quòd Bar. qui tenet contrarium, communiter reprobatur: ratio eſt, quia ſi reconuentio poſſet fieri in cauſis, quas ipſe cognoſceret ex ſua iuriſdictione non prorogata, vtique poterit fieri in cauſa, quam cognoſcit ex iuriſdictione prorogata.

117 Infero octauo, quòd poſtquā iudex prorogatus cōſenſit prorogationi, tenetur in cauſa prorogata proferre ſententiam, ſicut tenetur proferre in alijs cauſis, quas cognoſcit ſine prorogatione, Mar. Soc. in d. cap. ſignificaſti. num. 51. quæſt. 3.

118 Infero nono, quòd iudex prorogatus ita poteſt exequi ſuam ſententiam in cauſa prorogata, ſicut poteſt exequi in cauſis, quas cognoſcit ſine prorogatione; quare ſi non poteſt exequi in cauſis, quas cognoſcit ſine prorogatione, minus poterit exequi in cauſa prorogata, Mar. Soc. in d. cap. ſignificaſti. num. 52. q. 4. in 7. art. principali.

119 Infero decimo, quòd ſi iudex ordinarius, vel delegatus, qui prorogatur, ſit talis qualitatis, vt poſſit delegare, ſeu ſubdelegare, poterit delegare, ſeu ſubdelegare etiam cauſam prorogatam, tàm poſt litem conteſtatam, quàm ante, quia cum ipſe exerceat iuriſdictionem virtute prorogationis, & delegare ſit exercere iuriſdictionem, attenditur natura eius iuriſdictionis, eaq. non alteratur, Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 50. quæſt. 2. de for. compet.

120 Tempera reſtringendo in vno caſu rationem adductam ſupra num. 105. ex qua omnes has deduximus illationes, vt non procedat, quoad deciſoria in cauſa, quam Epiſcopus cognoſcit inter laicos ex iuriſdictione prorogata, quia licet inter eos procedat ſecundum iura canonica quoad ordinatoria, & pręparatoria: tamen quod deciſoria iudicat ſecundum leges, Mar. Soc. in d. cap. ſignificaſti. ſub n. 48. verſ. aſſumo nunc. in fin.

121 Extende eandem quintā exemplificationē poſitam ſup. nu. 100. vt pręcipue procedat, ſi ij, qui iuriſdictionem iudicis maleficiorum vellent protogare, vt cognoſceret de cauſa ciuili, eſſent forenſes, quia tanto minus poſſent prorogare, Iaſ. in l. 15. ſi per errorem. nu. 3. verſ. nota tamen. ff. de iuriſd. omn. iud.

122 Reſtringe eandem exemplificationem, vt non procedat, quando iuriſdictio veniret incidenter, & conſecutiuè ad aliam, quia tunc vna ſpecies iuriſdictionis poſſet in certis caſibus prorogari ad aliam ſpeciem, & proinde iudex ciuilis poſſet punire incidenter teſtem, qui coram ſe falſum deponeret, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 14. num. 2. & iudex criminalis, condemnando principaliter de delicto reum ad pœnam, poſſet in conſequentiam eundem condemnare ad intereſſe ciuile; puta ſi condennaret furem

ad

ad pœnam, poſſet etiam condemnare ad reſtitutionem, &c. ſecus ſi abſolueret à pœna, quia tunc non poſſet eum condemnare ad intereſſe ciuile, teſtibus his, quos ſecutus ſum d. cap. 14. ſub num. 4. verſ. ſubdeclara. in futura impreſſione, vbi latius explicaui, adde quæ ſcripſi ſupra gl. 6. num. 12. & q. ſeq. ſpec. 3. num. 80. & ſeqq.

123 Exemplifica ſexto in iuriſdictione cauſarum ſpiritualium, vt latè exemplificaui infra limit. 5. num. 31.

124 Exemplifica ſeptimo in delegato inter certas perſonas in certa cauſa, quia is nõ poteſt cognoſcere de eadẽ ſpecie cauſæ; imò, neq; de eadẽ cauſa inter alias perſonas, nominatim nõ expreſſas in delegatione, quia etſi delegatus dicatur præeſſe iuriſdictioni, tamen cum in perſona, non expreſſa in delegatione, nullam habeat iuriſdictionem, prorogatio iuriſdictionis nulla potuit exiſtere, cum delegata iuriſdictio ad alias perſonas nequeat prorogari: & proinde cum mercator contra Epiſcopum, cui mutuauerat pecunias, impetraſſet litteras apoſtolicas ad Abbatẽ, &c. qui Epiſcopũ compelleret ad reſtituendum mutuum, & Titius laicus, qui eidem mercatori tenebatur reſtituere certam pecuniarum quantitatem, in eundem Abbatem voluiſſet prorogare iuriſdictionemm, vt, ſi infra terminum conſtitutum non reſtitueret, excommunicationis ſententiam contra ſe ferret, Papa reſpondit, excommunicationis ſententiam, à prefato Abbate latam, non valere, cap. 40. p. & g. de off. & poteſt. iud. deleg. & ſatis explicaui q. ſeq. in 6. ſpecie prorogationis, num. 16. & ſeqq.

Declara hanc exemplificationem ex his, quę ſcripſi dicta ſpec. 6. num. 21. & ſeqq.

125 Exemplifica octauo, extendendo eandem ſubampliationem, de qua ſcripſi ſupra ſub nu. 91. & ſeqq. in iuriſdictione voluntaria, quia etſi ea ſit prorogabilis, vt dixi q. præcedenti num. 13. extenſ. 4. tamen non poteſt prorogari in eum, qui non habeat ſimilem iuriſdictionem in eadẽ ſpecie; & proinde ſi in ciuitate habeamus iudicem ſpecialem ſuper inſinuatione teſtamentorum, vtique inſinuatio fieri non poteſt coram alio iudice, Bal. in l. 36. repetita. num. 1. C. de epiſc. & cleric.

Declara nunc ſecundam ampliationem, poſitam ſupra num. 5. & eius ſubampliationem, poſitam ſupra num. 91. an, & quomodo procedant in iuriſdictione prorogata, per reconuentionem, ex his, quæ ſcripſi queſt. ſeq. ſpec. 3. num. 48. & ſeqq.

GLOS. VII. QVAEST. III.

LIMITATIO II.

Impedimentum prorogationis ex errore.

SVMMARIVM.

Prorogatio iuriſdictionis, facta per errorem, non tenet, ideoque ſententia erit nulla, num. 1. Ampliatur, & reſtringitur num. 5. & ſeqq.

Prorogatio procedit à conſenſu, num. 2.

Ignorantia poteſt eſſe cum errore, & ſine errore, num. 3.

Prorogatio quando dicatur facta ſcienter, &c. num. 4.

Ignorare, & dubitare an ſint paria, num. 5. & 6.

Error impedit prorogationem iuriſdictionis, etiamſi error de facili potuiſſet remoueri, num. 7. Siue ſit error facti, ſiue iuris, n. 11. Siue ſit ex vtraque parte, ſiue ex vna, n. 12. Et an præſumatur error, & ideo ſufficiat, quòd pars dicat, quòd errauit litigando coram iudice incompetenti, nu. 17. & ſeqq. Et quid ſi non ſit error in totali iuriſdictione, ſed in qualitate, num. 8. & ſeqq.

Scire, & de facili poſſe ſcire quando non ſint paria, num. 7.

Incompetentiam Iudicis an reus cautelatè taceat, num. 13. & ſeqq.

Cautela, quæ poſſet nocere conſcientiæ, & animæ, quando ſit reÿcienda, num. 14. & 15.

Metus impedit prorogationem, ſub num. 19.

Error communis an impediat prorogationem, num. 20.

Error an impediat prorogationem, quando iudex mero iure habet iuriſdictionem, ſed non habet plenum vſum iuriſdictionis, num. 21. & ſeqq. & num. 24.

Vſus, ſeu exercitium iuriſdictionis facilius prorogatur, quàm iuriſdictio, num. 22.

Exercitium iuriſdictionis ſuſpenſum tempore feriarum poteſt prorogari, num. 23.

Iudex vnus non poteſt procedere ſine altero, quando ſunt ſimpliciter dati; quòd ſi ſint dati cum clauſula (quòd ſi non omnes) poteſt vnus ſine altero, conſtito tamen de impedimento alterius, num. 26. Alias non con-

conſtito, proceſſus eſt nullus, num. 28. Et quid ſi iudices ſint dati cum clauſula (vt omnes, aut duo, aut vnus) num. 27. Et quid ſi conſtaret, quòd duo eſſent dati fauore partium, num. 29.

Incompetentiæ exceptione allegata, ſi iudex pronunciauerit ſe competentem, & is, qui oppoſuerat de incompetentia, non appellet, iuriſdictio remanet indeclinabilis, & ſententia poſtea lata remanet firma, num. 30. & ſeqq. Et an requiratur, quòd iſte iudex debeat iam habere aliquam iuriſdictionem, num. 33.

Iuriſdictio iudicis competẽtis ſi poterat declinari, & non fuit declinata, proceſſus tenet, quamuis per ignorantiã iuris, vel facti non fuerit declinata, n. 34. Reuocatur in dubiũ, an exceptio dilatoria ſi fuerit omiſſa per errorem, poſſit opponi, num. 35. Et retenta opinione, quod poſſit opponi, intelligitur, dummodo is, qui vult eam opponere, vſus fuerit diligentia ante conteſtationem litis, in inquirendo exceptionem, num. 37. Et quando habet grauamen ſucceſſiuum, num. 38.

Prorogare, & non declinare quomodo differant, num. 34.

Declinatoria exceptio, & exceptio incompetentiæ contra habentem aliquam iuriſdictionem, & contra eum, qui nullam habet iuriſdictionem, differunt, num. 36.

Declinatoria fori non poteſt opponi ab eo, qui eam poterat opponere ex priuilegio, & non oppoſuit, conſentiendo in iudicem ſuum ordinarium, num. 40. 41. & 42. Et an poſsit opponi, ſi in priuilegium aliquorum ſit conceſſa priuatiue, puta cũ clauſula, quòd nullus alius poſsit cognoſcere, nu. 43. & 44. Seu ſit conceſſa cum decreto irritanti, n. 45.

Iuriſdictio aggregatiua, cumulatiua, & priuatiua, quomodo differant, num. 46.

Iuriſdictionis prorogatio per errorem, licet nõ teneat, tamen ſi ſuperuenit ſcientia, & nihilominus partes continuarunt litigare, nunquid ratificentur retrogeſta per ratihabitionem, num. 47. & ſeqq. Et quid ſi ſcientia ſuperuenerit poſt non declinatam iuriſdictionem, & nihilominus pergerunt litigare, num. 50. & 51.

Prorogatio iuriſdictionis per reconuentionem non impugnatur de errore, num. 52.

Error iudicis an impediat prorogationem, nu. 53. & ſeqq. in quibus diſtinguuntur quatuor caſus.

1 LIMITA ſecundo eandem concluſionem, in qua ſupra initio ſecundæ q. num. 2. diximus, iuriſdictionem poſſe prorogari, vt non procedat quando prorogatio fieret per errorem, puta quia partes litigaſſent, credentes eſſe iudicem competentem, ideoque erraſſent, quia tunc nihil agerent, ſicque ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, Spec. tir. de compet. iud. adit. §. 1. num. 7. verſ. quod ſi duo. lib. 2. fol. 17. & rit. de ſenten. §. ſequitur videre. ſub num. 5. verſ. quod ſi nulla. eod. lib. 2. fol. 165. Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num. 20. in ſecundo requiſito, de off. & poteſt. iud. deleg. & in cap. 18. ſignificaſti. num. 17. & Mar. Socc. num. 38. q. 2. de for. compet. Felyn. in d. cap. 40. p. & g. ſub num. 13. verſ. error litigantium. Staph. tract. ſuper commiſs. & litter. iuſt. verſ. in primis. ſub num. 33. & 34. tom. 15. par. 1. fol. 292. Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 13. num. 4. verſ. idem dixero. & ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 7. num. 58. & ſupra lib. 1. cap. 101. num. 12. & quòd ſi per errorem non fuerit declinatus forus, poſſit ſemper declinari, & geſta non valeant, & per conſequens nec litis conteſtatio, ſcribit Alex. in l. 15. ſi per errorem. num. 6. limit. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. & quòd error impediat prorogationem, ſcribunt Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 13. in ſecundo impedimento, C. de epiſc. aud. & Ant. de Butr. in dicto cap. p. & g. ſub. num. 20. verſ. ad tertium. de offic. deleg.

2 Ratio eſt, quia prorogatio procedit à conſenſu litigantium, vt dixi q. præced. num. 2. ſed qui ignorat, ideoq. errat, non conſentit, nam error excludit conſenſum, vt ſecutus ſum lib. proximè præced. cap. 8. num. 489. & hac ead. gl. q. 1. ſub num. 18.

3 Declara ad tollendum difficultatis motiuum, quod aduerſus hanc limitationem poſſet forſan oriri, vt nos in vniuerſa hac limitatione ſumamus ignorantiam, quæ eſt cum errore, cum detur ignoranria etiam ſine errore, vt puta cum actor, & reus litigant coram iudice competenti, ſed ignorant, an ſit competens; quo caſu iudicium eſſet validum, & non diceretur facta aliqua prorogatio, quia iudex iam habet iuriſdictionem competentem ſine prorogatione, & de illa litigantium ignorantia nulla habetur conſideratio.

Infero

4 Infero ex hac limitatione, quòd, ſuppoſitis terminis habilibus, iuriſdictio dicitur prorogata, quando partes ſcienter litigant coram iudice ordinario incompetenti, & conſequenter proceſſus, & ſententia dicentur fabricati à iudice competenti, Abb. Staph. & Veſtr. in locis citatis ſupra num. 1. & probatur ex l. 1. vbi Bal. Salyc. & Paul. de Caſtr. inter Repet. vol. 7. fol. 334. C. de iuriſd. omn. iud. quia ſufficit ſcientia partium, quamuis iudex erraret ſecundum ea, quæ allegat Felyn. in cap. 16. ex officij. num. 28. limit. 4. de præſcript. quem ſecutus ſum etiam ſupra gl. 4. q. 5. num. 8.

5 Amplia primo eandem limitationem, vt procedat non ſolum in errante cum ignorantia, ſed etiam in errante cum dubitatione, quia in hoc paria ſunt, ignorare, & dubitare, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 101. num. 12. in fine, & quòd dubitans, & ignorans æquiparentur, ſcripſi in alia materia in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 17. num. 22.

6 Contra hanc ampliationem facit, quia in maiori verſatur culpa dubitans, quàm ignorans, nam dubitans cum haberet animum dubium, debebat ſe certiorare, at errans quia ita credebat, non poterat moueri ad ſe certiorandum, & conſequenter tolerabilior eſt ignorantia, quàm dubitatio, & ita videtur reſidere Iaſ. in l. ſi per errorem, num. 16. verſ. tertio ex eod. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi ita *limitat* hanc ampliationem, quam poſuerat ſub num. 9. & Zaſ. num. 6. in fine, in 2. extenſ. inter Repeten. vol. 1. fol. 340. dicens, quòd in materia prorogationis facilius ſubuenitur errãti, quàm dubitãti, cui, inquit, ſi facile potuit ſe certiorare, non ſubuenitur.

7 Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi error de facili potuiſſet remoueri, quia adhuc error impedit prorogationem, & ideo toleratur, & conſequenter in hoc caſu non habet locum regula, quòd paria ſint ſcire, vel de facili ſciri poſſe, Iaſ. in d. l. ſi per errorem, num. 14. verſ. 2. principaliter, & num. 15. & Zaſ. ſub num. 5. ff. de iuriſd. omn. iud.

8 Amplia tertio, vt procedat non ſolum quando erratur in totali iuriſdictione, ſed etiam quando erratur in qualitate, nam pone, quòd partes conſentiunt prorogare iuriſdictionem alicuius iudicis, quem credunt eſſe delegatum, & errant, cum ſit ordinarius, & iuriſdictio delegata non ſit prorogabilis, niſi ad perſonas in reſcripto contentas, vt dixi queſt. ſeq. in vlt. ſpecie prorog. certè iſte error impedit prorogationem, vt non valeat, etiam vti iudicis ordinarij, Iaſ. in d. l. ſi per errorem. ſub num. 9. ampl. 2. & clarius, ac melius loquitur ibid. Zaſ. num. 7. in 3. limit. inter Repeten. vol. 1. fol. 340. dicens, quòd ſi duo, habentes differentiam, adirent iudicem delegatum, & communi conſenſu protogarent iuriſdictionem ſuam, putantes, eum eſſe ordinarium, hic eſſet error in qualitate iuriſdictionis, & noceret, & ex Paul. de Caſtr. ſcripſi infra limit. 5. num. 13.

9 Contra hanc ampliationem vrgent quatuor argumenta. Primum, quia error, qui verſatur in his, quæ veniunt in conſequentiam, præhabito fundamento, non attenditur, Alex. in d. l. ſi per errorem, num. 1. Secundum, quia licet iudex, qui credit, ſe habere iuriſdictionem prorogatam, volens proferre ſententiam, dicat, ſe nolle procedere ex capite iuriſdictionis ordinariæ, ſed ex capite iuriſdictionis prorogatæ, quam verè non habet, tamen ſententia eſt valida, ſi verè habebat iuriſdictionem ordinariam; quia cum adſit poteſtas procedendi, & voluntas, licet erret in ſpecie iuriſdictionis, tamen valebit quod agit, quia principalis voluntas non deficit, nec in genere poteſtas, vt, citatis Innoc. Bal. & Ang. ſequitur Rom. conſ. 446. primus propoſitæ. ſub num. 3. & 4. Tertium, quia valet ſententia iudicis, etiam ſi procedat ex capite iuriſdictionis ordinariæ, quam non habet, cum putat ſe habere, quando ſaluari poteſt in vim iuriſdictionis prorogatæ, quam habet in veritate, Rom. d. conſ. 446. ſub num. 5. verſ. tertio eadem. Quartum, quia vbi eſt defectus in cauſa efficiente, tunc ſi non valet actus, prout agitur, debet valere eo modo, quo valere poteſt, Rom. in l. 1. §. ſi quis ita num. .... ff. de verb. oblig. relatus ab Alex. in d. l. ſi per errorem, num. 9. de quo argumenti genere latè egi in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. limit. 7. num. 11. & 12.

10 In hac cõtrarietate varij varia loquuntur; & variè diſtinguunt: ego ero merus relator.

Prima ſit diſtinctio, quam ex Petr. de Bellapert. ſequitur Cyn. in l. vnica, ſub nu. 5. ibi, hic breuiter. C. qui pro ſua iuriſd. vbi ſuppoſito, quòd delegatio facta iudici, habenti iuriſdictionem ordinariam, ſit nulla ex defectu iuriſdictionis delegantis, inquit: aut partes proceſſerunt coram delegato, tanquam coram ordinario, & tunc ſententia valebit tan-

tanquam lata ab ordinario, non tanquam lata à delegato: aut proceſſerunt coram eo, tanquam coram delegato, vt puta quia in omnibus actis eſt ſcriptum (auctoritate ſibi commiſſa) & tunc, inquit, ſententia non tenet, quia eſt, ac ſi litigatum eſſet coram priuato.

Secunda ſit diſtinctio, quam tradit Paul. de Caſtr. in ead.l.vnica, ſub num. 5. dicens: Aut litigauerunt coram eo, tanquam coram delegato, vt puta quia in actis ſe appellauit delegatum, vel commiſſarium, & tunc inquit, non acquiſiuit, quia cenſetur, vt priuatus, poſtquam coram eo non litigarunt; tanquam coram iudice ordinario: Aut litigarunt tanquam coram ordinario; & tũc poteſt procedere quod dicit Gloſ. ibid. in verb. patientiam. videlicet, quod ſententia teneat, & ſubdit Paul. de Caſtr. quod hoc eſt verum, etiam ſi illa cauſa non erat de ſua iuriſdictione ordinaria, neque de delegata: Aut, inquit, erat de ſua iuriſdictione ordinaria, & tunc inquit, ſententia tenet etiam ſi partes coram eo ignoranter litigaſſent, tanquam coram delegato, quia cauſa in veritate erat de ſua iuriſdictione, & non attenditur error partium, ſed attenditur veritas, ſicut in translatione dominij inſpicitur potius veritas, quàm falſa opinio transferentis.

Tertia ſit diſtinctio, quam ex Ang. in d.l. ſi per errorem. refert Alex. ibid. num. 8. verſ. extra gloſ. ſupponendo caſum, quod error non fuerit in litigantibus, ſed in iudice, qui proceſſerit, vti ex iuriſdictione delegata, quam non habebat, ſed habebat ordinariam, nam diſtinguit hunc caſum in duo membra. Primum eſt, quando partes litigauerunt coram eo; tanquam coram delegato, & tunc proceſſus non valet. Secundum eſt, quando litigarunt coram eo, tanquam coram ordinario, & tunc proceſſus valet, quia ſatis eſt, quod partes proceſſerint coram iudice ex capite competẽti, licet iudex errauerit: & hoc ſecundum membrum videtur de mente Pauli de Caſtr. in l. 3. & ſi prætor. num. 2. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. dum ſcribit, quod ſi delegatio non tenet, & ipſe procedit tanquam delegatus, & poterat procedere, vt ordinarius, & ſciebat, delegationem non valere, proceſſus non tenet, quia ſe reſtrinxit ad iuriſdictionem inualidam; ſecus ſi ignorabat inualiditatem delegationis, quia tunc non dicitur ſe reſtrinxiſſe ad illam iuriſdictionem, cum ſi ſciuiſſet, eam eſſe inualidam, proceſſiſſet vti ordinarius.

Primo membro huius diſtinctionis obſtat ſecundum argumentum, de quo in præcedenti contraria opinione, ſed reſpondet Alex. quòd in caſu propoſito non ſolum eſt defectus in cauſa efficiente, ſed etiam in formali, quia partes proceſſerunt coram eo, tanquam delegato, cum deberent procedere coram eo, tanquam ordinario, & ideo talis defectus reddit nulla ea, quæ geruntur.

Secundum membrum eo modo, quo eſt de mente Pauli de Caſtr. reſtringentis, vt proceſſus ſit nullus, ſi iudex ſciuerit delegationem nullam, non placet Alex. in loco infra citato, quia obſtat l. 3. quæro. ff. de eo, qui pro tut. vbi habetur, quòd geſta ab eo, qui eſt verè tutor, ſed ignorat ſe eſſe tutorem, habeantur tanquam geſta à non vero tutore, ſed à pro tutore, hoc eſt à gerente ſe pro tutore. Demum ad l. 2. ff. de iudic. qua videtur probari non attendi opin. vel errorem iudicis, reſpondet Alex. in d. l. ſi per errorem. ſub num. 9. verſ. nec etiam placet. & num. 10. quem ſequitur Felyn. in cap. 16. cum ex officij. ſub num. 28. verſ. conſidera ſecundo. de præſcript. id eſſe verum, quando iuriſdictiones non differunt in ſpecie, alias ſi differant, attenditur; quare, inquit, magis communis opinio eſt, quòd ſi proceſſit, vt delegatus, cum eſſet ſolum ordinarius, proceſſus non valet.

11 Amplia quarto, ſiue ſit error facti, ſiue etiam iuris, Iaſ. in d. l. ſi per errorem. ſub nu. 9. ampl. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. & latius, reprobata Ignei diſtinctione, Zaſ. nu. 8. in 4. extenſ. inter Repet. tom. 1. fol. 340. & clarè Paul. de Caſtr. ſub n. 4. ibi, in gloſ. magna. vbi claram reddit rationem, & Felyn. in cap. 40. p. & g. num. 15. verſ. ſecundo nota. de off. & poteſt. iud. deleg. & ita ſentit Innoc. quem citat, & ſequitur Abb. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 18. de for. compet. & ex eo ſequitur ibidem Mar. Soc. ſub num. 38. quæſt. 2. Abbatem paſſim citat; & ſequitur, non aliter nominans eum, quàm Dominum ſuum.

12 Amplia quinto, ſiue error ſit ex vtraque parte, prout hucuſque locuti ſumus, ſiue ex vna parte tantum, & ratio eſt, quia in prorogatione requiritur conſenſus vtriuſque partis, & conſequenter error vnius impedit prorogationem, & cauſat nullitatem proceſſus, & ſententiæ, etiam in præiudicium ſcientis, & hoc ne iudicium claudicet, Iaſ. ſub

Digitized by Google

ſub eodem num. 9. ampl. 4. quare ſi ex duobus litigantibus vnus non ſit ſubditus iuriſdictioni, isque ignoret incompetentiam, & alter ſit ſubditus, ſententia non tenet, etiam reſpectu huius ſubditi, Spec. tit. de comper. iudic. adit. num. 7. verſ. quid ſi duo. lib. 2. fol. 17. quem in hoc citat, & ſequitur Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 20. verſ. ad tertium de offic. deleg. hancque ampliationem, ponendo caſus, larius ſequitur Zaſ. in dicta l. ſi per errorem, num. 9. in quinta extenſione, inter Repeten. tom. 1. fol. 340.

13 Subamplia, inferendo cautelam, vt quando eris aduocatus, vel procurator rei, & videbis, actorem errare in iuriſdictione, vt quia credat, iudicem eſſe competentem, cum non ſit, tu non opponas exceptionem incompetentię, prout faciunt procuratores non cauti, quoniam iret ad iudicem competentem; ſed ſinas fieri proceſſum, & poſtea opponas, quia irritabis totum proceſſum, & ſententiam, cum ſola ſcientia rei non faciat illum iudicem competentem, vnde actor poſtea fatigatus laboribus, & expenſis citius veniet ad concordiam cum reo, Paul. de Caſtr. in d. l. ſi per errorem. verſus finem, num. 5. verſ. circa ſecundum. Iaſ. num. 19. & Zaſ. ſub num. 9. ff. de iuriſd. omn. iud. Gram. vot. 18. in cauſa nobilis, ſub num. 18. & 19. & dixi limit. præced. num. 13. ſed Bal. quem citant in d. l. ſi per errorem. hoc non dicit in libro meo, quod ego viderim.

14 Hæc ſubampliatio, ſeu illatio à Doctoribus communiter tradita, eſt pro maiori parte in vtroque foro reijcienda.

Quantum enim ad forum conſcientiæ debet reijci, quia docet damnare animam, vt admittunt etiam ijdem Paul. de Caſtr. Iaſ. Zaſ. & Gram. in locis ſupra proximè citatis, & proinde iniquè etiam facit rei aduocatus, qui dum videt libellum defectiuum, permittit in cauſa procedi, & poſtea in concluſione obijcit, & ſic obtinet; nam debet à principio opponere, alias ſi ſcienter omittit, tenetur ad expenſas; ſed quia hæc ſcientia probari non poteſt, is apud mundum conſequitur gloriam, ſed apud iudicem cuncta cernentem iuſtiſſimas expectabit pœnas, vt ſcribit Cyn. in l. vnica, ſub num. 1. C. vt quæ deſ. aduoc.

15 Verum errant, damnando ſimpliciter has cautelas: nam eſt diſtinguendum: Aut reus in ſua conſcientia eſt certus, quòd actor iniquè agit; vt puta, quia petit debitum iam ſolutum, ſed reus ſolutionem probare non poteſt; & tunc tam ipſe, quam aduocatus, cui reus hoc pro certo affirmat, & aduocatus firmiter ei credit; quia, vt dicimus, *al confeſſore, medico, & auocato, non tener il vero celato*, tuta conſcientia poſſunt hiſce vti cautelis, per ea, quæ dixi libro præced. cap. 9. nu. 836. & ſeqq. Aut reus non eſt certus in ſua conſcientia, & multò magis ſi eſt certus de contrario, ſed ſolum intendit defatigare actorem, vt eum ad concordiam trahat; & tunc tam reus, quàm aduocatus, ſi eſt conſcius, peſſimè faciunt; & ita procedat damnatio cautelæ.

16 Quantum verò ad forum fori (ſit tantorum virorum pace dictum) videntur errare duplici ratione: Prima, quia, ſuppoſita ignorantia ſolum ex parte actoris, vt loqui videntur Doctores ſupra citati, actor poſſet facilè obuiare, dicendo, quòd non ignoranter, ſed ſcienter egit coram iudice incompetenti, ſicque deſtrueretur totum fundamentum huius cautelæ: nam licet poſſet præſumi ignorantia ſaltem cum diſtinctione, de qua infra num. 19. tamen hæc præſumptio ceſſat, quando habemus probationem per confeſſionem, & ideo ſuccedunt quæ ſcripſi infra limit. 4. num. 2. & ſeqq. & num. 18. Secunda ratio eſt, quia in caſu, quo actor ignoranter egiſſet, & reus ſcienter diſtuliſſet opponere de incompetentia, videtur obligatus ad expenſas, per ea, quæ in alijs terminis ſecurus ſum limitat. præced. num. 23. & proinde ſi actor poſſet recuperare expenſas, non diceretur defatigatus, ideoq. non traheretur ad concordiam.

Vno tamen caſu ceſſat prima ratio, nempè quando iuriſdictio eſt improrogabilis; quia tunc actori nihil prodeſſet dicere, quòd ſcienter litigauit coram incompetenti, & caſus eſt, de quo egi limit. præced. num. 6. & ſeqq.

17 Amplia ſexto, vt ſufficiat parti dicere, quòd errauit litigando coram iudice incompetenti, quem credebat competentem, quia in dubio creditur ei, & præſumitur error, etiam ſi litigauerint vſque in finem, Spec. d. tit. de compet. iud. adit. ſub num. 7. verſ. ſed nunquid. fol. 17. & eſſe communem teſtatur Iaſ. in dicta l. ſi per errorem. num. 20. ff. de iuriſdict. omn. iud. & hanc eſſe communem opinionem, quòd præſumatur error, ſcribit Boſch. in cap. 1. num. 159. in fine,

Digitized by Google

fine, de iudic. inter Repeten. tom. 3. fol. 40.

18 Confirmatur hæc ampliatio, quia ſi quis litigat coram iudice non ſuo, non intelligitur in dubio, quòd velit prorogare iuriſdictionem, Innoc. quem citat, & ſequitur Felyn. in cap. 40. p. & g. num. 12. in fine, verſ. ſi quis litigat, de offic. deleg.

19 Hæc ampliatio ſecundum aliquos eſt vera cum diſtinctione: Aut enim ſumus in perito, & tunc præſumitur ſcire: Aut in ruſtico, ſeu ſimplici, & tunc præſumitur ignorantia, Spec. loco ſupra proximè citato, quem in hoc ſequitur Ant. de Butr. in d. cap. 40. p. & g. ſub num. 20. verſ. ad tertium. de offic. & poteſt. iud. deleg. hancque diſtinctionem eſſe ſatis æquam, & iuſtam teſtatur, & ſequitur Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 38. quæſt. 2. propè finem, de for. competen. Et quòd in muliere, & ruſtico præſumatur ignorantia; in alijs verò præſumatur ſcientia, niſi aliqua cauſa ſubſit, per quam ignorantia præſumatur, quo caſu etiamſi fuerit iniuſta, & ſupina, non fuit prorogatio, ſicque etiam iniuſtus error facti impediat prorogationem, ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 1. quæſt. 5. num. 21. C. de iuriſdict. omn. iud. inter Repetent. tom. 7. fol. 336. Altera diſtinctio eſt; quòd ſi publicè ſcitur, ſeu iuriſdictio eſt notoria, vel litigantibus veriſimiliter nota, vt quia eſſent illius Ciuitatis; & tunc præſumitur ſcictia; quare ampliatio eſt vera quoad aduenas & peregrinos; ſecus quoad ciues, vt puta, ſi duo ciues Romani litigaſſent coram Prætore peregrino, quia tunc præſumeretur ſcientia, Iaſ. in dicta l. ſi per errorem. ſub num. 10. 11. & 12. ff. de iuriſdict. omn. iud. & cum hac diſtinctione concordat ibidem Zaſ. ſub num. 14.

Amplia ſeptimo, vt metus non minus, quàm error impediat prorogationem; ſed quia hæc ampliatio videtur impropria, cum non ſit de errore, ideo eam habes in ſeq. tertia limit. compulſio enim eſt aliud impedimentum ſeparatum; quamuis aliàs non incongruè locum ſibi inter iſtas ampliationes vindicaſſet, cum metus non minori, ſed imò maiori ratione defectus conſenſus impediat prorogationem: error namque impedit, quia error excludit conſenſum, ſine quo non fit prorogatio, ſed metus efficacius excludit conſenſum.

20 Reſtringe primo eandem limitationem, vt non procedat, quando litigatum eſt coram iudice incompetenti, qui communi errore habebatur pro competenti, ſeu reputabatur habere iuriſdictionem, ideoque vniuerſitas, & populus coram eo litigabant, quia tunc geſta coram eo tenent, Bal. in l. 2. nu. 8. C. quæ ſit long. conſuet. Alex. in l. ſi per errorem. ſub num. 1. limit. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. Felyn. in cap. 40. p. & g. num. 14. verſ. excipitur primo. de offic. & poteſt. iud. deleg. & facit, quod ſcribit ibidem eodem num. 14. in fine, & ita intelligas quæ ſcribit Spec. tit. de competen. iud. adit. §. 1. num. 9. verſ. quid ſi priuati. lib. 2. fol. 17. dicens, quòd ſi priuati conſentiunt in illum, qui nullam habet iuriſdictionem, ſed putant habere, valent, inquit, conſenſus, & quæ coram eo fiunt; & ita eum intellexit Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 53. quæſt. 6. de for. competen. dicens, quòd dicta Speculatoris procedunt, data communi opinione, & iuſto errore, ſeu credulitate, quòd ille iuriſdictionem haberet.

Coadiuuatur hæc reſtrictio ex his, quæ de validitate ſententię ratione communis erroris, & publici officij, ſecutus ſum ſupra gl. 4. q. 3. num. 8. & 12.

Hæc reſtrictio tribus rationibus non placet Iaſ. in d. l. ſi per errorem. ſub num. 9. verſ. limita iſtam.

Contra eandem reſtrictionem tenet Mar. Socc. in loco ſupra proximè citato, quærens, ſi iſta communis opinio, & communis error iuuaret, vtrum proceſſus habitus per iſtum iudicem, valeat, & inquit, arbitror, quòd non: ſed parcat mihi, videtur inepte diſcurrere; nam ſi ſupponimus, quòd iſta opinio, & error communis iuuet, quomodo ipſe arbitratur, quòd proceſſus non valeat? ſi enim ita arbitratur, deſtruit ſuppoſitum.

21 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando partes per errorem litigant coram iudice, qui mero iure habet iuriſdictionem, ſed non habet plenum vſum, ſeu exercitium iuriſdictionis, vt puta ſi ſint duo iudices delegati ſimpliciter, ſine clauſula (quòd ſi non omnes) quia iſto caſu ſi partes coram eorum vno per errorem litigant, credentes eum habere etiam exercitium iuriſdictionis ſine altero, error non impedit prorogationem, & ideo proceſſus tenet, quia facilius cenſetur datum exercitium, quàm ipſa

ipſa iuriſdictio, Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi per errorem. num. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. & iſte dicitur error iuris, qui non eſt in perſona, neque in iuriſdictione, ſed ſolum in exercitio iuriſdictionis, vt ait Zaſ. in loco infra proximè citato, dicens, reſtrictionem hanc eſſe forſan communem.

22 Confirmatur primo hæc reſtrictio, quia facilius prorogatur ſolus vſus, quàm ipſa iuriſdictio, vt pro hac eadem reſtrictione, citato Innocen. in cap. 21. prudentiam. de offic. & poteſt. iud. deleg. referunt Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi per errorem num. 2. Alex. ſub num. 4. limit. 3. & Iaſ. ſub num. 9. limit. 2. & quòd vſus facilius prorogetur, ex eodem Innocen. referunt Bal. in l. ſi conuenerit. ſub num. 1. verſ. in ea gl. ff. de iuriſdict. omn. iud. & Paul. de Caſtr. in l. 5. pridie calendas. ſub num. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. dicens, quòd de conſenſu partium poteſt fieri prorogatio de habitu ad actum.

23 Confirmatur ſecundo, quia iuriſdictionis exercitium, quod iudex non habet tempore feriarum, ſed habet ſolum habitum iuriſdictionis, poteſt prorogari, vt, argumentando, ſcribit Iaſ. in loco ſupra proximè citato, & patet ex his, quæ ſcripſi ſupra lib. 2. cap. 5. num. 156. & ſeqq. ergo debet etiam poſſe prorogari in caſu huius reſtrictionis.

24 Contra hanc reſtrictionem tenent Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 21. verſ. quoad quartum. de for. competen. & alij, quos citant, & ſequuntur Alex. & Iaſ. in locis ſupra proximè citatis in dict. l. ſi per errorem. & ibidem Zaſ. num. 13. verſ. quid ſi partes. inter Repeten. vol. 1. fol. 340. & Felyn. in cap. 40. p. & g. ſub num. 14. in tertio caſ. verſ. contrarium. de offic. & poteſt. iud. deleg. & quòd præfata reſtrictio non ſit vera, & quòd ſit vera hæc contraria opinio, ſcribunt Iaſ. & Zaſ. vbi ſupra, dicens, proceſſum eſſe ipſo iure nullum, & pro hac contraria opinione allegant omnes textum in d. cap. prudentiam. vbi Pontifex ait, quòd ſi proceſſerit vnus ſine altero, nihil reputabuntur egiſſe, & ab hac contraria opinione non videtur diſceſſiſſe Innoc. in dicto cap. prudentiam. nam initio, verſ. ſed hæc ratio. dicit, quòd tres delegati non habent ſeparatim iuriſdictionis exercitium, licet habeant omnes tres ſimul; vnde infert, quòd dicunt malè ij, qui dicunt, quòd vnus eorum poſſit in odium contumaciæ procedere, & hoc ſecundum ipſum procedit, quando non adeſt clauſula (quòd ſi non omnes) & multa alia ſubdit, motiuando inconſtanter, dicens ſub num. 3. quòd ſi adeſt prædicta clauſula (quòd ſi non omnes) tunc proceſſus duorum tenebit, &, omiſſis multis, quæ confusè videtur ſcribere, poſtea num. 9. verſ. nobis videtur. ait, quòd ſiue ſint dati cum prædicta clauſula, ſiue ſine, omnes, & ſinguli habent iuriſdictionem, quia iuriſdictio eſt res indiuiſibilis, ſicut ſeruitus, vſusfructus, iuſpatronatus, & reliqua iura; & vſus etiam prædictorum, & fructus eſt indiuiſibilis: niſi aliud contineat forma mandati, ſicut eſt quando mandatur cum prædicta clauſula (quòd ſi non omnes) vel niſi poſtea partes diuidant vſum inter ſe, quod eis licet, quando earum tantum vtilitas attenditur.

25 Comprobatur hæc contraria opinio, quia ſi iudex, qui ſit competens ex ſe ſolo, putauerit per errorem, ſe non poſſe procedere, niſi cum alio, qui erat incompetens, & ita proceſſerit, talis error vitiat proceſſum. ergo fortius vbi iſte ſolus procedere non poteſt, Felyn. in loco ſupra proximè citato.

26 Retenta hac contraria opinione.

Declara primo eam, vt ſi duo iudices fuerint dati ſimpliciter, tunc indiſtinctè vnus ſine altero non poſſit procedere, ſed ſi fuerint dati cum clauſula (quòd ſi non omnes) tunc ad hoc, vt vnus poſſit procedere ſine altero, neceſſe eſt, quòd is, qui non interuenit, ſe excuſauerit per litteras excuſatorias, alias, non conſtito de impedimento, proceſſus ab altero ſolo factus, eſſet nullus, vt in d. cap. prudentiam. & ſcribunt multi, quos citaui ſupra gloſ. 4. quæſt. 4. num. 4. & ita in facti contingentia ſe decreuiſſe, vti Aſſeſſorem Prælati condelegati cum dicta clauſula, refert Zaſ. in dicto num. 13. in fine, & ſufficeret, quod de impedimento conſtaret canonicè etiam aliter, quàm per litteras excuſatorias, vt in dicto cap. prudentiam. & ita etiam ſentit Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 21. verſ. quoad quartum. de for. competen. dicens, quòd etiam quando eſſet facta delegatio cum prædicta clauſula, partes non poſſunt prorogare integram iuriſdictionem in vnum in ſolidum, quia, inquit, ante purificatam conditionem, vnus ſolus non dicitur habere iuriſdictionem in actu.

Digitized by Google

27 Quòd ſi eſſent dati cum clauſula, (vt omnes, aut duo, aut vnus) tunc non eſt neceſſaria prorogatio, Mar. Soc. in loco ſupra proximè citato.

28 Extende hanc declarationem, dum dixi, quòd vnus ſine altero procedere non poteſt, non conſtito prius de impedimento alterius, vt in tantum ſit vera, vt ſi procedat, proceſſus ſit nullus, etiam quod poſtea conſtet, extitiſſe impedimentum, ſicque purificata eſſet iuriſdictio ipſius ſolius, ſeu conditio iuriſdictionis ſuæ; & ratio eſt; quia tunc iudex ignorabat, ſuam iuriſdictionem eſſe purificatam propter impedimentum collegæ; & quando iudex procedit, ignorata iuriſdictione, proceſſus eſt nullus, etiam ſi ipſe verè eſſet iudex, Abb. in cap. 16. cum ex officij. ſub num. 28. de præſcript. & latè ſcripſi ſupra gloſ. 4. quæſt. 4. num. 4. confirm. 2.

29 Declara ſecundo, vt non procedat quando conſtaret, quod eſſent dati duo fauore, & contemplatione partium, quia tunc poſſent fauori renunciare, & conſentire, quòd procederet vnus, per ea, quæ de prorogatione temporis ad tempus dixi quæſt. ſeq. ſpec. 1. num. 15. verſ. declara ſecundo.

30 Reſtringe tertio, vt non procedat, quando citatus opponeret de incompetentia, & iudex pronunciaret ſe competentem; & is, qui oppoſuit, non appellaret, quia tunc tenebit ſententia, lata in principali per errorem litigantium, Innocen. in cap. 20. ſuper litteris. num. 6. in fine, verſ. item quia à non ſuo iudice. de reſcript. quem ſequitur Felyn. in cap. 40. p. & g. ſub num. 14. verſ. ſecundus caſus. de offic. & poteſt. iud. deleg. & ex Bar. ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. ſub num. 54. quare non poterit vlterius declinari forus, ſi à tali pronunciatione non fuit appellatum, quia oportet ei ſtare, & habetur pro veritate, Alex. in l. ſi per errorem. num. 5. limit. 4. ff. de iuriſdict. omn. iud. & hoc eſt verum, licet partibus nihil poſſet imputari, quare non appellauerint; ſiquidem loquimur in terminis, in quibus partes errant, cum poſt latam ſententiam crediderint, eſſe competentem, & ideo non appellarunt; & multò magis eſt verum, ſi poſſet eis imputari, vt puta, quia poſt latam ſententiam ſuperuenerit intra tempus appellandi ſcientia de incompetentia, & tamen non appellarunt, Iaſ. in dicta l. ſi per errorem. ſub num. 9. limit. 3. nec poteſt non appellans dicere, quòd ideo non appellauit, quia errauit: nam ſufficit, quòd res iudicata habeatur pro veritate, Zaſ. in eadem l. ſi per errorem. num. 11. verſ. extenſa. inter Repeten. vol. 1. fol. 340. vel dic tu, & melius, quòd error, qui impedit prorogationem propter defectum conſenſus, non attenditur, quando ſuperuenit res iudicata, quæ errorem annihilauit.

31 Confirmatur, ſimulque datur vberior intelligentia, quia ab interlocutoria affirmatiua ſuper competentia datur appellatio, vt ſecutus ſum cap. ſequen. quæſt. 17. limitat. 6. membr. 7. num. 47. & 51. & limit. 47. membr. 1. num. 175. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 101. ſub num. 17. & 18. Et poteſt non ſolum appellare, ſed tenetur appellare, alias, non appellando, illa pronunciatio tranſit in iudicatum, vt ſecutus ſum d. limit. 6. membr. 7. ſub num. 51. extenſ. 3.

32 Contra hanc reſtrictionem oppono de inhabilitate terminorum, nam tantum abeſt, vt in eo, qui oppoſuit de incompetentia, poſſit conſiderari error, vt ex ipſamet oppoſitione de incompetentia omninò, & clarè excludatur error, & conſequenter hæc reſtrictio caret terminis; & ideo videtur inepta, quia ſi in opponente de incompetentia deficit error, ineptè videtur dici, quòd error, qui eſt in eo, non impedit prorogationem. Nec poteſt conſiderari, quòd error ſuperuenerit poſt ſententiam, latam ſuper competentia, & quòd ideò non appellauerit, quia, errando, crediderit ſententiæ, quòd iudex eſſet competens, prout ſe declarauit; quia vltra ea, quæ ſcripſi ſupra num. 30. verſus finem, dico, quòd non ſequitur conſequentia: non appellauit à pronunciatione ſuper competentia: ergo credidit ſententiæ, quòd eſſet cōpetens; & quia non erat, errauit: imò dico, quòd, nullo dato errore, ſed potius, mutata forſan voluntate, & ad fugiendas litis impenſas, voluit ſcienter prorogare iuriſdictionem.

33 Retenta reſtrictione.

Declara primo eam, vt procedat quando iſte iudex, qui pronunciat ſe competentem, habet iam aliquam iuriſdictionem, licet eam non habeat inter partes, quia tunc illa pronunciatio tranſit in rem iudicatam, ſi non appellatur, & ſibi iuriſdictionem acquirit, quam prius inter illas non habebat, nam fundatur in illa iuriſdictione, quam habet, & quam in caſu dubij

dubij poteſt exercere inter non ſubditos, Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi per errorem.. num. 3. ibi, igitur procedit. ff. de iuriſdict. omn. iud. & latius dixi cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. ſub num. 54.

Secus ſi is, qui pronunciat ſe competentem, nullam protſus habet iuriſdictionem, nullumque gerit magiſtratum, ſed eſt priuatus, quia tunc ſiue pars oppoſuerit de incompetentia, & is pronunciauerit ſe competentem, & non fuerit appellatum, ſiue non oppoſuerit, proceſſus eſt ipſo iure nullus, vt ſecutus ſum eod. memb. 7. num. 52. verſ. primus.

Declarationes alias, & ampliationes ſcripſi infra dicto memb. 7. num. 56. & ſeqq. & num. 65. vide illic.

34 Reſtringe quarto, vt non procedat, ſi fuerit proceſſum coram iudice, qui eſt competens, ſed per exceptionem poterat repelli, ſeu declinari, quia iſto caſu, etiamſi per ignorantiam facti, ſeu iuris non fuerit repulſus; proceſſus, & ſententia tenent; aliud enim eſt conſentire in iudicem non ſuum, & aliud eſt non repellere iudicem ſuum; ſeu aliud eſt protogare iuriſdictionem, quam iudex non habet, quo caſu prorogatio non poteſt induci, ſi protogans erret, vt dixi ſupra num. 1. aliud eſt non declinare iuriſdictionem, quam iudex habet, quia, dummodo non ſit declinata, remanet, Abb. in cap. 22. ad petitionem. ſub num. 8. verſ. nota bene. de accuſ. Mat. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 38. q. 2. de for. compet. Dec. in cap. 1. num. 82. in fine, & num. 83. de iudic. in prima lectura, Iaſ. in l. 15. ſi per errorem. num. 9. verſus finem, limit. 5. ff. de iuriſd. omn. iud. non enim partes errant in iudice, ſiquidem litigant coram ſuo iudice, vt puta, quia pars poſſet eum iuſta de cauſa allegare ſuſpectum, ſed non allegat, ignorans ſuſpicionem, vel errantet credens, non poſſe allegari, Zaſ. ibidem ſub num. 11. limit. 3. fol. 340. vol. 1. inter Repet. & hoc eſt, quòd ait ibidem Alex. nu. 6. limit. vlt. dicens, quòd ſi exceptio dilatoria ſit per errorem omiſſa ante litis conteſtationem, non poteſt poſtea vlterius opponi, idem Alex in l. ſi conuenerit. num. 19. ff. eod. & quòd vbi iudex poterat aliqua exceptione repelli, vt puta quia ſuſpectus, tunc ſi per errorem iuris non repellatur, amplius repelli non poſſit, ſcribit Felyn. in cap. 40. p. & g. ſub num. 15. verſ. ſecundo nota. de off. & poteſt. iud. deleg.

Confirmatur primo hæc reſtrictio ex ſeq. quinta reſtrictione, num. 40. quæ in effectu eſt eadem cum iſta.

Confirmatur ſecundo ex his, quæ diſtinguendo inter pactum de litigando coram iudice alieno, & pactum de non declinando ſuum, ſcripſi infra limit. 4. num. 28. & 30.

35 Contra hanc reſtrictionem, dum in ea videmur aſſeruiſſe, dilatoriam exceptionem opponi non poſſe poſt litẽ conteſtatã, quamuis ante per errorem facti non fuerit oppoſita; quòd enim poſſit opponi poſtea vſque ad ſententiam, firmat ex commu. opin. adductis pro vtraque ſententia Doctoribus, & conſiderata inter ipſos contrarietate, Iaſ. in l. error. num. 16. C. de iur. & fact. ignor. & ex eo, & alijs ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 101. num. 12. limit. 3.

36 Retenta quauis opinione.

Nota ex omnibus prædictis differentiam inter exceptionem dilatoriam, quæ habet locum coram iudice competenti, & debet opponi ante litis conteſtationem, & quia fuit ignoranter omiſſa, non poteſt amplius opponi, vt in reſtrictione; vel poteſt opponi vſque ad ſententiam, vt in contrario, adducto hic num. præcedenti, & non poſtea, & ideo, non oppoſita, proceſſus & ſententia tenent: & exceptionem incompetentiæ, quæ habet locum coram iudice non ſuo, ideoque incompetenti, quia ſi ſit per errorem omiſſa, poteſt opponi etiam poſt ſententiam; erroreq; probato, ſeu præſumpto, ſententia eſt nulla, vt ſecutus ſum ſupra num. 1. & exceptionem, quæ poteſt opponi contra eum, qui eſt priuatus, & nullam prorſus habet iuriſdictionem, quia ſiue ſcienter, ſiue ignoranter fuerit omiſſa exceptio, ſententia ſemper eſt nulla, vt ſecutus ſupra ſub num. 33. quia non potuit prorogari iuriſdictio, quæ non extitit.

37 Retenta hac opinione adducta contra reſtrictionem, quòd dilatoria, ignoranter omiſſa, poſſit opponi vſque ad ſententiam.

Intellige primo eam, vt procedat, ſi reus fuit diligens ante litis conteſtationem, inquirendo tales exceptiones, alias ſi fuiſſet negligens, diceretur in lata culpa, ideoque ſibi non ſubueniretur, Iaſ. in d. l. error. ſub num. 16. verſ. intellige tamen.

38 Intellige ſecundo, vt ſi exceptio dilatoria rendat ad remouendum grauamen ſucceſſiuum, puta exceptio dilatoria loci non tuti, ſeu loci ſuſpecti, poſſit tunc opponi

quandocunque vſque ad ſenteutiam; ſecus ſi non habear grauamen ſucceſſiuum, quia tunc debet opponi ſtatim, arque ſupetuenerit ſcientia ipſius exceptionis, antequam fiat alius actus, vt contra Gloſ. & Doct. ſcribit Iaſ.in d.l.error. num.17.

39 Intelligentiæ iſtæ, etſi ſatis coloratæ ſint, & ad veritatem accedere videantur; tamen hoc mali videntur habere, quòd dum vnam rollere nituntur dubirationem, alias difficiliores, & magna ex parte ab arbitrio iudicis pendentes videntur ſubmittere,& præſertim prima intelligentia, in qua oportet cognoſcere de negligentia, quę plures ſolet habere gradus, in quibus verſari ſolet arbitrium iudicis; & etiam ſecunda, quia in lite ſemper videtur adeſſe grauamen ſucceſſiuum.

Exemplifica iſtam reſtrictionem, ſeu verius iſtas exceptiones dilatorias,prout exemplificaui ſupra lib. 1. cap. 101. ſub num. 15. & ex his exemplificarionibus vberius intelliges totam reſtrictionem.

Exceptio dilatoria, & præſertim ſuſpitio iudicis vbi fuerit oppoſita, quid operetur, & quid agendum, vide quæ ſcripſi d. cap. 101. num. 16.& ſeqq.

40 Reſtringe quinto, vt non habeat locum in eo, qui ex priuilegio poterat declinare iuriſdictionem iudicis ordinarij, vt puta, quia erat ſcholaris, qui ex priuilegio poteſt aliquo in loco declinare iuriſdictionem iudicis ordinarij, & per errorem non declinauit, quia, errore non obſtante, proceſſus, & ſententia tenent, Iaſ. in l. ſi per errorem. ſub num.9.limit.4. & Zaſ. ſub num.11.limit. 2. ff.de iuriſd. omn.iud. Dec.in cap. 1. num. 83. de iudic.in 1. lect. & hęc reſtrictio habet ſymbolum cum præcedenti.

41 Ratio non eſt illa, quia cenſetur renunciaſſe priuilegio, quia iuri, quod quis ignorat, non intelligitur renunciare, ſed eſt illa, quia de facili tollitur priuilegium, Iaſ. & Zaſ. in locis ſupra proximè citatis.

42 Infero notabiliter hinc, quòd etſi Medici Neapolitani de Collegio poſſint declinare iuriſdictionem Sacri Conſilij, & conueniri debeant coram Cancellario, & ad eum,medico inſtante, debeat fieri remiſſio ex priuilegio Reginæ Ioannæ, Afflict. deciſ.41.quidam medicus. & ibi Vrſill. in annot. tamen ſi per errorem omiſerit declinatoriam exceptionem, proceſſus, factus coram Sacro Conſilio, tenebit.

43 Subreſtringe hanc reſtrictionem, vt non procedat quando in priuilegium aliquorum conceditur alicui iuriſdictio priuatiuè, quia tunc licet priuilegiatus ſcienter, ſiue ignoranter non declinauerit iuriſdictionem iudicis ordinarij, tamen proceſſus, & ſententia non tenent, quia tunc non poteſt iuriſdictio illius ordinarij prorogari ad tradita per Capic. deciſ.9. in cauſa vertente.num.15.& 16. quem in futura impreſſione ſecurus ſum ſup. lib.1. cap. 66. num. 4. in fine, & quòd vbi ſunt taxati iudices ad cauſas,non habeat locum prorogatio, puta, dictat ſtatutum, quòd iudex portæ S. Petri ſit iudex viduarum, nunquid alij poterunt prorogare iuriſdictionem eius, & videtur, quòd non, ne confundantur proceſſus, & iuriſdictiones,& vt taxatio iudicis aliquid operetur, ſcribit Bal. in cap.40. p.& g. ſub num.9. verſ.quæro vtrum. de offic.& poteſt.iud.deleg.

Ratio poteſt eſſe,quia iuriſdictio redacta ad certam ſpeciem iuriſdictionis, iuxta ea, quæ ſcripſi limit. præced. num. 92. cum expreſſa priuatione aliorum iudicum, non poteſt prorogari, licet alias regulariter quis poſſit renunciare priuilegio fori, vt dixi ſup. quæſt.2.ſub num.2.

44 Exemplifica primo hanc ſubreſtrictionem in Ciuitate Genuæ, vbi Magiſtratui ſupremorum, ſeu ordinariorum ſindicatorum eſt conceſſa iuriſdictio in cauſis Iuriſperitorum, & Medicorum, cum clauſula, quòd nullus alius Magiſtratus poſſit in ipſis ſe intromittere, vt in Gen. ſtat. lib.3. cap.18. §.iuriſperitorum. quæ clauſula priuat alios iudices, vt loquitur Capic. citatus vbi ſupra.

45 Exemplifica ſecundo, quando iuriſdictio conceditur cum decreto irritanti, quia tunc etiam de conſenſu partium non poteſt prorogari, Capic. dicta deciſ. 9. num.17. & 18.

46 Pro intelligenria totius reſtrictionis, & ſubreſtrictionis reminiſci oportet, iuriſdictionem poſſe conſiderari rripliciter. Aggregatiuam ſcilicet, & tunc vnus non poteſt procedere ſine altero, vt in caſu, de quo ſupra num.24. in ſecunda reſtrict. verſ.contra. & num. 26. verſ. declara primo. Cumulatiuam, & tunc eſt locus præuentioni, & ideo non poteſt declinari. Priuatiuam, & tunc poteſt declinari iuriſdictio, prout de his ſingulis locutus ſum ſupra lib.1.cap.66.num.4. & ſeqq.& ideo hic non replico: addo clarius hic, quòd priuatiua eſt duplex: prorogabilis ſcilicet, & improrogabilis, prorogabilis,

vt

vt in reſtrictione, & improrogabilis, vt in ſubreſtrictione, eiusque exemplis.

47 Reſtringe ſexto, vt non procedat, quando partes per errorem diu litigaſſent coram iudice non ſuo, credentes eſſe ſuum iudicem, & conſequenter prorogatio non teneret, & poſtea ſuperueniſſet ſcientia, quòd iudex non eſt ſuus, & nihilominus adhuc proſecuti eſſent litigare coram eo, quia tunc retrogeſta, per ratihabitionem ratificantur, Gl. in l. 1. in verbo, inchoata. C. vbi de crim. ag. opor. Iaſ. in l. ſi per errorem. num. 9. in fine, limit. 6. & Zaſ. ſub num. 11. limit. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. reconualeſcunt enim omnia ptius geſta, Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 19. q. 3. C. de iuriſd. omn. iud. inter Repeten. vol. 7. fol. 336. & procedit hæc reſtrictio, etiamſi diu non litigaſſent, & ſuperuenerit ſcientia poſt litis conteſtationem, & nihilominus pergerent litigare, Zaſ. vbi ſupra.

48 Contra hanc reſtrictionem, quando ſcientia ſuperuenit poſt litem conteſtatam, quòd tunc proceſſus, & ſententia non teneant, quia deficit litis conteſtatio, quæ eſt de ſubſtantia iudicij, firmat ex quorundam Moderniorum dicto, & fortè meliori, Cyn. in d. l. 1. ſub num. 2. quæſt. 2. verſus finem, C. vbi de crim. ag. oport. hancq. Cyni opinionem, vti veriorem, ſequitur ibidem Bal. ſub num. 8. verſ. circa hoc. hæcq. opinio placet etiam Mariano Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 38. quæſt. 2. de for. compet.

49 Confirmatur hæc opinio contraria, quia quando actus eſt ab initio nullus, propter defectum conſenſus, qui eſt ſubſtantificus ipſius actus, tunc conſenſus ſuperueniens non conualidat actum ab initio nullum; hincque eſt, quòd cum iudicium, in quo filiusfamilias interuenit ſine conſenſu patris, ſit nullum, quia perſona filijfamilias non poteſt ſubſtantiare, iudicium erit nullum, etiãſi poſtea interueniat conſenſus patris, qui illud iudicium ratum habeat: & idem eſt in iudicio, in quo interuenit minor ſine conſenſu adminiſtratoris, Cyn. in dicta l. 1. ſub num. 2. q. 2. C. vbi de crim. ag. oport. & Mar. Soc. in dict. cap. ſignificaſti. ſub num. 38. q. 2.

Sed pro nunc hanc confirmationem non firmo.

50 Extende hanc contrariam opinionem, vt procedat non ſolum in caſu, quo partes per errorem litigaſſent coram iudice non ſuo, prout in his terminis loquitur reſtrictio, & eſt caſus minus dubitabilis; ſed procedat forſan etiam in caſu, quo partes litigaſſent coram iudice ſuo, quem reus potuiſſet declinare, & per errorem, ignorata declinatoria, non declinauit, & poſt litem conteſtatam ſuperuenit ei ſcientia de declinatoria, & continuat adhuc litigare, quia etiam iſto caſu proceſſus poteſt impugnari de nullitate vſque ad ſententiam, quia cum reus, ignorata declinatoria, erraret, credendo ſe omnino teneri ad conteſtandum litem coram illo iudice, & propter hunc errorem fuerit coram eo conteſtatus, non videtur ſibi viam præcluſiſſe ad declinandum, & conſequenter ad annullandum totum proceſſum, quia litis conteſtatio cum ſit in ſubſtantiali parte iudicij non conualidatur per ſuperuenientem conſenſum; hęcq. extenſio videtur vera ſuppoſita pro vera opinione, de qua ſupra num. 35. verſ. contra. alias eſt falſa.

51 Declara hanc contrariam opinionem, eiusque extenſionem, vt quamuis nullitas iudicij non ſanaretur ex continuatione litis poſt ſcientiam erroris, quæ ſuperueniſſet poſt litem conteſtatam; tamen cautela eſt, vt partes repeterent eodem inſtanti omnia acta, quia tunc conualidaretur iudicium, ſecundum Mar. Socc. in dicto cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 38. q. 2. de for. compet. qui actorum repetitione validari etiam ſententiam latam poſt peremptam inſtantiam, ſecutus ſum cap. ſeq. q. 15. num. 335.

Vana tamen facilè redditur hæc cautela, quia is, contra quem fabricatus eſt proceſſus, nollet repetere.

52 Reſtringe ſeptimo, vt non procedat in prorogatione, quæ fit per reconuentionem, quia in iſta non conſideratur error, cum iudex fiat competens à lege, etiam partibus inuitis, vt latè explicaui q. ſeq. ſpec. 3. num. 19. 48. 51. 77. & ſub num. 90. verſ. prima.

53 Reſtringe octauo, vt non procedat in errore iudicis, quia eius error non impedit prorogationem, quam faciunt partes; quare ſi non ſubditi ſcienter litigant coram iudice non ſuo, vt initio proximè præcedentis quæſtionis, num. 2. & ſeqq. & iudex credit, illos eſſe ſubditos, & ex neceſſitate litigare coram ſe, vti iudice competente, certè proceſſus, & ſententia teneret, quia conſenſus iudicis non eſt neceſſarius in prorogatione, & conſequenter eius error non impedit, Paul. de Caſtr. in l. 15. ſi per errorem. num. 4. verſ. ſed an requiritur. ff. de iuriſdict. omn. iud.

Contra

54 Contra hanc reſtrictionem tenet cum declarationibus Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 20. verſ. requiritur tertio. de offic. & poteſt. iud. deleg. dicens, quòd requiritur conſenſus iudicis, cuius iuriſdictio prorogatur, & ſubdit, quòd ſufficit, quòd non contradicat, ideo, ſi credat, inquit, ſe iudicem, eſt dubium nunquid valeat prorogatio: & poſtea ait, tenendum eſſe, quòd ſi contingat, eum errare in ſola qualitate iuriſdictionis, & non in ſubſtantia, valet proceſſus, & prorogatio; ſecus, inquit, ſi contingat, eum errare in ſubſtantia iuriſdictionis, & ideo, inquit, in prorogatione de re ad rem, & de perſona ad perſonam valet iudicium, ſi ipſe credat ſe iudicem, vbi non eſt error ex prorogatione, quia tunc non contingit ipſum errare, niſi in qualitate: ſecus, inquit in prorogatione de tempore ad tempus, cum temporis lapſu extinguatur ipſo iure iuriſdictio; & ideo ſi credat iſto caſu ſe iudicem, errat in ſubſtantia, & proinde non valet quod agitur.

Tu ex his declarationibus, cum quibus virtualiter conſentiunt communiter Doct. pro faciliori explicatione forma quatuor caſus.

Primus caſus eſt, quando fit prorogatio de perſona ad perſonam, & tunc concludo, non requiri ſcientiam iudicis, l. 2. §. conuenire. ff. de iudic. licet enim credat, litigantes eſſe ſubditos, & in hoc erret, cum non ſint, ſed ſponte litigent, ideoque procedat ex iuriſdictione prorogata, & prorogatione ignorata; tamen proceſſus valet, Ant. de Butr. Abb. Mar. Socc. & Paul. de Caſtr. & Bar. quos citaui, & ſecutus ſum num. ſeq. & in his terminis loquitur Paul. de Caſtr. citatus ſupra in reſtrict. num. præced.

Ratio, qua mouentur Ant. de Butr. Abb. Socc. & Bar. citati num. ſeq. eſt, quia hæc ignorantia in prorogatione perſonarum non eſt in fundamento iuriſdictionis, ſed eſt in qualitate, ſeu adminiculo iuriſdictionis, & ideo non vitiat; ratio verò, qua mouetur Paul. de Caſtr. ſimiliter citatus num. ſeq. in fine, eſt, quia iudex iuſtam poteſt ignorantiam in hoc prætendere, cum non teneatur ſcire numerum ſubditorum.

55 Reſtringe hanc concluſionem, vt ſimpliciter procedat in Ordinario, ſic enim intelligendi ſunt omnes Doctores citati in ſequenti caſu.

Secus eſt in delegato, quia in eo non poteſt fieri prorogatio de perſona ad perſonam per ea, quæ dixi q. ſeq. ſpec. 6. nu. 16. & ſeqq.

Sed an in caſibus, in quibus poteſt fieri, requiratur ſcientia iudicis, ſicq. tacitus conſenſus, dicam ibidem.

Secundus caſus eſt, quando fit prorogatio de tempore ad tempus: & iſto caſu reperio Interpretum doctrinam modò eſſe mancam, & imperfectam, & modò diſcrepantem: Aliqui enim, nulla facta mētione de iudice ordinario, & loquentes de prorogatione de tempore ad tempus; in delegato, dicunt in hac prorogatione requiri conſenſum ipſius iudicis delegati, alias ignorata prorogatione, proceſſum & ſententiam non valere, ita Paul. de Caſtr. in l. 2. §. conuenire. & §. ſed ſi iudex. vtrobique num. 1. ff. de iudic. Aliqui faciunt differentiam inter iudicem delegatum, & iudicem ordinarium, & dicunt, quòd in iudice delegato requiritur conſenſus ipſius, alias, ſi ipſe ignoret prorogationem, proceſſus, & ſententia nō tenent, Imol. in l. 21. multum. & Socc. ſub num. 9. & 10. ff. de condit. & demonſtr. Addit. ad Bar. in d. l. multum. ſub num. 2. in verbo, non vitiatur. & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de execut. rei iud. concl. 3. num. 18. in ordinario autem dicunt, conſenſum non eſſe neceſſarium, & conſequenter, proceſſum, & eius ſententiam valere, quamuis is ignorauerit ſuam iuriſdictionem fuiſſe prorogatam de tempore ad tempus, ita tenent Imol. Socc. & Addit. ad Bar. in locis ſupra proximè citatis. Alij verò, tacita hac differentia inter delegatum, & ordinarium, & tacita etiam differentia inter prorogationem de tempore ad tempus, & alias ſpecies prorogationis, indiſtinctè, & ſimpliciter dicunt, quòd licet iudex ignorauerit, ſuam iuriſdictionem fuiſſe prorogatam, & conſequenter licet defecerit eius conſenſus, tamen proceſſus & ſententia valent, ita Bar. in d. l. multum. ſub num. 2. ff. de condit. & demonſtr. Alij autem, tacita differentia inter ordinarium, & delegatum, & facta differentia ſolum inter vnam, & alteram ſpeciem prorogationis; dicunt, quòd licet proceſſus & ſententia valeant, quando iudex ignorauit, prorogationem factam de perſona ad perſonam, tamē non valet, quando ignorauit prorogationem factam de tempore ad tempus, ita ſcripſerunt Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 20. verſ. requiritur tertio. à me relatus ſupra nu. 54. & Abb. ibidem num. 22. verſ. item requiritur in proroga-

rogatione. de offic. & poteſt. iud. deleg. dicens, quòd ignorantia iudicis in prorogatione perſonarum non vitiat, quia ſufficit, quòd iudex non contradicat, nec aliter requiritur eius conſenſus, ſed in prorogatione de tempore ad tempus requiritur conſenſus iudicis ſaltem tacitus, & in neceſſarium antecedens requiritur ſcientia: & ratio diuerſitatis ſecundum eum eſt, quia in prorogatione perſonarum ignorantia iudicis non obeſt, quia non errat in fundamento iuriſdictionis: nam credit ſe iudicem ordinarium, & ita in veritate eſt propter prorogationem, licet illam ignoret, vnde errat in qualitate, non autem in fundamento: ſed quando fit prorogatio de tempore ad tempus, ſi iudex ignoraret, & procederet poſt tempus, erraret in fundamento, quia crederet, ſe non eſſe iudicem, & cōſequenter non valeret iudiciū, præſuppoſito, quòd haberet iuriſdictionem, Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti, n. 48. q. 10. de for. compet. vbi ſimiliter inquit, in prorogatione de perſona ad perſonam non requiri conſenſum iudicis, cuius iuriſdictio prorogatur, quia cum ſit iudex, & credat, ſe habere iuriſdictionem, non errat in fundamento iuriſdictionis, licet erret in qualitate, quo caſu error non habet vitiare: ſecus eſt, inquit, in prorogatione, quę fit de tempore ad tempus, quia cum poſt tempus iudex ignoret, vel credat, non habere iuriſdictionem, requiritur eius conſenſus, ſaltem tacitus, & hoc idem ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 22. q. 6. verſ. aut quærimus, C. de iuriſd. omn. iud. inter Repeten. tom. 7. fol. 336. & loquendo de iuriſdictione delegata, quòd in prorogatione de tempore ad tempus requiratur ſcientia, & conſenſus ipſius iudicis, ſecutus ſum ſupra gl. 4. q. 4. num. 40.

Ratio igitur differentiæ inter primum, & ſecundū caſum eſt, quia, vt ſcribūt Bar. Ant. de Butr. Abb. & Socc. ſupra citati, ignorantia circa prorogationem perſonarum conſideratur vti circa qualitatem iuriſdictionis, ea vero, quę eſt circa prorogationem temporis, conſideratur, vti in fundamento iuriſdictionis.

Sed ſecundum Paul. de Caſtr. in locis citatis eſt, quia ignorantia in prorogatione
56 perſonarum eſt iuſta, vt dixi, † ſed ignorantia
in prorogatione temporis eſt iniuſta, cum
debeat ſcire metam, & tempus ſuæ iuriſdictionis, quia hoc facilè ſcire poteſt, vnde ſi neſcit, partes prorogaſſe, ignorat, quod eſt cauſa ſuæ iurirdictionis: ſcit enim, vel ſcire debet, ſe poſt tempus non poſſe procedere virtute originalis iuriſdictionis, igitur, vt valeant acta coram eo, debet ſcire cauſam, ex qua procedit, alias non pręſumitur habere animum vtendi iuriſdictione, quam ſcit, vel ſcire debet ſe non habere. & hęc ſunt quæ in iſto ſecundo caſu Doctores videntur concludere.

57 Declara primo hanc concluſionem, requirentem ſcientiam, & conſenſum iudicis in prorogatione de tempore ad tempus, vt in iudice ordinario regulariter hæc concluſio euaneſcat, quia cum in eo non cadat prorogatio de tempore ad tempus, per ea, quæ dixi. q. ſeq. ſpec. 1. num. 1. & ſeqq. fruſtra quæritur de eius conſenſu; quare erit vera in ordinario, ſi demus caſum, in quo eius iuriſdictio poſſit prorogari de tempore ad tempus.

58 Declara ſecundo, vt procedat in iudice delegato, quia, ſi is ignoraret prorogationem de tempore ad tempus, factam à partibus, diceretur errare in fundamento, & conſequenter proceſſus, & ſententia eſſent nulli, vt ſecutus ſum quæſt. ſeq. in prima ſpec. num. 17.

59 Declara tertio, vt iudex dicatur conſentire, quando non errat, & tamen non diſſentit, neque contradicit, Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 20. verſ. tertio requiritur. vbi teſtatur, quòd ita tenent communiter Doct.

60 Tertius caſus eſt, quando fit prorogatio de re ad rem; puta, erat iudex, qui non poterat cognoſcere vltra centum libras, & partes, ſcientes prorogant vſque ad ducentas, ſed iudex ignorat hanc prorogationem, & in hoc caſu Paul. de Caſtr. in l. 2. §. conuenire. num. 3. verſ. ſed quæro. ff. de iudic. & in l. 1. ſub num. 22. q. 6. verſ. aut loquimur. in fine, C. de iuriſd. omn. iud. fol. 336. inter Repet. vol. 7. tenet idem, quod in ſecundo caſu, quando fit prorogatio de tempore ad tempus, quòd ſententia non valeat, & loquitur in iudice ordinario, quia teneatur ſcire metam ſuæ iuriſdictionis.

Contrarium credo verum, vt dixi q. ſeq. ſpec. 3. in fine, num. 159.

61 Quartus caſus eſt in progogatione, quæ fit de loco ad locum, & de hac vide q. ſeq. ſpec. 2. num. 169. declar. 5.

GLOS.

GLOS. VII. QVAEST. III.

L I M I T A T I O III.

Impedimentum prorogationis ex metu, & compulſione.

S V M M A R I V M.

Metus vitiat prorogationem, & ideo proceſſus, factus vigore huius prorogationis, eſt nullus, num. 1.

Compulſio vitiat prorogationem, nu.2. Etiam ſi compulſio ſit iudicialis, num. 3.

Conſentire metu quando quis dicatur, num. 4. remiſſiuè.

Prorogatio facta à lege in cauſa reconuentionis tenet, non aliter conſiderato metu, num. 5.

1 LIMITA tertio, vt non procedat quando pars per metũ prorogat iuriſdictionẽ, quia tunc prorogatio non tenet, cum error impediat prorogationem, vt dixi in præcedenti limitatione, & metus non ſit inferior errore ad impediendum, l. 2. ff. de iudic. Spec. tit. de ſenten. §. ſequitur videre. ſub num. 5. verſ. quòd ſi nulla. lib. 2. fol. 165. Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 20. verſ. ad tertium. de offic. & poteſt. iud. deleg. Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 39. q. 3. de for. compet. Iaſ. in l. ſi per errorem. num. 13. & Zaſ. num. 10. in ſexta extenſione, ideoq. proceſſus eſt ipſo iure nullus, licet alias geſta per metum, ipſo iure teneant, & poſſent ſolum reſcindi actione, quod metus cauſa, vel officio iudicis, Iaſ. & Socc. qui alios citat in locis ſupra proximè citatis.

2 Extende hanc limitationem, vt procedat etiam in compulſione, quia prorogatio, facta per compulſionem, non tenet, Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 13. in primo impedimento, & Bal. num. 7. verſ. deinde nota. C. de epiſc. aud.

3 Subextende hanc extenſionem, vt procedat non ſolum in cõpulſione extraiudiciali, ſed etiam in cõpulſione iudiciali, Paul. de Caſtr. in l. 2. conſenſiſſe. ſub nu. 1. ff. de iudic.

4 Declara quando quis dicatur conſentire metu, & quando non, ex his, quæ allegat Sebaſt. Sap. in l. 1. ſub num. 13. & 14. ff. de iudic. inter Repeten. vol. 1. fol. 469.

5 Reſtringe hanc limitationem, vt non conſideretur in prorogatione, quæ fit à lege in cauſa reconuentionis, quia iſta fit, etiam partibus inuitis, vt latè declaraui q. ſeq. ſpec. 3. num. 49. & ſeqq.

GLOS. VII. QVAEST. III.

L I M I T A T I O IV.

Impedimentum prorogationis ex pœnitentia ante litem conteſtatam.

S V M M A R I V M.

Conſenſus litigantis ſcienter coram iudice incompetenti, licet inducat prorogationem, tamen an poſſit ante litis conteſtationem reuocari, eoque reuocato, iudex remaneat incompetens, referuntur vndecim opiniones, num. 1. 8. & ſeqq. vſque ad num. 18.

Prorogatio iuriſdictionis an ſit reuocabilis vſque ad litis conteſtationem excluſiue, & poſtea remaneat irreuocabilis, eſt articulus controuerſus, num. 1. & ſeqq.

Incompetentiæ exceptio debet initio ante omnes alias exceptiones opponi, ſub num. 2. & 3. Et qui ſint actus, poſt quos poſſit opponi, num. 4. & ſeqq.

Exceptio, per quam quis negatur eſſe iudex, debet præcedere allegationem ſuſpicionis iudicis, num. 14.

Prorogatio iuriſdictionis fit per quemcunque actum etiam ante litis conteſtationem, non præmiſſa proteſtatione de incompetẽtia, ſub num. 2. 18. & 19. Hæc concluſio ampliatur quinque modis, ſub num. 19. & ſeqq. vſque ad num. 23. incluſiuè.

Actus, facti ante litis conteſtationem, remanent validi, licet prorogatio iuriſdictionis ſit reuocabilis vſque ad litis conteſtationem, ſub num. 19. ampl. 1. & num. 101.

Prorogatio iuriſdictionis quando dicatur facta irreuocabilis, etiam ante litis conteſtationem, num. 20. & 21.

Prorogatio iuriſdictionis ex delegatione inualida, an teneat, num. 22.

Declinari an poſſit iuriſdictio, ſi ita per pactum expreſſum conuenerint litigantes, num. 23. & ſeqq. & num. 30.

Pœniten-

Pœnitentia in pactis regulariter non admittitur, num. 25. & ſeqq.

Pactum de litigando coram iudice non ſuo prorogat iuriſdictionem reuocabiliter, ideoque non obligat paciſcentem, vt non poſſit ſe pœnitere, num. 24. 28. 29. & 34. Et quid ſi pactum ſit iuratum, num. 35. & ſeqq. & num. 43. & ſeqq. & num. 53. Quid ſi interuenerit ſtipulatio, nu. 76. & ſeqq. Quid ſi pactum ſit per inſtrumẽtum guarintigiæ, nu. 82. Quid de iure canonico, num. 83. & ſeqq. Quid ſi pactum ſit veſtitum cohærentia contractus, num. 88. Quid ſi interuenerit etiam præſentia, & conſenſus iudicis, num. 90. & ſeqq. Quid ſi quis per modum confeſſionis ſe ſubmiſerit iuriſdictioni iudicis non ſui, num. 95. & ſeqq. Quid ſi iudex mero iure eſſet competens, ſed ex probabili cauſa poſſet recuſari, nu. 100. Quid quoad geſta ante pœnitentiam an remaneant valida, num. 101. Quid ſi non ſit pactum expreſſum, ſed ſit aliquod factum, &c. num. 103. & ſeqq. Quid ſi prorogatio fiat contrahendo in loco alieno, nu. 163. & ſeqq. Quid ſi partes promittant ſiſtere in iudicio, & parere mandatis, num. 170. Quid ſi fuerit renuntiatum l. ſi conuenerit. &c. num. 171. & ſeqq. & 228.

Iuriſdictio in eſſe iam deducta facilius conſeruatur, quàm inducatur de nouo, num. 32.

Pactum nudum valet ad remouendam exceptionem, num. 33.

Iuramentum, quod non eſt contra ſalutem æternam, debet ſeruari, num. 36.

Iuramentum obligat præciſè iurantem, ſed promittens ſine iuramento liberatur, ſoluendo intereſſe, num. 37.

Iuramentum debet adimpleri in forma ſpecifica, num. 38.

Iurans ſoluere, non admittitur ad compenſandum, ibidem.

Iuramentum actum retractabilem facit irretractabilem, num. 39.

Iuramentum habet vim conteſtationis litis, num. 42.

Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, num. 44. Contrarium, num. 53. & ſeqq. Declaratur, num. 60. & ſeqq. & ſub num. 72.

Iuramentum non eſt modus inducendæ obligationis, ibidem.

Iuramentum actum de ſui natura reuocabilem, non facit irreuocabilem, num. 45. & ſeqq.

Donatio omnium bonorum poteſt per ſuperuenientiam filiorum reuocari, etiam ſi fuerit iurata, num. 45. & ſub num. 75.

Donatio cauſa mortis poteſt reuocari, quamuis ſit iurata, num. 50.

Donatio propter nuptias, ideſt augumentum dotis, quamuis ſit iuratum, reſtituitur, &c. num. 51.

Teſtamentum poteſt reuocari, non obſtante iuramento, num. 45. & ſub num. 75. verſ. ad ſecundum. Et non obſtante voto, num. 46. Et demum ſemper eſt reuocabile, num. 47. 48. 67. & 68. Declaratur, num. 56. & 57.

Procurator poteſt ſemper reuocari, etiam quod ſit conſtitutus cum iuramento de non reuocando, num. 49.

Debitor, qui habet priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, illud habet etiam ſi ſit debitor cum iuramento, num. 52.

Iuramentum facit valere actum, qui ſine iuramento non valuiſſet, num. 54. & 74. Et quando hoc non faciat, num. 75.

Subſtitutio iurata ſi non valet iure directo, valet iure obliquo, ſub num. 54.

Iuramentum impedit purgationem moræ, num. 55.

Fideiuſſor iuratus poteſt obligari in plus, quàm principalis, num. 58.

Iuramentum habet vim expreſſi, num. 59.

Iuramentum contra animæ ſalutem non eſt ſeruandum, num. 64.

Iuramentum contra bonos mores non eſt ſeruandum, num. 65. 68. & 71.

Pactum futuræ ſucceſſionis non tenet, etiam ſi ſit iuratum, num. 66.

Votum captandæ mortis eſt contra bonos mores, num. 65. & 66.

Pactum, quod impedit matrimonium, non tenet, etiam ſi ſit iuratum, num. 69.

Pactum, & Renunciatio } contra bonos mores, non valent, num. 212. & ſeqq. Et quæ ſint hæc pacta, num. 213. & ſeqq.

Iuramentum non ſe extendit vltra iurantis conſenſum, à lege præſumptiuè limitatum, num. 72. Vel ab homine, & iudice, nu. 73.

Stipulatio operatur, vt promittens, quamuis non poſſit cogi præciſè ad factum, cogatur ad intereſſe, num. 78.

Prorogans iuriſdictionem licet poſſit pœnitere ante litem conteſtatam, tamen ſi poteſt agi ad intereſſe, nunquid poterit illud peti coram iudice prorogato, num. 81. & latius, num. 158.

Gua-

Guarintigia obligat ad factum præciſe, nu.82.

Pactum nudum producit actionem de iure canonico, ſicut producit ſtipulatio, num. 83. & ſeqq. Producit etiam actionem, ſi ſit factum in iudicio pro pertinentibus ad illud iudicium, num.94.

Retentio datur etiam ex pacto nudo, num.87.

Pactum nudum ſi ſit veſtitum cohærentia contractus, parit actionem, &c. num.88.

Veſtiri cohærentia contractus dicitur pactum, quando pactum eſt in ipſo contractu, nu.89.

Conſentire videtur præſens & tacens, nu.91.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum, ſi confeſsio ſit facta in iudicio, num.92.

Confeſsio facta in iudicio tenet, etiam ſi ſit ſine cauſa, num.93.

Litis conteſtatio probatur etiam partium confeſsione, num.96. Contrarium, num.98.

Sententia contra ſe obligantem poteſt ferri in ipſo contractu obligationis, num.97.

Pœnitendi facultati prorogans iuriſdictionem non poteſt renunciare, num.99.

Confeſsio habet vim pacti, &c. ſub nu.99. verſ. quartum. iuncto num.95.

Suſpectus iudex recuſari non poteſt, quando partes conuenerunt de litigando coram eo, num.100.

Reuocato delegato, non reuocantur geſta coram eo, num.102.

Prorogans tacitè iuriſdictionem non poteſt ſe pœnitere, num.103. & ſeqq.

Soluere promittens vbicunque fuerit inuentus, prorogat iuriſdictionem, & non eſt locus pœnitentiæ, num.104. & ſub num.105. Imò hodie, etiam ſine iſta promiſsione, ſeruatur illud (vbi te inuenio, ibi te conuenio) num. 106. Declaratur, & temperatur, nu.113. & ſeqq. Et quomodo ſit concipienda promiſsio, vt debitor poſsit vbique locorum conueniri, num.162.

Contractus dicitur factus vbi eſt deſtinata ſolutio, num.105. & 116.

Soluere promittens generaliter in quocunque loco, poteſt conueniri vbi fuerit inuentus, num.107. & ſeqq.

Debitor ſoluens alibi quàm in loco, in quo debebat ſoluere, tenetur ad intereſſe, nu.111.

Soluere promittens certo loco, non poteſt eo in loco conueniri, niſi ibi ſit repertus, nu.112. Fallit ſi promiſerit cum iuramẽto, nu.120. Et generaliter licet non poſsit cõueniri immediatè, tamen poteſt mediatè per litteras hortatorias, ſi renunciauerit proprio foro, num.121.

Conueniri vt quis poſsit in quocunque loco vbi fuerit inuentus, debet inueniri in perſona, & non ſufficit, inueniri procuratorem, num.113.

Conuentus in loco remoto, non cogitur ſtatim ſoluere, num.114.

Soluere promittens in quocunque loco fuerit repertus, poteſt conueniri in loco, vbi habet bona, licet ibi non fuerit repertus, num.115.

Remiſsio debitoris an fieri debeat ad locum contractus, & quomodo, & ad quem actum poſsit contra eum procedi, ſi non ſit repertus in loco contractus, num.116.

Soluere promittens in quocunque loco fuerit petita ſolutio, intelligitur in loco, vbi fuerit inuentus, num.117.

Debitor poteſt conueniri in loco contractus, etiam ſi ibi non fuerit repertus, quãdo promiſit ſe illic repræſentare ad voluntatem creditoris, num.118.

Conueniri an poſsit debitor in loco deſtinatæ ſolutionis, etiam ſi ibi non fuerit repertus, quando promiſit ſoluere certa die, nu.119.

Remiſsio debitoris ſit ad locum deſtinatæ ſolutionis, ſi ibi fuerit lis incboata, num.121.

Soluere promittẽs in quolibet loco, in quo placuerit creditori, an poſsit conueniri ſolum intra forum domicilij promittẽtis arbitrio boni viri, vel in quouis loco, vbi fuerit inuentus, nu.123. & ſeqq. vſque ad nu.132.

Placuerit, verbum nõ eſt abſolutæ voluntatis, ſed intelligitur arbitrio boni viri, nu.126.

Viſum tibi fuerit, } ſignificant arbitrium
Aequum æſtimaueris } boni uiri, num.127.

Arbitrari debet bonus vir, quod leges diſponunt, num.126. in fine.

Volueris) verbum ſignificat liberam voluntatem, num.128.

Soluere ſi quis promittat in quibuſdã expreſſis locis, & alijs in locis vbicunque fuerit inuentus, intelligitur de alijs locis æquè diſtantibus à loco, vbi facta eſt promiſsio, & non de ſatis diſtantioribus, num.132. 138. 139. & ſeqq.

Clauſula generalis comprehendit minora, & æqualia expreſsis, ſed non maiora, nu.132. & ſeqq.

Clauſula generalis reſpectu perſonarum, & rerum, poſita in reſcripto commiſsionis cauſæ, non extenditur ad perſonas, & res digniores, & maiores expreſsis in reſcripto, num.133.

Vendita terra à Rege cum quibuſdam fructibus

bus

bus regalibus expreſſis, adiecta clauſula vniuerſali (& quibuſcunque alijs iuribus regalibus) non veniunt maiora expreſſis, num. 134.

Caſuum fortuitorum generalis renunciatio in eo, qui promiſit ſiſtere in iudicio, an valeat, num. 136.

Præcedentia ambiguitates declarant ſequentium, num. 137.

Sequentia declarant præcedentia, num. 137.

Modica non curat Prætor, num. 141.

Soluere promittens copulatiuè duobus in locis, poteſt pro medietate conueniri in vno, & pro alia medietate in alio, num. 144. Secus eſt, ſi ſit addita clauſula generalis (& vbicunque fuerit repertus) num. 145.

Soluere promittens alternatiuè Mediolani, vel Pariſijs, poteſt vno loco conueniri ad creditoris electionem, num. 146. Declaratur, num. 147.

Reſpondere promittens de tota, ſeu de tanta pecunia in quolibet loco, an poſſit conueniri in quocunque loco fuerit repertus, quia reſpondere, & ſoluere idem ſit. Et quid ſi promiſeris ſimpliciter reſpondere, num. 148. & ſeqq.

Reſpondentem, ſeu Correſpondentem mercatores vocant eum, qui ſoluit pro alio, &c. num. 151.

Conueniri volens vbique locorum an ſit idem, quod volens ſoluere vbique locorum, num. 153. & ſeqq. & num. 157.

Litigare promittens Bononiæ, Florentiæ, & vbique locorum, non dicitur prorogare iuriſdictionem illorum locorum, numero 156.

Competens an ſit iudex pro pœna, & intereſſe, ſi remaneat incompetens reſpectu debiti principalis, eo quia debitorem, qui prorogauit iuriſdictionem, pœnituerit; quòd ſi remaneat competens pro principali, an ſit competens pro intereſſe, num. 158.

Contractus forum an ſortiatur, qui in eo contraxit, tanquam viator, num. 159. 163. 164. & ſeqq.

Conueniri an poſſit debitor in loco deſtinatæ ſolutionis, ſi in eo fuerit repertus caſu per tranſitum, vel &c. num. 160.

Contractus ordinatio, & deciſio illius in meritis ſumi debet, non ex loco deſtinatæ ſolutionis, ſed ex loco, vbi contractus eſt celebratus, num. 161.

Competentia iudicis quoad fundandam eius iuriſdictionem oritur ex qualitate narrata in libello, etiam illa qualitate non probata, quæ tamen, reo eam negante, eſt ſummariè probanda, ſub num. 163. verſ. extende.

Prorogatio iuriſdictionis facta per promiſſionem de ſiſtendo in iudicio, & de parendo mandatis, non admittit pœnitentiam, num. 170.

Prorogatio iuriſdictionis an admittat pœnitentiam, ſi ſit expreſſè renunciatum l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. num. 171. & ſeqq. & num. 233. in fine.

Renunciare poteſt quilibet fauori ſuo, num. 172. & ſeqq. Explicatur multipliciter, ſub num. 182. explic. 1. & 2. num. 183. & ſeqq. & num. 193.

Pacta ſunt ſeruanda, num. 174.

Renunciari an poſſit iuri publico, num. 176. 201. & ſeqq.

Renunciari an poſſit iuri naturali, ſub num. 177. verſ. primum eſt. num. 180. & ſequentibus.

Renunciari licet non poſſit alicui facto, ſeu rei, tamen poteſt renunciari effectibus illius facti, ſeu rei, num. 181.

Confeſſio mendax nullum facit veritati præiudicium, ſub num. 182.

Maritus poteſt renunciare lucro dotali, num. 186. Et dicitur renunciare etiam tacitè, quando promittit reſtituere totam dotem, num. 187.

Filius maſculus poteſt renunciare hæreditati, ſibi dclatæ à ſtatuto, &c. num. 188.

Scholaris poteſt renunciare priuilegio fori, num. 189.

Nullitati renunciare poteſt is, cuius fauore inducta eſt nullitas, num. 190. ſub num. 197. & num. 199.

Pacto reſolutiuo poteſt renunciare ſolum is, qui adimpleuit ex parte ſua, num. 191. & ſeqq.

Teſtamenti formæ, data à lege non poteſt teſtator, condendo teſtamentum, renunciare, num. 194. Et quare, num. 197. Poteſt tamen renunciare is, ad quem hæreditas propterea deferretur ab inteſtato, num. 195. & ſeq.

Libri forma, data à iure ad effectum, vt probet liber pro ſcribente, poteſt aduerſarius renunciare, num. 198.

Lex, quæ ad fauorem vnius ex contrahentibus mandat, ſeruari aliquas ſolemnitates

in contractu, dicitur potius de conſilio, quàm de præcepto, num. 200.

Iuri publico renunciari non poteſt, num. 201. Et quotuplex ſit hoc ius publicum, num. 202.

Mulier non poteſt renunciare iuri, quo ei dos eſt reſtituenda, & multa alia pacta, quæ ipſa faceret in præiudicium ſuæ dotis, non tenent, ſub num. 203.

Dotatas eſſe fœminas, quomodo Reipublicæ interſit, ſub num. 203. verſ. ratio.

Miles non poteſt eſſe procurator, etiam ſi is, contra quem conſtitueretur, conſentiret, vt eſſet, num. 204.

Iuramento de calumnia an poſſit renunciari, num. 205.

Ordini ſubſtantiali iudicij non poteſt renunciari, num. 206.

Mulier fideiubendo, an poſſit renunciare Senatuſconſul. Velleiano, num. 207. Et an poſſit renunciare legi Iuliæ de fundo dotali, num. 208.

Filiusfamilias non poteſt renunciare Senatuſconſulto Macedoniano, & quare, num. 209. & ſeqq. & melius num. 231. & 232.

Conueniri quæ perſonæ non poſſint, niſi in quantum facere poſſunt, & an huic priuilegio poſſint renunciare, num. 213.

Pactum, quo aperitur via ad delinquendum, non tenet, num. 215.

Dolus malus futurus pacto remitti non poteſt, num. 215.

Pactum l. commiſſoriæ, quando ſit probibitum, num. 216.

Auaritia vti delictum debet extirpari, ſub num. 216. verſ. ratio.

Diuiſionem nunquam faciendam eſſe, non licet conuenire, num. 217.

Solutionem probari non poſſe per teſtes, an ſit pactum illicitum, num. 218.

Minor non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis in integrum, num. 219.

Minoris, & mulieris renunciatio, facta iuri, eos protegenti, non tenet, numero 220.

Defenſioni renunciare non poteſt inquiſitus de delicto, num. 221. & ſeqq.

Membrorum ſuorum nemo debet eſſe dominus, num. 222.

Creditoris fauore dicitur adiecta ſolutio æquipollens, &c. num. 223. & ſeq.

Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori, ſub num. 224.

Domum, aut villam cauſa negotiationis non licet diruere, &c. num. 225.

Termino præfixo inſtantiæ cauſæ, itaut inſtantia non prorogetur, non poteſt renunciari, num. 226.

Inſinuationi faciendæ non poteſt renunciari, num. 227.

Ceſſionis bonorum miſerabili beneficio, an poſſit renunciari, ſub num. 227.

Vaſallus non poteſt in præiudicium ſui Domini, ſeu Baronis renunciare proprio foro, num. 228.

Renunciatio iuris, quod concernit mixtim fauorem renunciantis, & alterius, an & quomodo teneat, num. 229. & ſequentibus.

Notarius, cui à ſtatuto eſt probibitum, ne aliquid accipiat pro ſcripturis, non poteſt accipere etiam à ſponte dantibus, ſub num. 231.

Lex, quæ habet admixtum fauorem, & odium, an dicatur condita in fauorem, vel in odium, num. 233.

Fauori ſuo quis renunciare non poteſt, quando fauor ille venit in conſequentiam odij, cuius cauſa eſt facta diſpoſitio, num. 231. & 232. vtrobique in fine.

1 LIMITA quarto concluſionem de prorogatione iuriſdictionis, vt non procedat, quando pars ſcienter litigaſſet coram iudice incompetenti, quia etſi tunc diceretur in eum conſenſiſſe, tamen, ſi poſtea ante litis conteſtarionem reuocaret conſenſum, ſeque pœniteret, opponendo declinatoriam contra iudicem, remaneret incompetentia, & conſequenter, ſi iudex procederet vlterius, proceſſus eſſet nullus; quia conſenſus, quo tacitè prorogatur iuriſdictio, debet durare vſque ad litis conteſtationem incluſiuè, & tunc iuriſdictio dicitur prorogata irreuocabiliter, Gloſ. vlt. in fine, in l. 15. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iud. ſed, facta litis conteſtatione, non eſt amplius locus pœnitentiæ, Dec. in cap. 1. ſub num. 140. verſ. his tamen non obſtantibus. de iudic. in prima lectura, vbi de communi opinione; & eſſe communem Doctorum opinionem, quòd ad hoc, vt quis non poſſit pœnitere, requiratur litis conteſtatio, aut actus, qui habeatur pro litis con-

conteſtatione, quia ſola litis conteſtatio de ſe eſt terminus excluſiuus dilatoriarum, teſtatur, dicens, ſibi placere Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 47. verſ. ſed quæro. & verſ. ſeq. de for. competent. & cum hac limitatione concordat eorum opinio, quam poſuimus infra pro ſexta, & non diſcrepat ab octaua opinione.

Ratio huius limitationis eſt, quia in prorogatione extenditur habitus, & actus excedit ſuos terminos naturales, meritò requiritur litis conteſtatio, ad hoc, vt non habeat locum pœnitentia, quia litis conteſtatio eſt terminus declinatoriarum. Bal. in l. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 2. in ſecunda oppoſitione, ibi, ſed vbi iuriſdictio. C. de pact.

2 Hæc limitatio magnam, vt videbitis, propter varias Doctorum dicta, & opiniones, patitur concuſſionem.

Prima opinio eſt, quòd per quemcunque actum, factum etiam ante litis conteſtationem, non præmiſſa proteſtatione de incompetentia, fit protogatio, quia exceptio incompetentiæ debet initio ante omnes alias exceptiones opponi, vt, loquendo de ſuſpicionis exceptione, ſcribunt Gloſ. in cap. 20. inter monaſterium. in verbo, iubendo. in fine, & Innocent. num. 1. & 2. in verbo, iudicium. de ſentent. & re iud. Bal. in l. fin. num. 6. quæſt. 2. C. de iudic. & hæc fuit opinio Tancr. à qua in effectu non videtur diſcedere, licet per longam relationem, & prolixum diſcurſum, Abb. in dicto cap. inter monaſterium. num. 5. verſus finem, ibi, innocent. verò ſimpliciter. & num. ſequentibus, & clarius forſan, & copioſius, recitando varia dicta Doctorum, Felyn. num. 4. verſ. proponens. vbi de communi, & verſ. primo igitur. & in fine, verſ. hæc tamen. vbi etiam de communi, à qua ait ſe non eſſe ſolitum recedere, hancque opinionem, alijs quampluribus citatis, latè ſequitur, & teſtatur eſſe veriorem, & receptiſſimam Becc. conſ. 22. quamquam. ſub num. 3. verſ. verum his. & num. 4. & ex eo ſequitur Surd. conſ. 280. quòd illuſtres. num. 15. lib. 2. & ego ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 101. ſub num. 8. verſ. contrariam. & eſſe communem concluſionem, quòd per actum citra litis conteſtationem, per quem infertur conſenſus in ipſum iudicem non ſuum de litigando coram eo, fit prorogatio iuriſdictionis irreuocabilis, ſcribit Boſchus Codech. in cap. 1. num. 133. de iudic. inter Repeten. tom. 3. fol. 38. & in hac opinione in effectu videtur reſidere Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 8. ff. de iudic. vbi poſt relatas varias ſuper hoc paſſu opiniones concludit, quòd exceptio incompetentiæ debet opponi ante omnes alias, quia, ſi aliæ prius opponerentur, iſta non poſſet poſtea opponi.

3 Ratio eſt, quia proponens alias exceptiones, iſta incompetentiæ omiſſa, videtur petere, quòd iudex ſuper eis pronunciet, & conſequenter videtur in eum conſentire; duobus enim modis conſentitur in iudicem, vel conteſtando litem, vel proponendo alias exceptiones, quàm declinatorias, Bar. in l. 18. ſi conuenerit. num. 2. in fine, & 3. ff. de iuriſdict. omn. iud. vel quia reus, habens exceptionem declinatoriam fori ex aliquo priuilegio, videtur illi renunciare per quemcunque actum conſentiat in iudicem, Bal. in eadem l. ſi conuenerit. ſub num. 1. & quòd ſi quis ante litis conteſtationem, omiſſa exceptione incompetentiæ, oppoſuerit alias exceptiones, & petierit ſuper illis pronunciari, videatur conſentire, vt, tanquam iudex, pronunciet ſuper illis exceptionibus, ideoque mandet lex, vt exceptio incompetentiæ proponatur ante omnes alias, ſcribit Paul. de Caſtr. in d. l. ſi conuenerit. num. 3.

4 Reſtringe primo hanc opinionem, vt non habeat locum in ſequentibus actibus.

Primus eſt in petitione copiæ libelli dati, quia per illam petitionem, & acceptionem copiæ non dicitur prorogata iuriſdictio, l. 33. non videtur. ff. de iudic. Bar. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. & in l. 57. quidam conſulebant. num. 9. in fine, ff. de re iud. Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 5. & 9. C. de iuriſdict. omn. iud. inter Repeten. vol. 7. fol. 335. & alij, quos ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 100. in fine, num. 17. quia, petendo reus edi ſibi genus actionis, non videtur conſentire in iudicem, dicta l. 33. non videtur.

5 Secundus eſt in datione ſportularum, ſeu in ſatiſdatione, quam quis dat de ſiſtendo iuri, Innocen. in cap. 20. inter monaſterium. ſub num. 2. ibi, reſpondeo verum eſſe. de ſentent. & re iud. &, loquendo de ſatiſdatione, Bar. & Paul. de Caſtr. in locis, ſupra proximè citatis, & alij, quos ſecutus ſum vbi ſupra.

6 In iſto ſecundo actu ex varijs Doctorum dictis plures colligi poſſunt opiniones.

Prima opinio eſt, quòd ſit indiſtinctè verum, quia per præſtationem fideiuſſionis non ſit præcluſa via exceptioni declinatoriæ, Bar. & Paul. de Caſtr. in locis ſupra proximè citatis.

Secunda opinio, quam tenent Iaſ. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 32. & Zaſ. ſub num. 4. ff. de iuriſdict. omn. iud. & ante eos Innocent. in dicto cap. 20. inter monaſterium. ſub num. 2. diſtinguit, vt non ſit præcluſa via declinatoriæ, quando fideiuſſio præſtatur ex neceſſitate: ſecus ſi ſponte, quia tunc eſt præcluſa ſecundum Zaſ. & eſt de mente Innocentij vbi ſupra, & ita, ſed valdè obſcurè videtur reſidere Mat. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 47. verſ. ſol. communis. in fine, de for. competent. vel eſt magis dubium, vt ait Iaſ. in loco ſupra proximè citato.

Tertia opinio, quam ex Imol. vti conciliatricem, refert Alex. in l. 57. quidam conſulebant. ſub num. 24. verſ. item in quantum. ff. de re iud. diſtinguit: Aut ſatiſdans, ſciebat; ſe non teneri, & hoc conſtat, & tunc dicitur præcluſa via declinatoriæ, quia per illam præſtationem fideiuſſionis non videtur poſſe capi alia coniectura, niſi quòd conſenſerit in iuriſdictionem. Aut putabat ſe teneri ad fideiubendum; & tunc procedit alia opinio, quòd non ſit præcluſa via, quia errando non conſentit: ſed in dubio præſumitur ſcientia, quia quilibet præſumitur ſcire iura; niſi ſit minor, ruſticus, miles, aut fœmina.

Quarta opinio eſt, quòd ſatiſdatio de ſtando iuri, & etiam de ſoluendo iudicatum precludat viam declinatoriç, & inducat prorogationem, Petr. de Anchar. conſ. 192. in auxilium. ſub num. 4. verſ. quoad ſecundam. & Socc. conſ. 103. quoniam. ſub num. 4. verſ. reſpondeo etiam & clarè. lib. 3.

Sed ſecundum Bar. prout eum refert Alex. in d. l. quidam conſulebant. ſub num. 24. ff. de re iud. nulla habita differentia, an ſit ſatiſdatio de iudicio ſiſti, vel de iudicatum ſoluendo, non prorogatur iuriſdictio. & hæc de prima reſtrictione, poſita ſupra num. 4.

7 Reſtringe ſecundo ex cautela, ſeu modo, quem docet Bar. in dicta l. ſi conuenerit. num. 3. in fine, ff. de iuriſdict. omn. iud. vt non procedat, quando primo loco opponitur exceptio incompetentiæ, & poſtea aliæ ſub conditione, ſi prima non obſtet: nam poteſt reus vti exceptionibus contrarijs. & hæc dixiſſe ſufficiat de prima opinione, poſita ſupra num. 2. nunc tranſeamus ad alias opiniones circa eandem limitationem.

8 Secunda opinio diſtinguit: aut proponens aliam dilatoriam, obtinuit; & tunc dicitur approbaſſe iudicem: aut ſuccubuit, & poteſt tranſire ad aliam contra iudicem; quia non videtur conſenſiſſe in iudicem, cum ſemper inſtet, vt declinet iudicium; & hæc fuit opinio Ioannis, quam refert Abb. in dicto cap. inter monaſterium. ſub num. 5. de ſenten. & re iud. hancque opinionem refert quinto loco, eamque non habere colorem dicit Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 7. in fine, C. de iuriſd. omn. iud. inter Repeten. vol. 7. fol. 335.

9 Tertia opinio eſt, quòd poſſint proponi dilatoriæ ſimul cum exceptione recuſationis, cum tendant ad idem, ſcilicet ad remouendum iudicem, vt refert Innocent. in dicto cap. inter monaſterium. ſub num. 2.

10 Quarta opinio eſt, quòd poſſint proponi etiam ſeparatim, dummodo recuſatio proponatur intra viginti dies, Innocent. in dicto cap. inter monaſterium. ſub num. 2. & Abb. ſub num. 5. in quarta opinione.

Hæc opinio impugnatur à Paul. de Caſtr. in dicta l. 1. ſub num. 7. in quarta opinione, C. de iuriſdict. omn. iud. inter Repeten. vol. 7. fol. 335.

11 Quinta opinio eſt, quòd poſſit redire ad declinatoriam contra iudicem, dummodo fuerit proteſtatus, alias non, Innocen. vbi ſupra, hancque opinionem pro tertia refert ex eo Abb. in eodem cap. inter monaſterium. ſub num. 5. in tertia opinione.

12 Sexta opinio eſt, quòd declinatoria contra iudicem poteſt proponi vſque ad litis conteſtationem, & non poſtea, niſi fuiſſet datus terminus ad proponendas declinatorias, quia tunc non licet poſt terminum proponere; ſed ne decipiaris in hoc loquendi modo, quo vſus eſt Abb. infra citatus, aduerte, quòd ſenſus Abbatis eſt, vt reus poſſit proponere declinatorias vſque ad litis conteſtationem; ſed ſi iudex ad proponendum aſſignauerit ei terminum, qui expiraret ante conteſtationem litis, debet intra illum terminum proponere, quia, eo elapſo, non durat facultas proponendi vſque

ad

ad conteſtationem, prout duraſſet, ſi non aſſignaſſet terminum; & ita intelligas Abbatem: imò aliqui huic opinioni adeò firmiter adhærent, vt fatuum reputent illum, qui primo declinatoriam contra iudicem proponit, eum ex hoc iudicem contra ſe prouocaret, vt recenſet Abb. in d. cap. inter monaſterium. ſub num. 5. in quinta opin. de ſent. & re iud. & cum hac opinione concordat ipſa limitatio, de qua ſupra num. 1. Sed videtur in hoc melius locutus Paul. de Caſtr. in l. 18. ſi conuenerit. num. 4. ff. de iuriſdict. omn. iud. dicens, quòd ſi fuerit aſſignatus terminus ad omnes dilatorias proponendas, ſi iudex eſt ipſo iure incompetens, poteſt opponi de incompetentia etiam poſt lapſum terminum, quia non eſt propriè exceptio, ex quò iudex eſt ipſo iure incompetens; ſecus ſi ſit incompetens ex priuilegio, ob quod eius iuriſdictio poteſt declinari, quia tunc per lapſum termini videtur illi priuilegio renunciatum, niſi de nouo perueniſſet ad eius notitiam.

13 Septima opinio eſt, quòd aut reus prouocat, petendo ſententiam ſuper alijs exceptionibus; & tunc reus non poteſt amodo iudicem recuſare: aut prouocat aduerſarius; & tunc reus poteſt adhuc recuſare, quia ſi aliter diceremus, ſequeretur, quòd, ſi reus peteret copiam reſcripti, actor diceret, iudicis perſonam eſſe talem, cui deberet credi: ſimiliter, ſi peteret copiam libelli, diceret actor, non eſſe de conſuetudine; & hæc diceret ſolum, vt iudex ſuper eis pronunciaret, & conſequenter, ne liceret amplius reo illum recuſare, Abb. in d. cap. inter monaſterium. ſub num. 5. in 6. opin.

14 Octaua opinio eſt, quòd omnis exceptio, per quam negatur, quem eſſe iudicem, debet præcedere exceptionem de ſuſpecto: nam, ſi non eſt iudex, ad quid debeo eum recuſare? maximè cum ſuſpicionis cognitio longiorem habeat tractatum, quia itur ad arbitros, vtile tamen eſt hoc caſu proteſtari de ſuſpicione, non tamen eſt neceſſarium: ſed in alijs exceptionibus dilatorijs, per quas non negatur iuriſdictio, exceptio recuſationis, ſi ſumus ante factum, debet eas præcedere, ſed poſt factum, adhuc eſt dicendum, quòd poſſit opponi, dummodo ante litem conteſtatam, Abb. in dicto cap. inter monaſterium. ſub num. 5. in 7. opinione, hancque opinionem ſequitur Bal. in l. vlt. ſub num. 6. quæſt. 2. C. de iudic. dicens, quòd ſi quis vult contra iudicem proponere exceptionem incompetentię, & ſuſpicionis, exceptio incompetentiæ debet præcedere, quia præſupponit, nullam iuriſdictionem ſubeſſe; ſed exceptio ſuſpicionis venit ad elidendam præexiſtentem iuriſdictionem; & licet, opponendo exceptionem incompetentiæ, videatur in eum conſentire, tamen conſentit in ipſa exceptione tantum: item non videtur conſentire, quia hoc facit ex neceſſitate, vt ſeruet ordinem iuris in opponendo.

15 Nona opinio videtur quodammodo conciliatrix inter limitationem, & primam opinionem, de quibus ſupra num. 1. & 2. Aut enim loquimur de prorogatione reuocabili, quæ ſcilicet reuocari poteſt vſque ad litis conteſtationem excluſiuè, & non poſtea; & tunc procedit prima opinio, vt per quemcunque actum etiam ante litis conteſtationem fiat prorogatio, quia alias ſequeretur, quòd etiam ſecuta litis conteſtatione, prorogatio non eſſet facta cum effectu, quia prius geſta eſſent ipſo iure nulla, tanquam facta coram iudice incompetenti, ſicque ex eis ferri ſententia non poſſet: Aut loquimur de prorogatione irreuocabili, quæ fit per côteſtationem litis; & tunc procedit limitatio, & ſexta opinio, poſitæ ſupra num. 1. & 12. hæcque opinio conficitur ex tertia opinione, quam adducit Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 6. C. de iuriſdict. omn. iud. inter Repeten. vol. 7. fol. 335. & in l. 1. ſub num. 8. in ſecunda opinione, ibi, alij dicunt. ff. de iud.

16 Decima opinio diſtinguit duos caſus. Primus eſt, quando exceptio incompetentiæ negat iuriſdictionem funditus: & iſto caſu diſtinguit rurſus; aut reddit iudicium retronullum; & tunc iſta exceptio, negans funditus iuriſdictionem, & reddens iudicium retronullum, poteſt opponi quandocunque, quia, cum litis conteſtatio non valeat, ſemper ſumus à principio; aut iudicium eſt aliquod vi tacitæ prorogationis; & tunc poteſt opponi vſque ad litis conteſtationem. Secûdus caſus eſt, quando exceptio incompetentiæ ſolum elidit iuriſdictionem; & iſto caſu, aut eſt proceſſum à ſciente; & tunc tacitè videtur renunciatum exceptioni; aut ab ignorante, & tunc poteſt opponi vſque ad litis conteſtationem: fallit autem in exceptione ſuſpecti, quæ non opponitur propriè iuriſdictioni; ſed perſonæ, vnde per quemcunque actum perſona ſit approbata; hæc exceptio non poſſet opponi, Bal. in l. ex

quacunque, ſub num. 7. verſ. extra gl. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.

17 Vndecima opinio diſtinguit latius, & ſolidius duos caſus. Primus eſt, quando conſenſus eſt expreſſus, & extraiudicialis: & iſto caſu rurſus diſtinguit: aut iſte conſenſus fuit præſtitus coram iudice, vt puta quia ambæ partes acceſſerunt ad eum, & ſubmiſerunt ſe ei, ſeu elegerunt eum in iudicem ſuum competentem, & tunc hæc opinio tenet, quòd ſtatim erit prorogata eius iuriſdictio, licet adhuc nullus actus ſit factus in cauſa, & hic eſt caſus legis 1. C. de iuriſdict. omn. iud. & l. 1. ff. de iudic. & ſimilium: aut iſte conſenſus nõ fuit præſtitus coram iudice, & tunc rurſus diſtinguit: vel iſte iudex habebat iuriſdictionem, & exercitium inter partes, ſed eius iuriſdictio poterat ex priuilegio declinari, & tenet idem, quòd amodo non poſſit declinari: vel iſte iudex erat omnino incompetens; & tunc tenet, quòd talis conſenſus non ſufficiat ad dandum ei iuriſdictionem, imò quod reus poſſit ſe pœnitere, niſi promiſerit ſoluere in loco, ſubdito iuriſdictioni huius iudicis, benè tamen, inquit, ſufficit iſte conſenſus ad obligandum ipſum conſentientem ad pœnam, vel intereſſe, ſi conſenſus ſit ſtipulatione vallatus. Secundus caſus principalis eſt, quando conſenſus non eſt expreſſus, ſed infertur ex actibus iudicialibus, factis in cauſa: & iſto caſu rurſus diſtinguit inter actus: vel enim eſt actus litis conteſtationis, & tunc regulaliter ſecundum omnes inducitur prorogatio: vel eſt actus præcedens litis conteſtationem: & denuo diſtinguit: aut eſt de illis tribus, de quibus locutus ſum ſupra num. 4. & ſeqq. & tunc non inducitur prorogatio; aut eſt actus alterius exceptionis, quàm incompetentiæ, & diſtinguit rurſus: ſi exceptio eſt talis, ex qua apparet, quod eam opponens, non vult illud iudicium in totum declinare; vt puta, quia actor propoſuit petitorium, & poſſeſſorium ſimul, vel actionem ad exhibendum, & rei vendicationem, & reus excipit, quòd cognoſcatur prius de poſſeſſione, & de actione ad exhibendum; nam tunc dicitur prorogata iuriſdictio, quia apparet, quòd reus conſenſit litigare: ſi verò exceptio eſt talis, per quam apparet, ipſum reum declinare omnino iudicium, vt puta opponit contra perſonam actoris, vel procuratoris, quod ſint inhabiles ad agendum, & tunc non cenſetur prorogata iuriſdictio, ita reſpondendo obiectionibus, diſtinguit Paul. de Caſtr. in l. 1. à num. 8. vſque ad num. 13. incluſiuè, C. de iuriſd. omn. iud. inter Repet. vol. 7. fol. 335. ſecus tamen eſſet, ſi reus peteret, ſuper iſtis exceptionibus pronunciari, quia tunc diceretur facta prorogatio irreuocabilis, idem Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub nu. 8. in tertia opin. ibi, alia eſt opinio. ff. de iudic. & in hoc concordat 7. opinio in 1. memb. de qua ſup. n. 13.

18 Quia in tanta opinionum perplexitate de cuiusq. opinionis veritate diſceptare, eſſet profectò non minus laborioſum, quam ferè inutile, ego, quicquid alij ſcripſerint, ſequor primam opinionem, & ad eam ſequendam moueor, tum quia eſt ſatis probabilis, tum quia eſt communis, & quæ longam receperunt interpretationem, minime mutanda ſunt, & licet circa eam multæ oriri poſſint difficultates, obſcuritates, & æquiuocationes, iiſque Felyn. in dicto cap. 20. inter monaſterium. à num. 5. vſque ad 13. incluſiue, de ſent. & re iud. vndecim declarationibus nixus ſit obuiare, nos tamen, ampliando, & reſtringendo, diluemus.

19 Firmata igitur prima opinione, quòd per quemcunque actum, factum etiam ante litis conteſtationem, non præmiſſa proteſtatione de incompetentia, fiat prorogatio.

Amplia primo eam, vt maximè procedat quoad prorogationem reuocabilem, quia licet quando partes nõ ſubmiſerũt ſe expreſsè, ſed tacitè, litigãdo coram iudice incompetenti, ſcientes eſſe incompetentem, per actus, tunc factos ante litis conteſtationem, non fiat prorogatio irreuocabilis, ideoq. poſſit opponi exceptio incõpetentiæ, quouſque lis ſit conteſtata, etiam ſi ſit proceſſum ad alios actus; tamen dicitur facta reuocabilis, & non eſt inutilis, quia actus, facti ante conteſtationem litis, ſecuta poſtea litis conteſtatione, ſunt validi, tanquam facti coram iudice competenti; alias, ſi non eſſent validi, non poſſet ſequi litis conteſtatio; & proinde quoad validitatem actuum remanet irreuocabilis, dummodo ſequatur poſtea litis conteſtatio; vt ex Paul. de Caſtr. retuli in eadem nona opinione; ſed pro firmiori intelligentia adde omnino quæ ſcripſi infra num. 101. reſtr. 9.

20 Amplia ſecundo, vt maximè etiam procedat, ſi actus, ſcienter factus coram iudice incompetenti, ſit talis, vt ex eo poſſit apparere, quòd partes in eum conſenſerunt, tanquam in iudicem ſuum, quia tunc dicitur facta

ſa prorogatio irreuocabilis, etiam ante contestationem litis; vt puta, ſi reus oppoſuerit exceptionem procuratoriam, vel excommunicationis, vel banni, & ſuper ea pronunciari petierit; nam non poterit poſtea opponere exceptionem incompetentię, Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 8. in 3. opin. ibi, alia eſt opinio. ff. de iudic.

21 Amplia tertio, vt procedat indiſtinctè, ſiue ſint oppoſitæ prædictæ exceptiones, ſiue quiuis alius actus ſit factus à reo, non præmiſſa prædicta proteſtatione, vt dixi ſupra nu. 2. in prima opinione, exceptis illis actis, de quibus ſupra num. 4. & ſeqq.

22 Amplia quarto, vt procedat etiam ſi prorogatio emanauerit à delegatione inualida, quia dummodo partes litigantes ſciuerint, delegationem non valere, & tamen litigauerint, prorogatio tenet, vt puta, ſi poteſtas Paduæ delegaret cauſam inter duos Vicentinos, ſicq; delegatio non valuit, quia delegauit cauſam, non pertinentem ad ſuam iuriſdictionem, tamen prorogatio tenet, & delegatio quaſi reconualeſcit ex prorogatione facta à partibus, quæ, ſcientes nullitatem delegationis, litigarunt.

Quamuis Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 6. ff. de iudic. hanc ampliationem non ſit auſus firmare.

Nec obſtat, quòd Cyn. in l. vnica, ſub num. 5. quæſt. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. &c. teneat, proceſſum factum coram delegato, tanquam delegato, eſſe nullum, ſi fuerit delegatus à non habente poteſtatem; quamuis is alias potuiſſet cauſam cognoſcere ex iuriſdictione ordinaria.

Quia reſpondeo dupliciter. Primo, quòd contrarium tenet Gl. ibidem, in verbo, patientiam. quando partes ſciebant nullitatem delegationis, & ſimpliciter tenet Petr. de Bellapert. citatus ab eodem Cyn. Secundo reſpondeo, opinionem Cyni poſſe procedere, quando partes ita proceſſerunt, vt appareat, eas ignoraſſe nullitatē delegationis, & quia materia huius ampliationis eſt intricata, ideo vide quæ ſcripſi ſup. limit. 2. num. 8. & 16.

23 Amplia quinto, vt prorogatio inducatur non ſolum tacitè ex actis factis etiam ante litis conteſtationem, ſed etiam poſſit induci per pactum expreſſum, vt puta, ſi ſit conuentio, ſeu pactum de non declinando iudicem, qui ex priuilegio potuiſſet recuſari, quia hoc pactum tenet, vt inter multiplices intellectus ita cap. 1. de iudic. communiter exponunt Canoniſtæ, & præſertim Abb. ſub num. 1. & ſub num. 17. verſ. vlt. extra gl. & probatur ex l. penult. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Bar. in l. 18. ſi conuenerit. nu. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. & quòd quis poſſit ſe ſubijcere alterius iuriſdictioni, videtur probari ex l. 14. eſt receptum. ff. eod. & ex l. 1. & 2. ff. de iudic.

24 Intellige hanc ampliationem, vt qui hoc pactum fecerit, poſſit, mutata voluntate, pœnitere vſque ad litis conteſtationem, d. l. ſi conuenerit. hancq; intelligentiam probari ex d. cap. 1. de iudic. ſecundum communem intellectum, ſcribit Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 1.

25 Contra hanc intelligentiam vrget text. in d. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. vbi Imperator, propoſito dubio, an is, qui promiſerit fori exceptione non vti, poſſit aduerſus promiſſionem venire, ſcribit (*ſancimus nemini licere aduerſus pacta ſua venire, & contrahentes decipere.*)

26 Confirmatur hæc contraria opinio, quia quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, cap. quod ſemel. de reg. iur. in 6. & l. 1. ff. de pact. & quæ à principio ſunt voluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis, l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. & l. 5. ſicut. C. de act. & oblig. vnde dicere ſolemus, quod probo, non reprobo.

27 Retinendo intelligentiam, iſtis, quæ contra eam adduximus, poteſt reſponderi, quòd imò licitum eſt venire contra pacta, vt in l. pacta quæ contra. C. de pact. & eſt etiam licitum alium decipere, vt patet ex his, quę ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. num. 1. non enim eſt licitum facere vtrumque ſimul coniunctim, ſed ſeparatim, & in diuerſis negotijs eſt licitum; quare in permiſſis non eſt licitum contrauenire, ſed in prohibitis ſic, & ita non obſtat d. l. pacta quæ contra. Bal. in d. l. ſi quis in conſcribendo. num. 3. verſ. oppono dicitur. C. de pact.

Omiſſa hac reſponſione, vti generali, & deueniendo ad particularia.

28 Diſtingue tu duplex pactum.

Primum eſt de litigando coram iudice alieno; & in iſto concludo, quòd habet locum pœnitentia, & ita procedit intelligentia, Gl. vlt. in vlt. ſolutione, in d. l. ſi conuenerit, & ibi Bar. num. 1. Iaſ. ſub num. 23. limit. 5. & num. 35. & Dec. num. 28. Specul. titde competen. iud. adit. num. 15. verſ. ſed nun-

nunquid poteſt declinare.par.2.fol.18.Abb. in cap.1.ſub num.17. verſ. extra gl. & Dec. num.82.88.& ſeqq. de iudic. in 1. lectura, & num. 73. in 2. Iaſ. in l. penul. ſi quis. ſub num.11.verſ. redeo ad ſecundam. C. de pact. & in his terminis procedit text. in d. l. ſi conuenerit. *ſi conuenerit, vt alius prætor, quàm cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret, &c.* & hũc eſſe communem intellectum,& communem opinionem, ſcribit Dec.in d. cap.1. num.93. in prima lect. hoc enim pactum de litigando coram iudice non ſuo, ſeu de reſpondendo vbicunque, vel in quocunque loco debitor ipſe fuerit inuentus, eſt pactum de proroganda iuriſdictione, in quo eſt licitum pœnitere ante litem conteſtatam, Abb. in d. cap.1.num.23.in fine, de iudic.& quòd per pactum extraiudiciale non poſſit prorogari iuriſdictio iudicis non ſui, ſcripſi ſupra lib.1.cap.22.ſub num. 26.

29 Aduerte, ne decipiaris,quòd ſi iſte iudex eſſet omninò incompetens, vt puta, quia eſſet priuatus, vel eſſet laicus, & reus eſſet clericus; partes poſſent pœnitere, non ſolum ante litis conteſtationem,ſed etiam poſtea; imò, quicquid facerent, eſſet nullum; ſiue partes conſenſiſſent in eum abſentem, ſiue præſentem, per ea, quæ dixi ſupra limit. 1. num.8. quare intelligimus, quando eſt incompetens, ſed tamen habet iuriſdictionem, & ita intelligas Paul.de Caſtr.in l.1.num.9. ff.de iudic. dum loquitur de iudice omnino incompetente.

30 Secundum eſt de non declinando iuriſdictionem proprij, ordinatijq. iudicis, vt puta,cum ſcholaris, habens priuilegium declinandi iuriſdictionem ordinarij, promittit eam non declinare; & in iſto non habet locum pœnitentia, & ita procedit opinio contraria, Gl. Bar.Spec.Abb.Iaſ.& Dec.in locis ſupra proximè citatis, Paul.de Caſtr. in d. l. 1. num.9. verſus finem, ibi,ſi autem ille non erat. ff.de iudic. Alex. in d. l. ſi conuenerit. ſub num. 8. fallen. 8. ff. de iuriſd. omn. iud. Boſch. Codech. in dicto cap.1. num.121. & ſub num.122. vbi ait, ita eſſe tenendum, quamuis fundamentum Decij ſit erroneum, Ant. Burg. num. 29. inter Repeten. tom. 3. fol.37.& 45. & in his terminis loquitur d. l. ſi quis in conſcribendo. & quòd ſi iudex ſit mero iure competens, ſed tamen poſſit ob aliquam probabilem cauſam recuſari, vti ſuſpectus; non poſſit recuſari, neque ſit locus pœnitentiæ, ſi interuenerit pactum de litigando coram eo, ſcribit Alex. in d.l.ſi conuenerit. num. 8. fallen. 7. & quòd ſcholaris poſſit renunciare priuilegio fori,ſcribit Cyn. in l. ſi quis in conſcribendo. num. 2. C.de epiſc.& cleric.

Rationem huius diſtinctionis, ſeu differentiæ inter vnum, & alterum pactum, latè deducunt Abb. in d. cap.1.ſub num. 17.& Dec. ſub num.82. & ſeqq. de iudic.

31 Rationem autem generaliter, quare licita ſit pœnitentia, multiplicem, reſpondendo etiam confirmationi adductæ ſupra num. 26. refert Iaſ. in d. l.ſi conuenerit. ſub num. 1. & ea, quam adducit Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num.12. quæſt. 3. C.de epiſc. audien. & recitat ex eo,ſed non video,quòd approbet Ant. de Butr. in cap.1.ſub num.17. verſ. reperio principaliter. de iudic. reſpicit ſolum ſuſpicionem iudicis, dicens, quòd illa regula (quod ſemel placuit, &c.) & (quod probo non reprobo) fallit in caſu iſto, quia durum eſt coram ſuſpecto iudice litigare.

Comprobatur primo hæc duorum caſuum diſtinctio, quia litigantium error impedit prorogationem alterius iudicis, vt latè ſecutus,ſum ſupra limit.2. num.1. & ſeqq. ſed non impedit priuationem declinandi proprium iudicem, quæ emanat ex omiſſa declinatoria, vt ſecutus ſum d. limit. 2. num. 34.& 40. teſt.4.& proprius reſtr.5.

32 Comprobatur ſecundo,quia facilius conſeruatur iuriſdictio in eſſe producta, remouendo exceptionem priuilegij fori, quàm de nouo inducatur, Iaſ. in d.l. ſi conuenerit. ſub num. 35. ibi, ratio diuerſitatis. & Dec. num.29.ſeu res de facili reuertitur ad naturam ſuam, Iaſ. in d.l.penult.ſi quis.ſub num. 11. verſ. redeo ad ſecundam. C. de pact. & Dec.in d.l. ſi conuenerit. num. 29. & in alio propoſito ſcribit Io. Andr. in cap. 27. ſcienti. num. 5. de reg. iur. in 6. & ex Abb. & Ruin. ſcripſi ſupra limit. 1. num. 42. & probat text.in cap.2. ab exordio. diſt.35.

33 Corroboratur hæc comprobatio, quia licet pactum nudum non ſit ſufficiens ad producendam actionem de nouo,tamen ſi actio competebat ei, cui obſtabat exceptio, pactum nudum eſt potens ad remouendam exceptionem, conſeruandamq. actionem, Iaſ. vbi ſupra.

34 Retenta hac communi diſtinctione, & reaſſumpto primo illius pacto, de litigando coram iudice alieno, in quo concluſimus

locum

locum eſſe pœnitentiæ vſque ad litis conteſtationem incluſiuè.

Extende eam illatiuè, vt procedat etiam ſi is, qui promiſit, poſtea citatus non comparent, quia iudex adhuc non poteſt contra eum procedere, tanquam contra ſuppoſitum ſuæ iuriſdictioni; & hoc eſt, quod dicit Paul. de Caſtr. in l. 18. ſi conuenerit. num. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. dicens, quòd quis non cogitur præciſè ſtare conuentioni de litigando coram iudice non ſuo.

35 Reſtringe primo eandem concluſionem, poſitam ſupra num. 28. vt non ſit vera, ſi pactum eſſet iuratum, quia tunc non eſſet locus pœnitẽtiæ, Alex. in d. l. 18. ſi conuenerit. nu. 2. limit. 1. vbi de veriori opinione, Iaſ. nu. 2. & ſeqq. & nu. 6. vbi, diſputãdo, hanc firmat opin. ff. de iuriſd. omn. iud. eandemq. diſputãdo firmat Ant. Burg. in mutilata repetit. ad cap. 1. de quouult deo. nu. 49. & 54. de iudic. inter Repeten. tom. 3. fol. 46. & de opin. communi teſtatur Dec. in dicto cap. 1. num. 127. fallen. 6. & ſub num. 137. verſ. ſed tenendo. de iudic. in prima lectura, eandemq. eſſe communem teſtatur, & late ſequitur Boſch. Codec. in eod. cap. 1. ſub num. 144. & ſeqq. inter Repeten. tom. 3. fol. 39. quare licet licita ſit pœnitentia, quãdo partes prorogant iuriſdictionem iudicis non ſui, tamen ſi interuenerit iuramentum, pœnitentia non eſt licita, quia iuramentum ſemper addit diſpoſitioni, & impedit pœnitentiam, vt, teſtando de communi, ſequitur Euer. de loc. argument. in loco à vi energ. ſeu effic. iur. num. 40. effectu 9. & videtur de mente Pauli de Caſtr. in dicta l. ſi conuenerit. num. 2. in fine, dum ait, poſſe præciſè compelli, ſi iurauit.

36 Fundamẽta huius reſtrictionis ſunt multa.

Primum, quia iuramentum, quod non eſt contra ſalutem æternam, debet ſeruari, cap. 28. cum contingat. de iureiur. Alex. & alij ſupra citati; ſed hoc iuramentum non eſt contra ſalutem æternam, teſtibus ijſdẽ Paul. de Caſtr. Alex. & alijs ſupra citatis. Ergo.

37 Secundum, quia licet alias in obligationibus facti quis non teneatur præciſè facere, ſed liberetur, ſoluendo intereſſe; l. ſtipulationes non diuiduntur. §. celſus. ff. de verb. oblig. l. ſi quis ab aliquo. in fine, ff. de re iudic. Seraph. de Seraph. tract. de priuil. iuram. priuil. 74. num. 1. tamen, vbi interuenit iuramentum, obligatur præciſè ad factum, cap. vlt. & ibi Canoniſt. ne præl. vic. ſuas &c. Gl. in l. 5. ſi pecuniam. in verbo, neceſſe habeas. ff. de condic. cauſ. dat. cauſ. non ſec. Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. & alij ſupra citati, Euer. de loc. argum. in loc. à vi energ. effic. iur. ſub num. 39. in 8. effectu, & de opin. comm. teſtantur Dec. in dicto cap. 1. ſub num. 127. & Euer. vbi ſupra, & late Seraph. dicto priuil. 74. num. 2. & ſeqq. ſub num. 24. & ſub num. 30. verſ. reſultat ergo. & num. ſeqq. ſed quomodo procedat hæc communis opinio, vide in noſtro tract. de commerc. §. 2. gl. 3. num. 114. & 115.

38 Tertium, quia iuramẽtum debet adimpleri in forma ſpecifica, Alex. Iaſ. & Dec. in locis ſupra citatis, ideoq. contra debitum iuratum non admittitur compenſatio, Iaſ. in dicta l. ſi conuenerit. num. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. Dec. in dicto cap. 1. ſub num. 136. de iudic. & ideo licet non referat quid fiat ex æquipollentibus, & ſoluere, & compenſare ſint æquipollentia; tamen ſi quis iurauit ſoluere, non poteſt compenſare, Euer. dicto loco à vi energ. ſeu effic. iuram. ſub num. 39. ibi, ex iſto etiam ſequitur. quod tu declara, prout declaraui in meo tract. de commer. §. 2. gl. 5. ſub num. 42. verſ. infero. & num. 44.

39 Quartum, quia actus, alias retractabilis, non poteſt retractari, ſi fuerit iuratus, vt patet in contractu minoris, ad not. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. & in alienatione fundi dotalis, cap. cum contingat. de iureiur. & cap. licet mulieres. eod. in 6. Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 6.

40 Quintum, quia alias iſtud iuramentum nihil operaretur, contra regulam l. ſi quando. in principio, ff. de leg. 1. Iaſ. vbi ſupra.

41 Sextum, quia, lite conteſtata, non eſt amplius locus pœnitentię, per ea, quæ dixi ſu-
42 pra num. 1. & ſeqq. † Sed iuramentum habet vim litis conteſtationis, & eoſdem operatur effectus, Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 7. in tertio fundamento; Dec. in cap. 1. num. 232. verſ. quarto quia. de iudic. & dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 135. not. 4. verſ. ratio. & q. 1. num. 387. vbi videas.

43 Contra hanc reſtrictionem, poſitam ſupra num. 35. nempè quòd ſit adhuc locus pœnitentiæ, tenent Ant. de Butr. in dicto cap. 1. ſub nu. 40. & Abb. num. 22. de iudic. hancq. op. contrariam de iure videri probabiliorem, ſcribit Dec. ibidem num. 137. in fine.

44 Ratio huius contrariæ opin. eſt, quia iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper

quo

quo interponitur, l. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. & l. fin. C. de non num. pec. Ant. de Butr. & Abb. in locis ſupra citatis, & ſcripſi lib. præcedenti cap. 2. num. 141. 423. & 424. & de opin. comm. teſtatur, ſed non ſequitur Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 8. verſ. quarto moueor. ff. de iuriſd. omn. iud. & proinde quadrare videtur doctrina illa, quòd iuramentum non ſit modus inducendi obligationem, Bar. in l. 57. ſi quis pro eo. in ſumm. & ſub num. 3. verſ. extra gl. ff. de fideiuſs. & mand.

45 Confirmatur hæc ratio, quia actus de ſui natura reuocabilis, remanet reuocabilis, etiam ſi ille actus ſit iuratus, vt patet in multis.

Primo patet in donatione omnium bonorum, quæ, quamuis ſit iurata, poteſt per ſuperuenientiam filiorum reuocari, ac ſi non eſſet iurata, vt ſecutus ſum dicto cap. 2. num. 140. & 141.

Secundo patet in teſtamento, quod remanet reuocabile, etiam ſi ſit iuratum, Gl. in cap. vltima voluntas. 13. q. 2. Oldr. conſ. 160. thema tale eſt. ſub num. 1. & ſeqq. & alij, quos ſequitur Iaſ. in l. 18. ſi conuenerit. num. 5. ff. de iuriſd. omn. iud. & eſſe communem op. reſtantur, & ſequuntur ij, quos citant, & ſequntur Clar. recept. ſent. lib. 3. §. teſtamentum. q. 94. verſ. ſed quid ſi ſequatur. Dilect. de art. teſtan. tit. 10. caut. 2. ſub n. 1. tom. 8. par. 1. fol. 140. & Seraph. tract. de priuil. iuram. priuil. 75. num. 13. & ſeqq. & loquuntur in eo, qui iurauit illud non reuocare, ſed, vt aiunt, reuocando, eſt periurus, vide eund. Clar. ead. q. 94. verſ. ſed nunquid. & Seraph. vbi ſupra, & num. 23.

Quicquid in contrarium ſcripſerint ij, quos citant Couar. in rubr. de teſtam. par. 2. poſt num. 15. in ſecunda opinione, & Seraph. dicto priuil. 75. num. 30. in fine.

46 Imò teſtamentum eſt reuocabile non ſolum, non obſtante iuramento, ſed eſt reuocabile, etiam non obſtante voto, quia, votum non reuocandi teſtamentum non valet, teſtibus Fulgoſ. & Iaſ. quos citat, & ſequitur Dilect. dicta caut. 2. ſub num. 1. fol. 140.

47 Demum, ſtando in finibus vltimæ voluntatis, non eſt dare remedium, quo teſtamentum fiat immutabile, quia teſtator non poteſt ſibi legem imponere, ne poſſit à priori voluntate recedere, Dilect. dicta caut. 2. num. 1. in fine.

48 Rationes, quare hæc teſtamẽti reuocabilitas, & mutatio habeat locũ vſque ad extremũ vitæ exitũ, & tolli non poſſit, ſunt plures: Prima, quia eam tollere eſt cõtra bonos mores, vt ſecutus ſum infra n. 65. & 67. Secũda, quia teſtamenti factio eſt publici iuris, Rom. conſ. 171. pro deciſione. nu. 1. & ijs, quæ publici iuris ſunt, renunciare non poteſt quis in pręiudiciũ publicę vtilitatis, per ea, quę ſecutus ſum infr. n. 201. & ſeqq. Tertia, quia cõditio turpis dicitur impoſſibilis, & habetur pro nõ appoſita, vt ſecutus ſum ſup. lib. 1. cap. 57. ſub n. 6. in futura impreſſione; ſed conditio, quòd teſtamentum ſit irreuocabile, eſt contra bonos mores, & turpitudinem continet, ergo eſt impoſſibilis, Rom. dicto conſ. 171. ſub num. 2.

49 Tertio patet, quia procurator conſtitutus cum iuramento de non reuocando eum, poteſt, non obſtante iuramento, reuocari; licet reuocans ſit periurus, & de eo pęnitentia ſibi imponi debeat, Gl. in cap. fin. in verbo, reuocatus. de procur. in 6. Alex. conſ. 29. num. 18. lib. 5. & Boſch. Cod. in cap. 1. num. 146. de iudic. inter Repeten. tom. 3. fol. 39. & hoc ſecundum, & tertium argumentum faciunt rumorem in materia huius reſtrictionis ſecundum Ant. Burg. in dicto cap. 1. num. 54. in fine, & 55. fol. 46. tom. 3. inter Repeten.

Multa ſimilia congeſſit Seraph. dicto priuil. 75. num. 14. & ſeqq.

50 Quarto patet in donatione cauſa mortis, vt ſcripſi lib. præcedenti, cap. 2. ſub num. 160. in tertia exempl. in futura impreſſ.

51 Quinto patet in donatione propter nuptias, ſeu augumento dotis, vt ſcripſi ſub eod. num. 160. in quarta exempl.

52 Sexto, quia perſona, quæ ex priuilegio non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt, non poteſt vltra conueniri, etiam ſi debitor ſit cum iuramento, per ea, quæ dixi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. ſub num. 125. & dixi infra ſub num. 213. quia iuramentum ſequitur naturam actus, &c.

His hinc inde conſideratis, hæc materia eſt multum infraſcata, vt dicit Ant. Burg. in dicto cap. 1. ſub num. 49. de iudic. fol. 46. tom. 3. inter Repeten.

53 Retenta reſtrictione, poſita ſupra num. 35. quę eſt communis, ad adducta in contrarium ſub num. 43. & ſeqq. reſpondeo.

Ad Ant. de Butr. & Abb. citatos ſupra dicto num. 43. verſ. contra. reſpondeo, negando, quòd iuramentum ſequatur naturam

ram

Digitized by Google

ram actus, ſuper quo interponitut, hancq.
reſponſionem tradit Iaſ. in d.l.ſi conuenerit.
nu.8.verſ.quarto moueor. & ſeqq. & nu. 15.
in fine, ff. de iutiſd.omn.iud.firmans regulam
in contrarium, quòd imò iuramentum non
debeat reſtringi ſecundum naturam actus,
ſuper quo interponitur; imò, inquit, ſemper
addit aliquid actui, quod patet tum ex ſex
fundamentis, adductis pto reſtrictione, tum
ex ſeqq. ſeptem, adductis per Iaſ. in loco ſu-
54 pra proxime citato. † Primum quorum eſt,
quòd facit valere actum omni modo, quo
poteſt, dato, quòd aliquis ſine iuramento non
valuiſſet, Alex. in d.l.ſi conuenerit. num. 3.
& Iaſ. infra proxime citatus; vnde ſubſtitu-
tio, iuramento firmata, ſi non valet iure di-
recto, valebit iure obliquo propter iuramen-
tum, Iaſ. ſub num. 8. & 9. & Euer. de loc. ar-
gum. in loc. à vi energ. ſeu effic. iuramen.
num. 25. Secundum eſt idem cum ſecundo
fundamento, de quo ſupra num. 37. addu-
55 cto pro reſtrictione. † Tertium quia iuramen-
tum impedit purgationem moræ, Iaſ. in d.l.
ſi conuenerit. num. 11. ff. de iuriſd. omn. iud.
& Euer. d. loco à vi energ. ſeu effic. iur. num.
56 42. effec. 10. † Quartum, quia iuramentum
appoſitum in primo teſtamento habet vim
clauſulæ derogatotiæ, & ſic operatur, quòd
non poterit reuocari per aliud teſtamentum,
niſi teſtator in ſecundo appoſuerit reuoca-
tionem iuramenti, Iaſ. vbi ſupra, num. 12.
verſ. 4. iuramentum. Euer. de locis argum. in
loc. à vi energ. ſeu effic. iuram. num. 29. in 5.
effectu, & eſſe communem, refert, & ſequi-
tur Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 94. in fine,
57 verſ. vnum tamen. † Quintum, quia iuramen-
tum, appoſitum in ſecundo teſtamento, babet
vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ, po-
ſitæ in primo, & ideo licet quando teſtator
dixit in primo teſtamento, quòd ſi continge-
rit, ipſum facere aliud teſtamentũ, vult, quòd
primum præualeat, quia intendit decedere
ſecundum formam primi teſtamenti, & non
ſecundi, tunc valeat primum, & non ſecun-
dum propter clauſulam derogatotiam, poſi-
tam in primo, niſi in ſecundo reuocetur illa
clauſula derogatoria; tamen ſecus eſt, ſi
ſecundum teſtamentum haberet iuramen-
tum, quia iuramentum haberet vim clauſu-
læ derogatoriæ, Bal. in l. 27. ſancimus. ſub
num. 6. verſ. quærunt hic doct. C. de teſtam.
& quemad. teſtam. ordin. Iaſ. in d.l. ſi conue-
nerit. num. 13. verſ. quinto facit. & Euetar.
d. loc. à vi energ. ſeu effic. iuram. ſub num. 29.
58 ibi, ſecundo ex iſto. † Sextum, quia licet fi-
deiuſſor non teneatur ſi interuenerit in cau-
ſam duriorem, quàm interuenerit principa-
lis, tamen ſi iurauerit, tenetur, Iaſ. num. 14.
& quòd ob iuramenti virtutem fideiuſſor
poſſit obligari in plus, quàm principalis, ſe-
quitur Euer. de loc. argum. in loc. à vi energ.
59 ſeu effic. iur. num. 23. † Septimum, quia iu-
ramentum habet vim expreſſi, vt declarat
Iaſ. num. 15. & Euer. de loc. argum. in loc. à vi
energ. ſeu effic. iuram. num. 33. & ſeqq. in 6.
effectu, vbi infert ad mulra vtilia; & quia
ſatis certum, notumq. eſt, quòd iuramen-
tum ſemper operatur, & addit, & nimis lon-
gum eſſet recenſere ſingulos caſus, in qui-
bus iuramentum addit, pluribus non inſiſto
ad oſtendendum, quòd iuramentum non ſe-
quitur naturam actus, ſuper quo interpo-
nitur.

60 Ad l. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. vbi qui iura-
to promittit iudicio ſiſti, non videtur peie-
raſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit, &
ad l. fin. C. de non num. pecun. vbi exceptio
non num. pecuniæ datur, etiam ſi confeſſio
ſit iurata, citatas ſupra nu. 44. verſ. ratio. re-
ſpondent multipliciter Doctores.

Primò, quòd iuramentum tunc ſequitur
naturam actus, ſuper quo interponitur, &
nihil ei addit, vt in iuribus hic citatis, quan-
do ita concurrit veriſimilis intentio iuran-
tis, quòd ita iurabat, Imol. in cap. per tuas.
col. antepenult. verſ. & dicit etiam prædicta.
de arbitr. Alex. in d.l. ſi conuenerit. num. 2. in
fine, hancq. reſponſionem, aliјs citatis, latè
ſequitur Boſch. Cod. in cap. 1. ſub num. 144.
verſ. & prima eſt. & num. 145. de iudic. in-
ter Repet. tom. 3. fol. 39. & quòd iuramentum
ſortiatur naturam primordialem contractus,
concurrente veriſimiliter intentione iuran-
tis, & ideo quia iurans ſoluere mutuum,
quod in veritate non recepit, iurat cum iſta
intentione, ſi recipiat; ſi non recipiat, non
repellitur ratione iuramenti, quia cum hac
intentione iurauit, ſcribit Ant. Burg. in eod.
cap. 1. ſub num. 52. in 2. concl. fol. 46.

61 Sed hæc reſponſio non ſatisfacit Iaſoni
in d. l. ſi conuenerit. ſub num. 17. & impu-
gnatur à Dec. in d. cap. 1. ſub num. 137. in
2. reſponſ. quia ſicut in d. l. fin. C. de non
num. pecun. non eſt veriſimile, quòd velit
obligari, niſi pecuniam habuerit, ita etiam
non videtur veriſimile, quòd obligans ſe ad
factum, velit priuari facultate, quam in illa
obligatione habet à lege ſoluendi intereſſe,

& à

& à fortiori in caſu noſtro non videtur priuari pœnitentia, quæ ſpecialiter ei permittitur. Ego impugno etiam, quia hæc reſponſio tolleret ſemper virtutem iuramenti, nec adderet, quia ſemper poſſemus dicere, non eſſe veriſimile, quòd iurans voluerit ſe obligare in illo caſu vltra diſpoſitionem legis, & impoſſibile eſt, diuinare voluntatē iurantis.

62 Secundo reſpondeo, quòd iuramentum ſequitur naturam primordialem actus, non autem accidentalem, Franc. Aret. & alij, quos ſecutus ſum lib. præceden. cap. 2. num. 123. ſed quòd pœnitentia habeat locum in pacto prorogationis, eſt de natura accidentali. Igitur iuramentum eam non ſequitur. Igitur adhuc remanet locus pœnitentiæ.

At neque hæc reſponſio placet Iaſoni in d. l. ſi conuenerit. num. 17. in fine, & Dec. in dicto cap. 1. ſub num. 137. verſ. ſed tenendo. quia natura primordialis huius pacti eſt, quòd ſit locus pœnitentiæ: non enim iſta pœnitentia cauſatur ex aliquo accidenti ſuperuenienti.

63 Tertio reſpondeo, quòd in dicta l. fin. C. non num. pecun. conſideratur defectus conſenſus iurantis, qui non intendebat ſe obligare, niſi ſequeretur numeratio pecuniæ, & quando actus eſt certo modo limitatus, eodem modo intelligitur reſtrictum iuramentum, Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 16. & 17. & dixi lib. præced. cap. 2. num. 139. & 424.

Quarto, omiſſis iſtis reſponſionibus, quæ parum ſatisfaciunt, & tertia in effectu non video, quòd differat à prima; & non multum ab eis diſcedendo, & concordãdo duas concluſiones iuridicas, quæ ex adductis hinc inde reſultant, & videntur ſibi contrariari; prima quarum eſt, quòd iuramentum non alterat, ſed ſequitur naturam actus, cui adiungitur, prout in pluribus, adductis ſupra num. 44. & ſeqq. pro confirmatione rationis, adductę pro opinione contra reſtrictionem, ſupra num. 43. ſecunda eſt, quòd imò iuramentum alterat, addendo actui, cui adiungitur, vt patet in aliquibus ex adductis ſu-

64 pra pro reſtrictione, num. 36. & ſeqq. † ego, formaliter diſtinguendo, reſpondeo: Aut iuramentum eſt contra animæ ſalutem, & tunc indiſtinctè non eſt ſeruandum, quia iuramentum ita demum debet ſeruari, ſi ſeruatum non vergit ad diſpendium ſalutis æternæ, Bar. in l. 57. ſi quis pro eo. ſub num. 9. verſ. tertio dixi. ff. de fideiuſſ. & mand. & faciunt quæ dixi lib. præced. cap. 2. num. 133. & ſeqq. & in meo tract. de commerc. §. 1.

65 quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. num. 29. † Aut non eſt contra ſalutem æternam, & tunc diſtinguo; vel eſt contra bonos mores, & ſimiliter non eſt ſeruandum, Bar. in l. 57. ſi quis pro eo. ſub num. 5. & 6. verſ. quandoque enim. & verſ. primo dixi. ff. de fideiuſſ. &

66 mand. † & ideo pactum futuræ ſucceſſionis, per quod inducitur votum captandæ mortis alterius, non confirmatur iuramento, Bar.

67 ſub dicto num. 6. verſ. primo. † ſimiliter pactum, per quod aufertur libera teſtandi facultas, Bar. ibid. vnde quis non poteſt ſe obligare ad teſtamenti immutabilitatem, Bal. in l. ſancimus. num. 7. verſ. nunquid autem. C. de teſtam. & quemad. teſt. ordin. & apertius Rom. conſ. 171. pro deciſione. in fine initij, & ſub num. 2. Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 5. in fine, C. de iuriſd. omn. iud. & licet in hoc exemplo de immutabilitate teſtamenti ſint hinc inde opiniones, de quibus Seraph. tract. de priuil. iuram. priuil. 75. ſub num. 23. & ſeqq. & num. 30. verſus finem, & ſeqq. tamen teneo hanc negati-

68 uam; † ratio eſt, quia quicquid eſt contra bonos mores, continet peccatum mortale, aut ſaltem veniale, & hac ratione eſt prohibitum, per ea, quæ ratiocinatur Corn. conſ. 60. prima facie. nu. 3. & ſeqq. lib. 2. & eſt irrationabile, & inhoneſtum, & quod eſt irrationabile, & inhoneſtum, non tenet, etiamſi permitteretur à lege, quia non eſſet lex, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. n. 16. 18. & 51. ſed obligatio, qua adimitur facultas teſtandi, ſeu mutandi teſtamentum, eſt contra bonos mores ex pluribus: primo, quia niſi homines poſſint teſtari, fierent inertes ad acquirendum; quod Reip. eſt nociuum, quia intereſt Reip. habere ſubditos locupletes, Corn. conſ. 78. quamquam. num. 2. in fine, & conſ. 335. primum. num. 2. lib. 1. ſecundo, quia niſi homines teſtarentur, prolaberentur ſæpè in ingratitudinem, Seraph. de priuileg. iuramen. priuileg. 75. ſub num. 31. tertio, quia ſic cogerentur homines relinquere ſua bona venientibus ab inteſtato, quos forſan odio proſequerentur. quarto, quia ſi non poſſent mutare teſtamentum, ſequererur, quòd aliquando relinquerent ſuas facultates inimicis, ſiquidem poſt teſtamentum poſſent inter teſtatorem, & honoratos in teſtamento graues oriri inimicitię. quinto,

quia

quia ſequeretur, quòd hæres inſtitutus deſideraret mortem teſtatoris, quod eſt peccatum auaritię; eſſet enim ſibi ius ex teſtamento acquiſitum irreuocabiliter, & ideo votum haberet expectandæ mortis, Seraph. d. pri-
69 uil. 75. ſub num. 32. & 35. † neque tenet pactum, etiam iuramento firmatum, per quod auferatur libertas matrimonij, Bar. in dict. l. 57. ſi quis pro eo, num. 6. in fine, ff. de fideiuſs. & mandat. præterquam ſi impediatur per ingreſſum ad religionem, quia religioſus contrahit matrimonium ſpirituale cum eccleſia, quod eſt dignius matrimonium, quia cœlibatus religioſus eſt dignior ſecundum ea, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. ſub num. 60. & 65. & non licet eodem tempore duas habere
70 vxores. † neque tenet determinatio, quam quis faceret nunquam ſubueniendi cuiuſuis neceſſitati, & quæ alia dicantur contra bo-
71 nos mores, vide infra num. 212. & ſeqq. † & ex tota hac reſponſione ſumitur regula, quòd iuramentum contra bonos mores, diuinos, aut naturales, aut publicos ad publicam vtilitatem introductos nunquam operatur, prout neque operatur in præiudicium tertij priuati, Mar. Socc. in cap. 12. ſi diligenti. num. 22. verſ. & inter. de for. compet.
72 † vel non eſt contra ſalutem ęternam, neque contra bonos mores: & tunc diſtinguo tres caſus. Primus eſt, quando lex ex iuſto, & veriſimili conſenſu, ſeu mente contrahentis limitat, & reſtringit contractum ad certos terminos, ſeu caſus; & tunc vltra illos terminos, & caſus non ſe extendit iuramentum, interpoſitum ſuper illo contractu, quia vltra illos terminos deficit conſenſus, ſine quo iuramentum non obligat; & hoc procedit in foro exteriori, vt puta, cum quis promittit iudicio ſiſti, & ita iurat; ſed, promittendo, ignorat, iudicem eſſe inimicum, vel ſuperuenit inimicitia, aut ſuperuenit aliquod legitimum impedimentum, quò minus poſſit iudicio ſiſti: certè iſtis caſibus iuramentum non obligat; quia ſicut promiſſio non ſe extendit ad iſtos caſus, quia in eis deficit conſenſus promittentis, ita neque ſe extendit iuramentum; & ita procedit l. vlt. ff. qui ſatiſd. cogant. idem ſi quis confeſſus ſit mutuo accepiſſe, & contingat fieri hanc confeſſionē ſpe futuræ numerationis, ideoq. lex concedat huic confeſſo, vt poſſit excipere de non numerata pecunia, iuramentum, ſuper confeſſione mutui præſtitum, non excludit hanc exceptionem, quia is non intellexit ſe obligare ſine pecuniæ numeratione, & ita procedit l. fin. C. non num. pecun. & idem dico, quando lex ex præſumpto conſenſus defectu in toto contractu annullaret contractum, quia tunc iuramentum, ſuper eo interpoſitum, non operaretur, vt in donatione omnium bonorum, ſeu maioris partis, facta ab eo, qui poſtea ſuſcepit liberos, & in donatione cauſa mortis, dixi ſupra num. 45. & 50. in primo, & quarto argumento, quę ita bene ſoluuntur, ſicque iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur; & ita procedunt quæ ſcripſi lib. præceden. cap. 2. num. 139. & 424. & quæ dixi in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 19. ſub num. 135. verſ. quia reſpondeo. & loquor in foro exteriori; nam in foro interiori non attenditur lex, quæ præſumit, vel non præſumit conſenſum, ſed attenditur veritas, quę latet in corde, cuius cognitor eſt ſolus Deus, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. n.
73 83. & ſeqq. † Secūdus caſus eſt, quādo homines, & iudex limitāt conſenſum ex veriſimili mēte contrahentis: & dico idē, quod in præcedenti, ſi veriſimilitudo ſit talis, vt quilibet ſanę mētis ita limitaret, vt puta, ſi Seius promitteret Titio ſuſcipere defenſionem contra quemlibet pro ipſo Titio, & ita iuraret, & contingeret, inter ipſum Seium promittentem, & Titium oriri contentionem, vtique conſenſus promittentis deficeret, & con-
74 ſequenter deficeret iuramentum. † Tertius caſus eſt, quando neque lex limitat, neque homines ſanę mentis limitarent, ſeu ęſtimarent, deficere conſenſum; & tunc rurſus diſtinguo. Aut ille contractus caret ſolemnitatibus, requiſitis de iure ciuili, à quo propterea ille contractus habetur pro nullo, & irrito; & tunc dico, quòd licet contractus ob non adhibitas ſolemnitates, ſiue propter legis prohibitionem ſit nullus, tamen ſi ſit iuratus, erit validus, quia ſufficit, quòd iuramentum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis ęternę, & quòd non ſit contra bonos mores, & adſit conſenſus iurantis, & ita procedunt fundamenta, adducta pro reſtrictione ſupra num. 36. & ſeqq. & quę dixi dicta ampliat. 19. ſub num. 135. verſ. quia
75 reſpondeo. † Aut ille contractus caret ſubſtantia contractus; ſeu habet qualitatem impoſſibilem, & deſtructiuam ipſius contractus, ſicque eſt ſibi ipſi perplexus, & contrarius,

trarius, itaut contrahens velit contrahere, & non contrahere; & iſto caſu Doctores communiter tenent, quòd iuramentum non poſſit inualidum validare, neque validum diuertere à ſua propria natura, & ſubſtantia; quare ſi quis faceret contractum venditionis eo pacto, quòd in emptorem non transferatur dominium, neque vſucapiendi conditio, nihil ageret: item ſi quis mutuaret eo pacto, vt mutuatarius reſtitueret idem in indiuiduo, vtique non eſſet mutuum, per ea, quę ſcribit Seraph. de priuil. iuram. priuil. 75. num. 20. & conſequenter iuramenrum non operaretur, & ita procedunt quæ ſcripſi ſupra num. 45. in illis quatuor argumentis, enumerandis poſt primum; & hęc reſponſio cum hac diſtinctione ſufficiat; quòd ſi copioſiorem deſideras ſolutionem, ſeu diſtinctionem, omiſſis tractatibus eorum, qui ſcripſerunt de iuramento, vide Bar. in dicta l. 57. ſi quis pro eo. ſub num. 5. verſ. venio ad tertium. & num. ſeqq. ff. de fideiuſs. & mand. vbi cumulat, & explicat ſeptem regulas, ſeu caſus, in quibus iuramentum non confirmat contractum inualidum: nunc reſpondeo ad argumenta, pro confirmatione rationis adducta ſupra num. 45. & ſeqq.

Ad primum de donatione omnium bonorum, poſitum ſupra dicto num. 45. patet ſolutio ex dictis ſupra num. 72. & 73. nempè, quia deficit conſenſus iurantis, vt dixi etiam lib. pręced. cap. 2. num. 140. & 141.

Ad ſecundum, de teſtamento iurato, poſitum ſupra ſub eodem num. 45. reſpondetur dupliciter. Primo, quòd illa promiſſio de non reuocando teſtamentum, ſeu illud iuramentum dicitur cõtra bonos mores ſecundum Bar. Bal. Rom. & Iaſ. quos ſecutus ſum ſupra num. 67. & 68. vbi ad id oſtendendum plures adduximus rationes; & quod eſt contra bonos mores, eſt peccatum, & ideo eſt irrationabile, & inhoneſtum, & conſequenter non obligat, per ea, quæ dixi eod. nu. 68. vel ſaltem eſt affine peccato, cum peccandi occaſionem introducat. Secundo reſpondeo, quòd licet teſtamentum poſſit liberè reuocari, non obſtante promiſſione de non reuocando, tamen ſi interuenerit iuramentum; ſatis eſt, quòd reuocans efficiatur periurus, vt retuli ſupra ſub num. 45.

Ad rertium, poſitum ſupra num. 49. reſpondetur vt ad præcedens.

Ad quartum, & quintum, poſita ſupra num. 50. & 51. patet ſolutio ex dictis ſupra num. 72. & 73.

Ad ſextum poſitum ſupra num. 52. reſpondeo, quòd exactio rigoroſa contra certas perſonas videtur contra bonos mores, & ideo contra bonos mores eſſet etiam iuramentum, per quod rigoroſam vellemus conſequi exactionem; & ideo ſuccedit ſolutio, de qua ſupra num. 65.

Abſoluta prima reſtrictione, poſita ſupra num. 35.

76 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, ſi vltra conuentionem, ſeu pactum interuenerit ſtipulatio, quia tunc l. ſi conuenerit. quæ admittit pœnitentiam, non habet locum, quia loquitur de conuentione, quæ eſt nudum pactum, Bar. in dicta l. ſi conuenerit. num. 4. verſ. quærò quid releuet. Alex. ſub num. 3. limit. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. & hanc eſſe communem opinionem, latè ea diſputata, teſtatur, & ſequitur tandem Dec. in cap. 1. limit. 4. ſub num. 114. verſ. ſed tamen. & num. ſeqq. iunctis num. 111. & ſeqq. de iudic. hæcque reſtrictio eſt de aperta mente Riminaldi ibidem num. 69. fol. 52. rom. 3. inter Repeten. dum, vt conciliet dictam l. ſi conuenerit. cum dicto cap. 1. dat quintum intellectum, vt in l. ſi conuenerit. admittatur pœnitentia, quia prorogatio erat facta pacto nudo, & in dicto cap. 1. non admittatur, quia erat facta per ſtipulationem; ſiquidem fuit facta per interrogationem, quæ propriè cadit in ſtipulatione, quæ propter hoc fuit inuenta, vt magis exprimeretur conſenſus, mediante pręambula interrogatione, & reſponſione ſequenti, & ſic ne quis falleretur.

77 Contra hanc reſtrictionem, dum facit differentiam inter pactum nudum, & ſtipulationem, ſentiunt Petr. & Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 12. quæſt. 3. C. de epiſc. aud. & Iaſ. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 28. poſt 11. fallent. vbi, nulla conſtituta differentia inter conuentionem ſimplicem, & conuentionem ſtipulatam, dicunt, ſemper eſſe locum pœnitentiæ, & dicit Iaſ. ſe putare hanc opinionem eſſe veriorem: & in effectu videtur probari ex his, quæ dixi infr. nu. 79.

78 Declara hanc reſtrictionem, vt quamuis promittens per ſtipulationem non poſſit cogi præciſè ad factum, tamen poreſt cogi ad intereſſe, & conſequenter licet in ſimplici conuentione admittatur ſimpliciter pœnitentia, tamen ſi interuenerit ſtipulatio,

latio, debetur intereſſe pro illa pœnitentia; & vlterius illud intereſſe peti poteſt coram illo iudice, in quem facta eſt prorogatio, vt dixi infra nu.81.& quòd poſſit agi ad pœnam promiſſam, eaq. non promiſſa, ad intereſſe,ſequitur,teſtans de communi Iaſ.in d.l. ſi conuenerit. ſub num. 27.limit. 9. & ſentit Bar.ibidem num.4.& hoc apertè ſentit Paul. de Caſtr.in l.1.ſub num.9. ibi, ſi tamen conuentio fuit veſtita.ff.de iudic.& in d.l.ſi conuenerit. ſub num. 2. dicens, quòd quis non cogitur præciſè ſtare conuẽtioni,ſed cogitur cauſatiuè, nempè ſi non vult teneri ad intereſſe, ad quod poteſt conueniri, ſi hæc conuentio fuerit ſtipulatione vallata, quod dubitando tenet etiam Spec. tit. de competen. iud. adit. initio, ſub num. 18. verſ. ſed quid ſi promiſi. lib. 2. fol.18.

79 Vel declara diſtinguendo. Aut quæritur de iuriſdictone quærenda iudici; & tunc eſt neceſſaria conteſtatio litis. Aut quęritur de obligatione quęrenda parti contra pœnitentem, & tunc rurſus diſtinguo: vel inter partes interuenit ſtipulatio, & tunc oritur obligatio, & actio ex ſtipulatu ad intereſſe: vel non interuenit niſi nuda conuentio; & tunc non oritur actio, ſi quid tamen intereſt,agetur de dolo, vt ex mente eorum, quos ſine nomine citat Spec. tit. de competen. iud. adit. initio, ſub num. 9. verſ. ſed quid erit ſecundum eos. lib. 2. fol. 17. refert Addition. ad eum ibidem in littera O. hancque declarationem videtur ſecutus Ant.de Butr. in cap. 1. ſub num. 37. verſ. reperio principaliter. in ſecunda opinione, de iudic. dicens, quòd ſi interceſſit pactum nudum, non agetur ex pacto, ſed de dolo ad intereſſe, ſed quoad pœnam iudicis poteſt pœnitere,& poſtea ſe magis explicando, & ſequendo Butrig. ait,quòd pacto directo prorogari non poteſt iuriſdictio,ſed indirecto ſic, paciſcendo de prorogando, quia, ſi ita paciſcor, arctor ad prorogandum in vim pacti, ſi volo effugere pœnam pacti, & arctor etiam ſi iudex ſit ſuſpectus, alias teneor parti ſoluere pœnam, ſi volo pœnitere.

80 Subdeclara primo hanc declarationem, vt ſit ferè vana, quia hoc intereſſe non poteſt eſſe niſi modicum, de quo leges propterea videntur parum curare: eſt autem modicum, quia cum pœnitentia non admittatur, niſi re integra, intereſſe neceſſario eſt modicum, Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num.28.fall. 11. in fine, ff.de iuriſd. omn.iud.

81 Subdeclara ſecundo, vt pro intereſſe poſſit agi coram eodem iudice, in quem facta eſt prorogatio ſuper principali, Alex. in d.l. ſi conuenerit. ſub num. 3. & 4. ff. de iuriſd. omn. iud. &, late articulo diſcuſſo, firmat Dec. in cap. 1. num. 121. in fine, verſ. ſed tamen.iunctis num.117.ibi,& retenta.& num. ſeqq. de iudic. in prima lectut. vbi de opin. communi, de qua communi teſtatur etiam Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 46. verſ.ſed circa prædicta. de for. compet. licet ipſe verſ. ſeq. ſed primum. eam non ſequatur, niſi cum diſtinctione, quam non aliter refero, quia mihi non placet.

Verum hæc declaratio eſt explicanda ex his, quæ ſcripſi infra ſub num.158.

82 Reſtringe tertio, vt non procedat in conuentione, facta per inſtrumentum guarintigiæ, quia ex tali inſtrumento quis obligatur præciſè ad factum, quod promiſit, & non debet promiſſionem adimplere per æquipollens, Dec. in cap. 1. ſub num. 128. & 129. de iudic. in prima lect. & mouetur Dec. ex ſecundo argumento, quod pro prima reſtrictione adduxi ſupra num. 37. & ex Bal. refert ſimpliciter Mar. Soc. in d.cap. ſignificaſti. ſub num.46. quæſt. 8. in tertia opin. in fine, de for. compet.

Extende hanc reſtrictionem, vt procedat etiamſi hæc conuentio per guarintigiam ſit facta ſeparatim à contractu, nam ſi eſſet facta in contractu, diceretur veſtita cohærentia contractus, & conſequenter etiam ſine guarintigia haberet ſuum robur, vt ſecutus ſum infra num.88. reſtrict.5.

83 Reſtringe quarto, vt non procedat de iure canonico, quia de iure canonico pacta ſunt ſeruanda, cap. 1. & 3. de pact. & proinde agitur ex pacto nudo, ſicut ex ſtipulatione ſecundũ magis communem opinionẽ: quare contra non ſeruantem promiſſa, poteſt agi ad intereſſe, Alex.in l.18.ſi conuenerit.num. 5.limit.3. Iaſ.num.28. limit.10. ff.de iuriſd. omn.iud.& quòd de iure canonico poſſit agi ad intereſſe, vel ad pœnam, ſi eſt appoſita, & non agatur actione de dolo, quæ non datur niſi in ſubſidium, ſcribit Mar. Socc.in dicto cap. ſignificaſti. ſub num.46. quæſt.8. in tertia opinione, ibi, ex quo infertur.

84 Confirmatur hæc quarta reſtrictio, quia eſto, quòd de iure ciuili pactum nudum non producat actionem; tamen de iure canonico pactum nudum eſt ſeruandum, & parit actionem, quam de iure ciuili parit ſtipu-

ſtipulatio, cap. *1*. & ibi Canoniſtæ, de pact. & cap. *66*. quicunque. 12. quæſt. 2. & eſt opinio communis Canoniſtarum, & Legiſtarum, vt teſtantur, & ſequuntur Bapt. à Sancto Blaſ. tract. de contradict. iur. ciuil. cum iur. canon. cent. prima, num. 3. tom. 1. fol. *185*. & Caccialup. tract. de pact. quæſt. 13. ſub num. 7. not. 7. tom. *6*. pat. 1. fol. *13*.

85 Hæcque confirmatio habet locum in terris Eccleſiæ, ſeu ſubiectis Eccleſiæ, quia in eis ſeruatur ius canonicum, Caccialup. dicta quæſt. *13*. num. 8. quod ego latius ſecutus ſum cap. ſequen. quæſt. 7. num. 77. & quæſt. 15. num. 281. & libro præceden. cap. 2. num. 693.

86 Extende primo hanc reſtrictionem, vt ex alio medio ſit vera, etiam de iure ciuili, nempè, quia licet ex pacto nudo non oriatur actio, tamen fallit quando ex non obſeruantia promiſſorum, is, cui non obſeruantur, damnum aliquod eſt paſſus, quia ad illud agere poteſt actione de dolo, ſicque poteſt agere ad intereſſe, & conſequenter ita limitatur totus titulus de pactis, Alex. in dicta l. ſi conuenerit. num. *6*. in quarta fallent. & Iaſ. ſub num. 28. fallen. *11*. ibi, ſecundo & fortius. hęcque extenſio placet etiam Mariano Soc. in cap. *18*. ſignificaſti. ſub num. *46*. quæſt. 8. in tertia opinione, de for. competen.

Quicquid ſimpliciter dixerit Bar. in eadem l. ſi conuenerit. num. 4. quòd pactum ſimplex non releuat aliquid.

87 Extende ſecundo obiter extra noſtram materiam, vt quamuis de iure ciuili ex pacto nudo non detur actio, tamen datur retentio, Neguſan. tract. de pignor. in quarto membro quintæ par. num. 7. tom. *6*. pat. *1*. fol. 238.

88 Reſtringe quinto, vt non procedat, quando pactum fuiſſet veſtitum cohęrentia contractus, quia tunc valet conuentio, Spec. tit. de compet. iud. adit. initio, ſub num. 9. verſ. ſed quid erit. & num. *10*. & ſub num. *18*. verſ. quid ergo ſi dictum. lib. 2. fol. *17*. & quòd valeat, & ideo poſſit agi ad intereſſe, ſcribunt Mar. Socc. in cap. *18*. ſignificaſti. ſub num. *46*. quęſt. 8. in tertia opin. de for. competen. Alex. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 5. fallent. 4. & Iaſ. ſub num. 28. fallent. 11. quia tunc pactum nudum parit actionem, pręſcriptis verbis ad intereſſe.

Quamuis Iaſ. ſub dicto num. 28. hanc reſtrictionem reprobet, prout reprobat ſecundam, vt dixi ſupra num. 77.

89 Declara hanc reſtrictionem, vt hęc conuentio dicatur veſtita cohęrentia contractus, quoties eſt facta tempore contractus celebrati, vt fit quotidie, quia contrahentes in eodem inſtrumento contractus ſubmittunt ſe iuriſdictioni cuiuſcunque iudicis; nam talis conuentio eſt tanquam pars ipſius contractus, & veſtitur ab ipſo contractu, vt ex Bal. ſequitur Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. & quando pactum dicatur veſtiri cohęrentia contractus, & quando non, vide Alex. in l. in bonę fidei. num. 4. C. de pact.

90 Reſtringe ſexto, vt non habeat locum, ſi conuentio fuerit facta, iudice præſente, & conſentiente, ſeu acceptante, quia tunc non erit locus pœnitentiæ, Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi conuenerit. num. 2. & alij, quos ibidem (dicens eſſe opinionem ſuſtentabilem) citat Alex. ſub num. *6*. fallen. 5. & quòd iſta reſtrictio ſit communis, eamque teneant omnes Legiſtæ, & Canoniſtæ, teſtatur, adducendo tamen aliqua in contrarium ibidem Iaſ. num. 18. & ſeqq. & ſub num. 21. in ſecunda limitatione.

91 Extende hanc reſtrictionem, vt procedat etiam ſi deficiat acceptatio iudicis, dummodo ſit præſens, & non recuſet, Ang. Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi conuenerit. quos citat Alex. ſub dicto num. *6*. & num. 7. idem Paul. de Caſtr. in l. *1*. num. 7. ff. de iudic. dicens, quòd ſi iudex eſt præſens, & partes expreſsè ſe ſubmittunt iuriſdictioni illius, ſtatim ille acquirit iuriſdictionem abſque eo, quòd ſit proceſſum ad conteſtationem, vel alium actum litis, & ſufficit præſentia iudicis ſine contradictione, quia, cum non tractetur de eius præiudicio, ſed de fauore, præſentia cum taciturnitate habetur pro conſenſu.

92 Confirmatur primo hæc extenſio, quia licet qui confitetur, ſe recepiſſe centum ex cauſa mutui, habeat exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium, vt, loquendo in contractu cambij, & in quolibet contractu, in quo agatur de re mutuabili, ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gloſ. 8. ſub num. *1*. & 2. tamen ſi id confeſſus fuerit in iudicio, deficit illi exceptio, Iaſ. in dicta l. ſi conuenerit. num. 19.

Con-

93 Confirmatur ſecundò, quia licet confeſſio ſine cauſa, cum ſit indiſcreta, ſit inefficax, tamen ſi fiat in iudicio valet, Iaſ. ibid. num. 20.

94 Confirmatur tertiò, quia licet pactum nudum ſit inefficax ad agendum, tamen ſi fiat in iudicio pro cõcernentibus illud iudicium, puta ſuper expenſis; vel iudicato ſoluendo, eſt efficax, & producit actionem, Iaſ. ibidem num. 21.

95 Reſtringe ſeptimo, vt non procedat, quando quis per modum confeſſionis ſe ſubmiſit iuriſdictioni iudicis non ſui, vt puta, quia conuentus confitetur, illũ eſſe iudicem competentem, ſeu iudicem ſuum, quia tunc non eſt locus pœnitentiæ, cum talis confeſſio habeatur pro veritate, Alex. in dicta l. ſi conuerit. num. 8. fallen. 6. & Iaſ. num. 22. limit. 3. licet aliquantulum dubitet: & quòd hæc reſtrictio videatur verior, reiectis adductis in contrarium, firmat Dec. in cap. 1. num. 138. fallen. 7. & ſub num. 140. verſ. hi tamen. & ſeqq. de iudic. in prima lect.

96 Confirmatur primo hæc reſtrictio, ſeu verius virtus confeſſionis, quia pœnitentię locus non eſt, quando eſt facta litis conteſtatio, vt dixi ſupra num. 1. ſed quando partes confitentur, litem eſſe conteſtatam, valet illa confeſſio, & præiudicat, cap. vltimo, & ibi declarat Abb. num. 2. de probat. ergo.

97 Confirmatur ſecundo, quia ſi quis mutuauit pecuniam mercatori, qui expreſsè ſe ſubmittit iuriſdictioni Epiſcopi, & Epiſcopus incontinenti ei præcipit, quòd talem pecuniam reſtituat creditori intra talem terminum ſub pœna excõmunicationis, & excõmunicationis ſententiã ex tunc pro quando debitor intra terminum nõ ſoluerit proferat in ſcriptis, debitor tenetur ſtare huic ſentẽtiæ, nec ab ea poterit vnquam appellare, quia in ipſo die contractus poteſt Epiſcopus de partium voluntate ferre ſententiam, vt refert, & ſequitur Iaſ. ſub dicto num. 22.

98 Contra hanc reſtrictionem vrgent quatuor.

Primum, quia falſa confeſſio, ſcienter facta in his, quæ pertinent ad litis ordinationem, non præiudicat, Bar. in l. non fatetur. initio, verſ. venio ad primum. ff. de confeſs. ſed talis eſt hæc confeſſio, ergo.

Secundum quia hęc confeſſio eſt erronea, ſed error vitiat prorogationem iuriſdictionis, vt ſecutus ſum ſupra limit. 2. num. 1.

99 Tertium, quia iuri diſponenti, quòd eum, qui prorogat iuriſdictionem, poſſit pœnitere, non poteſt renunciari, Bal. in cap. 40. p. & g. ſub num. 16. verſ. ſed nunquid. de off. & poteſt. iud. del. ergo confeſſio, quæ inducit hanc renunciationem, nihil operatur.

Quartum, quia confeſſio iſta habet vim pacti, Iaſ. in l. penult. ſi quis. num. 2. nor. 3. C. de pact. ſed per pactum ſimplex non prorogatur iuriſdictio irreuocabiliter, per ea, quę dixi ſupra num. 24. & 28. ergo.

Tenendo, (ſi placet) reſtrictionem, iſtis adductis in contrarium reſpondet Dec. in dicto cap. 1. ſub num. 140. & ſeqq.

100 Reſtringe octauo, vt non procedat, quando iudex eſſet mero iure competens, ſed tamen ob aliquam probabilem cauſam poſſet recuſari, vti ſuſpectus, quia tunc, ſi interuenerit pactum de litigando coram eo, ſeu de non declinando eius iuriſdictionem, quæ potuiſſet declinari, non eſt locus recuſationi, ſeu pœnitentiæ, vide ſupra num. 30. verſ. ſecundum eſt.

101 Reſtringe nono, vt non procedat quoad geſta coram iudice, ante pœnitentiam, quia illa geſta valebunt indiſtinctè, & pœnitentia minimè reuocantur, licet prorogatio non diceretur facta, quia nondum eſſet ſecuta litis conteſtatio, Alex. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 8. & 9. fallen. 9. & Dec. in cap. 1. num. 146. & ſeqq. fallen. 11. de iudic. in prima lectura.

102 Confirmatur hæc reſtrictio, quia licet delegans poſſit reuocare delegatum, tamen ſi reuocet, acta coram eo remanent, Dec. dicto cap. 1. num. 147. & 148.

Subreſtringe eandem reſtrictionem, vt non procedat, ſi reus fuerit contumax in illis geſtis, quia tunc etiam illa geſta erunt nulla, quamuis fuerint geſta antequã poſſet deueniri ad litis conteſtationem: nam cum reus fuerit ſemper contumax, nõ dicitur vnquam conſenſiſſe, per ea, quę ſcripſi limit. ſeq. n. 29. & conſequenter ceſſant termini reſtrictionis, quæ loquitur in eo, qui ſemel conſenſit, & poſtea ante litis conteſtationem pœnitet.

103 Reſtringe decimo, vt concluſio habeat locum, quando prorogatio fieret expreſsè per pactum, Dec. in cap. 1. num. 170. fallen. 13. de iudic. in prima lect. ſecus in protogatione tacita, quæ inſurgit ex aliquo facto, & venit conſecutiue ad contractum, ſeu quaſi contractum, quia tunc non eſt locus pœnitentiæ, Alex. Iaſ. & alij citati in ſeqq. exemplif. & quòd prorogatio tacita poſſit fieri ante

te litis conteſtationem, ita quod non ſit locus pœnitentiæ, ſcribit Iaſ. in dicta l. ſi conuenerit. num. 26. limit. 8.

104 Exemplifica primo, quando quis promitteret ſoluere vbicunque fuerit inuētus, quia tunc vbi fuerit inuentus, ibi poterit conueniri, & non eſt locus pœnitentiæ, quia videtur ibi contraxiſſe, Bar. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 4. in vltimo membro diſtinctionis, dicens etiam, quòd ſi promitto ſoluere vbicunque in Tuſcia me inueneris, vbicunque in ea prouincia me potes conuenire, ſi ibi me inueneris, Alex. ſub num. 9. limit. 10. Dec. num. 31. in tertia concl. & num. 34. in ſecundo caſ. principali, ff. de iuriſd. omn. iud. & ibidem Iaſ. num. 23. limit. 4. dicens, quòd ſi prorogatio fiat contrahendo, vel delinquendo, non habet locum pœnitentia, & ſub num. 37. dicens, quòd ratione deſtinatę ſolutionis cenſetur illic contraxiſſe, ideoque non eſt locus pœnitentiæ, & num. 43. verſ. quarto in quantum. Bal. in l. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 2. verſus finem, C. de pact. Mar. Soc. in cap. 17. dilecti. ſub. nu. 31. q. 7. ibi, aut promiſit ſoluere vbicunque fuerit inuentus. de for. cōpet. & hoc ſentiunt eſſe remedium, vt quis poſſit conueniri vbiq. locorū, & eſſe communem opinionem, & probari iſtā practicam in l. titiū & meuiū. §. tutores. ff. de adminiſtr. tut. & in l. lucius. la prima. ff. depoſ. & eſſe magis communem opin. teſtatur, & ſequitur Dec. in cap. 1. ſub num. 153. in 4. extenſione, de iudic. in prima lect. adde quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 22. ſub num. 27. & cap. 101. ſub num. 30. verſ. ſi ſecundo. & in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 206. & quòd ſi quis conſtituat ſe ſine fori præſcriptione vbiq. vel certo loco ſoluturum, tunc poſſit vbicunqne fuerit inuentus conueniri, ſcribit Spec. tit. de compet. iud. adit. initio, num. 20. in fine, iuncto principio, & ſimplicius ſub num. 17. & 18. caſ. 22. fol. 18.

Ratio eſt, quia illa generalitas reſtringitur ad locum, in quo reperietur, Dec in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 34. ff. de iuriſd. omn. iud.

105 Ratio ſecundum Bal. vbi ſupra eſt, quia vbi quis promittit ſoluere, ibi videtur contraxiſſe, quia finalis effectus conuentionis ibi confertur, & locus ſolutionis dicitur pars contractus, ſicut dies, & contra contractum non poteſt veniri.

Infero quòd in hac exēplificatione procedit ilud dictum (vbi te inuenio, ibi te conuenio) iuxta verbum Dei (vbi te inuenero, ibi te iudicabo) de quo verbo Gl. vtl. in l. 1. & ibi Bar. num. 4. verſus finem, C. vbi de crim. agi oport. & in materia criminali, Ant. de Butr. quem citaui ſupra lib. 1. cap. 40. ſub num. 8. verſ. in hoc. quia in contractu ineſt pactum prædictum.

106 Extende hanc illationem, vt iudices relatum ſacrę ſcripturæ dictum ſeruent, non ſolum propter præfatam promiſſionem, ſed ſeruent etiam ſine præfata promiſſione ob ſolam ſuſpicionis fugam (quamuis fugæ ſuſpicio dici non poſſit) quia non dicitur inde fugere, vbi quis, nullo contracto debito, non debet manere; imò Genuæ de hoc habent ſtatutum, prout totam hanc extenſionem latius poſui ſupra lib. 1. cap. 101. ſub nu. 30. verſ. imò de conſuetudine. in alia futura impreſſione.

107 Exēplifica ſecūdo quādo quis promiſiſſet ſoluere in quocunque loco, ſimpliciter ſine illis verbis, (vbi fuerit inuentus) quia adhuc vbicunque fuerit perſonaliter inuentus, ibi poterit conueniri, Abb. in cap. 1. ſub num. 23. ibi, & mihi placet hæc opinio. de iudic. Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 39. verſ. tertio aduerte. licet Bar. quem citat, non loquatur ſine prædictis verbis (vbi fuerit inuentus) hancque exemplificationem videtur poſuiſſe etiam Alex. ibidem num. 10. verſ. & ſi dixiſſem. & hanc eſſe communem opinionem teſtantur, & ſequuntur Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 37. ibi, ſi autem eſt pactum. & Dec. ſub num. 153. in 4. extenſ. & num. 158. de iudic. in 1. lect. & cum hac exemplificatione vti communiter recepta videtur tranſire Mar. Soc. in cap. 17. dilecti. ſub num. 31. quæſt. 7. ibi, ſed idem bar. de for. compet.

108 Ratio, qua reſpondetur motiuis Gulielmi de Cun. & firmatur hæc exemplificatio, eſt, quia licet locus ſolutionis ſit incertus, vel indeterminatus; tamen ex poſtfacto poterit determinari, ſicut in debito conditionali: licet etiam ex hac generali obligatione videatur ſe obligare ad ſoluendum in remotiſſimo loco; tamen hæc obligatio non arctat, niſi in illo remotiſſimo loco inueniatur, aut habeat illic bona, & ideo ceſſat abſurdum generalitatis obligationis: & imputet ſibi qui ſic ſe generaliter obligauit, Ant. de Butr. vbi ſupra.

109 Infero ex hac exemplificatione, quòd incertitudo, & generalitas promiſſionis iſto caſu

caſu non vitiat; quare licet locus ſolutionis reddatur incertus, & indefinitus; tamē promiſſio tenet, Alex. in d. l. ſi conuenerit. n. 9. limit. 10. dicens, hanc eſſe veram opin. eamq. eſſe magis communem, teſtatur, & ſequitur Dec. in loco ſupra proximè citato, & probatur ex his, quæ ex Ant. de Butr. retuli, & ſecutus ſum in loco ſimiliter ſup. prox. citato.

Quicquid in contrarium tenuerit Guliel. de Cun. in l. ſi duo. ff. de conſtit. pecun. & in l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſcop. & cleric. & quicquid inconſtanter ſecundum Alex. vbi ſupra locutus videatur Bar. in d. l. ſi conuenerit. ſub num. 4. dum prius loquitur de promiſſione generali, & poſtea de promiſſione reſtricta ad Tuſciam.

110 Extende primo hanc exemplificationem, vt multò magis procedat, cum quis certo loco promiſit ſe ſoluturum, quia vbi quis conſtituit ſe ſoluturum, ibi dicitur contraxiſſe, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. ſub num. 194. verſ. primus. & num. 210. & ſeqq. & ſupra hoc eodem tract. lib. 1. cap. 101. ſub num. 30.

111 Infero ex hac extenſione, quòd ſi promiſſor ſoluerit alibi, quàm in loco promiſſo, tenebitur actione arbitraria ad intereſſe, l. vnica, C. vbi conueniatur &c. & dixi dicta gl. 5. num. 200.

112 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi promiſiſſet ſoluere certo loco, quia, niſi in eo fuerit repertus, non poſſet illic conueniri, vt ſecutus ſum d. §. 2. gl. 5. num. 208.

113 Declara primo eandem exemplificationem, vt inueniri debeat debitor in perſona, quia non ſufficeret ſi inueniretur eius procurator, Dec. dicto cap. 1. ſub num. 159. de iudic. in prima lect.

114 Declara ſecundo, vt, ſi iſte obligatus reperiatur in aliquo loco remoto, non poſſit cogi ad ſoluendum ſtatim, quia illa promiſſio generalis non obligat eum, vt vbique ſit cum ſacco paratus, & proinde danda eſt ei congrua dilatio, per quam, & intra quam poſſit ſe præſentare cum pecunia, Ant. de Butr. in loco ſupra proximè citato, & Mar. Socc. in cap. 17. dilecti. num. 26. quæſt. 14. de for. compet.

115 Tempera primo eandem exemplificationem, vt poſſit conueniri etiam in loco, in quo habeat bona, licet in eo non fuerit repertus, Alex. in d. l. ſi conuenerit. num. 10. verſ. etſi dixiſſem. & Iaſ. ſub num. 39. limit. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 37. ibi, nec obſtat quòd obligaret ad ſoluendum &c. & Dec. ſub n. 159. & 160. verſ. iſta tamen. de iudic. in prima lect.

116 Tempera ſecundo, vt in loco contractus poſſit conueniri, etiamſi ibi non reperiatur, & ad illum locum fiet remiſſio, quando renunciaſſet priuilegio fori, Gl. in l. 1. in verbo, pro non dato. verſus finem, ff. ſi quis in ius voc. non ier. Bal. in l. 4. cum archimedoram. num. 5. verſ. quęro de fideiuſſoribus. C. vt in poſſeſſionem legator. &c. Abb. in cap. 1. ſub num. 23. & Dec. num. 165. in 5. & vlt. caſ. in prima lect. de iudic. Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. nu. 40. limit. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. 1. ſub nu. 2. limit. 3. ff. de eo quod cert. loc. & præfatam Gloſ. eſſe celebratiſſimam, & communiter receptam, vt ſit omnino facienda remiſſio ad iudicem loci contractus, quando is, qui contraxit, ſe ſubmiſerit foro illius loci, & proprij domicilij foro expreſsè renunciauerit, teſtatur, & ſequitur Couar. pract. qq. cap. 10. num. 4. in fine, verſ. quinto hinc. & num. 5. & quòd hæc communis opinio procedat etiam ſi is repertus non fuerit in loco contractus, ſentit apertiſſimè Couar. eod. cap. 10. ſub num. 6. verſ. vndecimo ex his. Sed eſt aduertendum, quòd ſi is non eſt repertus in territorio loci contractus, iudex huius loci contractus non poteſt illum citare ex alieno territorio, etiam ſi hoc alienum territorium ſit ſub dominio eiuſdem Principis, & ideo debet litteris hortatorijs iudicem vbi commorat requirere, vt permittat, illū citari, reſponſurum, &c. quòd ſi iudex requiſitus nolit permittere, poteſt adiri ſuperior illius, vt eum cogat, Couar. eod. cap. 10. num. 7. verſ. cæterum. & his omnibus, quę hic ſcripſi, poteris addere, ſi placuerint, quę non breuiter ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 40. ſub num. 6. verſ. tertia. & verſ. contrariam. & num. 7. & hęc quando contrahens renunciauit priuilegio fori: quę procedunt etiam ſi renuncians priuilegio fori, haberet ex priuilegio ſpeciali forum aliud, præter illud, quod iure communi eidem competebat, quia cenſetur vtrique renunciaſſe, vt aduerſus Iaſ. & Dec. non leuibus rationibus firmat Couar. eod. cap. 10. ſub num. 5. verſ. ſeptimo vt ſemel.

Sed ſi non renunciauerit, tunc Couar. eod. cap. 10. ſub num. 2. verſ. primum. num. 3. & ſub num. 4. verſ. quarto illud. videtur in ſubſtantia conſiderare tres caſus.

Primus eſt quoad ferendam ſententiam dif-

Digitized by Google

diffinitiuam: & iſto caſu, relata prius opinione Antonij de Butr. in cap. vltimo, num. 15. de for. compet. qui tenuit, quòd Iudex loci contractus poſſit requirere iudicem loci, vbi habitat, vt eum citet, & quòd iudex requiſitus tenetur hoc facere, & quòd ſi citatus non comparauerit, iudex loci contractus poſſit procedere, & ſententiam ferre; poſtea ipſe contra Ant. de Butr. tenet, ſententiam fore nullam, dummodo citatus, nec tacite, nec expreſſe conſenſerit iuriſdictioni.

Secundus caſus eſt quoad miſſionem in poſſeſſionem bonorum: & iſto caſu dicto num. 4. diſtinguit. Aut iſte, qui contraxit, habet bona in loco contractus, & tūc, inquit, quòd, præmiſſa legitima citatione, & ipſo cōtrahente contumace, poterit ex primo decreto mittere actorem in poſſeſſionē bonorum, quæ contrahens poſsidet in loco contractus; quia hoc operatur poſſeſſio bonorum; non tamen poterit mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto: niſi forſan ipſe citatus comparuerit, quia ſi compareret, iudex poſſet procedere ad ſententiam diffinitiuam. Aut non poſsidet bona in loco contractus, ſed ea poſsidet in loco, vbi manet, & tunc ait, quòd ſi contrahens latitat in illo loco, poterit contra eum citatum decernere miſsionem in poſeſsionem ex primo decreto, & ſuper eius executione requirere iudicem illius loci; & hanc ait eſſe communem interpretationem: verum hæc, quæ ſcribit Couar. vltra quod mihi videntur carere ratione, quia ego non video quomodo poſsit contra eum procedere ad miſſionem in poſſeſsionem bonorum, ſi is non tenetur comparere coram illo iudice, & non eſt locus remiſsioni, quod ipſemet Couar. ſub num. 4. verſ. tertio ſubinfertur. ex profeſſo aſſerit; dico, quòd in praxi non ſunt recepta; quare in iſto ſecundo caſu ego firmarem concluſionem generalem, quòd in loco contractus non poſſit conueniri, niſi ibi fuerit repertus, teſtibus his, quos ſecutus ſum ſupra dicto lib. 1. cap. 40. ſub num. 6. verſ. contrariam opin. & quòd in loco contractus quis conueniri non poſsit, niſi ibi fuerit repertus, ſatis patet ex eo, quod locus deſtinatæ ſolutionis præfertur loco contractus, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gloſ. 5. num. 210. & tamen in loco deſtinatæ ſolutionis non poteſt debitor conueniri, niſi ibi fuerit repertus, per ea, quæ ſecutus ſum dicta gloſ. 5. num. 208. & quòd debitor poſsit conueniri in loco contractus, ſi ibi reperiatur, & proinde in contractibus non fiat remiſsio ad locum contractus, ſecutus ſum dicto cap. 40. ſub num. 6. verſ. contrariam opinionem.

Pro vlteriori explicatione huius ſecundi caſus adde quæ ſcripſi infra num. 163. & ſeqq.

Tertius caſus eſt in quaſi contractu, quando aliquis ſcilicet priuatim, vel publicè exercuit adminiſtrationem in aliquo loco, & deinde agitur de reddendis rationibus, quia iſto caſu communiter tenent omnes, quòd ratio ſit reddenda in illo loco, & quòd ad illum locum ſit facienda remiſſio, Couar. ſub d. num. 4. verſ. quarto illud.

117 Tempera tertio, quando promiſiſſet ſoluere vbicunque fuerit petitum, quia ſic promittens poterit conueniri vbi fuerit inuentus, & ſic poterit conueniri etiam in loco, vbi alias non potuiſſet conueniri, Ant. de Butr. in cap. 1. nu. 37. verſus finem, Abb. ſub num. 23. ibi, aut dixit ipſe. & Dec. ſub num. 153. in quarta extenſ. de iudic. in prima lect. Mar. Socc. in cap. 17. dilecti. ſub num. 31. quæſt. 7. ibi, aut dicit promitto ſoluere de for. compet. Alex. in l. penult. ſi quis. ſub num. 6. C. de fideicomm. & in d. l. ſi conuenerit. num. 10. verſ. & ſi dixiſſem. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibidem Iaſ. ſub num. 37. licet Bar. quem citat, non loquatur de iſto caſu, quando promiſit ſoluere vbicunque fuerit petitum, & de magis communi opinione teſtatur Dec. vbi ſupra.

Quicquid dixerit in contrarium Oldrad. in l. titium & meuium. ff. de adminiſtr. tut. relatus ab Ant. de Butr. in loco ſupra proximè citato.

118 Tempera quarto, vt debitor, eiusq. fideiuſſor poſsit conueniri in loco contractus, etiam ſi ibi non reperiatur; dummodo promiſerit ſe repræſentare ad petitionem creditoris quandocunque voluerit, Bald. in l. 4. cū archimedoram. num. 5. verſ. quæro de fideiuſsoribus. C. vt in poſſeſs. legator. &c. Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 41. limit. 3. & in l. 1. ſub num. 2. limit. 4. ff. de eo quod certo loco, & Dec. in cap. 1. num. 162. in tertio caſ. de iudic. in prima lect.

119 Tempera quinto, vt debitor poſsit conueniri in loco deſtinatæ ſolutionis, etiam ſi illic non reperiatur, quando promiſit illic ſoluere certo limitato tempore, vt puta, quia promi-

promiſerit ſoluere Venetijs in talibus nundinis, quia tunc in illis nundinis poteſt conueniri, quamuis ibi non reperiatur, Iaſ. in dicta l. ſi conuenerit. num. 42. limit. vlr. & in dicta l. 1. ſub num. 2. limit. 5. ff. de eo quod cer. loc. & Dec. in cap. 1. num. 164. in 4. caſ. de iudic. in 1. lect. & hoc idem ſcribunt Bal. & alij, quos citat, & ſequitur Rot. Genuenſ. & ego retuli in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 207.

Contrarium ſibimet contrarius tenuit idē Iaſ. in dicta l. 1. ſub num. 2. notab. 4. ff. de eo quod cert. loc. & qui alij tenuerint hoc contrarium, ſcripſi dicta gl. 5. num. 208.

120 Tempera ſexto, quādo debitor promiſiſſet cum iuramento ſoluere aliquo in loco, quia tunc ratione iuramenti poſſet eo in loco conueniri, quamuis ibi non reperiretur; & ad illum locum fieret remiſſio, Iaſ. in dicta l. 1. ſub num. 2. limit. 1. ff. de eo quod cer. loc.

121 Tempera ſeptimo, ſi lis fuiſſet inchoata in loco deſtinatę ſolutionis, quia tunc fieret remiſſio perſonalis ad locum inchoati iudicij, Iaſ. in dicta l. 1 ſub num. 2. limit. 2.

122 Tempera octauo, ſeu declara, vt licet promittens ſoluere in aliquo loco, non poſſit ibi conueniri, niſi illic inueniatur, tamen eſt aduertendum, quòd etſi non poſſit coram eo conueniri immediatè, tanquam proprius ſubditus, & intra territorium dominij, tamen poterit coram eo conueniri mediatè, per litteras hortatorias ad iudicem, ſub cuius iuriſdictione, & intra cuius territorium manet, vt illum faciat citari ad effectum diſcutiendi obligationem perſonalem, vt dubirando ſcribit Dec. in d. cap. 1. ſub nu. 161. in 2. caſ. de iudic. in prima lect. & facit, quod ſcripſi ſupra ſub num. 116.

Declara hoc temperamētum, vt ſit verum quando is, qui promiſit ſoluere certo loco, renunciauit etiam proprio foro, quia tunc poterit conueniri in loco deſtinatę ſolutionis, etiam ſi in eo non fuerit inuentus, Couar. pract. qq. cap. 10. ſub. num. 5. verſ. ſexto ſubducitur.

123 Exemplifica tertio, quando quis promitteret ſoluere in quolibet loco, in quo placuerit creditori, quia ſic promittens poterit conueniri in loco, vbi bonus vir arbitrabitur ſecundum ęquitatem naturalem, licet ibi ſine hac promiſſione non potuiſſet conueniri: nam dicta verba (in quo placuerit creditori) ſunt appoſita ad extendēdam iuriſdictionē, & alias nihil operarentur, ſi reſtringerentur ad caſus iuris, Ant. de Butr. in cap. 1. ſub nu. 37. ibi, ſi verba ſint ſic cōcepta. & ibid. Imol. num... de iudic. Fulg. in l. ſi conuenerit. col. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. & Mar. Soc. in cap. 17. dilecti. ſub n. 31. q. 7. ibi, aut promiſit per verba ſonantia. de for. comp. & hanc exemplificationem ponit, conſiderandam tamen, & cogitandam Iaſ. in eadem l. ſi conuenerit. num. 38. verſ. ſecundo in quantum. verſus finem, hancque exemplificationem videri veriorem, attenta partium mente, quæ fuit ampliare, ſcribit Dec. in ead. l. ſi conuenerit. ſub num. 30. verſ. adde tamen, & in dicto cap. 1. ſub num. 167. verſ. quarto prædicta limitatio. in fine, de iudic. in prima lect.

124 Imò videtur, quòd poſſit conueniri in quocunque loco fuerit inuentus, quia in effectu promittere, ſe ſoluturum vbi placuerit creditori, & promittere ſe ſoluturum vbi creditor petierit, videtur vnum, & idem, cum creditor petiturus ſit vbi placuerit, & nō vbi ſibi non placuerit, ſed quādo promittit, ſe ſoluturū vbi fuerit petitum, poterit conueniri vbicunque fuerit inuētus, vt ſecutus ſum ſup. n. 117. verſ. temp. tertio. ergo etiā quādo promiſit, ſe ſoluturum vbi creditori placuerit.

125 Contra hanc exemplificationem tenent Bar. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 4. verſ. quęro quid releuet. dicens, quòd iſta promiſſio non releuat, quia debet intelligi, quòd creditor non trahat debitorem extra ſuum domicilium, vbi forum ſortitur, & qui alij ſequantur hanc opin. refert Iaſ. in loco ſupra proximè citato.

126 Ratio huius contrariæ opin. eſt, quia verbum (placuerit) non eſt abſolutę voluntatis, ſed intelligitur arbitrio boni viri, quare ſi teſtator hæredi commendet Stichum ſeruum ipſius teſtatoris, dicatq. ſe eum non manumiſiſſe, donec redderet rationes negotiorum, quæ adminiſtrauit, & ſubdat hæredi, ſe ſignificaſſe ei mentem ſuam, vt rationibus redditis, illi libertatem daret, ſi ipſi hęredi placuerit, & ſeruus ſit paratus rationes reddere, ſed hæres nolit libertatem dare, dicendo, ſibi non placere, tamen debet dare, quia non quod ſibi diſplicet, ſed quod viro bono poſſet placere, eſt ſpectandum, l. 41. thais. §. ſorore. ff. de fideicom. liber. ſed bonus vir non debet arbitrari, niſi ſecundum quod leges diſponunt. l. vir bonus. ff. iud. ſolui. multa de arbitrio, quæ ſeruiunt hic, ſumi poſſunt ex his, quę late ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 53. num. 24. 26. & ſeqq. & num. 36.

In

127 In hac contrarietate variæ circumferuntur doctrinæ, nam Abb. in dicto cap. 1. ſub nu. 23. ibi, & credo quòd etiam vbi promiſit ſoluere generaliter. de iudic. & Alex. in dicta l. ſi conuenerit. num. 13. & ſeqq. verſ. quid ſi promitto ſoluere. ſequendo in effectu opin. Bartoli contra exemplificationem, diſtinguunt. Aut promiſit per verba, ſonantia arbitrium boni viri, vt ſi dixit (promitto ſoluere, & reſpondere vbicunque tibi placet; vel vbi tibi viſum fuerit, vel æquum æſtimaueris, vel per ſimilia verba) de quibus in l. 11. fideicommiſſa. §. quāquam. ff. de leg. 3. & tunc recurritur ad arbitriū boni viri, per ea, quæ dixi num. præcedenti, & hoc tenet Bar.

128 Aut † promiſit per verba, ſonantia liberam, & nudam voluntatem, & tunc poterit conueniri vbicunque fuerit inuentus, vt dixi ſupra num. 124. vt puta ſi promiſerit ſoluere vbicunque volueris, quia hoc verbum (volueris) denotat liberam voluntatem, l. 24. cum quidam ita. ff. de leg. 2. & d. §. quanquā. vbi bene probatur tota hæc diſtinctio circa prædicta verba, hancq. diſtinctionem ex Ant. de Butr. vbi ſupra ſequitur Mar. Soc. in cap. 17. dilecti. ſub num. 31. quæſt. 7. ibi, ſed

129 dominus ant. de for. compet. † ſed Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. ſub nu. 38. motiuando in effectu pro exemplificatione contra Bar. ita diſtinguit. Aut quis promittit ſoluere vbicunque placuerit creditori, & tunc exemplificatio contra opin. Bartoli eſt vera, quòd poſſit conueniri etiam extra domicilium vbicūque fuerit repertus. Aut promiſit, vt poſſit cōueniri vbicūque placuerit creditori, & tūc vera eſſet opinio Bar. contra exemplificationem; ſed Bar. loquitur in primo memb. præcedenti, ideoq. contra eum indiſtinctè tendit hoc motiuum, & ratio ſecundum Iaſ. eſt, quia non magis eſt conſiderandum verbum (placuerit) quàm verbum, cui adiungitur; nam ſi adiungitur verbo (ſoluere) ſequitur naturam verbi ſoluere, cui conuenit, vt vbique poſſit conueniri; ſi verò adiungitur verbo (conueniri) ſequitur eius naturam; cui conuenit, vt non poſſit conueniri extra propriū domicilium, ſed hæc doctrina non eſt conſtans, quia ſpectanda eſt natura verbi (placuerit) & meritò de hoc ipſo motiuo dubitat ipſemet Iaſ.

130 Quid dicendum in iſto articulo, in quo ſunt non ſolum multæ varietates, & Ant. de Butr. intricatè proceſſit, vt ſcribit Abb. in d. cap. 1. ſub num. 23. propè principium, de iudic. ſed in tota materia huius decimæ reſtrictionis, & in eius exemplificationibus, de quibus ſupra nu. 103. & ſeqq. Doct. nimium perplexè, & non ſolum inuicem, ſed quandoque ſibi ipſis contrarij ſcripſerunt, & Abb. ipſe non multò minus intricatè locutus eſt; imò videtur magis intricatè, quia But. apertius, quàm Abb. declarat eiuſmodi arbitrium, & nos non omnia eorum dicta poſſumus euacuare?

131 Breuiter concludo cum Bar. contra exemplificationem, quia verbum (placuerit) ſonat in arbitrium boni viri, vt in ll. allegatis. Dico vlterius, quòd ſi vera eſſet exemplificatio, vt conueniri poſſet alio in loco extra domicilium, tamen non poſſet, niſi in illo alio loco eſſet inuentus, per ea, quæ dixi ſupra num. 107. exempl. 2.

132 Exemplifica quarto, quando quis promitteret ſoluere Florentiæ, Senis, Bononię, & alibi vbicunque fuerit inuentus, quia tunc in omnibus locis expreſſis, & in æquè diſtantibus à loco, vbi eſt facta promiſſio, poterit conueniri, ſi in eo loco inueniatur; ſed non poterit conueniri in loco diſtantiori, Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 37. ibi, hoc puto maximè. & apertius Abb. ſub n. 23. ibi, ſi vero aliqua loca ſint expreſſa &c. verſ. ſecundo prædicta. ibi, ſecus verò vbi. de iudic. Roman. conſ. 180. ſi admittimus. ſub num. 9. Iaſ. in l. ſi conuenerit. ſub num. 44. ibi, ſecundo intellige. ff. de iuriſd. omn. iud. Felyn. in cap. 15. ſedes. ſub num. 3. paulò ſupra finem, ibi, & ideo abb. poſt butr. &c. de reſcript. & quòd exiſtens Senis, & promittens ſoluere Florentię, Mediolani, & vbique locorum, poſſit conueniri in quolibet iſtorum locorū, & etiam in omnibus alijs locis ſimiliter non diſtantioribus, ſcribit in effectu Mar. Socc. in cap. 17. dilecti. ſub num. 30. quæſt. 6. de for. compet.

133 Confirmatur primo hæc exemplificatio, quia clauſula generalis reſpectu perſonarum & rerum, addita in reſcripto commiſſionis cauſæ, non extenditur ad perſonas maiores, & digniores, neque ad res, maiores expreſſis in reſcripto, d. cap. ſedes. de reſcript. & clauſula generalis, addita in mandato procuratoris ad cauſas, ſeu negotia, non extenditur ad grauiora expreſſis, clemen. 2. non poteſt. de procur. & latè exornat Felyn. in d. cap. ſedes. num. 3.

134 Confirmatur ſecundo, quia ſi Rex vendidit terram cum quibuſdam fructibus regalibus

bus expreſſis, adiecta clauſula vniuerſali (& quibuſcunque alijs iuribus regalib.) non veniunt iura regalia, maiora expreſſis, Rom. conſ. 271. vis tota. num. 2. & Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 45. verſ. ſecundo moueor.

135 Confirmatur tertio, quia ſi teſtator mandat ſolui debita certis creditoribus huius ciuitatis cum clauſula (& quibuſcunque alijs creditoribus) intelligitur eiuſdem ciuitatis, Oldrad. conſ. 8.

136 Confirmatur quarto, quia licet renunciatio generalis omnium caſuum fortuitorum, facta in iudicio ab eo, qui promiſit ſiſtere in iudicio, non valeat; tamen ſi ſit facta de quibuſdã caſibus ſpecialiter, & addita ſit clauſula generalis renunciationis, renunciatio tenet quoad caſus expreſſos, & quoad caſus minores, & quoad non maiores expreſſis, Gul. de Cun. quem citat, & ſequitur Bar. in l. 4. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſub num. 2. & num. 3. in fine, ff. ſi quis caut.

137 Confirmatur quinto, & generaliter, quia verba generalia, indefinite prolata, recipiunt intellectum à verbis ſpecialibus, l. 10. quoties. & ibi Bal. ſub num. 1. in ſecundo notab. C. fam. erciſc. & clauſula generalis determinatur per ſpecialem præcedentem, vt ibidem notat Bar. in ſumm. nam ſequentia declarantur ex præcedentibus, & præcedentia ex ſequentibus, Surd. conſ. 179. num. 56. lib. 2. & ſequens diſpoſitio certa reſtringit præcedentem dubiam, Surd. eod. conſ. 179. num. 61. & quæ trahi poſſunt ad varium ſenſum, declarantur per ſequentia, & vbi præcedentia ſunt generalia, & obſcura, & verò, quę ſequuntur, ſunt determinata, tunc præcedentia declarãtur à ſequentibus, Surd. conſ. 243. contractus. num. 4. & conſ. 298. licuiſſe. nu. 20. eod. lib. 2. & à primordio tituli poſterior formatur euentus, l. vnica, in fine, C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.

Confirmatur ſexto ex pluribus alijs, congeſtis per Felyn. in dicto cap. ſedes. ſub nu. 3. de reſcript.

138 Contrarium, quòd imò poſſit debitor cõueniri etiam in locis diſtantioribus, tenet Imol. in dicto cap. 1. num. . de iudic. dicens, quòd ſi clauſula eſt indefinita, vt puta promiſit ſoluere Bononiæ, Florentiæ, & alijs in locis, tunc eſt vera exemplificatio; ſecus ſi adeſſet clauſula generalis, nempè (& in quibuſcunque alijs locis) quia tunc poſſet conueniri etiam in locis remotioribus, & videtur ſequi Alex. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 12. verſ. quid ſi promitto. ff. de iurſd. omn. iud.

139 Retenta exemplificatione, quæ eſt communis, & magis probabilis.

Declara primo eam, vt diſtantia æqualis conſideretur non à quolibet locorum expreſſorum, ſed ſolum à loco, vbi concepta eſt promiſſio; quare ſi tu in Ciuitate Senarũ promittis ſoluere mihi Senis, Florentiæ, Bononię, & vbicunque locorum, vbi fueris inuentus, vt dixi ſupra num. 104. & Bononia diſtat à Senis octuaginta miliaribus, ego poſſum te conuenire in quolibet loco diſtãti circumcirca à Senis per octuaginta miliaria, ſed non in loco magis diſtanti, & proinde potero te conuenire Viterbij, Peruſij, Lucæ, & ſimilibus, ſed non potero te conuenire Mediolani, Neapoli, & ſimilibus, quamuis hæc loca non diſtarent à Bononia magis, quam Bononia diſtet à Senis, quia diſtantia ſumi debet à Senis, vbi contractus promiſſionis verè eſt celebratus.

140 Infero ex hac declaratione, reijciendam eſſe Decij diſtinctionem in dicto cap. 1. ſub num. 157. de iudic. in prima lect. & in l. ſi conuenerit. ſub num. 34. & ſeqq. in 2. caſ. ſecundi caſ. princip. ff. de iuriſd. omn. iud. dum, concordando contrarietatem, inquit, quòd ſi locus, non expreſſus, eſt inſolitus, itaut de eo partes veriſimiliter non debuerint cogitaſſe, tunc, inquit, non poterit eo in loco conueniri, & conſequenter infero etiam, reijciendam eſſe eiuſdem illationem; dum ait, quòd qui Piſis contraxerit, & promiſerit ſoluere Florentiæ, Senis, & vbicunq. locorum, poterit conueniri etiam Romę, Mediolani, & Venetijs.

141 Declara ſecundo, vt quamuis locus, diſtans à Senis, & non expreſſus, diſtaret tantiſper magis, quàm alij expreſſi, tamen adhuc poſſem te conuenire eo in loco, quia illa paulò maior diſtantia non conſideratur; tum quia de modicis non curat Prętor; tum quia vix circum circa inuenientur Ciuitates, & loca, omnino æquè diſtantia; & propterea ex veriſimili contrahentium mente hæc loca, etſi aliquantulò diſtantiora, comprehenduntur; & ab hac declaratione non videtur diſcrepaſſe Felyn. in d. cap. 15. ſedes. ſub num. 3. paulò ſupra finem, de reſcript. dicens, quòd potero conuenire etiam alibi, non tamen in loco valde magis diſtanti, quàm diſtent loca expreſſa.

142 Subdeclara hanc declarationem, vt quę dicatur

Digitized by Google

dicatur in hoc propoſito paulò maior diſtantia, relinquatur prudenti iudicis arbitrio.

143 Declara tertio, vt citra difficultatem comprehendantur loca, minus diſtantia, vt ſentiunt expreſsè ij omnes, quos citauimus ſupra nu m.132.in exemplificatione.

144 Declara quarto, vt ſi quis promiſerit ſoluere copulatiuè duobus in locis, puta Florentiæ, & Bononiæ, poſſit vtroq. loco conueniri, ſed pro medietate in vno loco, & pro alia medietate in alio loco, quia intelligitur diuiſa obligatio, & ſic deinceps, vt ſi in tribus locis, tunc vna tertia pars ſoluatur in quolibet loco, & ſi in quatuor, quarta pars, l.3. non vtique.§. ſi quis ita ſtipuletur.il primo, & ibi Paul.de Caſtr.nu.1.ff. de eo quod cer.loc.& Mar.Soc.in cap. 17.dilecti.nu. 29. quæſt.5.de for.compet.

Confirmatur hęc declaratio ex his, quæ ſecutus ſum infra gl.14.q.22. num.5.& 14.

145 Subdeclara, reſtringendo hanc declarationem, vt non procedat, quando eſſet addita clauſula generalis (& vbicunque fuerit repertus) quia tunc poteſt conueniri in quolibet loco ad ſoluendam totam ſummam, vnica ſolutione ſufficiente, & ratio eſt, quia alias obligatio redderetur inſipida, & eluſoria, cum debitor poſſet dicere creditori, tu potes me inuenire in quolibet loco, ergo obligatio eſt diuidenda inter omnia loca, Paul de Caſtr. in dicta l. 3. §. ſi quis ita. ſub num 2. ff. de eo quod cer. loc. & hanc eſſe communem opin. teſtatur Mar.Soc. in dicto cap. dilecti. ſub num. 30.q. 6. licet poſtea loquatur inconſtanter, & obſcure.

146 Declara quinto, vt promiſſor tũc poſſit cõueniri vbique locorum ex expreſſis, quando loca ſunt expreſſa copulatiue, vt in exemplificatione; ſecus ſi ſint expreſſa alternatiue, puta promiſit ſoluere Mediolani, vel Pariſijs, quia tunc non poteſt vtrobique conueniri, ſed vno in loco ſolo ad electionem creditoris, l.3.non vtique.& ibi Paul. de Caſtr. num.1. & 2. ff. de eo quod cer. loc. & Mar. Soc. in d.cap.17. dilecti. num. 28. quæſt. 4. de for. compet. quia in electione debitoris eſt quid debeat, & ideo in ſummis, ſeu alijs rebus alternatiuè debitis, ad eum ſpectat electio; ſed an ſit debitor, ſeu an debeat, non eſt in eius electione: at ſi ad eum ſpectaret electio loci, vtique eſt ac ſi ad eum ſpectaret electio, an ſit debitor, quia cum eſſet conuentus vno in loco, diceret, ſe velle conueniri in alio, & ſic poſſet ſemper in infinitum variare, ſaltem ſemper ante litem conteſtatam, d. l.3.& ibi latè Paul.de Caſtr. ſub num.2.4.& 5.

Hæc ratio mihi non ſatisfacit, ſed quia eſt allata à lege, taceo.

147 Subdeclara hanc declarationẽ, vt quãuis electio loci pertineat ad creditorẽ, vbi velit cõuenire, vt in declaratione; tamen debitor ante litẽ conteſtatã poteſt ipſe eligere locũ, vbi vult ſoluere; ſed non per hoc, quia eligit locum, poteſt euitare condemnationem, nec ſolutionem, faciendam in loco, vbi creditor iudicium inſtituit, quia adhuc cogitur ſoluere in loco, vbi creditor cœpit agere, ſed habebitur ratio intereſſe debitoris, ac ſi ſolueret alio in loco, quàm in loco debito: quòd ſi lis ſit conteſtata, tunc cogitur ſoluere in loco, vbi actor cœpit agere, nulla habita ratione intereſſe debitoris, Paul. de Caſtr. in dicta l. 3. ſub num. 6. ibi, tu autem conuentus. ff. de eo quod cer. loc. & Mar. Soc. in dicto cap. dilecti. ſub num.28. q.4.

148 Exemplifica quinto, quando quis promittit reſpondere in quolibet loco de tota, ſeu de tanta pecunia, quia tunc verbum (reſpondere) exponitur pro verbo (ſoluere) & conſequenter poterit is conueniri in quolibet loco fuerit inuentus, per ea, quæ dixi ſupra num. 104. in prima exemplific. & ita intelligas mutilatam in libro meo diſtinctionem, quam tradit Paul.de Caſtr. in l. ſi conuenerit.ſub num.5. ff. de iuriſd. omn. iud. quem referunt, & ſequuntur ibidem Alex. num. 16. & Dec.in cap. 1. num. 170. de iudic. in prima lect. ſecus ſi promiſit ſimpliciter reſpondere, quia tunc intelligitur pactum non de ſoluendo in quocunque loco fuerit inuentus, ſed, vt poſſit conueniri in quocunque loco, vbi fuerit repertus; ſicque eſt pactum de prorogandа iuriſdictione, in quo pacto eſt locus pœnitentiæ ante litis conteſtationem, Abb.in d.cap.1. num.23. verſus finem, & Dec. num. 169. & Alex. in dicta l. ſi conuenerit. num. 17. & dixi infra num. 154. & ita tenet etiam Spec. tit. de compet. iudic.adit.initio, num. 20. verſ. quid ſi ſit pactum.in fine, ſol.17.

149 Confirmatur hæc ſecunda pars huius exemplificationis, tum quia, niſi verbum (ſoluere) & verbum (reſpondere) eſſent diuerſa, non poneretur vtrumque alternatiuè in cap. 17. dilecti.de for. compet.ſi quidem alternatiua (vel) ponitur inter diuerſa, Iaſ. in l.penult. ſi quis. num.3.in quarta ponderatione.

ratione. C. de pact. tum quia alterum eſſet ſuperfluum, hacque confirmatione aduerſus Alex. ſupracitatum, vſus eſt Iaſ. in dicta l. ſi conuenerit. ſub num. 37. & in dicta l. penult. ſi quis. ſub num. 12. verſ. tu aduerte. C. de pact.

150 Contra hanc exemplificationem, ſeu verius contra ſecundam eius partem, dum dicit, quòd promittens reſpondere ſimpliciter, non intelligitur promittere ſoluere, tenet Bal. in l. 14. eam quam. paulò ſupra num. 1. *in illis verbis ibi, reſpōdere idest ſatisfacere.* C. de fideicom. quem ſequuntur Paul. de Caſtr. in l. 3. non vtique. §. ſi quis ita. num. 3. verſ. quid autē. ff. de eo quod cer. loc. & Alex. in l. penult. ſi quis. num. 7. C. de pact. inquit Bal. quòd ille, qui promittit reſpōdere certo loco, promittit ſoluere; non enim, inquit, intelligitur de reſponſione contradictoria, ſed de executiua, quia non intereſt ſtipulatoris apponere pactum contradictorium, ſed ſatisfactorium; alioquin tanquam fatuus loqueretur contra ſe ipſum.

151 Comprobatur hæc contraria opinio, hacque comprobatiōne diluitur confirmatio adducta pro exemplificatione, quia mercatores eum, qui eſt ſoluturus litteras cambij, vocant *vt plurimum*, correſpondentem, ſeu reſpondentem, vt patet ex his, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 5. num. 83. in pluribus illius num. locis, & §. 6. gl. 1. num. 10. & ſub num. 60. verſ. primus. & loquendō de ſolutione, facienda à debitore, ſolemus in communi vſu loquendi dicere (riſponder al ſuo tempo) & ab hac comprobatione non diſcrepat Iaſ. vti ſibimet contrarius, in locis ſupra proxime citatis, dicens, quòd iuxta morem mercatorum quis dicitur ſoluere quando actualiter ſoluit per ſeipſum, & reſpondere dicitur, quando facit ſolui per alium per litteras cambij.

152 Non diſcedo ab hac contraria opinione tum ob rationem, qua mouetur Bal. ſupra relatus, tum quia ita colligitur ex textu in dicto cap. dilecti. ſi quidem illam alternatiuam (vel ſoluere) poſſumus ſumere pro dictione expoſitiua (idest ſoluere) vt patet ex l. 2. ff. ad l. aquil. ibi (quadrupedem, vel pecudem) & ibi Gl. & Alex. in l. 1. num. 8. ff. de iuriſd. omn. iud.

153 Exemplifica ſexto, quando quis fecit pactum, vt poſſit conueniri vbique locorum, quia eſt, ac ſi promiſiſſet ſoluere vbique locorum, Fulgoſ. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. penult. ſi quis. C. de pact. hancque exemplificationem ſeruari in Curia Romana in inſtrumentis, quę ibi fiunt, teſtatur Paul. de Caſtr. vt retuli ſupra lib. 1. cap. 22. ſub num. 27. & cap. 101. num. 30.

154 Contra hanc exemplificationem, faciendo differentiam, an quis promittat ſoluere vbique locorum, vt tunc poſſit conueniri vbicunque fuerit inuentus, vt ſecutus ſum ſupra num. 107. an verò promiſerit, vt poſſit conueniri vbique locorum, vt tunc, hac promiſſione non attenta, non poſſit conueniri alibi, quàm in loco domicilij, & in loco originis, ſi ibi ſit repertus, & proinde hoc pactum, ſeu promiſſio nihil valeat, quia promiſſor poterit ſe pœnitere ante litis conteſtationem; probatur ex l. 18. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. & tenent ibi Bar. ſub num. 4. &, reprobato Fulgoſio, Alex. ſub nu. 15. & Iaſ. num. 36. & 37. Paul. de Caſtr. in l. penult. ſi quis. ſub num. 6. & Alex. ſub num. 6. verſ. in gl. in verbo. C. de pact. dicens, quòd licet debitor in inſtrumento dixerit, quòd vult poſſe conueniri Florentiæ, Bononiæ, & vbique locorum, tamen, hoc non obſtante, ſi fuerit conuentus Florentiæ, poterit declinare forum, & ibidem Iaſ. num. 12. verſ. item adde. & de opinione communi teſtantur Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. in locis ſupra proximè citatis, & adde quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 22. num. 26. & 27. & cap. 101. num. 30. vbi habes quid ſeruetur in Romana Curia, & præſertim in Tribunali Auditoris Cameræ.

Diſtinguit in hoc puncto obſcurè, & mutilatè Spec. tit. de competen. iudic. adit. initio, ſub num. 18. verſ. circa hoc quæritur, lib. 2. fol. 18. dicens, quòd ſi feci tibi pactum, vt poſſis me conuenire coram quolibet iudice, Vber. ait, quòd ſi oppono exceptionem iudicij declinandi, non audior, ſi ſim laicus; ſecus ſi oppono exceptionem loci, & fori, & territorij, quia priuilegio fori renunciari non poteſt; quòd ſi in inſtrumento dictum fuerit, vt quolibet loco, & ſub quolibet iudice poſſim conueniri, & tu vis me conuenire ſub prorſus extraneo, Spec. dubitando, ait, forte admittetur exceptio mea.

155 Retenta communi contraria opinione.

Ad text. in cap. 17. dilecti. de for. compet. & l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cer. loc. in quibus Fulgoſ. fundat exemplificationem, reſpondet Alex. in dicta l. penult. ſi quis. ſub

X num.

num.6. & ad d.cap.dilecti.patet etiã reſponſio ex his, quæ ſcripſi ſup.nu.150.& 152. vltra quod Fulgoſ. non reſpondet textui in d. l.ſi conuenerit.quæ probat contrariam opin. neque dari poteſt reſponſio, teſtibus Paul.de Caſtr.& Alex.in locis ſup.prox. citatis.

Ad rationem, quam adducit idem Fulgoſ. & ex eo refert Paul.de Caſtr. in loco ſupra prox.citato, dicens, quòd qui vult poſſe conueniri aliquo in loco, videtur tacitè promittere, illic ſe ſoluturum, cum ſolutio ſit faciẽda vbi petitur, item quia ſicut ratione collatæ ſolutionis in aliquo loco poteſt in illo loco conueniri, licet de conuentione nihil ſit dictum, quia venit in conſequentiam, ita etiam è conuerſo, ſi fiat mentio de conuentione, ſufficit, licet de ſolutione nihil ſit dictum.

Reſp. quòd prorogatio iuriſdictionis non tenet, ſi fiat directò, per ea, quæ dixi ſup.ſub num.28.& tamen tenet, ſi fiat indirectò, & in conſequentiam, vt dixi ſup.nu.103.& ſeqq. vnde cum is, qui vult, poſſe conueniri vbiq; locorum, velit directò prorogare iuriſdictionem iudicis non ſui, non tenet prorogatio; ſed è conuerſo, cum quis vult ſoluere vbique locorum, non proroget directò, ſed veniat in conſequentiam, tenet prorogatio.

156 Amplia hanc contrariam opin. vt clarius procedat, quando quis promittit litigare Bononiæ, Florentiæ, & vbique locorum, quia non videtur in illis locis cõtraxiſſe, nec propter hoc videtur prorogata iuriſdictio illorum locorum, Paul.de Caſtr. in l.3.nõ vtique. §.ſi quis ita.ſub n.2.ff.de eo quod cer. loc.

157 Tempera eandem contrariam opin. cum iiſdem reſtrictionibus, quibus concluſionem, poſitam ſup.nu.28.reſtrinxi nu.35.76.82.& ſeqq. quia in effectu pactũ, quòd quis poſſit conueniri vbique, eſt pactũ, quòd poſſit conueniri coram iudice non ſuo; quia ſicut hoc pactum tenet, quando pactũ eſt iuratũ, quando eſt vallatum ſtipulatione, & alijs caſibus, de quibus copioſè ſcripſi ſup.dictis num.35. 76.82.& ſeqq. ita etiam tenet hoc, vt poſſit conueniri vbique, quando eſt iuratum, ſeu vallatum ſtipulatione.

Abſolutis exemplificationibus huius decimæ reſtrictionis poſitæ ſupra num. 103.

158 Extende primo exemplificationes, poſitas ſupra num.104. 107. 123. 132.148.& 153. in quibus diximus, debitorem poſſe conueniri in loco deſtinatæ ſolutionis, vt ſi promiſerit eo in loco ſoluere ſub certa pœna; ſeu ſub promiſſione tanti intereſſe, & non ſoluerit, poſſit in eodem loco deſtinatæ ſolutionis conueniri pro pœna, ſeu intereſſe promiſſo, per ea, quę latè diſputando articulum, de quo ſupra num.81. ſubdeclar. 2. firmat Dec. ibidem citatus in cap.1.num.121. in fine, verſ. ſed tamen. de iudic. in 1. lect. reiectis, quæ prius adduxerat in contrarium, num. 119. in fine, & præſertim ſub num. 121. & quòd is, qui poteſt pro debito principali conueniri in loco deſtinatæ ſolutionis, ſeu in loco contractus, poſſit eodem in loco conueniri, etiam pro acceſſorijs, ſcribit idem Dec. in l.18.ſi conuenerit.ſub num. 31. in 3.concluſ. ff. de iuriſd.omn.iud.

Pro explicatione huius extenſionis, in qua Doct. videntur confusè loquuti, diſtinguo duos caſus.

Primus caſus eſt, quando ſupponimus, prorogantem poſſe pœnitere, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num.78. ſed in caſu pœnitentię teneri ad pœnam, ſeu intereſſe, quia ſit vel promiſſum, vel debeatur ex diſpoſitione legis: & iſto caſu dico, quòd ſicut ille iudex non ſuus eſt incompetens, & prorogatio non tenet in principali promiſſione; ita etiam eſt incompetens, & non tenet prorogatio in intereſſe, quod eſt acceſſorium: nulla enim ratione ſuaderi poteſt, vt conſenſus expreſſus poſſit reuocari, & id, in quo non apparet conſenſus, præſumatur conſenſus, & non poſſit reuocari; quare iſto caſu communis opinio non procedit.

Secundus caſus eſt, quando ſuponimus, prorogantem non poſſe pœnitere, ſed tamen quia promittens deficit in promiſſione, tenetur loco rei promiſſæ ad pœnam, vel ad intereſſe: & iſto caſu videtur admittenda difficultas, an promiſſor poſſit pro pœna, ſeu intereſſe conueniri in eodem loco, in quo poterat conueniri pro re principaliter promiſſa, & dico, quòd ſic, & ita procedit communis opinio, & quod ſcribit Dec.ſup. citatus.

159 Extende ſecundo, vt poſſit conueniri in loco ad quem eſt deſtinata ſolutio, etiam ſi in loco, ex quo deſtinauit, eſſet viator; puta, quia dum erat Viterbij per tranſitum, fecit ibidem contractum, in quo ſe obligauit ſoluere Mediolani, quia iura, & auctoritates, quæ dicunt, quòd quis ſortiatur forum in loco deſtinatę ſolutionis, non faciunt differentiam, an in loco, in quo quis formauit contractum, eſſet viator, & de proximo

receſſu-

receſſurus, an verò eo in loco haberet ſtationem, vel tabernam, aut pergolam, ſecundum aliqua, quæ ſcribit Mar. Soc. in cap. 17. dilecti filij. num. 18. quæſt. 11. de for. comp.

Ad huius extenſionis materiam vide quæ ſcripſi infra num. 164. & ſeqq.

160 Subreſtringe primo eandem decimam reſtrictionem cũ ſuis exemplificationibus poſitis ſupra num. 103. & ſeqq. dum diximus, debitorem poſſe aliquibus caſibus conueniri coram iudice non ſuo, ſi in eo loco, in quo conuenitur, reperiatur, vt non procedat, ſi eo in loco fuerit caſu, per tranſitum, vel nauigando, vel tempore peſtis, Iaſ. in l. 18. ſi conuenerit. num. 43. verſ. quarto in quantum. ff. de iuriſd. omn. iud. & eſſe opin. communem teſtatur, & ſequitur Dec. in cap. 1. num. 168. verſ. quinto non procedit. de iudic. in prima lect.

Quamuis contrarium velit Imol. in l. cum res. ff. de leg. 1. motus ea ratione, quia potuit promittens cogitare, eumq. inconſtanter refert Alex. in d. l. ſi conuenerit. num. 11.

161 Subreſtringe ſecundo, vt quamuis debitor poſſit conueniri in loco deſtinatæ ſolutionis, quia ibi fingitur debitor contraxiſſe, vt dixi ſupra num. 104. & ſeqq. & in modo procedendi ſeruentur ſtatuta, conſuetudo, & ſtylus eiuſdem loci, in quo conuenitur, per ea, quæ dixi lib. proximè præced. cap. 2. num. 561. & 652. & cap. 3. nu. 274. tamen quoad ordinationem contractus, & deciſionem cauſæ attenditur locus, in quo verè eſt celebratus contractus, Abb. in cap. vlt. ſub num. 30. de for. compet. Dec. in l. 18. ſi conuenerit. num. 32. ibi, & prædicta concluſio. ff. de iuriſd. omn. iud. Boſch. Codech. in cap. 1. num. 149. in fine, & num. 150. de iudic. inter Repeten. tom. 3. fol. 39. & ſcripſi eodem libro præced. cap. 2. num. 653. & ſub num. 655. verſ. confirmatur. & ſupra lib. 1. cap. 101. ſub num. 30. verſ. quæro quid. in alia futura impreſſione.

162 Infero ad tollendas difficultates circa præmiſſas exẽplificationes, dũ volumus, debitorẽ poſſe conueniri vbique locorũ, addendam eſſe in inſtrumento clauſulam, ſub iſta, vel ſimili forma, quòd debitor promiſit ſoluere in prędictis locis expreſſis, & alibi vbicunque fuerit inuentus, etiam in loco diſtantiori, & in locis diſtantioribus, & diſtantiſſimis, cogitatis, & incogitatis, aut penitus inopinatis, Mar. Soc. in cap. 17. dilecti. ſub num. 30. quęſt. 6. de for. compet. vel ſub iſta ampliori formula (promiſit ſoluere dictam pecuniam totam, & integram Bononiæ, Florentię, & vbique locorum, ſiue in illis reperiatur, ſiue non, quia in omnibus, & ſingulis promiſit ſe repræſentare ad omnem requiſitionem creditoris, ſiue illa loca ſint remotiora expreſſis, ſiue non, ſiue ibi eſſet cauſa ſuſpicionis, ſiue principaliter reperiatur, ſiue per tranſitum, vel nauigando, & renunciat omnibus legibus, exceptionibus, & ſpeciali priuilegio fori, & omnibus ſaluis conductis, tàm impetratis, quàm impetrandis, & prędicta omnia iurauit, &c.) Iaſ. in l. 18. ſi conuenerit. num. 48. ff. de iuriſd. omn. iud.

163 Reſtringe vndecimo (& pendet à decima præcedenti poſita ſup. n. 103.) vt non procedat, ſi prorogaretur, cõtrahendo in loco alieno, quia hęc prorogatio irreuocabiliter teneret, Dec. in l. 18. ſi conuenerit. nu. 22. ff. de iuriſd. omn. iud. & in cap. 1. n. 171. de iudic. in 1. lect. vbi enim fit contractus, ibi contrahens ſortiri poteſt forum, vt dixi ſup. n. 116. & quòd ſi aliquis contrahit in vno loco, neque aliud dicit, ſed ſimpliciter promittit, ſe ſoluturum, vel facturum, iſte talis poſſit conueniri in loco contractus, & etiam in loco domicilij, quia forum domicilij concurrit cum quolibet alio foro, & quando haberet plura domicilia, poſſit in quolibet conueniri, ſcribit Mar. Soc. in cap. 17. dilecti filij. nu. 7. quæſt. 1. de for. compet.

Extende hãc reſtrictionem, vt licet is, qui conuenitur ratione loci contractus, vt in hac reſtrictione, vel ratione loci commiſſi delicti, vt dixi ſupra limit. 1. num. 43. vel ratione deſtinatæ ſolutionis, vt dixi in hac eadem limit. ſup. num. 104. 109. & 122. neget, ſe in eo loco contraxiſſe, deliquiſſe, aut deſtinaſſe ſolutionem, & ideo opponat declinatoriam fori, & actor, ſeu accuſator tunc non doceat de prędictis qualitatibus, quę facerent iudicem eſſe competentem, tamen quoad fundandam iuriſdictionem ſufficit ſola eius aſſertio in libello, ſed poſtea, ſtante rei negatione, debet pręmitti cognitio ſummaria de veritate prædictarum qualitatum, vt ſcripſi ſupra gl. 4. q. 6. num. 55. & 58.

Confirmatur tota hęc declaratio ex his, quę ſcripſi ſupra limit. 1. num. 20. & lib. proximè pręced. cap. 9. num. 79.

164 Subreſtringe hanc reſtrictionem, vt non procedat quando quis contrahit tanquam viator, & immediatè receſſurus, quia tunc non ſortitur forum loci contractus, & ideo, vt poſ-

vt poſſit ibi conueniri ratione contractus, requiritur quòd ibi poſuerit ſtationem, aut pergolam, ſeu tabernam, aut quid ſimile; quamuis non habeat animum contrahendi ibi domicilium, Ant. de Butr. in cap. vlt. num. 13. verſ. ad ſecundum. de for. comp. Franch. in cap. 1. §. nec etiam. num. 2. de for. comp. in 6. & Mar. Soc. in cap. 17. dilecti. ſub nu. 18. q. 11. de for. compet. quare licet ab eo loco diſcedat, & poſtea ad illum reuertatur, tamen ibi cõueniri nõ poteſt, Franch. vbi ſup.

165 Declara primo hanc ſubreſtrictionem, vt procedat, quando contrahens cum viatore, ſciebat ſaltem probabiliter, illum eſſe viatorem, vt puta quia iſte viator erat cum capello, vſatis, calcaribus, & ſimilibus ad modum aduenæ, vel viatoris, & non apparebat, eo in loco habere pergolam, ſeu ſtationem, Ant. de Butr. vbi ſupra: ſecus ſi hoc probabiliter ignorabat, Franch. in d. §. nec etiam. num. 5. limit. 5. quia eiuſmodi probabilis ignorantia ei obeſſe non debet, & in dubio præſumitur ignorantia, ſi ille viator nullum habebat ſignum peregrinationis, ſeu itinerationis, & multò magis ſi incedebat tanquam ciuis, vel mercator, aut aliquam haberet pergolam, ſeu ſtationem, quia tunc ipſe viator fuiſſet in culpa, non pandendo perſonam ſuam, quòd eſſet viator, Ant. de Butr. & Mar. Soc. in locis ſupra proximè citatis.

166 Declara ſecundo, vt non procedat, quando res, quæ contractabatur, erat talis, vt hinc inde adimpleretur contractus, tradendo ſtatim rem, & recipiendo tunc pretium, vt puta ſi à viatore emeretur, vel venderetur equus, quia emendo tenetur ſtatim ſoluere pretium, & vendendo tenetur ſtatim tradere rem venditam, quia iſto caſu viator poteſt in loco contractus conueniri, quamuis contraxerit, vt viator: ſecus ſi res, quæ contractatur, eſſet talis, vt contractus veriſimiliter tunc adimpleri non deberet, quia iſto caſu ſi contraxit, tanquam viator, non poſſet eo in loco conueniri, Ant. de Butr. in d. cap. vlt. ſub num. 13. verſ. ad ſecundum. de for. compet. Mar. Soc. in d. cap. dilecti. num. 19. in 2. limit. eod. tit. & Franch. in cap. 1. §. nec etiam. num. 4. limit. 4. de for. compet. in 6.

167 Declara tertio, vt non procedat, quando viator accedit ad illum locum hac intentione, vt illic faciat contractum, & pro eò forum illic ſortiatur, quia iſto caſu poſſet illic conueniri, quamuis contraxerit tãquam viator, nam videtur deſtinaſſe implemẽtum contractus in illo loco, vt ex Petr. de Bellapert. in l. 1. ff. de in ius voc. refert Ant. de Butr. in cap. vlt. num. 13. verſ. ad ſecundum. in fine, de for. compet. & ex eis refert, & ſequitur Mar. Soc. in cap. dilecti. num. 21. limit. 3. eod. tit. ſed quia lectura Petri de Bellapert. in d. l. 1. non eſt impreſſa, eam non potui videre.

168 Exemplifica hanc declarationem, quando contrahentes recedunt de loco, vbi ſoluetur gabella, & eunt ad contrahendum in loco, vbi non ſoluitur gabella, Mar. Socc. in loco ſupra proxime citato.

169 Declara quarto, vt non procedat, quando viator contrahit in loco, vbi de iure communi potuiſſet cõueniri, ſed ex priuilegio poteſt illum forum declinare, quia tunc licet in eo loco cõtrahat tanquam viator, tamen poteſt in eo conueniri, quia facilius tollitur priuilegium, quàm habitus iuriſdictionis, Ant. de Butr. in d. cap. vlt. nu. 13. verſus fin. ibi, hæc vera quando. quem ſequitur in hoc, ſed non in illatione, ſeu exemplo, Mar. Soc. in d. cap. dilecti. num. 22. limit. 4. de for. compet.

170 Reſtringe duodecimo, vt non procedat, quando partes promittunt ſiſtere in iudicio, & parere mandatis Curiæ, quia iſto caſu non eſt licitum pœnitere, & ceſſat dicta l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. cùm per talem contractum ſic promittens fiat ſubditus non ſolum illius iudicis, ſed etiam illius fori quoad illam cauſam, vt diſputando, videtur firmaſſe Ioan. Andr. ſeu verius Bald. ad Spec. tit. de reo. in rubr. verſ. qui promittit. in verſ. eſt & alia ratio. in fin. lib. 1. fol. 73. quem referunt, & ſequuntur Iaſ. in d. l. ſi cõuenerit. n. 24. limit. 6. dicẽs, eſſe pulchrã limitationẽ, quamuis non ſit forti ratione comprobata, & Dec. in cap. 1. n. 145. fall. 10. de iudic. in 1. lec.

171 Reſtringe decimotertio, vt non procedat, quando fuerit renunciatũ d. l. ſi conuenerit. ideſt, facultati pœnitẽdi, quia tũc tenet prorogatio, & ceſſat d. l. ſi conuenerit. Alber. in ead. l. ſi conuenerit. q. vlt. Iaſ. num. 25. limit. 7. ff. de iuriſd. omn. iud. idem Iaſ. in l. penult. ſi quis. ſub nu. 11. verſ. hinc pulchrum. & verſ. teneo primã. C. de pact. Dec. in cap. 1. ſub n. 142. limit. 8. de iudic. in prima lect.

Priuſquam hanc examinemus reſtrictionem duo admoneo.

Primo cauendum eſſe à Bald. in l. ſi quis in conſcribendo. num. 2. in ſecunda oppoſit. C. de pact. dum inquit, quòd renunciatio beneficij fori ſtatim eſt efficax, quia cum quis renun-

renunciat, agitur de iuriſdictione validanda; videlicet, cum iuriſdictio erat in habitu, ſed, quia poterat declinari, remouetur obſtaculum per renunciationem, & de facili res redit ad ſuam naturam, & facilius tollitur priuilegium, quàm ius commune: nam ex his verbis clarè conſtat, Baldum loqui, quando quis promittit, non declinare iuriſdictionem iuxta terminos, in quibus locuti ſumus ſupra num. 30. verſ. ſecundum. qui termini ſunt clari, quòd renunciatio tenet irreuocabiliter. ſed termini huius reſtrictionis ſunt, quando quis renunciat, quia vult litigare coram iudice non ſuo, & in his terminis intelligo hanc reſtrictionem.

Secundo admoneo, hanc eſſe differentiam inter prorogationem, & non declinationem fori; quòd licet iuriſdictionis prorogatio per promiſſionem de ſoluendo Senis, Florentiæ, & Bononiæ, non habeat locum, niſi promittens reperiatur in illo loco, vt dixi ſupra num. 104. tamen ſecus eſt in non declinatione fori, quia licet is, qui promiſit non declinare forum, reperiatur alibi, tamen non poterit illic citari, ſi ſit extra territorium citantis; quòd ſi ſit intra eius territorium, poterit ad locum ordinarij citari, etiam ſi in eo loco non reperiatur.

Suppoſitis ergo his terminis, procedo ad diſcuſſionem reſtrictionis.

172 Confirmatur primo hæc reſtrictio, quia quilibet poteſt renunciare fauori, pro ſe introducto, l. 47. pactum. ff. de pact. l. 42. ſi iudex circumuento. ff. de min. 25. ann. cap. 16. ad apoſtolicam. de regular. & l. penult. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & ibi Cyn. num. 3. not. 3. Bar. initio, in vtraque lectura, Ant. de Butr. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 15. in prima reg. & num. 16. & Abb. num. 7. de for. competen. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 40. num. 1. qui omnes loquuntur in priuilegio fori, Vital. tract. de clauſ. rubr. quibus iuribus renunciari poſſit, num. 9. tom. 18. fol. 432. Rol. à Vall. tract. de dot. quæſt. 39. num. 13. tom. 9. fol. 367. Io. de Selua tract. de iureiur. par. 3. quæſt. 1. num. 57. tom. 4. fol. 352. Zaſ. tract. de fœud. par. 10. num. 92. tom. 10. part. 1. fol. 320. & in proprijs terminis noſtris loquitur d. l. ſi quis in conſcribendo. & eſſe regulam vulgatam, ad eamq. allegari tota die iſtam l. ſcribit Iaſ. in d. l. ſi quis in conſcribendo. num. 7. not. 7. C. de pact. & quòd iuri, & priuilegio non odioſo, ſed in alicuius fauorē inducto, poſſit ipſe renunciare, ſiue ſit de rebus ſpiritualibus, ſiue de temporalibus, ſiue ſit ius conceſſum collegio, & ordini, ſiue ſingularibus perſonis, & ad ius renunciatum non liceat redire, ſcribit argumentando Ioan. Andr. in cap. 27. ſcienti. ſub num. 4. de reg. iur. in 6.

173 Ratio huius regulæ eſt, quia in re propria quilibet eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata. C. mand. etiam in abutendo, Iaſ. vbi ſupra.

174 Confirmatur ſecundo, quia pacta ſunt ſeruanda, eadem l. ſi quis. C. de pact. l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact. & nulla eſt maior iuſtitia, quàm ſeruare pacta, quia verbum illud prolatum à Prætore (pacta ſeruabo) proceſſit de ore Dei, Bal. in rubr. in princ. de conſtitut. in decretal. & rumpere pacta graue eſt apud Deum, nedum apud homines, & nihil magis debetur hominibus, quàm pactorum obſeruantia, quæ eſt ſecundum naturalem rationem, ideoque pacto ligantur Papa, Imperator, & quilibet Princeps, vt exornando refert, & ſequitur Surd. deciſ. 260. dominus iudex. num. 12.

175 Contra hanc reſtrictionem videntur tenere Spec. tit. de compet. iud. adit. initio, ſub num. 18. verſ. circa hoc. lib. 2. fol. 18. & apertius Bal. in cap. 40. p. & g. ſub num. 16. verſ. ſed nunquid illi legi. de offic. & poteſt. iud. delegat.

176 Comprobatur hæc contraria opinio, quia iuri publico non poteſt renunciari, per ea, quæ ſecutus ſum infra nu. 201. exempl. 2. & ſeqq. & facultas, vt prorogans poſſit ſe pœnitere, eſt ius publicum, vt ſentit Bal. vbi ſupra. ergo.

Diſtinguit, & concordat Dec. in cap. 1. ſub num. 142. limit. 8. de iudic. in 1. lectura, vt renunciatio valeat ad hūc effectum, vt renuncians non vtatur pœnitentia, qua ſine renunciatione vti potuiſſet, hæc enim renunciatio reſpicit commodum priuatum, cui poteſt renunciari; ſed non valeat, ſi fieret ita, vt pœnitentia non haberet locum in caſu d. l. ſi conuenerit, quia cum hoc diſponatur à iure, non poteſt tolli, quia eſt ius publicum; quare ſicut quòd quis ex aliquo contractu efficaciter obligetur, pendet à poteſtate legis, & ideo licet quis vellet obligari efficaciter ex pacto nudo, tamen de iure ciuili non poſſet, & ſicut etiam partes facere non poſſunt, quod in contractibus innominatis non habeat locum pœnitentia, quia hoc eſt in poteſtate iuris ciuilis, à quo

cauſatur obligatio ciuilis,ita etiam partes nõ poſſunt facere, quòd in prorogatione iuriſdi. ctionis non habeat locum pænitentia, ideſt, non oriatur pœnitentia, quia hoc eſſet immediatè contra legem, quæ propterea offenderetur; ſed benè poſſunt partes nolle vti illa pœnitentia, quia hoc non eſt contra legem.

Confirma hanc diſtinctionem, ſeu doctrinam ex his, quæ ſcripſi infra num. 199.

177 Reſolutio huius controuerſiæ tota pendet à veritate illius articuli, de quo ſupra num. 172. an, & quando quis poſſit renunciare iuri, ſeu fauori ſuo, ideo de eo à nobis ita plenè tractari debet, vt certam, & ſecuram habere poſſimus huius controuerſiæ reſolutionem, & licet Gl. in Auth. vt ſine prohibitione matr. debit. & creditor. &c. §. quia verò. in verbo, ſenatuſconſulto. coll. 7. & omnes Canoniſtæ, tam antiqui, quàm moderni in cap. 12. ſi diligenti. de for. compet. & Legiſtæ in l. penult. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. latè tractent hunc articulum per varias doctrinas, & opiniones, licet etiam Gl. in d. l. penult. ſi quis. in verbo, antiqui. C. de pact. contra regulam illius l. volentis, quemlibet poſſe renunciare fauori, ſeu iuri, pro ſe introducto, enumeret formaliter ſex caſus, & deinde alios ſexdecim, qui in totum ſunt 22. in quibus non poteſt renunciare iuri pro ſe introducto, & latius Vital. d. rubr. quibus iuribus renunciari poſſit. ſub num. 1. & 2. & ſub num. 7. & ſeqq. tom. 18. fol. 431. & 432. licet demum Mar. Soc. in dicto cap. ſi diligenti. ſub num. 11. & ſeqq. not. vlt. diſtinguendo articulum in tria membra principalia, ordinatè, & latè more ſuo explicet; nos tamen, vt clarè articulum hunc explicemus, recenſebimus prius doctrinam, qua Doct. communiter vſi ſunt, diſtinguendo principaliter duo iura, & mox noſtram dicemus ſententiam.

Primum eſt ius naturale: & in iſto iure Gl. in d. l. penult. in verbo, antiqui. Cyn. num. 7. Bar. num. 3. Bal. & Salyc. nu. 4. Paul. de Caſtr. ſub num. 12. Iaſ. num. 14. C. de pact. Ant. de Butr. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 16. fallen. 1. Abb. ſub num. 7. & Mar. Soc. num. 13. de for. compet. & Vital. dict. rubr. quibus iuribus renunciari poſſit. ſub num. 1. verſ. ſextus. ſub num. 6. verſ. quædam. ſub nu. 10. bis in verſ. primo caſu non poteſt. concludunt, renunciationem non valere.

Ius naturale dicitur, quod natura omnia animalia docuit, l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iur. & cap. 7. ius naturale. diſt. 1. & copioſius explicauimus nos in noſtro tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. num. 7. & ſeqq.

Ratio huius concluſionis eſt, quia renunciatio impeditur neceſſitate iuris, Bal. vbi ſupra, vel quia illud ius non habetur ab homine, ſed à lege naturæ, & ſic neceſſariò illud ineſt, Salyc. vbi ſupra, & Vital. ſub dicto num. 10. verſ. primo caſu non poteſt. il 2. fol. 432.

Ratio magis explicita eſt, quia ius naturale eſt immutabile, ideoque apud omnes eſt idem, conſtans, & æternum, vt explicaui in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. num. 9. & 11.

178 Secundum ius eſt poſitiuum: & in iſto iure ijdem Cyn. Bar. Bal. Salyc. Paul. de Caſtr. & latius Vital. in locis, ſupra proximè citatis, multos conſiderant caſus, quos ſub quibuſdam reſtringunt diſtinctionibus, & doctrinis, eaq. multiplex caſuum conſideratio non diſcrepat à mente Gloſs. in eadem l. penult. in verbo, antiqui. C. de pact. & eſt demum conſideratio, communiter recepta; ſed ego tàm eos caſus, quàm eorum diſtinctiones prætereo, quia de ijs breuius, & commodiori loco agam infra nu. 183. 186. & ſeqq. 194. & ſeqq. 231. & ſeqq.

179 Tertium ius, nempè ius publicum diuinum, addit Vital. d. rubr. quibus iuribus renunciari poſſit. ſub num. 3. verſ. etſi vis ſcire. tom. 18. fol. 431. hocque ius addit etiam Mar. Soc. in cap. 12. ſi diligenti. num. 12. verſ. circa primum. de for. competen.

180 Verum hæc doctrina, ſiue diſtinctio, dum facit differentiam inter ius naturale, humanum, & diuinum, mihi non probatur, tùm quia ius naturale, & ius diuinum ſunt idem, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 14. & ſeqq. tùm quia ius humanum non differt à iure naturali, per ea, quæ ſcripſi d. ampl. 19. ſub num. 14. & ſub num. 17. & conſequenter impedimentum renunciationis non procedit ab his iurium qualitatibus; ſed ab alijs cauſis, vt explicauimus infra ſub num. 182. verſ. veriorem, & nu. 183. & ſeqq. quinimo contra communem omnium Doctorum ſententiam dico, quòd etiam iuri, quod vocant, naturale, ſeu diuinum, poteſt renunciari, ſicut & iuri, quod vocant, humanum, nam citatio eſt de iure naturali, ſeu diuino, & tamen

men poteſt illi renunciari, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 88. num. 2. & 21. & lib. 2 cap. 8. num. 439. & quòd iis, quæ reſpiciunt ſolum intereſſe partis, poſſit pars renunciare, etiam ſi ſint de iure diuino, oſtendi dicto cap. 8. num. 433. & ſeqq. & ratio eſt in promptu, quia renunciare non eſt in effectu aliud, quàm dimittere, & à ſe abdicare: ſed quiſquis ſit, qui abſolutè habeat, poteſt, quod habet, dimittere, & abdicare, ſiue ſit iuris humani, ſiue iuris naturalis, dummodo ſit ſeparabile, prout ſunt effectus iuris naturalis, conſiſtẽtes in diſpoſitione, tanquã entia rationis, idq. benè patet ex his, quæ ſcripſi infra ſub n. 194.

181 Non obſtat l. 8. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. & l. 35. ius autem agnationis. ff. de pact. in quibus Doct. fundant concluſionem, quia reſpondeo diſtinguendo: aut conſideramus id, quod eſt ex parte rei; & tunc dico, generaliter illud non poſſe tolli, quia quod nunc eſt, non poteſt eſſe, quòd nunc non ſit, & conſequenter exiſtens re ipſa, non poteſt tolli per renunciationem, quia factum non poteſt tolli per verba, & ita procedunt ll. allegatæ, & hoc dictum eſt verum, ſiue inſpiciamus ſolum ius naturale, ſiue inſpiciamus ius, quod vocant humanum: aut conſideramus id, quod eſt ex parte diſpoſiti, ideſt, conſideramus effectus, diſpoſitos ſuper illa re, & his effectibus dico poſſe renunciari, & eos tolli ſuper quauis re ſint diſpoſiti, nulla in hoc habita differentia, an conſideremus illam rem, tanquam de iure naturę, an tanquam de iure, vt loquuntur, humano, & proinde, teſtibus Ant. de Butr. & Abb. infra citaris, videmus, quòd licet quilibet naturali ratione habeat dominium rei ſuæ, ita vt illud dominium dici poſſit acquiſitum de iure naturali, ſeu de iure gentium, quod largo modo dicitur ius naturale, tamen poteſt illi dominio renunciare, Abb. in cap. 12. ſi diligenti. ſub nu. 7. de for. compet. & ibidem ante eũ Ant. de Butr. ſub n. 16. itẽ licet filius ſit filius, & nullo iure fieri poſſit, quòd non ſit filius, tamen effectus diſpoſiti à iure ſuper filiatione, poſſunt tolli, vt puta effectus filiationis eſt, quòd ſuccedat parentibus, & conſanguineis, nulla habita ſexus differentia; item quòd ſit ſub patria poteſtate; quòd inter ipſos conſanguineos non poſſit vſque ad certũ gradum cõtrahi matrimonium, & ſimiles, & tamen iſti effectus tolli poſſunt, iiſque poteſt reſpectiuè renunciari: ſimiliter de iure naturali, & diuino eſt, quòd controuerſia inter duos, pluresuè dirimi non poſſit, ipſis inauditis, ſeu non vocatis, & tamen illi vocationi poteſt renunciari, vt dixi ſupra ſub num. 180.

182 Minus obſtat l. 5. nec ſi volens. C. de liber. cauſ. vbi quòd etiam ſi volens ſcriberet, ſe eſſe ſeruum, non liberum, tamen præiudicium iuri ſuo non facit.

Quia reſpondeo, id non eſſe ex eo, quòd libertas ſit de iure naturæ, vt Gl. ibi arbitratur, ſed quia confeſſio, quæ habet veritatem in contrarium, non præiudicat, etiam ſi confeſſio ſit voluntaria, & non coacta: alias ſi non appareat de veritate in contrarium, & ſit voluntaria, poteſt præiudicare, vt benè per Gl. vlt. in l. 24. interrogatam. C. eod. & vberrime faciunt quæ ſcripſi lib. proximè præced. cap. 7. num. 589. & ſeqq. & quia iuri etiam naturę eo modo, quo diximus, poteſt renunciari, ideo videmus, quòd poteſt quis pati ſe vendi ad pretium participandum, & ſic fieri ſeruum, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 1. quęſt. 1. ſub num. 556. reſtr. 2.

Veriorem igitur nos, ac certiorem tradentes doctrinam, & inhærentes iuribus pro reſtrictione adductis ſup. in 1. confirmatione num. 172. conſtituimus regulam affirmatiuam, quòd quilibet poſſit iuri, ſeu fauori, pro ſe introducto renunciare, quia in re propria quilibet eſt moderator, & arbiter, vt dixi ſupra num. 173. hancq. eandem regulam affirmatiuam, ne alias in diſtinctionibus, & ſubdiſtinctionibus inuoluatur intellectus, poſuit Ant. de Butr. in cap. 12. ſi diligenti. n. 16. verſ. materiam hic. de for. compẽ.

Explica primo hanc regulam, faciendo de omnibus vnam rerũ mixtarũ, & opponendo ſimul de omnibus, prout latè fecerũt Gl. in l. penul. ſi quis. in verbo, antiqui. & Cyn. ſub n. 6. & 7. C. de pact. & diſtingue cum eo, vt iuri naturali renunciari non poſſit, ſed alij iuri non poſſit cum diſtinctione: aut enim illud ius eſt ſolum in fauorem renunciantis introductum; & tunc regulariter poteſt renunciari, dummodo habeat in illo iure plenam diſpoſitionem, & dummodo renunciatio non ſit contra bonos mores, neque ex eiuſmodi renunciatione detur occaſio delinquendi, & exceptis alijs quibuſdam caſibus, relatis per eundem in eadem l. ſi quis. verſus finem: aut illud ius eſt introductum in fauorem ſuum, & alterius, vt puta Reipub. vel alterius; & tunc non poteſt renunciare, ſeu aliter non habet plenam diſpoſitionem, ſeu dominationem,

tionem, & his caſibus non poteſt renunciare, & ita in ſubſtantia, ſed per alium ordinem diſtinguit, ponendo exempla Cyn. ſupra citatus, & latius, de eo non facta mentione, Abb. in cap. 12. ſi diligenti, ſub nu. 7. ibi, ſed ad verificationem de for. compet.

Explica ſecundo eamdem regulam, & breuius cum Paul. de Caſtr. in ead. l. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 12. quem ibidem videtur ſecutus Iaſ. num. 14. C. de pact. dum concludit, quòd præfata regula ſolum habet locum, quando ius, cui renunciatur, erat ius poſitiuum, introductum merè in fauorem ſui, & renunciatio non inducit aliquid, quod ſit contra bonos mores, vel ad delinquendum; & quando renuncians eſt talis conditionis, quòd poteſt ſibi præiudicare; his nanque concurrentibus; concludit, regulam habere locum, ſecus ſi alterum eorum deficiat; & caſus, in quibus alterum eorum dicitur deficere, adducit; qui caſus ſunt ferè ijdem cum ijs; quos adducit Cyn.

183 Sed quia vtraque explicatio partim eſt implicita, partim obſcura, & partim non omnia complectitur; & in pleriſq. eſt ſuperflua, & expugnabilis, & quælibet regula recipit varias, & multiplices declarationes, ideo, his explicationibus prætermiſſis, nos vberius regulam ſequentibus explicabimus declarationibus cum ſuis exemplificationibus.

Declara primo igitur, explicando hanc regulam per tres partes.

Prima huius regulæ pars eſt, quãdo ille fauor, ſeu illud ius eſt introductũ ſola contemplatione illius, qui renunciat; & in iſta parte regula eſt vera, & ita procedunt quę ſcripſi ſupra num. 172. confir. prima, & ita apertè, & latè diſtinguendo, ſentiunt Bar. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 3. Bal. ſub num. 4. C. de pact. & Cyn. & Paul. de Caſtr. quos retuli hic ſupra in prima, & ſecunda explicatione.

184 Secunda pars eſt, quando illud ius habet admixtam vtilitatem, fauorem, ſeu intereſſe alterius æquè principaliter; & tunc regula in iſta parte non procedit, quia vnius renunciatio non ſufficit, præſertim in præiudicium alterius, Bar. in dicta l. penult. ſub num. 3. in 2. caſ. Bal. & Salyc. ſub num. 4. Cyn. & Paul. de Caſtr. quos retuli hic ſupra in prima, & ſecunda explicatione.

185 Tertia pars eſt, quãdo fauor venit in conſequentiam, & per redundationẽ ad odiũ, cuius cauſa principaliter fit diſpoſitio; & regula minus procedit in iſta parte, quia iſte, cuius fauor venit in conſequentiam, non poteſt illi diſpoſitioni renunciare, Bar. in dicta l. penult. ſub num. 3. in 2. caſ. tertij caſus, in fine, Bal. ſub num. 5. in ſecundo caſ. tertij caſus, Salyc. ſub num. 4. C. de pact. & communiter omnes.

186 Capio primam partem, quando ius eſt introductum ſola contemplatione renunciantis, huiusq. partis veritatem clarius ſequentibus patefacio exemplis.

Exemplifica primo eam in lucro dotali, inducto in fauorem mariti, quia is poteſt illud lucrum renunciare vxori, ex quò eſt ad ipſius ſolum fauorem, Rol. à Vall. tract. de dot. q. 39. num. 10. & ſeqq. tom. 9. fol. 367. vbi, adductis, & ſolutis contrarijs, hanc exemplificationem late probat, & firmat.

187 Extende hanc exemplificationem, vt procedat etiam ſi renunciatio ſit tacita, vt puta, quia maritus promiſerit reſtituere totam, vel integram dotem, Rol. à Vall. dicta q. 39. num. 18. eod. fol. 367. & latius q. 38. num. 3. & 9. fol. 366.

188 Exemplifica ſecundo in filio maſculo, ad quem ex ſtatuti diſpoſitione defertur hæreditas, excluſa ſorore, quia poteſt filius huic ſtatuto renunciare, Rol. à Vall. dicta q. 39. num. 14. fol. 367.

189 Exemplifica tertio in ſcholari, qui poteſt renunciare priuilegio fori, vt ſecutus ſum ſupra num. 30. verſ. ſecundum.

190 Exemplifica quarto in nullitate, introducta fauore alicuius, quia illi nullitati poteſt renunciare ſolum is, pro quo eſt introducta, vt ſecutus ſum lib. proximè præced. cap. 2. num. 384. & ſeqq.

191 Confirmatur hæc exemplificatio, quia pactum legis commiſſoriæ reſolutiuum, appoſitum in venditione, intelligitur appoſitum fauore venditoris, qui adimpleuit ex parte ſua, & ideo ipſe poteſt illi reſolutioni renunciare, ſed non poteſt renunciare emptor, qui nõ adimpleuit; & proinde licet emptor velit reſcindere, tamen non poteſt, inuito venditore, ſed poteſt venditor reſcindere, & renunciare validitati, inuito emptore, vt ſecutus ſum dicto cap. 2. ſub nu. 384.

192 Extende hanc confirmationem, vt procedat in qualibet concordia, & tranſactione, inita cum pacto reſciſſiuo, quia illud pactum intelligitur appoſitum ſolo fauore adimplẽtis, ideoq. ipſe poteſt illi pacto renunciare, & non alius, per ea, quæ late ſecutus ſum dicto

dicto cap. 2. num. 385. & ſeqq. vbi videas.

193 Exemplifica quinto demum in quouis iure poſitiuo priuato, quod continet priuatam vtilitatem renunciantis, & non alterius, Bar. in l. penult. ſi quis. ſub num. 3. in tertio caſ. in fine, C. de pact. licet eius doctrina mihi non probetur, dum dicit, quòd ſi ille fauor eſt inductus propter renunciantis imbecillitatem, renunciatio non tenet, & poſtea corruptius legitur in libro meo, quòd valet renunciatio, ſi eſt contra bonos mores.

194 Capio ſecundam partem, quando habet admixtam vtilitatem alterius, huiuſq. partis veritatem ſuis etiam oſtendo exemplis.

Exemplifica primo eam in iure, quod cõpetit venientibus ab inteſtato contra teſtamentum, à teſtatore conditum, non ſeruata forma, à iure tradita in l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. quare licet teſtator, condendo teſtamentum, renunciauerit iuri, tradenti formam, dixeritq; quod volebat, teſtamentum ſuum valere ſine numero ſeptem teſtiũ, & abſq. eo quòd teſtes ſint rogati, non ſint maſculi, non puberes, & non liberi, & etiam ſine hæredis inſtitutione; tamen teſtamẽtum adhuc eſt nullum, & hoc eſt, quod dicit Iureconſ. in l. 68. nemo. ff. de leg. 1. *nemo poteſt in teſtamento ſuo cauere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant.* nam, cum in bonis defuncti, quia is non loquitur, audacius homines falſitatem committant, fabricando teſtamenta falſa, ſeu fabricatorum mutando veritatem, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. *19.* ſub num. 42. & hoc in ſubuerſionem voluntatis decedentiũ, & in graue damnum eorum, quibus hæreditas eſt deferenda; lex, quantum potuit, omnium indẽnitati conſuluit, diſponendo maiorem adhiberi teſtium numerũ, quàm in alijs actibus, ſiquidem vbi plures ſunt teſtes, difficilius admitti poteſt falſitas; & proinde cum iſta forma requiratur non ſolum fauore teſtatoris, ſed etiam propter intereſſe conſanguineorum, aliorumvè, quibus ex teſtamento vel ab inteſtato defertur hęreditas, imò etiam propter intereſſe Reip. cuius intereſt, vt homines ſint certi de eorum voluntate, & remoueãtur falſitatis ſuſpiciones; mirum non eſt, quòd teſtator non poſſit huic teſtium numero renunciare, quia aperiretur via falſitatibus, & fraudibus, quibus lex voluit obuiare, & ita procedit, quod ſcribũt Bar. in dicta l. penult. ſi quis. ſub num. 3. ibi, ſecundo caſu aut. Bal. & Salyc. vterque ſub num. 4. Paul. de Caſtr. ſub num. 12. Iaſ. ſub num. *17.* C. de pact. Ant. de Butr. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. *16.* Abb. ſub num. 7. Mar. Soc. num. *13.* in fine, verſ. primo quando., & num. *14.* de for. compet. & Vital. tract. de clauſul. rub. quibus iuribus renunciari poſſit. ſub num. 8. verſ. quodam eſt iuſ. tom. 18. fol. 432. dum dicunt, quòd non poteſt renunciari iuri, quod dat certam formam in actibus hominum.

195 Secus ergo cenſeo, ſi huic formæ renunciaret is, ad quem hæreditas ob teſtamenti inualiditatem ſpectaret ab inteſtato, quia tunc, vt arbitror, ſi veniens ab inteſtato renunciaret nullitati, ſeu formæ, non adhibitæ in teſtamento, hæres inſtitutus poſſet hæreditatem retinere, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. *1.* quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. *114. 115. & 117.*

196 Neque forſan alius, ad quem ſucceſſiuè poſſet ſpectare, audiretur, ſi vellet venire ab inteſtato, quia eſt excluſus à proximiori, de cuius voluntate inſtitutus dicitur retinere hæreditatem.

197 Infero primo ex dictis in hac exemplificatione, Doct. ſupra citatos non bene ex ſupra citata l. nemo. ff. de leg. 1. collegiſſe concluſionem, quòd iuri, inducenti formam in actibus hominum, non poſſit renunciari, hoc enim non eſt ratione formæ, ſed eſt ratione iuris alterius, propter quod eſt inducta illa forma; quare ſi illa forma eſſet inducta fauore vnius tantum, iſque illi formæ renunciaret, vtique teneret renunciatio, nulla habita ratione formæ, & proinde licet ſtatutũ ius tradat formam in contractu minoris, ſeu mulieris, vt adhibeatur conſenſus conſanguineorum, eoque non adhibito, declaret contractum nullum, tamen ſi minor, ſeu mulier velit, valere contractum, vtiq. contractus teneret, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2, limit. *17.* num. *9.* quia quilibet poteſt renunciare nullitati, pro ſe introductæ, vt late oſtendi lib. præceden. cap. 2. num. 384. & teneret etiam renunciatio expreſſa, ſi in illa renunciatione interueniret conſenſus conſanguineorum; licet forſan minor non poſſit renunciare beneficio minoris ætatis, vt dixi infra nu. 220. illat. 11.

198 Infero ſecundo confirmando eandẽ primã illationẽ, quod ſi à l. vel ſtatuto ſit tradita certa forma ſcripturę librorum, vt liber probet pro ſcribente, itaut, illa forma non ſeruata, liber non probet iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præced.

ced.cap.11.num. 1117.& in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 153. & ſub num. 510.tamen ſi collitigator produceret librum ſimpliciter contra ſcribentem, illumq. acceptaret, vtique ille liber probaret, & hac via valide renunciaret illi formæ.

199 Contra dicta in hac prima exemplificatione, & contra vtramque illationem, dum dicimus, quòd poteſt renunciari formæ, ſi ſit inducta in fauorem renũciantis, oppono dupliciter: Primo, quia licet minor, ſeu mulier poſſit facto ipſo, & tacite renunciare nullitati contractus, non allegando eam, & ſic poſſit renunciare fauori legis; tamen renunciatio, quam faceret expreſſe, eum non ligaret, & ideo, ea non obſtante, poſſet ad huc ad ſui libitum eam allegare, quia lex vult, vt ſit ſemper in eius arbitrio, & facultate allegare, & non allegare nullitatem, prout ſibi videbitur vtilius: & huic legi nõ poteſt renũciare: finge enim quòd quis pacto expreſſiſſimo, & iurato promiſerit dare animam ſuam Diabolo, & quòd poſſit ſe huius pacti pœnitere, & recedere à pacto, quia ita ei permiſſum eſt propter ſuæ animæ ſalutem; tamen ſi velit illud pactum ſeruare, & facto ipſo renunciare huic facultati ſe pœnitendi, & velit ſeruare illud pactum, nemo eum poterit tenere, quia qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Secundo oppono, quia lex non ſolet dare formam, quin præcipiat, illam obſeruari; & qui eam non obſeruat, facit contra legem, & qui facit contra legem, peccat mortaliter, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. num. 48. hocq. argumenti genere vtitur Tiraq. de legib. connub. gl. 4. num. 18. verſ. ſed antequam. fol. 271. ad oſtendendum, quòd contractus mulieris ſine conſenſu mariti non obliget etiã in foro conſcientię, quia, contrahendo contra præceptum legis, facit contra legem, & faciendo contra legem, peccat, & nemo obligatur ſeruare peccatũ, quare contractus peccaminoſus non debet tenere, etiã ſi ſit iuratus, per ea, quæ dixi dicta ampl. 19. ſub num. 50. illat. 2. ergo.

200 Non diſcedas à dictis in exemplificatione, & in illationibus; nam quantum ad primam oppoſitionem reſpondeo, ſatis eſſe, quod minor poteſt in effectu, ſi vult, renunciare nullitati, & cuicunque fauori pro ſe introducto: & quantum ad ſecundam, dico, quòd renuntians non facit contra legem, ſi lex reſpicit fauorem renunciantis, cum alibi diſponat, quòd quilibet poſſit renũciare fauori ſuo, & ideo eiuſmodi lex eſt potius conſilij, quã pręcepti, & reſpicit ſolũ vtilitatem ipſius renuntiantis, ſeu mulieris, aut minoris contrahentis, ideoq. faciens contra eam, non peccat, & ita ad argumentum de muliere contrahente ſine conſenſu mariti, reſpondet Tiraq. dict. gloſ. 4. num. 19. verſ. verum fol. 271. & ita tenet Abb. in cap. 28. cum contingat. ſub num. 6. ibi, nec eſt verum. & latè Addit. ad eum, in verbo, naturam. litera C. de iureiur. & quando etiam poſſet dici quòd peccaret, dico, quòd etiam actus peccaminoſus poteſt valere, vt dixi dicta ampl. 19. num. 98.

201 Exemplifica ſecundo in iure publico, quod priuatorum pactis mutari non poteſt, l. 39. ius publicum. ff. de pact. l. 46. neque pignus. in fine, ff. de reg. iur. & cap. 12. ſi diligenti. de for. compet. Bar. in d. l. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 3. Bal. ſub num. 4. C. de pact. & alij communiter, quia ſi eſt ius publicum, non eſt fauore ſingularum perſonarum, & conſequenter ſi quis vellet illi iuri renunciare, non poteſt.

202 Ius publicum, cui dicimus renuntiari non poſſe, dicitur multipliciter. Primo enim dicitur illud, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſtit. & iur. Secũdo dicitur, quod eſt in ſacris, & ſacerdotibus, & magiſtratibus, eod. §. huius ſtudij. & cap. 11. ius publicum. diſt. 1. hocque ius publicum, hoc ſecundo modo dictum, Vital. de clauſul. rubr. quibus iuribus renunt. poſſit. ſub num. 3. tom. 18. fol. 431. vocat ius publicum diuinum, quod poſtea ſub multiplici colligit diſtinctione, quam hic non aliter refero, quia noſtrum non collimat ſcopum, poteris per te videre, Tertiò dici etiam poteſt publicum, quod vtilitate, & auctoritate eſt publicum, cuiuſmodi eſt ius fiſcale, prout aduertit Paul. de Caſtr. in l. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 12. C. de pact. & de quo in huius exemplificationis propoſito multa ſcribit Vital. d. rubr. quibus iur. renunt. poſſ. ſub num. 3. verſ. ius verò humanum. fol. 431. eaq. non refero, quia noſtræ doctrinæ non omnino forſan poſſunt correſpondere.

203 Exemplifica tertio in iure priuato, quod continet vtilitatem priuatam renuntiantis, & publicam ſimul; huic namq. iuri, ſi ſit inſeparabile, non poteſt quis renunciare, vt patet ex ſeqq. illationibus.

Infero primo confirmando hanc exemplificatio-

ficationē, quòd mulier non poteſt renunciare iuri, quo ei dos eſt reſtituenda; quare pactum, vt quoquomodo diſſolutum ſit matrimonium, liberis interuenientibus, dos apud virum remaneret, non eſt ſeruandum contra dotem, cum mariti mortalitas interuenerit, l. 2. ff. de pact. dotal. Minus etiam valet pactum, quòd fructus in dotem conuertantur; quia per hoc pactum mulieres propè indotatæ fierent, l. 4. ſi conuenerit. ff. eod. Demum non valet pactum de die reddendę dotis, ſi mulieris deterior fiat conditio, l. 14. de die, & l. 16. vt autem. ff. eod. Cyn. in dicta l. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 7. & hanc exemplificationem poſuerunt etiam Bar. in dicta l. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 3. ibi, ſed ſi non poteſt ſeparari. Bal. ſub num. 4. in quarta oppoſitione, ibi, ſi autem non poteſt ſeparari. & Salyc. ſub num. 4. ibi, tertio caſu. quod aperte ſentit Abb. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 7. ibi, ſi non poteſt ſeparari renunciatio non valet. de for. compet. & quòd propterea non valeat pactum initum inter vxorem, & maritum, quòd ſoluto quomodocunque matrimonio, ſtantibus filijs, dos remaneat penes filios, cōſuluit Surd. conſ. 78. tempore. initio, & nu. 1. & ſeqq. lib. 1. & quòd propterea non valeat pactum, vt maritus teneatur ſolum de dolo, & non teneatur in rebus dotalibus eam adhibere diligentiam, quam conſueuit pręſtare in reubs ſuis, conſuluit ibidem, num. 4. & quòd pactum, ex quo poteſt æqualiter ſequi melioratio, & deterioratio dotis, ſuſtineatur donec non ſequatur deterioratio, ea autem ſequuta, infringatur, conſuluit ibidem, ſub num. 6.

Ratio in his pactis dotalibus eſt, quia Reip. intereſt, dotes mulierum conſeruari, cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem, maximè ſit neceſſarium, l. 1. ff. ſol. matr. & l. 2. reip. ff. de iure dot.

204 Infero ſecundo, quòd iuri, ne miles ſit procurator, renunciari non poteſt, & ideo miles non poteſt eſſe procurator, etiam ſi aduerſarius velit, eum procuratorem dari, l. 8. filiusfam. §. veterani. ff. de procur. Cyn. in dicta l. ſi quis in conſcribendo, ſub num. 7. C. de pact.

Ratio eſt, quia intereſt Reip. vt miles non ſit procurator.

05 Infero tertio, quòd iuti diſponenti, vt quilibet litigator iurare debeat de calumnia, non poteſt renunciari, cum ſit inductum etiam fauore publico, l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iuram. calum. Cyn. vbi ſupra.

Declara hāc illationem, vt licet quis poſſit, non exigendo ab aduerſario iuramentum calumniæ, tacite illi renunciare, ideoq. iuramentum hoc non ſit de ſubſtantia iudicij, ex quò, ſi non ſit petitum, poteſt omitti, vt ſecutus ſum lib. proxime præced. cap. 1. nu. 49. & ſeqq. tamen pars non poteſt illud expreſſe remittere, & remittendo, ſeu renunciando, renunciatio non tenet, quia ſicut hoc iuramentum nō poteſt conſuetudine, ſeu ſtatuto tolli, quia eſt inductum fauore publico, vt ſecutus ſum dicto cap. 1. num. 128. & 129. ita etiam multò minus per pactum, quia intereſt Reipub. vt litigatorum audacia, & mala conſcientia hoc iuramento refrænetur.

206 Subinfero, quòd ordini ſubſtantiali iudicij non poteſt renunciari, teſtibus his, quos ſecutus ſum dicto lib. præced. cap. 8. num. 454. vbi vide.

207 Infero quarto, quòd iuri, quod mulieri fideiubenti competit èx ſenatuſc. vell. non poteſt renunciari, licet enim totus mundus teneat, quòd mulier certiorata poſſit dicto ſenatuſc. renunciare; tamen Iacob. de Rau. quem ſequitur Cyn. in l. 39. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 5. C. de epiſc. & cleric. tenet, quòd adhuc non poſſit. Verum iſta illatio de iure communi non facit, quia mulier poteſt renunciare, Abb. in cap. 12. ſi diligenti, ſub num. 7. de for. compet. & eſt opinio communis, à qua non eſt recedēdum; eamq. ſequitur etiam Iaſ. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 18. verſ. item aduerte. C. de pact. vt certiorata poſſit renunciare; ſed, attentis locorum quorundam ſtatutis, vt in Vrbe, renunciatio etiam certiorata non valeret, niſi fieret adhibitis ſolemnitatibus ſtatutorum, per ea, quæ dixi lib. præced. cap. 2. num. 665. & pro abſoluta huius illationis reſolutione vide Abb. in dicto cap. ſi diligenti, num. 9. verſ. ſecundo tangit, & Vital. de clauſ. rubr. an mulier poſſit renunciare beneficio velleiani, num. 1. & ſeqq. tom. 18. fol. 472. vbi late declarant.

208 Extende, vt hæc, quæ dixi de renunciatione ſenatuſc. velleiano, habeant locum etiam in renunciatione, quam mulieres faciunt legi iulię de fundo dotali, qua l. iulia prohibetur alienatio fundi dotalis, vt tot. tit. ff. & C. de fund. dot. cuius legis iuliæ fallen-

fallentias ponit Bal. Nouel.tract.de dot.par. 7. ptiuil. 1. num.2.& ſeqq. tom.9. fol. 217. Reip. namq. intereſt, mulieres habere ſaluas ſuas dotes, l. 2. ff. de iur. dot. & dixi ſupra ſub num. 203. verſ. ratio.

209 Infero quinto, quòd non poteſt renunciari ſenatuſc. maced. quia, etſi videatur continere vtilitatem filijſam. dum mandat, ne teneatur reſtituere mutuanti, tamen tendit principaliter ad obuiandum, ne filius aſpiret ad necem patris, hæcq. eſt cauſa finalis, ſeu impulſiua, per ea, quæ dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 532. & ſeq. & q. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 89. verſ. exemplifica. & conſequenter illud ſenatuſc. reſpicit principaliter vtilitatem, & interreſſe Reip. ſeu verius intereſſe patris, dum obuiat occaſioni, & aſpirationi ad parricidia, & proinde filiusſam. non poteſt renunciare huic ſenatuſconſ. Gl. 1. in l. 13. tamen ſi non oppoſita. ff. ad ſenatuſc. maced. & Cyn. in l. 39. ſi quis in conſcribendo. num. 3. q. 2. C. de epiſc. & cler. Abb. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 7. de for. compet. late Vital. de clauſ. rubr. de renunciat. benefic. maced. nu. 1. & ſeqq. tom. 18. fol. 473. poſſet tamen illi renunciare paterſam. in cuius fauorem eſt introductum, vt benè colligitur ex l. fin. C. ad ſenatuſc. maced. Eſt tamen verum; quòd hoc ſenatuſconſ. maced. dum obuiat, ne filijſam. anhelent ad mortem patris, videtur cõtinere principaliter odium mutuantiũ, quibus denegat actionem ad repetendum, & conſecutiuè vtilitatem filiorumſam. Bar. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 3. in tertio caſu, & ſecundo eiuſdem tertij caſus, Bal. ſub num. 5. in ſecundo caſu, Salyc. ſub num. 4. & Paul. de Caſtr. ſub num. 12. C. de pact. quinimo videtur continere etiam odium filiorumſam. ne mutuãtes inueniant.

210 Subinfero primo ex dictis in fine huius quintæ illationis, quòd ſi ſenatuſc. maced. eſſet inductum principaliter in odiũ mutuantium, & ſecundario redundat in fauorem filiorumſam. qui mutuo acciperent, vt ſentiũt communiter Doct. ſupra citati, & ex renunciatione, quam facerent filijſamilias, ceſſaret illud odium, valeret renunciatio, vt dicunt Bar. in dicta l. ſi quis. ſub num. 3. in ſecundo caſu tertij caſus principalis, & Bal. ſub num. 5. in ſecundo caſu tertij caſus, & Salyc. ſub num. 4.

211 Subinfero ſecundo, & melius, quòd cauſa huius ſenatuſc. ceſſat, quando mutuum fit iuſſu, vel voluntate, aut ratihabitione patris; & ideo tunc poteſt agi ad mutui reſtitutionem, l. fin. C. ad ſenatuſc. macedon.

Sed hæc quinta illatio magis congruit cum exemplificatione, de qua infra nu. 231. & 232.

212 Infero ſexto, quòd renunciatio, quæ tendit contra bonos mores, non tenet; ſicut enim pacta contra bonos mores, ſunt repellenda, & non obſeruanda, l. vlt. C. de pact. ita etiam renunciatio iuris, quæ tenderet contra bonos mores, non tenet, Cyn. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 7. Bar. ſub num. 3. in tertio caſu, ibi, ſi vero eſt introductum. Bal. ſub num. 5. ibi, ſi vero eſt introductum. & Salyc. ſub num. 4. Paul. de Caſtr. & Iaſ. C. de pact. quos citaui ſupra num. 182. in fine, in 1. & 2. explic. & Abb. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 7. ibi, ſi verò eſt inductus aliter. de for. compet.

Ratio huius illationis eſt, quia intereſt Reip. vt boni mores ſint, & conſeruentur in Ciuitate, & Rep.

213 Caſus primus in hac illatione ſit in ſocio, patrono, marito, & ſimilibus perſonis, quæ habent exceptionem, ne ſuis creditoribus teneantur vltra quam facere poſſunt, vt dixi lib. præcedenti cap. 7. num. 379. prout hanc exceptionem habent parentes, aduerſus filios, qui etiam tenentur eos inopes alere, ideoque circuitus eſt euitandus, & dicere contrarium, nempe, vt poſſint filij ab eis exigere vltra quàm facere poſſint, & ſine deductione, ne egeant, eſt etiam contra legem diuinam, ſecundum quam parentibus debemus reuerentiam; & impia, atque barbara eſſet Reſp. vbi ſeruaretur contrarium, Gaſp. Beat. tract. de inop. debit. cap. 17. num. 34. & 35. tom. 3. par. 2. fol. 240. ſimiliter hãc exceptionem habet ſocer aduerſus generum, Beat. dicto cap. 17. ſub num. 57. Brun. de ceſs. bon. q. 22. q. 4. princip. num. 1. & ſeqq. eod. tom. fol. 191. & Campeg. tract. de dot. par. 3. q. 249. & ſeqq. tom. 9. fol. 323. & habet etiam ſocrus, etſi præfati loquantur in ſocero, quia ſicut non tenetur ſocer, quia habetur loco patris, ita etiam non tenetur ſocrus, quia habetur loco matris, & iam diximus, parentibus competere hanc exceptionem, & iura, & Doct. loquuntur in ſocero, & non in ſocrù, quia ſocer, & non ſocrus ſolet genero ſe conſtituere debitorem dotis.

Nam iſtę perſonę ſi renunciarent huic exceptio-

ceptioni, ſeu priuilegio, diceretur renunciatio contra bonos mores, vt patet ex prædictis, & ideo non teneret; quare ſi maritus paciſcatur, vt ab vxore conueniri poſſit vltra quòd facere poteſt, & conſequenter renunciet priuilegio, ne teneatur vltra quàm facere poteſt, renunciatio eſſet contra bonos mores, quia eſſet contra receptam reuerentiam, quæ maritis eſt exhibenda, & ideo non teneret, l. 15. alia cauſa. §. eleganter. ff. ſol. matr. & quòd quis non poſſit renunciare priuilegio, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, quando priuilegium competit ratione perſonæ priuilegiatæ; ſecus ſi competeret ratione contractus, vtputa ratione ſocietatis, quia tunc poteſt renunciare, ſequitur Mar. Soc. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 13. verſ. circa ſecundum. ibi, ſexto infertur. de for. competenti.

Imò quia prædicta renunciatio eſſet contra bonos mores, non teneret, etiam ſi eſſet facta cum iuramento, quia eſſet iuramentum contra bonos mores, Beat. d. cap. 17. num. 35. & 36. & dixi ſupra num. 5 ...

214 Caſus ſecundus ſit, quando quis faceret pactum, ne ſibi locum ſuum dedicare liceat; aut ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat; aut ne, vicino inuito, alienet, quia hoc pactum non tenet, l. penult. ff. de pact. Iaſ. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 14. ibi, tertio quòd. C. eod.

Quæ alia dicantur contra bonos mores, vide ſupra num. 64. & ſeqq. quia neque illis poſſet renunciari.

215 Infero ſeptimo, quòd pactum, ſeu renunciatio, quæ aperiret viam, & daret occaſionem delinquendi, non teneret, teſtibus Cyn. Paul. de Caſtr. & Iaſ. quos retuli ſupra ſub num. 182. verſ. explica primo. & ſeq. & Bar. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 3. in tertio caſu, ibi, ſi verò eſt introductum. Bal. ſub num. 5. & Salyc. ſub num. 4. C. de pact. quare conuenire non poteſt mulier, nec illa quidem pacta ſeruanda ſunt, ne ob res donatas, vel amotas agatur, quia altero pacto ad furandum mulieres inuitantur, altero, &c. l. 5. conuenire. ff. de pact. dotal. ſimiliter nulla pactione effici poteſt, ne dolus malus præſtetur; dolus enim futurus remitti non poteſt, l. 28. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.

216 Infero octauo, quòd pactum legis commiſſoriæ inter debitorem, & creditorem ſuper pignore, quo pacto mutuatarius, renunciando dominio, & iuribus, quæ habet in pignore; vult, vt ſi infra certum tempus non reſtitueret mutuum; pignus ſit mutuatoris, eſt pactum illicitum, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 503. comprob. 1. & q. 7. par. 2. ampl. 12. ſub num. 4. caſ. 2. ideoq. priuilegio, inducto per legem commiſſoriam, non poſſe renunciari, ſcribit Mar. Soc. in cap. 12. ſi diligenti. num. 17. illat. 2. de for. compet.

Ratio eſt auaritia creditorum, vt dicunt Cyn. in l. penult. ſi quis in conſcribendo, verſus finem, C. de pact. & Abb. d. cap. 12. ſi diligenti. num. 7. in fine, in primo caſu, & Mat. Soc. d. num. 17. quæ auaritia eſt veluti delictum, quod extirpari intereſt Reip.

217 Infero nono, quòd iuri, competenti ad diuidendum bona communia, ſocius renunciare non poteſt, itaut debeat perpetuò remanere in ſocietate, l. 14. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. ff. comm. diuid. quia hoc pactum nutriret diſcordias, quæ ex communione oriri ſolent, vt ſcripſi libro proximè præced. cap. 9. num. 1195. Cyn. in dicta l. penult. in fine, C. de pact. & Abb. in cap. 12. ſi diligenti. num. 8. in quarto caſu, de for. compet. & Reip. intereſt, ſuos Ciues remanere in concordia.

218 Infero decimo, quòd iuri, diſponenti, quòd debitor poſſit probare ſolutionem per teſtes, non poteſt pacto renunciare, quia pactum, quod debitores faciunt creditoribus de ſolutione non probanda, niſi per inſtrumentum, non tenet, Abb. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 8. de for. compet.

Alias opiniones in hac illatione recenſet Mar. Soc. in eod. cap. ſi diligenti. ſub nu. 16. in 3. illat. vide eas.

219 Subinfero, quòd minor non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis in integrum, & hanc eſſe communem opinionem, teſtatur, ſequitur, & declarat Abb. in dicto cap. ſi diligenti. num. 12. & Mar. Soc. num. 18. verſ. ex quo infertur. de for. compet.

220 Infero vndecimo, quòd iuri ad fauorem imbecillitatis ætatis, ſeu ſexus introducto, cuiuſmodi eſt ius, quod protegit minores, & mulieres; non poteſt renunciari; quare ſi hæ perſonę iuri, pro ſe introducto renunciarent, non teneret renunciatio, Bar. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 3. in primo caſu tertij caſus, Bal. num. 5. & Salyc. ſub num. 4. ibi, ſi in fauorem eius principaliter.

paliter. C.de pact. Abb. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 7. in tertij caſus primo caſu, & Mar. Soc. num. 18. de for. competen. quia eo ipſo, quòd renunciarent, dicerentur læſæ, Gl. 1. in l. 6. ſi intra. C. de in integr. reſtit. min. 25. annis. & quòd quis beneficio minoris ætatis renunciare non poſſit, quia ex ipſa renunciatione diceretur læſus, ſcribit Gloſ. in l. 42. ſi iudex circumuento. in verbo, quia vnicuique. ff. de minor. 25. ann. nam eadem facilitate, qua inducitur ad contrahendum, induceretur ad renunciandum, Abb. in d. cap. ſi diligenti. ſub num. 12.

Ratio huius illationis eſt, quia ad Remp. pertinet protegere imbecillitatem ætatis.

Declara hanc illationem, vt renunciatio non teneat, volente minore, quòd non teneat; ſecus ſi velit tenere, ideoq. poteſt, tacendo, inducere effectum validitatis, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 199. vbi videas.

221 Infero duodecimo, quòd inquiſitus de delicto non poteſt renunciare ſuis defenſionibus, Gl. Bar. & Bal. quos citat, & ſequitur Iaſ. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. num. 18. verſ. item adde. C. de pact. vbi illationem limitat quinque modis, eandemq. illationem firmat, & declarat Vital. de clauſ. rubr. an defenſionibus poſſit renunciari. num. 1. & ſeqq. tom. 18. fol. 473. & quòd non valeat renunciatio, per quam quis perderet vitam, aut ſtatum ſuum, & quòd ideo confeſſus, & conuictus in cauſa perſonali non poſſit renunciare termino defenſorio, ſcribit Mar. Soc. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 13. verſ. circa ſecundum. de for. compet.

222 Ratio huius illationis eſt, quia, ſi poſſet quis renunciare, efficeretur quaſi dominus membrorum ſuorum, contra ea, quæ ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 51. ſub num. 14. & in terminis noſtris Vital. de clauſ. rubr. an defenſionibus poſſit renunciari. ſub num. 3. verſ. interdum. tom. 18. fol. 474. & Mar. Soc. in loco ſupra proxime citato, & aliquem non effici dominum membrorum ſuorum, expedit Reip. eiuſque intereſt, quia quòd quis efficiatur dominus membrorum ſuorum eſt veluti ſpecies homicidij, ſeu offenſionis; ſed nemo ſanæ mentis dicet, quòd quis poſſit committere homicidium eo prętextu, quòd renunciat legi, prohibenti homicidium: ergo ita etiam non poteſt quis committere homicidium ſui ipſius, faciendo ſe dominum membrorum ſuorum per viam renunciationis defenſionis.

Comprobatur hęc illatio ex dictis infra num. 224. illat. 14.

223 Infero decimotertio, quòd licet ſtatutum mandet, vt reo, non ſoluenti pœnam intra decem dies, amputetur manus; tamen quia illa transfuſio pœnæ pecuniariæ in corporalem per lapſum temporis intelligitur poſita ad fauorem creditoris, condemnatus non poteſt, lapſo termino, petere vt ſibi amputetur manus, quia illa amputatio manus eſt ſtimulus, ſeu calcar pro Rep. & Fiſco contra condemnatum, vt ſoluat, & ideo non poteſt condemnatus renunciare pœnę pecuniarię, & eligere pœnam corporalem, quia poſt lapſum terminum electio pertinet ad Rempub. & Fiſcum, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 306.

224 Infero decimoquarto, quòd licet ſtatutum mandet, vt condemnato in pœnam pecuniariam amputetur manus, ſi illam pœnam noluerit, vel non potuerit ſoluere intra menſem; tamen non poterit ei amputari manus ante lapſum menſem; etiam ſi condemnatus ante menſem dixerit, quòd non vult ſoluere pœnam, Iaſ. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 18. verſ. item adde. C. de pact.

Ratio huius illationis eſt triplex. Prima, quia hac via condemnatus efficeretur dominus membrorum ſuorum, quod fieri non poteſt, per ea, quę dixi ſupra num. 222. Secunda, quia hęc eſſet veluti defenſionis renunciatio, quę ſi admitteretur, eſſet veluti contra bonos mores, qui in Rep. non ſunt admittendi, per ea, quę dixi ſupra num. 212. illat. 6. Tertia ratio eſt, quia illa transfuſio pœnę pecuniarię in corporalem eſt in fauorem fiſci, qui & non alius poteſt illi fauori renunciare, vt dixi num. pręceden.

Infero decimoquinto, quòd Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori, quia eſt inductum fauore totius ordinis clericalis, vt latè explicando ſecutus ſum ſup. limit. 1. n. 7.

Infero decimoſexto, quòd non poteſt renunciari in caſu, de quo ſcripſi lib. pręced. cap. 11. num. 859.

225 Infero decimoſeptimo, quòd ſicut quis non poteſt domum, villamve diruere cauſa negociationis, aut negociationis cauſa diruturo vẽdere, quò vẽdens, plus acquirat, l. 52. ſenatus cenſuit. ff. de contrah. empt. ideoque venditio rerum, quæ ſunt affixæ ędibus, non confirmatur iuramento, quia ratione publicę vtilitatis eſt prohibitum, Bar. in l. 57. ſi quis

ſi quis pro eo. num. 8. verſ. ſecundo quando. ff. de fideiuſſ. & mand. ita etiam non poteſt quis vendendo renunciare huic iuri publico.

226 Infero decimooctauo, quòd partes non poſſunt renunciare termino præfixo inſtantiæ cauſę, & ſic inſtantiam prorogare, per ea, quę ſecutus ſum cap. ſeq. quęſt. 15. num. 303. & 331.

227 Infero decimonono, quòd donans non poteſt renunciare inſinuationi faciendæ, quia inter alias cauſas, ob quas inſinuatio requiritur, eſt, quia videtur intereſſe Reip. ne quis re ſua prodigaliter, & malè vtatur, & malè videtur vti, qui donat, quia donare eſt perdere, Vital. tract. de clauſul. rubr. an legib. inſinuat. &c. nu. 2. in fine, fol. 481. tom. 18.

An debitor poſſit renunciare miſerabili beneficio ceſſionis bonorum, cum hęc renunciatio ſit ſeruitutis, vide quæ latè ſcribunt Vital. de clauſul. rubr. an poſſit renunciari beneficio ceſſionis bonorum. num. 1. & ſeqq. tom. 18. fol. 469. & Neuiz. conſ. 59. num. 6. & 7. vbi, an poſſit renunciare beneficio cap. odoardus. & quòd vtrique beneficio poſſit renunciare, videtur ſequutus Mar. Soc. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 13. verſ. circa ſecundum. ibi, quinto infertur. de for. competen. vbi etiam refert, & ſequitur limitationem ex Fed. de Sen.

Multas alias poſſemus colligere illationes, quarum aliquas inuenies etiam apud citatos, ſed non eſt neceſſarium; quinimò plures, quàm res poſtularet, videmur collegiſſe.

Abſoluta tertia exemplificatione, poſita ſupra num. 203.

228 Exemplifica quarto eandem ſecundam partem, poſitam ſupra num. 194. quando vaſallus Comitis, ſeu alterius Baronis ſe ſubmittit alterius iuriſdictioni, & renunciat priuilegio l. 18. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omn. iud. quia cum in hac renunciatione agatur de præiudicio Baronis, qui ex priuilegio habet ſubiectionem vaſallorum, vtique illa renunciatio non tenet, & ideo Baro poteſt, ea non obſtante, reuocare vaſallum ad ſuam iuriſdictionem, vt ſecutus ſum limit. ſeq. num. 25.

229 Intellige omnia, quæ ſcripſimus in hac ſecunda parte, dum diximus, quòd ſi ius, fauor, ſeu priuilegiũ habet admixtũ intereſſe alterius, tunc renunciatio vnius non præiudicat ſibi, nec alteri, ſit verum, quatenus illud ius, ſeu fauor ſit inſeparabilis, prout apertè locuti ſumus in præcedenti tertia exemplificatione ſupra num. 203.

Secus ſi ius ſit ſeparabile, quia tunc renunciatio tenet, quantum ad præiudicium renunciantis, ſed non quantum ad præiudicium tertij, Bar. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 3. in ſecundo caſu principal. Bal. ſub num. 4. in quarta oppoſitione, ibi, primo caſu ſi vtilitas. & Salyc. ſub num. 4. ibi, tertio caſu. C. de pact. Abb. in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 7. ibi, quandoque continet. de for. comper.

Caſum huius intelligentiæ in ſecunda parte habes limit. ſeq. ſub num. 17. 20. & ſeqq.

230 Extende hanc intelligentiam, vt procedat indiſtinctè, ſiue vtilitas admixta ſit publica, ſiue ſit alterius, & priuati, Bal. & Salyc. in dicta l. penultima, ſub num. 4. & Abb. in dicto cap. ſi diligenti. ſub num. 7. ibi, ſecundo caſu. de for. compet.

231 Capio tertiam primæ declarationis partem, poſitam ſupra num. 185. quando fauor renunciantis venit conſecutiuè, & per redundantiam ad odium, cuius cauſa principaliter facta eſt lex; huiuſque etiam tertiæ partis veritatem exemplis comprobo.

Exemplifica primo hanc partem in ſtatuto, quo prohibetur notario Priorum, ne ſalarium accipiat pro ſcripturis, quas facit, quia notarius non poteſt illud accipere, etiam à ſponte dantibus, Bar. in l. 199. inuitus. ff. de reg. iur. Bal. in authen. ſed hodie. C. de epiſcop. & cleric. Iaſ. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. num. 15. verſ. adde etiam. C. de pact. & facit quod ſcribit Gloſ. vlt. in dicta l. inuitus. vnde ſponte dans, non poteſt renunciare ſtatuto de non ſoluendo ſalarium, quia illud ſtatutum redundat quidem in eius fauorem, ſed eſt conditũ principaliter propter præſumptas extorſiones, quas notarius Priorum ſolet committere, ideoque dicitur conditum in odium, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 185. & 209. & huic odio non poteſt renunciare alius, quàm ipſa lex, quæ priorem legem prohibentem tollat.

Hic monitos velim iudices illos, ſi qui ſunt, qui habent notarios, ſeu verius notariorum iuuenes, & ſubſtitutos, qui non ſolum à litigantibus, ſponte dantibus, libentiſſimè accipiunt, ſed à non dantibus cupiunt extorquere, & litigantem, à quo ac-

cipiunt, fauorabiliter expedire feſtinant, præſertim ſi cauſa ſit executiua, vel ſi difficultas emergens veriſimiliter ſæpius contingit, itaut iudex anceps, ſe remittat ad notarium, vt in graue iuſtitiæ præiudicium quandoque fieri ſolet, quia tunc ſæpè cœcus cœcum ducit, & vnico pharmaco in quolibet morbi genere vtuntur, neſciens notarius, à quo ducitur iudex, diſtinguere inter lepram, & lepram: huiuſmodi enim iudices dum neſciunt, dum negligunt, dum non ſtudent, & quod ipſi facere tenentur, à notario fieri permittunt, & illius informationi ſine alia veritatis indagatione negligentes credunt, iſtis extorſionibus, & iniuſtitiæ non ſolum non obuiant, ſed imò occaſionem præbent: ſint hæc à nobis dicta ad laudem bonorum, quorum non deeſt numerus, & ad correctionem malorum, ſi qui ſunt.

232 Exemplifica ſecundo in ſenatuſconſ. maced. quo mutuanti filioſfamilias denegatur actio ad repetendum, & filioſfamilias conceditur, ne teneatur ad mutui reſtitutionem: nam hoc ſenatuſc. habet locum, etiam ſi filius in acceptione mutui renunciaret huic ſenatuſc. macedon. & ratio eſt, quia hoc ſenatuſc. eſt inductum principaliter in odium mutuantis, & conſecutiuè redundat in fauorem filiiſfamilias, qui propterea non valet illi renunciare, per ea, quæ ſub alio medio ſcripſi ſupra num. 209. in quinta illatione.

233 Intellige hanc tertiam partem, ſic exemplificatam, vt quando lex dicatur condita in fauorem, vel in odium, cognoſcatur ex ratione ipſius legis, nam vel conſiſtit in doli præſumptione, & tunc dicitur condita in odium, vt in duabus exemplificationibus præcedentibus, vel conſiſtit in præſumptione imbecillitatis, ſeu in alia æquitate; & tunc dicitur condita in fauorem; ratio autem legis quandoque colligitur ex procemio, Bal. in l. penult. ſi quis in conſcribendo. ſub num. 5. paulò ſupra finem, C. de pact. &, de eo non facta mentione, Vital. tract. de clauſul. rubr. quibus iuribus renunc. poſſit. num. 10. in fine caſus ſecundi, tom. 18. fol. 432.

Si plura cupis legere de renunciationibus, an, quando, & quis poſſit renunciare alicui iuri, vide quæ latè ſcribit Vital. dicta rubr. quib. iurib. poſſit renunciari, tom. 18. fol. 431. & ſeqq.

His pro diſcuſſione articuli, excitati ſupra num. 172. 177. & ſeqq. firmatis, concludo, reſtrictionem decimamtertiam poſitam ſupra num. 171. eſſe veram, quia diſpoſitio legis, ſi conuenerit. reſpicit ſolum fauorem eius, qui renunciat, renunciatio non eſt contra bonos mores, & non tendit ad delictum.

GLOS. VII. QVAEST. III.

LIMITATIO V.

Impedimentum prorogationis ex inhabilitate cauſæ.

SVMMARIVM.

Prorogatio iuriſdictionis an poſſit fieri in cauſis criminalibus, num. 1. & ſeqq.

Prorogari non poteſt iuriſdictio non exiſtens, ſub num. 8. Et quid ſi iuriſdictio ſuperueniat, num. 10. 12. & 13.

Compromitti non poteſt cauſa criminalis, num. 9.

Prorogata licet ſit iuriſdictio criminalis in iudicem non ſuum, tamen iudex competens poteſt procedere per inquiſitionem, num. 14.

Prorogatio iuriſdictionis fieri non poteſt in habentem diſsimilem iuriſdictionem, num. 11.

Prorogari poteſt iuriſdictio criminalis in habentem ſimilem iuriſdictionem, num. 15. Extenditur, num. 17. Declaratur, num. 20. & ſeqq.

Symbolum habentium facilis eſt tranſitus, num. 16.

Inquiſitus poteſt in ſui præiudicium prorogare iuriſdictionem in iudicem inquirentem, non autem in præiudicium iudicis competentis, vel eius, qui vult accuſare, num. 17. 19. & 20.

Subditus poteſt quoad ſui præiudicium ſe ſubmittere alicuius iuriſdictioni, ſed non in præiudicium ſui ſuperioris, ſub num. 20. Et qua via Barones, & alij impediant vaſallos, ne prorogent, num. 25.

Punitus in vno loco, an poſſit puniri in alio, num. 21.

Proro-

Prorogationem qui iudices, & ſuperiores poſſint impedire, num. 22. & ſeqq.

Prorogari non dicitur iuriſdictio in iudicem, qui aliquo iure ſit competens, num. 26. & 28. Sed dicitur præuentio, num. 27.

Contumax non dicitur prorogare iuriſdictionem, num. 29. Et quando dicatur prorogare, num. 30.

Contumax non dicitur qui eſt citatus à iudice incompetenti, ſub num. 29.

Curialis Rom. Curiæ ſi fuerit contumax in Curia Capitolina, poteſt A.C. ad eius inſtantiam actori, & Iudici Capitolino inhibere, &c. neque tenetur ad expenſas contumaciales, ſub num. 29.

Domicilium eligere non tenetur, qui illud habet, ideoq. non tenetur reſpondere citanti ad eligendum domicilium, ſub numero 29.

Prorogatio iuriſdictionis ſpiritualis, an fieri poſſit in ſecularem, num. 31. & ſeqq. & num. 40. Et an in iudicem eccleſiaſticum, num. 46. & ſeqq.

Spiritualia quot modis dicantur, num. 32.

Papa ſi deficeret, iuriſdictio deuolueretur ad Cardinales, num. 35.

Laicus quando poſſit exercere iuriſdictionem ſacramentalem, ſub num. 36. & ſeqq. Et quando etiam fori contentioſam, nu. 37.

Baptizandus ſi ſit in periculo mortis, poteſt baptizari à laico, ſub num. 36.

Confeſſio ſacramentalis poteſt audiri à laico, morte imminente, &c. ſub num. 36.

Decimarum cauſa an, & quando poſſint cognoſci à iudice ſeculari, num. 38. & ſeqq. & num. 41. & ſeqq.

Iuriſpatronatus cauſa an, & quando poſſit cognoſci à iudice ſeculari, num. 38. & ſub num. 45. verſ. quo verò.

Laicus an poſsit prorogare iuriſdictionem ſpiritualium ſacramentalium in iudicem eccleſiaſticum non ſuum, num. 46. & ſeqq. Et quid in his, quæ ſunt annexa ſpiritualibus, ſeu largo modo ſunt ſpiritualia, num. 53.

Parochianus, qui ſaltem ſemel in anno tenetur confiteri, &c. proprio parocho, non debet hanc confeſsionem facere alteri parocho, num. 47. Poteſt tamen de conſenſu proprij parochi, & quare, ſub eod. num. 47. & 48. Et per mutationem in alia parochia, num. 50.

Parochus non poteſt generaliter delegare regimen Curæ, num. 49.

Laicus an poſsit prorogare iuriſdictionem excommunicandi, num. 51. & 52.

Sponſalia non poſſunt contrahi niſi coram proprio parocho, num. 52. in fine.

Clericus an poſsit in alienum Epiſcopum *prorogare iuriſdictionem ſpiritualem, & quaſi ſpiritualem, num. 54.*

1 LIMITA quinto eandem concluſionem poſitam quæſt. præced. num. 2. de proroganda iuriſdictione, vt non procedat quando natura cauſæ eſt inhabilis ad prorogationem.

Exemplifica primo hanc limitationem in cauſis criminalibus, quia in eis nõ fieri prorogationem, ſentit Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 13. in quinto impedimento, C. de epiſc. aud. & per tranſennam Claud. Cantiunc. tract. de offic. iud. lib. 2. cap. 4. num. 7. tom. 3. par. 1. fol. 81. & articulo ſatis conſiderato, adductisq. hincinde motiuis, firmat Bal. in dicta l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 6. verſ. reuoco. & verſ. breuiter. & hanc eſſe veriorem teſtatur, & ſequitur Marſ. in l. fin. num. 199. verſ. vltimo circa. & ſub num. 200. ff. de iuriſd. omn. iud. inter. Repeten. tom. 1. fol. 354. loquendo de prorogatione hominis, & Ant. de Matth. tract. de iudic. ſub. num. 5. ibi, vnde dico non poſſe. tom. 3. par. 1. fol. 106. & quòd laicus non poſſit in cauſa criminali conſentire in alienum iudicem, ſentit à contrario ſenſu Gl. 1. in cap. 12. ſi diligenti. de for. competenti.

2 Ratio eſt triplex, Prima, quia ſi reus poſſet prorogare, immediatè procuraret, quòd aliquis iudex ſuus amicus inquireret contra eum, & poſtea eum abſolueret, quod eſt abſurdum, quia, ſic prorogando, magnum generaret præiudicium iuſtitiæ, ſuo iudici competenti, & ſuæ Reip. cui pœna debet applicari: non enim priuatorum conſenſu debet ius publicum mutari, Bal. vbi ſupra, & latius Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 20. & Io. Bapt. Sap. ſub num. 29. & ſeqq. ff. de iudic. & faciunt quę ſcripſi lib. prox. præced. cap. 2. nu. 69. Secunda, quia in criminalibus accuſator cenſetur procurator Reip. ergo is non poteſt prorogare ſine mandato ſpeciali, vt argumentandò ſcribit Sap. vbi ſupra, num. 30. Tertia, quia iuriſdictio non poteſt priuatorum conſenſu tribui, l. priua-

 torum.

torum. C. de iuriſd. omn. iud. præſertim in caufis criminalibus, Clar. recep. ſent. lib. 5. §. fin. q. 42. verſ. eſt etiam. in fine.

3 Contra hanc exemplificationem videtur ſentire Spec. tit. de competen. iudic. adir. initio, num. 14. verſ. ſed nunquid. lib. 2. fol. 18. vbi hanc contrariam refert vltimo loco, & aperte Innoc. in cap. 4. de cauſis. ſub num. 4. verſ. illud etiam. de offic. & por. iud. deleg. Abb. in cap. 12. ſi diligenti num. 24. de for. competen. Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 36. quæſt. 10. eod. tit. & Boſch. Cod. in cap. 1. num. 126. in 5. concl. de iudic. inter Repet. tom. 3. fol. 38. ita etiam ſentiunt Iaſ. in l. 18. ſi conuenerit. num. 23. limit. 4. & Dec. num. 22. & ſub num. 25. in ſecunda concl. & num. 26. ff. de iuriſd. omn. iud. idem Dec. in eod. cap. 1. num. 171. in prima lectura, dum ſcribunt; quòd prorogatio irreuocabilis dicitur, quando fit, contrahendo, vel delinquendo, & ſub num. 183. in ſecunda limit. quibus in locis ex Aret. ibid. num. 63. contra Bal. inquit, quòd prorogatio tacita, quæ fit per actum litigandi, poteſt fieri in cauſa inquiſitionis, quia ſufficit conſenſus inquiſiti, &c. hancq. contrariam opin. ſequitur Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 4. C. vbi de crim. agi opor. &, reprobatis diſtinctionibus, tenet Io. Bapt. Sap. in dicta l. 1. num. 33. & ſeqq. & hanc eſſe communem opin. teſtantur, & ſequuntur Paul. de Caſtr. in dicta l. 1. ſub num. 20. ff. de iudic. Sapia d. num. 29. Franc. Aret. in cap. 22. ad petitionem. num. 15. de accuſat. & in cap. 12. ſi diligenti. ſub num. 7. de for. compet. Mar. Soc. in dicto cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 29. q. 1. verſ. & ex prædictis. de for. compet. & Clar. recept. ſent. dicta q. 42. initio, & hanc eſſe communem opin. vt iuriſdictio criminalis ſit prorogabilis etiam in inquiſitionibus, ſed non abdicatiuè, ſequitur idem Ant. de Matth. ſub dicto num. 3. ibi, concludo tandem. fol. 106. initio, & quòd merum imperium poſſit prorogari in eum, qui habet ſimilem ſpeciem imperij, ſcribit Aret. in dicto cap. 12. ſi diligenti. num. 7. verſus finem, de for. competen. & quòd Gl. iuris ciuilis communiter teneant, quòd in cauſis meri, vel mixti imperij habeat locum prorogatio iuriſdictionis, dummodo perſona ſit habilis, & alias cognitionem habeat ſimilium cauſarum, ſcribit Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. num. 22. verſ. venio ad quartum. de offic. & poteſt. iud. deleg. & quòd index, cuius iuriſdictio prorogatur, poſſit punire, licet alias non eſſet iudex, ſcribit Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. num. 71.

4 Diſtingue duas ſpecies principales prorogationis.

Prima ſpecies eſt, non declinatio iuriſdictionis, cuius terminos explicaui limit. præced. num. 30. verſ. ſecundum. & in hac ſpecie procedit abſque difficultate hæc contraria opin. quòd prorogatio iuriſdictionis habeat locum etiam in criminalibus, per ea, quæ dixi ſupra d. num. 30. & ita reſpondendo ad l. 1. C. vbi de crim. agi oport. ſcribit Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 6. verſ. breuiter. C. de epiſc. aud.

5 Extende primo eandem contrariam opin. in hac prima ſpecie prorogationis, vt procedat tàm in prorogatione tacita, quàm in expreſſa.

6 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi aduerſus prorogationem opponeretur de errore, ſeu ignorantia, vt ſecutus ſum ſupra limit. 2. num. 40. reſtr. 5.

7 Reſtringe eandem contrariam opin. vt non procedat in caſu, & exemplis, de quibus ſupra d. limit. 2. num. 43. & ſeqq. verſ. ſubreſtringe.

8 Secunda ſpecies prorogationis eſt, quando fit in iudicem non ſuum, & hæc poteſt eſſe propriè prorogatio; & in iſta diſtinguo plures caſus.

Primus caſus eſt, quando is, in quem fit prorogatio, nullam prorſus habet iuriſdictionem: & iſto caſu concludo, prorogationem eſſe nullam, quia quod non eſt, non poteſt prorogari; idcoque eſſet noua iuriſdictionis collatio, quæ priuatorum pacto fieri non poteſt, per ea, quæ indefinitè ſcripſi quæſt. præced. num. 1. & hac eadem quęſt. 3. limit. 1. num. 1. & ſeqq.

9 Infero ex concluſione huius primi caſus, cauſas criminales non poſſe compromitti, & ideo non veniunt in ſtatuto de compromittendis cauſis inter conſanguineos, teſtibus his, quos ſecutus ſum lib. præced. cap. 2. num. 66. & ſeqq.

10 Extende hanc concluſionem, vt procedat etiam ſi huic, qui proceſſit ſine vlla ſpecie iuriſdictionis, ſuperueniret poſtea aliqua ſpecies iuriſdictionis, quia nihilominus geſta per eum, non conualidarentur, cum in iſtis terminis nulla poſſit dari coniunctio, per ea, quæ in caſu magis dubio ſcripſi infra num. 12.

Contra

Contra hanc extenſionem poſſunt motiuari eadem, quæ motiuaui infra num. 13.

11 Secundus caſus eſt, quando is, in quem fit prorogatio, habet quidem iuriſdictionem, ſed non ſimilem, & concludo idem, quia de vna ſpecie ad aliam non eſt prorogatio, per ea, quæ dixi ſupra limit. 1. num. 92. & ſeqq. & numero.

12 Extende etiam hanc concluſionem, vt procedat etiam ſi huic iudici ſuperueniret ſpecies iuriſdictionis, in qua proceſſit, quia nihilominus ſi ſuperueniret poſt litem conteſtatam, proceſſus non conualidaretur, quia cum litis conteſtatio fuerit nulla ex defectu iuriſdictionis, & litis conteſtatio ſit iudicij fundamentum, iudicium nunquam conualeſcit, ex quo deficit in fundamento: ſecus eſt, ſi iuriſdictio ſuperueniret ante litem conteſtatam, quia prius geſta conualidarentur, ita in primo membro apertè Bal. in l. 1. num. 8. verſ. circa hoc in fine, C. vbi de crim. ag. oport. & in ſecundo membro implicitè, & per ſenſum contrarium, & ex eiuſdem mente explicitè Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 53. quæſt. 6. in fine, de for. compet.

13 Contra huius diſtinctionis doctrinam videntur motiuanda ea, quę ſcribunt Gl. in l. vnica, in verbo, patientiam. C. qui pro ſua iuriſd. &c. dum, nulla facta differentia inter ante, & poſt litem conteſtatam, & ſuppoſito, quòd cauſa fuerit delegata ab eo, ad cuius iuriſdictionē illa cauſa nō ſpectabat, & ideo ſit ab incongruo delegata, & partes hoc ſciētes, nihilominus coram illo delegato litigarent; diſtinguit: aut ille delegatus habebat alias iuriſdictionem in alijs cauſis; puta, quia erat ordinarius; & iſto caſu, inquit Gl. tenet ſententia; quod tu intellige, ſi litigarunt tanquam coram ordinario; ſecus ſi tanquam coram delegato, vt declarat Paul. de Caſtr. in d. l. vnica, ſub num. 5. & adde quę ſcripſi ſupra limit. 2. num. 8. aut iſte delegatus carebat alia iuriſdictione, ſed poſtea eam eſt adeptus, & iſto caſu, inquit Gl. videtur confirmari à tempore iſto, & non prius, & Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 20. verſ. ad tertium. de off. deleg. dicens, quòd ſi quis conſentiat in iudicem, funditus non habentem iuriſdictionem, &, lite pendente, ſuperueniat, hoc, inquit, ſufficit quoad validanda geſta ex vi prorogationis, ſed hoc, inquit, intellige ſecundum Gloſsæ diſtinctionem, de qua in dicta l. vnica, poſtea quando iudicium eſt nullum ex defectu iuriſdictionis, addit hanc aliam diſtinctionem: aut ſuperuenit iuriſdictio ex cauſa de nouo, & non cōualidatur: aut ſuperuenit ex cauſa de pręterito, & conualidatur, vt ex nunc, non vt ex tunc, quæ diſtinctio videtur ſatis probari ex l. 4. obſeruare. in fine, ff. de offic. proconſ. vbi proconſul erat electus pro officio conſulatus, nondum tamen fuerat ingreſſus prouinciam, & ſic nondum habebat iuriſdictionem, vel exercitium; & tamen cauſam delegauit, & dicitur ibi, quòd delegatio non valuit, ſed, ipſo ingrediente prouinciam, confirmatur ex cauſa, habente originem ante delegationē, ſed confirmatur ex nunc, non vt ex tunc, nā ipſo ingrediente prouinciam, delegatus efficitur de iuriſdictione delegantis, & ex cauſa de pręterito, quæ habuit originem ante delegationem: ſecus autem ſi ex cauſa ſuperueniente poſt delegationem, Paul. de Caſtr. in dicta l. vnica, num. 3. & ſub num. 5. in fine, & apertius hoc dixiſſe videntur ex Iacob. de Aren. quem citant Cyn. in dicta l. vnica, num. 6. q. 2. C. qui pro ſua iuriſd. &c. & Abb. in cap. 16. cum ex officij. ſub num. 34. q. 2. de præſcript. dum ſcribunt, quòd ſi delegans à principio tempore delegationis erat iam electus, ſed iuriſdictio nondum ſibi competebat; iſto caſu, inquiunt, quia iuriſdictio erat radicata antea, & poſtea habuit effectum, delegatio tenet, quaſi facta hodie, non tunc: ſed ſi fuit electus poſtea, iuriſdictio, inquiūt, non tranſit in delegatum, quia delegatio fuit nulla, & ab hoc non diſcedit Felyn. quoad validitatem delegationis, ſed non quoad validitatem proceſſus facti à delegato, vt retuli cap. ſeq. q. 5. ſub num. 27. verſ. moneor primo. & pro maiori huius materię explicatione adde quæ ſcripſi ſupra gl. 4. q. 6. ſub num. 46. & hac ead. gl. 7. q. 3. ſupra limit. 2. num. 54. & 56.

14 Infero iſto ſecundo caſu, quod ſi in criminalibus fiat prorogatio iuriſdictionis in iudicem non ſuum, iudex competens, non obſtante prorogatione, poteſt procedere contra reum per inquiſitionem, quia non eſt in poteſtate rei, nec debet ipſe auferre iuriſdictionem iudici ſuo ſuper crimine, Franc. Arec. in cap. 2. ſi diligenti. num. 8. de for. compet. quem videas.

15 Tertius caſus eſt, quando habet iuriſdictionem, & ſimilem; & iſto caſu concludo, iuriſdictionem eſſe prorogabilem, Innoc. in cap.

cap.4.de cauſis.ſub num.4.de offic.& poteſt. iud.deleg.Bar.in l.1.num.3.Bal.num.3.in 2. oppoſ. Paul.de Caſtr.ſub num.4. C.vbi de crim. agi oport. Mar.Soc.in cap. 18. ſignificaſti. ſub num.29. q.1.verſ.& ſic ſequitur.& verſ.& ex prædictis. de for. compet. & hanc eſſe communem opinionem teſtantur, & ſequuntur Abb.in cap.40. p.& g. ſub num.15. de offic.& poteſt.iud.deleg. Ant. de Butr. & Aret. quos citaui ſup.ſub n.3. verſ.contra.& ita, latè obijciendo, reſpondendo, & diſtinguendo, firmat Ludou. Burgh. in l. ſi ſe ſubijciant. ſub num. 122. iunctis traditis à num.115. vſque ad num.130. ff.de iudic.inter Repet.tom.1.fol.483. & ita etiam protedat communius contraria opinio, de qua ſupra num.3.

16 Ratio huius concluſionis eſt, quia vulgatum eſt axioma, quòd in habentibus ſympathiam,& ſimbolum,facilis eſt trãſitus, Ariſt. 2.de gener.& corrupt.& loquendo in terminis noſtris de iuriſdictione, ſcribunt Bal.in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num.6. verſ. reuoco igitur. C. de epiſc. aud. Abb.in cap. 4. at ſi clerici. ſub num.22. ibi, plus eſt creare. de iudic. & Mar.Soc.in cap.ex litteris.ſub num. 56. fallen. 4. in fine, de mut. petit. & hoc eſt axioma, quod ſeruit ad multa, & ego eo vſus ſum in meo vot. num.76. in cauſa Piccolominea, anno 1620. die 15.Martij.quare vt iuriſdictio ſit prorogabilis,faciliorq. ſit de vna iuriſdictione in aliam tranſitus,debet eſſe prorogatio eiuſdem naturæ, cuius eſt illa, quæ prorogatur,vt latè ſecutus ſum ſupra limit.1.num.5. & num. 92. & ſeqq. hæcque ratio eſt generalis,& ſeruit ad multa,Thom. Canan.in procem. decret.num.23.24.& 25. inter Repet. tom.1. fol.17. & in naturalibus mirabiliter id oſtendit magnes, de quo ſcripſi ſupra gloſ.1.quæſt.1.num.34. & familiariter docet conuerſio vini in acetum, Abulenſ. ſuper Exod.cap.6.fol.62. col. 2. littera K. par. 1. quare prorogatio debet fieri de cauſa ciuili ad cauſam ciuilem, de mero imperio ad merum imperium, & de mixto ad mixtum, non autem de mixto ad merum, & ſic de ſimilibus, Mar.Soc.in d.cap.ſignificaſti. ſub num.29.quæſt.1. verſ.& ſic ſequitur. de for. competen. vt retuli etiam ſupra limit. 1. num.102. verſ. neque è conuerſo.

17 Extende concluſionem huius tertij caſus, vt procedat etiam ſi iudex, in quem fit prorogatio, procederet per viam inquiſitionis ex mero eius officio,quia adhuc teneret prorogatio,Aret.in cap.1.num.63.de iudic.cum quo in effectu contra Bal. & Nell. de S. Gemin. videtur reſidere Mar. Soc.in cap.18.ſignificaſti. num. 34. in fine, quæſt. 8. de for. compet. eundemq. Aret. ſequitur Felyn. in cap. 40. p.& g. ſub num.9. verſ.contrarium. de offic. & poteſt.iud. deleg.& refert etiam Iaſ.in l.18. ſi conuenerit. ſub num. 34. verſ. mouetur, ibi, tenendo tamen. ff. de iuriſd. omn. iud. inquit Aret. in prorogatione requiri conſenſum vtriuſque partis, ſed non in inquiſitione, quia agitur de præiudicio rei dumtaxat; rurſus idem Aret.in cap. 22. ad petitionem. num.27. in fine, de accuſ. & ex eo refert, & ſequitur Ant.de Matth.tract.de iudic. ſub num.5.ibi,concludo tandem.tom. 3. par. 1. fol.106. & cum hac extenſione, quicquid ſit de iure, concordat Clar.recept. ſenten. lib. 5. §.fin.quæſt.42.in fine, dicens, quòd cum hodie iudex inquirens ſit quodammodo loco accuſatoris, credit, quòd ſi reus conſentiret in ipſum iudicem, vix poſſet euadere, ne cenſeretur facta prorogatio in ipſius rei præiudicium, non autem in præiudicium iudicis competentis, vel alterius, volentis accuſare.

18 Contra hanc extenſionem, nempè, quòd prorogatio non fiat, tenent, citato Innocentio, Bal.in l. ſi qui ex conſenſu. num.6.verſ. reuoco igitur. C.de epiſc. aud.& in l. 1. in fine,nu.10.in 7. & vlt.quæſt. C. vbi de crim. ag.oport.Nell.de S. Gemin.tract. de bannit. in 2.par.1.temp.q.2. ſub n.2. verſus finem, tom.11. par.1. fol.359. & eſſe communem opinionem teſtatur, & ſequitur Socc. conſ. 108. ſuppoſito ſtatuto. in fine,num.21.verſ. poſtremo. lib.4. & ex eo teſtantur Clar. in loco proxime citato, & Surd.conſ.56.cum in patria. num. 12. lib.1.

Ratio huius contrariæ opinionis eſt, quia ſuper inquiſitione propriè non fit litis conteſtatio; nam, propriè loquendo non ſunt ibi partes, quæ poſſint prorogare iuriſdictionem,iudex enim non poteſt prorogare iuriſdictionem in ſeipſum, nec etiam fama prorogat, quia, cum ſit res inanimata, non habet conſenſum, Bal. vbi ſupra.

19 Non recedo ab extenſione.

Ad rationem, adductam pro contraria opinione collige per te ipſum reſponſiones ex his, quæ ſcribunt Aret.& Clar. ſup. in locis proximè citatis.

20 Declara primo nunc eandem concluſionem tertij caſus, eiuſq. extenſionem, vt ſint

veræ

veræ in præiudicium ipſius rei, non opponentis de defectu iuriſdictionis contra iudicem procedentem; ſecus in præiudicium Reip. ſeu iudicis competentis, quia illa prorogatio eis non præiudicat, Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub nu. 6. verſ. breuiter ego teneo. C. de epiſc. aud. Paul. de Caſtr. il l. 1. ſub numer. 20. ibi, vnde dic quod poteſt. & Sapia num. 31. ff. de iudic. Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num. 15. de offic. & poteſt. iud. deleg. Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. q. 42. in fine initij, & in fine quæſtionis, Surd. conſ. 56. cum in patria. ſub num. 12. ibi, & hoc multo magis. & num. 13. lib. 1. & ſcripſi q. ſeq. ſpec. 6. num. 14. & quòd ſubditus poſſit, quoad ſui præiudicium ſe ſubmittere alicuius iuriſdictioni, non tamen in præiudicium ſui ſuperioris, latè conſulendo, explicat Surd. conſ. 47. primo aſpectu. nu. 25. & ſeqq. lib. 1. quare requiritur conſenſus iudicis loci, vbi fuit commiſſum delictum, quia intereſt Reip. illius loci, tùm propter confiſcationem, tum propter vindictam, cum ipſa ſit offenſa, Felyn. in d. cap. p. & g. num. 9. in fine.

21 Infero primo confirmando hanc declarationem, quòd ſi Paduanus commiſerit delictum in territorio Paduæ, & dubitans, puniri Paduę, eat Vicentiam, ibique faciat, ſe accuſari, & conſentiat in Poteſtatem Vicentinũ, ad finem, vt abſoluatur, vel condemnetur in modica pœna, & Poteſtas Vicentinus eum abſolueret, vel miti pœna condemnaret, poſſet Paduanus iſte iterum accuſari, & puniri Paduæ, quaſi videatur colluſum, Paul. de Caſtr. in d. l. 1. ſub num. 20. & in his terminis procedat, quod ſecutus ſum q. pręceden. ſub num. 8. verſ. tempera tertio. cęterum ſi fuiſſet ſufficienter punitus, non poſſet iterum puniri, vide quæ ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 12. num. 85. & 92.

22 Infero ſecũdo, quòd iudex competens poteſt impedire prorogationem, prohibendo, & inhibendo iudici, & partibus, ne procedant, quia prorogatio non poteſt fieri in eius præiudicium, quod poteſt conſiſtere tã in ſportulis, quas habet, vel in lucro ex ſigillo, ſicut faciunt Epiſcopi, quàm in honore, qui eſt præferendus vtilitati, vt motiuat Cyn. in loco infra proximè citato, quem late refert Abb. in cap. 18. ſignificaſti. num. 7. de for. competen. & quòd ob præiudicium tertij, puta iudicis, impediatur prorogatio, quia ſingulis ſua iuriſdictio eſt ſeruanda, videtur ſatis dixiſſe Io. Monach. in cap. 8. accuſatus. num. 8. verſus finem, & apertius in addit. ad eum Prob. num. 11. in fine, de hæret. in 6. & quòd propterea ſi iudici debeatur ex cognitione alicuius cauſę aliquod ſalarium, ſeu lucrum, non poſſit illa cognitio prorogari in alium iudicem, & ita priuari iudex illo lucro, conſuluit Surd. conſ. 56. cum in patria. num. 14. lib. 1. & facit quod ſcripſi q. præced. ſub num. 14.

23 Contra hanc illationem, tenendo, quòd iudex alias competens non poſſit impedire prorogationem, ſcribunt Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 14. & Bal. ſub num. 8. verſ. ſed incidenter quæritur. C. de epiſc. aud. & Abb. in loco ſupra proximè citato, qui bene reſpondẽt motiuis adductis pro illatione, Felyn. in dicto cap. ſignificaſti. num. 2. in fine, fall. 4. verſ. ſed caue. & ita, loquendo expreſſe in ciuilibus, ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 4. C. vbi de crim. agi oport. nam vtilitas, quæ conſideratur in ſportulis, compenſatur euitatione oneris, & incommodi, quod ſubit iudex ſententiando, vltra quòd iudices ordinarij multis in locis habẽt ſuum ſtipendium, & ideo non poſſunt accipere ſportulas, Abb. & Felyn. in locis ſupra proximè citatis, & in his terminis procedat quod ſcripſi q. præced. num. 6.

24 Retenta hac contraria opin. quòd conſenſus iudicis non ſit neceſſarius, pręſertim in cauſis ciuilibus, vt dixi hic ſupra.

Limita primo eam, vt nõ procedat quoad iudicem loci commiſſi delicti, quia is, loquendo de iure, poteſt impedire prorogationem iudicis incompetentis; & ratio eſt, quia dicitur offenſa illa Reſp. in cuius territorio fuit commiſſum delictum, ideoq. iudex loci delicti poteſt petere remiſſionem, & conſequenter prorogatio non tenet ſine eius conſenſu, Paul. de Caſtr. in loco ſupra proximè citato.

Quicquid ſit de iure, & quicquid dicat Paul. de Caſtr. hæc limitatio non ſeruatur de conſuetudine, teſtib. eod. Paul. de Caſtr. & alijs, quos ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 40. ſub num. 8. verſ. contrariam. in fine.

25 Limita ſecundo, vt non procedat quoad iudicem perpetuum, vt puta, ſi ſit comes, ſeu baro, & dominus, quia ſine eius conſenſu non poteſt ſubditus ſe ſubmittere alterius iuriſdictioni etiam in cauſis ciuilibus, Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub n. 4. C. vbi de crim. agi oport. quod ex Bar. Anton. de Butr. & Abb. retuli etiam ſupra limit. 1. num. 37. & ſup.

Digitized by Google

ſup.q.2.num.8.nam baroni dicitur per Principem reſeruata iuriſdictio, ideoq. per burgenſem prorogari non poteſt, vnde cum hodie omnes barones Regni Neap. vt plurimum habeant priuilegia primarum, & ſecundarum cauſarum, & ſic eſt eis reſeruata iuriſdictio ſuper vaſallis ſuis burgenſibus, non poſſunt vaſalli alicuius baronis,habentis tale priuilegium, prorogare iuriſdictionem alterius iudicis ſine conſenſu ſui baronis, & ita ſeruatur in Regno, quia quandocunque eſſet facta prorogatio, ſolent barones reuocare ad ſuam iuriſdictionem ſubditos prorogantes, Maran. in ſuo ſpec. par.4. diſt.12.in fine, ſub num.86.& Surd.conſ.47. primo aſpectu.num.36.lib.1. quare licet laicus ſubditus poſſit, renuntiando priuilegio fori,prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu, & licentia ſui iudicis ordinarij, vt ſecutus ſum ſup. q.2.num.3. & ideo non poſſit deinde declinare illius iudicis iuriſdictionem, nec petere ſe remitti ad ſuum iudicem,Surd. d.conſ.47. num.36. verſus finem;tamen hoc eatenus procedit, quatenus priuilegium fori principaliter concernat fauorem renunciantis; ſed ſi reſpiciat etiam fauorem ſuperioris, vt in priuilegijs exemptionum, qualia priuilegia Cæſar concedere ſolet Statibus Imperij, Principibus, Comitibus, & Nobilibus, vt nemo eorum ſubditos corā alio Tribunali in ius vocet, tunc ſi ſubditus vocatus coram alio tribunali comparuerit,& conſenſerit in iuriſdictionem, talis prorogatio non tenet in præiudicium eius, qui eſt dominus illius ſubditi prorogantis, & conſequenter poterit dominus cauſam auocare, & à non admiſſione auocationis poſſet appellare ad Cameram,Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru. 40. num.2.3.& 4.

Praxis ergo huius limitationis eſt, vt dominus, volens ad ſuum tribunal reuocare ſubditum, qui promiſit ſoluere tali loco,ſeu conuenit, vt poſſit conueniri vbicunque,renunciando priuilegio fori, ſicque prorogando iuriſdictionem,praxis, inquam eſt, vt dominus porrigat petitionem coram illo iudice prorogato, & petat, cauſam remitti ad ſuum tribunal, Surd.d.conſ.47. ſub num.36. & quando prorogatus nolit remittere, tunc poteſt appellari ad prorogati ſuperiorem, vt ex Gail. retuli hic ſupra.

Verum ego vidi, magnos Potentatus breuius obuiare prorogationi, quam ſui ſubditi facerent in eorum præiudicium, nam ſi hi habeant bona in eorum Potentatu & dominio,faciunt illis præceptum ſub pœna pecuniaria, &c. quòd deſiſtant à lite in illo loco, & illi obediunt: & vidi quòd hoc faciunt etiam alij Barones, vt ſcripſi quæſt. ſeq. ſpec.4.num.10. quinimo ſcio, quod etiam Curia mercatorum, & alij quidam magiſtratus in Ciuitate Florentiæ faciunt idem, prohibendo partibus, & procuratoribus ſub certa pœna,ne in tali cauſa litigent coram Rota, ſeu alio tribunali, & contra inobedientem procedunt ad capturam; & hic Romæ iudices ad partis inſtantiam dant ſimiles inhibitiones, vel quia fuerit præuentum, vel iure priuatiuæ iuriſdictionis, vel litis pendentis ſub pœnis, &c. & non ſemper hæc omnia iuſtè fiunt.

26 Declara ſecundo, vt hæc prorogatio videatur ineptè conſiderari quoad iudices originis, domicilij, & loci commiſſi delicti, quia prorogatio iuriſdictionis conſideratur, quoad iudicem, qui alias ſine prorogatione eſſet incompetens, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſup. q. 1. num. 30. & q. 2. num. 2. & prorogatio non inducitur ſine conſenſu partis prorogantis, prout ſine aliquo conſenſu inducitur iſta, nam quilibet iſtorum iudicum eſt ipſo iure competens, etiam inuito reo, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſup. lib. 1. cap.40. ſub num.7.verſ.expedito. & num.8. & 9.& quòd delinquens ſortiatur foros prædictorum duorum iudicum, nempè domicilij, & loci commiſſi delicti, patet ex l. 1.& ibi Bal.& Paul.de Caſtr. num.1. & alij communiter,C.vbi de crim. agi oport.

Et conſequenter non rectè videntur locuti Doct. quos ſecuti ſumus limit. præced.numer. 103. & 104. & ſup. limit. 1. num. 43. dum ſcribunt, prorogationem fieri contrahendo & delinquendo.

27 Infero primo ex hac declaratione, quoad hos iudices fieri locum tantummodo præuentioni, de qua non aliter hic ſum acturus, ſed remitto me ad ea, quæ ſcripſi ſup. lib.1. cap.12. n.57.&ſeqq.& fieri etiā conſequenter locū remiſſioni, de qua hic minus agam.

28 Infero ſecundo, prorogationem habere locum quoad iudicem, cuius foro delinquens non eſt ſubiectus ratione loci delicti, non ratione originis, non ratione domicilij, neque alia ratione, ſed ſortitur eius forum, quia coram eo lis eſt conteſtata, vt patet ex caſu,quem ex Paul.de Caſtr.retuli ſup.n.21. & ita procedit, quod ſcribunt Bal.& Paul.de Caſtr.

Caſtr.

Digitized by Google

Caſtr. & alij in dicta l. 1. num. 7. C. vbi de crim. agi oport. dum dicunt, delinquentem poſſe puniri etiam in loco, vbi cauſa eſt inchoata, quia dicitur facta prorogatio in eum, vt hoc expreſſe dicunt Bal. d. num. 1. & Paul. de Caſtr. num. 4.

29 Subinſero, declarando hanc illationem, quòd prorogatio iuriſdictionis fit, ſi reus ſit præſens, & litem conteſtetur coram iudice alias incompetenti; ſecus ſi eam non conteſtetur, ſed ſit abſens, & contumax, quia contumax non prorogat iuriſdictionem, Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 7. verſ. deinde nota. Paul. de Caſtr. ſub num. 3. paulò ſup. finem, ibi, ſed ſi iudex ad inſtantiam. C. de epiſc. aud. Abb. in cap. 40. p. & g. num. 21. de offic. & poteſt. iud. deleg. Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 37. verſ. aduerte tamen. de for. comp. Dec. in cap. ſi duobus. num. 32. de appell. Surd. deciſ. 26. frequentiſſima. num. 13. in fine, & 14. & ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 7. ſub num. 61. & ratio eſt, tùm quia contumax iſto caſu non conſentit, Mar. Soc. in loco ſup. proximè citato, & prorogatio non inducitur ſine conſenſu, per ea, quæ dixi ſup. limit. 2. num. 1. & ſeqq. tum quia citatus à iudice incompetenti, vere non eſt cõtumax, egregiè idem Paul. de Caſtr. in l. 2. ſub num. 5. ff. de iudic. dicẽs, quòd licet abſens, poſitus in contumacia, ex quò eſt contumax, habeatur pro præſente, & conſentiente, quia eius abſentia Dei præſentia repletur, & ideo ſi contra eum abſentem fuerit proceſſum in cauſa vſque ad ſententiam diffinitiuam per iudicem, qui poterat procedere ſummariè, & de plano, proceſſus videatur valere; tamen, inquit, contrarium eſt verum, ſi fuerit proceſſum à iudice incompetenti, quia non valuit citatio, facta per iudicem incompetentem, & ſic non dicitur contumax, vnde alias dicebam coram Præfecto Signaturæ iuſtitiæ, quòd licet Curialis, citatus coram Iudice Capitolino ad eligendum domicilium, alias videndum decerni proceſſum per affixionem, &c. numquam comparuerit, & Iudex Capitolinus, prout fuerat comminatus, proceſſerit per affixionem vſque ad ſententiam; tamen Auditor Cameræ ad Curialis inſtantiam potuit Iudici Capitolino, & parti aduerſæ inhibere, &c. nam dicebam, quòd imputare ſibi debebat pars aduerſa, quæ, cum vidiſſet, Curialem non comparere, non citauit eum coram A. C. neque quicquam iuuabat partem aduerſam, dum allegabat, Curialem potuiſſe ſic citari, quia erat diſceſſurus ab vrbe, quia replicabã, quòd licet poſſet ſic citari, tamen erat ſic citãdus corã A. C. qui erat iudex ſuus, minus etiã eandem partẽ aduerſam iuuabat, dũ prætendebat, Curialem eſſe condemnandũ ad expenſas contumaciales, quia diſtulerat allegare priuilegium exemptionis, ſeu tardè recurſum habuerat ad A. C. iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra limit. 1. num. 23. quia reſpondebam dupliciter: Primo quòd citatus, qui non arctatur comparere, non poteſt dici contumax, Surd. conſ. 99. ſententia. num. 35. verſus finem, lib. 1. & dicta deciſ. 26. num. 7. verſus finem, & num. 8. & ſcripſi infra gl. 14. q. 25. nu. 8. & ſic ruit prætenſio, quia non adeſt contumacia. Secundo reſpondebam, quòd ſicut non reſpondens poſitioni ſuperfluę, ſeu aliter impertinenti, non dicitur contumax, ideoq. nullam contumaciæ pœnam incurrit, per ea, quæ ſcripſi ſum lib. proximè præceden. cap. 7. ſub nu. 493. & ſuperflua dicitur, quando eſt eadem cum alia, cui reſpondiſſet, vt dixi eod. cap. 7. ſub num. 173. & ſeq. ita etiã iſte Curialis, cum haberet domicilium in notiſſima parte vrbis, ita vt quilibet, volens eum citare, illud vel ſciret, vel deberet ſcire, quia facilè poterat ſcire, & paria ſint ſcire, vel ſcire debere, citabatur ad eligendum domicilium, iam electum, & parti notum, hacque domicilij notitia patebat non ſolum præſumptiue ex præcitatis, ſed erat etiam certa, quia pars aduerſa eum citauerat prius ſimpliciter domi, & conſequenter citationi ſuperfluę, & impertinenti non tenebatur reſpondere, & non reſpondendo, & non comparendo, non poterat dici contumax: imo ex his deprehendebatur malitia partis aduerſæ, dum per vias ambulabat inſolitas: & prout ego dicebam, fuit iudicatum.

30 Reſtringe hanc illationem, dum dicit, ex contumacia non fieri prorogationem, vt non procedat, quando iudex feciſſet, abſentem citari ad dicendum cauſam, quare iudex non debeat pronũciare ſe iudicem competentem, &, citato non comparente, pronunciaret ſe competentem, quia tunc prorogatio induceretur etiam contra contumacem, Mar. Soc. in loco ſupra proximè citato, quem retuli etiam cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. ſub nu. 56. Et hæc de prima exemplificatione poſita ſupra num. 1.

31 Exemplifica ſecundo in cauſa ſpirituali,

quia

quia in ſpiritualibus non habet locum prorogatio iuriſdictionis in iudicem laicum, quantum ad poteſtatem abſoluendi, vel excommunicandi, cum iſta procedant à ſolo Deo, Innocen. in cap.4. de cauſis.ſub nu.3. verſ.alij tamen. & ſub num.4. de offic. & poteſt.iudic. deleg. quem referunt, & ſequuntur Archid. in cap.quoties. verſ. in gloſ. imprecatio. ibi, ſed alij contra. 1. quæſt. 7. & Paul. de Caſtr. in l. 1. verſus finem, nu.21. verſ.vltimo ſcias.ff. de iudic. & latius Ant.de Butr.in cap.40. p. & g. ſub num. 22. verſ. ſecundo eſt videndum. de offic. & poteſt.iud.deleg.vbi tamen mutilatè, ideoque perplexè legitur in libro meo.

Ratio vrgentior huius exemplificationis, quare non poſſit prorogari in iudicem ſecularem, eſt, quia ſpecies iuriſdictionis cauſarum ſpiritualium eſt diuerſa, & ſeparata omninò à ſpecie cauſarum tēporalium, Abb. in cap.18. ſignificaſti.ſub num.16. ibi, item & fortius.de for. compet. ſed prorogatio iuriſdictionis non poteſt fieri inter diuerſas ſpecies, Abb. vbi ſupra; & ſcripſi ſupra nu.11. ergo laicus non poteſt per prorogationem cognoſcere de cauſa ſpirituali; & ita quoad iudicem ſecularem tranſeunt ſine difficultate, Ant.de Butr.in cap.40.p. & g. ſub nu.22. verſ. ſecundo eſt videndum. de offic. & poteſt.iud. deleg. licet corruptè, & mancè legatur in libro meo, & Mar. Socc.in cap.18. ſignificaſti, num.30. quæſt.2. in fine, de for. compet. & eſt notum cuique; & vbique docet praxis, & conſuetudo; ſed quoad iudicem eccleſiaſticum, qui habeat facultatem excommunicandi ſubditos ſuos, Socc. titubanter loquitur, dicens, quòd tunc non datur noua poteſtas, ſed fit extenſio de perſona ad perſonam, ſicque ampliatur iuriſdictio eiuſdem ſpeciei, ſed poſtea ſe remittit ad ea, quæ ſcripſit in d.cap.p. & g. tu vide infra num.46.

32 Declara primo pro intelligentia terminorum, ſpiritualia dici tripliciter. Primo ſtrictè, vt ſunt ſacramenta, quæ Spiritus ſancti operatione conficiuntur; & pro ſpirituum, ideſt, animarum ſalute. Secundo in largiori ſignificatione comprehēduntur etiam iura eccleſiaſtica, quia Spiritus ſancti gratia dignis conferri debent. Tertio in ampliſſima ſignificatione ſpiritualia dicuntur etiam, quæ à ſacramentis veniunt, vt ius percipiendi decimas, & oblationes, quę ex ſacramento ordinis quis conſequitur, Rebuff. tract. de decim. quæſt. 13. numero 39.

33 Declara ſecundo, vt in ſpiritualibus non ſacramentalibus, vt puta, in decimis, iurepatronatus, & ſimilibus annexis ſpiritualibus, non poſſit abſque ſedis apoſtolicæ auctoritate prorogari iuriſdictio iudicis ſecularis ſine mixtura clericorum, quamtumuis laicus, cuius eſt cauſa, conſentiret; ſecus ſi adſit mixtura clericorū, quia tunc poteſt fieri prorogatio in iudicem ſecularem, qui cognoſcat vna cum clericis, Io.Andr. in cap.18. ſignificaſti. ſub num.8. ibi, ſi enim ſpiritualis. de for. compet.

Hæc declaratio non tranſit abſque difficultate, & contrarietate, vt patet ex his, quæ ſcripſi infra num.53.in quarta inſpectione, ideo pro reſolutione, & pro intelligentia totius exemplificationis adhibeo quinque inſpectiones.

Prima inſpectio eſt, an iuriſdictio ſpiritualis ſacramentalis poſſit prorogari in iudicem ſecularem; & in hac inſpectione conſtituo regulam negatiuam, quòd hæc iuriſdictio non poteſt in eum prorogari, quia eſt huius iuriſdictionis omnino incapax, per ea, quæ dixi ſupra ſub num. 31. præſertim verſus finem.

34 Reſtringe hanc regulam, vt non procedat, quando aliquo caſu, ſeu aliquo in loco, aut aliquo tempore deficeret eccleſiaſticus, qui iuriſdictionem ſpiritualem poſſit exercere, & caſus, in quo iuriſdictio eſſet exercenda, moram non admitteret, quia iſto caſu cum neceſſitas non habeat legem, poſſet ſecularis eam quibuſdam modis exercere, prout in ſeqq. num.

35 Confirmatur hęc reſtrictio, quia ſicut vbi inueterato ſchiſmate (quod Deus auertat.) deficeret Papa de iure vel de facto, papalis iuriſdictio deuolueretur ad Dominos Cardinales, quia non eſt veriſimile, Chriſtū voluiſſe gregem ſuum ſine Paſtore, & directore dimittere; & vbi deficit iudex, vel adiri non poteſt, exercitium iuriſdictionis ſuæ deuoluitur ad alium, etiam alias inhabilem, per ea, quæ ſcribit Anch. conſ. 409. viſo & diligenter. num.6. & 7. ita etiam vbi exercitium iuriſdictionis eccleſiaſticę deficeret, & neceſſitas exercitium inſtans exigeret, debet poſſe exerceri à ſeculari eo modo quo poteſt, ſi ex exercitio vtilitas ſperari poſsit.

36 Extende primo hanc reſtrictionem, vt procedat quoad iuriſdictionem fori non cōtentioſi in aliquibus ſpiritualibus etiam ſacramen-

mentalibus, neceſſarijs ad animæ ſalutem; ſecus in alijs non abſolutè neceſſarijs.

Exemplifica hanc extenſionem, loquentem de neceſſarijs ad animæ ſalutem, in baptiſmo, & in confeſſione pœnitentiali; nam baptiſmus, & pœnitentia ſunt de ſeptem ſacramentis nouæ legis; vt in Concil. Trident. cap. 1. ſeſſ. 7. de ſacramentis. & tamen ſi baptizandus ſit in periculo mortis, ſicquè vrgeat neceſſitas, & deficiant ſacerdos, alijquè inferiores clerici, poterit à laico baptizari, & nedum maſculo, ſed etiam fœmina, ſi maſculus eo puncto neceſſitatis nullus adſit, vt, declarando totum hunc ordinem, ſcribit Marc. Ant. Cucch. de inſtit. maior. lib. 5. de baptiſ. tit. 2. num. 62. & 63. fol. 442. ſimiliter ſi, morte alicui imminente, ſacerdotis, aut alterius perſonæ eccleſiaſticæ copia haberi non poſſit, laicus poterit illius confeſſionem audire, non ſolum peccatorum venialium, ſed etiam lethalium; non quidem, vt laicus poſſit, tanquam ſacerdos, abſoluere; hoc enim non poteſt, ſed vt auſcultet, & conſequenter, qui laico ſua peccata ita fuerit confeſſus, à Chriſto ſummo ſacerdote remiſſionem conſequatur, vt latius explicat M. Ant. Cucch. eod. lib. 5. de ſacramen. pœniten. tit. 4. num. 205. fol. 480.

37 Extende ſecundo, vt poſſit procedere, etiam quoad iuriſdictionem fori contentioſi, ſi daretur caſus neceſſitatis, & deficeret iudex eccleſiaſticus, vt puta, ſi in aliquo loco diſtanti eſſent duo ſacerdotes, & vterque contenderet de adminiſtratione ſacramentorum, & ſe inuicem impedirent, & Populus indigeret ſine mora, vt ſibi ſacra miniſtrarentur, & ſuperior ſacerdotum eſſet in diſtanti loco, quia tunc poſſet iudex ſecularis eos honeſtè compellere.

38 Secūda inſpectio eſt an iuriſdictio ſpiritualis, ſumpta ſpiritualitate largiſſimo modo, prout ſub ea continentur decimæ, iuſpatronatus, & ſimilia, poſſit prorogari in iudicem laicum. Et in hac inſpectione Io. And. quem citaui ſupra num. 33. tenet, poſſe in eis fieri prorogationem, ſi adſit mixtura clericorum, ſecus ſi non adſit mixtura, quia tunc ait, non poſſe prorogari, niſi cum auctoritate Papæ.

39 Contrarium tenet Abb. quem retuli infra ſub num. 53. in 4. inſpectione.

Confirmatur primo hæc contraria opinio, quia inter ſpecies iuriſdictionis ſeparatas, & diuerſas, non fit prorogatio, per ea, quæ ſcripſi ſupra num. 11.

Sed iuriſdictio temporalis eſt diuerſa à iuriſdictione ſpirituali, nam temporalis ſpectat ad Principem laicum, qui cognoſcit de temporalibus, vt late ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 12. num. 1. & ſeqq. & ſpiritualis

40 pertinet ad Principem eccleſiaſticum; † quare cauſæ ſpirituales pertinent ad iudicem eccleſiaſticum, cap. 12. ſi iudex laicus. de ſent. excomm. in 6. & ibi Gl. in verbo, ſpirituali. vbi citat alia iura, & ex M. Ant. Cucch. ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 11. num. 14. & ſcripſi ibidem, num. 29. & ſub

41 num. 50. † & cauſa decimarum eſt ſpiritualis, ideoque de ea non cognoſcit iudex laicus, Gemin. in cap. vlt. num. 14. verſ. per præmiſſa. de for. competen. in 6. ſed cognoſcit eccleſia, Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 38. num. 1. & ideo ſententia, quam ferret laicus, eſſet irrita, Rebuff. tract. de decim. quæſt. 10. num. 2.

Ergo decimarum cauſæ, quia ſunt ſpirituales, non poſſunt per prorogationem cognoſci à iudice ſeculari.

Confirmatur ſecundo, quia iudex ſecularis eſt incapax iuriſdictionis ſpiritualis, ſicut eſt incapax iuriſdictionis in clericos: militat namque eadem ratio, ſed iuriſdictio, quam iudex eccleſiaſticus habet in clericos, non poteſt prorogari in iudicem ſecularem, per ea, quæ dixi ſupra limitat. 1. num. 6. & ſeq. ergo neque poteſt in ſecularem prorogari iuriſdictio ſpiritualis.

42 Reſtringe, declarando hanc contrariam opinionem, vt procedat, quando agitur de iure decimę, ſecus quando ageretur de quæſtione de facto, quia quando agitur de quęſtione de facto, quę non tangit ius, & merita ſuper debito, & non debito decimarum, tunc poteſt de iſto facto extra ius decimandi cognoſcere etiam iudex laicus, quia decima, prout eſt quid facti, non dicitur cauſa ſpiritualis, Rebuff. dicta quæſt. 10. ſub num. 3. & 4. & cum hac reſtrictione concordat in effectu Gemin. in cap. vlt. num. 14. verſ. per præmiſſa. de for. compet. in 6.

Caſus, in quibus dicitur agi de facto decimæ, vt in ſecunda parte huius reſtrictionis, poſſunt eſſe plures.

43 Primus eſt quando ageretur de furto decimarum, quia de eo poſſet cognoſcere iudex laicus, Rebuff. dicta quæſt. 10. numer. 3.

44 Secundus caſus eſt, ſi ageretur ſimpliciter de fructibus decimarum, Gemin. loco ſupra proximè citato, & alij, quos ſequitur Rebuf. dicta q. 10. num. 4. & ratio eſt, quia fructus ſimpliciter non dicitur res ſpiritualis, ſed temporalis, ideoque poſſunt laico concedi titulo locationis, & venditionis; quod non eſſet, ſi eſſet quid ſpirituale, Gemin. vbi ſup.

45 Tertius caſus eſt, quando ageretur de decimis in iudicio poſſeſſorio, quia hoc iudiciũ poſſet inſtitui, & cognoſci etiam corã iudice ſeculari, vt latè ſcribit Gail. dicta obſeru. 38. num. 2. & ſeqq. lib. 1. vbi de opin. communi.

Contra hunc tertium caſum tenet Rebuff. dicta q. 10. num. 1. in fine, dicens, quòd iudex eccleſiaſticus debet cognoſcere etiam in poſſeſſorio, & ita eſſe ſtatutum in Regno Franciæ, ſi decimæ non ſint fœudales, ſiue infœudatæ, ſecus, inquit, ſi ſint fœudales, quia tunc iudices regni cognoſcunt tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio.

Et hæc quoad decimas.

Quo verò ad iuſpatronatus dico, quòd licet cauſa iurispatronatus ſit ſpiritualis, vel ſaltem annexa ſpirituali, Abb. & alij Canoniſtæ in cap. 3. quanto. de iudic. Io. de Selu. tract. de benef. par. 1. q. 7. num. 78. & ſeqq. tom. 15. par. 1. fol. 28. & 29. Redoan. de ſimon. par. 3. num. 25. eod. tom. 15. par. 2. fol. 98. & latè Lambertin. tract. de iurepatron. lib. 3. art. 10. q. 9. num. 1. & ſeqq. & præſertim num. 18. & ideo ſpectat ad iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici, Abb. & cæteri Canoniſtæ in dicto cap. quanto. de iudic. & Lambert. dicta q. 9. art. 2. num. 1. fol. 38.

Tamen iudex ſecularis poteſt de eo iudicare comprehẽſiue in ſententia vniuerſitatis bonorum, dummodo de eo non iudicet principaliter, neq; acceſſoriè nominatim, faciendo de eo mentionem in ſententia, ſeu proceſſu: nam licet quis non poſſit ſpeciatim vendere iuſpatronatus, neq; cum vniuerſitate, ſi de eo faceret mentionem; tamen ſi ſimpliciter vẽdat vniuerſitatem ſecularẽ, iuſpatronatus tranſit acceſſoriè, Abb. in dicto cap. 3. quanto, num. 9. q. 2. de iudic. Tiraq. in tit. res inter alios acta. in prima lim. verſ. ex hoc ſit. fol. mihi. 105. tom. 5. Paul. de Cittadin. tract. de iurepatr. par. 9. num. 24. q. 16. & Lambert. eod. tract. lib. 3. poſt 9. artic. in 5. art. 9. q. princip. num. 1. & ſeqq. fol. 39. qui alios citant: & certum eſſe, quòd iuſpatronatus tranſeat in venditione vniuerſitatis ſecularis, ſcribit Abb. in cap. 15. querelam. num. 6. de ſimon. quædam enim tranſeunt cum vniuerſitate, quæ non tranſirent per ſe, cap. 7. ex litteris. de iurepatr. Spec. tit. de emphyt. ſub num. 139. q. 113. lib. 4. fol. 111. quinimo ſecundum aliquos licet, vendita villa, & iurepatronatus in ea exiſtente, venditio non valeat reſpectu iuriſpatronatus, ex quò copula (&) facit, vt ſit venditum principaliter, ſicut villa; tamen ſecus eſt, ſi vendatur villa cum iurepatronatus, quia tunc ſtat acceſſoriè, & ideo valet, Abb. in dicto cap. querelam. nu. 6. & Euer. de loc. argum. in loco à nat. copul. num. 5. ſed hoc eſt controuerſum, Ant. Burg. in cap. ex parte. num. 147. & 153. & ſeqq. de reſcrip. tom. 2. fol. 198. inter Repet.

Infero obiter, quòd iſto caſu à ſententia iudicis ſecularis appellatur ad ſuperiorem ſecularem, & non ad eccleſiaſticum, &, data re iudicata illius ſententiæ, non poſſet Epiſcopus in illo iurepatronatus contrarium ſententiare, quamuis aliter viderim factum in caſu de quo in meo vot.... Iun. 15. martij. 1620. num. 55. & ſeqq.

46 Tertia inſpectio eſt, an laicus poſſit in his ſpiritualibus ſacramentalibus, & ſimilibus omnino ſpiritualibus prorogare iuriſdictionem in iudicem eccleſiaſticum: & in hac inſpectione reperio opiniones; nam Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 22. verſ. ſecundo eſt videndum. ibi, laicus autem an poſſit. de offic. & poteſt iud. deleg. putat, quòd poſſit prorogare etiam abſque licentia, quia non eſt tantum ſubiectus, quantum clericus, ſaluo quòd quoad poteſtatem excõmunicandi, & poſtea refert, quòd Hoſt. ibidem tenet indiſtinctè, quòd non poſſit abſque licentia.

Ego non diſcedo ab hac opin. negatiua, quam tenet Hoſtien. quia confirmatur ex ſeqq. illationibus, & ſic concludo, quòd non poteſt prorogare.

47 Infero primo ex hac concluſione, confirmando eam, quòd parochianus, qui tenetur ſemel ſaltem in anno confiteri, & ſuſcipere ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum à proprio parocho, non debet illud ſuſcipere à parocho non ſuo, cap. 12. omnis. de penit. & remiſs. Innoc. in cap. 4. de cauſis. ſub num. 3. verſ. alij tamen. & ſub num. 4. de offic. & poteſt. iud. delegat. & hoc eſſe certum, quòd non proroget in pœnitentiali, nec quoad ſacramenta ſine conſenſu ſui iudicis eccleſiaſtici, ſcribit Anton. de Butr. in dicto cap. 40. p. & g. num. 22. verſus finem, verſ. tertio eſt videndum. de offic. & poteſtat. iudic. delegat. & rurſus

in

in cap. 18. ſignificaſti. num. 10. verſ. nota tamen. & Abb. ſub num. 15. verſ. ſecundo caſu. de for. compet. & quòd laici non poſſint prorogare iuriſdictionem in ſpiritualibus ſacramentalibus, ſequitur Felyn. ibid. num. 1. verſ. quod autem. & quòd laicus nullam poſſit facere prorogationem in ſpiritualibus ſine conſenſu ſui ſuperioris, ideoq. non poſſit fieri in foro pœnitentiali; refert, & ſequitur Abb. in d. cap. 40. p. & g. ſub num. 15. verſus finem, de offic. & poteſt. iudic. deleg. & quòd non poſſit fieri, præſertim in ſpiritualibus ſacramentalibus, niſi accedat conſenſus proprij iudicis eccleſiaſtici, ſcribit Mar. Soc. in d. cap. ſignificaſti. num. 30. q. 2.

48 Ratio, quare ſacerdos alterius parochiæ poſſit audire ex commiſſione proprij ſacerdotis, eſt, quia tunc non recipit poteſtatem ab ipſo laico, ſed à committente, Felyn. in dicto cap. ſignificaſti. inſtio, verſ. limita niſi.

49 Explica primo eandem illationem in extrema parte, dum dixi, poſſe alium parochum audire de licentia proprij parochi, vt parochus nõ poſſit per viam generalis commiſſionis, id eſt, delegationis committere regimen curæ, ſed poſſit ſolum in certis caſibus, vel in omnibus ad modicum tempus, Felyn. in loco, ſupra proximè citato.

Explica ſecundo, qualis debeat eſſe ſacerdos, cui datur hæc licentia, ex his, quæ ſcripſi ſupra limit. 1. num. 106. illat. 1.

50 Explica tertio reſtringendo eandem illationem, vt non procedat in prorogatione per mutationem domicilij, quia ſi parochianus recedat de vna parochia, & commoretur in alia, fit de foro pœnitentiali ſecundi parochialis ſacerdotis, & ita videtur poſſe prorogare; ſed tamen veritas eſt, quòd hoc non eſt prorogare, ſed potius tranſire penitus in alteram iuriſdictionem; cum prorogatio fit ea, quæ fit, non mutata poteſtate in cæteris ſui ordinarij, Ant. de Burr. in cap. 40. p. & g. num. 22. in fine, verſ. ſed oppono imò. de offic. & poteſt. iud. deleg.

Infero ſecundo, quòd ſponſalia non poſſunt contrahi, niſi coram proprio parocho, & non coram alio, niſi de eius licentia, vt in Concilio Tridentino cap. 1. ſeſſ. 24. de reform. matrim.

51 Infero tertio, quòd non poteſt prorogare poteſtatem excommunicandi, Ant. de Butr. in dicto cap. 40. p. & g. ſub num. 22. verſ. ſecundo eſt videndum. verſus finem, ibi, de poteſtate autem. de offic. & poteſt. iud. deleg. & facit quod ſcripſi ſupra nu. 31. exempliſ. 2.

52 Declara hanc illationem, vt procedat in prorogatione principaliter, ſecus in prorogatione, quæ veniret in conſequentiam, Ant. de Butr. vbi ſupra.

53 Quarta inſpectio eſt, an laicus in his, quæ ſunt annexa ſpiritualibus, ſeu quæ ſunt ſpiritualia, largo modo ſumpta ſpiritualitate, vt ſunt decimæ, iuſpatronatus, & ſimilia, ſi quæ ſunt, poſſit ſine conſenſu proprij iudicis eccleſiaſtici prorogare iuriſdictionem in iudicem eccleſiaſticum non ſuum.

In hac inſpectione video Doctores more ſolito obſcurè locutos, in qua obſcuritate non intendo immorari; quare, quicquid ſentiat Io. Andr. in dicto cap. ſignificaſti. quem citaui ſupra num. 33. dum tenet, poſſe prorogari etiam in iudicem ſecularem, ſi adſit mixtura clericorum, & ideo à fortiori ſentiat, poſſe prorogari in ſolum eccleſiaſticum; & quicquid dicat Abb. in cap. 40. p. & g. num. 15. verſus finem, de offic. & poteſt. iud. deleg. vbi, relata contrarietate inter Hoſt. & Innoc. cõcludit cum Innoc. quòd laicus non poteſt in foro pœnitentiali prorogare iuriſdictionem in ſpiritualibus, ſed in foro contentioſo, &, loquendo in iurepatronatus, ait, poſſe fieri prorogationem; & quicquid contra eundem Ioan. Andr. dicat idem Abb. in d. cap. ſignificaſti. num. 16. verſ. ſecundo ſentit. iuncto, quod ſcribit num. 15. in fine, dicens, quòd cap. per tuas. in quo ſe fundat Ioan. Andr. habet locum in arbitris, qui non habent iuriſdictionem, ſed ſolum notionem, & ideo, inquit, eorum mixtura toleratur; ſed non toleratur, inquit, mixtura eorum, qui habent iuriſdictionem, vnde colligit, quòd cauſa ſpiritualis poteſt compromitti in clericum & laicum, ſed non poteſt eiſdem delegari, quia, data mixtura in delegatione, inhabilitas attrahit, & prævalet, & ideo deſtruit, quæ omnia formaliter ex eo refert Mar. Soc. ibidem num. 30. quæſt. 2. notans, quòd Abb. de materia prorogationis tranſit ad materiam delegationis: & quicquid obſcurè idem Socc. ſub eodem num. 30. diſtinguendo, dicat, quòd quando tractatur de proprio commodo ipſius prorogantis, non videt, quare non poſſit fieri prorogatio, poſtquam cauſa eſt ſimilis iuriſdictionis ipſius; ſecus, inquit, ſi tractatur de incommodo proprij

Digitized by Google

iudicis; quo caſu, inquit, in præiudicium ipſius non poteſt prorogari ſine conſenſu ipſius, qui eſt ſuperior, & proprius iudex.

Ego, omiſsis ambagibus, breuiter concludo, quòd laicus non poteſt prorogare, & moueor hoc vnico fundamento, quia non video differentiam eſſentialem inter perſonas religioſas, quales ſunt clerici, & res ſpirituales, largo etiam modo ſumptas, vt ſunt decimæ, qua ratione clericus videtur res ſpiritualis, quę laico ſubijci non poteſt, Dec. in conſ. 150. dubitatur. ſub num. 8. nam ſicut clerici ſunt tranſlati in Deum, eique conſecrati, vt dixi ſupra limit. 1. num. 39. imò cauſæ clericorum ratione perſonæ cenſentur quaſi ſpirituales; & ideo iudex ſecularis, neque per prorogationem poteſt eas cognoſcere, quia eſt incapax huius iuriſdictionis, vt ſecutus ſum ſupra limit. *1.* ſub num. *6.* & *7.* ita etiam decimæ ſunt ipſius Dei, cap. *1.* eccleſias. §. his itaque. 13. quæſt. *1.* & Leuit. 7. in fine, num. 38. & ſunt Dei ſanctuarium, cap. *15.* ad hæc. de decim. Rebuff. tract. de decim. quæſt. 10. num. *16.* Sed clerici non poſſunt ſine conſenſu proprij Epiſcopi conſentire in Epiſcopum alienum, per ea, quæ dixi num. ſeq. & ſupra limit. 1. num. *36.*

Ergo neque laicus quoad ſpiritualia.

54 Quinta inſpectio eſt in clerico, an is in ſpiritualibus, largo modo ſumpta ſpiritualitate, poſsit prorogare iuriſdictionem in alienum Epiſcopum: Et concludo, quòd poteſt cum auctoritate ſui iudicis in ſpiritualibus, etiam quoad poteſtatem excommunicandi, Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 22. verſ. ſecundo eſt videndum. ibi, credo quòd clericus. de offic. & poteſt. iud. deleg.

Secus autem ſine conſenſu ſui proprij Epiſcopi, per ea, quæ dixi dicta limit. 1. num. *36.* quia in iſta prorogatione agitur de intereſſe proprij Epiſcopi: cum ergo ita iam firmauerim in clerico, nulla etiam habita conſideratione qualitatis cauſarum; ſequitur, quòd multò magis hoc procedit, ſi cauſa ſit ſpiritualis, quia concurrit duplex vinculum.

Declara nunc hanc quintam limitationem poſitam ſupra num. 1. & dicta in ea, an & quomodo procedant in iuriſdictione prorogata per viam reconuentionis, ex his, quæ ſcripſi quæſt. ſeq. ſpec. 3. num. 48. & ſeqq. & num. 110. & ſeqq.

GLOS. VII. QVAEST. III.

L I M I T A T I O VI.

Impedimentum prorogationis ex inhabilitate perſonarum.

S V M M A R I V M.

Prorogari non poteſt iuriſdictio à perſonis inhabilibus, num. 1. & ſeqq. Extenditur hoc in omni ſpecie prorogationis, num. 11.

Minor, & alij, qui non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio, non poſſunt prorogare iuriſdictionem, num. 2. & 3. Etiam ſi prorogarent per viam reconuentionis, num. 12. Declaratur, num. 4.

Procurator habens mandatum generale, non poteſt prorogare iuriſdictionem, num. 5. Reſtringitur hoc multipliciter. Primo, vt non procedat ſi habeat mandatum cum libera, num. 6. Secundo, quando prorogaret, patiente domino, num. 7. Tertio, quando haberet mandatum ſpeciale, num. 8. Quarto quando prorogatio fieret per viam reconuentionis, ſub num. 12.

Procurator an poſſit prorogare de tempore ad tempus, remiſſiuè num. 9.

Iudex ſi ſit inhabilis, prorogatio non tenet, num. 10.

1 LIMITA ſexto, vt prorogatio non teneat, quando ei reſiſtit inhabilitas perſonæ prorogantis: duæ autem ſunt perſonæ, quæ prorogant, ideoque debent eſſe habiles ad prorogandum: nempè litigantes, & iudex; alias ſi altera earum ſit inhabilis, prorogatio non tenet.

Primo igitur non tenet prorogatio facta à litigante inhabili ad prorogandum, Cyn. in l. 8. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 13. in 4. impedimen. C. de epiſc. aud. & Iaſ. in l. 15. ſi per errorem. num. 13. in fine, ff. de iuriſd. omn. iud. & hæc eſt concluſio ſine difficultate.

Exem-

2 Exemplifica primo hanc concluſionem in minore, ſeruo, filioſam. monacho, & ſimilibus, qui non habent perſonam ſtandi in iudicio, Cyn. in loco ſup. proxime citato, & loquendo de minore 25. ann. & de pupillo, Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 19. verſ. ſeptimo quæro. de for. compet. vbi ex Bal. recenſet caſum de facto in Ciuitate Ferratiæ, & loquendo de ſeruo, Iaſ. in d. l. ſi per errorem. num. 13. in fine, & quòd minor 25. ann. ſine auctoritate Curatoris, etiam cum iuramento, non poſſit prorogare iuriſdictionem alterius iudicis, declinato ſuo, quia non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſequitur Felyn. in cap. 40. p. & g. num. 10. verſ. minor. de offic. & poteſt. iud. deleg.

3 Ratio eſt clara, quia prorogatio fit in iudicio: igitur qui non poteſt ſtare in iudicio, non poteſt prorogare, quia non entis nullæ ſunt qualitates.

4 Declara hanc exemplificationem quantum ad minorem, & ad pupillum, vt procedat, ſi prorogatio ſit eis damnoſa, ſecus ſi eis eſſet vtilis, quia tunc teneret, prout teneret etiam totum iudicium, ſi eis eſſet vtile, Mar. Soc. & Felyn. in loc. ſup. proxime citatis, & loquendo generaliter de iudicio, ſcripſi ſupra lib. 2. cap. 2. num. 320. & ſeqq. & 395.

5 Exemplifica ſecundo in procuratore, quia is quamuis haberet mandatum generale, non poſſet prorogare iuriſdictionem, Innoc. in cap. 4. de cauſis. num. 1. in fine, de offic. & poteſt. iud. deleg. Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 20. verſ. octauo & vltimo quæro. de for. compet. & Felyn. in d. cap. 40. p. & g. num. 11. verſ. procurator. de offic. & poteſt. iud. deleg. vbi de comm. opinione.

6 Reſtringe primo hanc exemplificationem, vt non ſit vera in procuratore habente mandatum generale cum libera, &c. Innoc. Mar. Socc. & Felyn. in locis ſup. proxime citatis.

7 Reſtringe ſecundo, vt non ſit vera, quando prorogaret, patiente domino, quia tunc prorogatio teneret, Mar. Socc. & Felyn. in eiſdem locis ſup. proxime citatis.

8 Reſtringe tertio, vt nõ ſit vera, quãdo haberet mandatum ſpeciale ad prorogandum; & hæc reſtrictio caret difficultate.

9 An procurator poſſit prorogare de tempore ad tempus, vide Mar. Socc. in loco ſup. proxime citato.

10 Secundo non tenet prorogatio, quando iudex eſt inhabilis, Iaſ. in l. 15. ſi per errorem. num. 13. in fine, ff. de iuriſd. omn. iudic.

11 Extende totam hanc ſextam limitationẽ, vt procedat in omni genere, ſeu ſpecie prorogationis, nempe, ſiue fiat de perſona ad perſonam, ſiue de re, ſiue de tempore, ſiue de loco, ſiue, &c. quia omnis prorogatio fieri debet in iudicio, in quo is, qui non poteſt ſtare, non poteſt prorogare.

12 Declara etiam, extendendo, & teſtringendo eandem limitationem in iuriſdictione, quæ prorogatur per viam reconuentionis, de qua ſcripſi q. ſeq. ſpec. 3. num. 48. & ſeqq. vt ſi perſonæ ſint inhabiles ad prorogandum, quales ſunt minores, ſerui, & ſimiles, non ſolum non poſſint prorogare per cõſenſum expreſſum, vel tacitum, per ea, quæ dixi ſup. num. 2. ſed neque per viam reconuentionis, quia ſi non habent perſonam legitimam agendi, non habent reconueniendi, cum reconuenire ſit agere, vt dixi d. ſpec. 3. num. 24. & ſeqq. & quoad minorem, & pupillum, declara vt ſup. num. 4. ſed quoad procuratorem reſtringe, vt non procedat in prorogatione, quæ fit per viam reconuentionis, quia ſi procurator haberet mandatum generale ad lites tàm agendo, quàm defendendo; vtique poſſet reconuenire, & reconueniendo prorogaret iuriſdictionem, per ea, quæ dixi dicta ſpec. 3. nu. 48. & ſeqq.

GLOS. VII. QVAEST. IV.

SPEC. I.

De prorogatione temporis.

S V M M A R I V M.

Ordinaria temporanea iuriſdictio non poteſt prorogari ad tempus, in quo venit ſucceſſor, num. 1. Declaratur, num. 2. & 4. Ampliatur, num. 5. Limitatur, num. 6. & ſeqq.

Baronis iuriſdictio, quia eſt perpetua, poteſt prorogari de tempore ad tempus, num 2. & 3.

Prorogatio iuriſdictionis facta in iudicem ordinarium, etiam ſub nomine proprio, non durat, finita iuriſdictione ordinaria, nu. 5.

Prorogatio iuriſdictionis facta in iudicem ordinarium, non ratione iuriſdictionis ordinariæ, ſed ratione particularis iuriſdictionis, quã habet, durat, etiã finita iriſdictione

ne ordinaria, ſi poteſt iuriſdictionem exercere in eodem loco, vbi facta eſt prorogatio, alias non, num.6.

Iuriſdictio ordinaria, cuius exercitium poſtea eſt reſtrictum ad certos articulos, & ad certum tempus, an poſſit prorogari extra illos articulos vſque ad illud certum tempus, num.7. & ſeqq.

Genuenſis Rotæ Auditor an poſſit, finito officio, exercere iuriſdictionem per prorogationem, &c. num.8. & 10.

Florentinæ Rota Auditor an poſſit, partibus conſentientibus, exercere iuriſdictionem infra illos 15. dies ante finem officij, num. 9. & 10.

Inſtantia cauſa lapſa, quomodo iudex poſſit denuo iudicare, num. 11.

Delegata iuriſdictio poteſt prorogari de tempore ad tempus, num.12. & 13. Declaratur, vt non procedat quando delegans inhibuiſſet prorogari, num. 14. Declaratur etiam, vt procedat quando tempus eſt limitatum fauore partium, alias non, num. 15. Et dummodo delegatus non ignoret prorogationem, num. 17.

Lucenſe Conſilium ſi delegat cauſam ad referendum, vel decidendum infra certum terminum, partes non poſſunt prorogare, num. 16.

Temporis prorogatio poteſt fieri antequam expiret tempus, eo autem lapſo, non poteſt, num.18. 23. & ſeqq. in quibus declaratur. Et licet fiat antequam expiret, tamen prorogatio incipit in fine, num.19. Alias ſi exprimeretur, quòd inciperet, finito tempore, non teneret in vim prorogationis, num. 26.

Tempus præfixum ita confunditur cum tempore addito per prorogationem, vt reputetur vnicum tempus, num. 20. Quare prorogatio non eſt noua dilatio, ſed vnica dilatio, num. 21. Limitatur, num.33.

Prorogans non dicitur aliquid immutare, num. 20. in fine.

Prorogatio temporis præfixi, vt poſſit fieri, requiruntur eædem ſolemnitates, quæ fuerunt neceſſariæ in præfixione, num.22.

Prorogatio temporis, facta poſt lapſum tēpus, non tenet, niſi in vim noui temporis, n. 23. Præcipue autē tenet in vim noui temporis quando adeſt clauſula (omni meliori modo) vel habet iuramentum, num. 25.

Compromiſſi tempus ſi prorogatur poſt lapſum tempus, compromiſſum non dicitur prorogatum, ſed dicitur nouum compromiſſum, ſub num.23. Et ideo in eo requiruntur eædem ſolemnitates, num. 24.

Prorogato termino alicuius diſpoſitionis, cenſentur repetita ea omnia, quæ fuerunt expreſſa in diſpoſitione, etiam ſi prorogatio fieret poſt lapſum terminum, ſub num. 24. extenſ. 1.

Prorogatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus, quæ ſunt in actu prorogato, & ideo ſi in prorogatione exprimeretur noua qualitas, eſſet nouus actus, num.27. & ſeqq.

Iuramentum appoſitum in actu, an cenſeatur repetitum in prorogatione actus, num.28. & ſeq.

Terminus præfixus alicui actui an poſſit prorogari ad terminum longiorem eo, qui fuit præfixus, num. 31. & 32.

Fideiuſſor an cenſeatur liberatus, ſi creditor prorogauerit debitori terminum, num. 33. & ſeqq. & ſub num. 36. & ſeqq. 43. & ſeqq.

Fideiuſſor in contractu locationis pro certo tempore, non remanet obligatus pro tempore prorogato, neque pro penſionibus tacitæ reconductionis, num.34. & 43.

Fideiuſſor Caſtellani ſi ſe obligauerit cuſtodire Caſtrum vſque ad annum; & quid ſi promiſerit etiam Caſtrum ſaluum reddere, & lapſo anno, caſtrum perditur, an adhuc remaneat obligatus, ſub nu.34. & 35.

Terminus poſitus ad differendam obligationem, & terminus poſitus ad perimendam obligationem, multum differunt, nu.37. & ſeqq. & num. 43. & ſeqq.

Nouatio dicitur, quando extinguitur prima obligatio, & inducitur alia, num. 36.

Nouatio ne inducatur, datur cautela, ſub num. 41. & 58.

Fideiuſſor an liberetur ex eo, quòd creditor poſtea conſenſerit creditori, vt poſſit ſoluere aliam ſpeciem, num. 42.

Fideiuſſor pro contentis in compromiſſo, duraturo vſque ad certum tempus, lapſo illo tēpore, eſt liberatus, quamuis partes compromiſſum prorogauerint, num.46.

Fideiuſſor liberatur per prorogationem, quæ inducat nouationem, num.47. & 48.

Nouatio non præſumitur, & ideo debet de ea expreſſe agi, num. 49.

Nouatio intelligitur facta, quoties primus actus, & ſecundus ſe inuicem non compatiuntur, num. 50.

Con-

Contrariorum quod eſt vltimum attenditur, &c. ſub num. 50. verſ. ratio.
Laudum ratificatum an inducat nouationem in antea conuentis, num. 51.
Tranſactione fit nouatio, num. 52.
Delegatione debitoris an inducatur nouatio, ſub num. 52. exempl. 3.
Nouatio colligi poteſt etiam ex coniecturis, num. 53. & ſeqq.
Stipulatione an inducatur nouatio, num. 54. & ſeqq.

FIRMAVIMVS iam concluſionem, quòd iuriſdictio poteſt prorogari, & de hac concluſione egimus ſupra in ſecunda quæſt. &, cum multa poſſint eſſe impedimenta, ne prorogetur, multas nos ex illis impedimentis formauimus concluſionis limitationes, quas omnes expleuimus in proxim. præced. quæſt. verũ quia multę ſunt prorogationis ſpecies, quas ſup. in fine primæ quęſt. expreſſimus, & non eſt omnium eadem natura, remanet vt in hac 4. q. ad eiuſdem concluſionis abſolutam explicationem tractemus, an, & quando in iſtis ſpeciebus poſſit, vel non poſſit fieri prorogatio, & inchoabimus à prorogatione de tempore ad tempus.

1 Concludo primo igitur, iuriſdictionem ordinariam non poſſe prorogari de tempore ad tempus, quia ſi iuriſdictio, puta Poteſtatis, quæ, finito officio, expirat, prorogaretur in tempus poſt finitum officium, fieret præiudicium auctoritati, & dignitati ſucceſſoris, & hoc modo poſſent partes ſibi perpetuum eligere ordinarium, Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 8. verſ. ſecunda ſpecies. ibi, ſed in ordinaria. C. de epiſc. aud. Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 37. verſ. ſuper tertia. C. de iuriſd. omn. iud. inter Reper. tom. 7. fol. 337. Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num 12. & Dec. num. 13. in fine, de offic. & poteſt. iud. deleg. Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 31. q. 5. de for. competen. qui loquitur in Capitaneo iuſtitię Ciuitatis Senenſis, Felyn. in cap. 4. de cauſis. ſub num. 4. in 5. declar. de offic. & poteſt. iud. deleg. & quòd iuriſdictio ordinaria, ſi per lapſum temporis finiatur totaliter, non poſſit prorogari de tempore ad tempus, quia fieret iniuria ſucceſſori, ſcribit idem Paul. de Caſtr. in l. 2. conſenſiſſe. §. ſed ſi iudex. num. 6. in fine, ff. de iudic.

2 Declara primo hanc concluſionem, vt procedat in iuriſdictione temporali, ideſt, ad tempus, hic enim eſt terminus huius concluſionis, dum quærimus, an poſſit prorogari de tempore ad tempus, vt in Poteſtatis iuriſdictione, data ei ad tempus, & ita loquuntur Doct. ſupra citati, ſecus eſt ſi iuriſdictio eſſet perpetua, vt puta, quia eſſet Marchio, Comes, vel Dux, & ſimilis, quia licet in iſtis reſpectu ſubditorum, non poſſit cadere hæc prorogatio, cum ſemper habeant in eis iuriſdictionem, Mar. Soc. in loco ſupra proxime citato; † tamen poteſt in eis vno caſu

3 conſiderari prorogatio iuriſdictionis de tempore ad tempus, quando ſcilicet quis prius per prorogationem iuriſdictionis de perſona ad perſonam acquiſiuiſſet iuriſdictionem in non ſubditos, quia illi cum potuiſſent ſe ſubmittere illius iuriſdictioni vſque ad certum tempus, poſſent poſtea illud tempus prorogare, Abb. vbi ſupra.

4 Declara ſecundo, vt habeat locum in iudice ordinario, qui non ſolum ſit ad tempus, ſed habeat etiam ſucceſſorem in iuriſdictione, vt locutus ſum ſupra num. 1. in concluſione.

Secus ſi non habeat ſucceſſorem, qualis eſt Legatus miſſus de latere, quia in iſto difficilior videtur reſolutio, quam tamen habes ſup. limit. 1. num. 114. verſ. contra.

5 Amplia hanc concluſionem ita declaratam, vt procedat indiſtinctè, ſiue prorogatio fiat de iuriſdictione, data ſub nomine dignitatis, ſiue fiat de iuriſdictione data ſub nomine proprio, Mar. Soc. in d. cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 59. in vlt. art. verſ. primo caſu. de foro compet.

6 Limita primo nunc eandem concluſionẽ, vt non procedat in eo, qui eodem in loco poſſet exercere duplicem iuriſdictionem, vt puta ſi Poteſtas Lucanus haberet duplicem iuriſdictionem, vnam ratione poteſtariæ, & aliam ratione alicuius officij, ſeu dignitatis, quam haberet in ſuo proprio domicilio, vel in ſuo dominio; quia iſto caſu eſt diſtinguendum: aut enim partes, puta duo Piſani conſentiunt in Poteſtatem Lucanum ratione poteſtariæ; & tunc ſucceſſor poterit cognoſcere, & cauſam finire: aut conſenſerunt in eum ratione alterius iuriſdictionis, quam habet in ſuo domicilio, ſeu dominio, & tunc rurſus diſtinguo: aut poteſt illam iuriſdictionẽ exercere in territorio Lucano, & iſto caſu dico, quòd ipſe poterit cognoſcere cauſam

ſam prorogatam: aut non poteſt exercere in territorio Lucano, & dico, quòd non poteſt cognoſcere, quia in eo territorio diceretur priuatus, ſicque non procederet prorogatio, Mar.Soc.in dicto cap. ſignificaſti.ſub nu.59. in vltimo art. in ſecundo principali caſu, de for. compet.

Sed difficultas remanet circa hoc vltimũ membrum, in quo Soc.ait prorogationem non procedere,ex quò non poteſt exercere iuriſdictionem in territorio Lucano, nunquid Poteſtas Lucanus ſucceſſor poterit in vim dictæ prorogationis cognoſcere?

Et quicquid ſentiat Socc. ego dico, quòd non poteſt.

Ad materiam huius limitationis, & præſertim quando prorogatio eſſet facta,expreſſo proprio nomine Poteſtatis,vide q.prçced. limit.1.ſub num.114.

7 Limita ſecundo eandem concluſionem, vt non habeat locum in iuriſdictione, quæ, finito officio, durat adhuc per aliquot dies, ſed ſine adminiſtratione, ideſt, ſine exercitio, quia tunc iuriſdictio ordinaria,dum non habet adminiſtrationem, & antequam expiret, poſſet à partibus prorogari vſque ad omnes illos dies, ſiquidem facile habitus prorogatur ad actum, Bal. & Paul.de Caſtr. in locis citatis ſupra num.1. in concluſione, & Felyn.dicto cap. de cauſis. num.4.in fine, verſ. limita hoc.

8 Infero primo ex iſta limitatione,quòd iuriſdictio Auditorum Rotæ Ciuilis Genuenſis, quorum officium expirat, finito triennio die 11. Iulij, & remanent Auditores adhuc per octo dies ſolum ad meliorandas ſententias, forſan poſſet prorogari per illos octo dies.

9 Infero ſecundo,quòd licet ſtatutum mandet,quòd iudex per 15. dies ante finẽ ſui officij non poſſit ſe impedire de cauſis,& quòd ſibi auferantur acta, vt Florentiæ, nihilominus illius iuriſdictio poterit prorogari de conſenſu partium,non obſtante ſtatuto,quia debet intelligi,niſi partes conſentiant,Paul. de Caſtr.in l.2.conſenſiſſe.§.ſed ſi iudex.nu. 6.ff.de iudic.

10 Declara reſtringendo has limitationes, & cætera,in quibus dixiſſem, poſſe prorogari iuriſdictionem de tempore ad tempus, vt, prorogata iuriſdictione, iudex ordinarius non poſſit intra eam validè procedere, & ſententiare, ſi ignorauerit prorogationem, quia hoc eſſet errare in fundamento iuriſdictionis, per ea, quç ſcripſi queſt.præced. limit.2.num.56.caſ.2.

11 Limita tertio, vt quamuis partes, finito iudicis officio,non poſſint prorogare eius iuriſdictionem, vt dixi ſup.num. 1. neque, eo non finito,poſſint prorogare inſtantiam iuris communis, per ea,quç ſcripſi cap.ſeq.queſt. 15. num.330. etiam ſi prorogarent cum iuramento,vt dixi num.331. tamen,durante officio, iudex ſine alia prorogatione iuriſdictionis, aut inſtantiæ, poteſt denuo ex integro cognoſcere, vt latè totam hanc inſtantiæ materiam declaraui dicta queſt.15.num. 330. & ſeqq.

12 Concludo ſecundo, prorogationem iuriſdictionis delegatæ de tempore ad tempus poſſe fieri, cap.4. de cauſis.& ibi Abb.num. 2. not. 3. & Dec. num. 9. & 13. de offic. & poteſt. iud.deleg.l.2.§.ſed ſi iudex.ff.de iud. Cyn. in l. 8. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 16. verſ. ſed dic quod. C. de epiſc. aud. idem Abb.in cap.40.p.& g. ſub num. 12. de offic. & poteſt.iud.deleg. Mar.Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num.25. queſt.6. & num. 31. q.5.de for.compet.Paul.de Caſtr.in l.1. nu. 16.ff.de iudic.& in l.1.num.37. C. de iuriſd. omn. iud. inter Repeten. vol. 7. fol. 337. & quòd omnes dicant, hanc prorogationem poſſe fieri, ſcribit Bal.in d.l.ſi qui ex conſenſu.ſub num.8. verſ.ſecunda ſpecies.

13 Extende hanc concluſionem, vt ideo poſſit prorogari non ſolum terminus, quem delegans prçfigeret ad terminãdam cauſam, quia hęc non eſſet prorogatio iuriſdictionis, ideoq. facilius fieri poſſet,ſed cũ declaratione caſuum,de quibus ſcripſi cap.ſeq.q.15.n. 351. & ſeqq. ſed poſsit prorogari ipſa iuriſdictio,vt puta, quia delegans prçfigeret terminum non ſolum iudici, & inſtantiæ, ſed ipſi iuriſdictioni, itaut, eo lapſo, expiraret iuriſdictio,quia adhuc poſſet à partibus prorogari, & ita procedit tex. in dicto cap.de cauſis. & quæ ibi dicunt Doct. & tex. in dicta l.2.§. ſed ſi iudex. & ita expreſſe ſcribit Bal. in loco ſupra proxime citato, dicens, quòd iuriſdictio, quam quis habet ad menſem, poteſt prorogari ad annum.

14 Declara primo,vt procedat,niſi Princeps, ſeu alius delegans inhibuiſſet prorogarionem,dicta l.2.§.ſed ſi iudex. ff. de iudic.

15 Declara ſecundo, vt procedat quando tempus eſt appoſitum fauore partium, quod in dubio præſumitur, quia poſſunt renunciare fauori ſuo, & ideo poſſunt prorogare,

Bal.

Bal. in dicta l. ſi qui ex conſenſu ſub num.8. verſ. ſecunda ſpecies.C. de epiſc. aud. Abb. in cap. 4. de cauſis. num. 2. not. 3. & Dec. num. 10.& 14.de offic.& poteſt.iudic.deleg.

Secus ſi non præſumatur appoſitum fauore partium, quia tunc non poſſunt prorogare.

16 Exemplifica ſecundam partem huius declarationis in delegatione, quam facit conſilium Reip.Lucenſis cum præfixione temporis ad referendam cauſam eidem conſilio, quando cauſa eſt criminalis,vel ad decidendam quando eſt cauſa ciuilis, nam neque inquiſitus,& fiſcus poſſunt prorogare, neque partes ciuiliter litigantes, ſed ipſummet Conſilium prorogat ad inſtantiam iudicis delegati per viam memorialis, prorogationem petentis, & ita ibi ſeruatur, quia non præſumitur appoſitum fauore partium.

17 Declara tertio dummodo iudex delegatus non ignoret prorogationem, factam à partibus,quia in hac prorogatione de tempore ad tempus requiritur conſenſus partium, & iudicis,Paul.de Caſtr.in l. 2.§.ſed ſi iudex,n.1. ff.de iudic.aliasſi is ignoret prorogationē de tempore ad tempus, dicitur ignorare fundamentum ſuæ iuriſdictionis, & conſequenter quod agir,nulliter agit,vt ſecutus ſum quęſt. præced. limit. 2.num.56. vbi videas, & dixi ſupra gl.4.q.4.ſub num. 26.

18 Declara quarto, loquendo generaliter in quauis materia,vt prorogatio temporis poſſit fieri ſolum, durante tempore prorogando, Socc.conſ.99.ſereniſſimus rex. ſub num. 1.verſ.ex quibus.lib.3.Abb.in cap.4.de cauſis.num.7. Felyn.ſub num. 1.verſ.dicunt hic. de offic. & poteſt. iudic. deleg. Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num.8. verſ. quoad primum.de for. compet. & latè,loquendo de prorogatione fatalium,ſecutus ſum cap. ſeq. q.15.num.196.& ſeqq.

Secus ſi, finito tempore, per ea, quæ ſcripſi, & declaraui infra num. 23. illat 3. vbi vide.

19 Subdeclara hanc declarationem,vt quamuis prorogatio debeat fieri, durante primo tempore, tamen prorogatio incipit à fine primi temporis, & non à tempore finito,Felyn.dicto cap. de cauſis. ſub num.4.verſ. ſecundo pro. & loquendo de prorogatione fatalium, ſecutus ſum dicta q. 15. num. 235. quia non teneret,vt dixi, minuſue incipit à tempore,quo partes prorogant, quia illa prorogatio,cum contineat coniunctionem vnius temporis cum alio, debet coniungere extrema.

20 Infero primo, confirmando totam hanc declarationem, quòd primum tempus præfixum ita confunditur cum tempore poſtea addito per prorogationem,vt reputetur vnū, & idem tempus, Felyn.in eod.cap.4.de cauſis. num.2.in prima declaratione,& verſ.tertio vide. de offic. & poteſt.iud. deleg. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. cap.4. ſub num.8. tom.5. fol.214. & eſt ratio, quia ille ſecundus terminus confunditur cum primo,& non datur finis illius primi, ſed reputatur torus vnus terminus, ſicut ſi à principio ita fuiſſet conſtitutus, Dec. in dicto cap. de cauſis. ſub num.58. & quòd tempus prorogatum cenſeatur vnum, & idem tempus, nec reputetur quid diuerſum, ſequitur Blanc.trac.de compromiſ. q.7. princip. ſub num. 61. verſ.præterea dicit.tom. 3.par.1. fol.186. quare prorogans non dicitur aliquid immutare, Card. Iacobat.tract. de concil. lib.10.art. 6. num. 29.tom.13.par.1.fol.356.

21 Infero ſecundo, quòd prorogatio non eſt noua dilatio,ſed dicitur illamet prorogata, Felyn. dicto cap.de cauſis. ſub num.1. verſ. dicunt hic.& vbi ſupra.

22 Declara has duas illationes, vt quamuis tempus prorogatum cenſeatur vnum, & idē tempus, & non aliud tempus, & conſequenter omnia, quæ ſunt in termino, cenſeantur eſſe etiam in prorogatione illius,per ea, quæ diximus in illationibus, tamen eſt aduertendum, quòd hoc procedit poſt factam prorogationem, itaut tunc eadem omnia, quæ poterant fieri,& conſiderari in termino, poſſint fieri, & conſiderari in prorogatione facta, ſed nō procedit ante factam prorogationem, neque dum fit prorogatio, quia dum fit, requirūtur in ea omnes illæ ſolemnitates,quæ fuerunt requiſitæ in termino; quare ſi maior pars capituli requiritur in præfixione termini ad eligendum, eadem maior pars requiritur ad prorogādum illum terminum, Oldr. conſ. 122. citato. ſub num. 1.ibi,ſi vero prorogatio.& proinde etiam, ſi in compromiſſo minoris requiruntur ſolemnitates,de quibus ſcripſi lib.prox.præced.cap. 2. nu. . eædem ſolemnitates requiruntur in prorogatione, quia ſicut præfixio termini debet fieri a perſona habili, ita etiam à perſona habili debet fieri prorogatio;& ſic licet tempus prorogatum cenſeatur vnum,& idem tempus,tamen non ſequitur, quòd ſufficiat,ſolēnitates fuiſ-

ſe

ſe adhibitas in termino: quare concludo; quòd illæmet ſolemnitates, quæ requiruntur in faciendo actu, eędem requiruntur in renouatione illius actus, & in prorogatione illius actus, & ſic quoad ſolemnitates non eſt facienda differentia, an prorogatio compromiſſi fiat, lapſo termino compromiſſi, vel fiat durante termino compromiſſi, quamuis Felyn. in cap. 4. de cauſis. num. 1. in fine, de offic. & poteſt. iud. del. & Blanch. tract. de compromiſs. q. 7. princip. num. 62. fol. 186. tom. 3. par. 2. dum loquuntur de ſolemnitatibus, loquantur in prorogatione, quæ fit lapſo termino: ſi diceres tu, quòd ego loquor ſine auctoritate aliorum Doctorum, ego dico, quod ſufficit auctoritas mea, ratione munita.

23 Infero tertio, quòd ſi prorogatio temporis, termini, ſeu dilationis fieret poſt lapſum tẽpus, ſeu poſt lapſum terminum, ſeu dilationẽ, prorogatio non teneret, quia eſſet nouũ tempus, nouus terminus, & noua dilatio, Socc. conſ. 99. ſereniſſimus rex. ſub n. 1. lib. 3. Abb. d. cap. de cauſis. ſub nu. 7. & Felyn. num. 1. in fine, Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 8. verſ. quoad primum. de for. compet. & loquendo de prorogatione fatalium, ſecutus ſum cap. ſeq. q. 15. nu. 197. quare ſi prorogatio compromiſſi fieret, finito tempore compromiſſi, non diceretur compromiſſum prorogatum, ſed diceretur nouum compromiſſum, Mar. Soc. in dicto cap. ſignificaſti. num. 26. q. 8. de for. compet. Blanc. tract. de compromiſs. q. 7. princip. num. 56. tom. 3. par. 1. fol. 185. & Couar. in cap. quamuis. par. 1. §. 1. ſub num. 6. verſ. ſexto ſi recte. de pact. in 6. tom. 1. fol. 288. vbi de opin. communi, quia prorogatio non habet locum poſt tempus; ſi quidem tempus abſortum, ſeu abſolutum non poteſt prorogari, Blanc. dicta. q. 7. princip. ſub num. 61. verſ. præterea dicit. fol. 186. cum deficiat extremum, à quo eſſet ſumendum initium prorogationis: verum licet prorogatio nõ valeat ad prorogandum compromiſſum; tamen valet in vim noui compromiſſi, etiamſi fieret ſimpliciter, & ſine iuramento, Io. Guter. tract. de contract. iurat. cap. 49. num. 21. & ſeqq. tom. 6. par. 2. fol. 94. Socc. dicto conſ. 99. ſereniſſimus rex. ſub num. 2. verſ. ſuccedit aliud. ibi, tamen. & Blanc. tract. de compromiſ. q. 7. princip. in fine, num. 62. verſ. infero ex hoc. tom. 3. par. 1. fol. 186. quod idem prius tacite ſentijt ead. q. 7. num. 56. vt eum retuli hic ſupra; qui alios citant, & quòd prorogatio dilationis poſt lapſam dilationem teneat ſaltem in vim nouæ dilationis, refert, & ſequitur Dec. in d. cap. 4. de cauſis. ſub num. 59. not. vlt. de offic. & poteſt. iud. deleg. & proinde quòd non ſit inutilis, ſequitur Marc. Ant. Bard. de temp. vtil. cap. 4. num. 8. in fine, tom. 5. fol. 214.

Ratio eſt, quia licet ſit finitus terminus, ſubeſt tamen adhuc materia litis, quę poteſt prorogari, Guter. dicto cap. 49. ſub num. 22. & Blanc. in loco ſupra proxime citato.

24 Declara eandem illationem, vt procedat quando in iſta prorogatione interuenirent eędem qualitates, quę fuerint neceſſarię in compromiſſo, quia illæ, quæ interuenerunt in primo, non ſuffragantur in iſto; imò ſi requiruntur in prorogatione, quæ fieret, durante termino compromiſſi, multo magis requiruntur, ſi fiat, lapſo termino, vt ſcripſi ſupra, ſub num. 22.

Extende primo eandem illationem, vt quamuis prorogatio facta, lapſo termino, valeat ſolum in vim noui actus, ſeu noui termini, & ideo non videantur in eo repetitæ qualitates, contentæ in primo actu, quia in ſola prorogatione cenſentur repetitæ, in actu autem nouo id intelligitur actum, quod eſt expreſſum, & ita, vt arbitror, reſponderent communiter Doct. tamen ego ſum in contraria ſententia, quòd adhuc in actu, prorogato poſt lapſum terminum, intelligantur repetitę eædem qualitates, dummodo ſit factus ſimpliciter per modum prorogationis, ita vt mens diſponentis, facientis, ſeu prorogantis colligatur, quòd noluerit addere, vel minuere; ſed ſolum reiterare, & renouare primum expiratum; ſecus autem, ſi proroget cum additione, & diminutione, ita vt colligamus, eius mẽtem fuiſſe, quod voluerit nouare, & facere de nouo; & moueor, quia in qua velimus diſpoſitione mens magis quàm verba, & quàm modus attenditur; ſunt enim verba inuenta, vt famulentur menti, & non vt mens famuletur verbis: nam Iuriſprudentia eſt philoſophia, quæ non curat de verbis, per ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 3. q. 1. num. 30.

25 Extende ſecundo eandem illationem, vt maximè procedat, quando prorogatio eſſet facta cum clauſula (omni mel. mod.) vel eſſet iurata, quia prorogatio ſuſtineretur in vim noui termini, Socc. dicto conſ. 99. ſub num. 2. verſ. ſuccedit aliud. lib. 3. & probat in iuramen-

ramento Io. Guter. tract. de contract. iurat. cap. 49. num. 18. & ſeqq. tom. 6. par. 2. fol. 94.

26 Extende tertio, vt illatio, in qua ſupra num. 23. diximus, prorogationem, factam poſt lapſum tempus, non valere in vim prorogationis, vt ſit vera, etiam ſi prorogatio fieret intra tempus, cum expreſſione, quòd incipiat, finito tempore, & ratio eſt, quia eius initium eſt collatum in tẽpus priuationis, Bal. in cap. 4. de cauſis. nu. 11. ibi, quęro pone. de offic. & poteſt. iud. deleg. ſeu quia paria ſunt, quòd aliquid fiat tempore inhabili, vel fiat tempore habili, & referatur ad tempus inhabile, Felyn. in dicto cap. de cauſis. num. 4. in 4. declar. Dec. num. 57. verſ. quinta concluſio. & Blanc. dicta q. 7. princip. num. 57. & ſub num. 61. verſ. præterea prorogatio. tom. 3. par. 1. fol. 185. & 186. & ſecutus ſum etiam cap. ſeq. q. 15. num. 236.

Hæc extenſio in materia, in qua partes poſſent ſibi prouidere de nouo termino, ſubiacet ijs, quæ ſcripſi ſupra num. 23. & ideo eſt ferè inutilis, quia ſatis eſt, quòd poſſit ſubſtineri in vim noui termini: ſed quando non poſſet ſubſtineri in vim noui termini, ego crederem, hanc extenſionem eſſe ſubtilem ineptiam Iuriſconſultorum, quia fauendum eſt validitati actus, & pro eius validitate fieri debet interpretatio, & verba ſunt extorquenda, & modo ſtrictè, & modo large interpretanda, & etiam impropríanda iuxta veroſimilem diſponentis voluntatem, quæ totum facit, & quæ ſi, tacitis nobis, intelligi poſſet, verbis omnino non vteremur, ſed quia id fieri non poteſt, verba reperta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntatem, vt dixi ſupra gloſ. 3. quæſt. 1. num. 29. in fine: quis autem vnquam dubitabit, quòd illa verba (finito tempore) ſecundum mentem prorogantium intelligantur de fine initiante, qui poſſit coniungi, non autem de fine abſoluto, qui non poſſit coniungi?

27 Infero quarto, quòd prorogatio termini intelligitur facta cum eiſdem omnibus qualitatibus, & acceſſorijs, quæ ſunt in actu non prorogato, Iaſ. in l. lecta. nu. 9. in fine, verſ. ſecundo principaliter. & Dec. num. 12. ff. ſi cer. pet. & Blanch. tract. de compromiſſ. q. 7. princip. ſub num. 58. verſ. ſtantibus præmiſſis. tom. 3. par. 1. fol. 185. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 10. num. 28. fol. 107. Marc. Ant. Bard. de temp. vtil. cap. 4. ſub num. 8. verſ. idemq. tom. 5. fol. 214. & ſcripſi quæſt. præced. limit. 1. num. 106. & cap. ſeq. q. 15. ſub num. 227. alias ſi prorogatio fieret cum noua qualitate, non teneret tanquam prorogatio, ſed (ſi fieri potuerit) eſſet noua diſpoſitio, Dec. in loco ſupra proxime citato, Felyn. d. cap. de cauſis. num. 2. verſus finem, in 2. limit. de off. & pot. iud. deleg. quem ſequor etiam dicta q. 15. ſub num. 227.

28 Subinfero primo ex hac illatione, quòd ſicut non ſoluens in termino, in quo cum iuramento promiſit ſoluere, eſt periurus, ita etiam eſt peruirus, ſi non ſoluat in termino prorogato; quamuis in prorogatione denuo non iurauerit, quia, cum prorogatio fiat ſub eiſdẽ qualitatibus, cenſetur repetitum idem iuramentum, Bal. in cap. venerabilem. num. 22. verſ. pone prælatus. ibi, in contrarium, de elect. & in hac ſubillatione videtur reſidere Couar. in cap. quamuis. par. 1. §. 1. ſub num. 6. verſ. decimo illud. de pact. in 6. tom. 1. fol. 289.

29 Contrarium tamen in iuramento ex ſpecialibus rationibus determinant idem Bal. conſ. 436. quęritur ſi factum fuit compromiſſum. lib. 1. in libro meo, & ideo erroneus eſt numerus conſilij, & libri, citatus à Dec. infra citato, Socc. conſ. 99. sereniſſimus rex. ſub num. 2. verſ. quare poſito, num. 3. & præcipue in terminis ſub eod nu. 3. verſ. quinimo fortius. lib. 3. Iaſ. in l. 1. §. & poſt operis, ſub nu. 8. verſ. tu etiam. ibi, ſed contra iſtã. ff. de oper. nou. nunt. & cõſtanter in l. lecta. ſub num. 10. & Dec. ſub num. 14. verſ. circa ſecundam. ff. ſi cert. pet. & latius Blanc. tract. de compromiſſ. q. 7. princip. ſub num. 58. verſ. contrarium. tom. 3. par. 1. fol. 185. hocquè contrarium videtur prius amplexus, ſibi in hoc non multum conſtans, Couar. dicto cap. quamuis. par. 1. §. 1. ſub nu. 6. verſ. octauo ſi prorogatio. de pact. in 6. fol. 288. quem ſequitur Io. Guter. tract. de contract. iurat. cap. 49. in fine, num. 23. tom. 6. par. 2. fol. 94.

30 Reſtringe hanc contrariam opin. vt non procedat, quando in actu facto cum præfixione termini, conuenerunt de prorogando illum terminum, quia videntur cogitaſſe in genere de iuramento, & conſequenter prorogatio intelligitur facta cum eodem iuramento, Bal. dicto conſ. 436. & Blanc. dicta q. 7. princip. nu. 59. & Couar. in d. cap. quamuis par. 1. §. 1. ſub num. 6. verſ. ſeptimo hinc, de pact. in 6. tom. 1. fol. 288.

Sub-

31 Subinfero ſecundo ex hac illatione, quòd tempus vnius menſis, præfixum in delegatione cauſæ, non poteſt prorogari vltra alium menſem, ſed ſolum ad idem, vel breuius tempus, Felyn. dicto cap. de cauſis. num. 2. verſus finem, & ita intelligo, quæ de non prorogando ad ſex menſes, ſeu ad annum compromiſso, duraturo per 40. dies, ſcribit Blanc. dicta q. 7. princip. num. 51. & 54. tom. 3. par. 1. fol. 185. & cum hac ſubillatione concordant, quæ de prorogatione fatalium, & compromiſſi ſecutus ſum cap. ſeq. q. 15. ſub nu. 227. & quòd prorogationes ita intelligãtur, ne ad prolixius tempus extendantur, quàm primum ipſum tempus, quod ab initio erat conſtitutum, oſtendit Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 10. ſub num. 26. fol. 107. & quòd hoc indubie procedat, quando in prorogatione non apponitur certum tempus, ſed fit ſimpliciter, ſcribit num. 27.

Contrariam opin. quòd tempus vnius menſis, datum delegato in reſcripto Principis, poſsit à partibus prorogari non ſolum ad tantundem tempus, ſed ad longius, puta, ad annum, tenent Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 8. verſ. ſecunda ſpecies. C. de epiſc. aud. & Dec. in dicto cap. de cauſis. nu. 16. de offic. & poteſt. iud. deleg.

32 Pro concordia diſtingue. Aut partes volunt vnica prorogatione prorogare ad longius tempus; & dico, quòd non poſſunt, & ita procedit ſubillatio: Aut volunt pluribus prorogationibus prorogare ad longius tempus, & dico, quòd poſſunt, vt puta, hodie prorogant ad vnum menſem, & poſtea alia vice prorogant ad alium menſem, & ſic deinceps, Felyn. in dicto cap. de cauſis. num. 2. in fine, limit. 2. de offic. & poteſt. iudic. deleg. quem ſequor etiam cap. ſeq. q. 15. ſub num. 227.

33 Limita nunc eaſdem illationes, poſitas ſupra num. 20. 21. & 27. in quibus diximus, tempus prorogatum eſſe idem, vt hoc non ſit verum reſpectu tertij, qui non interuenit in prorogatione, quia quoad ipſum non reputatur idem tempus, ſed aliud, & diuerſum, Felyn. in dicto cap. de cauſis. num. 3. limit. 3. de offic. & poteſt iud. deleg. & Teſſ. Foſſan. deciſ. 125. fideiuſſor. num. 2.

Infero ex hac limitatione, quòd fideiuſſor non remanet fideiuſſor in tempore, quod creditor prorogat debitori, pro quo fideiuſſor fideiuſſerat, & ideo ſi tu contrahis cum Sempronio, & ego fideiubeo pro eo, & cum venerit tempus, quo Sempronius debet ſoluere, tu Sempronio prorogas tempus vſque ad tempus Paſchatis, quo finito, vis exigere à me fideiuſſore, certe non potes ſecundum ea, quæ vltimo adducit loco Archid. in cap. te quidem. num. 2. in verbo, vacante. in fine, 11. q. 1. & ex eo, & alijs referunt Felyn. in dicto cap. de cauſis. num. 3. limit. 3. Gabr. in concluſ. lib. 3. tit. de fideiuſ. concl. 3. ſub nu. 1. verſ. cõtrarium. & hãc illationem ſequuntur Papienſ. in pract. in form. libel. contra plures reos deben. in gl. ſolutionem facere. num. 2. fol. 686. Iaſ. in l. 1. ſub num. 18. verſ. ſecundus caſus. verſus finem, C. de iudic. motus ex ſecunda confirmat. poſita infra num. 36. & Natt. conſ. 202. in cauſa. num. 6. & renet Felyn. vbi ſupra, præſertim, ſi interim Sempronius factus eſt pauper.

34 Confirmatur primo hæc illatio, quia fideiuſſor, datus in contractu locationis pro certo tempore, non remanet obligatus pro tempore prorogato, Sebaſt. Sap. in addit. ad Abb. in cap. 3. conſtitutus. ſub num. 10. in verbo, in cauſa criminali. de fideiuſſ. & Iaſ. in l. 1. ſub num. 18. verſ. conſidera duos caſus. C. de iudic. & ideo fideiuſſor non remanet obligatus pro penſionibus tacitæ reconductionis, Flam. Cart. deciſ. 13. propoſitum. num. 3. & ſeqq. & fideiuſſores, dati à Caſtellanis, qui ſe obligant cuſtodire caſtrum vſque ad annum, ſi Caſtellani poſtea vltra annum manent in caſtro, & caſtrum perditur, fideiuſſores non tenẽtur, Iacob. de Aren. in l. lucius. la 2. §. paulus. ff. de adminiſtr. tut. teſtans, hãc quæſtionem fuiſſe de facto Veronę, Alex. in conſ. 72. habita. ſub num. 2. & 5. lib. 6. Iaſ. in l. lecta. ſub num. 9. Dec. ſub num. 13. verſ. circa primam. ff. ſi cer. pet. & Sebaſt. Sap. in loco ſupra proximè citato, & probantur iſta ex l. 7. ſi cum hermes. C. loc. & l. 14. item quęritur. §. qui impleto. in ſecundo reſponſo, ff. eod. & qui eſt fideiuſſor in compromiſſo, nõ remanet obligatus pro compromiſſo prorogato, ſeu renouato, teſtibus his, quos ſecutus ſum infra num. 46. extenſ. 3. & quòd fideiuſſor, datus in cauſa principali, non remaneat obligatus in cauſa appellationis, ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 2. ſub num. 77.

35 Aduerte, illud, quod diximus in hac confirmatione pro fideiuſſoribus Caſtellanorum vt nõ remaneant obligati vltra tempus, non eſſe verum, ſi Caſtellani ſe obligaſſent non ſolum cuſtodire vſque ad annum, ſed promiſiſſent etiam Caſtrum ſaluum reddere

Prin-

Principi, quia tunc, lapſo termino, tenentur fideiuſſores, ſi non reſtituant, vt referunt, & ſequuntur Iaſ. in loco, ſupra proximè citato, & latius Alex. conſ. 72. habita. ſub num. 4. & 5. lib. 6. quod eſt notandum.

36 Confirmatur ſecundo, quia vbicunque ſit nouatio, qua debitor liberatur à prima obligatione, & obligatur ex ſecunda per nouationem, fideiuſſor liberatur, vel ipſo iure, vel exceptione, l. 61. vbicunque. ff. de fideiuſs. ſed per prorogationem termini, factam debitori à creditore, quia continet minus temporis, quàm prima, non dicitur facta nouatio ipſo iure, ſed ope exceptionis: ergo fideiuſſor eſt liberatus, vt argumentatur Alex. d. conſ. 72. habita. ſub nu. 3. verſ. comprobatur per id. lib. 6. Iaſ. in l. 1. ſub nu. 18. verſ. ſecundus caſus. verſus finem, C. de iudic. & in d. l. lecta. ſub num. 9. & Dec. ſub num. 13. ff. ſi cert. pet. Sebaſt. Sap. in addit. ad Abb. in loco ſupra proximè citato, mori ex his, quæ ſcribit Bar. in l. penult. valerianus. in fine, ſub num. 5. in vlt. quæſt. ff. de prætor. ſtipul. dicens, quòd ſi accuſatus reſpondeat, & det fideiuſſores de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, & iteratò reſpondeat, & promittat, deque iteratò alios fideiuſſores, primi ſunt liberati ope exceptionis, ſecus ſi poſt primos fideiuſſores daret alios, & iterum alios daret, nulla facta mentione primæ obligationis, quia tunc primi fideiuſſores non eſſent liberati, & ſecundi eis accederent.

Aduerte, quòd hæc confirmatio communiter reprobatur, vt ſecutus ſum infra num. 57. verſ. contra hanc.

Contrariam illationi opinionem, quòd fideiuſſor non ſit liberatus, tenent plures alij; quos, teſtando eſſe magis communem, & veriorem opinionem, citat Gabr. d. concluſ. 3. num. 1. initio, & fine, & eſſe opinionem veriſſimam, & tenendam in iudicando, & conſulendo, & nullo modo eſſe tenendam præcedentem illationem, firmat Gomez. var. reſolut. lib. 2. cap. 13. num. 21. verſ. ſexto & vltimo. relatus à Teſs. Foſsan. dicta deciſ. 125. ſub num. 3. & quòd ſi datus ſit fideiuſſor, & aſſignatus ſit terminus ad ſoluendum, & creditor proroget terminum debitori, fideiuſſor remaneat adhuc obligatus, ſcribit Blanc. tract. de compromiſs. q. 7. princip. ſub num. 60. tom. 3. par. 1. fol. 186. & pro hac contraria opinione ſolet allegari tex. in l. 28. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pact. & alia allegat iura Marſ. in rubr. in 6. quæſt. ſub num. 100. ff. de fideiuſs. inter Repeten. vol. 6. fol. 509. quæ tamen hoc non probant.

37 Conciliare nituntur has opiniones Marſ. in loco ſupra proximè citato, Teſs. Foſſan. dicta deciſ. 125. ſub num. 3. verſ. pro concordia. & num. 4. & alij in diuerſis locis, diſtinguendo duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando debitori datur in contractu terminus ad ſoluendum, ideſt, ad differendam ſolutionem, & executionem obligationis, & non ad finiendam obligationem; vt puta, debitor promiſit ſoluere per totum præſentem annum ſcut. 100. Titio; & fideiuſſor ſimpliciter promittit, quòd debitor ſoluet, & poſtea creditor eidem debitori, fideiuſſore etiam inſcio, prorogat tempus ad ſoluendum per alium annum: & iſto caſu concludo, veram eſſe hanc opinionem contra illationem, quòd fideiuſſor non eſt liberatus, Sebaſt. Sap. in addit. ad Abb. in cap. 3. conſtitutus. ſub num. 10. in verbo, in cauſa criminali. de fideiuſs. Marſ. in dicta quæſt. 6. ſub num. 100. Blanc. dicta quæſt. 7. princip. ſub num. 60. fol. 186. Maſuer. in addit. ad Papien. in form. libell. contra plures reos deben. in gl. ſolutionem facere. ſub num. 2. in verbo, conſenſerit. fol. 686. & eſſe opinionem multum æquam, & iuſtam, teſtatur, & ſequitur Iaſ. in l. lecta. ſub num. 9. ibi, iſta ſecunda opinio quod fideiuſſor non liberetur. ff. ſi cert. pet. & eſſe opinionem communem, teſtantur Iaſ. ſub eodem num. 9. ibi, & propterea videtur dicendum. & Dec. ſub num. 13. verſ. circa primam. rurſus Dec. conſ. 93. num. 1. in fine, & num. 2. & 5. Couar. in cap. quamuis. par. 1. §. 1. ſub num. 6. verſ. quarto apparet. de pact. in 6. tom. 1. fol. 228. & latè teſtatur, tuetur, & ſequitur Teſs. Foſsan. dicta deciſ. 125. num. 3. in fine, num. 4. & 5. in fine: dicitur enim iſto caſu ſecundum communem opinionem, quòd obligatio, & actio eſt nata ante diem, ſed differtur exactio, Alex. conſ. 72. habita. ſub num. 7. lib. 6.

38 Ratio concluſionis huius primi caſus eſt, quia illud tempus datur pro commoditate debitoris, vt poſſit ſoluere, & ideo poſſet, ſi vellet, ſoluere etiam ante illud tempus, vt declarat Dec. in d. l. lecta. not. vlt. num. 11. ff. ſi cert. pet. & non datur, vt, finito illo tempore, extinguatur obligatio; & quòd hoc ſit verum, patet, quia, non facta prorogatione, fi-

deiuſſor tenetur etiam poſt lapſum illud tempus; ergo non mirum, ſi teneatur etiam facta prorogatione, Dec. d. conſ. 93. ſub nu. 5. & Teſs. Foſsan. dict. deciſ. 125. num. 5. in fine.

39 Comprobatur primo hæc opinio, quia fideiuſſor, debitore non ſoluente in tempore promiſſo, dicitur in mora vna cum debitore, & ex prorogatione ceſſat, ſeu remittitur mora: ergo non debet extingui etiam obligatio, quia inducta ad vnum finem, non debent operari alium, & præſertim quando ex illo alio moroſus ex culpa, & mora propria reportaret commodum.

40 Comprobatur ſecundo, quia actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem, l. non omnis. ff. ſi cert. pet. ſed creditor, prorogando terminum debitori, non habet intentionem liberandi fideiuſſorem, & poteſt fieri prorogatio abſque liberatione fideiuſſoris: ergo, prout ita argumentatur Iaſ. in d. l. lecta. ſub num. 9.

Contra concluſionem huius primi caſus, mutando bonam ſententiam in malam, ſibimet contrarius, ſeu potius anceps, videtur ſequi Iaſ. in l. 1. ſub num. 18. in 2. caſu, verſus finem, C. de iudic.

41 Retenta concluſione huius primi caſus, à qua non diſcedas, nam & ipſemet Iaſ. poſtea ſub eodem num. 18. verſ. quid tamen. & verſ. ſeqq. reamplectendo cõcluſionem huius primi caſus, eam ſeptem firmat fundamentis.

Extende primo eam, vt maximè procedat, quando creditor in prorogatione dixiſſet, quòd prorogat citra præiudicium iuriũ primæ obligationis, vel proteſtaretur, quòd caſu, quo debitor non ſoluat in termino prorogato, vult, primam obligationem, & actionem ſibi ſaluam eſſe, quia tũnc fideiuſſor non liberatur, & non inducitur nouatio, teſtibus his, quos ſecutus ſum infra in fine, num. 58.

42 Extende ſecundo, vt procedat etiã, quando debitor promittit creditori tradere, ſeu dare aliquam certam ſpeciem; & fideiuſſor promittit, quòd debitor ſatisfaciet creditori; quia tunc licet creditor conſentiat poſtea, vt debitor poſſit ſoluere aliam ſpeciem, tamen fideiuſſor non eſt liberatus, ſecus eſt, ſi fideiuſſor ſe obligauit ſoluere tantum rem illam exiſtentem in prima obligatione, quia tunc eſſet liberatus, Marſ. in rub. ſub nu. 100. ff. de fideiuſs. inter Repeten. vol. 6. fol. 509.

43 Secundus caſus eſt, quando tempus eſt appoſitum, non ad exactionem, vt in præcedenti caſu; ſed eſt appoſitum ad finiendam, perimendamq. obligationem ipſius fideiuſſoris; vt puta, quia fideiuſſor dixerit, volo teneri pro iſto vſque ad menſem: & iſto caſu concludo ſine difficultate, quòd illa obligatio, quæ in fideiuſſore finitur, & perimitur vnà cum tempore, non poteſt reuiuiſcere, ſeu durare vltra illud tempus in præiudicium fideiuſſoris, teſtibus iiſdem, quos ſecutus ſum in præcedenti caſu num. 37. & ita indubitanter concludit Iaſ. in l. 1. ſub num. 18. verſ. conſidera duos caſus. & verſ. ſecundus. C. de iudic. quare imputet ſibi creditor, ſi infra illum menſem non egerit contra obligatum.

Confirmatur hęc concluſio, quia hac ratione fideiuſſor in contractu locationis factæ ad certum tempus, non tenetur pro tacita reconductione, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra num. 34. & ſic non tenetur pro locatione prorogata, Iaſ. in loco ſupra proxime citato, Dec. conſ. 93. in fine, num. 5. & Teſs. Foſſan. d. deciſ. 125. num. 10.

44 Extende primo, exemplificando concluſionem huius ſecundi caſus, vt procedat, quando fideiuſſor expreſsè dixit; quòd fideiubebat pro toto illo tempore, dato debitori in contractu; nam ſi iſto caſu creditor proroget, fideiuſſor non tenetur, & cenſetur liberatus, Abb. in cap. 3. conſtitutus. in fine, de fideiuſs. & ita ſentiunt apertè omnes, citati ſupra num. 37. in præcedenti primo caſu, & quòd quando fideiuſſor ſe obligauit pro tempore limitato, facta prorogatione à partibus, fideiuſſor non teneatur pro termino prorogato, niſi de nouo conſentiat, ſcribit Alex. conſ. 72. habita. ſub num. 2. & ſub num. 6. & 7. lib. 6. & apertius Dec. in l. lecta. ſub num. 13. ff. ſi cer. pet.

45 Extende ſecundo, vt à fortiori procedat, quando in fideiuſſione exprimit, quòd vltra illud tempus non vult remanere in obligatione, vt loquitur Teſs. Foſsan. dicta deciſ. 125. num. 4.

46 Extende tertio, (& eſt efficax exemplum) vt procedat in compromiſſo prorogato, & à fortiori in compromiſſo renouato, quia fideiuſſor, qui fideiuſſit pro contentis in compromiſſo, duraturo per menſem, illud tempus menſis reſpicit finem obligationis compromittentium; quare, non ſecuto laudo intra dictum tempus, partes ad obſeruationem laudi, poſtea lati, non tenen-

tenentur; & proinde, cum iſtud tempus reſpiciat finem obligationis, fideiuſſor, qui, lapſo termino, eſt liberatus, non tenetur, ſi partes prorogant, Alex. in conſ. 75. habita. num. 2. lib. 6. Dec. conſ. 93. ſub num. 3. ibi, comprobatur hoc. & Blanc. tract. de compromiſs. q. 7. princ. ſub num. 60. tom. 3. par. 1. fol. 186. & ſatis hæc extenſio probatur ex l. 30. labeo. §. fin. ff. de recept. arbitr.

47 Extende quarto, vt procedat quouis modo ex illa prorogatione induceretur nouatio, quia tunc fideiuſſor intelligitur liberatus, Gabr. in ſuis concluſ. lib. 3. tit. de fideiuſs. concluſ. 3. num. 2. limitat. 1. & Teſs. Foſſan. deciſ. 125. fideiuſſor. num. 7. quia nouatio eſt ſpecies ſolutionis primæ obligationis, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gloſ. 5. num. 280. 281. & 282. ſeu quia nouatione tollitur prima obligatio, quæ transfertur in poſteriorem, §. præterea. Inſtit. quib. mod. tol. oblig. & in prima obligatione manebat obligatus fideiuſſor: ergo remanet ab ea ſolutus.

48 Subextende hanc extenſionem, vt præcipuè procedat, quando prorogatio fieret expreſsè animo nouandi, quia tunc iſta nouatione fideiuſſor eſſet liberatus, Teſs. Foſſan. d. deciſ. 125. num. 7.

49 Explico in genere hanc extenſionem; &, omiſſa lacinioſa, implicitaque diſtinctione, qua inter diuerſa tempora, & inter diuerſas alias qualitates procedit Bar. in l. penult. valerianus. ſub num. 2. & ſeqq. ff. de prætor. ſtipulat. dico, quòd hodie nouatio non præſumitur, & ideo ceſſat, vbi de ea expreſsè non eſt actum, l. fin. & ibi Doctor. C. de nouat. & §. præterea. verſus finem, ibi, item noſtra procedit. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. Bar. in dict. l. penult. ſub num. 2. verſ. item oppono. & ſub num. 3. ibi, ſi vero loquaris. Alex. conſ. 72. habita. num. 6. & 8. lib. 6. Rot. diuerſ. deciſ. 456. domini dixerunt. num. 1. deciſ. 797. fuerat reſolutum. num. 10. par. 1. & deciſ. 30. domini cum præſuppoſito. num. 2. par. 2. latè Gabr. in ſuis concluſ. lib. 3. tit. de nouat. concluſ. 1. num. 1. & ſeqq. in quibus cumulat ampliationes, & Maſcard. tract. de probat. concl. 1107. lib. 2. qui ad ſaturitatem; & hanc eſſe regulam, quòd nouatio non præſumatur, ſcribit Rot. diuerſ. deciſ. 562. propoſita. num. 1. par. 1.

50 Tempera primo hanc explicationem, vt non ſit vera, quando contractus ſe non compatiuntur ad inuicem, quia tunc licet non ſit expreſsè actum, quòd fiat nouatio; tamen neceſſariò intelligitur facta, Bal. in l. fin. ſub num. 1. ibi, & quando forte. C. de nouat. Dec. in l. pacta nouiſſima. num. 2. C. de pact. conſ. 400. viſo eleganti. ſub num. 9. ibi, & his ſtantibus. conſ. 463. in cauſa quæ. num. 5. in vltimis verbis, & num. 6. conſ. 464. in cauſa magnificorum. num. 14. & 15. Gabr. in concluſ. lib. 3. tit. de nouat. concluſ. 1. num. 60. Maſcar. de probat. concluſ. 1107. num. 23. Rot. diuerſ. deciſ. 456. num. 1. deciſ. 797. num. 10. par. 1. & deciſ. 262. an caſale. num. 5. par. 2. & Surd. conſ. 345. cum ioannes. num. 33. lib. 3.

Ratio eſt, quia inter contraria attenditur vltimum, quando contrarietas inducitur diuerſo tempore, Cagn. in l. 149. vbi repugnantia. ſub num. 6. & num. 7. ff. de regul. iur. quia duo contraria ſimul ſtare non poſſunt; vnde Dantes Poeta Florentinus, relatus ab eodem Cagn. in l. 7. ius noſtrum. ſub num. 3. & in l. 47. conſilij. ſub num. 5. ff. de reg. iur. inquit, *Aſſoluer non ſi può chi non ſi pente: Pentir, & voler, non può ſtar inſieme, Per la contradittion, che no'l conſente.*

51 Exemplifica primo hoc temperamentum in compromiſſo, laudo poſtea ſecuto, & ratificato, quia tunc dicitur receſſum ab omni eo, quod antea fuerat conuentum, Bal. conſ. 77. quidam dominus galeatius. num. 2. lib. 1. Dec. conſ. 400. viſo eleganti. ſub nu. 9. ibi, & his ſtantibus. & conſ. 464. placet concluſio. ſub num. 4. ibi, tertio reſponderi poteſt.

Contra iſtud exemplum videntur ſentire Spec. tit. de arbitr. & arbitrat. §. ſequitur. verſ. item quæro an actio. num. 36. lib. 1. fol. 48. dicens, quòd per ſententiam arbitri non nouatur actio, Socc. conſ. 89. dubium eſt. col. 3. ſub num. 2. ibi, ſed ad hoc reſpondetur. lib. 3. dicens, quòd non cenſetur facta nouatio, hoc eſt, transfuſio vnius obligationis in aliam, ſed, inquit, eſt nouæ actionis ad veterem adiectio, & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 3. tit. de nouat. concluſ. 1. ſub num. 62. verſ. contrarium. qui alios citat.

Retenta, ſi placet, exemplificatione.

Ratio eſt, quia arbitramentum eſt quædam tranſactio, vt ſecutus ſum lib. præcedenti cap. 2. num. 473. ſed per tranſactionem inducitur nouatio, vt dixi num. ſeq. ergo.

52 Exemplifica ſecundo in tranſactione, quia per eam inducitur nouatio, vt ſcribunt Dec. conſ.564. in cauſa magnificorum. ſub num. *14.* & 15. & Gabr. in concluſ. lib. 3. tit. de nouat.concluſ. *1.*num.*61.*

Exemplifica tertio in caſu valdè notabili, quando ſcilicet debitor ſuo creditori delegat nomen debitoris ipſius delegantis, quia, cum illa delegatio habeat vim ſolutionis, non poſſunt hæc duo ſimul ſtare; quòd debitor ſoluat, & quòd non liberetur, iuxta ea, quæ, agendo de delegatione, latè ſcripſi in meo tract. de commerc.§.2.gl.5. num.*244.*& ſeqq.

53 Tempera ſecundo,vt non procedat,quando adeſt voluntas nouandi, etiam ſi voluntas colligatur ex coniecturis, Cyn. in l. fin. ſub num.*1.* C. de nouat. Gabr. dicta concl. *1.* num.57. limit.3.& Rot.diuerſ. deciſ.5*62.* propoſita. num. *1.* par. 1. & quando ſunt manifeſtæ coniecturæ, quæ colliguntur ex verbis contrahentium, ſcribit Maſcard.de probat. concl.1107. num.*18.*& 20.

54 Exemplifica primo hoc temperamentum, quando in ſecunda ſtipulatione, ſeu obligatione fieret mentio de prima, itaut ſecunda veniret ad augendam, ſeu minuendam primam, vt puta, ſi diceres: ex decem, quæ tibi debeo, promitto quinque; & tu acceptas; vel ſi dicerem, debebam tibi decem, promitto vſque in quindecim, quia iſto caſu nouatio colligitur clarè ex verbis,Salyc.in d.l.fin. ſub num. 3. ibi, vbi autem ex verbis apparet. C. de nouat. Alex. conſ. *13.* viſis & conſideratis. num. 8. lib. 2. Gabr. in ſuis concluſ.lib.3. tit.de nouat. concluſ. *1.* num. 58. & 59. & Maſcar.de probat.concl.*1107.* num.20.& 21. qui alios citant.

55 Extende hanc exemplificationem,vt procedat in omnibus contractibus, & obligationibus, quæ habent diuerſitatem circa quantitatem, & modum ſoluendi, Crauet. conſ.1*67.*claudia. verſ.tertio. num.*9.*

56 Exemplifica ſecundo, quando creditor prorogaret terminum, mediante noua ſtipulatione, vt puta, quia creditor dicat,prorogo terminum per ſtipulationem, & debitor promittit per ſtipulationem, quia iſto caſu prorogatio contineret nouationem ope exceptionis propter adhibitas ſtipulationes, & conſequenter fideiuſſor ex hac prorogatione, facta debitori, eſſet liberatus, Sebaſt. Sap.in addit.ad Abb.in cap. 3. conſtitutus. ſub num. *10.* in verbo, in cauſa criminali. ibi, ſi autem prorogatio termini eſſet facta. de fideiuſs. & ante eum Iaſ. in l. lecta. num. *9.* verſus finem, ff. ſi cert. pet. & in l. *1.* ſub num.18. verſ. limita tamen. C. de iudic.

57 Contra hanc exemplificationem, quòd enim neque ope exceptionis inducatur nouatio, ſed requiratur, quòd expreſsè dicatur, tenent tandem Iaſ. in eadem l. 1. verſus finem, poſt num.18. in ſeptimo fundamento, C.de iudic. Creſcen. deciſ.4.alias 77. ſi in ſecunda. num.1.& 2. de ſolut. qui teſtantur de magis communi opinione contra Bar. & tenet etiam Teſs. Foſsanen. deciſ. 125. fideiuſſor. num. 9. vbi ex Gail. ſequitur hanc eſſe veriorem opin. & certè hæc opinio contraria ſeruatur in praxi.

58 Extende hanc contrariam opin. vt præcipuè procedat, quando creditor, prorogando cum ſtipulatione, adijceret,quòd ſi debitor non ſolueret in termino prorogato, intelligatur eſſe in priori ſtatu, obligatione, & gradu, prout erat antea, quia tunc fideiuſſor non intelligitur liberatus, nam Iaſ. & Sebaſt. Sap. in locis, ſupra proximè citatis, tenentes exemplificationem; nempe, quòd fideiuſſor, mediantibus iſtis ſtipulationibus, ſit liberatus, vt retuli ſupra num. 5*6.* in hac exemplificatione, eam limitant, vt non ſit liberatus in caſu huius extenſionis, quando creditor prorogans ſibi reſeruat iura primæ obligationis. & ita refert, & ſequitur Teſs. Foſſan. deciſ. 125. fideiuſſor. num. 4. in fine, verſ. & tanto magis. & in fortioribus terminis ex Gl. Cyn. Bar. Salyc. & Surd. ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §.2. gloſ.5. num.2*91.* in fine.

GLOS. VII. QVAEST. IV.

SPEC. II.

De prorogatione loci.

SVMMARIVM.

Loci ad locum poteſt Ordinarius prorogare iuriſdictionem, dummodo locus ſit intra ſuam iuriſdictionem, num. 1. & 5. Et ſine controuerſia, quando accedit partium conſenſus,

ſenſus, nu.2. Etiam in criminalibus, nu.3. Imò iudex poteſt prorogare etiam ſine conſenſu partium, & etiam ijs inuitis, num.4. & 16. Debet tamen prorogare ad locum honeſtum, tutum, partibus non ſuſpectum, & ſine earum incommodo, num.5.11.21. & 32. Et dummodo locus ille, & electio ſint noti litigantibus, num.30. Et poteſt ius dicere extra locum ſuorum maiorum, quando ita extaret conſuetudo, num. 17. Item quando ex iuſta cauſa cogeretur alibi ius dicere, num.18. Item quando ius dicit ante litis conteſtationem, num.19. Similiter, quando poteſt procedere de plano, num. 20. Et quando Bariſellus exequitur, diſcurrendo prouinciam, ibidem.

Epiſcopus poteſt ius dicere in qualibet parte ſuæ diœceſis, & etiam in Camera, ſub num. 5. & num.7. & ſub num.10.

Romanæ Curiæ iudices erigunt tribunal in domo, vbi habitant, &c. num.6.

Iudex habens in ſua iuriſdictione plura Caſtra, ſi ad vnum accedat, poteſt tunc ibi ius dicere, &c. num.8. & 9.

Locus maiorum, in quo iudex ſedere debet, qui dicatur, num.10. Et in hoc cauendum eſt à Cyn. Bal. & alijs, num.12.

Capitolinus iudex ſi ſententiam ferret extra Palatium Capitolinum, aut in Palatio Capitolino in ſede non ſua, ſententia adhuc valeret, num.13. & 15.

Florentinæ Rotæ Auditor ſi ſententiam ferret in alterius Auditoris ſede, ſententia adhuc valeret, ſub num.15.

Sedem Apoſtolicam an poſſit Papa amouere à Roma, & eam ad alium locum transferre, num.14.

Bariſellus Lucanus, & ſimilis, qui habent quandam iuriſdictionem, poſſunt eam exequi etiam in agro, &c. ſub num. 20. extenſ. 7.

Locus, in quo iudex dicit ſententiam, licet ſit inhoneſtus, tamen ſi eam in eo propter neceſſitatem dixerit, erit valida, num.22.

Neceſſitas de illicito facit licitum, num. 22. & ſeqq.

Sententiam iudex poteſt propter iuſtum metum dicere, ſedendo ſuper equo, num. 24. Et etiam ſedendo in alta turri, num.25. Dummodo metus fuerit iuſtus, num.26. Et præceſſerit citatio ad ſententiam ad eum locum, num.27.

Metus iuſtus quando dicatur, num. 26.

Locum inhoneſtum ſi eligat iudex, puta in lupanari, & partes conſentiant, iudex reputatur fatuus, ſed partes non poſſent contradicere, num.28.

Conſentire dicuntur partes, quando non excipiunt, num.29.

Secreta non carent ſuſpicione, num.31.

Sententia, lata in loco partibus incommodo, an & quando teneat, num.32. & 33.

Abbas, alijq. Prælati inferiores debent ius dicere in ſede locata à maioribus in Eccleſia, num.34.

Iudex, cui à Principe eſt datus certus locus ad exercendam iuriſdictionem, non poteſt eam alibi exercere, num.35. Neque poteſt eam exercere in loco exempto, num.36.

Eccleſia eſt locus exemptus à iuriſdictione iudicis ſecularis, qui propterea non poteſt in ea ſententiam ferre, ſeu ius dicere, num. 39. Niſi eſſemus in caſu neceſſitatis, num. 23. & 40. Non tamen eſt exemptus à iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici, num. 34. Et propterea poſſunt in ea tractari cauſæ ſpiriiuales, & ferri ſententiæ in cauſis fidei, num.41.

Exemptus ſi ſit locus, non poteſt iudex in eo ius dicere, quamuis ſit intra eius territorium, num.36.

Monaſterium in territorio Senenſi ſi ſit exemptum, teſtamentum in eo factum, non dicitur factum in territorio Senenſi, num.37.

Statutum Epiſcopi ſicut non ligat delinquentem extra territorium, ita nec delinquentem in loco exempto, num.38.

Territorium ſi ſit extra ſuam iuriſdictionem, iudex non poteſt in eo ius dicere, & prorogatio iuriſdictionis fieri non poteſt, etiam ſi ius diceret inter ſuos ſubditos, & de rebus, in eo territorio exiſtentibus, num. 42. & ſeqq. Ampliatur, num.76. & ſeqq. Limitatur, num.150. & ſeqq.

Epiſcopus non poteſt ius dicere in aliena diœceſi, ſub num.42. & ſub num.45.

Proceſſus factus extra territorium eſt ipſo iure nullus, num.45.

Fœudatarij debent deputare Capitaneos, & Iudices appellationum in terris vaſallorum, num.44.

Citationem decernere non poteſt iudex, dum exiſtit in territorio alieno, ſub num.45.

Iudici dicenti ius extra territorium, poteſt impune non pareri, num.45. in fine.

Statutum non extendit vires vltra territorium, num.46. Etiam ſi ſtatutum expreſſe diceret contrarium, num.50. Et ideo non exten-

extenditur ad bona extra territorium, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, num. 47. & 51. Contrarium, num. 69. verſ. ſecundo quia. & verſ. quarto quia.
Conſuetudo non extendit vires vltra territorium, in quo viget conſuetudo, num. 49.
Statutum loci, in quo bona ſunt ſita, eſt attendendum, ſub num. 47.
Statutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſione ab inteſtato, non extenditur ad bona ſita in alieno territorio, ſub num. 47.
Forum vbi quis non ſortitur, ibi neque ligatur ſtatutis, ſub num. 47.
Cauſa finita non poteſt producere effectum infinitum, &c. num. 48.
Excluſa à ſucceſſione per ſtatutum, an intelligatur excluſa etiam quoad bona ſita extra territorium, eſt articulus difficilis, in quo aliqui diſtinxerunt ſex caſus, n. 52. & ſeqq.
Statuentes an ligentur ſuis ſtatutis, ſub n. 52.
Statutum ſi prohibeat actum, & contrafacienti imponat pœnam, an comprehendat etiam ſuperiorem, qui condidit ſtatutum, an verò ſolum eum, qui ſecum contraxit, ſub num. 52.
Statuto patriæ an ligentur ſubditi vbiuis contrahant, ſub num. 52.
Statutum, vt bannitus poſſit impunè offendi, non habet locum extra territorium ſtatuti, nu. 59. & ſeqq. in quibus ampliatur multipliciter. Et de ratione, ſub num. 161.
Bannitus captus extra territorium, debet relaxari, ſub num. 61. verſ. conſequitur.
Occidens bannitum extra territorium, eſt tutus in illo territorio, vbi erat bannitus, ſub num. 61. declar. 1. Imò ibi conſequitur premium promiſſum à ſtatuto, ac ſi occidiſſet intra ipſum territorium, num. 62.
Occidens bannitum intra territorium, in quo poterat impunè occidi ex forma ſtatuti, vbique tranſit cum impunitate, num. 63.
Bannitus ab vno loco, cenſetur bannitus ab omnibus locis, quæ ſunt ſub eodem Principe, num. 64. Et cenſetur bannitus etiam à loco confederato, num. 65.
Bannitus ab vno territorio, in quo ex forma ſtatuti poterat impunè occidi, an poſſit impunè occidi in Eccleſia intra illud territorium, num. 66.
Statutum habilitans, ſeu inhabilitans perſonam, an extendat vires vltra territorium ſtatuti, num. 67. & 69.
Teſtamentum factum à filiofam. ſi valeat ex diſpoſitione ſtatuti, an extendatur ad bona exiſtentia extra territorium ſtatuti, num. 67. Et quid, ſi quis ex diſpoſitione ſtatuti condidit teſtamentum cum minori numero teſtium, an illud teſtamentum extendatur ad bona extra territorium ſtatuti, nu. 69.
Decretum iudicis ſuper tutela, extenditur etiam ad bona ſita extra territorium, num. 68. 155. & 161.
Statutum Epiſcopi non extendit vires ſuas vltra diœceſim, licet extendatur ſententia excommunicationis, num. 70.
Bannitus, & excommunicatus æquiparantur, & in quo differant, ſub num. 70. verſ. nota.
Statutum Epiſcopi, quod non reſidentem priuat beneficio, ligat etiam abſentes à diœceſi, num. 71.
Pater non tenetur pro contractu, quem eius filius facit extra territorium, non obſtante ſtatuto, quòd pater teneatur pro contractu filij, num. 72.
Statutum inhabilitans ſubditum ad contrahendum, extendit vires etiam vltra territorium, ſecus eſt ſi inficiat contractum, num. 73.
Statutum loci contractus attenditur quoad ſolemnitatem, & deciſionem contractus, num. 74.
Statutum domicilij, & originis attenditur, deficientibus alijs, num. 75.
Imperator non poteſt exercere iuriſdictionem contentioſam in loco, in quo abdicauit à ſe iuriſdictionem, & ideo non in terris Eccleſiæ, &c. num. 76.
Imperator, & multò minus alij inferiores non poſſunt exercere iuriſdictionem etiam voluntariam in aliena iuriſdictione, nu. 77. Contrarium, num. 78. Diſtinguuntur duo caſus, num. 79. & ſeqq. & nu. 113. & ſeqq.
Iuriſdictio voluntaria, in qua requiritur cauſæ cognitio, an poſſit exerceri in aliena iuriſdictione, num. 79. & ſeqq. Et quid ſi non requiratur cauſæ cognitio, num. 113.
Imperator, & conſequenter Comes Palatinus an poſſint legitimare in terris Eccleſiæ, nu. 81. & ſeqq. & num. 84. & ſeqq. Et præcipue quando excluderetur ſubſtitutus, num. 89. & ſeqq. Et quid ſi legitimatio fiat patre viuente, & volente, & agatur de bonis paternis, num. 98. 99. & 100. Quid ſi legitimet proprium ſubditum, num. 101. Et ad quæ bona ſuccedat, num. 102. Quid ſi dominus territorij probibeat, ne in ſuo territorio exerceat iuriſdictionem legitiman-

mandi, num. 103. & ſub num. 106. verſ. quamuis. Quid ſi legitimet ſcholares baſtardos, num. 104.

Citatio an requiratur in legitimatione, num. 82.

Prorogata iuriſdictio porrigit effectum ſolum contra eos, qui conſentiunt prorogationi, num. 83. & latius num. 90. & ſeqq.

Prorogari an poſſit iuriſdictio voluntaria, & præſertim ad legitimandum, num. 85. & ſeqq.

Prorogari an poſsit iuriſdictio in his, quæ ſunt de reſeruatis in priuilegium Principis, ſub num. 85.

Legitimandi actus eſt de reſeruatis Principi, ſub num. 85.

Notarius creatus ab Imperatore, an poſsit conficere inſtrumentum in terris Eccleſiæ, & è conuerſo, num. 87. 88. 127. & ſeqq. Declaratur, num. 132.

Legitimatus an excludat ſubſtitutum, &c. num. 89. & ſeqq. vſque ad num. 95. incluſiue.

Legitimatus an ſuccedat in fœudis, num. 96.

Princeps legitimando poteſt tollere ius quærendum, num. 97.

Imperator an poſsit in terris Imperij legitimare ſubditum Eccleſiæ, & hæc legitimatio ad quæ bona porrigatur, etiam ſi legitimaſſet ſubditum proprium, num. 105.

Imperator, & Comes Palatinus poſſunt ſubditum Imperij legitimare in terris immediatè ſubiectis Imperio; Et quid in terris mediatè ſubiectis; & ad quæ bona ſe extendat legitimatio, num. 106. & 107.

Imperator electus, & nondum coronatus, an poſsit legitimare, num. 109.

Imperator, neque Comes Palatinus non poſſunt legitimare clericum, num. 110.

Reges an poſsint legitimare, ſub num. 109.

Legitimationem, quam facit Papa, qui tractent, num. 108.

Emancipari an poſsit clericus coram iudice ſeculari, ſub num. 110. verſ. non obſtat ſecundo. & num. 115. & ſeqq.

Clerici tutor an poſsit eſſe laicus, num. 111.

Imperator non poteſt interponere decretum arrogationis inter non ſubditos, nu. 112.

Emancipatio an poſsit fieri extra territorium iudicis, qui eam auctorizat, num. 114. 116. & ſeqq.

Inſinuatio donationis, factæ clerico à laico, fit coram iudice laico, num. 119.

Decretum ſuper obligatione minoris ſecularis ad fauorem clerici, debet interponi à iudice ſeculari, num. 120.

Iuriſdictio ſuper re notoria an poſsit exerceri in alieno territorio, num. 122. & 123.

Notarius creatus ab vniuerſitate, vel ſtatuto an poſſit inter ſubiectos illi ſtatuto conficere inſtrumenta etiam extra territorium ſtatuti, num. 124. & ſeq.

Notarius, qui habet auctoritatem conficiendi inſtrumentum, non dicitur habere iuriſdictionem, ſed officium, num. 125.

Papa poteſt creare notarios etiam illos, qui ſunt ſubiecti Imperio, & è contra Imperator illos, qui ſunt ſubiecti Eccleſiæ, nu. 130.

Comes Palatinus habet auctoritatem creandi notarios, num. 131.

Comes Palatinus habet auctoritatem legitimandi, num. 106.

Notarijs poteſt Dominus prohibere, ne faciant inſtrumenta in eius territorio, vbi non habent auctoritatem, num. 134.

Notariorum poteſtas an ſit prorogabilis, ſi ſint iudices chartularij, num. 140.

Notarius intra territorium, in quo eſt notarius, poteſt conficere inſtrumentum etiam inter extraneos, num. 141.

Inſtrumentum factum à notario intra territorium, in quo eſt notarius, probat non ſolum intra illud territorium, ſed etiam extra vbique, num. 142.

Parochus licet exiſtat extra territorium ſuæ parochiæ, tamen poteſt ſuum parochianum confiteri, &c. num. 144.

Epiſcopus poteſt, etiam exiſtens extra diœceſim, conferre beneficia, num. 145. Et poteſt confirmare electionem, &c. num. 146.

Delegatio cauſæ poteſt fieri, etiam ſi delegans ſit extra territorium ſuum, num. 147.

Arbiter licet ſit electus Papiæ, tamen poteſt prorogare terminum, dum exiſtit Mediolani, num. 148.

Iudex ſi ſit expulſus, ſeu aliter per vim impeditus, ne poſsit ius dicere in ſuo territorio, poteſt contra expulſores, & impedientes dicere in alieno, num. 152.

Excommunicatus an poſsit abſolui à iudice exiſtenti in alieno territorio, num. 153.

Satiſdatio de non offendendo, præſtita ex decreto iudicis, debet ſeruari vbique, nu. 154

Epiſcopus poteſt ferre ſententiam excommunicationis contra ſuum diœceſanum exiſtentem in aliena diœceſi, num. 157.

Banniri & condemnari poteſt quis, licet maneat extra territorium bannientis, n. 158.

Con-

Confiſcationis ſententia extendit vires ſuas extra territorium ad omnia loca, num. 159.& ſeqq.

Iuriſdictionem exercere poteſt iudex in alieno territorio, quando ita conſentiunt partes, & iudex illius territorij, & valida eſt iſta prorogatio, num.162.& 163.

Conſenſus partium, & iudicis territorij an requiratur expreſſus, vel ſufficiat tacitus in iuriſdictionis prorogatione ad alienum territorium, num.164.& ſeqq.

Ignorans non conſentit, num. 166.

Prorogatione ignorata, an ſententia ſit nulla, num.169.

Sententia lata in alieno territorio, ſed confederato, an valeat, num.170.

Iuriſdictio poteſt exerceri in alieno territorio, ſi ita conſuetudine ſit introductum, num.171.

Libertatis fauore Præſes prouinciæ poteſt cognoſcere contra eum, qui non eſt illius prouinciæ, num.172.

Citare an, & quomodo poſſit iudex in alieno territorio, ſub num.172.limit.10.

Prorogari an poſſit de loco ad locum iuriſdictio delegata, num.173.& ſeqq. Et quid ſi ſit delegata ad vniuerſitatem cauſarum, num.178.

Delegatus poteſt ius dicere in Camera, licet, vti Ordinarius, habeat certum locum tribunalis, num.177. Et poteſt etiam dicere extra Ciuitatem, & extra territorium, in quo eſt facta delegatio, dummodo dicat intra territorium delegantis, & in loco honeſto, num. 180. Et quid ſi delegans habeat plures, & longè diſtantes Ciuitates, & Prouincias, num.181.& ſeqq.

Delegatus apoſtolicus debet impetrari intra eandem diœceſim, in qua ſunt actor, & reus, ſub num.181. Quòd ſi aliquo caſu liceret impetrare extra diœceſim communem, vel rei, debet impetrari intra diœceſim vicinam pro loco non diſtanti vltra vnam dietam, num.182.& 183.

Delegatus apoſtolicus non poteſt ius dicere, niſi in Ciuitate vel diœceſi, vbi eſt cauſa, ei delegata, alias proceſſus, & ſententia ſunt nulli, & quid ſi proceſſerit de conſenſu partium, & qualis conſenſus requiratur, numer.185. & 186. Et quid in delegato Ordinarij, num.187.

Delegatus Imperatoris, & Regis an poſſint procedere extra locum, pro quo eſt facta delegatio, num.188.

Delegatus non poteſt procedere in loco, in quo delegans non habet iuriſdictionem, n.189. Niſi procederet de conſenſu partiũ, n.190.

Mare venit appellatione territorij, & diſtrictus, ſub num. 191.

Maritimæ Ciuitates dicuntur habere diſtrictum etiam in mari, ſub num.191.

Papa ſi deceſſerit in mare, electio Pontificis fieri debet in ea Ciuitate, ſub cuius dominio eſt illud mare, num.192.

Mare Hadriaticum dicitur eſſe Venetorum, num. 193.

Veneti licitè imponunt gabellas & pedagia in mare Hadriatico, & poſſunt interdicere alijs, ne nauigent in eorum gulpho, ſub num. 193.

Maris Hadriatici littora ſunt Venetorum in genere, ſed in particulari ſunt Ciuitatum vicinarum, ſub num.193

Mare Liguſticum dicitur eſſe Ianuenſium, num. 194.

Mare Thirrenum dicitur, quod ſeruit Piſis & Tuſciæ, num. 195.

Flumina, ſtagna, & lacus dicuntur de territorio locorum, in quibus ſunt, ſub num.195.

1 PROROGATIO, quæ fit de loco ad ad locum, poteſt conſiderari, tam in iudice ordinario, quàm in iudice delegato, & ſimilibus: nunc agendum eſt de iudice ordinario, & poſtea num.173. & ſeqq. dicemus de delegato.

In iudice ordinario duas adhibeo inſpectiones.

Prima inſpectio eſt, an iudex ordinarius poſſit procedere extra locum ſolitum, ſed tamen in loco intra ſuam iuriſdictionem: & in hac inſpectione concludo, quòd ſic, quia poteſt iuriſdictionem de vno ad alium locum prorogare, quia, ſi erat ſolitus habere tribunal in platea, poſſet fieri prorogatio, vt illud haberet extra plateam, Abb. in cap.40. p. & g. num. 14. in fine, de offic. & poteſt. iud. deleg. Mar. Soc. in cap.18. ſignificaſti. nu.33.q.7. de for. comp. & quòd licet iudex ordinarius debeat ferre ſententiam in loco maiorum, tamen poſſit eligere ſibi alium locum, & mutare illum, dummodo publicè & notoriè hoc faciat, ſcribit, dicens ſe ita ſæpè vidiſſe fieri, & practicari Alber. in l. 6. cum ſententiam, num... C. de ſent. & interl. omn. iud. quem ſequitur Auguſt. ad Ang. tract.

tract. de maleſ. in verbo, nos th. poteſtas. num. 3. fol. 231. & adde quæ ſcripſi infra numer. 5. extenſ. 3.

2 Extende primo hanc concluſionem, vt ſine controuerſia procedat, quando accedit partium conſenſus, quem multi videntur ſentire eſſe neceſſarium, nempè Bar. in l. vlt. nu. 3. verſ. quæ rit hic. ff. de iuſt. & iur. tenens, quòd ſi partes cócordát, quòd iudex iudicet alibi, quàm in loco maiorum, quòd tunc ſententia tenet, dummodò ille locus ſit intra territorium ſuum, & rationem adducit, quia ſicut partes poſſunt concordare de tempore, ita etiam poſſunt concordare de loco, & in l. 2. conſenſiſſe. in fine initij, ſub num. 7. ff. de iudic. dicens, quòd ſi prorogatio fiat de loco ad locum ſuæ iuriſdictionis, poteſt fieri de voluntate partium, vt puta locus maiorum eſt in palatio poteſt de voluntate partium prorogari, vt audiat in platea, Bal. in d. l. 6. cum ſententiam. num. 6. verſ. modo ego quæro. C. de ſent. & interl. omn. iud. & Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. par. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 79. limit. 3. fol. 443. licet Abb. à nobis citatus num. præcedenti, & quem ipſe citat, loquendo in ordinario, non loquatur de conſenſu partium adhibendo, & cum Bar. dum vtitur argumento, de tempore ad locum, videtur tranſire Euer. de locis argum. in loco à tempore ad locum, ſub num. 1. ibi, iſto argumento etiam.

Sed Bar. & alij, ſi qui ſunt, videntur decepti, dum huic affirmatiuo niterentur argumento in iudice ordinario, ſi quidem videtur, quod prorogatio de tempore ad tempus regulariter non poſſit fieri in iudice ordinario, per ea, quæ dixi in præced. ſpecie, num. 1. ergo neque de loco ad locum; ſicque argumentum contra ipſos validè retorquetur, niſi, ſaluando Bar. dicamus, quòd ipſe, vtens argumento de tempore ad locum, ſupponit iuriſdictionẽ adeſſe habitu, vt in feriarũ caſu, de quo locutus ſum q. præced. limit. 2. n. 23.

3 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam in criminalibus, Ang. tract. de maleſ. in verbo, nos th. poteſtas. num. 2.

4 Extende ſecundo, vt iudex poſſit facere hanc prorogationem, etiam ſine conſenſu partium; & moueor, quia conſenſus partium in iudice ordinario non requiritur, niſi quando prorogatio fieret extra territorium iuriſdictionis, per ea, quæ dixi infra num. 16. & 42. vel quando fieret in loco inhoneſto, vt ſcripſi infra num. 28. imò poteſt à iudice ordinario fieri, partibus inuitis, vt ſcripſi infra num. 16.

Quamuis Bar. & alij citati in prima præcedenti extenſione requirant conſenſum partium.

5 Extende tertio, vt iudex ordinarius poſſit in quocunque loco ſui territorij ſedere pro tribunali, in loco tamen honeſto, & ſine incommodo litigantium: Et ad id, quod dicitur, quòd debet ſedere in loco maiorum, dico, quòd locus maiorum eſt, quòd ius non dicat extra territorium, Petr. de Anch. in cap. 7. cum epiſcopus. initio, not. 2. de offic. ordin. in 6. & ſic locus maiorum in iudice ordinario intelligitur omnis locus, qui ſit intra territorium illius iudicis ordinarij, August. ad Ang. tract. de maleſ. in verbo, nos th. poteſtas. ſub num. 3. quare cum, habens iuriſdictionem ordinariam totius loci, poſſit locare ſedem in qualibet eius parte, Epiſcopus poteſt cognoſcere, & iudicare de cauſa, etiã in Camera ſua, Gemin. in dicto cap. cum epiſcopus. not. 2.

6 Infero primo confirmando hanc extẽſionem, quòd idcirco mirum non eſt, quòd in Curia Romana Gubernator Vrbis, Auditor Cameræ, Camerarius, Clerici cameræ, Vicarius, eorumque Locatenentes, Vicegerens, Rotæ Auditores, & Signaturæ Refereudarij, (de quorum iuriſdictione ſcripſimus ſup. lib. 1. in pluribus locis) non alibi tribunal habeant, quàm in ſolitæ habitationis domo; quam quiſque eorum poteſt in quauis Vrbis parte eligere, & electam mutare; ſolent tamen eligendo, rationem habere commoditatis notariorum, & litigantium, & licet Referendarij, qui ſeparatim informantur in domibus, quas inhabitát, votum poſtea coadunati proferant in domo Illuſtriſſimi Cardinalis præfecti, tamen Præfectus eligit, & mutat domum, quãdo ſibi placet; licet etiam Auditores Rotæ habeant locum, in quo ſimul, & collegialiter conuenire debeant, vt, cauſa melius inter eos diſcuſſa, quilibet eo in loco votum ferat; prout & faciunt Clerici Cameræ, tamen ius reddunt in eorum domibus.

7 Infero ſecundo, quod Epiſcopus, habens plura caſtra, & terras in ſua diœceſi, poteſt in quolibet loco de diœceſi, in quo reperitur, Curiam regere, & citare, ac ſententias ferre, Gemin. in cap. vlt. ſub num. 12. verſ. in ea gl. ibi, timebat. in fine, de ſent. & re iud. in 6. Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. par. in

Digitized by Google

par. in verbo, & demum fertur ſententia. nu. 77. limit. 2. fol. 443.

8 Infero tertio, corroborando præcedentem, hinc eſſe, quòd Gubernatores, alijq. ius dicentes, qui habent plures in ſua iuriſdictione terras, cum ad earum aliquam accedunt, ius in ea dicunt, præſertim pro cauſis, quæ vertuntur inter homines illius terræ, & ita vidi ſeruatum, & ſeruaui.

9 Confirmantur hæ duæ illationes, quia Præſes duarum Prouinciarum, vel Poteſtas duorum territoriorum, exiſtens in vno, poteſt ius dicere quoad aliud, Paul. de Caſtr. in l. vlt. num. 8. in fine, Iaſ. num. 9. fallen. 3. & Dec. num. 9. ff. de iuriſd. omn. iud. & dixi inf. ſpec. 6. num. 4. ampl. 3.

Abb. tamen in cap. 7. nouit. ſub num. 2. verſ. ſed dubito. de offic. leg. in caſu, quo pro negocij expeditione requiratur citatio partis, inclinat contra confirmationem, quòd non debeat pars trahi extra prouinciam.

10 Subinfero ex hac illatione, & ex his, quæ dixi ſupra num. 5. quòd cum huius ſecundæ, & tertiæ illationis alia ratio reddi non poſſit, niſi quia iudex, ferendo ſententiam intra territorium ſuæ iuriſdictionis, non poteſt dici, quòd eam ferat extra locum ſuorum maiorum, ſeu extra ſuam iuriſdictionem, hancque rationem conſideret text. in cap. cũ epiſcopus. citatus in ſeq. extenſ. mihi non ſatisfacit Bal. in l. penult. ſeu vlt. ius pluribus. ſub num. 4. verſ. ſed an epiſcopi. ff. de iuſt. & iur. dum, reddendo rationem in terminis ſecundæ præcedentis illationis, dicit, quòd Epiſcopi non tenentur obſeruare illam legem, quia permittitur eis propter dignitatem, & conſequenter mihi non placet, quòd Maran. quem citaui ſupra num. 7. in ſecunda illatione, poſuerit in Epiſcopo limitationem.

11 Extende quarto, vt procedat etiam ſi iudex alias haberet locum certum, ſolitum, & antiquum pro tribunali, quia adhuc poterit illũ ex iuſta cauſa mutare, dummodo ſit honeſtus, & partibus tutus; & moueor ad hanc extenſionem ex pluribus. Primo, quia text. in d. cap. cum epiſcopus. de offic. ordin. in 6. dum dicit, quòd Epiſcopus poteſt pro tribunali ſedere in quolibet loco ſuæ diœceſis, loquitur indiſtinctè, & tamen certum eſt, quòd ante illum textum aderant Epiſcopi, qui habebant ſolitum, & antiquum tribunal, quia fuit ille text. conditus à Papa Bonifacio viij. Secundo moueor ex ratione illius textus, nempè, quia cum iudex habeat iuriſdictionem ordinariam in toto territorio, ſeu diœceſi, vbicunque in eo procedat, dicitur procedere cum iuriſdictione, & conſequenter ceſſat defectus iuriſdictionis. Tertio, quia ſi ſupponeremus, quòd ille textus reſtringeretur ad Epiſcopum, qui nondum haberet ſolitum, & antiquum tribunal, textus eſſet de indubitabili, quia ſi non ſupponeremus habitum, fruſtra, & vanè dubitaremus de priuatione. Quarto, quia in terminis huius extenſionis ſequuntur Abb. Mar. Soc. & alij citati ſupra num. 1. in concluſione.

12 Infero primo ex hac extenſione, cauendum eſſe ab his, quæ confuſè ſcribunt Cyn. & alij in l. 6. cum ſententiam. C. de ſent. & interl. omn. iud. Bal. in l. penult. ſeu vlt. ius pluribus. in 1. lect. ſub num. 4. verſ. quæro an ſi alibi. & Paul. de Caſtr. in fine, num. 9. ff. de iuſt. & iur. Ang. tract. de maleſ. in verbo, nos th. poteſtas. ſub num. 1. & 2. fol. 231. dum dicunt, maxime Bal. quòd ſententia eſſet ipſo iure nulla, ſi non eſſet lata in loco maiorum, & quòd ideo iudex ordinarius debet iudicare in loco maiorum, & quòd poteſt eligere ſibi locum, quando non habet certum tribunal, & apertius Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. par. in verbo, & demum fertur ſententia. nu. 71. fol. 442. & Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defec. iuriſd. &c. num. 110. tom. 4. fol. 389. dicens, quòd ſi iudex ius dixerit extra locum maiorum, vbi ius reddi conſueuerat, geſtum nõ valebit, quia, inquit, iudex, habens certum ſolitum, & antiquum locum, in eo ius dicere debet, ſecus, inquit, ſi non habuerit, quia tunc in qualibet parte territorij poteſt ius dicere, dummodo locus ſit honeſtus, & tutus partibus, & propterea, inquit Maran. ſolet in Regno apponi clauſula, *nos talis iudex, &c. ſedentes pro tribunali in tali loco, &c. vbi Curia regi ſolet, & reddi petentibus, &c.* quod nos in fine ſententiæ videmus à notarijs ſcribi, *lata, & lecta ad bancum iuris.*

Non obſtat, quòd Vant. & alij allegent text. in l. 6. cum ſententiam. C. de ſent. & interl. omn. iud. & in l. penult. ius pluribus, in fine, ff. de iuſt. & iur.

Quia reſpondeo, quòd non probant eorum dictum, nam l. cum ſententiam. vult irritari ſententiã, ſi lata ſit in loco ſecreto, &c. prout explicaui infra num. 30. & 31. & ad l. penult. quæ requirit, vt iudex, ius dicturus, ſaluet maieſtatem ſui imperij, & ſaluet morem

rem

rem maiorum, reſpondeo multipliciter. Primo, quòd dicitur ſaluare maieſtatem ſui imperij, dicendo ius in loco honeſto, & conuenienti ſuæ maieſtati, & dicitur ſaluare morem maiorum, ſi ille locus non ſit ſecretus, quia ſecreta nõ carent ſuſpicione, ideoq. plerunque irrita ſunt, & caſſanda, Bal. in dicta l. cum ſententia. nu. 1. & 5. verſ. nota quod ſecreta. Secundo reſpondeo, quòd illa copula (què) ſtans inter maieſtatem, & morem, nõ ſtat copulatiuè, ſed expoſitiuè, quaſi dicar, ſalua maieſtate imperij ſui, vt iudicet in loco honeſto, prout iudicarunt maiores. Tertio reſpõdeo, quòd intelligitur prout locutus ſum ſupra num. 5. in tertia extenſione.

13 Infero ſecundo, quòd etſi Senator Vrbis, duo Collaterales, & iudex maleficiorum domum non conducant, & propriam, ſi haberent, non inhabitarent, quia habitant in Palatio Capitolino, ibiq. informantur, & ius reddunt; prout in eodem ſedent, & ius reddunt alij iudices, & officiales Capitolini, licet hi alij inhabitent eorum domus, in eiſq. informentur, quales ſunt Capitaneus appellationum, Magiſtri Viarum, Agricultura, & Conſules artium, tamen ſi daremus caſum, in quo aliquis eorum proceſſiſſet, & ſententiam tuliſſet extra Palatium Capitolinum, crederem, ſententiam ex iſto capite non facilè irritandam; dummodo ſeruata fuiſſent quæ ſcripſi infra num. 21. & ſeqq.

14 Infero tertio, quòd licet conſueuerit dici, quòd Papa non poſſit ſuam ſedem à Roma in alium locum mutare, vel transferre, Arch. in cap. 17. fundamenta. num. 12. & Io. Andr. num. 9. de elect. in 6. Abb. in cap. 13. per venerabilem. num. 18. qui fil. ſint legit. & Io. de Selu. tract. de benef. par. 3. q. 8. ſub nu. 21. tom. 15. par. 1. fol. 60. tamen quòd Papa poſſit ex iuſta cauſa, ſcribit Abb. vbi ſupra; quare quandoque fuit tranſlata in Ciuitatem Auenionenſem, vbi permanſit ſexaginta annos priuſquam reduceretur ad Vrbem, & nemo dubitat, quòd illic geſta teneant.

15 Subextende primo eandem quartam extenſionem, & præſertim eius ſecundam illationem poſitam ſupra num. 13. vt multò magis valeret ſententia, quam ſecundus Collateralis ferret in ſede primi Collateralis, & è contra, quia diceretur lata in eod. palatio, Bal. in l. penult. ſeu vlt. ius pluribus. in fine, verſ. quod ſi iudex. ff. de iuſt. & iur. in vltima lectura, ex quo dicebam, quòd Florentiæ ſi vnus ex Iudicibus Rotæ ſententiam ferret in ſede alterius, ſententia adhuc valeret.

16 Subextende ſecundo, vt quoad iuriſdictionem contentioſam procedat, etiam ſi hæc mutatio, ſeu prorogatio fieret, parte, ſeu partibus inuitis, & moueor tum quia in iure non reperitur cautum, quòd requiratur conſenſus partium, tum quia ſicut poſſet Princeps, ſeu Baro illius loci, ita etiam poterit iudex, qui ab eo habet iuriſdictionẽ, quam in inuitos exercet, tum etiam, quia ex hac mutatione non læditur aliquo modo iuſtitia, aut ius partium.

17 Subextende tertio, vt maximè procedat ſi extaret conſuetudo, vt iudex ius diceret etiã alibi, quàm in conſueto, & antiquo tribunali, quia tunc ex conſuetudine poſſet ius dicere in camera, in horto, vel alibi, Gl. in §. & quoniam ſcimus. alibi in §. multæ autem. in verbo, illic. in fine, Auth. de teſtib. collat. 7. Alber. in l. 6. cum ſententiam. num... C. de ſent. & interl. omn. iud. & Auguſt. ad Ang. tract. de malef. in verbo, nos th. poteſtas. ſub num. 3. fol. 232. imò etiam in alieno territorio, vt ſcripſi infra, num. 171. limit. 8.

18 Subextende quarto, vt procedat ſine difficultate, quando iudex ex iuſta cauſa cogeretur locum conſuetum, & antiquum mutare, vt puta ſi locus conſuetus non eſſet tutus vel propter metũ tyranni, vel propter guerras, vel peſtem, vel quia minatur ruinam, quia ob ſingulas iſtas cauſas poſſet iudex alibi, quàm in loco maiorum, ius dicere, Maran. in ſuo ſpec. in tertia par. 6. par. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 83. limit. 7. fol. 443. & ſcripſi latius infra, num. 24. & ſeqq. & facit quod de ſede apoſtolica retuli ex Abb. ſupra num. 14.

19 Subextende quinto, vt ſine controuerſia procedat in his, quæ fiunt ante litis conteſtationem, vt in interrogationibus, quia tunc non cogitur ſeruare locum maiorum, ſed poteſt ſuper illis ius dicere in quolibet loco intra ſuam iuriſdictionem, Bal. in l. penult. ſeu vlt. ius pluribus. verſ. vt plene. ff. de iuſt. & iur. in ſecunda lectura, & Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. par. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 87. limit. 11. fol. 444.

20 Subextende ſexto, vt procedat in cauſis, in quibus proceditur de plano, quia in his iudex ordinarius poteſt ius dicere etiam extra locum maiorum, Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. par. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 85. limit. 9. fol. 444.

Sub-

Digitized by Google

Subextende ſeptimo, vt maximè procedat in Bariſello diſcurente per comitatum, vel prouinciam, quia is, ſi habeat poteſtatem, poteſt etiam in agro ius dicere, & ſententiam ferre, & exequi, maximè ſi res dilationem non admittat, nam tunc habet locum illud (vbi te inuenio, ibi te iudicabo) Bal. in l. vlt. in 1. lect. verſus fin. n. 5. verſ. ſed quid ſi nō poteſt. ff. de iuſt. & iur. & Ang. tract. de maleſ. in verbo, nos th. poteſtas. ſub num. 2. fol. 231. hæcq. ſubextenſio poteſt ſeruire pro Bariſello Ciuitatis Lucæ, qui hanc habet poteſtatem, licet ea, & prudenter, non vtatur.

Confirmatur hæc ſubextenſio ex his, quæ ſcripſi infra gl. 13. in fine, num. 64.

21 Declara primo nunc eandem cōcluſionem poſitam ſupra n. 1. eiuſq. extenſiones, & illationes, vt procedant dummodo locus, quem iudex eligit pro tribunali, ſeu in quo vult ſedere, procedere, ſeu iudicare, ſit honeſtus, tutus, & partibus non ſuſpectus, quia alias læderetur iuſtitia, & ius partis, & cum hac declaratione concordant quæ ſcribunt Petr. de Anch. & Gemin. quos ſecutus ſum ſupra num. 5. in tertia extenſ. & quæ ſcribit Vant. quem citaui ſupra num. 12. illat. 1. & ita in iudice delegato ad vnam cauſam ſcribit Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. par. in verbo, & demum fertur ſententia. ſub nu. 73. fol. 443.

22 Subdeclara primo hanc declarationem, vt ex iuſta cauſa, nempe propter vrgentem neceſſitatem poſſit eligere locum, qui abſque illa neceſſitate eſſet inhoneſtus, iuxta ea, quæ ſcribunt Gloſ. in cap. vltimo, in verbo, ſedendo. num. 40. & Archid. in fine, de ſent. & re iud. in 6. Spec. tit. de ſent. & his quę ipſam ſequuntur. §. iuxta propoſitionis ſeriē. ſub num. 10. verſ. quid ſi pronunciat in alta turri. lib. 2. fol. 172. Bal. in l. penult. ſeu vlt. ius pluribus. ſub num. 4. verſ. ſed quid ſi non poteſt. ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. num. 2. verſ. querit gl. & ibidem Salyc. ſub num. 3. verſ. quæro cum gl. C. de ſent. ex peric. recitan. Ang. tract. de maleſ. in verbo, nos th. poteſtas. ſub num. 2. fol. 231. & Maran. in ſuo ſpec. in tertia par. 6. pat. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 83. limit. 7. fol. 444. Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defec. iuriſd. & vnde &c. ſub nu. 112. tom. 4. fol. 389. & ab hac ſubdeclaratione in effectu non diſcrepat Bar. in dicta l. 1. num. 4. verſ. quęro quid ſi iudex. licet poſt relatam hanc ſubdeclarationem, dicat, quòd eam intelligit in iudice, qui non habet locum maiorum deputatum, tunc enim Bar. non ſupponit iuſtam cauſam, nempe, iuſtum timorem, alias ſibi contradiceret, quia poſtea in fine, in caſu infirmitatis ex Io. And. refert, quòd ſedeat, vt poteſt.

23 Confirmatur hæc ſubdeclaratio, quia licet in eccleſia non poſſint exerceri actus iudiciarij contentioſi, per ea, quę dixi infra num. 39. illat. 3. tamen poſſunt exerceri in caſu neceſſitatis, puta propter bellum, incendium, inundationem, & ſimilia, vt explicat Nauar. in manual. cap. 5. de oratione, num. 41. idque comprobatur ex eo, quia valet argumentum de tempore ad locum, vt dixi infra ſub eod. n. 39. ſed actus iudiciarij, imminente neceſſitate, poſſunt exerceri etiam tempore feriato in honorem Dei, vt ſecutus ſum lib. proximè præced. cap. 5. num. 28. & ſeqq. & num. 35. & ſeqq. ergo poſſunt etiam exerceri in eccleſia.

24 Exemplifica primo hanc ſubdeclarationem in caſu, qui accidit in Ciuitate Genuæ, vbi iudex, timens partem, ideoq. volens, lata ſententia, ſtatim fugere, eam tulit ſedēdo ſuper equo, vt teſtantur Gl. in l. 1. in verbo, recitauit. in fine, C. de ſent. ex peric. recit. & Spec. infra citatus: nam licet de huius ſententię validitate fuerit dubitatum, eo quòd ſedens ſuper equum, vel curtum, non dicitur ſedere, ſed baiulari, & iudex debet ſedendo ſententiam ferre, tamen ego in terminis huius ſubdeclarationis conſtanter reſpōdiſſem pro validitate ſententiæ, prout reſponderunt etiam Gl. Bal. & Ang. in locis ſupra citatis, Lanfr. in cap. quoniā contra. nu. 546. de probat. tom. 3. fol. 268. inter Repet. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in verbo, & demū fertur ſententia. ſub nu. 55. fol. 439. & virtualiter ſentiunt Spec. & aliqui citati in ſubdeclaratione; quicquid in contrarium forſan ſenſerint idem Spec. vbi ſupra, & Bar. in dicta l. 1. ſub num. 4. C. de ſent. ex peric. recit. & ad ita reſpondendum moueor, non ijs rationibus, quòd, quamuis ſedens in naui, vel ſuper curru, baiuletur, non per hoc negetur, quin etiam ſedeat, & ex quò ſedet, videatur ſatisfactum legi requirenti ſeſſionem, prout mouetur Gemin. in cap. vlt. num. 12. in fine, de ſent. & re iud. in 6. neque moueor eo, quia ille iudex videatur quaſi ſedere, & quòd ſit ſolemnitas accidentalis, quas rationes refert etiam Spec. dicto §. iuxta propoſitionis ſeriem. num. 11. verſ. & faciunt hęc. ſed moueor, quia neceſſitas facit, vt inſpiciamus non

non quid ſit faciendum, ſed quid fieri poſſit; non enim obligamur ad impoſſibile, ſed, remota neceſſitate, reſpondiſſem pro ſententiæ inualiditate, quia tūc illa ſeſſio ſuper equum oſtenderet, quòd iudex aliud principaliter intendit agere; & tamen ſententia debet ferri animo quieſcente, & libero ab omnibus ijs, quæ ipſum turbare, aut auertere, aut quoquo modo poſſent impedire, per ea, quæ ſcripſi gl. ſeq. num. 5. & 6. & facit reſtrictio de qua infra num. 26. Imò quando volumus ſignificare aliquam ſentētiam eſſe nullius æſtimationis, dicimus communiter (è vna ſentenza data à Cauallo.)

25 Exemplifica ſecundo in eo, qui, cum valdè timeret, ſententiam protulit, ſedendo in alta turri, & partes erant inferius, Gloſ. in cap. vlt. in verbo, ſedendo. num. 40. de ſent. & re iud. in 6. Spec. in d. §. iuxta propoſitionis ſeriem. ſub num. 10. verſ. quid ſi pronuntiat in alta turri. lib. 2. fol. 172. Bar. Salyc. & Maran. in locis ſup. proximè citatis.

26 Reſtringe primo eandem primam ſubdeclarationem, vt non procedat, quando timor non eſſet iuſtus, quia tunc ſententia, lata ſuper equo, ſeu turri, non valeret; & idem ſi timor ceſſaſſet ante ſentētiæ prolationem, quamuis emanaſſet citatio ad ſententiam, Franch. in cap. vlt. verſus finem, ſub num. 11. de ſent. & re iud. in 6.

Verum ego crederem, omnem timorem dici iuſtum; quia timor ſtat in corde, quod ſoli Deo patet; & non omnes homines æquè timent, neque æquè audent, vnde timor, qui in vno eſt minimus, in alio poteſt eſſe maximus: dicetur ergo iuſtus timor, & crederem, eum verè timere, quādo ſubeſſet materia, & occaſio timendi: licet enim, quando dicatur iuſtus timor, relinquatur arbitrio iudicis, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 67. verſ. explica ſecundo. tamen ego arbitrarer, omnem timorem dici iuſtum, niſi vertatur in ſtultitiā, quo caſu ſi iudex eſſet ſtultus, ſententia, vti lata à ſtulto, non valeret: vel niſi vertatur in timorem affectatum, & ſimulatum, ſed non video ad quid ſeruiat iſto caſu affectatio, & ſimulatio, cum ex iſta ſimulatione, & affectatione habeatur pro vili, & puſillo, quod ſibi debet diſplicere.

27 Reſtringe ſecūdo, vt procedat, dūmodo ad eum locum, in quo vult ſententiā ferre, præceſſerit citatio, aliàs, vti lata ſine citatione, non valeret, Franch. in loco ſup. prox. cit.

28 Subdeclara ſecundo, vt quamuis iudex debeat eligere locum honeſtum, tamen ſi illum eligeret in popina, vel in lupanari, & partes conſentirent, ibique ſententiam ferret, vtique iudex fatuè faceret, ſed tamen partes non poſſent contrauenire, Spec. tit. de ſent. & de his quæ eam ſequuntur. §. iuxtà propoſitionis ſeriem. nu. 6. in fine, verſ. item eſt nulla ratione loci. lib. 2. fol. 172.

29 Exemplifica, vt partes dicantur conſentire, quando non opponunt hanc exceptionem, Auguſt. ad Ang. tract. de maleſ. in verbo, nos th. poteſtas. num. 4. fol. 232.

30 Declara ſecundo eandem concluſionem, eiusque extenſiones, & illationes, vt procedant, dummodo tam locus, quem iudex ſibi eligit, quàm electio, quam facit de illo loco, ſint noti partibus, quia ſi eſſet locus ſecretus, & partibus ignotus, proceſſus, & ſententia, quem faceret, & quam ferret, eſſent nulli, l. 6. cum ſententiam. & ibi Doct. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. & Auguſt. ad Ang. tract. de maleſ. in verbo, nos th. pote-
31 ſtas. num. 3. fol. 231. † tùm quia quæ ſecreta ſunt, ſuſpicione non carent, Bal. in d. l. cum ſententiam. num. 7. verſ. nota quod ſecreta. tùm quia ſi locus non ſit notus, & publicus ex ſe, debet ille exprimi in citatione, alias citationes ipſæ, & quæ illarum vigore gererentur, eſſent nulla, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 32. num. 24.

32 Declara tertio, dummodo locus non ſit incommodus partibus, quia etſi ſententia, lata in loco incommodo, non poſſet dici nulla ex defectu iuriſdictionis, cum ſit lata non extra territorium, ſed intra, in quo habet iuriſdictionem, tamen ſubditi, videntes, quòd iudex erigeret tribunal in loco, litigantibus valdè incommodo, tùm ob diſtantiam, tùm ob defectum Iuriſperitorum, tùm ob incommoditatem hoſpitij, poſſent recurrere ad Principem, qui mandaret ei, vt reſideret in loco commodo, quia ſi Princeps certum illi ſtatuerit tribunal, tunc ſententiæ, quas extra illud proferret, eſſent nullæ; & ita intelligo textum in l. 59. ſi locus. ff. de iudic. vbi dicitur, quòd ſi locus in iubendo iudicare, non eſt comprehenſus, videtur eo loco iuſſiſſe, quo ſolet iudicari ſine incommodo litigantium: ſic etiam intelligo text. in l. penult. in fine, ff. de iuſt. & iur. vbi dicitur, quòd vbicunque prætor, ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluoque more maiorum; ius dicere conſtituit, is locus rectè ius appellatur: ad horum namque iurium explicationem duo ſunt attendenda: primo, quòd

Digitized by Google

locus ſolitus, & mos maiorum non dicitur ſolus vnus certus, & præciſus locus loci, in quo alius iudicare ſit ſolitus, ſed dicitur quilibet alius locus, in quo ius ſine litigantium incommodo reddi poſſit, quia ita ſolent iudices eligere locum, & talis eſt mos maiorum, vt iudicent in loco litigantibus non incommodo; quare vbicunque iudex iudicat ſine incommodo litigantium, ille dicitur locus ſolitus: ſecundò eſt aduertendum, quòd licet iudex iudicaret in loco aliqualiter incommodo, & partibus etiam inuitis, tamẽ, dummodo iudicaret intra territorium ſuç iuriſdictionis, & tribunal erigeret commune omnibus, & ideo non omnibus incommodum, ſententia non ex hoc diceretur nulla.

Nec obſtat textus in cap. *11*. ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. in 6. vbi, iudice impetrato vltra dietam à fine diœceſis, impetratio eſt nulla, & ſimiliter, iudice procedente extra diœceſim ſine expreſſo partium conſenſu, proceſſus eſt ipſo iure nullus, prout retuli infra nu. *18*2. & ſeqq. & nu. *18*5. & ſeq.

Quia reſpondeo, quòd ibi loquitur in delegato apoſtolico, & in loco, qui habet notoriè exceſſiuam incommoditatem.

33 Subdeclara hanc declarationem, dum dixi, ſententiam latam etiam in loco incommodo, non dici nullã ex defectu iuriſdictionis, vt quamuis ita ſit, tamen quando iudex eſſet adeò indiſcretus, & peruicax, vt pro cauſa etiam nullatenus maritima vellet ex Ciuitate aſcendere nauem, & nauigare ad aliquem locum in alto mari, & ibi facere proceſſum, & ius dicere ſuper illa naui, & partes moneret, vt ad illum locum accederent, & dato, quòd illud mare diceretur de territorio, & diſtrictu illius iudicis, iuxta ea, quæ ſcripſi infra ſub n. *191*. & ſeqq. pars adhuc, quæ nollet accedere, poſſet dicere de nullitate ſententiæ, quia incõmoditas eſt notoria, exceſſiua, & omnino indiſcreta, & ideo rationabiliter dici poteſt, quòd iſto caſu paria ſint, ſententiam non dixiſſe, vel dixiſſe in loco, vbi partes ius ſuum dicere nõ potuerũt.

34 Declara quarto, vt non procedat, quando Ordinarius habet certum, & determinatum locum, taliter, quod illum mutare non poſſit, ſicut patet in Abbatibus, & alijs Prælatis inferioribus, qui debent locare ſedem ſuam in Eccleſia, in qua ſibi attributa eſt iuriſdictio; hi namque Ordinarij debent maiorum ſedem tenere, Gemin. in cap. vlt. ſub num. 12. verſ. in ea gl. ibi, timebat. de ſent. & re iud. in 6. & facit quod ſcripſi infra n. 41.

35 Infero, confirmando hanc declarationẽ, quòd ſi Princeps, ſeu Baro aſſignaret iudici limitatè certum locum pro tribunali, iudex non poſſet alibi ſedere, & iudicare; & ſedendo, ſeu iudicando, nulliter iudicaret, per ea, quæ, loquendo de lege municipali, ſcribit Bal. in l. 6. cum ſententiam. ſub nu. 2. verſ. opponitur ergo. C. de ſent. & interl. omn. iud.

36 Declara quinto, vt nõ procedat quoad locum exemptũ à iuriſdictione, quia iudex nõ poteſt in eo ius dicere, quãuis ille locus exiſtat intra ſuam iuriſdictionem, quia æquiparatur loco exiſtenti extra territorium, Paul. de Caſtr. in l. vlt. ſub nu. 9. verſus fin. verſ. ſed an in loco exempto. Iaſ. nu. 5. & Dec. nu. 2. in 2. ampl. ff. de iuriſd. omn. iud. & Vant. tract. null. rubr. de null. ex defec. iuriſd. & vnde &c. num. 108. & 109. tom. 4. fol. 389.

Neque huic declarationi obſtat, quòd iudex ſecularis puniat delictum commiſſum in eccleſia, quæ eſt exempta à iuriſdictione ſeculari, quia reſp. non poſſe ex hoc inferri, quòd poſſit exercere iuriſdictionẽ in eccleſia; nam iudex ſecularis punit eum, qui vulnerat clericum, & tamen non habet iuriſdictionem in clericum; ſimiliter iudex cognoſcit de negocio geſto tempore feriato in honorem Dei, & tamen ſuper illo negocio non procedit tempore feriato in honorem Dei.

37 Infero primo ex hac declaratione, quòd ſicut ſtatutum Epiſcopi nõ ligat delinquentem extra territorium, ita nec delinquentem intra territoriũ, ſed in loco exempto, ita, articulo, diſcuſſo, firmat cũ Io. Calder. Gemin. in cap. 2. ſub nu. 17. verſ. quæro pone. de conſtit. in 6. quem ſequitur Iaſ. in d. l. vlt. ſub n. 5. & quòd ſtatutum non extendat vires vltra territorium, ſcripſi infra num. 46.

Infero ſecundo, quòd teſtamentum confectum Senis in monaſterio exempto, nõ dicitur factum in territorio Senenſi, Ang. conſ. 233. quædam domina. quem ſequitur Iaſ. in d. l. vlt. num. 5. in vltimis verbis.

39 Infero tertio, quòd in eccleſia non debẽt exerceri actus iudiciarij, vel alij actus prophani, per ea, quæ ſcribit Nauar. in manual. confeſſar. cap. 5. de orat. n. 40. & præcedẽtib. & quæ ſcripſimus nos in noſtro tract. de cõmerc. §. 1. q. 7. par. 1. n. 60. & quòd ſententia, quã iudex ſecularis ferret in eccleſia, ſit nulla, ſcribunt Spec. tit. de ſenten. & de his quæ eam ſequuntur. §. iuxta propoſitionis ſeriem. nu. 6. verſ. itẽ eſt nulla. lib. 2. fol. 172. & Abb. in cap. 25. qua fronte. ſub num. 2. de appell.

Confirmatur hæc illatio, quia in iſto propoſito

poſito valet argumentum de tempore ad locum, Euer. in loco, à tempore ad locum, nu. 1. ſed actus iudiciarij contenrioſi non poſſunt exerceri tempore feriato in honorem Dei, per ea, quæ latè ſcripſi lib. prox. præced. cap. 5. num. 17. & ſeqq. ergo neque poſſunt exerceri in eccleſia, quia ſicut illud tempus feſtiuum eſt dicatum Deo, & ideo prohibitum eſt in eo exercere iuriſdictionem contentioſam; ita etiam quia locus eccleſiæ eſt dicatus Deo, non poteſt in ea exerceri iuriſdictio contentioſa.

40 Reſtringe primo hanc illationem, vt non procedat in caſu neceſſitatis, per ea, quæ dixi ſupra num. 23.

41 Reſtringe ſecundo, vt non habeat locum in cauſis ſpiritualibus, Nauar. in manual. cap. 5. de orat. ſub num. 41. verſ. quoniam reuerendo. in fine, & ſeqq. & ideo ſententiam in cauſis fidei ferri in Eccleſia ſcripſi infra gl. 14. q. 28. ſub num. 8.

42 Secunda inſpectio eſt: an iudex ordinarius poſſit ius dicere extra territorium ſuæ iuriſdictionis? Et concludo, hanc prorogationem fieri non poſſe, quia alteri præiudicaretur, Bar. in l. 2. conſenſiſſe. ſub num. 7. verſ. habes ergo. ibi, quandoque de loco. ff. de iudic. quare iudex Senenſis nõ poſſet cognoſcere in territorio Florentino, quia proceſſus eſſet nullus, Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 21. verſ. quoad quartum. in fine, & num. 33. quæſt. 7. de for. comp. Imò quòd neque iudex vnius portæ, ſeu quarterij poſſit ius dicere in quarterio alterius, ſcribit Bal. in l. teſtamenta. num. 3. verſ. item facit. C. de teſtamen. ordin. & quòd ſententia ſit nulla, ſi iudex eam ferat extra ſuum territorium, vel Epiſcopus extra ſuam diœceſim, ſcribit Spec. tit. de ſententia & de his quæ eam ſequuntur. §. iuxta propoſitionis ſeriem. ſub num. 6. verſ. item eſt nulla ratione loci. lib. 2. fol. 172. & quòd Epiſcopus, exiſtens extra ſuam diœceſim, nõ poſſit excommunicare, ſcribit Abb. in cap. 7. nouit. ſub n. 3. de offic. leg. & Iaſ. in l. vlt. n. 17. in fine, fall. 11. ff. de iuriſd. omn. iud. & ſentit Gl. in dict. cap. nouit. quam citaui infra num. 153. verſ. contrarium. & quòd iudex ordinarius non poſſit dicere ius extra territorium, ſcribunt Paul. de Caſtr. in d. l. vlt. num. 8. ff. de iuriſd. omn. iud. dicens, quòd ſi iudex ordinarius territorij reperiatur in alieno terrirorio, nõ poreſt ibi ius dicere, etiam inter ſubditos proprios, de rebus, in ſuo territorio geſtis, & exiſtentibus, Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. part. in verbo; & demum fertur ſententia. ſub n. 77. il 1. fol. 443. & Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defect. iuriſdict. & vnde &c. num. 107. tom. 4. fol. 389. † & quòd iuriſdictio iudicis ordinarij cohæreat territorio; ideoq; ius extra illud dicere non poſſit ſine conſenſu iudicis illius territorij, quia alias in eo cenſeretur priuatus, ſcribit Abb. in cap. 40. p. & g. num. 15. verſ. aut volunt partes. de offic. & poteſt. iud. deleg. & quòd Baro non poſſit ius dicere in territorio alieno ſine voluntate Domini illius loci, ſequitur Marin. Frec. tract. de ſubfœud. lib. 2. auct. 30. num. 4.

43 (num. 107 …)

44 fol. 363. † & quòd propterea fuerit pluries deciſum in Conſilio, quòd Fœudatarij debeant deputare capitaneos, & aſſeſſores in terris vaſallorum, & etiam appellationum iudices, quos vulgo auditores vocant, ne ſubditi laboribus, & expenſis extra proprios lares depauperentur; ſcribit ibidem num. 3.

45 † Et quòd proceſſus factus extra territorium, non valeat, ideoque nec pronunciatio de eitando, quam faceret iudex, exiſtens extra territorium, quia hæc pronunciatio eſt ſententia interlocutoria, ſcribit Oldr. conſ. 88. tertio quæritur. ſub num. 2. ibi, domini ſalua veritate. & quòd hoc genus prorogationis de loco ad locum non poſſit reperiri, quia eſt extra territorium ius dicetis, dixit Iacob. de Rauen. relatus à Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 9. ibi, quod ergo erit exemplum. C. de epiſc. aud. & omiſſis Doctorum ſententijs, ſatis hęc concluſio probatur ex tex. in clem. 1. & ibi Gl. in verbo, canonibus. de for. com p. vbi dicitur, ſacris canonibus generaliter interdictum eſſe; ne quis Epiſcopus iuriſdictionem in diœceſi exerceat aliena. ex cap. 2. in fine, de conſtit. in 6. & ex l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi quòd iudici, extra territorium ius dicẽri, impunè non paretur, & ex l. 3. præſes prouinciæ. ff. de offic. præſid. vbi quòd ſi Pręſes prouinciæ exceſſerit prouinciam, priuatus eſt.

Verum ab hac ſententia, ſecundũ quã dicimus requiri conſenſum iudicis territorij, videtur diſcrepare Cyn. ſub dicto n. 9. & 10. in fine, & Bal. in l. vlt. ſub n. 1. verſ. venio ad primam. ff. de iuriſd. omn. iud. prout etiam longe diſcordant inter ſe de relatione opinionis Petri; ſed de his vide quæ ſcripſi infra numer. 165. & ſeqq.

46 Infero ex hac concluſione, quòd ſicut iudex non poteſt exercere iuriſdictionem vltra

territorium ſuæ iuriſdictionis, vt dixi hic ſup.in concl.num.42.ita etiam ſtatuta regulariter non extendunt vires, & diſpoſitiones ſuas vltra territorium, quod eſt ſubiectum iuriſdictioni, & poteſtati ſtatuentium, & ſic non ligant forenſes, cap.2.§. ſtatuto.de con-
47 ſtit.in 6. † quare diſpoſitio ſtatuti non extenditur, niſi ad bona intra territorium ſtatuentis, Anch.in cap. canonum ſtatuta.num.202. in fine,de conſtitut. fol.52.vol.2.inter Repeten. & quòd ſtatutum ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, non trahatur ad bona, ſita extra territorium ſtatuentium, ſed attendatur ſtatutum cuiuſque loci, in quo ſita ſunt bona, & ideo ſi mulier de Vrbeueteri fuerit nupta Tuderti,ibique procreauerit filium, & remanſerit vidua, & poſtea redierit ad Vrbeueterem,ibique nupſerit, & deinde deceſſerit ille filius, & ſtatuto Tuderti caueatur, quòd mater non ſuccedat filijs, niſi in octaua parte: iſto caſu mater non poſſit ſuccedere, niſi in octaua parte iuxta ſtatutum Tudertinum, ſcribunt Anch.d.cap.canonum ſtatuta.num. 224. in fine, & num.225. verſ. quæro iuxta prædicta. fol.53. & Brun. tract. de ſtatut. art.6. num.8. in fine, & num.9. & art.8.q.25.nu.119.& ſeqq. fol.177. & 204. tom. 2. & quòd propterea ſtatutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſione ab inteſtato, non extendatur ad bona ſita in alieno territorio,ſcribit Bar. in l. 1. cunctos populos. in 6.q.n.32.in fine,& ibi latè Addit.C.de ſum. trin. & fid. cath. & eſſe communem opinionem refert,& ſequitur Ruin.conſ.48.vt eius. num. 1. verſus finem, lib. 3. & Rot. diuerſ. deciſ. à me citata infra num. 53. in fine, & quòd ſtatutum, excludens fœminas, non habeat locum in bonis ſitis extra territoriũ, ſcribit Dec. in l.fin. nu.3. ff.de iuriſd. omn. iud. ſed de hac illatione vide infra num.51. & ſeqq.nam à pari procedunt,ligari ſtatutis, & ſortiri forum; vnde cum forenſis non ſequatur forum alienum, ideo neque ligatur ſtatuto alieno,Dec.in d.l.vlt.ſub nu.1. ff. de iuriſd. omn. iud. quod copioſè exornat Alber.Brun.tract.de ſtatut. art.6. ſub num. 13. verſ. ſed pro opinione. fol. 177. tom. 2. & ſentire videntur Gl.in cap.11.illa autem. in verbo, ſocietate. & in verbo, veneris. diſt. 32. & apertius Gl.in cap. 2. quæ contra mores. in verbo, aut peregrini.diſt.8. argumentando, quòd viatores non ſortiuntur forum loci, per quem tranſeunt, & quòd ſoli perpetuò habitãtes obligantur legi ciuitatis.

48 Ratio huius illationis eſt, quia cauſa finita non poteſt producere effectum infinitum; vnde ſicut limitatur potẽtia cauſæ, ſic etiam limitatur effectus, Ruin.conſ.48. vt eius.ſub n.1.lib.3.& Gail.in pract.obſer.lib.2. obſer. 124.n.6.vel tu dic, rationem eſſe, quia fas non eſt mittere falcem in meſſem alienam; turbaretur enim ordo, vt dixi ſup. gl.1.q.2. n.7. eoque turbato, confunderetur ſocietas humana, & diſſiparetur iuſtitiæ neruus, per ea, quæ ſcripſi infra gl.9. num.3.& ſeqq.

49 Extende primo hanc illationem de diſpoſitione ſtatuti, vt procedat etiam in conſuetudine, Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 124. num.4. & 5. & quòd Angliæ conſuetudo, ſecundum quam pater non poteſt priuare filiam certa portione hæreditatis, nec poteſt fratrem ſuum relinquere hęredem, non extendat effectum ſuum extra territorium anglicum, & ſic quod non ſeruabitur, niſi in bonis Angliç, ſcribunt Ruin. conſ. 48. vt eius.ſub num.1. lib.3.& de eadem conſuetudine Angliæ in alio caſu loquitur prius ſub eod.num.1.vt retuli infra num.51.exrenſ.3.

50 Extende ſecũdo, vt procedat etiam ſi ſtatutum diceret expreſſe, quòd vult,illud ſtatutum habere locum etiam in eo,quod committeretur extra territorium, quia hoc dictum nihil operaretur, Dec. in d. l. vlt. ſub nu.1.ff. de iuriſd. omn.iud.

Ratio eſt euidens, quia diſponit de eo, in quo ius non habet.

51 Extende tertio generaliter, vt procedat, ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, Anch. citatus ſup. num.47. quia ſemper eſt inſpiciendum ſtatutum,ſeu conſuetudo loci, vbi ſita ſunt bona, ideoque ſi ex conſuetudine Angliæ primogenitus debeat ſuccedere, & conſuetudo loquatur in perſonam, bona exiſtentia in Italia, vbi ſeruatur ius commune,diuiduntur inter fratres ęqualiter, & ad ſolum primogenitum non pertinebunt,& hoc ſecundum Bar.in l.1. cunctos populos. ſub q. 7. num. 42. verſ. ſed poſſet. C.de ſum.trin.& fid.cath. quem refert Ruin. d.conſ. 48. ſub nu.1. procedit ſemper,quando ſtatutum eſt odioſum contra ius commune,ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam.

52 Doct. in huius illationis materia; an, quando, & quomodo ſtatuta ligent,perplexè,confuſè, & ſæpè inuicem pugnantes ſcripſerunt, prout particulariter de hac cõfuſione teſtatur Rot. diuerſ. deciſ. 295. fuit in rerum. num. 1. in fine par. 1. & ſe ipſam ſatis confu-

confuſam oſtendit, dum, adductis ſex caſibus, de quibus nos infra, in omnibus tranſit in effectu ſine reſolutione, vt patet ex his, quæ ſcribit ſub num. 6. & in fine deciſionis ſub num. 16. & difficilem eſſe quæſtionem, an excluſa à ſucceſſione per ſtatutum, intelligatur excluſa etiam quoad bona, ſita extra territorium, ſcribit Alber. Brun. tract. de ſtatut. art. 8. princip. num. 119. q. 25. fol. 204. tom. 2. & ideo quiſque ex ſuo ingenio ſuper hac materia formauit doctrinam, diſtinctiones, & caſus: nam, cæteris omiſſis, Anch. in cap. canonum ſtatuta. q. 12. num. 177. & ſeqq. de conſtitut. fol. 50. & ſeqq. inter Repet. tom. 2. indagando ad quas perſonas, & ad quæ loca extendantur ſtatuta; Primò quærit, vtrum ſtatuentes ligentur ſuis ſtatutis, & de hoc agit, num. 178. & 179. quem articulum, vti extraneum omittimus. Secundò quærit, vtrum ſuperiores eorum, qui condunt ſtatuta, & ij, qui actum prohibitum à ſtatuto, gerunt cum dictis ſtatutorum conditoribus, incurrant pœnam ſtatuti, etiam ſi illam non incurrerent illi, cum quibus gerunt actum prohibitum, & de hoc articulo agit, num. 180. & ſeqq. Tertiò quærit, vtrum ſubditi ligentur ſtatuto patriæ in quouis loco geſſerint actum prohibitum, vel permiſſum à ſtatuto; ſuper quo quæſito diſtinguit duo capita: Quandoque enim, inquit, ſtatutum diſponit de iure perſonæ: Quandoque de iure ſolemnitatis adhibendæ in actibus ſubditorum. Rurſus circa primum caput, quādo diſponit de iure perſonæ, conſiderat diuerſas diſpoſitiones. Aliquando namque diſponit permiſſiuè. Aliquando prohibitiuè. Aliquando executiuè. Denique, quando diſponit permiſsiuè, conſiderat plura membra. Primum, quando ſtatutum permittit id, quod non poteſt exerceri, niſi ex priuilegio Principis, vt creare notarios, qui conficiunt inſtrumenta. Secundum, quando permittit aliquid, ſubmouendo ſolemnitatem iuris communis; puta, quòd teſtamētum valeat cum duobus teſtibus. Tertium, quando ſubmouet obſtaculum qualitatis perſonæ, puta quòd filiusfam. poſſit teſtari de bonis ſuis; & de hoc tertio quæſito cum prædictis duobus capitibus, & membris agit ſub num. 192. verſ. venio ad tertium. & num. 193. & ſeqq. vſq. ad n. 205. Quartò quærit, vtrum hæc ſtatuta permiſſiua includant forenſes, & de hoc, examinando varias quæſtiones, latè agit ſub d. n. 205. vſque ad num. 233. incluſiuè. Quintò quærit, vtrum ſtatuta afficiant ignorantes, & de hoc agit num. 234. & ſeqq.

Rot. verò diuerſ. dicta deciſ. 295. tractando articulum, an ſtatutum, excludens fœminas propter maſculos, mortuo patre ab inteſtato, comprehendat furenſes, conſiderat ſex caſus.

53 Primus caſus eſt, quando omnes prætendentes, & litigantes ſunt ſub vna, eademque iuriſdictione eiuſdem loci; ſed bona, de quibus litigant, ſunt extra illam iuriſdictionem, vt puta, tàm pater defunctus, de cuius ſucceſſione agitur ab inteſtato, quàm filia fœmina, quæ prætenditur excluſa, & ij, qui prætendunt ſuccedere, ſubſunt iuriſdictioni alicuius loci, in quo viget ſtatutum excluſiuum fœminarum: ſed pater defunctus habebat bona etiam in alieno territorio, in quo non extat eiuſmodi ſtatutum; & dubitatur, an ſtatutum excluſiuum extendatur ad iſta bona, ſita in alieno territorio: & communis eſt concluſio, ſtatutum non extendi ad bona ſita in alieno territorio, Rot. ſeu verius compilator dictæ deciſ. 295. num. 1.

54 Secundus caſus eſt, quando ſtatuto diſponenti ſubeſt ſolum is, de cuius bonis agitur, ſed alij, qui prætendunt ſuccedere, ſunt forenſes, ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ, ſiue mixti: & iſto caſu videtur concludendum, quòd ſtatutum prædictum, diſponens circa perſonam, non excludat forenſem proximiorem, ad quem de iure communi pertinet hæreditas defuncti, quia diſpoſitio circa perſonam, non porrigitur ad forenſem, & ſic non conſideratur locus illius, de cuius ſucceſſione agitur, ſed conſideratur locus illius, de cuius excluſione tractatur; quare ſtatutum in perſonam, non poteſt excludere forenſem ab hæreditate etiam reſpectu bonorum, exiſtentium in territorio ſtatuti, quia perſona non eſt ſubdita, neque illud intellectuale, hoc eſt, hæreditas, quæ non clauditur loco, Ruin. conſ. 48. vt eius. ſub nu. 4. ibi, quinimo vbi defunctus. lib. 3. Menoch. conſ. 351. reſpondendum. num. 15. verſ. quintò confirmatur. lib. 4. & alij, quos citat, & ſequitur compilator dictæ deciſ. 295. num. 3. in ſecundo caſu, eam ſequens rationem, quòd mens ſtatuentium non eſt ſtatuere in commodum illorum, quibus incommodum, & damnum præſtare non poſſunt; & quòd in eiuſmodi ſucceſſione, quæ defertur per ſtatutum ab inteſtato, habenda eſt ratio vocatorum, non autem defuncti.

55 Tertius caſus eſt, quando & defunctus, & fœmina, & is, qui eam vult excludere, ſunt forenſes: & iſto caſu Rot. ead. deciſ. 295. num. 4. nulla excitata controuerſia, adducit opinionem, quòd fœmina non excludatur.

56 Quartus caſus eſt, quando perſona, quæ venit excludenda, eſt ſubiecta, ille autem, qui vult ſuccedere, & excludere, eſt forenſis: & iſto caſu Rot. ibidem, num. 5. recitat breuiter opiniones, quas poteris videre.

57 Quintus caſus eſt, quando is, qui vult excludere, & fœmina ſunt ſubditæ ſtatuto; defunctus verò eſt forenſis: & iſto caſu Rot. vbi ſup. num. 6. tranſit ſine reſolutione, imò etiam in caſibus præcedentibus, qui erant extra proprium caſum, qui eſt ſequens, nihil voluit firmare.

58 Sextus caſus eſt, quando is, de cuius hæreditate agitur, eſt forenſis; perſona autem, quæ vult excludere, eſt ſubdita, & fœminæ ſunt forenſes: & caſum hunc Rot. dicta deciſ. 295. num. 7. dicit, non reperiri in ſpecie diſcuſſum, & ideo auctoritatibus non poſſe decidi, ſed ſolum rationibus, in quibus teſtatur, Dominos non fuiſſe concordes.

Nos de eiuſmodi ſtatutis ſcripſimus aliqua, & cum diſtinctione in lib. præced. cap. 2. num. 650. & ſeqq. & copioſe ſcripſit Alber. Brun. tract. de ſtat.

Et circa hanc materiam in cauſa magnæ importantiæ vidi ita controuerſum in Ciuitate Florentiæ ſuper ſtatuto Ciuitatis dominantis, vt maior pars Dominorum de Rota in vna cauſa tenuerit vnum, & in alia tenuerit contrarium.

Itaque quæſtiones iſtas, de quibus Doct. in l. 1. cunctos populos. C. de ſum. trin. & fid. cath. volui ſolum proponere, & indicare, non autem diſſoluere, tum quia agere de hac materia, non pertinet ad noſtrum tractatum, niſi incidenter, prout agimus, tùm quia longa requireretur explicatio propter diuerſas, & varias Doctorum opiniones, in quibus modo continetur contrarietas, & modo latens æquiuocatio, & caſuum confuſio.

59 Subinfero primo ex eadem illatione poſita ſupra, n. 46. quòd ſtatutũ diſponens, vt bãnitus poſſit impunè offendi, nõ habet locum extra territoriũ, & iuriſdictionẽ ſtatuti, Imola clem. paſtoralis. not. 6. de re iud. Anch. in cap. canonum ſtatuta. ſub n. 126. ibi, aduerte tamen quod iſta facultas. de conſtitut. inter Repet. tom. 2. fol. 47. Nell. de S. Gemin. tract. de bann. in 2. par. 2. temp. num. 56. quæſt. 56. tom. 11. par. 1. fol. 386. Dec. in l. vlt. num. 4. verſ. eodem modo. ff. de iuriſd. om. iud. Boſſ. tract. crim. tit. de for. competen. num. 63. & tit. banniti quid amittant. nu. 5. & Proſp. Farin. in quæſt. crim. quæſt. 103. num. 208. limit. 3.

60 † Vnde qui bannitum occideret extra territorium, non eſſet tutus, Iaſ. in l. omnes populi. num. 49. limit. 5. ff. de iuſt. & iur. & non eſſe tutum ab homicidio, ſcribunt Felyn. in cap. 7. quæ in eccleſiarum. num. 11. caſ. 8. de conſtit. & idem Iaſ. in dicta l. vlt. ſub num. 2. verſ. hinc eſt. & quòd decapitaretur, ſi veniret in fortijs curiæ illius territorij, vbi occiſit, ſcribit idem, num. 22. limit. 16. quare ſi bannitus de Aretio occideretur per quemdam Aretinum in territorio Florentino, & iſte Aretinus occiſor caperetur in territorio Florentino, vtique poſſet Florentiæ puniri, quia quoad Florentinos ille occiſus non habebatur pro bannito; vnde territorium Florentinum erat ei liberum, & ſecurum, Bal. in l. cunctos populos. ſub num. 9. verſ. ſed hic quæritur. C. de ſumm. trin. & fid. cath. quod erat verum, quando iſta loca non erant ſub eodem Principe, ſed cum hodie ſint ſub eodem principe, videtur contrarium, per ea, quæ dixi infra num. 64.

61 Procedit itaque hæc ſubillatio, etiam ſi occidens ſit ſubditus propter domicilium, aut originem in loco ſtatuti, quia adhuc non haberet impunitatem, cum ſtatutum non poſſit ei illam concedere extra ſuum territorium.

Procedit rurſus, etiamſi in loco, vbi occideretur, extaret ſimile ſtatutum, quòd bannitus poſſit impune offendi, Farin. d. quæſt. 103. num. 219. & 221. quia hoc ſimile ſtatutum non eſt ſufficiens ad indulgendam impunitatem, cum delictum, propter quod delinquens fuit bannitus, & poteſt impune offendi, non ſit commiſſum in ſuo territorio.

Neque ex Iaſ. in ſupra citata l. omnes populi. num. 49. & Felyn. in d. cap. quæ in eccleſiarum. num. 11. ſupra citatis poteſt colligi contrarium, quia etſi ipſi dicant, puniri eum, qui occidit bannitum extra territorium, in quo viget tale ſtatutum, prout loquitur Felyn. ſeu in quo non viget tale ſtatutum, vt loquitur Iaſ. tamen non ſentiunt à contrario, quòd puniri non debeat, ſi eo in loco extet ſimile ſtatutum; nam loquutur modo prædicto, vt explicent, quòd illud ſtatutum non ſe extendit ad alia loca, & ſic de-

ficit

ficit in alijs locis, etiamſi non deficiat ſimile ſtatutum.

Quicquid aliqui nitantur ſcribere in contrarium.

Procedit adeo eadem ſubillatio, vt occidens bannitum extra territorium ſtatuti, poſſit proceſſari, & puniri non ſolum in loco, vbi bãnitum occiſit, & ſic in loco delicti, ſed etiam in loco ſui domicilij, ſeu originis, vnica punitione ſufficiente, quia ſtatutum, quod permittit, bannitum poſſe impune offendi, non poteſt illi hanc impunitatem dare, ſi occidat extra territorium ipſius ſtatuti, præterquam quoad ipſius ſtatuti iuriſdictionẽ, vt dixi infra ſub hoc eodem num. declar. 1.

Conſequitur ex eadem ſubillatione, quòd bannitus, captus extra territorium, à quo eſt bannitus, debeat liberè relaxari, etiam ſi antequam caperetur, ſatellites eum inchoauerint inſequi in ipſo territorio, Iaſ. in l. vlt. num. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. imò crederem, etiam ſi captura ipſa actualis initiaretur in territorio.

Declara primo notabiliter eandem ſubillationem, vt licet impunitas, à ſtatuto promiſſa cuicũque occidenti bannitum, non teneat in præiudicium iuriſdictionis illorum, in quorum territorio bannitus occideretur, quia illi poſſent occiſorem punire, vt dixi ſupra num. 59. & 60. in ſubillatione; tamen in præiudicium iuriſdictionis ipſius ſtatuti tenet, & ſe extendit vbique; & proinde ſi Florentinus, aut alius quiuis occideret Boniæ, aut alibi, bannitum Florentinum, vtique Florentiæ non puniretur, Nell. de S. Gemin. tract. de bannit. in 2. par. 2. temp. num. 57. quæſt. 57. tom. 11. par. 1. fol. 387. Iaſ. in l. vlt. nu. 22. limit. 16. ff. de iuriſd. omn. iud. Petr. de Anch. in cap. canonum ſtatuta. ſub num. 126. ibi, aduerte tamen quod iſta facultas. de conſtit. inter Repeten. tom. 2. fol. 47. Boſſ. tract. crim. tit. de for. competen. num. 63. & alij, quos citat, & ſequitur Proſp. Farin. in qq. crim. q. 103. nu. 215. ſublimit. 5. & dixi lib. proximè præcedenti cap. 2. ſub num. 654. verſ. infero. in alia futura impreſſione, & quòd propterea ſi bannitus de Aretio occidatur per quendam Aretinum in territorio Florentino, iſte Aretinus occiſor non poſſit puniri in ciuitate Aretij, ſcribit Bal. quem citaui ſup. ſub num. 60. dicens, ſe ita conſuluiſſe ſuper quæſtione, quæ fuit de facto in quodam Biconefacone; quod hodie caret dubitatione, cum vterque locus ſit ſub eod. Principe, ideoque ſuccedunt quæ ſcripſi infra num. 64.

62 Imò iſte occiſor quamuis occideret extra territorium, tamen in loco territorij conſequeretur premium, ac ſi occidiſſet in territorio ipſius ſtatuti, Farin. d. q. 103. num. 216. & 218. & ita ego in Ciuitate Lucæ, dum eſſem Prætor, vidi ſæpè ſeruatum, quia ſi quis bannitum à Ciuitate Lucæ, occidebat in territorio Piſano, conſequebatur premium in Ciuitate Lucæ.

Et proinde ſtatutum hoc modo videtur extendere vires ſuas vltra territorium.

63 Declara ſecundo, vt in caſu, cõtrario ſubillationi, quando bannitus fuit occiſus in territorio ipſius ſtatuti, tunc occidens tranſeat vbique impunitus, ſicque impunitas, indulta à ſtatuto, tenet vbique, quia attenditur locus delicti; vnde ſi Florentinus occidat in territorio Bononiæ bannitum Bononienſem, erit tutus tam Bononiæ, quia occidit in territorio ſtatuti, vbi licitum erat occidere, quàm etiam Florentiæ, quia, occidendo in loco permiſſo, non deliquit, Nell. de S. Gemin. tract. de bannit. in 2. par. 2. temp. num. 56. q. 56. tom. 11. par. 1. fol. 386. quem citat, & ſequitur Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. num. 62. in fine, & ex eis Farin. in qq. crim. q. 103. num. 212. ſublimit. 3.

64 Subdeclara primo hanc declarationem extenſiuè, vt paria ſint occidere in territorio ipſius ſtatuti, vel in loco extra territorium, ſed ſub eodem Principe; & proinde bannitus Ferrariæ poterit impunè occidi etiam Peruſij, quia vterque locus eſt ſub Pontifice Romano, Proſp. Farin. in qq. crim. q. 103. num. 209. ſublimit. prima.

65 Subdeclara ſecundo, vt paria etiam ſint occidere in territorio ipſius ſtatuti, vel in territorio loci confœderati, quia bannitus ab vno loco, poteſt offendi etiam in loco confœderato, Iaſ. in l. vlt. num. 21. limit. 15. ff. de iuriſd. omn. iud. Marſ. in pract. crim. §. aggredior. num. 23. verſ. conſequenter quæri. & alij, quos citat, & ſequitur Proſp. Farin. in qq. crim. q. 103. num. 210. ſublimit. 2. & videtur tenere Nell. de S. Gemin. tract. de bann. in 2. par. 2. temp. num. 36. q. 36. tom. 11. par. 1. fol. 382.

Ratio eſt, quia ſtatutum vnius loci extendit vires ad locum confœderatum, & colligatum inuicẽ, vnde in ſtatuto Peruſij cauetur, quòd delinquens Aſſiſij, poſſit puniri Peruſij, Bar. in l. 1. cunctos populos. ſub nu. 44. verſ.

verſ. iſta regula fallit. C. de ſum. trin. & fid. cath. & Iaſ. vbi ſup.

66 Sed quid dicendum, ſi bannitus occideretur in Eccleſia loci, à quo eſt bannitus?

Videtur prima facie dicendum, quòd occiſor poſſet puniri à Curia eccleſiaſtica, quia paria ſunt ius dicere extra territorium, vel intra territorium, ſed in loco exempto, qualis eſt eccleſia, vt ſecutus ſum ſup. num. 36. hincque captus in eccleſia debet liberè relaxari.

Contrariū eſt verum, quia quamuis æquiparatio procedat, quoad ius dicendum, & quoad capturam, tamen non procedit quoad offenſionem, & occiſionem banniti; vnde licet bannitus occideretur in eccleſia, tamen diceretur occiſus intra territorium, & conſequenter haberet locum impunitas indulta à ſtatuto, Nell. d. S. Gemin. tract. de bannit. in 2. par. 2. temp. num. 58. q. 58. tom. 11. par. 1. fol. 387. ſed tu melius cogitabis.

Et hęc ſatis de prima ſubillatione, poſita ſup. num. 59.

67 Subinfero ſecundo, quòd ſtatutum, ſeu conſuetudo habilitans, ſeu inhabilitans perſonam, non extendit vires vltra territorium, Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 124. num. 11. 4. & 5. & proinde ſi filiusfamilias faciat teſtamentum, quod valeat ex diſpoſitione ſtatuti, habilitantis filiosfamilias ad teſtandum, vtique illud teſtamentum non porrigetur ad bona, quæ ſunt extra territorium, quia in illis bonis ſuccedent venientes ab inteſtato, Bal. in l. cunctos populos. ſub num. 15. verſ. viſo circa hoc. C. de ſum. trin. & fid. cath. & Gail. d. num. 11. & ſeqq. & ad l. 7. ius noſtrum. ff. de reg. iur. vbi dicitur, non poſſe eum, qui non eſt miles, decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, reſpondet Bal. quòd procedit in eo, qui poteſt in totum teſtari, ſecus in eo, qui nō poteſt in totum teſtari, & loquendo in caſu, de quo num. ſeq. aliter reſpondet Bar. ibidem nu. 36. & 37. dicens, quòd hoc facit diuerſitas conſuetudinū, ſicut facit diuerſitas patrimonij.

Confirmatur hæc ſubillatio ex his, quæ ſcripſi ſupra in illatione, num. 46. & ſeqq. & infra ſub num. 106. verſ. declara. & nu. 107.

68 Contrarium ſuadetur ex quatuor.

Primo, quia ſi iudex, ſub cuius iuriſdictione manet pupillus, det illi tutorem, ſeu alias dato decernat adminiſtrationē tutelę, & bonorum, aut det facultatem diſtrahendi, tale decretum iudicis extenditur etiam ad bona, quæ ſunt extra territorium, l. 5. magis puto. §. illud. ff. de reb. eor. Bar. in l. 5. legitimos. ſub num. 5. verſ. quæro an iſtud decretum. ff. de legit. tutor. Iaſ. in l. vlt. num. 16. limit. 10. ff. de iuriſd. omn. iud. Rom. conſ. 39. in propoſita. ſub num. 3. ibi, pro hoc inducit duo iura. & Dec. conſ. 207. pulchrum eſt dubium. num. 2. in fine, & num. 3. & ſeqq. quia, vt ſcribunt, quando decretum principaliter reſpicit perſonam, tunc debet interponi à iudice, qui perſonam habet ſubiectam, licet res ſit extra territorium, & illud decretū trahitur in conſequentiam etiam ad bona; exiſtentia extra territorium, quia ſufficit; quòd perſona, quæ principaliter habilitatur, ſit ſubdita, & non attenditur illud, quod venit in conſequentiam.

69 Secundo, quia teſtamentum eius, qui ex diſpoſitione ſtatuti potuit teſtari cum minori teſtiū numero, quàm requiratur de iure cōmuni, extenditur etiam ad bona, ſita extra ſtatuti territorium, in quo fecit teſtamētum, Bar. in l. 1. cunctos populos. num. 36. in vltimis verbis, & num. 37. in ſeptima quæſt. C. de ſumm. trinit. & fid. cathol. & Petr. de Anchar. in cap. canonum ſtatuta. ſub num. 194. iuncto num. 193. de conſtit. inter Repeten. tom. 2. fol. 51. & hanc eſſe communem opin. teſtatur, refert, & latè ſequitur Andr. Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 123. ſub num. 1. & ſeqq.

Tertio, quia Bal. pro ſuā opinione adducit Bar. in ead. l. cunctos populos. num. 39. verſ. interdum vero. qui, poſito caſu, quòd ſtatutum permittat, & tollat obſtaculum qualitatis perſonę, vt puta, quia diſponat, quòd filiusfam. poſſit facere teſtamentum, vel quòd ſpurius poſſit inſtitui, firmat, quòd ſpurius non poteſt inſtitui in his, quę ſunt extra territorium, ſed de teſtamento filijfam. nihil dicit, & ideo Baldo videtur deficere Bar. in quo fundat ſuam opinionem.

Quarto, quia, omiſſa longa diſtinctione, qua in iſta materia vſi ſunt Bar. in dicta l. 1. q. 6. num. 32. & ſeqq. & Bal. num. 12. verſ. ex iſtis ſic præmiſſis. & num. ſeqq. C. de ſum. trin. & fid. cath. breuis, & rationabilis diſtinctio videtur iſta, qua vſus eſt Rom. dicto conſ. 39. ſub num. 3. ibi, his tamen non obſtantibus. Aut ſtatutum ſtatuit principaliter, & directè circa bona ſui ſubditi, exiſtentia in alieno territorio, & tunc non valet ratione carentiæ iuriſdictionis, cum extra territorium habeatur loco priuati: Aut ſtatutum

tum directè, & principaliter ſtatuit circa perſonam ſibi ſubiectam; & tunc extenditur in conſequentiam ad bona, ſita extra territoriū, hancque diſtinctionem latè probat Rom. vbi ſup. & hoc vltimum membrum confirmatur ex eo, quod ſcripſi hic ſup. verſ. ſecūdo quia. fateor tamen, quòd multæ remanent ſpinæ: propterea tu cogitabis.

70 Subinfero tertio, quòd Epiſcopi ſtatutum, quo excommunicationis ſententia promulgatur in omnes, qui furtum commiſerint, nō ligantur ſubditi, qui extra eius diœceſim furtum committunt, cap. 1. §. ſtatuto. de conſtit. in 6. Paul. de Caſtr. in l. vlt. num. 6. verſ. facit etiam. ff. de iuriſd. omn. iud.

Non obſtat, ſi dicatur, quòd ſicut Epiſcopus poteſt ore proprio excommunicare ſubditum, delinquentem extra diœceſim, Fed. de Sen conſ. 182. ſtatuto. num. 3. ita etiam, & multò magis debet poſſe excommunicare eius ſtatutum.

Quia reſp. quòd quando Epiſcopus excōmunicat ore proprio, tūc excommunicat vel propter contumaciam, vel in pœnam ex diſpoſitione iuris communis, & ſic vtraque excommunicatio nititur iuri communi, quo Epiſcopus poteſt vti contra ſubditum, etiam delinquentem extra diœceſim, ſed non poteſt contra eū vti excōmunicatione, prout eſt pœna impoſita à ſtatuto, quia ſtatutū non extēdit vires vltra territoriū: & hæc reſponſio eſt melior ea, quam adducit Paul. de Caſtr. vbi ſupra, dicens quòd ſtatutum, loquens generaliter de committentibus furtum, reſtringitur ad committētes intra territorium, & non eſt veriſimile, quod voluerit includere committentes extra, quia illi non offendunt ſuam Remp. & maieſtatem.

Nota obiter, quod & ſi excommunicatus, & bannitus æquiparentur, vt latè ſcripſi libris præced. in locis à me citatis ſupra gl. 4. q. 2. ſub num. 24.

Tamen differunt in hoc, quòd banni ſententia, qua bānitus poteſt impune offendi ex diſpoſitione ſtatuti, non extendit vires ſuas vltra territorium ſtatuti, teſtibus his, quos ſecutus ſum ſupra, num. 59. & ſeqq. At ſententia, quæ vinculo excommunicationis, interdictionis, vel infamiæ afficit perſonam, vbique vim ſuam extendit etiam in alieno territorio, Rom. conſ. 39. in propoſita. ſub num. 1. ibi, quarto quia. etiā ſi ſubditus Epiſcopi ſit ab eo excommunicatus vigore proprij ſtatuti, eo quia furtum commiſerit intra ſuam diœceſim, facit quod ſcripſi infra num. 142. & 154. & ſeqq.

71 Declara hanc ſubillationem, vt nō ſit vera in Epiſcopi ſtatuto, quo, non reſidens in beneficio per duos menſes cōtinuos, ipſo iure priuatur beneficio, quia abſens extra diœceſim manet ligatus hoc ſtatuto, vide apud Fed. de Sen. conſ. 182. ſtatuto. & ſequitur Iaſ. in l. vlt. num. 20. limit. 14. ff. de iuriſd. omn. iud.

72 Subinfero quarto, quòd ſtatutū mandans, vt pater teneatur pro contractu filij, non habet locum in contractu, quem faceret extra territorium, Dec. in l. vlt. num. 5. verſ. & pariter. ff. de iuriſd. omn. iud.

73 Tempera primo nunc eandem illationem poſitam ſupra num. 46. vt nō procedat, quando ſtatutum inhabilitaret ſubditum ad contrahendum, quia ſtatutum extenderet vires ſuas ad contractum, quem ſubditus inhabilitatus faceret extra territorium, vt ſecutus ſum lib. præcedenti cap. 2. ſub num. 654. & probatur ex his, quæ ſcripſi ſupra, ſub num. 69. verſ. quarto quia. in ſecundo membro diſtinctionis; ſecus quando ſtatutum inficeret contractum, qui celebraretur ſine certa ſolemnitate, quia ſi ille contractus celebretur ſine illa ſolemnitate in loco, in quo illa ſolemnitas non ſit neceſſaria, erit validus, vt ſecutus ſum eod. cap. 2. num. 655.

74 Tempera ſecundo, vt non procedat quoad ſtatutum loci, in quo celebratur contractus, quia illud ſtatutum tam quoad ordinationem contractus, quàm quoad deciſoria contractus extendit vires ſuas ad omnia loca; quare ſi in eo contractu fuerint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ illius loci, contractus vbique erit validus, quia in ſolemnitatibus actus inſpicimus locum, in quo geritur actus, Bar. in l. 1. cunctos populos. ſub num. 13. 14. 16. 26. & 32. & Bal. num. 20. verſ. viſo de iure perſonæ. C. de ſum. trin. & fid. cath. & ex Abb. Dec. & Boſch. Codech. ſequutus ſum infra, n. 161. & tenent communiter omnes, & practicatur: & ſimiliter quoad deciſoria, quia vbicunque cōtingat iudicari ſuper meritis illius contractus, iudicandū erit ſecundū deciſionem ſtatutariam illius loci, in quo contractus eſt geſtus, quia contractus ſubijcitur legibus loci, in quo eſt celebratus, vt dicunt Abb. Dec. & Boſch. Codec. ſupra citati, & ſcripſi eod. cap. 2. ſub nu. 655. verſ. confirmatur. quod etiam procedit in ſtatuto loci commiſſi delicti, vt ſecutus ſum eod. cap. 2. ſub

Digitized by Google

ſub num.653. verſ. cæterum. & ſupra lib.1. cap.40.in fine,verſ.oritur difficultas.in futura impreſſione.

75 Tempera tertio, vt non procedat,quando daremus caſum, in quo non poſſet conſiderari locus contractus, neque locus commiſſi delicti, neque poſſet conſiderari locus ſituationis rei, de qua agitur, aut ſi hæc conſiderarentur loca, deficerent tamen in eis ſtatuta,quia iſtis caſibus quoad deciſoria,quouis loco litigaretur, attenderetur ſtatutum domicilij, ſeu originis,ſicque illud ſtatutum in deciſoris extenderet vires ſuas ad quæcumque alia loca, & territoria, vt dixi etiam lib. præcedenti cap.2.num.653. in fine.

76 Amplia primo nunc eandem concluſionem, poſitam ſup. num. 42. vt procedat non ſolum in iudice ordinario, & quouis ius dicente,qui ſit inferior à Principe,vt locuti ſumus in concluſione, ſed procedat etiam in ipſo Imperatore; quia neque ipſe poteſt iuriſdictionem contentioſam exercere in territorio,in quo abdicauit à ſe iuriſdictionem, & ſic nō poteſt in terris eccleſiæ mittere falcem ſuam, Anch. conſ.320. primum.num.2. neque in ciuitate Florentiæ, neque in territorio dominorum Florentinorum, quia dominis Florentinis vendidit libertatem, ſiue hoc ſit de iure, ſiue de facto,ſi credimus Decio cōſ.557.accuratè.ſub n.12.& 13.&quòd Rodulph.Imper. conceſſerit Florētinis libertatem, præcio ſex millium ducatorū, & etiā Lucenſibus pretio duodecim milliū ducatorū, & tunc iſti populi creauerint Priores, addito Vexillifero iuſtitiæ,hæcque venditio nō diſplicuerit Papæ Honorio IV. cum poteſtas eccleſiaſtica hic ſecura eſſet ſecurior, ex quò amplius nō licebit Imperat. liberas ciuitates vexare,referūt Felyn.in cap.12. cum non liceat.ſub n.12.verſ.quarto conſidera. de preſcript.& Corſet.tract. de poteſt.reg. par.5. & vlt.num.68.tom.16.fol.144.& de alienatione iſta,facta ab Imperatore,locutus ſum obiter lib.præced.cap.9.ſub num.1610.

77 Amplia ſecundo eandem concluſionem, vt procedat non ſolum in iuriſdictione contentioſa,prout in ea expreſsè, aut virtualiter loquuntur omnes auctoritates, in ea adductę; ſed procedat etiam in iuriſdictione voluntaria, quam extra territorium non poſſe exerceri,ſcribunt Petr. de Anch. conſ. 320. primum dubium.num.2.Alex.conſ.67.conſideratis.ſub num.8. verſ. inſuper aliter.ibi, non etiam poteſt imperator.lib.1.Dec.conſ.207. pulchrum eſt dubium.initio,& conſ.557.accuratè. num.10.& videtur probari ex clem. 1. verſus finem, ibi,nec in eis.de iureiur. vbi recenſetur, quòd Imperator inter alia promiſerat, iuriſdictionem quācunque per ſe, vel per alium in terris Eccleſiæ non exercere, quæ dictio, (quamcunque) eſt vniuerſalis, quæ comprehendit etiam voluntariam iuriſdictionem.

Ratio videtur in promptu, quia in alieno territorio reputatur priuatus, vt, loquendo in iuriſdictione contentioſa, ſecutus ſum ſupra num.43. ſed priuatus non habet iuriſdictionem etiam voluntariam. Ergo.

78 Contrariam opin.quòd voluntaria iuriſdictio poſſit exerceri in alieno territorio, tenent Gl. in cap.7. nouit. in verbo, terminos. de offic. legat.Gl.in l.vltima,in verbo,non patetur.in fine,ff. de iuriſd.omn.iud. & ibidē Paul.de Caſtr.ſub.num.9.& Iaſ.num.6.verſ. limita regulā. vbi infert ad multa;rurſus Gl. vlt.in l.36. emancipari.ff. de adopt. & videtur probari ex l. 2. ff. de offic. proconſ. vbi Iureconſ. hanç inter contentioſam,& voluntariam iuriſdictionem notat differentiam, quòd omnes Proconſules ſtatim atque vrbē egreſſi fuerint, habent iuriſdictionem non contentioſam,ſed voluntariam.

Quinimo,loquēdo de Imperatore,& quatenus ipſe dicatur dominus vniuerſi orbis, iuxta ea, quę ſcripſi ſupra gl.1.q.1. nu.147. prędictę duę ampliationes non videtur verę, per ea,quę dixi infra ſub n.106.verſ.extēde.

79 Pro concordia videntur diſtinguendi duo caſus;& de ſecundo agemus infra num.113.

Primus caſus eſt, quando iuriſdictio voluntaria venit exercenda ſuper actu, in quo requiritur aliqua cauſæ cognitio: & tunc videtur concludendum, quòd neque voluntaria poſſit exerceri in alieno territorio, Gl. in d. cap.7.nouit.in verbo,terminos.de offic. leg. vtputa, quia agatur de pręiudicio tertij, qui non interuenit in illo actu,& ita procedat ampliatio, & cum hoc primo diſtinctionis caſu videtur concordare Abb. in d. cap. 7. nouit. num. 3. in fine, & num. 5. dicens,quòd quis non poteſt extra territorium confirmare electionem, vel inſtituere, ſibi pręſentatum, quia hęc exigunt cauſę cognitionem, & concordat apertè Dec. in l. vlt. ſub num.6.ibi. ſed concordando.ff.de iuriſd. omn. iud.

80 Ratio ſecundum Gl. in dict. verb. terminos. eſt,quia ea, quę cauſę cognitionem deſiderant,

Digitized by Google

ſiderant, debent fieri, iudice ſedente pro tribunali; ſed in aliena diœceſi nõ poteſt ſedere pro tribunali, nec aliquid diſponere. Ergo.

81 Infero primo ex huius primi caſus concluſione, Imperatorem, & multò minus eius Comitem Palatinum non poſſe legitimare in terris eccleſię, Petr. de Anch. conſ. 320. primum dubium. ſub num. 1. verſ. ſed iſtis nõ obſtantibus. & num. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 180. ſuper eo. num. 1. in fine, & num. 2. lib. 1. Corn. conſ. 1. num. 9. verſ. tertio ex alio. & num. 18. verſ. non obſtat. lib. 3. & eſſe magis communem, ſeu com. opin. teſtantur, & ſequuntur Alex. conſ. 67. conſideratis. num. 7. in vltimis verbis, verſ. inſuper aliter. & ſub num. 8. lib. 1. & Dec. conſ. 207. pulchrum eſt dubium. ſub num. 1. & ſequitur etiam conſ. 557. accuratè. ſub num. 12. & 13. & in l. vltima, ſub num. 5. & 6. ff. de iuriſd. omn. iud.

82 Neque obſtat, ſi obijceres, hanc illationem à nobis non rectè ex præcedenti huius primi caſus concluſione deduci, eò quia etſi diſputabilis ſit articulus, an in legitimatione requiratur citatio; tamen verior, & ſeruata opinio eſt, quòd citatio non ſit neceſſaria, præſertim ſi legitimatio fiat à Principe, per ea, quæ ſequitur Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 11. num. 4. in fine, verſ. ſed diuerſa. & num. 5. & ſeqq. & cum non ſit neceſſaria citatio, haud eſt neceſſaria cauſæ cognitio.

Quia reſpõdeo, obiectũ eſſe verum, quãdo legitimatio ſit inter ſubditos, & intra iuriſdictionẽ legitimãtis, vt ſupponere debemus in caſu, de quo, citatis multis, Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſer. 142. n. 1. quẽ retuli, & ſecutus
83 ſum ſup. lib. 1. cap. 53. n. 34. † ſecus ſi fiat extra iuriſdictionem in alieno territorio, quia tunc legitimatio nõ poteſt valere, niſi virtute prorogatę iuriſdictionis, & prorogata iuriſdictio porrigit effectum ſolum contra eos, qui conſentiũt prorogationi, & nõ contra nõ cõſentientes, Bal. Alex. & alij, quos ſecutus ſum infrà, n. 91. & 92. extenſ. 1. vel ſaltem non citatos; & quia citari non poſſunt, qui non ſunt ſubditi, vt dicit Martin. Lauden. tract. de legitimat. ſub num. 100. tom. 8. par. 2. fol. 95. vel qui ſunt in aliena iuriſdictione, quia citando, exerceretur iuriſdictio contentioſa, quæ in alieno territorio exerceri non poteſt, Mar. Soc. Spec. & alij, quos ſecutus ſum ſupra nu. 42. in 2. inſpect. ſequitur, quòd talis legitimatio non pręiudicaret venientibus ab inteſtato, & ſubſtitutis, qui non conſenſerunt, nec fuerunt citati.

84 Verum quia huius illationis dubium non eſt nouum, ſed apud antiquos, & modernos vtriuſque iuris doctores plenius eſt diſcuſſum, vt exorditur Anch. d. conſ. 320. & ardua eſt diſceptatio, vt dicit Corn. d. conſ. 1. n. 18. & ſatis patet ex varijs opinionibus, de quibus Canoniſtæ in cap. 13. per venerabilem. vbi Ant. de But. nu. 12. verſ. venio ad ſecundum. & Abb. nu. 23. qui fil. ſint legit. & Anton. de Roſel. tract. de legitimat. lib. 2. nu. 25. & ſeqq. tom. 8. par. 2. fol. 85. & videtur confusè, & perplexè diſcuſſum; propterea pro integra explicatione, & recta intelligẽtia ego, omiſſis multis, quæ hinc inde dici poſſent, ſequens veras, & receptas reſolutiones, adhibeo quatuor facti ſpecies.

Prima ſpecies eſt, quando Imperator vult legitimare non ſubditum, & extra territorium: & in hac facti ſpecie videtur concludendũ, quòd non poſſit, Ant. de Roſel. dicto lib. 2. ſub nu. 30. verſus finem, ſol. 85. & apertius Petr. de Anch. d. conſ. 320. ſub num. 2. Corn. d. conſ. 1. n. 18. lib. 3. & Dec. conſ. 557. accuratè. ſub num. 9. & ſeqq. & præſertim ſub nu. 14. & ita videtur apertè ſentire Bal. in l. 1. ſub n. 5. verſ. tu dic vt diſtinxi. C. de iur. aur. anul. vbi, loquendo de hac materia, ait, quòd aliud eſt diſponere de loco, & aliud in loco, & proinde, inquit, poteſt quis inter ſubditos extra locũ voluntariam iuriſdictionem exercere, ſed inter non ſubditos, & de rebus non ſubditis non poteſt &c.

85 Confirmatur primo concluſio huius ſpeciei, quia, quicquid ſit de veritate articuli in genere (an iuriſdictio volũtaria poſſit prorogari) de quo breuiter Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. num. 23. verſ. quarto quid in iuriſdictione voluntaria. de offic. deleg. iuriſdictio in ſpecie ad legitimandum videtur non poſſe prorogari, quia iuriſdictio voluntaria in his, quæ ſunt de reſeruatis in priuilegium Principis, non poteſt prorogari, Ant. de Butr. in loco ſupra proximè citato, Abb. in cap. 13. per venerabilem. ſub num. 23. ibi, & quòd non ſit prorogabilis. qui fil. ſint legit. Ant. de Roſel. dicto lib. 2. num. 9. in fine, & num. 10. tom. 8. par. 2. fol. 84. & Dec. conſ. 150. dubitatur. ſub num. 5. & dicto conſ. 557. ſub n. 12. & quòd recognoſcens ſuperiorem, non poſſit prorogare iuriſdictionem legitimandi per reſcriptum, ſcribit Ant. de Butr. in dicto cap. per venerabilem. ſub num. 12. ibi, aut vult legitimare per reſcriptum. ſed actus legitimandi eſt de reſeruatis Principi, vt dicunt omnes pręcitati Doct. & bene explicat Bal. in l. 1. num. 1. & 2. C. de iur. aur. anul. ergo &c. hæcque integra confirmatio ſecundum

Abb.

Digitized by Google

Abb.& Ant. de Roſel.in locis ſupra proximè citatis,bene videtur probari ex dicto cap.per venerabilem. verſ.inſuper cum rex.vbi pater. petebat, vt Papa legitimaret filios, ſicut legitimauerat filios Regis Franciæ, & Papa inter cætera reſpondet, quòd Rex Franciæ nō recognoſcit ſuperiorem in temporalibus, & ideo potuit ſine iuris alterius læſione ſe in eo ſubijcere iuriſdictioni Papę; ſed ille nobilis, qui petebat, legitimari filios, erat alteri ſubiectus; ergo ille text. argumento nobis eſt, quòd alteri ſubiectus, non poteſt in hoc iuriſdictionem alterius, etiam Principis prorogare.

86 Confirmatur ſecundo,quia eſto etiā,quòd iuriſdictio, & facultas legitimandi eſſet prorogabilis inter Principes, habentes eandem iuriſdictionem legitimandi, ex quo in habentibus ſimilem iuriſdictionem, facilis eſt tranſitus,vt dixi quæſt.præced.limit.5.n.15. & 16.verſ.tertius. ramen hæc prorogatio eſt permiſſa de perſona ad perſonam, ita vt Imperator poſſet in terris imperij legitimare ſubditum Papę, & è conuerſo; quicquid forſan aliqui ſentiant in contrarium, per ea, quæ dixi in præcedenti confirmatione, ſed non eſt permiſſa etiam de loco ad locum, ita vt iudex vnius territorij poſſit exercere non ſolum iuriſdictionem in territorio alieno, (quæ ramen reputatur prorogatio impoſſibilis, vt retuli ſupra ſub num. 45. quicquid etiam in hoc aliqui forſan ſentiant in contrarium) ſed vlterius poſſit eam exercere in ſubditos non ſuos, vt in caſu huius primæ ſpeciei.

Confirmatur tertio, quia per legitimationem auferuntur iura ſucceſſionum venientibus ab inteſtato,maximè quando legitimantur ſpurij,qui ſūt legibus,& canonibus odioſi; quare Imperator, ſeu eius Comes Palatinus non poteſt legitimare ſpurios, qui ſunt de territorio Eccleſiæ, & ſubiecti Papæ, vt ſuccedant in hæreditates, & bona, quæ ſunt in terris eccleſiæ, & legitimos ſucceſſores ab inteſtato excludat; nam etſi legitimare videatur eſſe iuriſdictionis voluntariæ,tamen, cum hæc legitimatio tangat alios, quam patrem ſpurij, videlicet,Papam, & eius ſubditos, non videtur indiſtinctè verum, quòd ſit voluntariæ iuriſdictionis, quia non pendet à patre, preces offerente, vel à filio legitimando, ſed eſt ſupremæ voluntatis, & de caſibus,Principi reſeruaris,Petr.de Anch. conſ. 320. primum. ſub num. 2. verſ. tertio hoc. Præterea vt dicit idem Anch.eod. num. 2.in fine, iuriſdictio voluntaria tunc poteſt ab vno exerceri in territorio alterius, quando vterque recognoſcit eūdem ſuperiorem, ſecus quando iuriſdictiones ſunt totaliter ſeparatæ, & diſtinctæ, quales ſunt iuriſdictio Papæ, & iuriſdictio Imperatoris.

Contra huius primæ ſpeciei concluſionem videntur facere duo.

87 Primo facit,quia notarius,creatus ab Imperatore, poteſt conficere inſtrumenta in terris eccleſiæ, & è conuerſo, quia eſt actus voluntariæ iuriſdictionis, &c.vt ſecutus ſum infra num.127. verſ. extende primo.

88 Huic primo reſpondeo, quòd ideo poteſt notarius, quia in inſtrumentis non agitur de præiudicio alterius, quàm contrahentium, qui conſentiunt; ſecus eſt in legitimatione, in qua interdum agitur de præiudicio aliorum, Felyn. in cap. penult. cum p.rabellio. ſub num. 17. quæſt. 13. verſus finem, de fid. inſtrument.

Secundò faciunt motiua, quæ habentur penes eoſdem Doct.qui hanc tractant materiam, ſed ea pertranſeo, ſtudens veritati cum breuitare.

89 Retenta ergo concluſione, poſita ſupra ſub num.84.verſ. primà ſpecies.

Extende primo eandem concluſionem, vt præcipuè procedat,quando ex iſta legitimatione excluderetur ſubſtitutus, quo caſu concluſionis vires dupliciter augentur. Primo, quia ex hac legitimatione magnum infertur præiudicium ſubſtituto, cui ius erat quæſitum ſaltem in ſpe, per ea, quæ conſiderat Dec. conſ.557. accuratè, ſub num. 3. verſ.quibus tamen non obſtantibus. & num. ſeqq. & quæ ſcripſi remiſſiuè infra num. 95.
90 & 97. † Secundò,quia ita demum legitimatus poteſt excludere ſubſtitutum, quando ipſe legitimatus, & is, de cuius ſucceſſione tractatur, fuerint ſubiecti iuriſdictioni ipſius legitimantis, alioquin non excludit; nam, cum legitimatio non poſſit valere niſi virtute prorogatæ dumtaxat iuriſdictionis, non poteſt is, qui iuriſdictionem prorogauit, alicui, non conſentienti, præiudicium generare, Mantic.tract.de coniect.vltim.volunt. lib.11. tit.10. num. 42. reſtrict. 11. & quòd non poſſit dici facta prorogatio, cum non conſentiant omnes, de quorum præiudicio tractatur, ſcribit Bal.in l.1. ſub num.5. verſ. quia legitimatio. C. de iur. aur. anul.
92 † & quòd prorogatio iuriſdictionis volun-

tariæ

tariæ non poſſit fieri in præiudicium alterius, quàm ipſius prorogantis, ſcribit Alex. conſ. 67. conſideratis. ſub num. 8. ibi, fa-
93 cit quod not. lib. 1. † quare etiam ſi teneremus opinionem, quòd iuriſdictio voluntaria ſit prorogabilis, tamen intelligitur prorogabilis quoad illos, qui conſentiunt prorogationi; ſecus quoad eos, qui non conſentiunt, & agitur de eorum incommodo, Ant. de Roſel. tract. de legitimat. lib. 2. ſub num. 31. tom. 8. par. 2. fol. 85. & quòd legitimatio facta vi prorogatæ iuriſdictionis valeat ſolum in præiudicium conſentientium legitimationi, quia limitata cauſa limitatum producit effectum, & non in præiudicium eorum, ſine quorum conſenſu fuit facta, & de quorum præiudicio agitur, ſcribit Martin. Lauden. tract. de legitimat. ſub num. 100. ibi, aut ſit legitimatio. tom. 8.
94 par. 2. fol. 95. † ideoque talis legitimatio facta, mortuo patre, non præiudicat ſucceſſoribus ab inteſtato, qui legitimationi non conſentiunt; ſecus autem, ſi ſit facta, viuente patre, quia tunc quoad hæreditatem patris ſufficit in proroganda iuriſdictione conſenſus patris, & filij, Ant. de Butr. in cap. 13. per venerabilem. ſub num. 12. ibi, aut vult legitimare per reſcriptum qui fi. ſint legit.

95 Cæterum validè legitimatus, an excludat ſubſtitutos, vide quæ ſcripſi lib. præced. cap. 9. num. 1727. & ſeqq.

96 Et an legitimatus ſuccedat in fœudis, vide in eodem cap. 9. num. 1723. & ſeqq. & ſupra lib. 1. cap. 53. ſub num. 32.

97 Et quòd princeps poſſit, legitimando, tollere ius quærendum, quod venit in conſequentiam, ſcripſi dicto lib. 2. cap. 2. ſub num. 296. verſ. hinc etiam eſt. in futura impreſſione.

98 Extende ſecundo, vt procedat etiam quando ageretur ſolùm de hæreditate patris, cui vult ſuccedere eius filius, qui fuit, ipſo patre viuente, & volente legitimatus, quia etſi agatur de bonis paternis, in quibus ipſe pater liberam habuit poteſtatem, ideoque poterat venientes ab inteſtato priuare illa hæreditate, cum nullum in ea dicantur ius habere, & iſto caſu legitimatio dicatur voluntariæ iuriſdictionis, etiam ſi fiat, inuitis iis, qui venirent ab inteſtato, Ant. de Roſel. tract. de legitimat. lib. 2. ſub num. 15. ibi, credo ſic dicendum. tom. 8. par. 2. fol. 84. imò pater poſſet bona ſua proijcere in mare, Bal. in procem. C. ſub num. 9. verſ. iuxta hoc quæro. & Dec. conſ. 557. accuratè. num. 6. in fine, & num. 7. & ſeqq. & dixi ſupra lib. 1. cap. 53. num. 34.

99 Tamen deficit poteſtas ex parte Imperatoris legitimantis, qui non poteſt legitimare in terris Eccleſię eum, qui non eſt ſubditus ipſius Imperatoris, Dec. d. conſ. 557. ſub num. 13. & 14.

Non obſtat, quòd Surd. conſ. 1. ſub nu. 74. verſ. reſpondetur. num. 75. 76. 77. in fine, & 78. conſuluerit, quòd Imperator, ſeu Comes Palatinus poſſit legitimare filium cum conſenſu patris etiam in loco non ſubiecto, ſeu extra iuriſdictionem, nempe in terris Eccleſiæ, & quòd ſic poſſit fieri prorogatio de loco ad locum in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, & quòd hęc legitimatio teneat non ſolum reſpectu eorum, qui ſunt ſuppoſiti Imperatori legitimanti, quia hoc non habet dubium, ſed etiam quoad non ſubiectos, qui iuriſdictionem non prorogarunt, & moueatur Surd. tum quia per hanc legitimationem nemini ſit præiudicium, cum pater poſſit bona ſua proijcere in mare, tum quia Imperator eſt dominus totius orbis.

Quia reſpondeo tripliciter. Primò, quòd Surdo, quatenus ſentiat, Imperatorem poſſe legitimare, etiam in terris Eccleſię, non eſt credendum, quamuis legitimaret cum conſenſu patris; hęcque reſponſio probatur ex his, quę ſcripſi ſupra num. 77. 79. 81. & ſub num. 84. verſ. prima. & num. ſeqq. Secundo reſpondeo, quòd Surdi conſultatio poteſt procedere in caſu, quo Imperator legitimaret in terris mediatè ſubiectis imperio, prout in iſto caſu eum ſecutus ſum infra ſub num. 106. verſ. extende. Tertio reſpondeo, Surdi conſultationem ſubuerti, quia eius conſultatio dicto num. 78. eo etiam nititur fundamento, quòd Imperator ſit dominus totius mundi, quod fundamentum ruit, quia in terris eccleſiæ nullum habet dominium, imò ipſe imperium recognoſcere debet ab eccleſia eo modo, quo explicaui ſupra gloſ. 1. quęſt. 1. num. 129. & ſeqq.

100 Extende tertio, vt poteſtatis defectus, qui poteſt conſiderari in Imperatore, multò magis conſideretur in Comite Palatino, qui habet ab eo poteſtatem legitimandi, vt conſiderat Dec. dicto conſ. 557. ſub num.

num. 5. & multò magis in eo, qui poteſtatem habet ab eo, qui eſt inferior Principe, idem Dec. in l. vlt. ſub num. 6. ibi, & in voluntaria. ff. de iuriſd. omn. iud. dicens, quod iuriſdictio ſi habetur ab eo, qui ſit inferior Principe, nullo modo poreſt exerceri extra territorium.

Et hæc de prima ſpecie, poſita ſupra ſub num. 84.

101 Secunda ſpecies eſt, quando Imperator legitimat proprium ſubdirum, ſed extra territorium, puta in terris eccleſiæ; & huius ſpeciei articulum eſſe valde notabilem, & difficilem propter varias maiorũ noſtrorum opiniones, ſcribit, referendo ipſas opiniones, Martin. Lauden. tract. de legitimat. num. 85. verſ. ſecundus articulus. tom. 8. par. 2. fol. 94. ego tamen, omiſſis his, quæ tam ipſe, quam alij longa ſerie conſiderant in legitimatione, quam, diſponendo ſuper radice matrimonij, faceret Papa, de cuius auctoritate in legitimando, ſi ageretur, excederem terminos ſpeciei propoſitæ, breuius agendo, concluderem, quod Imperator poſſit legitimare inrer ſubditos, Corn. conſ. 1. ſub num. 18. verſ. nec obſtat. ibi, tamen ſubditum ſuum. lib. 3. & alij, quos citat, & ſequitur Dec. conſ. 150. dubitatur. ſub num. 6. verſ. tertio principaliter non obſtat. & conſ. 557. ſub num. 14. & in hac ſpecie poteſt procedere opinio, quam tenet Iacob de Beluiſ. in Auth. quibus mod. nat. effic. ſui, coll. 7. relatus à Bal. infra citato, dicens, quòd Comites, facti ab Imperatore, poſſunt legitimare ad ſucceſſionem in terris eccleſiæ, ſicut & ibi creant tabelliones, & faciunt alia, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, quam opin. diſtinguendo, & concordando, declarat Bal. in procem. C. ſub num. 9. verſ. iuxta hoc quæro. ibi, ſed in hoc poteſt diſtingui. dicens, quòd aut legitimatio fit ad poſtulationem patris, & tunc valet, quia neminem lædit, & eſt voluntariæ iuriſdictionis, & redditur inter principales perſonas conſentientes, neque præiudicatur, inquit, venientibus ab inteſtato, quia non habent aliquod ius tempore legitimationis, quare cum parer tunc poſſet bona ſua proijcere in mare, multò magis poteſt de illis diſponere per actum ciuilem, & permiſſum: aut, inquit, hæc legitimatio fit poſt mortem patris, & tunc, inquit, ſi poſt aditam hæreditatem ab agnatis, ſine dubio non poteſt fieri; aut non erat adita, ſed erat in potentia adeundi, & tunc, inquit, ſimiliter non valet legitimatio in præiudicium eorum, quibus erat quæſitum ius adeundi, & cum hac Baldi diſtinctione, poſt nonnulla obſcure relata, reijciendo in hoc puncto doctrinam Antonij de Butrio, reſidet Martin. Lauden. dicto tract. de legitimat. ſub num. 99. verſ. capio aliud. & num. 100. hancque concluſionem, quòd Imperatot poſſit legitimare, clarius tenet idem Bal. in l. 1. ſub num. 5. verſ. iu dic vt diſtinxi. C. de iur. aur. anul. dicens, quòd inter ſubditos extra locum poteſt quis voluntariam iuriſdictionem exercere, ſeu prouiſionem, ſed Martin. Lauden. eod. tract. de legitimat. obſcurius ait, quòd Imperator poteſt legitimare quoad temporalia in terris eccleſiæ, & imperij in præiudicium conſentientium legitimationi, quia ſi concurrant hæc duo, videlicet, ſimilis poteſtas legitimandi, & conſenſus illorum, de quorum præiudicio principaliter agitur, poteſt fieri prorogatio.

Non obſtat tex. in clem. ne romani. de iureiur. quã nos citauimus ſupra ſub num. 77. quia Corn. dicto conſ. 1. num. 19. reſpondet dupliciter. primo, quòd licet Imperator cũ iuramento promiſerit, quòd nullã exercebit iuriſdictionem in terris eccleſię, tamen actus contrarius iuramento non vitiatur, ſed iurans efficitur periurus; ſecundo reſpondet, quòd illa clem. loquitur de iuriſdictione poteſtarię, ſeu capitaniæ, &c.

102 Retenta igitur concluſione, quòd Imperator poſſit legitimare ſubditum ſuum in terris eccleſiæ.

Declara primo eam, vt iſte legitimatus poſſit ſuccedere in bonis, ſitis in terris Imperij, Corn. dicto conſ. 1. num. 18. in fine.

103 Declara ſecundo, vt forſan hęc legitimatio in territorio alieno fieri non poſſit, prohibente Domino illius territorij, Martin. Lauden. dicto tract. de legitim. ſub num. 104. fol. 95.

104 Declara tertio, vt quamuis hęc concluſio non eſſet vera, tamen ſit vera quoad legitimandos baſtardos, ſtudentes in ſtudijs publicis, & quoad temporalia; licet enim ſtudia ſint in terris eccleſiæ, tamẽ cũ omnes ſcolaſtici ſint ſub ſpeciali protectione, & ſaluaguardia Principis, poterit tanquã ſuos ſpeciales filios, & ei commiſſos legitimare, vnde Rex Franciæ poteſt ſcolaſticos, Auenione ſtudentes legitimare quoad temporalia, li-

cet

cet illa Ciuitas ſit de terris Eccleſiæ, quia Rex Franciæ in ſuo regno habet tantam poteſtarem, quantam habet Imperator in ſuo imperio, etiamſi pater haberet alios filios legitimos, & naturales, Rebuff. tract. de priuil. ſchol. priuil. 98. num. 1. 5. 6. & 7. tom. 18. fol. 51.

105 Tertia ſpecies eſt, quando Imperator ſubditum alienum, puta, ſubditum Eccleſiæ, legitimat in terris Imperij: & in hac ſpecie licet Corn. conſ. 1. n. 18. verſ. nec obſtat. lib. 3. ſimpliciter dicat, quòd Imperator non poteſt legitimare ſubditum Papæ, & non ſe declaret, an intelligat de legitimatione facta etiam in terris Eccleſiæ, vel in terris Imperij, tamen ego diſtinguerem. Aut quærimus, an illa legitimatio porrigat effectum quoad bona, exiſtentia extra terras imperij, puta in terris eccleſiæ, itaut legitimatus ſuccedat in illis bonis, & ſubditis eccleſiæ; & dico, quòd legitimatio non habet hũc effectum, & moueor, quia etiamſi legitimaret ſubditum proprium, tamen illa legitimatio non porrigeret effectum ad bona, ſita extra terras imperij, puta in terris eccleſiæ ſecundum Anch. Bal. & alios, quos citaui in ſeq. quarta ſpecie, verſ. declara. Aut quærimus, an illa legitimatio ſortiatur effectum quoad bona, exiſtentia intra terras Imperij, & dicerem, quod ſic, Martin. Lauden. tract. de legitimat. num. 84. verſ. circa primum. tom. 8. par. 2. fol. 94. & eſt ratio, quia ſi prorogatio de perſona ad perſonam tenet in iuriſdictione contentioſa, à fortiori tenebit in iuriſdictione voluntaria, Lauden. vbi ſupra: quòd autem prorogatio de perſona ad perſonam teneat in iuriſdictione contentioſa, nos late ſcripſimus infra ſpec. 6. num. 1. & ſeqq. & poteſt etiam eſſe ratio, quia quoad illa bona alius non poteſt legitimare.

Non obſtat, quòd Surd. conſ. 1. ſub num. 78. teſtetur, veriorem, & magis communem opin. eſſe, quòd legitimatio, facta ab Imperatore, habeat effectum etiam quoad bona, quæ ſunt extra terras Imperatoris, & etiam quòd legitimatus non ſit ſubditus Imperatori.

Quia reſp. Surdi conſultationem poſſe procedere, quatenus Imperator legitimet in terra alicuius Baronis Imperialis, & ſubditum illius Baronis, & in iſto caſu videtur loquutus Surd. prout eum ſecutus ſum ſub nu. ſeq. verſ. extende. & ſcripſi hic ſupra in ſecundo membro; ſecus ſi legitimaret in terris Eccleſiæ, quæ ei nec immediate, nec mediate ſunt ſubiectæ.

106 Quarta ſpecies eſt, quando Imperator, ſeu Comes Palatinus, habens ab eo facultatem legitimandi, legitimat proprium ſubditum Imperatoris, & in terris immediate ſubiectis Imperatori, ſeu Imperio: & in hac quarta ſpecie concluſio, communiter ab omnibus recepta, eſt, quòd legitimatio reſpectu perſonæ legitimatæ, & loci, in quo fit legitimatio, ſit vndique valida, & non poſſit impugnari, & quia huic concluſioni nemo contradicit, pluribus in ea non inſiſto.

Extende hanc concluſionem, vt procedat, etiamſi Imperator, ſeu Comes Palatinus legitimaret ſubditum infœudati in terris ipſius infœudati, & ſic hominem non immediate ſubiectum, neque in terris immediate ſubiectis ipſi Imperatori, ſed ſolum mediate, quia legitimatio eſſet adhuc valida; nam Imperator, quando infœudat aliquem, ſemper retinet apud ſe maioriam, & ſupremam poteſtatem, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 8. ſub num. 111. & 112. & retinet directum dominiũ, & ſic poteſt in iuriſdictione concurrere cum quolibet inferiore, & conſequenter poteſt in loco infœudato legitimare hominem, ſubditum illi domino infœudato, quia licet ille homo ſit immediate ſubditus illi domino infœudato, & homo hominis mei non dicatur homo meus, tamen ratione vniuerſalis iuriſdictionis, quam Imperator habet in toto Imperio, dicitur ſubiectus Imperatori, & dicitur eius homo, Surd. conſ. 1. ſub nu. 73. verſ. quòd vero. num. 74. & 79. lib. 1. vbi remouet contraria per ipſum adducta ibidem, num. 11. & 12.

Quamuis contrarium ſequatur Cephal. conſ. 23. fœudum. num. 76. 77. & 78. lib. 1. vbi cum alijs, per eum citatis, concludit, quòd legitimatio facta Mediolani à Comite Palatino, habente auctoritatem legitimandi ab Imperatore, non tenet, niſi interuenerit conſenſus Ducis Mediolani, etiam ſi Dux Mediolani fuiſſet de illo ducatu infœudatus ab Imperatore, quia requiritur conſenſus infœudati, & multò magis requiritur, quando non eſt infœudatus ab eo, cuius auctoritate fit legitimatio.

Declara eandem concluſionem, diſtinguendo, vt in præcedenti, videlicet, quòd legitimatio habebit plenum effectum quoad bona, ſita intra territorium Imperij, ſed non

Cc 2 quoad

• quoad bona, ſita intra territorium Eccleſiæ, Petr. de Anch. conſ. 320. primum dubium. ſub num. 4. & quòd Princeps non poſſit legitimare, niſi quoad bona ſui territorij, ſcribit Bal. Peruſ. tract. de ſtatut. in verbo, ſpurius. num. 3. verſ. tertio probatur. tom. 2. fol. 147. & quod Princeps non poſſit legitimare niſi quoad bona ſui territorij, nec poſſit legitimare, niſi quantum ad ſe ipſum diſponentem, & hæc ſit veritas, ſcribit Bal. in l. cunctos populos. ſub num. 14. verſ. præſuppoſito quod. ibi, tertio probatur. C. de ſum. trin. & fid. cath. & à Doctoribus magis cõmuniter receptum videri, vt legitimatio extra territorium legitimantis effectum non ſortiatur, adeo, vt nec legitimatio, facta à Cæſare, vel eius Comite Palatino, extendatur ad bona, ſita in aliena iuriſdictione, veluti Eccleſiæ, refert, & ſequitur Mantic. tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 43. hancque opin. videtur tenuiſſe Iacob. Butr. relatus à Bal. in l. 1. num. 5. verſ. item quæro nunquid. C. de iur. aur. anul. dicens, quod Imperator non poteſt legitimare in terris eccleſiæ, id eſt, in ſucceſſione facienda in terris, & ſubditis eccleſię, quia diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet, & Petr. de Anch. in cap. canonum ſtatuta. num. 203. de conſtit. fol. 52. tom. 2. inter Repeten. vbi ex cap. per venerabilem. ait notari, quòd legitimatio, facta per Papam, non trahitur ad bona, quæ non ſunt ſuæ iuriſdictionis, nec ad hęreditates, vel temporalia.

Confirmatur hęc communis opinio in bonis ſitis extra territorium, quia ſicut ſtatutum non poteſt extendere ſuam diſpoſitionem vltra territorium ipſius ſtatuti, per ea, quæ latè ſcripſi ſupra num. 46. & ſeqq. & nu. 59. verſ. ſubinfero, ita etiam Princeps, Imperator, & quiuis dominus non poteſt extendere iuriſdictionem ſuam ad ea, quæ ſunt extra ipſius iuriſdictionem.

Contra hanc diſtinctionem in vlt. membro, non deſunt, qui teneant, vt refert Mantic. in loco ſupra proxime citato, & multum vrgere videntur, quæ ſcripſi ſupra, num. 68. verſ. contrarium.

107 Retenta ſecundi membri concluſione, vt legitimatio non porrigat effectum ſuum extra territorium legitimantis.

Intellige eandem concluſionem, vt non porrigat effectum in præiudicium non conſentientium legitimationi, neque prorogantium iuriſdictionem, ſed porriget, ſequè extendet etiam ad bona, ſita extra territorium in præiudicium eorum, qui conſenſerunt, ſeu prorogarunt, & ita legitimatio extenditur, quia reſtituit ad primæua iura naturæ, Martin. Lauden. in tract. de legitim. num. 104. tom. 8. par. 2. fol. 95.

108 De legitimatione, quam facit Papa, vide Hoſtien. in ſumm. tit. qui fil. ſint legit. §. qualiter & à quo. num. 9. & ſeqq. Ant. de Butr. in cap. 13. per venerabilem. num. 10. not. 7. qui fil. ſint legit. Ant. de Roſel. tract. de legitimat. lib. 2. num. 1. & ſeqq. fol. 83. & Martin. Laud. eod. tract. num. 2. & ſeqq. fol. 91. qui latiſſimè ſcribunt.

109 Imperator electus, & nondum coronatus, an poſſit legitimare, vide Ant. de Roſell. dicto lib. 2. num. 33. & 34. fol. 85.

Reges, an poſſint legitimare, vide eundem Ant. de Roſel. eodem lib. 2. num. 35. & ſeqq. fol. 85. qui ita diſtinguit: Aut Rex recognoſcit in temporalibus aliquem in ſuperiorem, prout Rex Apuliæ, qui etiam in temporalibus recognoſcit Papam iuxta ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. q. 8. nu. 110. & tunc talis Rex non poteſt legitimare in illo regno: Aut Rex ſaltem de facto nõ recognoſcit ſuperiorem in temporalibus, & tunc licet is denuo diſtinguat, tamen in effectu concludit idem, videlicet, quòd nõ poteſt legitimare: ſi enim loquamur de legitimatione, quæ oritur ex remotione vitij matrimonialis, certũ eſt, inquit, quod ſolus Papa, & nullus alius poteſt legitimare, ſi verò loquamur de legitimatione, ob quã acquiritur ius patriæ poteſtatis, aut ius ſuccedendi; prout de iſta loquimur; & tunc inquit, non poteſt tollere iura ciuilia, ſed ſolum iura, & conſuetudinem regni.

110 Imperator, ſeu eius Comes Palatinus an poſſit legitimare clericum?

Dic, quòd non, quia clericus eſt adeo exemptus à iuriſdictione ſeculari, vt eam prorogare non poſſit, Dec. conſ. 150. dubitatur. num. 3. in fine, ibi, ſed tamen prædictis. & num. 4. & ſeqq. & quòd clericus non poſſit prorogare iuriſdictionem ſecularem, latè ſcripſi quæſt. præcedenti, limit. 1. num. 5. & ſeqq. etiam ſi loquamur de iuriſdictione voluntaria, vt dixi eadem limitat. 1. num. 35. quia etiam actus voluntariæ iuriſdictionis debet fieri coram iudice competenti, vt, loquendo de emancipatione, ſcripſi infra num. 116.

Non obſtat primo, quòd Additionator ad Dec. in prima adnotat. ad d. conſ. 150. dixe-

Digitized by Google

dixerit, quòd Dec. malè cõſuluerit, quia Comes Palatinus poteſt legitimare clericum quoad bona, ſita in terris Imperij, quia reſp. ex prædictis apparere, quòd Dec. bene conſuluit.

Non obſtat ſecundo, quòd iudex laicus poſſit auctorizare emancipationem, quam pater facit de filio clerico, vt dixi infra, nu. 115. quia reſp. in emancipatione attẽdi perſonam patris emancipantis, qui eſt laicus, vt dixi infra, num. 117. & ſeqq. vbi videas.

111 Non obſtat tertio, quòd laicus poſſit eſſe tutor clerici; quia reſp. vel id non videri verum, quia cum tutela ſit vis, atque poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ętatem ſe defendere nequit, videtur, quòd laicus non poſſit hanc poteſtatem habere in clericum: vel; quatenus ſit verum, dico, & melius, quòd laicus poteſt quidem eſſe tutor clerici, ſi tamen fuerit datus a iudice eccleſiaſtico, prout dari debet, Dec. dicto cõſ. 150. ſub num. 8. quinimo clericus, etiam quod ſit datus tutor clerico à iudice ſeculari, non habet poteſtatem in bonis eccleſiaſticis, neq; in perſonam pupilli, quia ſemper cõſideratur qualitas iudicis dãtis tutorẽ, ſeu auctorizantis tutelam, Dec. eod. conſ. 150. ſub num. 9.

112 Infero ſecundo, quod Imperator non poteſt arrogationis decretum interponere inter non ſubditos, Bal. in l. 1. ſub num. 5. verſ. item quæro nunquid. C. de iur. aur. anul. quem ſequitur Dec. conſ. 150. dubitatur. ſub num. 4. quia legitimatio eſt ſimilis arrogationi, vt ſcribunt Bal. & Dec. vbi ſupra; & Rom. conſ. 194. in propoſita. in quarto dubio, ſub num. 9. ibi, quamobrem caſus.. ſed nos ſupra ſub num. 84. verſ. prima. firmauimus, quod Imperator non poteſt legitimare extra terras Imperij: ergo neque poteſt arrogare.

Expedito primo caſu, de quo ſupra n. 79.

113 Secundus caſus eſt, quando in iuriſdictione voluntaria non requiritur aliqua cauſæ cognitio, vt puta quia non agatur de pręiudicio alterius, quàm interuenientium in actu illius voluntariæ iuriſdictionis: & iſto caſu Gl. in cap. 7. nouit. in verbo, terminos. num. 50. & Abb. ſub num. 3. ibi, credo quod in iſtis. de offic. leg. Iaſ. in l. vlt. num. 6. verſ. limita. & nu. 23. limit. 17. & Dec. ſub num. 6. ibi, ſed concordando. ff. de iuriſd. omn. iud. & communiter omnes ſentiunt, quòd poſſit exerceri etiam extra territorium, & ita procedat opinio contraria, de qua dixi ſupra, num. 78. verſ. contrariam opinionem.

114 Infero primo ex huius ſecundi caſus concluſione, quòd pater poteſt emancipare filium coram iudice etiam extra territorium; & moueor, quia poteſt illum emancipare in quocunque loco, & apud Proconſulem etiam in ea prouincia, quam ſortitus nõ eſt, vt dicit text. in l. 36. emancipari. ff. de adopt. & poteſt illum emancipare coram quocunque iudice, ſiue ſit ordinarius, ſiue non, & etiam coram magiſtratu municipali, vt dicit vtraque Gl. in dicta l. emancipari.

115 Confirmatur hæc illatio, quia clericus poteſt emancipari coram iudice ſeculari, Rot. deciſ. 7. alias 178. emancipatio. de iudic. in nou. Mil. in ſuo repert. in verbo, iudex ſecularis poteſt interponere. fol. mihi 185. Dec. cõſ. 150. dubitatur. ſub n. 1. Steph. Aufr. tract. de poteſt. ſecul. reg. 2. num. 8. fallen. 7. tom. 11. par. 1. fol. 333.

116 Contra illationẽ videtur tenere Dec. conſ. 13. n. 2. quem ſequitur Aſcan. Clem. tract. de patr. poteſt. cap. vlt. n. 80. to. 8. par. 2. fol. 126. dicens, emancipationem, factam coram iudice incõpetenti, non valere, & videtur probari ex l. vlt. C. de emanc. liber. & Inſtit. quibus mod. ius patr. poteſt. ſolu. §. de emancipatione. vbi habetur emancipationẽ fieri debere corã iudice cõpetenti; vt enim ait Petr. de Anch. conſ. 320. primũ. nu. 3. licet emancipatio ſit voluntariæ iuriſdictionis, tamen non poteſt fieri apud non ſuum iudicem.

117 Nec obſtat confirmatio, adducta pro illatione ſupra num. 115. quia reſpondeo, quòd iudex laicus eſt competens ad auctorizandã emãcipationẽ, quam pater facit de filio clerico; nam emancipatio eſt actus, quem facit pater, & non filius; & ideo competentiam iudicis metimur ex perſona patris emancipantis, & non ex perſona emancipati, Rot. & Dec. citati ſupra dicto num. 115.

118 Minus obſtat, ſi replicares, quòd pater videatur, emancipando, induere perſonã actoris, & filius, qui emancipatur, perſonam rei, & regula ſit, quòd actor debeat ſequi forum rei, & conſequenter videatur adeundus iudex eccleſiaſticus, qui eſt iudex competens clerici. Quia reſp. replicationem hanc procedere in iuriſdictione contentioſa, vbi iudicium redditur in inuitos; ſecus in actibus

119 voluntarijs, & extraiudicialibus; † & pro ſolidatione huius reſponſionis adduco, quòd ſi laicus vult donare clerico vltra ſummam quingentorum aureorum, inſinuatio fieri

debet coram iudice ſeculari, & ſic coram iudice donatoris, & non coram iudice donatarij, quia, cum ſit actus, quem facit donator, debet ſolemnizari ab eius iudice, Rot. dicta deciſ. 7. nu. 5. de iudic. in nou. & Aufr. dicta reg. 2. num. 9. fall. 8. fol. 333. † adduco etiam, quòd ſi laicus minor. 25. annis vult ſe obligare erga clericum, vel aliter in eum alienare, decretum pro validitate actus debet interponi à iudice laico, Rot. vbi ſupra, ſecus è conuerſo, ſi clericus donaret, ſe obligaret, vel alienaret in caſibus prædictis, quia auctorizatio deberet procedere a iudice eccleſiaſtico, qui eſt iudex clerici, Rot. vbi ſupra.

121 Non diſcedo ab illatione, poſita ſupra num. 114.

Ad adducta in contrarium ſupra nu. 116. & ſeqq. reſpondeo, iudicis competentiam eſſe duplicē: quædam eſt ex ſe ipſa, quædam verò eſt per prorogationem, & hæc etiam eſt duplex: quædam fit de perſona ad perſonam coram iudice non ſuo, vt explicaui infra ſpec. 6. num. 5. quædam verò, quæ fit de loco ad locum, de qua ſupra in hac ſecunda ſpec. num. 1. & ſeqq. & licet hæc ſecunda prorogatio de loco ad locum non detur in iuriſdictione contentioſa, per ea, quæ dixi ſupra num. 42. & ſeqq. tamen datur in iuriſdictione voluntaria, quando in ea non requiritur cauſæ cognitio, vt dixi ſupra num. 113. quare dico, verum eſſe, quòd emancipatio debet fieri coram iudice competenti, ſed dico, ſatis eſſe quòd fiat coram iudice, qui fiat competens per prorogationem, quæ fieri poteſt etiam de loco ad locum, vt dixi, & ab hac reſponſione non diſcordat Dec. conſ. 13. num. 6. verſ. non obſtat quod emancipatio. Et hæc de prima illatione poſita ſupra num. 114.

122 Infero ſecundo, quòd ſi in notorio non requiratur cauſæ cognitio, iudex poteſt ſuper eo procedere etiam extra territorium, dummodo nō requiratur citatio, per ea, quę refert Iaſ. in l. vlt. ſub num. 23. limit. 17. ff. de iuriſd. omn. iud. & an exiſtēs extra territorium ſuum, poſſit excommunicare, abſoluere, & alia ſimilia facere, ſunt opiniones variæ, & contrariæ, quibus relatis, Abb. in cap. 7. nouit. ſub num. 3. de offic. leg. hanc amplectitur doctrinam, vt non poſſit ea, quæ exigunt cauſæ cognitionem, ſed poſſit ea, quæ cauſę cognitionem non exigunt, & ideo in notorijs poſſit excommunicare ſubditum, licet ſit extra territorium, quia quæ expediuntur ſine cauſæ cognitione, & non pro tribunali, poſſunt exerceri etiam extra territorium; ſecus ſi procederetur contentioſe, quia tunc proceſſus non teneret etiam ſi non exciperetur.

123 Reſtringe, declarando hanc illationem, vt poſſit procedere in iuriſdictione voluntaria, per ea, quæ ſcripſi infr. n. 145. & ſeqq. nunquā autem in iuriſdictione contentioſa; quare eſto millies, quòd iudex velit procedere ſuper notorio, in quo nulla amplius requiratur citatio; puta quia velit ſolum exequi ſententiam, & rem iudicatam, qua quempiam condemnauit ad mortem, vel ad reſtituendam rem, ſeu dimittendam illius rei poſſeſſionem, & hanc executionem velit facere in territorio alieno, certè non poteſt, quia non debet confundere iuriſdictiones, & turbatiuè mittere falcem in meſſem alienam, ſed vbi executionem facere non poſſet in territorio ſuo, debet requirere iudicem illius territorij, in quo vult exequi, per ea, quæ dixi infra gl. 14. q. 11. num. 11.

124 Infero tertio, quod notarius creatus à conſuetudine, vel ſtatuto vniuerſitatis, vel rectoris certi territorij, poteſt conficere inſtrumenta inter ſubditos illius loci, etiam extra territorium, Bal. in l. cunctos populos. ſub num. 16. verſ. & ideo ſtatuta. C. de ſum. trin. & fid. cath. & in cap. 9. cum dilectus. ſub num. 1. de fid. inſtr. Petr. de Anch. in cap. canonum ſtatuta. num. 192. in fine, verſ. circa primum membrum. & num. 193. de conſtit. inter Repeten. tom. 2. fol. 51. Abb. in cap. 8. ſicut. num. 14. ne cler. vel monach. &c. & Felyn. in cap. penult. cum p. tabellio. num. 18. q. 14. de fid. inſtr. adde quæ ſcripſi hic ſupra num. 101. & ſupra q. 2. num. 13. extenſ. 4. & infra ſpec. 6. num. 10.

125 Ratio huius illationis eſt, quia hæc facultas, quam habet notarius conficiendi inſtrumenta, verè non eſt aliquo modo iuriſdictio, ſed eſt officium, cui non eſt annexa iuriſdictio, & ideo, cū nō habeat iuriſdictionē annexam, non limitatur territorio inter conſentientes, Bal. Petr. de Anch. Abb. & Felyn. in locis ſupra proximè citatis.

Contra hanc illationem videntur tenere ij, qui ſimpliciter ſcribunt, notariū non poſſe conficere inſtrumenta extra territorium, ita Bar. in l. 1. num. 1. & 2. ff. de offic. proconſ. & in l. cunctos populos. num. 34. & 35. q. 7. C. de ſum. trin. & fid. cath. vbi, reddendo ratio-

rationem huius opin. ait, quòd etiam actus, qui ſpectant ad iuriſdictionem voluntariam, quandocunque conceduntur ab alio, qui eſt inferior Principe, non poſſunt exerceri extra territorium, Bal. in l. repetita. verſus finem, C. de epiſc. & cler. dicens, quòd notarius, qui non habet officium notariatus, niſi in certo loco, non poteſt alibi conficere rogitus, etiam de partium voluntate, Anton. de Butr. in cap. 13. per venerabilem. ſub num. 26. qui fil. ſint legit. Rot. deciſ. 5. alias 291. inſtrumenta. de fid. inſtr. in nou. & aperte Abb. in dicto cap. penult. ſub num. 9. verſ. concludo quod creatus. ibi, aut inter ſubditos conſtituentis. de fid. inſtr. & pro hac contraria opinione arguit Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. reſtat videre. ſub num. 25. verſ. quid de his. prĕſertim ibi, ex quibus iuribus. lib. 2. fol. 119. & Speculatorem, tenentem hanc contrariam opinionem, refert Ant. de Butr. in dicto cap. penult. ſub num. 4. de fid. inſtrum.

126 Retenta illatione, quĕ videtur communis, Ad Bar. Bal. & alios, qui videntur tenere contrarium, reſp. quòd non ſe declarant, an loquantur etiam, quando ij, inter quos notarius conficit inſtrumentum extra territorium ſtatuti, ſint ſubditi ſtatuto, prout dixi infra nu. 137. extenſ. 2. & ad Abb. reſp. quòd eſt ſibimet contrarius, quia alibi tenet illationem, prout eum citauimus in ea.

127 Extende primo hanc illationem, vt notarius Imperialis poſſit conficere inſtrumenta etiam in terris eccleſiæ, & è conuerſo, notarius Apoſtolicus poſſit ea conficere in terris Imperij, Bar. in dicta l. 1. verſus finem, ff. de offic. proconſol. Bald. tract. de tabell. num. 32. q. 7. tom. 3. par. 1. fol. 365. hancque extenſionem tenent multi alij, quos ſequi videntur, ſaltem attenta conſuetudine, & eo, quod ſeruatur de facto, Abb. in cap. 8. ſicut. num. 13. verſ. contrarium autem. ne cler. vel mon. &c. & in cap. penult. ſub num. 9. verſ. concludo quod creatus. ibi, nam poteſtas à principe. & Felyn. ſub num. 17. q. 13. de fid. inſtrum. Rot. deciſ. 5. alias 291. inſtrumenta. de fid. inſtr. in nou. & implicite à contrario ſenſu tenet idem Bar. in dicta l. cunctos populos. num. 35. & ita deducit Spec. in loco ſupra proxime citato, & quòd notarius Imperij poſſit conficere inſtrumenta in terris Eccleſiæ in temporalibus, & è conuerſo, notarius Papæ, vel à Papa creatus, poſſit conficere inſtrumenta in terris Imperij in ſpiritualibus, ſcribit Ant. de Butr. in cap. 13. per venerabilem. ſub num. 22. verſ. ad primum. ibi, credo hanc partem. qui filij ſint legit. & quòd notarius auctoritate apoſtolica factus, poſſit conficere inſtrumentum in terris imperij, & tabellio creatus à Papa, vel ab alio, habente ſpecialem poteſtatem ab eo, poſſit vbique, etiam in Francia, in Anglia, & in Hiſpania conficere inſtrumentum, quamuis hodie quidam ſeculares totã penè vſurpent iuriſdictionem ſpiritualem, in eorum animarum perniciem, ſcribit Rebuff. ad conſtitut. gallic. tract. de litter. obligat. art. 2. gl. 1. num. 44. tom. 1. fol. 89.

128 Ratio huius extenſionis eſt, quia iſti ſunt actus voluntariæ iuriſdictionis, & poteſtas notarij eſt prorogabilis, & agitur ſolum de præiudicio ipſorum prorogantium, Abb. & Felyn. in locis, ſupra proxime citatis.

Contrarium, quòd notarius Imperialis in terris eccleſiĕ, & è conuerſo notarius Apoſtolicus in terris imperij non poſſit conficere inſtrumenta, ex Hoſt. refert Abb. in d. cap. ſicut. n. 12. in fine, & ex Ant. de Butr. & Abb. in eod. cap. ſicut. refert Felyn. in loco ſupra prox. citato, qui tamen hoc non dicunt. & quòd inſtrumentum, factum à notario Apoſtolico, non habeat executionem, quia is non poteſt conficere inſtrumentum in regno Franciæ, & quòd ordinatione regia in ſtylo parlamenti fuerit omnibus laicis ſubiectis Regno prohibitum, ne eorum contractus faciant recipi per notarios apoſtolicos, vel imperiales, aut epiſcopales in materijs temporalibus, & profanis, & recepti ſint nullius fidei, & nullius efficaciæ, refert Rebuff. ead. gl. 1. num. 37. & 38. fol. 88.

Confirmatur hĕc contraria opinio, quia ita ſe habet dominus vnius territorij reſpectu illius territorij, ſicut ſe habet Imperator reſpectu Imperij: valet enim argumentum de parte ad totum, & è conuerſo, l. quĕ de tota. ff. de rei vend. ſed notarius, creatus ab habente auctoritatem in illo loco, in quo creatur, non poteſt extra illum conficere inſtrumenta, quia poteſtas creantis non ſe extendit vlterius, per ea, quæ dixi ſupra, ſub num. 125. verſ. contra. Ergo neque notarius, creatus ab Imperatore, poteſt conficere inſtrumenta in terris eccleſiæ.

129 Retenta extenſione.

Subextende primo eam, vt procedat etiã ſi notarius Imperialis faceret in terris eccleſiæ inſtrumentum inter non ſubditos, & è con-

è conuerſo notarius Apoſtolicus faceret inter non ſubditos, & extra territorum, & moueor, quia, conficendo inſtrumenrum de conſenſu partium, iuriſdictio, ſeu poteſtas notarij prorogatur etiam extra territorium, & poteſt exerceri, & prorogari etiam in non ſubditum conſentientem, Abb. in cap. 8. ſicut. ſub num. *13*. ne cler. vel mon. &c.

Contrariã tamẽ opin. vti cõmunẽ ex eod. Abb. ſibimet cõtrario retulimus infr. n. *138*.

130 Subextende ſecundo, vt Imperator poſſit creare notarios etiam eos, qui ſunt ſubiecti Eccleſiæ, & è conuerſo Papa eos, qui ſunt ſubiecti Imperio, Bal. in l. eum qui. initio, verſ. in ead. gl. ibi, teneat. ff. de iuriſd. omn. iudic. & Ant. de Butr. in cap. *13*. per venerabilem. ſub num. 22. verſ. ad primum. qui fil. ſint legit.

131 Subextende tertio, explicando, vt notarius Imperialis, & notarius Eccleſiæ dicatur non ſolum is, qui creatur ab ipſomet Imperatore, vel ab ipſomet Papa, ſed etiam is, qui creatur ab eorum Comite Palatino, habente ſimplicem poteſtatem creandi notarios, Ant. de Butr. in dicto cap. per venerabilem. num. 23. verſ. ad tertium. qui fil. ſint legit.

132 Reſtringe primo declarando extenſionem, vt procedat, dummodo conſenſus partium contrahentium non ſit erroneus, quia, ſi eſſet erroneus, ceſſaret ius prorogationis; ita aliquos dixiſſe refert Spec. tit. de inſtrum. edit. §. reſtat videre. ſub num. 25. verſ. quid de his. ibi, ſunt etiam qui dicunt. lib. 2. fol. *119*. & ex eo refert Ant. de Butr. in cap. penult. cum p. tabellio. ſub nu. 4. de fid. inſtrum.

133 Infero ex hac reſtrictione, quod notarius Imperialis non poteſt in terris eccleſiæ conficere inſtrumentum, nec è conuerſo notarius Apoſtolicus in terris imperij, niſi per viam approbationis, & de conſenſu partium, Abb. in cap. penult. cum p. tabellio. num. 9. verſ. concludo quod creatus. de fid. inſt. & quod requiratur iſte conſenſus, ſatis ſuadetur ex his, quæ ſcripſi ſupra num. *125*. & *128*. verſ. ratio.

Hæc illatio, reſtrictio, & omnia alia, quæ ſcripſimus ſupra de adhibendo partium conſenſu in confectione inſtrumenti extra territorium licet videantur ſuperflua, quia omnes ſciunt, quòd inſtrumenta non fiunt, niſi inter partes, quæ ſponte contrahant, & ſatis eſt expreſſus conſenſus, quando ſcientes, & non per errorem expreſſis contrahunt verbis: tamen non ſunt ſuperflua, per ea, quæ ſcripſi infra num. *136*.

134 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando Dominus territorij prohibet, ne in ſuo territorio conficiat inſtrumenta notarius, qui eſt creatus ab alio, qui in eo territorio iuriſdictionem non habet, cum hæc prohibitio poſſit fieri, vt aliquos ſic dixiſſe, refert Spec. dicto. §. reſtat videre. num. 25. ibi, alij tamen dicunt. lib. 2. fol. *119*.

135 Confirmatur primo hæc reſtrictio, quia videmus, quòd huius reſtrictionis timore multi ex notarijs ſunt Apoſtolica, & Imperiali auctoritate notarij, ita vt vnus notarius cum habeat vtramq; auctoritatem, poſſit conficere inſtrumenta ſine metu prædictæ prohibitionis; hincque videmus etiam, quòd in aliquibus Ciuitatibus extat diſpoſitio, vt in illis Ciuitatibus non poſſint conficere inſtrumenta, niſi notarij matriculati in matricula illarum Ciuitatum.

Confirmatur ſecundo ex, eo quod retuli ſupra num. *103*. verſ. declara ſecundo.

136 Reſtringe tertio diſtinguendo: Aut inſtrumentum ſit de re voluntaria, & tunc procedit extenſio, de qua ſupra, num. *127*. Aut ſit de re, quæ reſpicit iuriſdictionem contentioſam, vt de dilationibus, requiſitionibus teſtium, & ſimilibus; & tunc eſt vera opinio contra extenſionem, de qua ſupra, ſub num. *128*. & ita aliquos diſtinxiſſe, & non improbabiliter, refert Spec. tit. de inſtr. edit. §. reſtat videre. ſub num. 25. verſ. quid de his. verſus finem, lib. 2. fol. *119*. & ex Spec. refert Ant. de Butr. in cap. penult. cum p. tabellio. ſub num. 4. de fid. inſtrum.

137 Extende ſecundo eandem tertiam illationem poſitam ſupra nu. *124*. vt notarius poſſit conficere inſtrumentum extra territoriũ ſtatuti, non ſolum inter ſubditos illi ſtatuto, vt locuti ſumus in illatione, ſed etiam inter non ſubditos, ſecundũ vnam opinionem, quã referũt Abb. & Felyn. in locis, infra proximè citatis, & hæc extenſio concordat omninò cum ſubextenſione, de qua ſupra num. *129*.

138 Contra hanc extenſionem tenent Abb. in cap. penult. ſub num. 9. verſ. concludo quod creatus. ibi, aut extra territorium. & Felyn. ſub num. 18. q. 15. & vlt. ibi, contrarium tenet. de fid. inſtrument. & ideo huiuſmodi inſtrumentum non probare, hancque eſſe communem opin. reſtatur, & ſequitur Abb. & eſſe veriorem, reſtatur Felyn. vterque in locis ſupra proxime citatis.

Tem-

139 Tempera primo hanc contrariam opinionem, vt non procedat vbi conſuetudo extatet in contrarium, Felyn. in dicto cap. penult. cum.p. tabellio. ſub num.18.q.15. ibi, prima autem ſaluari.de fid. inſtr.nam in vniuerſa iſta materia de adhibenda fide inſtrumentis confectis à notario extra territorium, ſtandum eſſe regionis conſuetudini ſcribunt alij, vt teſtatur Spec. tit. de inſtr. edit. §. reſtat videre. num.25. in fine, lib. 2. fol.119. & ex eo ſequitur Abb. in dicto cap. penult. cum p.tabellio.num.9. in fine, hocque temperamentum ſatis confirmatur ex eo, quòd generaliter dicimus in probationibus multum valere conſuetudinem, vt ſcripſi lib. proxime præced.cap.11. num.787. & ſeqq.

140 Tempera ſecundo,vt non procedat in notarijs, qui ſunt iudices chartularij, & ideo maioris prærogatiuæ, quàm alij, quia iſtorum poteſtas eſt prorogabilis, Felyn. in loco ſupra proxime citato;& quòd notarij vocentur chartularij, ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gl.3. num.1. in fine, & quod tanquam tabelliones ſcribant, & tanquam iudices iudicent, & faciant præceptum guarintigiæ in conſentientes per modum voluntariæ iuriſdictionis;quia pars videtur protogare iuriſdictionem eorum de habitu ad actum, ſiue exercitium, ſcribit Bal. in l. iubemus.§.ſanè. nu.3.q.6.C. de ſacroſ.eccleſ. & quòd notarij communiter hodie conſtituantur iudices ordinarij ad faciendum hæc præcepta partibus de adimplendo promiſſa, contenta in inſtrumento, & conſequenter dubitari contingat, an notarius poſſit hoc præceptum facere clericis, & proinde an ſtatutum, quo cauetur, vt inſtrumentum guarintigiatum habeat excutionem paratam, procedat contra clericum, ſcribit Abb. in cap. 8. ſicut. num. 17.verſ. puto tamen quod vbi notarius. ne cler. vel monach.&c. & de origine,& ſignificatione huius nominis guarintigiæ, & quid ſit, vide, quæ ſcripſi ſupra lib.1.cap.62.num.22.

Hoc temperamentum mihi non videtur verum, & ad Felyn. ſupra citatum, qui illud tenet,reſpondeo, quod loquitur ſine auctoritate, & ratio prærogatiuæ, in qua ſe fundat, non eſt bona, quia imò quò maior eſt iuriſdictio, eò minus videtur protogabilis, hacque ratione minus eſt prorogabilis iuriſdictio contentioſa,quàm voluntaria, per ea, quæ ex Matt. Lauden. retuli ſupra, num. 105. in fine.

141 Extende tertio, vt notarius poſſit intra territorium ſtatuti, ſeu Domini, qui eum creauit notariũ, conficere inſtrumentũ etiam inter extraneos, Ant.de Butr. in cap.13. per venerabilem.ſub num.25.ibi,ſecundo poteſt intelligi. qui fil.ſint legit.Abb.in cap.penult. cum.p.tabellio.ſub n.9.ibi,ſi verò tabellio.& Fely.ſub n.18.q.14.in fin.de fid. inſtrument.

142 Extende quarto, vt inſtrumentum,confectum à notario intra territorium ſtatuti, ſit validum, & probet non ſolum intra illud territorium,ſed etiam extra, & vbique,Spec. tit. de inſtrum.edit.§.reſtat videre. ſub num. 25.ibi,non tamen nego. fol.119. lib. 2. Bar. in l. cunctos populos. nu.35.in fin. & nu.36. ibi, credo tamẽ quòd inſtrumenta.& Bal.ſub n.16.verſ.& ideo ſtatuta.C.de ſum.trin.& fid. cath.Petr.de Anch.in cap. canonum ſtatuta. ſub n.193. de conſtit.inter Repet.tom.2.fol. 51.Ant.de But. in cap.13.per venerabilẽ.nu. 25. ibi, ſed eſt dubium. qui fil. ſint legit. & in cap. penult. cum. p. tabellio. ſub num. 4. Abb. ſub num. 9. ibi, inſtrumentum tamen. & Felyn. num. 16. q. 12. de fid. inſtrum. & Rot. deciſ. 5. alias 291. inſtrumenta.de fid. inſtrum. in nou. & de communi Felyn. in loco ſupra proxime citato, & ita docet nos praxis vbique.

143 Ratio eſt, quia probationis ius oritur à principio,vnde ex quò ius eſt ortum,non tollitur mutatione loci, Bal. Anch. & Felyn.in locis ſupra proximè citatis.

Confirmatur hęc ratio ex his, quæ ſcripſi ſup.num.70.in fine, & infra nu.154.& ſeqq.

Et hæc de tertia illatione, de qua ſupra num. 124.

144 Infero quarto, quòd ſacerdos parochialis, exiſtens extra territorium ſuę parochię, poteſt ſui parochiani confeſſionem vbicunque audire, & abſoluere, cum ſit voluntarię iuriſdictionis, Iaſ. in l. vlt. ſub num.6. verſ.limita.ff. de iutiſd. omn. iud.

145 Inferò quinto, quòd Epiſcopus, exiſtens extra ſuam diœceſim, poteſt conferre beneficia, licet collatio ſit actus iuriſdictionalis, Gl.in cap.7. nouit. in verbo, terminos. verſus finem, & Abb. ſub num. 3. ibi,demum quęrit.de offic. legat. Paul.de Caſtr.in l.vlt. ſub num. 9. & Iaſ. num. 7. verſ. ſecundo ex iſta.ff.de iutiſd.omn.iud.& Rot. deciſ.5.quæ eſt vlt. nunquid. de offic. vicar.in antiquior. quę hoc idem dicit in vicario generali, habente ſpeciale mandatum ad conferendum.

146 Infero ſexto, quòd Epiſcopus, exiſtens

extra

extra ſuam diœceſim, poteſt confirmare electionem, ſi non appareat contradictor, Arch. in cap. 5. qui in aliquo. num. 6. verſ. vel auctoritate. diſt. 51. Paul. de Caſtr. in l. vlt. ſub num. 9. & Iaſ. num. 7. verſ. ſecundo ex iſta. ff. de iuriſd. omn. iud.

Intellige hanc ſextam, & præcedentem illationem, vt procedant, dummodo non requiratur cauſæ congnitio; alias ſi requireretur, non poſſet extra diœceſim, per ea, quæ dixi ſupra ſub num. 79.

147 Infero ſeptimo, quòd exiſtens in alieno territorio, poteſt cauſam delegare, cum ibi non vertatur cauſæ cognitio, Gl. in cap. 7. nouit. in verbo, terminos. num. 40. in fine, & Abb. ſub num. 3. ibi, demum quærit. de offic. legat. Paul. de Caſtr. in l. vlt. num. 9. & Iaſ. num. 8. fall. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. licet enim delegans imperet, tamen imperat, & delegat ſine cauſæ cognitione, Gl. in dicto verbo, terminos. num. 40. in fine, & nu. 50.

Declara hanc illationem, vt ſi adhuc non eſſet ingreſſus territorium, delegatio non incipiat ſortiri effectum, niſi poſt ingreſſum, Paul. de Caſtr. in loco ſupra proxime citato.

148 Infero octauo, quòd arbiter, electus Papiæ, & exiſtens Mediolani, poteſt ibidem prorogare terminum compromiſſi, quia iſta prorogatio eſt mera executio poteſtatis ei attributæ per conſenſum partium, ſicque non requirit aliam citationem, & conſequenter poteſt fieri extra territorium, Bal. ſed confusè, in cap. 23. quintauallis. num. 35. de iureiur. quem ſequitur Iaſ. in l. vlt. num. 19. limit. 13. ff. de iuriſd. omn. iud.

Et hæc de ſecunda ampl. poſita ſup. n. 77.

149 Amplia tertio, vt non ſolum non poſſit exerceri extra territorium, ſed neque intra territorium, in loco exempto, per ea, quæ dixi ſupra num. 36. declar. 5. vbi vide, & adde quæ ſcripſi ſupra num. 66. verſ. ſed quid dicendum.

150 Abſolutis ampliationibus.

Limita primo eandem concluſionem, firmatam ſupra num. 42. vt non procedat in iuriſdictione voluntaria, niſi cum diſtinctione, de qua ſupra num. 79. & ſeqq. vbi latè examinauimus, inferendo ad multa.

151 Limita ſecundo, ſeu potius declara, vt habens duas Prouincias, ſeu duo territoria, ſi in vno iudicet cauſam, quæ erat inter homines alterius territorij, tunc aut non dicatur iudicare extra ſuum territorium, aut poſſit hoc modo iudicare extra territorium, vt ſecutus ſum ſupra, num. 7. 8. & 9. & infra ſpec. 6. num. 4. ampl. 3.

152 Limita tertio in magiſtratu, per vim expulſo de ſuo territorio, ſeu per vim impedito, ne ſuum ingrediatur territorium, quia contra expulſores, & impedientes ingreſſum poteſt ius dicere etiam extra territorium, Paul. de Caſtr. in l. vltima, num. 8. in fine, & Iaſ. num. 10. fall. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. & eſt copioſè diſpoſitum, & declaratum in clem. 1. de for. compet. & adde quæ ſcripſi q. præced. limit. 1. num. 58.

153 Limita quarto, vt non procedat quantum ad abſoluẽdum ab excommunicatione, quia fauore animarum poteſt etiam exiſtẽs extra territorium abſoluere, Iaſ. in l. vlt. num. 11. fall. 5. ff. de iuriſd. omn. iud. licet non poſſit excommunicare.

Contrarium tenet Gl. in cap. 7. nouit. in verbo, terminos. de offic. leg. quod contrarium videtur dupliciter ſuaſibile: primo, quia Epiſcopus non poteſt exercere iuriſdictionẽ extra ſuam diœceſim, per ea, quæ late ſcripſi ſupra num. 42. & ſeqq. ſecundo, quia ſi poſſet abſoluere, poſſet excommunicare, vt dicit Gloſ. hic ſupra citata, ſed non poteſt excommunicare, præſertim quando requiritur cauſæ cognitio, vt ſcripſi ſupra ſub nu. 79. & nu. 123. ergo neque abſoluere.

154 Limita quinto, ſeu potius declara, vt licet iudex non poſſit extra ſuum territorium exercere iuriſdictionem contentioſam, neq; voluntariam, in qua requiratur cauſæ cognitio, prout latè explicauimus ſupra, tamen effectus iuriſdictionis, quam exercet in ſuo territorio, poteſt extendi ad aliena territoria, vt patet ex ſeqq. illationibus.

Infero primo ex hac limitatione, quòd ſi Seius timeat offendi à Titio, & iudex cogat Titium ad promittendum, & ſatiſdãdum de non offendendo Seiũ, & Titius promittat, & ſatiſdet, & poſtea illũ offendat extra territoriũ, tenebitur ad pœnã promiſſam, Iaſ. in l. vlt. num. 12. fall. 6. ff. de iuriſd. omn. iud.

155 Infero ſecundo, quòd ſi iudex Florentinus dat tutorẽ pupillo; poteſt eidem tutori dare licentiam de adminiſtrandis bonis pupilli, quę ſunt extra territorium Florentinum, vt ex Iaſ. & alijs latius ſecutus ſum ſupra n. 68.

156 Infero tertio, quòd ſi iudex ordinatius tulit ſententiam contra ſuum ſubditum, & non reperiantur bona in ſuo territorio, in quibus poſſit exequi ſententiam, & ſubditus habeat bona in alieno territorio, in quo iudex

dex, qui vult exequi ſuam ſententiam, non habet iuriſdictionem, & ideo non poteſt ad illum locum mittere ſuum nuntium ad exequendum ſuper illis bonis, poteſt ſcribere iudici illius territorij, rogando eum, vt committat executionem ſuis famulis, vt ſecutus ſum infra gl. 14. q. 11. ſub num. 11.

157 Infero quarto, quod Epiſcopus poteſt ferre ſententiam excõmunicationis contra ſuũ ſubditum, exiſtentem in alieno territorio, Paul. de Caſtr. in dicta l. vlt. n. 5. & Iaſ. n. 17. fall. 11. ff. de iuriſd. omn. iud. & de hoc nõ dubitat Feder. de Sen. conſ. 182. ſtatuto. num. 3. Ratio eſt non ea, quam adducunt lo. de Lign. tract. de cenſ. eccleſ. §. 9. ſub num. 18. verſ. nam pondero. iunctis num. 16. & 17. fol. 314. tom. 14. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in locis ſupra proxime citatis, videlicet, quia ſententia fertur non circa corpus, ſed circa animam, quæ non circumſcribitur loco, ſed ratio eſt, quia effectus ſententiæ, latę in ſua iuriſdictione, poteſt extendi ad aliena territoria, vt patet ex prædictis illationibus,

158 Infero quinto, confirmando pręcedentem, & rationem, in ea à me adductam, quòd iudex poteſt bannire, & condemnare etiam ad mortem ſubditum, exiſtentem in alieno territorio; & hoc in praxi videmus quotidie ſeruari, & illa ſententia habet ſuum robur, ac ſi fuiſſet lata contra exiſtentem in territorio iudicis, qui eam protulit.

159 Subinfero, quòd ſi iſte, exiſtens extra territorium, aut intra territorium, ſit cõdemnatus in pœnam confiſcationis bonorum, & habeat bona etiam in alieno territorio, fiſcus illius territorij ea capiet, vt ex comm. opin. ſequitur Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. q. 78. verſ. ſed hic quæro. vbi multipliciter declarat.

Quando bona defuncti sũt in diuerſis territorijs, & vnus ſuccederet in vno, & alius in alio, vt hic in præcedenti ſubillatione, & ſupra num. 105. & 106. & ſimiliter ſupra ſub num. 67. coram me allegabatur, quòd quilibet ſucceſſor tenebatur ad debita ſui territorij, ita vt creditores vnius territorij non poſſent agere cõtra ſucceſſorem in alio territorio, niſi in ſubſidium, per textum in l. 18. ſi certarum. ff. de mil. teſtam. quod idem dicebatur de confiſcatione bonorũ, quando quilibet fiſcus apprehendit bona ſita in ſua iuriſdictione, vt quilibet teneretur ad debita ſuæ iuriſdictionis, & ad hęc allegabatur Ruin. conſ. 48. vt eius. ſub num. 2. lib. 3. qui multa congerit.

Tamen ego reſpondebam ex Alex. conſ. 31. viſo titulo. ſub num. 7. verſ. nunc venio. & num. 8. & ſeqq. lib. 1. vbi, tenendo contrarium, firmat quòd quilibet tenetur pro rhata bonorum, quia quamuis defunctus haberet bona in diuerſis territorijs, tamen vnicum dicitur habuiſſe, & reliquiſſe patrimonium, & contemplatione ſuę perſonæ, & omnium bonorum fuiſſe contracta debita; & ad l. ſi certarum. ff. de milit. teſtam. reſpondebam, quòd loquebatur in milite, in quo eſt ſpeciale, vt dicatur habere duplex patrimonium; & hanc reſponſionem ſumpſi etiam ex Tiraq. tract. de primog. q. 35. num. 31.

160 Declara has quinque illationes, notando differentiam inter hanc quintam, & præcedentes, quod in hac quinta tenet quidem ſententia lata contra ſubditum, exiſtentem intra territorium, vel extra, ſed ſuum effectũ non porrigit ad alienum territorium, præterquam quoad confiſcationem, vt dixi nu. præcedenti; quare ſententia in caſu huius quintæ illationis non recipit executionem banni, & mortis in alieno territorio, per ea, quæ dixi ſupra num. 59. & ſeqq. at ſententia lata in caſu primæ illationis, & ſequentium ad illam, habet executionem etiam in alieno territorio, & maximè in caſu quartæ illationis poſitæ ſupra num. 157. quia ſententia excommunicationis ligat excommunicatum vbicunque exiſtat, & licet bannum, & excommunicatio æquiparentur, tamen in hoc differunt, vt dixi ſupra num. 70. verſ. nota.

161 Ratio quare decretum dationis tutoris extendat vires ſuas vltra territorium, vt in ſecunda illatione, poſita ſupra num. 155. & non ſententia banni, vt dixi num. præcedenti, eſt, quia executio in caſu ſecundæ illationis procedit à iuriſdictione merè voluntaria, & nulli pręiudicat; vnde facilè habet prorogationem, ſecus eſt in executione banni, & mortis, quia hæc executio procedit à iuriſdictione contentioſiſſima, & contra inuitiſſimum, & nemo vult eſſe miniſter executionis ſententiæ, inferentis mortem; ratio autem, quare pœna confiſcationis habeat etiam ipſa effectum extra territorium, eſt; quia fiſcus eſt promptus ad exequendum ad ſui commodum, vnde cum quilibet fiſcus capiat pro ſe bona confiſcata, exiſtentia in ſuo territorio, non mirum, quòd ſententia con-

confiſcationis porrigat vires ſuas ad aliena territoria.

162 Limita ſexto, vt non procedat quando iuriſdictionem exarceret extra territorium de conſenſu partium, & iudicis illius territorij, quia tunc poſſet illam exercere, & valida eſſet prorogatio, Gl. in cap. 5. vt litigantes. in verbo, expenſis. de offic. ordin. in 6. dicens, quod Archiepiſcopus, vel eius delegatus poſſunt in aliena iuriſdictione cauſam cognoſcere, dummodo habeāt conſenſum partium, & Epiſcopi illius loci, Bal. in l. ſi quis ex conſenſu. n. 9. C. de epiſc. aud. Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num. 15. de offic. & poteſt. iud. deleg. Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 33. q. 7. de for. compet. Iaſ. in l. vlt. num. 14. limit. 8. ff. de iuriſd. omn. iudic. & hanc eſſe magis communem ſententiam, teſtatur ibidem Alex. ſub num. 7. ibi, dicas tamen. & quod ſit neceſſarius conſenſus iudicis territorij ſecutus ſum ex Abb. ſupra citato, & ex Matin. Frec. ſupra num. 43. & quòd de conſenſu partium iudex poſſit pronunciare extra territorium, ſcribit, nullo facto verbo de conſenſu iudicis, Crauet. conſ. 140. in cauſa. ſub num. 4.

163 Ratio huius limitationis eſt, quia iuriſdictio non deficiens poteſt, impedimentis non exiſtentibus, prorogari, vt latè explicauimus ſupra q. 2. num. 2. & ſeqq. at in iudice ordinario ſupponimus non deficere iuriſdictionem, &, ſtantibus conſenſibus, non extare impedimenta: ergo poteſt prorogari, & hoc eſt ſecundum me, quod ſentit Iaſ. in loco ſupra proxime citato, dicens, quòd cum extra territorium habeat iuriſdictionem habitu, licet non actu, poteſt prorogari.

Addo aliam rationem, quia quando iudex fauore partium, vel alterius tertij non poteſt iudicare extra tempus, vel extra locū, tunc, conſentientibus partibus, & tertio, poteſt iudicare extra tempus, & extra locum.

Contra hanc limitationem, quòd prorogatio iſta poſſit fieri etiam ſolo partium conſenſu, nulla facta mentione de conſenſu iudicis territorij, tenet motus ex argumento de tempore ad locum Alex. in l. vlt. ſub num. 5. ibi, ſed his non obſtantibus. ff. de iuriſd. omn. iud. & quòd non aliter ſit neceſſarius conſēſus iudicis, tenet Pet. de Bellaper. æſtimās, ſatis eſſe, quòd iudex territorij nō prohibeat, vt refert, & ſequitur Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub nu. 9. C. de epiſc. aud. quem retuli infra num. 165. & quòd hæc opinio Petri prævaleat opinioni Canoniſtarum, qui tenent, quòd iudex vnius diœceſis non poſſit inter ſuos ſubditos ius dicere in diœceſi alterius iudicis ſine conſenſu illius iudicis, ſcribit idem Cyn. in ead. l. ſi qui ex conſenſu. num. 10. in fine.

Sed tu, neglecta hac contraria opinione, & neglectis omnibus, quæ Alex. vbi ſupra, & poſt eum Dec. in ead. l. vltima, ſub num. 9. ſcripſerunt, non recedas à limitatione, quæ huic perpetuæ nititur rationi; quòd prorogatio iuriſdictionis nunquam poteſt fieri ſine expreſſo, vel ſaltem tacito conſenſu illius, in cuius incommodum, vel præiudicium redundat; ſed prorogatio ad alienum territorium tendit etiam in præiudicium, ac diminutionem auctoritatis iudicis illius territorij; ergo requiritur illius conſenſus; imò ſine illius conſenſu iudex, qui in eo iudicaret, haberetur tanquam priuatus.

164 Declara primo eandem limitationem, vt ſufficiat conſenſus tacitus partium, Alex. in l. vltima; ſub num. 6. ibi, ſed dic quod contrarium. ff. de iuriſd. omn. iud. quem videntur ſecuti ibidem Dec. ſub num. 9. & Iaſ. in l. vlt. in fine, ſub num. 10. ff. de iuſt. & iur. & faciunt quæ ſcripſi ſupra q. 2. num. 10. extenſ. 3.

Contrarium, quòd requiratur conſenſus expreſſus, ſentit Iaſ. ſibi propterea forſan parum conſtans, dum loquitur in conſenſu expreſſo in l. vlt. num. 14. limit. 8. ff. de iuriſd. omn. iud. & tenent alij, quos refert Alex. ibidem, num. 6. & videtur probari ex textu in cap. 11. ſtatutum. §. in nullo. de reſcrip. in 6. & quòd in prorogatione de loco ad locum requiratur conſenſus expreſſus, & tacitus non ſufficiat, dicit, loquendo indiſtincte, & ſimpliciter, Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 37. verſus finem, verſ. aduerte tamen. de for. compet.

Alij ſunt, nempe Hoſt. qui, vt refert Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 19. verſ. quandoque agitur de prorogatione de loco ad locum. de offic. & poteſt. iudic. deleg. & ex vtroque Alex. in dicta l. vlt. num. 8. in fine, tenet, quòd conſenſus partium non requiritur expreſſus, nec tacitus, dummodo interueniat conſenſus iudicis territorij, quo interueniente, tenet Hoſt. quòd iudex inter ſuos ſubditos etiam inuitos poſſit procedere in illo alieno territorio.

Contrarium, quòd ſit neceſſarius conſenſus partium, tenet Ant. de Butr. vbi ſupra

ſupra. & eſſe communem teſtatur, & ſequitur Alex.d.num.8.in fine.

165 Declara ſecundo, vt conſenſus iudicis territorij non requiratur aliter, quàm per viam non prohibitionis: ſufficit enim, quòd is non contradicat, ſeu non prohibeat iudici, & partibus, ne procedant in eius territorio; non enim eſt eius conſenſus aliter neceſſarius, Petr. de Bellapert. in l. ſi qui ex conſenſu. & Cyn. ſub num. 9. ibi, petr. tamen videtur. C. de epiſc.aud. dicens, quòd valebit proceſſus quouſque iudex illius loci non prohibuerit; prohibere tamen, inquit, poteſt, ne cognoſcat in loco ſuo; ſicut poteſt quis prohibere, ne alius ingrediatur fundum ſuum; quare, inquit, ſi iudex illius loci prohibeat, tunc prorogatio non poteſt fieri, non propter hoc, quòd prorogatio non poſſit fieri de loco ad locum, ſicut de tempore ad tempus, cum idem ſit iudicium de vtroque; ſed propter hoc, quia adeſt impedimentum prohibitionis; & cum Petr. & Cyn. reſidet Bar.in l. vlt. in fine, ff. de iuſt. & iur. hancque declarationem ex Iac.de Are. ſequitur Bal. in l. vlt. ſub num. 1. verſ. venio ad primam. in 3. opin.ff.de iuriſdict. omn. iud. ſed is non fideliter refert opinionem Petri de Bellaper.dum ait, quòd ſecundum Petr.prorogatio tenet,etiam iudice territorij inuito, itaut is prohibere non poſſit; & in hac eadem ſecunda declaratione reſidet in effectu Ant.de Butr.in cap. 40. p. & g. ſub num. 19. verſ. nunquid autem. ibi, puto tamen. de offic. deleg. vbi cum ſupra aliter contra Cyn. ſit locutus, poſtea tacita reconciliatione ſequitur hanc eandem declarationem, quòd cum iudex in alieno territorio habeat iuriſdictionem habitu, tenet iudicium, & eius exercitium in alieno territorio, niſi iudex illius territorij ſe opponat, & ipſum impediat, ſeu contradicat; ſecus, inquit, ſi contradicat, quia, eo inuito, non poteſt ibi ſedem locare;& ita ex communi opinione videtur tranſire Iaſ.in dicta l.vlt. in fine,num.10.ff.de iuſt.& iur.

166 Subdeclara hanc declarationem, vt procedat, ſuppoſita ſcientia iudicis, non prohibentis, quia ex iſta ſcientia elicitur tacitus conſenſus, qui ſufficit, alias ſine iſta ſcientia non diceretur tacitè conſentire, quia conſenſus non cadit in ignorantem, Alex.in l. vlt. ſub num.8. ibi, ſed concorda opiniones. & Dec. ſub num. 9. ibi, ſubijcit etiam. ff. de iuriſd. omn. iud. dicens, ſatis eſſe, quòd ſciat, & non contradicat; quare licet Cyn.& alij citati num.præced. loquantur indiſtinctè, itaut prorogatio teneat, ſiue iudex territorij ſciuerit,ſiue ignorauerit, tamen eorum loquutio videtur explicanda, vt procedat, quando iudex territorij ſciebat, quia tunc elicitur tacita illius voluntas, ſine qua non videtur conuenire iuſtitiæ, vt quis habeat facultatem in loco alieno; & videtur tunc ſufficere prohibitio legis tam naturalis, quàm poſitiuæ.

167 Declara tertio, vt conſenſus iudicis illius loci ſit neceſſarius, quando iudex, ius dicturus, vellet ibi publicum tribunal erigere; ſecus ſi ſententiam eſſet dicturus in loco ſecreto, puta, in camera, Paul. de Caſtr. in d. l. vlt. ſub num.8. ff. de iuriſdict. omn. iud.

Hæc declaratio Pauli de Caſtr.vti carens ratione in conſtituendo differentiam,& ideo ſuperflua, iure reijcitur ab Alex.in eadem l. ſub num.8. & à Dec.num.9.verſus finem.

168 Declara quarto,vt conſenſus iudicis territorij, ſiue requiratur expreſſus, ſiue ſufficiat tacitus, tunc ſit ſufficiens, quando habet iuriſdictionem ordinariam, ſeu alias talem, vt in eo territorio poſſet cauſam delegare, quia tunc iudex, qui in illo territorio iudicaret, videretur quodammodo iudicare reſpectu iudicis conſentientis, tanquam delegatus; ſecus ſi iudex conſentiens talem non haberet iuriſdictionem, Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 33. quæſt. 7. de for. compet. Tu poteris maturius cogitare de ratione.

169 Declara quinto, dummodo iudex non ignoret prorogationem factam per conſenſum partium, & iudicis loci, quia ſi illam ignoraret,& procederet,proceſſus,& ſententia,quam ferret,eſſent nulli ſecundum Paul. de Caſtr.in l. 1. ſub num. 22. quæſt. 6. verſ. aut loquimur. in vltimis verbis, C. de iuriſd.omn.iud.fol.336. vol. 7. inter Repeten. dum idem arbitratur in prorogatione de loco ad locum, quod de prorogatione temporis ad tempus, de qua ſcripſi quæſt. præced.limit.2.num.56. in ſecundo caſu; & ratio eſt ſecundum Paul. de Caſtr. quia iudex non poteſt ignorare loca ſuæ iuriſdictionis,in quibus eſt fundata ſua iuriſdictio.

Multa in contrarium poſſunt adduci, cogita.

170 Limita ſeptimo, vt forſan non procedat, quando loca ſunt confœderata, quia tunc,

 vt ar-

vt arbitror, proceſſus, & ſententia, lata in territorio alieno, ſed confœderato, poſſet tenere, per ea, quæ ſcripſi ſupra num.65.

171 Limita octauo, vt non procedat vbi conſuetudo eſſet in contrarium, quia conſuetudo poteſt inducere, vt quis poſſit exercere iuriſdictionem in alieno territorio, Iaſ. in d. l. vlt. num. 18. limit. 12. ff. de iuriſdict. omn. iud. adde, quæ ſcripſi ſupra num. 17. ſubext. 3.

172 Limita nono fauore libertatis, quia Præſes Prouinciæ poteſt cognoſcere, licet hæres non ſit eius prouinciæ. l. 51. non tantum. verſ. ſed an artificuliano. & ibi Gloſ. in verbo, prouinciæ. ff. de fideicomm. libert. quam ſequitur Iaſ. in dicta l. vlt. num. 15. limit. 9. ff. de iuriſdict. omn. iud. Sed hæc limitatio non eſt de exercitio iuriſdictionis extra territorium, ſed eſt de exercitio iuriſdictionis in perſonam non ſubditam.

Limita decimo declarando, vt licet iudex non poſſit ſedere, & iudicare in alieno territorio, tamen, ſedendo in ſuo, ibique procedendo, & ſententiando, an, quando, & quomodo poſſit citare in alieno territorio, vide quæ in cauſis ciuilibus ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 40. num. 6. & 7. & in cauſis criminalibus, ſub eodem num. 7. 8. & ſeqq. per totum illud caput, & quæ ſcripſi eodem lib. 1. cap. 33. num. 6. & ſeqq.

Limita vndecimo, quando Poteſtas eſt in exercitu extra ſuum diſtrictum, quia in his, quæ pertinent ad exercitum, poſſet ſententiam ferre, & ſimiliter Duces belli exiſtentes extra territorium, habēt adhuc imperium in homines ſuæ iuriſdictionis, & Iuſtitiarius, & magiſter Iuſtitiarius Regni quotidie diſcurrunt per prouinciam, purgando eam malis hominibus, & ſententia, vbicunque eam ferant, eſt valida, Bal. in l. vlt. in addit. verſ. vt plenè. ff. de iuſt. & iur.

Et hæc ſufficiant de iudice ordinario, de quo agere cœpi ſupra num. 1.

173 In iudice delegato an eius iuriſdictio poſſit prorogari de loco ad locum, eſt punctus magis difficilis, quàm appareat, quia cum in toto corpore iuris de eo non reperiatur aliquid ſancitum, præterquam in cap. 11. ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. in 6. Legiſtæ ieiunè, conciſè, & perplexè ſunt locuti: Canoniſtæ verò aliquid, & non ſufficienter, ſolùm de delegato apoſtolico attigerunt, prout loquitur text. in dicto §. in nullo. nos igitur, ſequendo noſtrum ordinem, quantum conuenit inſtituto noſtro, conabimur explicare, adducendo opiniones, formando diſtinctiones, & firmando reſolutiones.

Prima igitur opinio erit negatiua, quòd iuriſdictio delegati non poſſit prorogari de loco ad locum, per ea, quæ ſcribit Bar. in l. 1. num. 10. verſ. quæro nunquid. ff. de iudic. dicens, non poſſe prorogari iuriſdictionem eius, qui habet delegatam à Principe, quia, cum in delegato non adſit aliqua iuriſdictio, non poteſt priuatus illam prorogare, & ideo videretur illam dare de nouo, quod neque poteſt; requiritur ergo, vt is, in quem proroganda eſt iuriſdictio de loco ad locum, habeat iuriſdictionem in vno loco; quare deinde Bar. ibidem num. 11. declarat, vt prorogatio poſſit fieri de tempore ad tempus, & de re ad rem: eandem opin. negatiuam tenet Bal. in l. vlt. ſub num. 1. verſ. venio ad primam quæſt. ff. de iuriſdict. omn. iudic. dicens, quòd iuriſdictio delegata non prorogatur de loco ad locum; & licet is reddendo rationem dicat, quia iuriſdictio prorogata eſt eiuſdem ſpeciei, & qualitatis cum perſona; & ſic loquatur obſcurè, quia mutilatè, tamen ego intelligo, quòd velit dicere, quòd non prorogatur de loco ad locum, quia eſt prorogatio eiuſdem qualitatis cum prorogatione de perſona ad perſonam, quæ prorogatio fieri non poteſt, per ea, quæ ſcripſi infra ſpec. 6. num. 16. eandem opinionem videtur tenuiſſe Ant. de Butr. in cap. 40. p. & g. ſub num. 19. verſ. prædicta ſunt vera. de offic. & poteſt. iudic. delegat. dicens, quòd iuriſdictio delegata non poteſt prorogari de loco ad locum, ſaltem in delegato Papæ, quia extra locum, in quo eſt delegatus ad cognoſcendum, ſe conferre non poteſt, & remittit ſe ad not. in dicto cap. ſtatutum. §. in nullo.

174 Secunda opinio erit affirmatiua, quòd iuriſdictio delegata poteſt prorogari, Paul. de Caſtr. l. 1. ſub num. 16. ff. de iudic. & Abb. in dicto cap. p. & g. ſub num. 14. verſ. venio ad quartam. dicens, in delegato poſſe fieri prorogationem de loco ad locum, dummodo partes expreſsè conſentiant; quare, inquit, delegatus deputatus in certa diœceſi, poteſt cognoſcere extra illam, interueniente expreſſo conſenſu partium; hoc idem, loquendo in delegato apoſtolico, ſcribit Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. nu. 25. verſus finem, in 4. art. princip. quæſt. 6. limit. 3. de for. compet. hęcq. opinio accedēte

pattium

partium conſenſu expreſſo, habetur in dicto cap. 11. ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. in 6. & ideo non egemus Doctorum auctoritate, neque indagarione rationis.

175 Tertia opinio, quaſi ampliatiua huius ſecundæ, eſt Cyni in l. ſi qui ex conſenſu. n. 10. C. de epiſc. aud. vbi dicit, quòd delegatus Principis poteſt cognoſcere vbicũque, ſicut & Princeps, qui poteſt vbique exercere iuriſdictionem, & Baldi in l. 6. cum ſententiam. ſub nu. 2. verſ. opponitur ergo. C. de ſenten. & interl. omn. iud. qui propterea videtur inconſtanter, aut ſaltem confusè, & obſcurè locutus, & eũ ſequitur Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. part. in verbo, & demum fertur ſententia. ſub num. 72. & 73. fol. 442. qui tenet ſimpliciter, quòd delegatus, ex quò non habet certam ſedem deputatam, poteſt ſibi eligere locum, vbi vult, etiam in camera, & nullum verbum faciunt de adhibendo partium conſenſu.

176 Ego cenſeo, nullam ex iſtis relatis opinionibus eſſe ſimpliciter eligendam. Non quidem primam; tum quia illi obſtant ea, quæ ſcripſi ſupra pro ſecunda opinione, & quæ dixi num. ſeq. & infra num. 180. 185. & 190. tum quia fundamentum, quo mouetur Bar. dicens, delegatum non habere iuriſdictionem, ruit, cum etſi delegatus non diceretur habere iuriſdictionem iure proprio, prout habet ordinarius; tamen habet; & qui hoc negaret, peteret principia; ſiquidem nos agimus de iuriſdictione delegata; & communis omnium diuiſio iuriſdictionis comprehendit delegatam; tum quia Bar. in hoc ſeipſum conquaſſar, dum poſtea apertè dicit, poſſe prorogari de tempore ad tempus, & de re ad rem: ergo habet iuriſdictionem, & prorogabilem, & eſto, quòd Bal. apertè teneret, quòd prorogatio non fiat de loco ad locum; tamen non eſſet ſibi conſtans, vt dixi num. præced. Eligendam etiam non cenſeo ſecundam opinionem, quia eſto, quòd ſit vera, quando accedit expreſſus partium conſenſus, vt loquitur ille §. in nullo. tamen adhuc indiget diſtinctione; & declarationibus, ſine quibus ſubuerti poſſet. Minus eligi debet tertia opinio, quia maiori indiget explicatione.

177 Quare cum nulla ſit vera ſimpliciter, ſunt in primis diſtinguenda tria loca.

Primus locus eſt tota Ciuitas, ſeu ſimilis locus, pro quo eſt facta delegatio: & in iſto concludo, poſſe fieri prorogationem de loco ad locum intra eandem Ciuitatem, itaut delegatus poſſit intra candẽ Ciuitatẽ in quolibet loco honeſto ſententiam ferre, ſicut & arbiter, cui in compromiſſo non eſt datus certus locus, in quo ferre debeat ſententiam, Bal. in l. vlt. ſeu penult. ius pluribus. in addit. verſus finem, verſ. vt plene. ff. de iuſt. & iur. imò cum delegatus nullam in ea Ciuitate habeat ſedem ad iudicandum, non videtur dici prorogatio, quia poteſt in ea Ciuitate ſibi ſedem locare vbi vult, dummodo ſit locus honeſtus; & in hoc non reperio excitatam difficultatem; & ita procedit, quod ex eodem Bal. retuli ſupra ſub num. 175. Et intelligo, vt hæc concluſio procedat etiam ſine partium conſenſu; & ſuppono Ciuitatem, ſeu locum, pro quo ſit delegatio, eſſe ſub iuriſdictione delegantis: dico amplius, quòd ſi cauſa delegaretur ordinario, poſſet is extra ſedem ſuam ordinariam ſedere pro cauſa delegara etiam in Camera, ac ſi non eſſet Ordinarius.

Confirmatur hæc concluſio, quia ſi ſup. n. 1. diximus, eiuſmodi prorogationem eſſe licitam in ordinario, à fortiori erit licita in delegato, in quo non erit prorogatio, ſed erit noua tribunalis erectio.

178 Extende hanc concluſionem, vt procedat etiam in delegato ad vniuerſitatem cauſarum; is enim ſiue æquiparetur ordinario, vt æquiparari diximus cap. ſeq. quæſt. 19. remed. 1. concl. 6. num. 99. ſiue æquiparetur delegato, iuxta ea, quæ ſcripſi eodem cap. ſeq. quæſt. 8. ſub num. 160. verſ. extende. vbi citaui alia loca noſtra, poteſt, cuiuis æquiparetur, prorogare iuriſdictionem de loco ad locum intra eandem Ciuitatem, in qua eſt delegatus, vt, loquendo in ordinario, ſcripſi ſupra num. 1. & loquendo in delegato ſcripſi num. præceden. Et qui dicatur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, dixi ſupra lib. 1. cap. 66. num. 6.

Quicquid in contrarium contra hanc extenſionem, ad differẽtiam delegati ad vnam cauſam tantum, ſcripſerint Bal. in dicta l. vlt. ius pluribus. In addit. verſus finem, ff. de iuſt. & iur. & Maran. qui eum ſequitur in ſpec. in 3. pat. 6. part. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 73. fol. 442. dum dicunt, quòd delegatus ad vniuerſitatem cauſarum debet ſeruare locum delegantis.

179 Declara eandem concluſionem, dummodo locus ſit honeſtus, & commodus, prout

declaraui ſupra num. 21. & 32. declarat. 1. & 3. hancque declarationem habeo pro repetita in omnibus concluſionibus, in quibus dicimus poſſe prorogari iuriſdictionem de loco ad locum.

180 Secundus locus eſt, non ſola Ciuitas, vt in præcedenti, ſed eſt Ciuitas vna cum toto territorio delegantis; & tunc adhibeo duas conſiderationes.

Prima conſideratio eſt, quando delegans non habet aliud territorium, quàm illud, in quo originaliter mouenda eſſet cauſa, quam delegat: & in iſta conſideratione concludo, quòd delegatus poteſt procedere, & iudicare etiam extra Ciuitatem, pro qua facta eſt delegatio, dummodo iudicet intra illud territorium delegantis, & non extra; & moueor triplici ratione: prima, quia iuſdicenti intra territorium eſt parendum, vt, ſumpto argumento per contrarium ſenſum, patet ex l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. & ex cap. 2. in fine, de conſtit. in 6. ſecunda, quia hoc idem ſupra num. 1. concluſimus in ordinario, in quo maior potuiſſet eſſe dubitatio: tertia, quia delegato apoſtolico eſt prohibitum iudicare extra diœceſim; ſed non in ciuitate, & diœceſi, cap. 11. ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. in 6. & quòd delegatus, ſi ei non ſit in delegatione aſſignatus certus locus, poſſit, & debeat citare intra territorium, & limites iuriſdictionis, & ad locum, qui ſit honeſtus, partibus non multum incommodus, & eiſdem ſit tutus, & ſecurus, latè ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 32. num. 25. & ſeqq.

Exemplifica primo huius conſiderationis concluſionem in aliquo Barone, ſeu Domicello, qui habeat vnam baroniam duarum, aut quinque terrarum, quarum regimini vnum præponat officialem.

Exemplifica ſecundo in delegato iudicis ordinarij, per ea, quæ ſcribit Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 25. verſus finem, in 4. art. princ. quæſt. 6. limit. 3. de for. comp.

181 Secunda conſideratio eſt, quando delegans habet plura territoria, & plures dignitates; vt eſt Imperator, & præcipuè Papa, cuius iuriſdictio habitu, & actu in rebus eccleſiæ ſe extendit inter Chriſtianos per totum terrarum orbem; ſuntque etiam alij inferiores, quales ſunt reges, & qualis eſt Magnus Dux Etruriæ; & in iſta conſideratione, loquendo prius de delegato apoſtolico, facio duas concluſiones.

Primo concludo, diſtinguendo: Aut actor, impetraturus iudicem, & reus ſunt eiuſdem Ciuitatis, vel diœceſis; & concludo, quòd iudex debet impetrari intra ipſam diœceſim, & non extra, d. cap. 11. ſtatutum. §. cum verò. Aut actor, & reus ſunt diuerſarum diœceſum; & tunc concludo, quòd eſt impetrandus intra diœceſim rei, dicto cap. 11. ſtatutum. §. cum autem actor.

182 Declara hanc concluſionem, vt in caſu, quo licet actori impetrare iudicem extra diœceſim communem, vel extra diœceſim rei, debeat illum impetrare intra diœceſim vicinam pro loco, non diſtanti vltra vnam dietam à fine diœceſis, in qua, remoto illo caſu, fuiſſet impetrandus, eodem cap.

183 ſtatutum. §. cum verò. † & qui ſint caſus, in quibus actor poteſt impetrare delegatum extra diœceſim rei, habes in eodem §. cum verò. & ſcribit Gul. de Mont. Laudun. in clem. de reſcrip. in rubr. num. 10. & ſeqq. fol. 139. tom. 6. inter Repeten.

184 Nota ex hac eadem declaratione, quòd licet olim poſſet fieri impetratio iudicis intra duas dietas, prout ſecundum illa iura locuti ſumus nos cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. ſub num. 86. verſ. confirmatur. tamen illa iura hodie ſunt correcta, vt habes in Gl. in eodem cap. ſtatutum. §. cum verò. in verbo, vnam dietam. & in §. in nullo. in verbo, prædictorum. quod aduerti etiam ſupra lib. 1. cap. 32. num. 34.

185 Secundo concludo, quòd iudex delegatus à Sede Apoſtolica nullo caſu poteſt citare partes, aut de cauſa alio in loco cognoſcere, quàm in ciuitate, ſeu diœceſi, in qua eſt deputatus, niſi ad id expreſſus acceſſerit partium conſenſus, dicto cap. ſtatutum. §. in nullo quoque. & conſenſus vnius non ſufficit, & requiritur vtriuſque ita expreſſus, vt tacitus, facto explicatus, non ſufficiat; quare non ſufficit litis conteſtatio, & proceſſus ad vlteriora ſine exceptione, & ſine oppoſitione, quia nihilominus proceſſus eſſet ipſo iure nullus, Rot. deciſ. 15. alias 380. ſi iudex. initio, & num. 2. de offic. deleg. in nou.

Nõ obſtat, quòd plus ſit conſentire facto, quàm verbo, vt, multis citatis iuribus, motiuat ipſa Rota, quia poſtea, adducendo in hoc multa contraria, reſpondet, quod vbi ex diſpoſitione iuris requiritur conſenſus expreſſus, tanquam pro forma, tacitus non ſufficit.

Ex-

186 Extende has duas concluſiones, vt ſi contra eas, vel vnam earum fuerit contra factum, proceſſus ſit irritus, & nullus, dicto cap. ſtatutum. in fine, de reſcrip. in 6. & Rot. vbi ſupra.

187 Delegatus ordinarij, nempe, Epiſcopi, an poſſit ſaltem de conſenſu partium iudicare extra territorium Epiſcopi delegantis, vide Rot. deciſ. 7. alias 371. ſi epiſcopus. num. 2. in fine, verſ. ſecundum dubium, & num. 3. per totum, de offic. vic. in nou.

188 Amplia hæc omnia, quæ dixi in delegato apoſtolico, vt ſint rationabilia etiam in delegato Imperatoris, & Regis habentium diuerſas prouincias, & dominia, quia cum ius ciuile de his non diſponat, non dedignabitur ſacros canones, qui rationaliter decreuerunt, imitari.

189 Tertius locus eſt extra territorium delegantis, & loquendo de iſto loco, concludo, quòd delegatus non poteſt procedere extra territorium delegantis, per ea, quæ, loquendo de iudice ordinario, ſcripſi ſupra num. 42. militat enim eadem ratio: nam ſi ipſemet Baro, Marchio, & ſimilis, qui eſt ordinarius, & iudex perpetuus, vt dixi quæſt. præceden. limitat. 5. num. 25. non poſſet cognoſcere, & procedere extra ſuam baroniam in alieno dominio, per ea, quæ dixi dicto num. 42. multò minus poterit eius delegatus, qui repræſentat iuriſdictionem delegantis.

190 Reſtringe hanc concluſionem, vt non ſit vera, quando partes conſentirent, vt procederet extra territorium delegantis, quia tunc prorogatio, & conſequenter proceſſus teneret, etiam non accedente conſenſu iudicis illius territorij, in quo delegatus facit proceſſum, quia illius conſenſus non eſt neceſſarius, Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num. 14. verſ. venio ad quartam ſpeciem. de offic. deleg. & apertius Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. part. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 75. in fine, & num. ſeqq. fol. 443. & mouentur ex ſæpe citato cap. ſtatutum. §. in nullo. de reſcript. in 6. & ratio, quæ colligitur ex Abb. dum facit differentiam inter delegatum, & ordinarium, & aperte traditur à Maran. vbi ſupra, eſt, quia iuriſdictio delegati non cohæret, nec terminatur territorio, ſicut iuriſdictio ordinarij.

191 Sępè in hac ſecunda prorogationis ſpecie, agendo quandoque de loco, in quo iudex debeat ſedere pro tribunali, & quandoque de loco, in quo bannitus poteſt, vel non poteſt impunè occidi, & de ſimilibus; locutus ſum de territorio, & diſtrictu, quærendo, an prædicta poſſint fieri ſolum in territorio.

Contingit propterea nunc dubitari, an mare veniat appellatione territorij, & diſtrictus, & conſequenter an ea, quæ firmauimus, loquendo de territorio, rectè applicentur etiam mari: nam videtur quòd non, quia mare videtur commune, in nullius eſſe dominio, & diuiſim non poſſe certis finibus terminari.

Concludo contrarium, quòd illa regulariter habent locum etiam in mari, quia Ciuitates maritimæ dicuntur habere diſtrictum etiam in mari, vnde dicitur mare Venetorum, mare Ianuenſium, Io. Monach. in cap. 3. vbi periculum. num. 12. de elect. in 6. & appellatione territorij alicuius Ciuitatis comprehendi etiam mare, ſcribit Cæpol. tract. de ſeruit. reſtir. præd. cap. 26. nu. 26. & 27. tom. 6. par. 2. fol. 238. & eum, qui eſt in mari, quod regitur per Ciuitatem maximam, vt Ianua, & Venetiæ, non videri eſſe extra diſtrictum, & conſequenter ibi ius reddi poſſe, ſcribit Bal. in l. 1. num. 8. verſ. & not. C. de ſent. ex peric. recit.

192 hincque † eſt, quòd ſi contigerit, Papam obire extra Ciuitatem, in qua reſidebat, & alterius electio fieri debeat in territorio Ciuitatis, vbi obierit, vt diſponitur in dicto cap. vbi periculum. §. porrò. & obierit in mari, Cardinales debent conuenire in Ciuitate, per quam locus ille maris diſtinguitur, Gloſ. in dicto §. porrò. in verbo, territorio. idque ſatis eſt de mente prædictorum, ſeu confirmatur ex prædictis.

193 Quod autem adſint Ciuitates, in quarum territorio, & diſtrictu poſſit connumerari mare, patet, quia Veneti ex longa conſuetudine dicunt ſe habere iuriſdictionem in ſuo mari, vt refert Bar. in l. 13. iniuriarum. §. ſi quis me, num. 2. ff. de iniur. & famoſ. libel. & quòd prouidentia ſua maris Hadriatici iuriſdictionem, & dominium, præſcripſerint per tantum tempus, cuius initij memoria hominum non extat in contrarium, hęcq; pręſumptio habeatur pro legitimo priuilegio, ideoq. Doctor. communiter teneant, quòd in ſuo Gulpho maris Hadriatici gabellas, & pedagia licite imponere, & exigere valeant, ſcribit, ſi ei credendum eſt, Ferret. de re nau. lib. 2. ſub num. 23. verſ. forti. tom. 12.

fol. 329. & quòd hoc dominium habeant etiam ex priuilegio, & titulo apoſtolico, & imperiali, & ideo poſſint imponere, & exigere, vt ſupra, ſcribit idem Ferret. tract. de gabel. num. 177. eod. tom. 12. fol. 83. & quod ex cõſuetudine ſint domini maris Hadriatici, & poſſint ſtatuere ſuper gabellas illius maris, & quòd litora dicti maris ſint Venetorum in genere, ſed in particulari ſint Ciuitatum vicinarum ſcribit Bertach. eod. tract. de gabel. par. 1. num. 20. eod. tom. 12. fol. 53. & quòd propterea poſsint interdicere Ianuẽſibus, & alijs, ne in eorũ Gulpho nauigent ſcribũt (ſi eis credimus) Ang. conſ. 290. thema tale eſt. & Iaſ. in l. ex hoc iure. num. 27. verſ. item gulphus. ff. de iuſt. & iur.

194 Quòd etiam Ianuenſes præſcripſerint iuriſdictionem in mari, ſcribunt Martin. Lauden. tract. de princip. q. 123. tom. 16. fol. 206. & Cæpol. dicto tract. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 26. num. 7. fol. 237. & ſentiunt aperte Io. Monach. & Bal. in locis ſupra proxime citatis; hocq. mare, quod ſeruit Ianuenſibus, dicitur Liguſticum, Bened. Bon. tract. de cenſib. art. 16. ſub num. 40. tom. 6. par. 2. fol. 167.

195 Mare verò, quod ſeruit Piſis, & Tuſciæ, dicitur Thirrenum, Bon. in loco ſupra proxime citato.

De alijs locis aquaticis, vt ſunt flumina, ſtagna, & lacus, non eſt dubitandum, quòd comprehendantur in territorijs locorũ, & Ciuitatũ, vt eſt lacus Auezani, & lacus Peruſij, de quo loquitur Ferret. d. tract. de re nauali. lib. 2. ſub num. 24. tom. 12. fol. 329.

GLOS. VII. QVAEST. IV.

S P E C. III.

De prorogatione rei, quæ prorogatio ſæpe fit per reconuentionem, & compenſationem.

S V M M A R I V M.

Prorogatio iuriſdictionis poteſt fieri de re ad rem, & de quantitate ad quantitatem, num. 1. Et tam coram ordinario, quam coram delegato, num. 2. & 3. Et etiam coram arbitro, ſub eod. num. 2.

Compenſationem adducens videtur petere, & agere, ſub num. 4. Contrarium, num. 20. & 47. in fine.

Compenſatio, & reconuentio quamuis videantur ſimiles, & in aliquibus conuenire, ſub num. 4. & 5. Tamen differunt ſpecie in multis, num. 6. & ſeqq. & num. 12. & ſeqq.

Prorogatio iuriſdictionis non cadit in compenſatione, ſub num. 6. & ſeqq.

Iudex abſque vlla prorogatione iuriſdictionis eſt competens ſuper compenſatione, ſub num. 6. & ſeqq.

Compenſatio eſt quædam ſolutio, ſub num. 9.

Compenſatio poteſt opponi, etiam poſt latam ſententiam, num. 137.

Iudicio vno quod poteſt expediri, non debet expediri pluralitate iudiciorum, num. 10.

Exceptio quandoque prius eſt cognoſcenda, ſub num. 8.

Reconuentionis natura quæ ſit, num. 12.

Compenſatio poteſt fieri ex omnibus actionibus, &c. num. 13.

Compenſatio fit ſolum de quantitate ad quantitatem mutuabilem, num. 13. Non autem fit de vno genere ad aliud, neque de re commodabili, num. 14. Neque de ſpecie ad quantitatem, neque è contra, num. 15. Et quare non fiat, num. 17.

Compenſatio de genere ad genus, ſeu de ſpecie ad ſpeciem quando, & quomodo poſſit fieri, remiſſiuè, num. 18.

Reconuentio habet locum in omnibus cauſis, in omnibus obligationibus, actionibus, & ſuper omnibus rebus, quouis modo differentibus à petitis, num. 19. 49. 67. & 68. Et tam coram ordinario, quam coram Delegato, num. 69. Declaratur, num. 73. & ſeqq. Et quando non habeat locum, num. 77. & ſeqq.

Compenſationem opponens, non poteſt obtinere aliud, quam abſolutionem à petitis, num. 20. Secus eſt ſi reconueniat, num. 21.

Excipiens de compenſatione, fatetur debitum, num. 22.

Reconuentio eſt petitio, num. 23. & 26.

Sportulæ, ſeu gabella ſi ſolui debeant de qualibet re petita, erunt ſoluendæ etiam de reconuentione, num. 23. & ſeqq. & num. 31. & 32. Sed pro petita compenſatione non ſoluerentur, num. 33.

Reconuentio habet naturam actionis, ſiue conuentionis, num. 24.

Excommunicatus non poteſt reconuenire, num. 25.

Ban-

Bannitus non poteſt reconuenire, num. 36.
Reconuentionis cauſa requirit libellum, & cætera acta ordinatoria, ſicut requirit conuentio, num. 26.
Reconuenire non poteſt reus, ſi prius non fuerit terminata exceptio dilatoria, quam ipſe oppoſuit, num. 27.
Sportulæ quare ſolui debeant iudici, num. 28. Et quando non debeantur, num. 29.
Libelli plures ſuper diuerſis licet cumulentur vnica carta, tamē plures ſunt libelli, n. 31.
Modus agendi, & excipiendi ſemper eſt inſpiciendus, num. 34.
Excommunicatus poteſt compenſare, num. 35.
Bannitus poteſt compenſare, num. 36.
Compenſatio fit de liquido ad liquidum, non autem de liquido ad illiquidum, num. 37.
Reconuentio procedit quamuis ſit illiquida, & conuentio ſit liquida, num. 38.
Sententia fertur ſeparata in cauſa conuentionis, & reconuentionis, & vna prius altera, quando de vna cauſa prius, quam de altera liquet, num. 38.
Compenſatio cognoſcitur, & deciditur ex eodem proceſſu, num. 39.
Arbiter ſeu arbitrator electus de voluntate partium ſine neceſſitate ſtatuti, poteſt cognoſcere de compenſatione, num. 40. Sed non poteſt cognoſcere cauſam reconuentionis, num. 41. Et quando poſſit cognoſcere, ſub num. 43. in quarta reſponſione, & num. 46. & 47.
Arbiter iuris poteſt cognoſcere de cauſa reconuentionis, num. 44. Et quando non poſſit, num. 45.
Prorogatur iuriſdictio per viam reconuentionis, ſine qua iudex eſſet incompetens, num. 48. & ſeqq. & ſub num. 90. Et quando non poſſit prorogari, num. 77. & ſeqq. & nu. 91. & ſeqq.
Incompetentiæ exceptio non habet locum in cauſa reconuentionis, ſub num. 48.
Reconuentio debet fieri coram eodem iudice conuentionis, & non coram alio, & quæ ſit ratio, num. 49. Etiam ſi conuentio, & reconuentio fierent ſuper diuerſis rebus, aut cauſis, num. 53.
Prorogari poteſt iuriſdictio de minori ad maiorem quantitatem, & de maiori ad minorem, num. 50. Hæcque prorogatio fit ex neceſſitate legis per ſolam reconuentionem, etiam parte inuita, num. 51. Et quando fit aſcenſiue de minori quantitate ad maiorem, poteſt fieri, etiam ſi aſcenderet ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis, nu. 52.
Delegati iuriſdictio poteſt de partium conſenſu, vel per reconuentionem prorogari de re ad rem, & de quantitate ad quantitatem, ſub num. 51.
Reconuentio tunc præcipue fieri debet coram eodem iudice, quando actor conuenit reum coram iudice ipſius actoris, num. 54. Etiam ſi reus potuiſſet ex priuilegio agere coram alio iudice, num. 55. Et etiam quando reum conueniſſet coram iudice ipſius rei, num. 56. Et quid quando actor conueniſſet reum coram iudice penitus non ſuo, num. 57. Hæc omnia ſunt ſuperflua, quia reconuentio regulariter fieri debet coram eodem iudice, num. 58.
Reconuentio fieri debet coram eodem iudice, quando eſt ſuper eadem re, de qua eſt conuentio, num. 59. & ſeqq.
Cauſæ continentia non eſt diuidenda, ideoq. tota controuerſia remittenda eſt ad vnum eundemq. iudicem, num 62. 63. & 64.
Reconuentio quando fieri debeat, dato libello, & quando ſine libello, & quando vna eademque ſententia debeat vtraque cauſa terminari, & quando ſeparatis ſententijs, &c. num. 65. & 66. iunctis num. 60. & 61. & ſub num. 107.
Reconuentio poteſt fieri etiam de re, quæ eſt ſub diuerſa ſpecie, num. 67. Et poteſt fieri etiam inter perſonas, quæ ſunt ſub ſeparatis iuriſdictionibus, num. 68. Et coram iudice dato alicui perſonæ, ſeu perſonis ex priuilegio, num. 70.
Reconuentio an iudicem incompetentem faciat indiſtinctè competentem, num. 77. & ſeqq.
Reconuentio an, & quando fieri poſſit coram delegato, num. 69. 73. & ſeqq.
Reconueniri poteſt procurator, etiam ſi ſit ſimpliciter datus ad agendum, num. 76.
Competens licet non ſit iudex quando ageretur principaliter, tamen eſt competens dum agitur incidenter, & in ordine ad cauſam, in qua eſt competens, num. 80. & ſeqq.
Status cauſa quomodo poſſit incidenter cognoſci à iudice incompetenti, num. 81. & 83.
Clericus an quis ſit, nec ne quomodo cognoſci poſſit à iudice ſeculari, num. 83.
Clerici qui actus ſupponantur iuriſdictioni iudicis ſecularis, ſub num. 83. verſ. confirmatur. & num. 131.
Ciuilium cauſarum iudex an poſſit cognoſcere

ſcere de falſitate teſtis, num. 84.

Delegatus in cauſa ciuili an poſſit punire teſtem, qui coram eo falſum dixerit, nu. 85.

Reconuentionis modo non proceditur ſuper exceptione oppoſita, ſuper qua iudex cognoſcit incidenter, cum ad cognoſcendum principaliter ſit incompetens, num. 87. & ſeqq.

Reconuenire actorem criminaliter coram iudice cauſarum ciuilium non poteſt reus, qui coram eo eſt conuentus ciuiliter, num. 93. & ſeq.

Accuſatus criminaliter, an & quando poſſit criminaliter reaccuſare accuſatorem, num. 95. & ſeqq. in quibus variæ iuriſconſultorum referuntur doctrinæ. Et an poſſit reaccuſare ciuiliter, num. 102. & ſeqq. in quibus conſiderantur quatuor caſus.

Nomen accuſati quando dicatur receptum inter reos, num. 100. & 101.

Arbitrium in modo procedendi in cauſis criminalibus quare detur iudici, ſub nu. 99.

Cauſa criminalis, tanquam maior, facit ſilere ciuilem, tanquam minorem, num. 105. 106. & ſub num. 107.

Conuentus ciuiliter, an poſſit criminaliter reconuenire actorem ſuper re diuerſa coram eodem iudice, num. 107. Et an conuentus ciuiliter de crimine, poſſit actorem reconuenire ciuiliter de alio crimine, & quid ſi velit reconuenire ex cauſa mere ciuili, num. 108.

Recōuenire corā iudice ſeculari de re ſpirituali, vel eccleſiaſtica non poteſt qui fuit conuentus de re prophana, num. 110. & 111. & num. 132.

Reconuentio coram magiſtris artium fieri non poteſt de re, non pertinente ad eorum iuriſdictionem, num. 112.

Scholaris ſi cōuentus coram ordinario declinauerit eius iuriſdictionem, & ideo fuerit couentus coram Rectore, an poſſit coram eo reconuenire actorem non ſcholarem, num. 113. & ſeqq. in quibus pro concordia plures diſtinguuntur caſus.

Priuilegiatus an vtatur priuilegio contra æque priuilegiatum, num. 119. & 120.

Priuilegiati in electione fori, an poſſint reconueniri coram eodem iudice, quem elegerunt, num. 122.

Accuſatus de hæreſi coram Inquiſitore, non poteſt accuſatorem reconuenire coram eo de alia ſpecie delicti, num. 123. & 124.

Reconuentio locum non habet coram Iudice appellationis, num. 125.

Clericus agens contra laicum coram iudice ſeculari, an poſſit coram eo reconueniri à laico, num. 127. & ſeqq. in quibus diſtinguuntur aliqui caſus.

Clericus quando poſſit conueniri coram iudice ſeculari, ſub num. 131.

Recōuētio licet ſit permiſſa in omnibus cauſis, in quibus ex vi reconuentionis poteſt oriri competentia in iudice, num. 133. Limitatur tamen multipliciter. Primo in his, in quibus non eſt propriè iudicium, num. 134. Secundo, vbi periculum eſt in mora, num. 135. Tertio quando lata eſt ſententia, num. 136. Quarto in cauſa ſummaria, num. 138. & ſeqq. & num. 143.

Conuentus iudicio ſummario, ſeu executiuo, an poſſit reconuenire iudicio ordinario, nu. 138. & ſeqq.

Reconuentionis, & conuentionis cauſæ an gaudeant ſimultaneo proceſſu, & ſimultanea determinatione, num. 141. & ſeqq. & num. 155. & 156.

Ignorata à iudice prorogatione de re ad rem, iudex adhuc valide procedit, num. 158. & 159.

1 PROROGARI poſſe iuriſdictionem de re ad rem, ſeu de quantitate ad quantitatem, ſcribunt Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. num. 8. verſ. venio ad qualitatem. C. de epiſc. aud. Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſtinct. 6. ſub num. 33. fol. 119. & diuerſis in locis communiter omnes, & ſatis probatur ex ll. citatis infra num. 48.

2 Et poſſe prorogari tàm coram ordinario, quàm coram delegato, ſcribunt Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num. 12. verſ. venio ad ſecundam. de offic. & poteſt. iud. deleg. Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 29. verſ. primo igitur. de for. competen. & coram delegato prius dixit ſub num. 25. q. 6. & poſſe prorogari de re ad rem coram delegato, ſcribunt Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. num. 16. verſ. ſed dic quòd iuriſdictio. C. de epiſc. aud. Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 16. ff. de iudic. & Surd. conſ. 280. quòd illuſtres. num. 18. lib. 2. & poſſe prorogari coram arbitro, ſcribit M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. q. 7. princip. num. 47. & 48. tom. 3. par. 1. fol. 185. de qua re egimus infra num. 40. & ſeqq. quia hęc prorogatio ſępe fit per recon-

reconuentionem; ideo de ea præcipuè erit agendum.

3 Non obſtat, quòd text. in l. 1. C. ſi à non competen. iud. dicat, quòd iudex, ad certam rem datus, ſi de alijs pronunciauerit, quam quod ad eam rem pertinet, nihil egit.

Quia reſpondeo, verum eſſe, quòd delegatus non poteſt pronunciare de alia re, quàm de ea, pro qua eſt delegatus, vt dicit ille textus; ſed dico, quòd per prorogationem poteſt pronunciare ſuper alia re, vt late declarat Gl. in dicta l. 1. in verbo, nihil egit.

De non proroganda iuriſdictione de vna ſpecie cauſarũ ad aliam ſpeciem cauſarum, ſeu de vna ſpecie perſonarum ad aliam ſpeciem perſonarum, vide quæ ſcripſi q. præced. limit. 1. num. 91. & ſeqq.

4 Pro huius prorogationis exacta intelligentia formabo quatuor difficultates, & in prima, ſecunda, & tertia late indagabo naturam compenſationis, & reconuentionis, quibus iuriſdictio iudicis ampliatur, & quandoque prorogatur; in quarta verò breuiter agam de ignorantia, & errore circa prorogationem de re ad rem: & de prima agam hic: de ſecunda infra, num. 48. de tertia num. 133. & de quarta num. 158.

Prima igitur difficultas ad effectum præfatæ indagationis, eſt, an & in quibus differant compenſatio, & reconuentio.

Cõcludo in hac difficultate, quòd licet cõpenſatio ſit quædam petitio, l. 15. amplius. ff. rem. rat. hab. Mar. Socc. in rubr. art. 1. ſub n. 1. verſ. & aduerte. de mut. petit. & compenſans videatur agere, Bal. in l. tàm mandatori. num. 9. in fine, verſ. ſed hic dubitatur. C. non num. pecun. Tynd. tract. de compenſ. initio, ſub num. 73. verſ. tertia eſt. in 6. art. tom. 6. par. 2. fol. 254. & ideo compenſatio, ſeu exceptio compenſationis dicatur quędam mutua petitio, ſeu reconuentio, Bal. in l. ſi conſtat. num. 6. in fine, verſ. item è contra. & l. neque ſcriptura. num. 2. in fine, verſ. item opp. C. de compenſ. Iaſ. in l. aquiliana. ſub num. 9. ff. de tranſact. Mar. Soc. in loco ſupra proxime citato, Lanfran. de Orian. tract. de arbitr. diuiſ. 7. q. 29. num. 69. tom. 3. par. 1. fol. 221. M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. in 4. q. princip. de quibus cauſis, num. 24. eod. tom. fol. 168. & Tynd. tract. de compenſ. art. 7. ſub num. 43. fol. 257. & ſimilitudinarie, non autem proprie loquendo, ſit reconuentio, & ideo exceptio compenſationis non habeat locum coram arbitro, ſpecialiter aſſumpto ſuper alia quantitate, Bal. in l. cum papinianus. num. 15. & 16. verſ. quęro nunquid. C. de ſent. & interl. omn. iudic. & eſſe ſimilem compenſationi ſcribit in auth. & conſequenter. num. 5. q. 3. & ſub num. 10. verſ. extra quæro. C. eod.

5 Et hoc, quia conueniunt in aliquibus. Primo enim conueniunt in hoc, quòd tam compenſatio, quàm reconuentio proponitur à reo conuento contra actorem. Secundo, quia in effectu vtraque eſt ad defenſionem. Tertio, quia qui poteſt eſſe iudex recõuentionis, multò magis poteſt eſſe iudex compenſationis, per ea quæ dixi infra nu. 7. Quarto, quia reus compenſationem poteſt proponere per viam reconuentionis, & è conuerſo, ſi reconuentio ſit de re compenſabili.

6 Tamen veritas eſt, quòd compenſatio, & reconuentio ſunt diuerſa, & differunt inter ſe potius ſpecie, quàm numero, & accidentibus, vt patet ex ſequentibus differentijs.

Prima differentia eſt, (& hæc tangit articulum noſtrum) quia in cõpenſatione non cadit prorogatio iuriſdictionis: nam iudex, (quicunque ille ſit) qui cognoſcit de petitione actoris, cognoſcit etiam ex ſua propria iuriſdictione ſine vlla prorogatione de compenſatione.

7 Ratio eſt, quia iudex habet æqualem iuriſdictionem, imò eandem ſuper actione, & iuribus actoris, & ſuper exceptionibus, & iuribus rei, & proinde eſt ita competens ad cognoſcendum, & iudicandum iura actoris, ſicut ad cognoſcendum iura rei, ſi talia ſint, vt percutere poſſint iura actoris, & aderſus ea parere abſolutionem, vt puta, ſi excipiat de ſolutione, de pacto de non petendo, de falſitate, & ſimilibus; quia alias non eſſet iudex, non eſſet iudicium, & non eſſet iuſtitia, cum iſtæ tres perſonę ſint ſemper neceſſariæ, nempè actor, qui proponat omnia ſua iura, reus, qui deducat omnes ſuas exceptiones, & iudex, qui æqualiter de omnibus cognoſcat, & ſuper illis iuſtitiam faciat, per ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 4. quæſt. 7. num. 1. & ſeqq.

8 Sed compenſationis exceptio, ſi habeat ſua requiſita, de quibus infra, num. 13. & ſeqq. & nu. 37. percutit ius actoris, & poteſt reo excipienti parere abſolutionem.

Ergo iudex eſt æquè competens, & habet æquè iuriſdictionem ſuper actione actoris, ſicut ſuper exceptione rei; imò de natura exce-

exceptionis eſt, vt iudex non ſolum ſit in ea competens, vt dixi, ſed, quòd quandoque teneatur de ea prius cognoſcere, vt loquendo de exceptione ſpolij, dicit tex. in cap. 2. §. nos autem. de ordin. cogn.

9 Confirmatur primò hæc minor propoſitio quoad competentiam ſuper exceptione compenſationis, quia idem iudex eadem iuriſdictione, qua cognoſcit de credito, petito ab actore, debet cognoſcere de ſolutione, oppoſita à reo debitore, ſed compenſatio eſt quædã ſolutio, vt ſcribunt Tyn. Capic. Sebaſt. Medic. & Mant. quos ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. ſub num. 43. maximè quando compenſatio fit ipſo iure ſine miniſterio hominis, vt explicaui ead. gl. 5. ſub num. 424. & ſeqq. ergo &c. Imò etiam ſi non fiat ipſo iure, tamen procedit hæc confirmatio, quia ſicut iudex teneretur cognoſcere non ſolum de propria ſolutione, facta ante motam litem; ſed etiam de ea, quæ fit, pendente lite, ante ſententiam, ita etiam tenetur cognoſcere tam de compenſatione, facta ipſo iure ante litem, quàm de ea, quæ fit facto hominis, pendente lite.

10 Confirmatur ſecundo, quia fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora: vnde, quod poteſt vno iudicio expediri, ſcilicet per actionem, & exceptionem, non debet expediri pluralitate iudiciorum, Bal. in l. cõpenſationes. num. 9. q. 2. C. de compenſ. ergo compenſatio debet expediri ſine prorogatione iuriſdictionis, quia cum prorogatio fiat de conſenſu partium, vt larè explicaui ſupra q. 2. num. 2. & ſeqq. & q. 3. limit. 2. num. 1. & ſeqq. facilè actor non conſentiret prorogationi.

11 Confirmatur tertio, quia non ſolum exceptio compenſationis, ſed cętera omnia, quæ ſunt annexa ſuper eadem re, ſeu ſuper vno negotio, ideoque vna pars ſine alia expediri non poreſt, veniunt cognoſcenda ab eodem iudice, etiamſi in vna parte non videretur competens, vt late explicaui infra num. 81. & ſeqq.

12 At reconuentionis cauſa non eſt huiuſmodi; nam non infringit ius actoris, & ideo non parit reo abſolutionẽ; quare poſſunt ſimul ſtare, quòd actor obtineat, cõdẽnari reũ ſuper conuetione, & actione intẽtata, & reus obtineat, condemnari actorem ſuper reconuentione, & vlterius iudex, qui ex ſua iuriſdictione non eſſet competens ſuper eo, de quo tractatur in reconuentione, fiat competens, prorogata eius iuriſdictione per viam reconuentionis, vt explicaui infra num. 48. & ſeqq.

13 Secunda differentia, (& omnes habent connexitatem, ita vt vna pendeat ab alia) eſt, quia compenſationes ex omnibus actionibus fieri poſſunt, nulla differentia in rem, vel in perſonalibus actionibus inter ſe obſeruanda, l. fin. C. de compenſ. Tynd. tract. de compens. art. 4. num. 19. & 29. art. 5. tom. 6. par 2. fol. 251. & 252. dummodo fiant in mutuis debitis quantiratum, in quibus locum habet compenſatio, Mar. Socc. in cap. prudentiam. num. 21. q. 11. princip. de mut. petit. hoc eſt, dummodo fiant in his tantum, quæ inter ſe ipſas functionem recipiunt, ſicut ſunt ea, quæ conſiſtunt in pondere, aut numero, aut menſura, ſicque omnia mutuabilia, & ideo compenſatio fit de quantitate ad quantitatem, l. 4. ſi conſtat. C. de compenſ. quia in genere ſuo recipit illam functionem, Tynd dicto tract. de compenſ. art. 3. ſub num. 3. tom. 6. par. 2. fol. 251.

14 ſecus † eſt in alijs, quę ſunt commodabilia, ideoq. non recipiunt eandem functionem in genere ſuo, & proinde non fit compenſatio de vno genere ad aliud, puta, de frumento ad pecuniam, Bal. in l. compenſationes. nu. 12. q. 4. C. de compenſ. ſeu non fit de ſpecie ad quantitatem, neque è conuerſo, Tynd. vbi ſupra, & eſſe opin. communem, refert, & ſequitur Dilect. de art. teſtan. tit. 6. caut. 5.

15 ſub num. 3. tom. 8. par. 1. fol. 128. † hincq. fructus pignoris non conſumptos, ſed extantes, non computari in ſortem, quia de ſpecie ad quantitatem non fit compenſatio, ſcribunt Bar. in l. 6. neque ſcriptura. num. 5. in fine, C. de compenſ. Neguſ. tract. de pign. in 5. memb. 5. par. princ. ſub num. 11. verſ. limitatur. tom. 6. par. 1. fol. 240. &

16 Tynd. dicto art. 3. ſub num. 8. fol. 251. † ſecus autẽ ſi ſint conſumpti, quia tunc pro eis debetur quantitas, Bar. Neguſ. & Tynd. vbi

17 ſupra. † ratio autem, quare non fiat compenſatio de ſpecie ad quantitatem, & è conuerſo, eſt euidens; quia cum compenſatio in effectu ſit quædam ſolutio, vt dixi ſupra num. 9. & creditor non cogatur inuitus recipere in ſolutione vnum pro alio, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 96. ſub num. 29. verſ. pro contraria. etiam ſi vna pecunia ſolueretur pro alia, vt ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 117. & late num. 102. & ſeqq.

Digitized by Google

ſeqq. meritò non admittitur compenſatio de ſpecie ad quantitatem, neque è contra, Tynd. dicto art. 3. ſub num. 3. & 4. & num. 16. quia illa demum poſſunt compenſari, quę poſſunt ſolui, Bal. in dicta l. compenſationes. num. 8. verſ. venio ad quæſtionem.

18 Quando autem, & quomodo poſſit fieri compenſatio de genere ad genus, ſeu de ſpecie ad ſpeciem, & ſimilia, quæ videntur contradicere prædictis, vide latè Tynd. tract. de compenſ. art. 3. ſub num. 4. verſ. nunc videamus. & num. ſeqq. fol. 251.

19 At recouuentio regulariter habet locum non ſolum in omnibus cauſis, Ant. de Butr. in cap. 1. num. 12. verſ. ad primum. de mut. petit. & Sebaſt. Medic. tract. de compenſ. par. 2. quæſt. 1. num. 5. tom. 6. par. 2. fol. 267. & in omnibus obligationibus, & actionibus, ſed etiam ſuper omnibus rebus, quouis modo differentibus à petitis per actorem; & ideo reus generaliter, & regulariter poteſt reconuenire actorem, præterquam in caſibus, à iure prohibitis, latiſſimè Mar. Socc. in d. cap. 1. num. 44. & ſeqq. art. 6. de mut. petit. & conſequenter licet actor conueniat reum ſuper quantitate; tamen reus poteſt reconuenire ad factum, & è contra, Mar. Socc. eodem art. 6. num. 47. decl. 3. & poteſt reconuenire ad cauſam ſtatus, Mar. Socc. eod. art. 6. num. 51. decl. 7. & ſic reus, quando non poteſt compenſare, poterit reconuenire, Mar. Socc. in cap. vlt. ſub num. 21. quæſt. 11. princip. eod. Et quòd recouuentio poſſit fieri ſuper vndique diuerſis, latè proſequutus ſum infra num. 49. 67. 68. & 69.

20 Tertia differentia (& pendet ab alijs) eſt, quia opponens compenſationem, non poteſt aliud obtinere, quàm abſolui à petitis, ſeu declarari, ſe non eſſe debitorem; etiam ſi ipſe probet, ſe creditorem in maiori quantitate, quia non petit, Bal. in l. 14. cum papinianus. ſub num. 11. verſ. item dicit hic. C. de ſent. & interl. omn. iud. Mar. Socc. in cap. ex litteris. num. 46. in fine, declar. 2. art. 6. & in cap. vlt. ſub num. 21. q. 11. princip. de mut. petit. & Tynd. tract. de compenſ. num. 79. art. 6. tom. 6. par. 2. fol. 255. & art. 8. num. 44. fol. 257.

21 Secus eſt, quando quis reconueniret de maiori quantitate, quia is poteſt obtinere in tota quantitate, Bal. Mar. Soc. & Tynd. in locis, proximè citatis.

22 Quarta differentia: qui excipit de cōpenſatione, fatetur debitum, ſecus eſt in eo, qui reconuenit; & ideo magis expedit reconuenire, quàm compenſare, Bal. in d. l. cum papinianus. num. 11. verſ. item dicit hic. C. de ſent. & interl. omn. iud. & Mar. Socc. in d. cap. ex litteris. num. 46. verſus finem, declar. 2. art. 6. & cap. vlt. ſub num. 21. quæſt. 11. princip. eod. tit. de mut. petit.

23 Quinta differentia eſt, quia, ſtante ſtatuto, quòd pro qualibet petitione, ſeu re petita ſoluantur ſportulæ, erunt ſoluendæ etiam pro reconuentione, vt in mea deciſ. anno 1620. 19. Auguſti, cuius deciſionis fundamenta ſunt illa.

24 Primum, quia reconuentio habet naturam actionis, vt dicit Steph. Coſt. in cap. 9. decernimus. num. 9. de ſent. excomm. in 6. inter Repet. tom. 5. fol. 431. ſunt enim conuentio, & reconuentio eiuſdem naturæ, & qualitatis, Marſ. in cap. at ſi clerici. nu. 214. de iudic. tom. 3. fol. 73. & ideo verbum (conuenire) prout genus comprehendit reconuentionem, vt ex Felyn. ſequitur Dec. in rubr. in fine, num. 32. ff. ſi cert. pet. & reconuentio venit appellatione conuentionis, Pariſ. in cap. cum inter. num. 11. & 12. de ex-

25 cept. tom. 4. fol. 71. † vnde excommunicatus ſicut non poteſt conuenire, quia repellitur ab agendo, ita etiam non poteſt reconuenire, quia reconuentio habet magis naturam impugnationis, quàm defenſionis, Dec. in cap. intelleximus. num. 54. de indic. Surd. tract. de aliment. tit. 8. priuil. 83. nu. 2. Pariſ. & Steph. Coſt. in locis ſupra proxime cita-

26 tis; † imò reconuentio dicitur petitio, nam pro reconuentione datur libellus, ſicut pro conuentione, conteſtatur lis, dantur dilationes, fiunt reſponſiones, & cætera ſeparatim, & æqualiter, Spec. tit. de reconuen. §. videndum. in princip. par. 2. fol. 77. latè Abb. in cap. 1. num. 7. verſ. venio nunc. & latiſſimè Mar. Socc. in cap. 2. num. 11. & ſeqq. de mut. petit. & compendiosè Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. ſub num. 7. verſ. quoad ſecundam. & num. ſeqq. & quid plura? cum in iure canonico, ſub tit. de mut. petit. con-

27 tineantur conuentio, & reconuentio: † Verumtamen eſt, quòd proceſſus reconuentionis habet ordinem ſucceſſiuum, & immediatum; vnde ſi reus declinat iuriſdictionem, vel perſonam iudicis, aut dicit libellum ineptū, non poteſt reconuenire actorem, niſi ſit terminata hæc declinatoria, quia eſſet ſibimet contrarius, Bal. in auth. & conſequenter. ſub nu. 1. C. de ſent. & interl. omn. iud.

Secun-

28 Secundum,quia ratio quare ſportulæ ſint
ſoluendæ, eſt propter iudicis laborem, quia
labor non debet eſſe ſine mercede, §. ſi quis
autem. verſ. ne autem circa. Auth. de iudic.
vt nullatenus &c. & Gloſ.in cap.4. induciæ.
verſ. offeratur. in verbo, ſportulis. 3.q.3.ne-
mo enim debet proprijs militare ſtipendijs,
& dignus eſt operarius mercede ſua, & bo-
ui trituranti alligati non debet os,pet ea,quę
ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1.
29 ſub num.73. † & licet iudices ordinarij, ha-
bentes ſtipendium, non poſſint accipere
ſportulas, Auth. vt iudic. ſine quoque ſuſ-
frag. &c. §. ſcriptum eſt exemplar. & ibi Gl.
in verbo, auaritiam. cum alijs iuribus, cita-
tis per Gail.in pract.obſeru.lib.1.obſeru.151.
num.8. quia alienum iurgium non debet eſ-
ſe pręda iudicum, l. omnes. C. ad l. iul. re-
30 petund. † tamen hoc eſt verum, quia eorum
labor habet mercedem a publico; ſecus
quando non haberet, quia tunc poſſet illas
accipere, dicto §. ſi quis autem. verſ. ne
autem circa.

Sed hæc ratio laboris æquè viget in con-
uentione, ſicut in reconuentione,quia iudex
ita debet laborare in procedendo, & iudi-
cando ſuper conuentione, ſicut in proceden-
do, & iudicando ſuper reconuentione.

31 Tertium quia, ſtante ſtatuto, quòd pro
quolibet libello ſoluatur gabella,ſeu ſoluan-
tur ſportulæ, debebit ſolui etiam pro libello
reconuentionis,quia etiam quãdo vna char-
ta plures cumularētur libelli ſuper diuerſis,
plures etiã deberētur ſportulę,Bal.in l.edita.
ſub num.94.q.15. C.de eden. quem notabi-
liter ſequitur Barth. de Capua in cap. regni
rubr. quod ſoluatur per litteras Regis. verſ.
32 adde hic. fol.329. † item quando gabella
ſolueretur ad rationem quantitatis petitæ,&
& daretur libellus additionalis, qui adderet
quantitatem, tunc deberet ſolui gabella etiã
pro illo libello additionali ad rationem
quantitatis additæ,Bertach. tract.de gabell.
par.5.princip.q.vlt.num.25. tom.12.fol.62.
& Ferret. de gabel. num.344. fol.89.

Sed reconuentio eſt libellus de per ſe, &
continet diuerſam cauſam, & aliam quan-
titatem; ergo licet cauſa conuentionis, &
cauſa reconuentionis poſſent dici vnica cau-
ſa, quatenus vnica terminarentur ſententia,
tamen ſportulæ, ſeu gabella eſt ſoluenda
etiam pro libello reconuentionis.

Quartum quia ſoluendam eſſe gabellam
pro reconuentione firmat, diſputando, Fe-
lin.in cap. 1. ſub num. 1. verſ. ſubdunt mo-
derni.de mut. petit.

33 Secus eſt in exceptione compenſationis,
quia pro ea, ſtante prędicto ſtatuto, non ſol-
ueretur ſportulæ,ſeu gabella, tum quia ex-
cipiens de compenſatione, nihil petit, ſibi
dari, ſed petit abſolui, tum quia compen-
ſatio eſt ſolutio, vt dixi ſupra num. 9. ſed
pro ſolutione non debentur ſportulæ, aut
gabella.

34 Infero ex his tertia, quarta,& quinta dif-
ferentijs,referre quomodo aliquid intente-
tur, ſemper enim modus agendi, & exci-
piendi eſt inſpiciendus, cap.2. §. nos autem.
de ordin. cognit.& in terminis noſtris Bal.in
l.14. cum papinianus.ſub num.10.C.de ſent.
& interl.omn.iud. & Mar.Socc.in cap.ex lit-
teris. ſub num.46. declar. 2. art. 6. de mut.
pet. & proinde, qui habet exceptionem
compenſationis, poteſt, ea omiſſa, recon-
uenire, prout,conſideratis prædictis differen-
tijs, ſibi magis expediens viſum fuerit.

35 Sexta differentia, quia licet excommuni-
catus non poſſit reconuenire, per ea, quæ
dixi ſupra num. 25. tamen poteſt compenſa-
re, Tynd. tract.de compenſ.art. 7. num. 25.
tom. 6. par. 2. fol. 256.

36 Vnde infertur, quòd licet bannitus non
poſſit reconuenire,quia bannitus, & excom-
municatus æquiparantur, vt dixi in locis à
me citatis ſupra gl. 4. q. 2. num. 24. tamen
poteſt compenſare, quia reconuenire ſapit
naturam actionis, vt dixi ſupra num. 24.ſed
compenſare habet naturam defenſionis, Se-
baſt. Medic. tract. de compenſ. par. 2. q.3.
num. 4. iunctis præcedentibus, & ſeqq. fol.
268. tom. 6. par. 2.

37 Septima differentia eſt, quia compen-
ſatio fit de liquido ad liquidum, non autem
de liquido ad illiquidum, l. fin. & ibi Bal.
num.4. & 5. C.de compenſ. Caputaq. deciſ.
50. attentare non dicitur iudex. num. 2.par.
1. & Matan.in ſpec. par. 4. diſt. 6. ſub num.
2. & ſeqq. vbi Foller. in addit. declarat.

38 Secus eſt in reconuentione, quę etſi ſit
illiquida, tamen procedit, etiam quod con-
uentio ſit liquida; quod patet ex eo, quod
iudex non tenetur vtramq. cauſam vnica
ſententia terminare, ſed debet terminare
prius eam, quæ eſt liquida, Abb. in cap. 1.
ſub num. 9. de mut. petit. & late declarat
Mar. Soc. in cap. prudentiam. num. 17. &
18. q. 7. & 8. per totam, eod. tit. qui enim
prior appellat, prior agat, l.29. qui prior.
& ibi

Digitized by Google

& ibi Gl.ff. de iudic. & apertius cap. 2. §. nos autē de ord. cognit. & ex Soc. breuiter refert, & ſequitur Foller. ad Maran. in ſpec. par. 4. diſt. 6. num. 8. & num. 11. fol. 113. & bene Vant. tract. de nullit. tit. de nullit. ex defec. proceſ. ſiue ord. &c. num. 99. verſ. ex eadem. fol. 417. tom. 4.

39 Octaua differentia eſt, quia compenſatio cognoſcitur, & deciditur ex eodem proceſſu, qui fit ſuper petitione actoris, per ea, quæ dixi ſupra num. 6. & ſeqq.

Sed reconuentio cognoſcitur ex nouo, & ſeparato proceſſu, qui fit ad inſtantiam rei cōuenti, & in hoc proceſſu datur nouus libellus à reo, ſeruantur induciæ, & reliqua, vt ſcribunt Spec. Abb. Maran. & latè Mar. Soc. quos citaui ſupra num. 26.

40 Nona differentia, quia arbiter, ſeu arbitrator voluntarius, electus à partibus ſine neceſſitate ſtatuti, poteſt cognoſcere ſuper compenſatione, loquendo de compenſatione propria, quę eſt illa, quæ fit de quantitate ad quantitatem, & ideo fit ipſo iure, prout explicant Iaſ. in l. aquiliana. num. 9. ff. de tranſact. & Marc. Ant. Blanc. tract. de compromiſs. quæſt. 4. princip. num. 24. verſ. cauſa compenſationis. tom. 3. par. 1. fol. 168. dicens, quòd arbiter, vel arbitrator, in quem eſt factum compromiſſum, poteſt cognoſcere de compenſatione, quę fit ipſo iure à lege, vt ſi hinc inde petatur quantitas, quia de quantitate ad quantitatem benè fit compenſatio ipſo iure, & Tynd. tract. de compenſ. art. 7. num. 42. in vltimis verbis, & num. 43. tom. 6. par. 2. fol. 257.

41 Sed non poteſt cognoſcere cauſam reconuentionis, Cyn. in auth. & conſequenter. in fine, num. 20. verſ. quæro vtrum. & Salyc. num. 5. q. 5. C. de ſent. & interl. omn. iud. Bal. in l. neque ſcriptura. in fine, num. 4. verſ. extra iſta. C. de compenſ. Innoc. in cap. 1. num. 4. in verbo, delegatus, Abb. ſub num. 3. & latè Mar. Soc. num. 26. q. 5. princip. de mut. petit. vbi varias refert rationes, Socc. in reg. 332. reconuentio. licet in libro meo corrupte legatur (reuocatio) fall. 10. & ex Bar. & Abb. ſecutus ſum etiam infra num. 74. Iaſ. d. num. 9. in fine, vbi citat Bal. alijs in locis, & ex Iaſ. ſequitur Blanc. dicto num. 24. & prius num. 23. vbi de opinione communi.

Declara tamen, vt infra num. 43. in quarta reſponſione.

42 Non obſtat, ſi dicatur, quòd ſicut in delegato ad vnam cauſam, vel in alio, habente ſimilem iuriſdictionē, prorogatur iuriſdictio ad cauſam recōuentionis, vt dixi inf. ſub n. 48. 49. & 51. ita etiā in arbitro voluntario, qui habet ſolam notionē, deberet illa notio prorogari ad aliam notionem in cauſa recōuentionis, quia illa ratio, quod in habentibus ſimbolum facilis ſit tranſitus, & cæteræ omnes rationes, quę poſſunt conſiderari pro prorogatione iuriſdictionis, poſſunt etiam in ſua ſpecie conſiderari pro prorogatione notionis: vnde videmus de tempore ad tempus prorogari eius notionem, vt dixi q. prçced. limit. 1. num. 97. & hac ead. q. 4. ſpec. 1. num. 23.

43 Nam reſp. multipliciter. Primo, quòd arbiter eligitur communiter ab vtraque parte; ideoque ceſſat ratio, quòd actor debeat poſſe reconueniri coram iudice, quem ipſe ſibi elegit, Bar. & Abb. quos ſecutus ſum infra num. 74. de qua ratione ſcripſi infra ſub nu. 48. Secundo reſpondeo, quòd mitius agitur cum lege, quàm cum homine, & ideo facilius prorogatur iuriſdictio, data à lege, quàm notio, data ab homine. Tertio reſp. quòd latius ſe extendit diſpoſitio legis, quàm diſpoſitio hominis, vt dixi in mea deciſ. ſuper rectractu, die 16. Decemb. 1620. ſub nu. 45. Quarto reſp. verum eſſe, quòd, actore conſentiente, & data reconuentione ſuper re compromiſſibili, arbiter poteſt ex prorogatione partium cognoſcere de reconuentione, vt ex M. Ant. Blanc. ſecutus ſum ſupra ſub num. 2. ſed nos loquimur de reconuentione ſine prorogatione, & ſic etiam actore inuito, adde alias reſponſiones, quę colliguntur ex rationibus adductis per Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 15. verſ. venio ad tertium principale. de mut. petit.

44 Duo tamen, vel tres ſunt caſus, in quibus arbiter poteſt cognoſcere cauſam reconuentionis.

Primus eſt, quando eſt arbiter iuris, vt explicat Abb. in cap. 1. in fine, ſub num. 29. & latius Mar. Soc. ſub n. 26. q. 5. princip. ibi, ſed maius dubiū eſt. de mut. petit. prout eſt is, qui eligitur inter conſanguineos ex diſpoſitione ſtatutorum: hic enim poteſt cognoſcere cauſam reconuentionis, Abb. in dicto cap. 1. in vltimis verbis, Mar. Soc. dicto num. 26. verſus finem, Mar. Ant. Blanc. dicta q. 4. ſub nu. 23. verſ. iſta tamen. & num. 24. in fine, & ratio eſt, quia arbiter iſto caſu habet iuriſdictionem, Mar. Soc. in loco ſupra citato, & eam habet ſtrictè ſumptam, vt ſecutus ſum

Digitized by Google

lib. proximè præcedenti cap. 2. num. 5. & 7. & cap. 9. num. 790. 801. & 802. vnde ceſſat obſtaculum, quod obſtat in arbitro, electo ſine neceſſitate ſtatuti, quem dicunt ideo non poſſe cognoſcere de cauſa reconuentionis, quia non habet iuriſdictionem, quæ poſſit prorogari.

45 Reſtringe tamen hunc caſum, vt non procedat in arbitro iuris, electo ad vnum articulum; puta, ad cognoſcendam ſuſpicionem iudicis, quia is licet ſit arbiter iuris, tamen non poteſt cognoſcere extra illum articulum, Abb. d. cap. 1. in fine, ſub nu. 19. & Socc. d. reg. 332. fall. 10.

46 Secundus caſus eſt, quando compenſatio, ſeu reconuentio prouenit ex eadem cauſa, ex qua factum eſt compromiſſum; & iſto caſu arbiter, ſeu arbitrator, electus etiam ſine neceſſitate ſtatuti, poteſt indiſtinctè cognoſcere de illa reconuentione, Iaſ. in d. l. aquiliana. num. 9. ff. de tranſact. & Blanc. d. quæſt. 4. num. 24. quare iſto caſu non eſt diſtinguendum, an compenſatio ſit de quantitate ad quantitatem, an verò ſit reconuentio, nempè, de quantitate ad ſpeciem; vel è contra, quia, dummodo procedant ex eadem cauſa, arbiter poteſt de ea indiſtinctè cognoſcere, vt puta, ſi ego promiſerim tibi ſcut. 100. vt tu vice verſa tenearis ad me ducere equum ex Regno Neap. vel ire Mediolanum, ſi enim fecerimus compromiſſum ſuper iſtis ſcut. 100. quæ tu à me petis, arbiter poterit cognoſcere etiam de obligatione tua ducendi equum, vel eundi Mediolanum.

47 Tertius caſus eſt, quando compromiſſum eſt plenum, ideſt, amplum de omnibus controuerſijs, quia tunc arbiter, etiam electus ſine neceſſitate ſtatuti, poteſt cognoſcere de cauſa reconuentionis; ſed iſte non eſt verè caſus, quia tunc arbiter poteſt cognoſcere potius virtute compromiſſi, quàm reconuentionis; ſiquidem illa ampla facultas, data arbitro, ſe extendit ad reconuentiones, Spec. tit. de reconuent. §. 1. num. 1. lib. 1. fol. 76. & Mar. Soc. in cap. ex litteris, nu. 26. q. 5. princip. de mut. petit.

Et ex iſtis differentijs, & alijs, quas omitto, apparet, aliud eſſe compenſationem, aliud reconuentionem.

Ad Bal. & alios, citatos ſupra ſub num. 4. qui dicunt, compenſationem eſſe quandam reconuentionem, reſpondet Tynd. de compenſ. art. 6. num. 78. fol. 255. & art. 8. nu. 43. in fine, & num. 44. fol. 257. tom. 6. par. 2. dicens, hoc non eſſe verum; & benè quidem, quia ij, quàm verè locuti ſint, patet ex prædictis differentijs: vel modeſtius reſpondendo dicas, quòd compenſatio quodammodo dici poteſt reconuentio, ſed impropriè, & ita ſunt intelligendi.

Decimam adde differentiam ex his, quæ ſcripſi infra num. 137.

Et hęc de prima difficultate poſita ſup. n. 4.

48 Secunda difficultas, an recõuentio habeat tantam vim prorogandi iuriſdictionem, vt iudex conuentionis, qui in aliqua re, ſeu negotio eſſet iudex incompetens, fiat in eo competens per viam reconuentionis.

Videtur firmanda regula affirmatiua, quòd reconuentio habeat tantã vim, vt iudex conuẽtionis efficiatur competens in cauſa recõuẽtionis, in qua alias fuiſſet incõpetens, quia cuius in agendo quis obſeruat arbitriũ, eum habere etiam contra ſe iudicem in eodem negotio non dedignetur, l. 14. cum papinianus. in fine, C. de ſent. & interlocu. iud. quę eſt canonizata in cap. 1. accuſatores. 3. q. 8. quod alij citant, vti incipiens. cuius in agendo. Gloſ. in l. 14. in verbo, nihil egit. C. ſi à non compet. iudic. & el Spec. tit. de reconuen. §. 1. initio, lib. 1. fol. 76. Gl. in cap. 1. in verbo, ſuper iſtis. ibi, ſic nota quòd per reconuentionem, de mut. petit. dicens, quòd per reconuentionem fit iudex, qui aliter iuriſdictionem nõ haber in reconuenientẽ, quantum ad illam cauſam reconuentionis; vnde Bal. in d. l. cum papinianus. ponit ſummarium, quòd in cauſa reconuentionis non habet locum exceptio iudicis incompetentis, & in auth. & conſequenter. num. 3. q. 2. C. eod. reddendo rationem pro reo contra actorem, inquit, actorem contra reum reconuenientem, non poſſe opponere exceptionem declinatoriam iudicij, quia ipſe actor eum in agendo elegit: & quòd ille, qui conuenit, approbat pro ſe iudicem, coram quo conuenit; & ideo tenetur eundem approbare contra ſe, ſcribit Bal. in dicta l. cum papinianus. ſub num. 2. verſ. dixit ſecundo. & quòd reconuentio habeat hoc priuilegium, vt iudicis iuriſdictionem extendat in cauſa reconueutionis contra actorem, in quem alias non haberet iuriſdictionem, ſcribit Abb. in cap. 1. num. 4. verſ. primum eſt, de mut. petit. & quòd per reconuentionis actũ efficiatur iudex, qui alias non erat iudex, hocq. procedat tam in delegato, quàm in ordinario, ſequitur ibidem nu. 10.

verſ.

verſ. ſecundo principaliter. & ita ponit regulam, quòd per reconuentionem fiat iudex, qui alias non eſſet competens, Socc. in reg. 332. reconuentio. licet corruptè legatur in libro meo (reuocatio) & quòd non poſſit quis recuſare iudicem, quem elegit, ſecutus ſum in materia appellationis cap. ſequen. quæſt. 17. limitat. 47. membr. 3. num. 21.

Verùm, quia hæc regula, quæ ijs, qui eam ſolam, & a longè reſpiciunt, vti ratione, & æqualitate naturali ſuffultam, videtur facilis; alijs, qui in ea nauigarunt, eminentibus ſcopulis, & latentibus ſyrtibus, veluti in ſinuoſo mari nauigantes, valdè apparuit difficilis, & periculoſa, in tantum, vt Bar. in authen. & conſequenter. in fine initij, C. de ſent. & interl. omn. iud. tractando de materia huius quæſt. dixerit, quòd Doct. noſtri minus perfectè tradiderunt, & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. num. 33. fol. 118. notat, quòd Bar. & Abb. qui eum omninò ſequitur, implicant obſcuritatem, & non clarè declarant, & Mar. Socc. in cap. ex litteris. ſub num. 56. fall. 1. vltra medium, verſus finem, de mut. petit. cum eam totam explorare nixus fuerit, ſcribit, materiam iſtam eſſe ſatis intricatam, & difficilem; idcirco nos, quò cautius poſſumus in ea proprocedentes, ampliabimus, & limitabimus.

49 Amplia primo eandem regulam, vt procedat reſpectu negotiorum, & rerum, prout de hac prorogatione de rè ad rem loquimur in iſta tertia ſpecie: nam huic prorogationi, procedenti virtute reconuentionis, non poteſt contradicere actor, quia ipſe illum iudicem elegit, vt dixi num. præced. verſ. videtur. neque poteſt contradicere reus, ſi actor, quem vellet reconuenire coram alio iudice, inſtaret, reconueniri coram eodem, quia obuiandum eſt malitijs, vexationibus, & expenſis: ſi enim reus non cogeretur, pendente iudicio, reconuenire coram eodem, ſed poſſet reconuenire coram alio, maximè ſi poſſet impetrare alium iudicem delegatum, vtique; vt actorem auerteret, vexaret illum, & maioribus defatigaret impenſis, ſicq. vt eum cogeret deſiſtere à conuentione, ſemper niteretur, illum reconuenire coram alio, & in loco diſtanti, & vbi cogeretur maiores labores, & impenſas ſubire, vt refert, & ſequitur Mar. Soc. in rubr. verſus finem, art. 3. ſub num. 3. de mut. petit. hæcque neceſſitas reconueniendi coram eodem iudice, etiam alias incompetenti, probatur ex dicta l. 14. cum papinianus. & auth. & conſequenter. C. de ſent. & interl. omn. iud. & apertius ex l. 11. ſi idem cum eodem. §. quòd ſi mutuæ. & ibi Gl. in verbo, minorem. ff. de iuriſd. omn. iud. & ſcribit Cyn. in eadem auth. & conſequenter. num. 1. in fine; & , loquendo in delegato, ex cap. 1. de mut. petit. nec poſſunt hæc iura, & ampliatio aliter intelligi, quia ſi reus reconueniret actorem coram alio iudice incompetenti, & iudex conuentionis eſſet competens, etiam ſi reus eum conueniret, principaliter agendo; teneretur reconuenire coram eo, non virtute reconuentionis, vt dicunt iura, & Doct. ſed quia alius iudex eſſet incompetens.

Rationes, ob quas conuentio, & reconuentio fieri debeant apud eundem iudicem, vltra adductas, vide apud Mar. Socc. in dicto cap. ex litteris. art. 4. num. 10. de mut. petit. & infra num. 59. ſubampl. 2.

50 Exemplifica hanc ampliationem in reconuentione de minori quantitate ad maiorem, & ſic aſcenſiuè; quia ſicut in ea partes poſſunt prorogare iuriſdictionem, vt iudex, deputatus ad cognoſcendas cauſas de minori quantitate, cognoſcat etiam de maiori, l. 74. de qua re. §. 1. ff. de iudic. & l. 28. inter conuenientes. ff. ad municip. quia diuerſitas in quantitate non conſtituit diuerſam ſpeciem iuriſdictionis, Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 8. verſ. venio aliqualiter. C. de epiſc. aud. Abb. in cap. 40. p. & g. num. 12. in fine, de offic. & poteſt. iud. deleg. Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 29. verſ. primo igitur. de for. competen. & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſtin. 6. ſub num. 33. ſic homo paruus differt quantitate, & non ſpecie à magno, Bal. Abb. & Socc. vbi ſupra, huiusque exemplificationis cognitio poteſt ſeruire Genuenſibus, qui habent Conſules rationis, qui cognoſcunt de cauſis à vigintiquinque ſcutis infra; & poſſunt etiam partes prorogare de maiori ad minorem; & ſic diſcenſiuè, Bal. Abb. & Mar. Soc. in locis ſupra proximè citatis, vbi Bal. ponit caſum, quando ſunt deputati duo iudices, vnus de maiori, alius de minori quantitate, vt in Ciuitate Recanati.

51 Ita etiam hęc prorogatio de minori quantitate ad maiorem, & è contra fit ex neceſſitate legis per ſolam recõuentionem, etiam

altera parte inuita;l. 1 1. ſi idem cum eodem, §. quod ſi mutuæ. ff. de iuriſd. omn. iudic. Salyc. in auth. & conſequenter. q.6. num.5. in fine, C. de ſent. & interl. omn. iud. & quòd per prorogarionem de partium cõſenſu, vel per reconuentionem de re ad rem;vel de quanritate ad quantitatem poſſit prorogari iuriſdictio etiam delegati, ſcribir Gl.in l. 1. in verbo, nihil egit. C. ſi à non compet. iud. eandem enim prorogationem, quam facere poſſunt partes expreſſo,vel tacito cõſenſu, facit ipſa natura reconuentionis, per ea, quæ dixi ſupra num.49. imò iuriſdictio fortius prorogatur via reconuentionis, quia eſt magis fauorabilis, Abb. in cap.1.nu.37. in fine,verſ. & facit ad hoc. & Mar.Socc.ſub num. 11. ibi,præterea ſicut iſtorum iudicum. de mut. petit. & quòd forus reconuentionis creetur à prorogatione iuris,& non hominis, idque pateat, quia datur inuito, & redditur in inuitum;ſecus in prorogatione hominis, quia in ea exigitur vtriuſque conſenſus, refert, & ſequitur ibidem ſub num. 27.verſ. quoad primum.ibi, nec obſtat quod clericus non poteſt prorogare.

52 Extende hanc exemplificationem in prima parte de minori quantitate ad maiorem aſcenſiuè, vt procedat etiam quando aſcenderet ad diuerſam ſpeciẽ iuriſdictionis, vt à ſimplici iuriſdictione ad mixtum imperium, puta, quia tranſcenderet trecentos aureos, nam reuera non eſſet diuerſa ſpecies, ſed eſſet maior quantitas, Bal. in dicta l. ſi qui ex conſenſu. num. 8. verſ. venio aliqualiter. C. de epiſc. aud.

53 Subamplia primo eandem ampliationem, vt procedat etiam ſi conuentio, & reconuentio fiant ſuper diuerſis rebus,aut cauſis, vt loquuntur Bar.Abb.& Mar.Socc.in locis, citatis in ſeqq. extenſionibus.

54 Extende primo hanc ſubampliationem,vt præcipue procedat, quando actor conueniſſet reum coram iudice, coram quo ipſe actor fuiſſet, vti reus, conueniendus, quia tunc reus non poſſet eum recõuenire coram alio iudice, ex quò ille eſt iudex competens etiam ſi reus conueniendo eſſet actor, & ita, inſpecto omni iure, Bar. in auth. & conſequenter. num. 2. in 1. memb. C. de ſent. & interl. omn. iud. Abb. in cap.1.ſub num.27. ibi, quandoque & conuentio. in 1. memb. de mut. petit. & Mar. Soc. in rubr.art.3. ſub num. 3. eod. tit. & in dicto cap. 1. ex litteris. art. 4. num. 11. q.1. & late explicat ſub num. 12. verſ. circa ſecundum.de mut.petit. & dixi infra num. 68.

55 Extende ſecundo, ſeu verius ſubextende hanc primam extenſionem, vt procedat etiã ſi reus quando egiſſet, potuiſſet ex priuilegio ipſum actorem conuenire coram alio iudice, & ſic declinare illius iuriſdictionem, quia nihilominus reus debet eum reconuenire corã iudice, corã quo ipſe fuit conuentus,Bar.in d.auth.& conſequenter. ſub nu.2. in 2. mẽb. vbi loquitur in iudice ipſius actoris, alias rei,quem tamen reus poteſt aliquo priuilegio declinare, quo caſu, inquit,idem eſt omni iure, quia apud eundem poteſt fieri reconuentio,& licet Abb.in dicto cap.1. ſub num. 27. in ſecundo memb.& Mar.Soc. in dicto art.3. ſub num.3. in ſecundo memb. non ponant prędicta duo verba,poſita à Bar. videlicet (alias rei) ſed loquantur ſimpliciter in iudice ipſius actoris,& addant etiam neceſſitatem, quod apud eundem iudicem poteſt, & debet fieri reconuentio, & ſic videantur varij in modo loquendi, tamen benè concordant, & poſtea Mar. Socc. recenſet in hoc doctrinam, & lecturam Angeli ad l. cum papinianus. quam omitto, quia nihil, aut parum vtilitatis continet.

56 Extende tertio,vt procedat etiam quando actor conueniret reum coram iudice ipſius rei,hancq.extenſionem admittunt ſine controuerſia in iudice delegato, ſed in iudice ordinario ſunt opiniones, de quibus Mar. Socc. in dicto cap.ex litteris.art.4.ſub num. 11. q. 2. ibi, primo caſu.de mut. petit.

57 Extende quartò,vt procedat etiã ſi actor conueniſſet reum coram iudice penitus non ſuo, & in hac etiam extenſione variant aliqualiter in modo loquendi Bar.& Abb. nam Bar. ſub dicto num. 2. in tertio memb. ait, quòd quandoque actor conuenit reum corã iudice penitus non ſuo, ſed ipſius actoris, & tunc, inquit, de iure antiquo non permittebatur reconuentio, ſed per legem Codicis permittebatur reo, reconuenire volenti, non autem imponebatur neceſſitas, nec prohibebatur ire ad alium iudicem: hodie, inquit, per iura Authenticorum imponitur ipſi reo neceſſitas, vt coram eodem iudice reconueniat, ſi velit agere, lite pendente, Abb. ſub dicto num. 27. loquendo concorditer cum Bar. inquit, quandoque actor conuenit reum coram iudice penitus non ſuo, ſed poſtea addit (qui tamen ſi eſt,

iudex

iudex ipſius rei) tunc de iure antiquo, &c. & ſequitur, prout loquitur Bar. ſed Mar. Soc. in dicta rubr. art. 3. ſub num. 3. de mut. petit. ſimplicius loquendo, ait, quòd ſi actor conueniat reum coram iudice penitus non ſuo, tunc de iure antiquo, & ſequitur, diſtinguendo iura, prout facit Bar. & poſtea in cap. 1. ſub num. 11. q. 2. & deciſiuè, & breuiter num. 13. verſ. circa tertium eod. tit. reſoluit, quòd coram eodem fieri debet reconuentio.

58 Ego has omnes extenſiones cenſeo eſſe omnino inutiles, quas idcirco libenter ſilentio inuoluiſſem, niſi ex ſilentio præſumi potuiſſet, me aut laborem fugiſſe, aut de illis notitiam non habuiſſe: dixi, eſſe inutiles, quia hodie indiſtinctè reconuentio fit coram eodem iudice, quia quicunque ille ſit, militat ſemper in eo aliqua ratio ex illis, quas adduxi ſupra num. 49. & hic num. ſeq. in ſecunda ſubampl. & nihil, aut parui refert, ſcire quid antea diſponeret vnũ ius, & quid aliud, & ideo ſapientius locutus eſt Mar. Soc. in cap. ex litteris. art. 4. num. 10. de mut. petit. dum ſimpliciter, & breuiter ait, reconuentionem fieri debere apud eundem iudicem, apud quem fit conuentio, & fit eorum pace dictum, & præſertim Soccini, qui eadem de hac materia ſæpè inculcat, & repetit non ſine magna intricatione: non tantum declarant, quantum obſcurant, hincque arbitror, quòd Bal. in dicta auth. & conſequenter. ſub num. 1. & nu. 28. verſ. in contrarium. C. de ſent. & interl. omn. iud. & ſimiliter Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. num. 32. q. 6. tractantes de iſta materia, nullum de his extenſionibus verbum fecerint; & tamen Maran. eo loco arbitratur, ſe plenius, quam Bar. & Abb. reaſſumpſiſſe hanc materiam.

59 Subamplia ſecundo, vt præcipuè procedat quando reconuentio, & conuentio ſunt ſuper eadem re, ſeu ſuper eodem negotio, vt loquuntur iura in l. cũ papinianus. & cap. 1. citata à me ſupra ſub num. 48. verſ. videtur. quia tunc omni iure reconuentio fieri debet coram eodem iudice, Mar. Socc. in cap. ex litteris. art. 4. num. 11. q. 2. & alij infra citati, tum ne cauſæ continentia diuidatur, l. 10. nulli. C. de iudic. Bar. in dicta auth. & breuiter. num. 1. verſ. ſciendum eſt igitur. C. de ſent. & interl. omn. iudic. Abb. in cap. 1. nu. 27. & Mar. Socc. in rubr. art. 3. ſub num. 3. de mut. petit. tum quia eſt quædam defenſio, Abb. & Mar. Socc. vbi ſupra, tum, vt euitetur abſurditas, quæ oriretur, ſi contingeret, quòd diuerſi iudices diuerſas, & contrarias ferrent ſententias, ex quibus produceretur perplexitas, Bal. in l. cum papinianus. ſub num. 2. verſ. dixi ſecundo. C. de ſent. & interl. omn. iud.

60 Explica pro praxi, & intelligentia huius ſubampliationis duos caſus, in quibus contingit, adeundum eſſe eundem iudicem in reconuentione.

Primus caſus eſt: ego de anno 1619. commiſi tibi adminiſtrationem, & negotiationem multorum librorum, tu poſtea de anno 1621. petis à me ſcut. 100. & producis mandatum meum, quo tibi mandabam, vt eos ſolueres cuidam Typographo, & producis etiam inſtrumentum ſolutionis; ego volo te reconuenire, vt reddas mihi rationem adminiſtrationis librorum, quia, ſi ſoluiſti ſcuta 100. exegiſti 200. certè hæc conuentio, & reconuentio dicentur ſuper eodem negotio, ſeu eadem re.

61 Secundus caſus eſt in iudicijs duplicibus, in quibus eſt cauſarum coniunctio, vt puta, ſunt plures hæredes; vnus adit vnum Prætorem ſuper diuiſione hæreditatis; alter adit alium, certè ad eundem iudicem, ideſt, ad primo aditum remitti debent, quaſi ſit facta præuentio: idem ſi vnus agat communi diuidundo coram vno iudice, & alter coram altero ſuper eadem re; & idem in iudicio finium regundorũ, in quo actor adeat iudicem rei, & reus iudicem actoris, quia ſemper iudex, primo aditus, debet de toto iudicare, quia non poteſt iudex determinare partem, niſi determinet totum, Bal. in l. 14. cum papinianus. ſub num. 1. C. de ſent. & interl. omn. iud. exemplificat ibidem hunc caſum, quando plures tutores conueniuntur, vt reddant rationem, dicens, non coram diuerſis iudicibus, ſed coram vno eſſe conueniendos, vt totus iſte caſus habetur in l. 1. & 2. ff. de quibus reb. ad eund. iud. eatur. & benè probatur ex l. 10. nulli. C. de iudic.

62 Ratio in iſto ſecundo caſu vltra eam, quã adduxi in diuiſione, quia iudex nõ poteſt cognoſcere de parte, niſi cognoſcat de toto, eſt, quia diuideretur continentia cauſæ, quæ nõ eſt diuidenda, dicta l. nulli. C. de iudic. nam, diuiſa continentia, ſequeretur, quòd ſi diuerſi iudices iudicarent, poſſent ferre ſententias incompatibiles, & contrarias, puta ſi vnus iudex adiudicaret totam rem vni, &

altet alteri; vnde ſequetetur maxima perplexitas, quæ in iudicijs eſt vitanda, Bal. in dicta l.cum papinianus, num. 2. in fine, verſ. item poſſent. imò regula eſt, quòd exceptio perplexitatis impediat proceſſum iudicum, Bal. in cap. 1. num. 7. in vltimis verbis, de contr.fœud.apud pates termin.

63 Colligo primo ex dictis in iſto ſecundo caſu, quod ſi tu accuſas percuſſorem coram Poteſtate,& auxiliatorem coram Capitaneo: & auxiliator petat, ſe remitti ad Poteſtatem propter cauſæ connexitatem, vel è contra reus petat remitti ad Capitaneum,vt cognoſcat pariter de vtraque; dubium orire tur, an tit. ille in ff. de quibus teb. ad eund.iud.eat. habeat locum in cauſa criminali, quoad remiſſionem perſonarum; quod dubium excitat Bal. in dicto cap. 1. num. 7. verſ. vltimo extra. & licet ipſe non reſoluat, ego tamen credetem de iure, quòd ſic, pet ea, quę dixi.

64 Colligo ſecundò,quòd ſi tu intuliſti alicui duo vulneta in eadem rixa, ſicque in eod.loco, & tempore, & de vno vulnere accuſaris coram Poteſtate, & de alio coram Capitaneo, & petas te remitti ad eundem iudicem, petitio tua erit iuſta, & temiſſio debet fieri ad iudicem, qui prius incœperit cognoſcere, ne iudicum diuerſitas perplexitatem inducat, Bal. in loco ſupra proximè citato.

65 Nota differentiam intet reconuentionem primi caſus,de quo ſupra num. 60.& reconuentionem ſecundi caſus,de quo ſupra num. 61. nam reconuentio in primo caſu dicitur recõuentio ſcparata, in qua propterea oportet, quòd reconueniens offerat libellum ſuum; quo oblato, & ſtructo proceſſu, ſi de vtraque liquebit, & ſententia feratur ſuper vna rātum,poteſt appellari, ſed ſi liquebit de vna,& non de alia, quia hæc alia altiorē requirat indaginem, & iudex ſententiā profert ſuper illa vna,nō poteſt appellari,quia iudex iudicando prius de liquido, quàm de illiquido, procedit recto ordine, Bal.in d.l.cum papinianus, num. 2. in fine, & 3.C. de ſent. &

66 interl. omn. iud. † Reconuentio verò in ſecundo caſu dicitur teconuentio connexa, vt in duplicibus iudicijs, in qua non eſt neceſſarius libellus, quia ſi ſic agis contta me, & peris diuiſionem, tua petitio te conuenit, & ideo non eſt neceſſe,quòd ego dem libellum contta te; & iudex non poteſt decidere vnam partem ſolam, ſed debet eadem ſententia decidere totum, alias ſententia eſſet ipſo iure nulla, Bal. in loco ſupra ptoximè citato.

67 Amplia ſecundò; vt procedat non ſolum reſpectu retum, & negotiorum, quæ cadunt ſub eadem ſpecie iuriſdictionis, quamuis in quantitate differant, prout locuti ſumus ſupra in prima ampliat. num. 49. & ſeqq. ſed etiam reſpectu cauſarum, ideſt, reſpectu terum,& negotiotum,quę cadunt ſub diuerſa ſpecie, & diuerſo nomine cauſarum, quia etiam in iſtis prorogatut iuriſdictio pet teconuentionem, vt late explicaui infra num. 79. & ſeqq. vbi eſt propria materia huius ampliationis, quę rarò eſt vera.

68 Amplia tertiò,vt habeat locum etiam reſpectu litigantium, quia etiam ſi iudex poſſet eſſe competens teſpectu terum, & reſpectu cauſarum, de quibus agitur, tamen poſſet eſſe incompetens teſpectu perſonarum, iuxta ea, quę ſcripſi q. præced. limit. 1. nu. 6. & infra ſpec. 6. num. 16. & tamen per reconuentionem fieret competēs reſpectu perſonarum, vt ſecutus ſum ſupra ſub num. 48. verſ. videtur firmanda. vnde ſi actot conueniret forenſem in foto ipſius actoris, non eſt dubium, quòd fotenſis poſſet reconuenire ipſum actorem corā eodē iudice, tū ratione reconuentionis, tum maxime tatione fori, quia eſt ptoprius iudex ipſius actotis in reconuentione, vt dixi etiam ſupra num. 54. ſimilitet ſi actot ſotenſis conueniret reum cotam iudice ipſius tei, poſſet teus coram eodem iudice reconuenire actorem forenſem ob tationes, de quibus ſupra dicto num. 48. & 49.

69 Amplia quarto, vt procedat etiam reſpectu iudicum, nam teconuentio haber locum tam coram ordinario,quàm cotam delegato; in otdinario enim loquitur(licet non expreſſe) Bar.in auth. & conſequenter. num. 1. & 2. & poſtea expreſſe num. 11. verſ. quæro vtrum.& num.16.& 17.& Salyc. num.2.C. de ſent. & interl. omn.iud.& expreſsè etiam Spec.tit.de reconuent. §. 1.ſub.n.1.lib.2.fol. 76.Gl. in cap. 1. in verbo, ſuper ſuis. Ant. de Butr.num.15.verſ.venio ad tertium principale. Abb. num. 20. verſ.2. principaliter. & num. 33. verſ. vltimo hic quæro. & latè Mar. Socc. ſub num.11. art. 4. q.2. de mut. petit.& Sebaſt.Medic.tract.de compenſ.par. 2. quæſt. 1. num. 12. in ſecunda concluſ. tom.6.par.2.fol.267.& in delegato loquuntur Gl. in l. 1. in verbo, nihil egit. C. ſi à non

non compet. iudic. & Gl. in dicto cap. 1. in verbo, ſuper ſuis, & ibi Innoc. num. 4. in verbo, delegatis, Io. Andr. & Ant. de Butr. vterque, num. 1. Abb. dictis num. 20. & 33. & latè Socc. num. 14. & ſeqq. q. 3. princip. Spec. Salyc. & Sebaſt. Medic. in locis ſupra proxime citatis; & quòd omnes Gl. & Doct. dicant, quòd dicta auth. & conſequenter. habeat locum tam in delegato, quàm in ordinario, ſcribit Bar. dicto num. 11. ſupra citato, & per hanc eorum iuriſdictionem prorogari, & ampliari eorum iuriſdictionem tractant Abb. in dicto cap. 1. num. 28. q. 2. & latè Socc. dicto num. 14. & ſeqq. vſque ad num. 25.

70 Item habet locum in iudice, dato alicui perſonæ, ſen aliquibus perſonis, quæ ex priuilegio poſſint agere coram illo iudice, quia perſona, quę ex priuilegio coram eo ageret, poſſet coram eo reconueniri: vnde ſi per ſtatutũ ciuitatis ſunt pauperibus deputati certi iudices, qui habeant cognoſcere de cauſis ipſorum pauperum agentium, & pauper agat coram illo iudice, poterit coram eodem reconueniri, quia eſſet iniquum, quod ſeruaretur inęqualitas, Bal. in cap. 1. num. 5. q. 2. de controu. feud. apud par. termin. & Mar. Socc. in dicto cap. 1. ſub num. 27. de

71 mut. petit. † & hinc Bal. in eod. cap. 1. num. 3. verſ. tertio tangit. quem ſequitur Socc. dicto cap. 1. ſub num. 12. verſ. ſecundo caſu. & ſub num. 27. ibi, vnde dicit ſingulariter. de mut. petit. & explicitè in cap. ex tranſmiſſa. num. 24. q. 10. de for. comp. ſcribit diſtinguendo, aut reconuentio continet aliquid, quod dependet à fœudo, & tunc non eſt dubium, quòd ad eundem iudicem remitti debeat per tit. ff. de quibus reb. ad eund. iud. eat. aut continet aliquid omnino extraneum, & tunc non fit remiſſio ad eundem iudicem ex dicto tit. ſed fit ex natura conuentionis, & reconuentionis, quia etiam coram iudice delegato ad vnam cauſam habet locum reconuentio.

72 Item habet locum coram iudice prorogato, vt ſecutus ſum q. pręced. limit. 1. nu. 116. illat. 7.

73 Declara reſtringendo hãc ampliationem, vt ſit vera, quando delegatus eſt datus ad inſtantiam actoris, quia tunc ipſe videtur eum elegiſſe, ideoque ſuccedit regula, de qua ſupra ſub num. 48. & in his terminis procedit ampliatio, Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. num. 13. fol. 114.

74 Secus eſt, ſi ſit datus de conſenſu vtriuſq. partis, quia tunc non habet locum reconuentio, quia partes videntur ſibi prouidiſſe, ſuper qua re debeat iudicare, ideoque eſt ſimilis arbitro, coram quo non habet locum reconuentio, Bar. in auth. & conſequenter. in fine, num. 21. C. de ſent. & interl. omn. iud. & Abb. in cap. 1. nu. 33. de mut. petit.

75 Secus etiam eſt, quando delegatus fuiſſet datus à Principe motu proprio, Iaſ. in l. 3. ſub nu. 14. & 15. ff. quod quiſque iur. Maran. vbi ſupra, & Sebaſt. Medic. dicta q. 1. num. 12. fol. 268.

76 Declara, extendendo omnes præfatas ampliationes, & ſubampliationes, in quibus diximus eſſe locum reconuentioni, vt procedant etiam ſi principalis agat per procuratorem datum ſimpliciter ad agendum, quia adhuc iſte procurator poterit reconueniri, quia intelligitur datus etiam ad defendendum in cauſa reconuentionis, licet mandatum de hoc non loquatur, Mar. Soc. in cap. 1. ſub num. 24. verſ. quoad primum. de mut. petit. ſed quid ſi ſit datus ad agendum taxatiuè cum dictione tantum, vide Mar. Socc. ibidem.

77 Limita nunc, declarando eandem regulam firmatam ſupra ſub num. 48. vt procedat quando res, negotium, cauſa, perſona, & qualitas iuriſdictionis poſſunt expreſſo, vel tacito partium conſenſu prorogari, quia tunc reconuentio ex ſe ſola, nullo alterius interueniente conſenſu, irreuocabiliter, & inuito aduerſario, prorogat iuriſdictionem; ſecus ſi expreſſo, vel tacito partium conſenſu non poſſit prorogari, quia tunc neque prorogabitur per reconuentionem, Innoc. in cap. 1. ſub num. 1. verſ. item non habet. & Io. Andr. ſub num. 3. de mut. petit. Bar. in auth. & conſequenter. ſub num. 5. verſ. his præmiſſis. & num. 6. C. de ſent. & interl. omn. iud. quem latè ſequitur Abb. in dicto cap. 1. q. 2. num. 28. verſus finem, & num. 29. & ſeq. & latius, recitando opiniones, ſequi videtur in effectu ibidem Mar. Soc. ſub num. 56. fallen. 1. de mut. petit. & hanc eſſe opinionem Canoniſtarum, & veram) ſcribit Bar. ſub dicto num. 6. & cum declaratione huius limitationis intelligas, quod ſcribit Spec. tit. de reconuent. §. nunc dicamus. num. 9. verſ. & trado regulariter. lib. 2. fol. 76. dicens, quòd regulariter iudex, qui non poteſt cognoſcere de cauſa per modum conuentionis, minus poteſt de ea cognoſcere

per

per modum reconuentionis.

78 Ratio huius limitationis eſt, quia cum iudex non poſsit iudicare de reconuentione, reconuentio non poteſt fieri, Innoc. & Io. And. in locis ſupra proxime citatis; vel, vt dicunt Bar. & qui eum ſequuntur vbi ſupra, quia licet actor debeat pati, ſe reconueniri coram eodem iudice, quem ipſemet eligit, vt dixi ſupra ſub num. 48. verſ. videtur. tamen hoc procedit, quando iudex ex actoris patientia, etiam coacta, poteſt eſſe iudex in cauſa reconuentionis, ſed quando nō poteſt eſſe iudex, eò quia licet patiatur actor, non patitur natura cauſæ, tunc non poteſt eſſe iudex: vide etiam infra num. 111.

79 Contra hanc limitationē, quod imò iudex indiſtinctè fiat iudex in cauſa reconuentionis, quæcunque illa ſit, tenet Gl. 1. in dicta auth. & conſequenter. & videtur probari ex l. 3. quoties. C. de iudic. vbi, ſi in diſceptatione bonorum, puta in petitione hæreditatis, occurrat quæſtio ſtatus, nihil prohibet quominus apud eundem iudicem cognoſcatur cauſa ſtatus, licet alioqui ſuper ea co-
80 gnoſcere non poſſet; † & ratio eſt, quia licet iudex ex ſua iuriſdictione non poſſit principaliter cognoſcere de aliqua quæſtione, tamen poteſt de ea cognoſcere incidenter, vt latè ſequitur Tiraq. in tit. res inter alios acta. &c. limit. 1. verſ. nec hoc caſu. & ſeqq. fol. 105. tom. 5. etiam ſi eſſet iudex delegatus, idem Tiraq. ead. limit. 1. verſ. eaq. procedunt. fol. 106. initio, & patet ex dictis ſupra gl. 6. num. 12. & infra hac ead. ſpec. nu. 85. exempl. 3. quia ratione dependentiæ, & connexitatis quis efficitur iudex cauſæ, quā alias non poſſet cognoſcere, etiam ſi is haberet limitatam iuriſdictionem, adhuc enim incidēter poſſet cognoſcere de quæſtione, quæ principaliter ad ſuam iuriſdictionem nō pertinet, vt, citatis Innoc. Bar. & alijs, ſequitur Surd. conſ. 42. in hoc ducatu. num. 16. in fine, num. 17. 18. & 19. lib. 1. & conſ. 280. quòd illuſtres. num. 11. in fine, & num. 12. lib. 2.

81 Pro concordia, quia ſunt hinc inde iura, & difficultates, diſtinguo duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando iudex cognoſcit incidenter in ordine ad cauſam, de qua poteſt, & debet cognoſcere principaliter, ideoque non cognoſcit, vt ſuper ea pronunciet, & decidat, ſed ſolum vt illius cognitio ſibi ſeruiat ad decidendum cauſam principalem, in qua eſt iudex: & iſto caſu poteſt procedere hæc opinio contra limitationem, quia iſto modo prorogatur, & ampliatur eius iuriſdictio, & ita etiam procedit dicta l. quoties. C. de iudic. vt, reſpondendo, explicat Spec. in dicto S. nunc dicamus. num. 9. verſ. & trado regulariter. fol. 76. lib. 2. quem referunt, & ſequuntur Bar. in auth. & conſequenter. num. 5. verſ. his præmiſsis. C. de ſent. & interl. omn. iud. Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 12. verſ. tertio caſu. Abb. ſub num. 28. q. 2. & Mar. Socc. ſub num. 56. fallen. 1. de mut. petit. & non diſſentit Salyc. in dicta auth. & conſequenter. ſub num. 8. verſ. modo tranſeo ad tertiam. & ita ſcripſi etiam ſupra gl. 3. q. 2. num. 37.

82 Ratio quare poſſit cognoſcere ſolum ad inſtructionem cauſæ principalis, & non, vt illam incidentem determinet, poteſt eſſe ſecundum ea, quæ, loquendo de reconuentione, ſcribit Bar. in dicta auth. & conſequenter. ſub num. 6. C. de ſent. & interl. omn. iud. quia non eſt veriſimile, quòd lex voluerit, quòd propter naturam reconuentionis iudices pedanei cognoſcerent de maximis cauſis: hæc enim eſſet res magni præiudicij, quia poſſent partes inuicem componere, & habere ſuper cauſa ſtatus, vel monachatus, vel matrimonij vnum minimum iudicem, qui ſententiaret ſecundum earum voluntatem, quod eſſet abſurdum.

83 Exemplifica primò, confirmando reſolutionem huius primi caſus non ſolum quando incidenter eſt cognoſcenda cauſa liberalis, de qua eſt oppoſitum in iudicio bonorum, vt in caſu dictæ l. quoties. ſed etiam in caſu, quo clericus ad declinandam iuriſdictionem iudicis ſecularis opponit de incompetentia, & oſtendit inſtrumentum ſui clericatus, quia tunc iudex ſecularis poteſt incidenter, & ideo ſummariè, parte non citata, & nullo ſeruato ordine iudicij, cognoſcere de illa declinatoria, & videre illud inſtrumentum ad effectum dimittendi, ſeu remittendi clericū ad ſuum iudicem, vt ex Bal. Maran. & Gabr. ſecutus ſum lib. proximè præcedenti cap. 8. num. 81. & latius ſupra lib. 1. cap. 86. ſub nu. 50. & ſcripſi remiſſiue ad hunc locum ſupra gl. 3. q. 2. ſub num. 42. cæterum hæc cognitio propriè ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, & quomodo ad eum deuoluatur, & quomodo ipſe in ea procedat, ſcripſi eod. lib. 1. cap. 11. num. 88. 89. & 90. vbi videas.

Confirmatur hæc exemplificatio, dum dici-

dicimus, quòd iudex ſecularis poteſt incidẽter cognoſcere de clericatu, quia ſunt alij caſus, in quibus ratione cõnexitatis iudex ſecularis poteſt decernere, & præcipere clerico, & tamen ſine connexitate eſſet omnino incompetens, & ideo non poſſet: primus caſus ſit, quando iudice ſeculari decernẽte ſequeſtrũ, ſeu depoſitum, clericus fieret ſequeſter, ſeu depoſitarius, quia tunc idem iudex ſecularis poſſet illi clerico præcipere, vt reſtituat ſequeſtrum, ſeu depoſitum, Surd. dicto conſ. 280. quòd illuſtres. num. 11. lib. 2. & ex Affl. & alijs ſecutus ſum dicto cap. 11. num. 96. & idem in ſacriſta fratrũ ſequitur Surd. vbi ſupra. ſecundus caſus ſit, quando auctoritate iudicis ſecularis proceditur ad confectionem inuentarij, ſeu ad inſinuationem legati, aut donationis, vt ſecutus ſum eod. cap. 11. ſub num. 100. in futura impreſſione, & ſcripſi ſpec. præced. num. 115. 117. & ſeqq.

84 Exemplifica ſecundo, quando teſtis deponeret falſum in cauſa ciuili coram iudice cauſarum ciuilium, quia iſto caſu duæ occurrunt difficultates. Prima, an, & quando hæc exceptio, ſeu accuſatio de falſo, tanquã præiudicialis, retardet proceſsũ cauſæ principalis: & in hac difficultate videndi ſunt ij, quos citaui ſupra lib. 1. cap. 75. in fine, ſub num. 5. & quæ ſcripſi infra gl. 14. q. 19. num. 80. 86. & 119. & poteris, ſi placet, videre quæ indagando, an, propoſita exceptione vſurę aduerſus petitam executionem inſtrumenti, ſit ſuperſedendum in executione, ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 56. & ſeqq. vſquè ad nu. 69. incluſiue, & de materia, quando, & quomodo actio ciuilis præiudicet criminali, & è contra, vide quæ ſcripſi infra dicta q. 19. num. 46. 47. & ſeqq. & per totam illam quæſt. Secunda difficultas, an iudex cauſarum ciuilium poſſit incidenter cognoſcere de crimine falſi, & ad quem effectum, & an potius debeat hunc articulum falſitatis remittere ad ſuum iudicem, & in hoc vide quæ ſcripſi dicto lib. 1. cap. 14. num. 2. & 3. & hic gl. præced. num. 14. & ſeqq.

85 Exemplifica tertio, quando teſtis deponeret falſum coram iudice delegato in cauſa ciuili, quia licet ſit controuerſia inter Doctores, an is poſſit punire illũ teſtem falſum, & opiniones ſint contrariæ, & aliquæ diſtinguant, vt patet ex his, quæ ſcripſi lib. proxime præcedenti, cap. 9. ſub num. 806. verſ. prima ergo. & num. 807. & ſeqq. vſque ad num. 812. tamen quoad cognitionem falſitatis in ordine ad expediendam cauſam delegatam, concluſi ibidem num. 817. quòd ſi iudex delegatus non poſſit aliter eam expedire, quin prius cognoſcat ſuper falſitate, tunc poterit de ea cognoſcere, quia, vno conceſſo, intelliguntur conceſſa omnia, ſine quibus illud excerceri non poteſt, per ea, quæ ſcripſi ibidem, & latius eod. cap. 9. nu. 763. & ſeqq. & hic gl. præced. nu. 14. & ſeqq.

86 Exemplifica quarto, quando iudex inferior eſt requiſitus pro executione ſententiæ, latæ à ſuperiore, quia licet is non poſſit cognoſcere de iniuſtitia illius ſententię, vt eam corrigat, ſeu de ea iudicet, tamen poteſt cognoſcere, vt ſe abſtineat ab illius executione, & non obediat, vt ſcripſi ſupra gl. 4. q. 6. num. 36.

87 Infero ex his, quòd iſte caſus, de quo in dicta l. quoties. & in exemplificationibus, non cadit propriè ſub materia reconuentionis, de qua agimus; quamuis aliqui Doct. ponant eum ſub terminis reconuentionis, vt Bal. à me relatus ſupra lib. 1. cap. 14. num. 2. in fine in futura impreſſione, quia iſte caſus non cognoſcitur per viam reconuentionis, ſed cognoſcitur emergenter, ſeu incidenter; emergenter, inquam, quando cognoſcitur ante litem conteſtatam, incidenter verò, quando poſt iuramentum calumniæ, vt dicit Bal. in auth. & cõſequenter. n. 2. verſ. & quæro primo. C. de ſent. & interl. omn. iud. ſed hęc differentia, conſiderata à Bal. inter emergens, & incidens, non habet aliquam rationem, & ideo apud nos eſt vana, per ea, quę ſcripſi cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 29. & 30.

88 Subinfero primo, quòd cũ iudex non poſſit de eiuſmodi cauſa cognoſcere per viam reconuentionis, ſed ſolum incidenter, non poteſt ſuper ea fabricari proceſſus ordinatus, & multò minus pronunciari, per ea, quæ dixi ſupra num. 81. verſ. primus.

89 Subinfero ſecundò, quod cũ non poſſit cognoſci per viam reconuentionis, vt dixi, ſed cognoſcatur, tanquam cauſa præiudicialis incidens, non cognoſcitur ſimul ordine ſucceſſiuo poſt cauſam conuentionis, ſed cognoſcitur antea, quia cauſa pręiudicialis pręiudicat proceſſui cauſę principalis, vt de pręiudiciali ſit prius cognoſcendum, Bar. in dicta auth. & conſequenter. num. 6. in fine, & Bal. ſub num. 2. & latè tractaui infra gl. 14.

gl. 14. quæſt. 19. num. 9. & ſeqq.

Confirmatur hæc iubillatio quoad ordinem cognoſcendi prius articulũ præiudicialem, ex his, quæ ſcripſi infra d. q. 19. & cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 98. & memb. 2. ſub num. 10. verſ. ſecundo quando.

Sed pro vberiori explicatione huius primi caſus, & omnium, quæ in eo diximus à num. 81. vſque ad hunc num. vide omnino, quæ ſcripſi ſupra gl. 3. q. 2. num. 39. & ſeqq.

90 Secundus caſus eſt, quando cauſa conuentionis, & cauſa reconuentionis non habent connexitatem, ita vt ex vna poſſit pendere iuſtitia, & deciſio alterius, ſed ſunt penitus ſeparatæ; vnde iudex non cognoſcit de cauſa recõuentionis in ordine ad cauſam motam per viam conuentionis, quia poteſt illam cognoſcere, & decidere abſque eo, quòd cognoſcat de cauſa reconuentionis, de qua propterea cognoſceret æque principaliter, ſicut de cauſa conuentionis: & iſto caſu adhibendæ ſunt inſpectiones.

Prima inſpectio eſt: quando iuriſdictio iudicis, aditi ſuper conuentione, eſt talis, quæ poſſet de partium conſenſu expreſſo, vel tacito prorogari ad cauſam reconuentionis: & in hac inſpectione concludo conſtanter, ex ſola reconuentione fieri prorogationem, etiam actore inuito, quia fit à lege, & ideo fortius inducitur: & actor, dum conuenit reum, videtur approbaſſe illum iudicem, quę approbatio extendit effectum ſuum, etiam ad cauſam reconuentionis, & ex illa approbatione ortus eſt eius tacitus conſenſus in prorogatione, & non poteſt ſe pœnitere, & ita procedunt omnia, quæ ſcripſi ſupra ſub nu. 48. & ſeqq. verſ. videtur. & num. 51. verſ. ita etiam. & militant rationes adductę ſupra num. 49. ampl. 1. & ſub num. 59. ſubampl. 2.

91 Secunda inſpectio eſt, quando iuriſdictio iudicis non poſſet de partium conſenſu prorogari ad cauſam reconuentionis: & in hac inſpectione firmanda eſt concluſio, quòd ex reconuentione non prorogatur iuriſdictio, Innoc. Io. Andr. Bar. Abb. & Mar. Socc. quos citaui ſupra num. 77. verſ. limita. & ita procedit illa limitatio.

92 Declara primò concluſionem huius ſecundæ inſpectionis, vt iuriſdictio tunc dicatur non poſſe de partium conſenſu expreſſo, vel tacito prorogari, quando iuriſdictio deficit in qualitate illius cauſæ prorogandæ.

Secus eſt, (& ſit ſecunda pars declarationis) ſi non deficiat in qualitate, ſeu ſpecie, ſed deficiat in ſola quantitate, vt remiſsiuè exemplificaui infra num. 126.

Secus etiam, (& ſit tertia pars) ſi non deficiat in qualitate cauſæ, ſed deficiat in qualitate perſonæ, quia tunc poteſt prorogari, & conſequenter eſt locus recõuentioni, vt ex communi Doctorum explicatione vidwhich debimus infra num. 127. & ſeqq.

93 Exemplifica primo primam partem declarationis in iuriſdictione ſimplici, idest, cauſarum ciuilium, quæ, quoad cauſas criminales, ſicq. quoad merũ imperiũ, deficit in qualitate cauſæ, ideoq. ad eam etiam de expreſſo partium conſenſu non poteſt prorogari, Abb. & alij, quos ſecutus ſum quæſt. præceden. limitat. 1. num. 102. & limit. 5. num. 11. verſ. ſecundus. & conſequenter reus, conuentus ciuiliter coram iudice cauſarum ciuilium, non poteſt actorem coram eodem reconuenire criminaliter, quia hoc eſt priuilegium cauſæ, non perſonæ, vt latius dixi infra num. 111. & hoc non poſſet fieri, etiam vtraque parte volente, Bar. in auth. & conſequenter. ſub num. 6. ibi, ſed ſi per modum. & Salyc. num. 9. verſ. quęro nunc ſecundo. C. de ſent. & interl. omn. iud. Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 12. ſub tertio caſu, ibi, per quę dicunt coram iudice. & ibi, ſi in quantitate & qualitate. Abb. num. 22. in fine ibi, tertium membrum principale fuit. & Mar. Soc. num. 86. q. 3. princip. de mut. petit. & quòd de ſinplici iuriſdictione ad merum imperium non contingat prorogatio expreſſa, nec tacita, & conſequenter non habeat locum reconuentio, quia habet naturam prorogationis tacitæ, ſcribit Bal. in d. auth. & conſequenter. ſub nu. 4. q. 2. latius Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. ſub num. 32. q. 6. & verſ. ego autem. & ſub nu. 33. ibi, aut cauſa de qua ſit reconuentio eſt de ſpecie aliarum cauſarum. fol. 118. & 119. & ſub num. 67. verſ. quod tamen limita. fol. 128. & pro hac exemplificatione adde quæ ſcripſi q. præced. limit. 1. num. 102. & ſeqq.

94 Huius exemplificationis materiam tetigiſſe videntur, ſed nimis incultè, & quaſi rudes Gl. in dict. cap. 1. in verbo, ſuper ſuis. in fine, de mut. pet. dicens, quòd reconuentio non habet locum in criminalibus, Innoc. ibidem, num. 1. in verbo, reſpondere. & Io. Andr. num. 3. in verbo, iuſtitiam. & Spec. tit. de reconuent. §. nunc dicamus. initio, lib. 2. fol. 76. qui ſcribunt, reconuentionem

non

non habere locum in criminalibus, quia non relatione criminis, ſed purgatione deſinit eſſe innocens, ſed, vt ſcribit Abb. dicto cap. 1. num. 22. initio, quaſi Gl. & Io. Andr. ſupra citati, nihil boni dicant, nec firment pedes, proſecutus eſt Ant. de Butr. in dicto tertio caſu.

Verum Mar. Socc. in eod. cap. 1. num. 64. fallen. 14. apertius inquit, Gloſſas, & Doct. iuris canonici multum ineptè eſſe locutos in iſto articulo, quem ait eſſe valde difficilẽ, intricatum, & confuſum, & multum imperfectè traditum ab Ant. de Butr. & Abb. & eſſe quæſtionem valde arduam, difficilem, & intricatam, an in cauſa criminali habeat locum reconuentio, ſcribit Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. q. 6. num. 56.

95 Quare ad ornatum, & maiorem intelligentiam huius exemplificationis, & ad explicationem huius difficilis materiæ, ſunt diſtinguenda quatuor membra.

Primum membrum eſt, quando reus, accuſatus criminaliter, vult reaccuſare criminaliter accuſatorem, in quo membro Bar. in dicta auth. & conſequenter ſub num. 7. q. 2. diſtinguit: Aut accuſatus reaccuſat coram iudice accuſatoris; & tunc, inquit, eſt materia legis, is qui reus: Aut vult reaccuſare coram iudice non ſuo per modum reconuentionis, & inquit, non poteſt, quia accuſator illum iudicem non elegit ſponte, ſed neceſſitate propter maleficium, vel iniuriam, ſibi factam, iuit ad eum &c. de ſecundo membro agam infra num. 102. de tertio nu. 107. & de quarto num. 108.

In hoc primo membro, quantum ad primam partem diſtinctionis, traditę per Bar. duo ſunt aduertenda. Primo, quòd non agitur de prorogatione iuriſdictionis, quia præſupponitur, quòd accuſatio ſit facta coram proprio iudice accuſati, & reaccuſatio fiat coram iudice reaccuſati, & conſequenter materia huius diſtinctionis in prima parte eſt extra cancellos noſtri inſtituti. Secundo eſt aduertendum, quòd in hoc habemus tres textus in iure ciuili, videlicet l. 5. is qui reus. ff. de publ. iud. vbi dicitur, *is, qui reus factus eſt, purgare ſe debet: nec ante poteſt accuſare, quàm fuerit excuſatus: conſtitutionibus enim obſeruatur, vt non relatione criminum, ſed innocentia reus purgetur; Illud incertum eſt, vtrum ita demum accuſare poteſt, ſi fuerit liberatus; an, & ſi pœnam ſubierit; eſt enim conſtitutum ab Imperatore noſtro, & diuo patre eius, poſt damnationem accuſationem incboare non poſſe, ſed hoc puto ad eos demum pertinere, qui vel ciuitatem, vel libertatem amiſerunt. Incboatas planè delationes ante damnationem implere eis, & poſt damnationem permiſſum eſt*, & l. 1. C. qui accuſ. non poſs. *prius eſt, vt criminibus, quæ tibi, vt grauiora, ab aduerſario tuo obijciuntur, cædis, & vulnerum, reſpondeas: & tunc ex euentu cauſæ iudex extimabit, an tibi permittendum ſit eundem accuſare, tametſi prior inſcriptionem depoſuiſti*, & l. 19. neganda. C. eod. canonizatam. in cap. 2. neganda. 3. q. 11. *neganda eſt accuſatis, qui non ſuas, ſuorumque iniurias perſequuntur, licentia criminandi in pari, vel minori crimine, priuſquam ſe crimine, quo præmuntur, exuerint, ſecundum ſcita veterum iuris conditorum, ita tamen, vt ipſi inſcriptiones contra eos, etiam pendente accuſatione, deponere poſſint*, ex quibus iuribus Doct. magnas formarunt diſtinctiones, & altercationes, vt ſcribit Carauit. in rit. 193. ſub n. 1. & variè ſũt locuti; nã Ant. de Butr. in dicto cap. 1. n. 12. verſ. ad primũ. de mut. petit. ſcripſit aliqua confusè, & ſine ordine, Bar. in dicta l. is qui reus. poſtquam initio præfatus eſt, illam legem, tractantem de hac materia, eſſe difficilem, ſicut aliquam aliam, quæ ſit in illo libro, & ſe nunquam vidiſſe eam, quin ſibi videretur difficilis, & poſt adductas cõtra eam aliquas oppoſitiones, deinde nu. 11. & ſeqq. ſic diſtinguit: aut accuſatus vult reaccuſare antequã ſuum nomen ſit receptum inter reos: aut poſtquam eſt receptum; & tũc, aut ante ſententiam, aut poſt ſententiam: Primo, inquit caſu, quãdo ſuum nomen nondum eſt receptum inter reos, denuo diſtinguit: aut, reaccuſando, proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam; & poteſt indiſtinctè: aut non proſequitur, & tunc rurſus diſtinguit, aut reaccuſat de maiori crimine, & poteſt reaccuſare, aut reaccuſat de minori, vel de pari, & non poteſt reaccuſare, vt procedatur; ſed poteſt accuſationem proponere, vt differatur: Secundo caſu, quando ſuum nomen eſt receptum inter reos, & ſumus ante ſententiã, denuo diſtinguit: aut vult reaccuſare ſuum accuſatorem: aut extraneum: ſi ſuum accuſatorem, inquit, aut reaccuſat, implorando officium iudicis, aut, excipiendo, aut reaccuſando principaliter: ſi implorando officium iudicis, poteſt: ſi excipiendo, & exceptio eſt peremptoria, poteſt; ſecus ſi

dila-

dilatoria: ſi reaccuſando principaliter, ruſſus diſtinguit: aut crimen, de quo reaccuſat, eſt præiudiciale ad primum, & poteſt: aut non eſt præiudiciale, ſed tamen eſt connexum crimini, de quo eſt accuſatus, & poteſt: ſi verò non eſt connexum, denuo diſtinguit: aut vult reaccuſare, vt procedatur, & indiſtinctè nõ poteſt, niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam: aut vult ſe ſolum inſcribere, vt differatur poſt ſententiam, & poteſt: & hęc, quando reaccuſat ſuum accuſatorem: Quando autem vult reaccuſare extraneum, diſtinguit: ſi vuult reaccuſare de maiori, poteſt indiſtinctè: ſi de minori, vel pari, non poteſt, niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam: poteſt tamen accuſationem proponere, vt differatur: & hęc, quando reaccuſat ante ſententiam: Quando verò vult reaccuſare poſt ſententiam: tunc Bar. videtur hanc materiam tractare ibidem, ſub num. 5. verſ. venio ad ſecundam partem. & ſub num. 6. verſ. venio ad aliam. ſed poſtea explicite, & formaliter, eam diſtinguendo, explicat num. 7.

Abb. in dicto cap. 1. ſub num. 22. de mut. petit. ſequitur formaliter totam Bartoli diſtinctionem, præterquàm in primo caſu, quãdo nomen accuſati non dum eſt receptum inter reos, quo caſu Bar. vt retuli ſupra, diſtinguit, an proſequatur, vel non proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam; ſed Abb. ſine vlla diſtinctione dicit, quòd poteſt reaccuſare. In ſecundo caſu, quando nomen eſt receptum inter reos, & ſumus ante ſententiã, Bar. & Abb. in effectu omnino cõcordant; licet enim Abb. nõ præmittat verbaliter illã diſtinctionem, an accuſet ſuum accuſatorem, vel extraneum; tamen vterque loquitur in effectu cum hac diſtinctione, & Abb. ab eo nullatenus diſcedit. In tertio verò caſu, quãdo vult reaccuſare poſt ſententiam, Abb. ſimiliter ſequitur omnino, & formaliter diſtinctionem Bartoli, quam tu poteris videre apud alterum eorum.

Ang. Aret. tract. de maleſ. in verbo, & ad querelam titij. num. 63. & ibi Auguſt. & Hier. in addit. ex iiſdem iuribus pro eorum ingenio ſub iiſdem ferè membris, & caſibus ſuas formant diſtinctiones, quas non aliter refero, ne paginas inutili, ac tedioſa relatione occupem.

Mar. Socc. in dicto cap. 1. num. 64. & ſeqq. fall. 14. de mut. petit. more ſuo ſolito aſſumit iſtam materiam longo ordine, eamque examinando, totam diſtinctionem Bartoli, & aliorum diuidit in quatuor quæſtiones, & primam diſtinguit in duo mẽbra, & primum ſubdiſtinguit in alia duo, & in primo format quatuor caſus, & primam quæſtionem, quam dicit eſſe difficillimam, & intricatiſſimam, proſequitur vſque ad num. 85. excluſiue, & licet videantur prolixę proſequtio, & explicatio, tamen nihil relinquit intactũ, omnium refert opiniones, opponit, & ſoluit, & ordine ſatis claro: non tranſcribo, habes vbi videas.

De hac materia ſcripſerunt etiam nõnulla Gand. tract. de maleſic. rubr. de filioſam. & vtrũ &c. num. 40. & ſeqq. fol. 272. Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. ſub num. 56. & ſeqq. q. 6. fol. 125. Carauit. ſuper rit. 193. num. 1. & multi ex antiquis, & non antiquis in eorum lecturis, quos non memoro, quia eorum dicta ſunt relata apud Doct. quos nos citauimus, & nihil amplius, ſed potius pauciora explicàrunt.

Clar. in pact. crim. lib. 5. §. fin. q. 14. verſ. tertius eſt caſus, citatis Doctoribus, diſtinguit, vt accuſatus poſſit, antequam ſuum nomen ſit receptum inter reos, reaccuſare ſuum accuſatorem etiam de pari, vel minori crimine, dummodo ipſe accuſatus ſit in carceribus conſtitutus, & ita teſtatur, obſeruari per totam Italiam: ſi verò nomen accuſati ſit receptum inter reos, refert breuiter varias opiniones.

96 Verum alibi legibus municipalibus, & alibi iudiciorum vſu aliter eſt prouiſum: nam in Regno Neapolitano ritus Curię, quod nullus. & ritus, item ſeruat ipſa curia. rubr. de accuſationib. denuntiation. &c. & rubr. de eo, qui prius curiam adiuit. fol. 392. & cap. iniunxit nobis. verſus finem, ibi, item accuſator. fol. 359. quod diſponit idem, prouident ſuper iſta materia in multis. Primo, quòd nullus admittatur ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorũ iniuriam proſequatur, quod notat Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. num. 57. & 58. vnde ſuperflua eſt illa diſtinctio in caſu, quo proſequitur, vel non proſequitur ſuam iniuriam. Secũdo prouident, quod procedatur ſuper accuſatione, & reaccuſatione, non attenta maioritate, vel minoritate criminis, quamuis l. 1. C. qui accus. non poſſ. diſponeret, prius procedendum eſſe ſuper reaccuſatione, ſi erat de maiori crimine. Tertio prouident, quòd accuſatus non poſſit, pẽdẽte accuſatione, reaccuſari de ali-

quo

quo crimine, in quo non poſſit procurator interuenire, & dummodo caueat, finita accuſatione, ſe paratum ſtare iuri, coram quocunque iudice. Quarto prouident, quòd prohibitio, vt accuſator non poſſit reaccuſari, niſi vt ſupra, ſe extendat ad eius patrem, matrem, filios, fratres, ſorores, nepotes, & neptes; & ſimiliter prohibitio, quòd accuſatus non poſſit reaccuſare, extendatur ad prædictos ſuos conſanguineos, & vxorem. Quinto prouident, quòd poſſit fieri reaccuſatio, ſi fiat eodem die ex nouo delicto, vt hæc omnia explicant Maran. dicta diſtinct. 6. num. 58. & ſeqq. vſque ad num. 64. incluſiue, Carauit. ſuper rit. 193. ſub num. 1. & ſeqq. vſque ad num. 5. incluſiue, & aliqua ſcribit Ioann. Ant. de Nigr. dicto cap. 258. iniunxit. num. 29.

97 In Ducatu Mediolani quid ſeruetur, ſcribit Clar. in loco, ſupra proximè citato, dicens, (apud nos regulariter non admittitur in practica querela accuſati contra querelam accuſatoris ſuper eodem facto, niſi reus ſit perſonaliter in iudicio conſtitutus: alias, inquit, eſſet deſtruere totam practicam criminalem, quia per indirectum reus admitteretur ad faciendum ſuas defenſiones extra carceres; quod non eſt dicendum; & ita ait obſeruari, etiam ſi ſecunda querela eſſet de grauiori delicto: Quòd ſi reus ſit in iudicio perſonaliter conſtitutus; teſtatur, querelam contra querelam ſemper admitti, ſiue agatur de maiori crimine, ſiue de minori, & ſuper vtraque ſimul procedi, dummodo crimina ſe inuicem contingant: cæterum, ſi crimina non ſe contingant, tunc, inquit, forſan in aliquibus locis ſeruaretur communis opinio, vt non admittatur reus ad reaccuſandum, niſi de maiori crimine, & in quo ſuam proſequatur iniuriam, & demum reſidet in hoc, quòd in Ducatu Mediolani, vbi ferè de quocunque crimine poteſt ex officio inquiri, hæc exceptio parum prodeſſet, quia ad inſtantiam Fiſci aſſumuntur informationes ex officio ſuper omnibus, nulla habita ratione, an ſuper eo crimine poſſet procedere accuſatio: benè, inquit, verum eſt, quòd ſi iudex videret, accuſatum reaccuſaſſe ſuum accuſatorem, vt illum diuertat à proſecutione accuſationis, ſolet quandoque ab ipſo accuſatore reaccuſato accipere fideiuſsionem de ſe conſtituendo quotieſcunque ipſi iudici videbitur, qua fideiuſsione accepta, procedit ſuper prima accuſatione;) & ad Clar. hoc in loco, vti optimè, magiſtraliter, & ſubtiliter declarantem, & loquentem, & ad Decian. in ſuis tract. lib. 3. cap. 24. par. 1. ſe remittit Proſp. Farinac. in quæſtionib. criminalib. lib. 1. quæſt. 12. ſub num. 23.

98 Ego in hac controuerſia obſeruarem duo; prout obſeruatum vidi à prudentibus iudicibus.

Primo obſeruarem, an accuſatus ſit contumax, quia, donec eſt contumax, ad eius inſtantiam non procederem; ſed procederem ex mero officio, ſi ita caſus, & delicti qualitas poſtularent, aduertendo, ne ex illo proceſſu deſtrueretur, ſeu læderetur ius Fiſci ſuper accuſatione; & pariter, ne ex non proceſſu periret ius reaccuſationis, aut aliud malum ſequeretur: debet enim iudex ex vna parte obuiare malitijs, & fraudibus accuſati, quia in omni diſpoſitione ſemper intelligeretur excepta fraus, vt dixi in mea deciſione. . . . . num. 17. in fine, die 23. Martij anno 1620. & ex alia parte debet præcauere, ne delicta remaneant impunita, & ne ex procraſtinatione, aut tarditate proceſſus fiant impoſturæ, & ſequatur fuga; quare diligenter aduerterem ex vna parte, ne illa reaccuſatio ſit calumnioſa, ſeu aliter malitioſa ad deterrendum, & vexandum accuſatorem, ne accuſationem proſequatur, quia accuſatio tarda ſolet eſſe ſuſpecta, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 73. ſub num. 2. verſ. non obſtat quòd accuſatio. & ideo non multum illi reaccuſationi crederem; & ex alia parte me aſſecurarem, ne reaccuſatus fugam arriperet, præſertim ſi reaccuſatio eſſet de crimine graui, & ſuſpicarer ex aliqua veriſimilitudine, aut circumſtantia, poſſe eſſe veram; quia poſſunt hæc duo ſimul ſtare; quòd reaccuſatio fiat ad vindictam, & ad diuertendum proceſſum accuſationis; & quòd reaccuſatio ſit vera, ſicque poteſt eſſe, quòd inimicus aliquando dicat veritatem, licet ei credendum non ſit, & ideo vterer remedio fideiuſsionis.

Secundo, ſi iuſtitiæ expediret, ſuperſederem in vna, & procederem in alia, prout cauſæ præiudicialitas, & ad euitandam intricationem proceſſus ordo poſtularent, ſed ſemper, aſſecurato iudicio, & in hac aſſecutione exigenda ab accuſatore reaccuſato, eſſem circumſpectus, ne reaccuſatus, impotens

ad inueniendam fideiuſſionem, vel alias deterritus, etiam ſi eſſet innocens, ſe cum accuſato componeret, aut, aliter deſiſtendo, probationes deinceps non ſubminiſtraret: & licet in accuſatione criminis, pro quo veniret imponenda pœna corporis afflictiua, non ſit locus aſſecurationi fideiuſſoriæ, tamen iſto caſu aliter fieri non poteſt.

Iſtis obſeruatis, non attenderem, an nomen accuſati ſit, vel non ſit receptum inter reos, neque an ſuam, vel non ſuam proſequatur iniuriam, neque an reaccuſet de maiori, vel minori crimine, & ſimilia.

99 Ratio, qua moueor, eſt duplex. Prima quia, cum tot diſtinctionum ambagibus videremur irretiri potius, quam ſolui, & inuolui magis, quam inſtrui; vſus eas neglexit, quia valdè intereſt Reip. ne delicta remaneant impunita, prout quandoque remanerent, ſi modus procedendi, traditus à lege, ſemper eſſet ſeruandus; nam, condita lege, ſtatim excogitatur fraus, qua patefacta, nouæ conduntur leges, aduerſus quas nouæ inueniuntur fraudes, vnde communis iudiciorum vſus introduxit, vt ad inueniendà delicta, & facinoroſos homines procedatur ſummariè, & arbitrario modo, vt ſcripſi ſupra lib. *1*. cap. 51. num. 30. & 42. & cap. 95. ſub num. *1*. verſ. ſi non ſunt purgata. nullum enim aliud remedium viſum fuit ſufficiens ad obuiandũ hominum impoſturis, & technis, quas aduerſus iudices veritatem indagantes ſtruunt, & preparant, etenim cum iudicis arbitrium prenoſci non poſſit, vtique id non ita facile circunuenitur, iuxta ea, quæ in alijs terminis ſcripſi dicto lib. *1*. cap. *86*. ſub num. *39*. & in hoc arbitrario procedendi modo, non aliud, quàm hoc obſeruari debet, videlicet, ne delicta remaneant impunita, & reis iuſta non auferatur defenſio: vniuerſa enim iuriſprudentia ad hæc duo reducitur: primum, vt iudex ſtudeat inuenire veritatem, ad quam inueniendam, variæ ſolent patere viæ, ſicut varia poſſunt haberi itinera, pro acceſſu ad aliquem locum, & quemadmodum itinerantes variant itinera ſecundum obſeſſiones, impedimenta, & ſuſpiciones, ita etiam iudices variare debent vias, & modos, ſecundum factorum contingentiam; dummodo ſeruent ſemper præcepta generalia, quibus excludatur iniuſtitia: ſecundum eſt, vt, veritate comperta, faciant iuſtitiam.

Nec dicat aliquis, hunc modum arbitrarium non eſſe attendendum, quia ſeruari debeat lex, per ea, quæ dixi cap. ſeq. q. 17. limit. 48. num. *11*.

Nam reſp., ſeruandam eſſe legem quantumuis duram, donec illa lex non ſit à Principe, vel à conſuetudie legitimè mutata; prout ab ea mutatam eſſe dicimus in caſu noſtro, in quo mutatio eſt rationabilis, per ea, quæ dixi num. præcedentib. & tolerata à Principibus; vnde ſuccedunt quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. *1*. quæſt. *1*. num. 318.

100 Quia inter præfatas diſtinctiones continetur illa, quando nomen accuſati eſt receptum inter reos, ideo ſciendum eſt, quòd nomen rei dicitur receptum inter reos, quando, propoſitis exceptionibus dilatorijs, videlicet, quod accuſatio non procedit; quòd iudex nõ eſt cõpetens, & ſimilia; iudex pronuntiat, ijs non obſtantibus, eſſe procedendum, Bar. in l. 5. is qui reus. num. 3. verſus finem, ibi, quare dico quòd. ff. de publ. iudic. Abb. in cap. 1. ſub num. 22. & Mar. Socc. num. 65. verſ. circa primum. de mut. petit. Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. num. 59. & Clar. in pract. crim. lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. *14*. verſ. ſed hic incidenter. verſus finem, & hæc eſt communis opinio.

101 Declara, hanc communem opin. eſſe veram, ſi oppoſitæ ſint prædictæ exceptiones dilatorię; ſed ſi non ſint oppoſitæ, dic, nomen accuſati intelligi receptũ inter reos poſt litem conteſtatam, ſeu habiram pro conteſtata, vt explicant Maran. & latius Clar. in locis, proximè citatis: An autem, & quando lis dicatur conteſtata, ſeu habeatur pro conteſtata, ſcripſi ſupra lib. *1*. cap. vlt. num. *9*. Sum expeditus à primo membro, de quo ſupra ſub num. 95.

102 Secundum membrum eſt, quando accuſatus criminaliter vult reaccuſare ciuiliter: & in hoc membro conſidero quatuor caſus. Primus caſus eſt, quando accuſatus vult reaccuſare ciuiliter coram eodem iudice, qui habet iuriſdictionem ſolum in cauſis criminalibus, & non in cauſis ciuilibus: & iſto caſu dico, quòd non poteſt, quia cum iuriſdictio criminalis prorogari non poſſit ad ciuilem per expreſſum, vel tacitum partium conſenſum, per ea, quæ dixi quęſt. præceden. limit. *1*. num. 100. exempl. 5. minus poteſt prorogari per viam reconuentionis, per ea, quæ dixi ſupra hac

103 eadem 3. ſpec. num. *93*. † Secundus caſus eſt,

eſt, quando iudex habet vtramque iuriſdictionem; vt habent plerique Prætores, & iudices in ſtatu eccleſiaſtico; ſed tamen non eſt iudex accuſatoris: & iſto etiam caſu videtur dicendum, quòd non poſſit reaccuſari ciuiliter, quia accuſator ex neceſſitate, & non voluntariè adiuit iudicem accuſati, & conſequenter ceſſat in eo ratio illa; cuius in agendo &c. de qua ſcripſi ſupra ſub num. 48. verſ. videtur. cuius rationis ceſſationem in iſtomet propoſito adducunt Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 12. verſ. primo eſt dubitatio. Abb. num. 22. verſus finem, verſ. ſecundum membrum. & Mar. Socc. num. 85. verſ. ſecundo vtrum accuſatus. de mut. petit. & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſtinct. 6. num. 66. verſ. ſecundum membrum. in fine, & ex Bar. retuli ſupra ſub num. 95. verſ. primum. Sed ego, niſi obſtarent dicta in ſequentibus caſibus, eſſem in contraria opinione, quòd poſſet.

104 † Tertius caſus eſt, quando conſideramus reaccuſationem ſimpliciter, nulla habita diſtinctione, an iudex habeat vtramque iuriſdictionem, an reaccuſet coram iudice ipſius accuſatoris, & ſuper re diuerſa, ideoque compaſſibili: & iſto caſu, ſimpliciter loquendo, Abb. Mar. Socc. & Maran. in locis ſupra proximè citatis, tenent ſimiliter, quòd non poſſit, & hanc eſſe communem opinionem refert, & ſequitur Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 2. verſ. ſed quid è

105 conuerſo. † Ratio, qua mouentur, eſt, quia prima cauſa, nempe, accuſatio criminalis, tanquam maior, facit ſilere minorem, l. vlt. C. de ord. iudic. Abb. Mar. Soc. Maran. & Clar. in locis ſupra proximè citatis, pro qua ratione apprimè faciunt, quæ ſcribunt Iaſ. & alij in §. præiudiciales ſub num. 4. verſ. ſecundo principaliter. Inſtit. de action. additque Clar. hanc aliam, ne accuſator propter litem ciuilem diſtrahatur à proſecutione iudicij criminalis, in quo vertitur publicum intereſſe, ne ſcilicet delicta remaneant impunita, & cum iſtis concordant quæ ſcripſi infra gloſ. 14.

106 quæſt. 19. num. 71. verſ. ſecundus. † Quartus caſus eſt, quando accuſatus criminaliter, reaccuſat ciuiliter accuſatorem ſuper eodem facto: & iſto caſu certum eſt, quòd non poteſt, tum quia ſuper eodem facto non poteſt ſimul ciuiliter, & criminaliter agi, Innoc. in cap. 1. ſub num. 2. verſ. item cum generaliter. & Ioann. Andr. ſub num. 3. de mut. petit. & proinde ſi tu petas à me centum, & ego accuſo te de violentia, facta in promiſſioue illorum centum, ſuperſedebitur in actione tua ciuili, Ioann. Andr. ſub eodem num. 3. ibi, contra agentem autem. tum quia cauſa criminalis eſt maioris importantiæ, ideoque non ſilet; ſed facit ſilere, vt dixi num. præcedenti, tum quia cauſa criminalis regulariter eſt præiudicialis illi, cui eſt connexa, per ea, quæ dixi ſupra num. 84. exemplific. 2. tum quia dato, quòd cauſa ciuilis, & cauſa criminalis eſſent inuicem præiudiciales, itaut vna præiudicaret alteri, tamen in iſto quarto caſu, de quo agimus, criminalis præiudicat, quia eſt prius intentata; ſicur è conuerſo ciuilis, ſi prius eſſet intentata, præiudicaret criminali in caſu præiudicabili, vt dixit Rot. coram Reuerendiſſimo P. D. Ioanne Baptiſta Coccino, Prælato integerrimo, Sacræ Rot. Rom. Decano meritiſsimo, & ob eius egregias virtutes nunquam ſatis laudato, deciſ. 19. pendente, num. 7. in fine, & num. 8. & ſeqq. in Interamn. pecun. lunæ 23. Iunij 1603. inter impreſſas apud Modern. ſuper ſtat. vrb. lib. 1. cap. 151. de qua deciſione memini etiam infra gloſ. 14. quæſt. 19. num. 47. ideoque ſuccedit regula: qui prior appellat, prior agat, l. 29. qui prior. ff. de iudic. vt loquendo etiam de reconuentione, ſed in alio propoſito, dixi ſupra ſub num. 38. verſ. ſecus eſt. Et hæc ſufficiant de ſecundo membro, de quo ſupra num. 102.

107 Tertium membrum eſt, quando conuentus ciuiliter, vult actorem ſuper re diuerſa coram eodem iudice reconuenire criminaliter: & in iſto membro diſtinguo duos caſus. Primus eſt, quando iſte iudex eſt iudex ſolum cauſarum ciuilium: & concludo, quòd non ſit prorogatio, per ea, quæ in iſtis terminis dixi ſupra num. 93. Secundus caſus eſt, quando habet vtramque iuriſdictionem; & tūc adeſt contrarietas opinionū: quòd enim ad huc non poſſit reconuenire, ſuadetur ex eo, quòd de natura reconuentionis eſt, vt fiat ſimultaneus proceſſus cū cauſa conuentionis, & vtraque cauſa terminetur vnica ſententia, vt dicunt Abb. in dicto cap. 1. ſub. num. 23. ibi, ſi verò iudex. & Mar. Socc. ſub num. 86. q. 3. princip. de mut. petit. & quando vtraque cauſa eſſet liquida, & ferretur ſententia ſolum ſuper cauſa conuentionis, ex hoc ipſo reus poſſet appellare,

vt ſecutus ſum ſupra num. 65. verſ. nota. ſed cauſa criminalis eſt maioris importantię, ideoq. prius eſt terminanda, l. 1. C. qui accuſ. non poſs. & facit ſilere minorem, per ea, quæ dixi ſupra num. 105. ergo reconuentio propriè non procedit. Contrarium videtur verius, quia vterque iudex, ſeu idem iudex eſt competens, & vna cauſa non dependet ab alia, & in iure non eſt prohibitū, per ea, quę ex Innoc. & alijs referunt Abb. & Mar. Soc. in locis, ſupra proxime citatis, & quòd in Regno Neap. procedat hæc reconuentio, & non ſuperſedeatur in cauſa ciuili propter præiudicium cauſę criminalis, etiam ſi eſſet crimen lęſæ maieſtatis, dummodo fiat coram iudice competenti, diſponit conſtitutio Regni, vt ſcribit Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. ſub num. 66. & 67. verſ. tertium membrum. fol. 128. & ex Affl. retuli, & ſecutus ſum infra, gl. 14. q. 19. num. 78.

108 Quartum ſit membrum, quando conuentus ciuiliter de crimine, vult reconuenire ciuiliter de alio crimine, & de hoc vide Maran. dicta diſt. 6. num. 68. vbi firmat concluſionem, quòd reconuentio procedit coram iudice competenti, ſcilicet, qui eſt iudex reconuenti, & hoc dicit patere ad ſenſum, quia ſi quādo agitur merè criminaliter, procedit reconuentio, vbi reconueniens proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam, multò fortius, quando agitur ciuiliter, quia magis adhæret naturæ reconuentionis; nam tunc ſuum proprium intereſſe quis proſequitur, quando agit ciuiliter; ſed ſi propter reconuentionem vellet prorogare coram non iudice ipſius reconuenti, hoc, inquit, non poſſet, quia, &c. Et quid ſi conuentus ciuiliter de crimine, velit reconuenire actorem ex cauſa merè ciuili, vide Mar. Socc. in dicto cap. 1. num. 87. q. 4. de mut. petit. vbi ait, quòd ſi fuit conuentus ciuiliter ex maleficio ſuo, ſeu ex facto ipſius conuenti abſq; ſcientia actoris, non admittitur reconuentio coram iudice non ſuo, quia non ſponte elegit illum, ſed neceſſitatus venit ad eum. Et quid ſi reus conuentus mere ciuiliter, velit reconuenire actorem ciuiliter, ex crimine, vide eundem ibidem num. 88. q. 5. & vide in his Abb. in eod. cap. 1. ſub num. 25. verſ. quartum membrum. ego enim in his, quæ dicta ſunt in iſto membro, nihil firmo; quia reſolutio ſatis colligi poteſt ex dictis antea in toto diſcurſu.

Et hęc ſufficiant de prima exemplificatione poſita ſupra num. 93.

109 Exemplifica ſecundo eandem primam partem declarationis, poſitę ſupra, num. 92. vt habeat locum in caſu conuerſo, nempè in eo, qui cognoſcit ſolum cauſas meri imperij, id eſt, criminales, quia eius iuriſdictio non poteſt etiam per reconuentionem prorogari ad cauſas ciuiles, per eadem fundamenta, vt ſecutus ſum q. præced. limit. 1. num. 100. exempl. 5.

110 Exemplifica tertio eandem primam partem declarationis, in cauſa ſpirituali, ſeu eccleſiaſtica, quia reus, conuentus ſuper re prophana coram iudice ſeculari, non poteſt actorem, puta, clericum, reconuenire coram eod. iudice de re ſpirituali, vel eccleſiaſtica, Bar. in auth. & conſequenter. ſub num. 5. verſ. his præmiſſis. Bal. ſub num. 18. & Salyc. num. 6. C. de ſent. & interl. omn. iud. & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. ſub num. 33. ibi, aut cauſa de qua fit reconuentio eſt de ſpetie aliarum: fol. 119. & ſub num. 53. fol. 125. & in hoc concordare omnes, teſtatur, & ſequitur Mar. Socc. in cap. 1. num. 29. limit. 2. de mut. petit. & ſcripſi infra num. 132.

111 Ratio eſt, quia licet actor debeat pati, ſe reconueniri coram eodem iudice, per ea, quæ dixi ſupra ſub num. 48. verſ. videtur. tamen videndum eſt, ſi hoc patiatur natura cauſæ, quia non ſufficit patientia perſonæ, quando priuilegium non eſt conceſsum perſonæ, ſed eſt conceſſum cauſæ, vt breuiter etiam dixi ſupra num. 78. verſ. ratio. ſeu, vt dixit Mar. Socc. vbi ſupra, quia laicus eſt incapax huius cognitionis.

112 Exemplifica quarto in iuriſdictione, quam ſtatuta tribuunt quandoque magiſtris artium inter ſuos artifices, vel in quæſtionibus, quę contra eos mouentur, quia coram iſtis non habet locum reconuentio de alia ſpecie cauſarum, Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 16. ibi, quod eſt notandum propter ſtatuta. de mut. petit. & Marſ. in cap. at ſi clerici. num. 226. in fine, & num. 227. de iudic. inter Repeten. tom. 3. fol. 73.

Confirmatur hęc exemplificatio ex eo, quòd iuriſdictio iudicum, qui habent limitatam iuriſdictionem, vt ſunt iudices mercantiæ, & alij ſimiles, non poteſt prorogari ad aliam ſpeciem cauſarum, teſtibus his, quos ſecutus ſum quæſt. præced. limit. 1. num. 92. vbi videas.

Infe-

113 Infero primo ex hac exemplificatione, quòd ſi ſcholaris, conuentus coram ordinario, declinauerit illius iuriſdictionem, ideoque actor eum conueniat coram Rectore, ſeu Doctore ſcholaris, qui coram eo reſpondeat; (habet enim ſcholaris priuilegium eligendi iudicem, coram quo velit conueniri, vt dixi quæſt. præceden. limit. 1. num. 32. & limit. 2. nu. 40.) non poterit ſcholaris eundem actorem non ſcholarem, coram Doctore reconuenire, tùm quia actor iudicem ſcholaris adiuit inuitus, Cyn. in authen. habita. ſub num. 10. quæſt. 5. C. ne fil. pro patr. Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 16. ibi, ad hoc facit. Abb. num. 37. & 38. & Mar. Socc. ſub num. 11. ibi, vnde pro concluſione. de mut. petit. tum quia Rector, ſeu Doctor eſt iudex cauſarum, in quibus ſcholares conueniuntur, non autem cauſarum, in quibus ſcholares conueniunt non ſcholares, Cyn. & Ant. de Butr. in locis hic ſupra citatis, & Abb. d. num. 37. & quòd Epiſcopo, & Doctori attributa ſit iuriſdictio, quando ſcholares conueniuntur; ſecus quando agunt, vel accuſant, quia tunc ſequuntur forum rei, ſcribunt Bal. in dicta auth. habita. ſub num. 26. verſ. ſed dubitatur. & Horat. Lut. tract. de priuil. ſcholar. priuil. 66. limit. 9. tom. 18. fol. 83. hancque eandem illationem ex Cyn. ſequutus videtur Io. de Imol. à me relatus infra ſub num. 119. in quinto caſu.

114 Contra hanc illationem vrget argumentum, adductum à Bal. in auth. & conſequenter. in fine, ſub nu. 27. verſ. pone ſcholaris. in fine, C. de ſent. & interl. omn. iud. relatum ab Abb. in d. cap. 1. ſub num. 37. ibi, item vt dicit. & Mar. Socc. ſub num. 11. ibi, item dicit bal. de mut. petit. inquit Bal. quòd ex quò ſcholaris habet ex priuilegio poteſtatem eligendi iudicem, non debet hoc priuilegium eſſe ſibi damnoſum, & ſibi auferre iuris communis diſpoſitionem circa facultatem reconuentionis faciendæ, itaut vel perdat priuilegium, aut ius commune; hancq. contrariam opin. tenent Rebuff. tract. de priuil. ſchol. priuil. 160. num. 1. & 2. & Horat. Lut. eod. tract. priuil. 66. ampl. 3. tom. 18. fol. 60. & 82. quia in effectu ſcholaris eſt reus, & ideo ſuccedit tit. de mut. petit. & quia priuilegium non aufert ius commune; & hanc opinionem poſſe de rigore defendi, ſcribunt Abb. & Mar. Socc. in locis citatis num. præcedenti.

115 Pro intelligentia, & reſolutione aſſumo omnes caſus, qui ſunt ſex.

Primus caſus eſt, quando actor conuenit ſcholarem coram vno iudice, & ſcholaris, habens facultatem eligendi vnum ex pluribus iudicibus, voluit, conueniri coram alio: & iſto caſu videtur, quòd ſcholaris non poſſit actorem reconuenire coram eodem iudice, quia actor coram eo non egit ſponte, ſicque non traxit, ſed fuit tractus, & conſequenter ceſſat ratio, quam retuli ſupra ſub num. 48. verſ. videtur. & num. 103. in ſecundo caſu. & in hoc caſu procedit illatio.

116 Secundus caſus eſt, quando ſcholaris, conuentus coram vno ex iudicibus, coram eo reſpondidit, adeo quòd actor remanſit coram eo iudice, quem actor ipſe ſua ſpontè adiuit: & iſto caſu dico, quòd ſcholaris poteſt actorem coram eo reconuenire, Abb. & Mar. Socc. in locis, ſupra proximè citatis, militare enim videtur iſto caſu ratio, de qua ſupra ſub num. 48. verſ. videtur.

117 Tertius caſus eſt, quando ſcholaris vigore ſtatuti non poteſt declinare iuriſdictionem vnius iudicis, puta Rectoris; & iſto etiam caſu dico, quòd poteſt actorem coram eo reconuenire, Abb. in dicto cap. 1. ſub num. 37. & Mar. Socc. ſub num. 11. de mut. petit. qui ſcribit, hanc opinionem ſibi videri rationabilem, & iuſtam.

118 Quartus caſus eſt, quando reconuentio fit ſuper eodem negotio, itaut ventilatio ſit connexa; & iſto caſu reconuentio procedit, non ex authen. & conſequenter. C. de ſenten. & interl. omn. iud. ſed ex l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eatur. & l. 10. nulli. C. de iudic. Bal. in authen. habita. ſub num. 37. quæſt. 5. C. ne fil. pro patr. Mar. Socc. in dicto cap. 1. ſub num. 11. ibi, vnde cum non eligat illum iudicem. & Horar. Lut. tract. de priuil. ſchol. priuil. 66. ampliat. 3. in fine, tom. 18. fol. 82. & ſatis explicaui ſupra num. 61. verſ. ſecundus caſus. & num. 65. & 66. verſ. nota differentiam.

119 Quintus caſus eſt, quando ſcholaris cõuenit alium ſcholarem; & iſto caſu ſimiliter concludo, quòd procedit reconuentio; & moueor, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æque priuilegiatũ, per ea, quę de priuilegio l. vnicæ C. quan. imper. &c. ſcripſi cap. ſeq. q. 7. num. 128. & loquendo de priuilegio ſcholaris in facultate appellandi,

omiſſo medio, ſcripſi ibidem, num. 102. in alia futura impreſſione, & in terminis caſus noſtri tenet Bal. in l. 2. num. 1. C. de priuil. fiſc. ſi non vtitur priuilegio; ergo ſcholaris, conuentus ab alio ſcholari, tenetur reſpondere coram iudice, coram quo eſt conuentus, dummodo ſit ex competentibus: ergo coram eodem, coram quo conuenit, poterit reconueniri, quia ſcholaris actor eum elegit, & ſic intrat ratio l. cum papinianus. de qua ſupra ſub num. 48. verſ. videtur. & ita videtur omnino ſentire Io. de Imo. in cap. 1. quem citat ibidem Mar. Socc. ſub num. 11. q. 2. ibi, eſt tamen aduertendum. de mut. petit. dicẽs, quòd ſcholaris conuentus non poteſt reconuenire actorem, niſi actor ſit ſcholaris.

120 Non obſtat, quòd Bal. in auth. habita. num. 33. verſ. & quæro ſi ſcholaris. C. ne fil. pro patr. ſibimet contrarius, dicat, quòd quando ſunt plures priuilegiati ſub eadem conſideratione, tunc melior eſt conditio rei, l. 46. arrianus. ff. de act. & oblig. & l. 148. fauorabiliores. ff. de reg. iur. vnde, inquit, ſi ſcholaris agit contra ſcholarem, habet locum dicta auth. habita. quod tu explica, vt ſcholaris conuentus habeat facultatem eligendi iudicem, & conſequenter ſcholaris conuentus nõ poterit ſcholarem conuenientem reconuenire coram eodem iudice, quia ipſe conuentus eum elegit, & ideo ceſſat ratio dictæ l. cum papinianus.

Quia reſp. quòd priuilegia ſe mutuo conquaſſant, vnde priuilegiatus, priuilegium, quod exigeret à non priuilegiato, non poteſt exigere à priuilegiato, quia alias vnus ſpoliaret alium: & ad iura citata reſpondeo, quòd illud priuilegium, conceſſum reis, ſeu verius illa diſpoſitio, vt in dubio reus liberetur, & abſoluatur à petitis, procedit generaliter, & ſic eſt communis, & de iure communi, etiam inter priuilegiatos, quapropter tam ſcholaris conuentus, quàm ſcholaris reconuentus fruitur eadem diſpoſitione, ſeu priuilegio, vt in cauſæ expeditione, qui eſt reus ſit fauorabilior.

121 Sextus caſus eſt, quando ſcholaris non conuenitur ipſe, vt in præcedentibus primo, ſecundo, tertio, & quarto caſu, neque conuenit ipſe alium ſcholarẽ, vt in quinto caſu; ſed conuenit alium non ſcholarem coram iudice ipſius rei, qui non eſt ſcholaris: & iſto caſu dico, quòd iſte non ſcholaris conuentus poteſt ſcholarem reconuenire coram eodem iudice, Mar. Socc. in cap. 1. ſub num. 27. verſ. quoad primum. de mut. petit. vnde non poterit ſcholaris vti priuilegio dictæ auth. habita. quæ alias ſcholari conuento dat priuilegium eligendi iudicem, vt dixi ſupra num. 113.

122 Extende omnia, quæ firmauimus in hac prima illatione, ſupra num. 113. & ſeqq. vt habeant locum etiam in alijs quibuſuis artificibus, ſeu hominibus de aliqua vniuerſitate, ſeu collegio, quibus in priuilegium dati eſſent plures iudices in ſolidum cum optione electionis, vt eſt data ſcholaribus; ita enim extendit in ſua opinione Ant. de Butr. in dicto cap. 1. ſub num. 16. ibi, quod eſt notandum. de mut. petit. & in opinione contra eum Abb. ibidem, ſub num. 37. ibi, hoc mihi non placet.

123 Infero ſecundo, quòd accuſatus de hæreſi coram Inquiſitore, non poteſt accuſatorem reconuenire coram eo de alia ſpecie delicti, Ant. de But. in loco ſupra proximè citato, quem ſequitur Mar. Socc. in eod. cap. 1. ſub num. 11. ibi, & per hoc dicit hic dominus antonius. & moueor ex his, quæ ſcripſi quæſt. præced. limit. 1. num. 92. & ſeqq.

124 Non obſtat, quòd iuriſdictio poſſit prorogari de mero imperio ad merum imperium, vt dixi q. præced. limit. 1. num. 102. & limit. 5. num. 16.

Quia reſpondeo, quòd huic prorogationi per viam reconuentionis obſtant tria. Primo obſtat, quòd in cauſa hæreſis non proceditur per viam accuſationis, ſed ex officio, & ideo non habet locum reaccuſatio, quia non adeſt accuſator, Ant. de Butr. in cap. 1. ſub num. 16. ibi, quod bene nota. de mut. petit. Secundo obſtat, quia in cauſa hęreſis, cum ſit maioris importantię, & pluris interſit Reip. & ideo celerius, & magis ſummariè procedatur, quàm in alijs, non poteſt fieri ſimultaneus proceſſus, prout ſimultaneus requiritur in cauſa conuentionis, & reconuentionis; & ſic cauſa hæreſis reputatur præiudicialis, quæ prius expediri debet, per ea, quę in alijs terminis ſcripſi ſupra num. 104. 105. 106. & 107. Tertio obſtat, quia Inquiſitor datur contra inquirendos de hæreſi, non fauore, & priuilegio perſonarum inquirendarum, ſed potius in earum odium, & in fauorem Religionis: ergo nulla ratio ſuadet, vt ipſi poſſint reconuenire coram iudice, dato intuitu Religionis.

125 Exemplifica quinto eandem primam partem declarationis, poſitam ſupra, num. 92. in

in iuriſdictione, quam habet iudex appellationum, quia coram eo non habet locum reconuentio, Rot. Spec. & alij, quos ſecutus ſum cap. ſeq. q. 11. num. 31. vbi videas.

Ratio eſt multiplex. Prima, quia iuriſdictio iudicis appellationis, qui non poſſit adiri via querelæ, eſt limitata ad cauſas deuolutas per appellationem, & ideo non poteſt prorogari, per ea, quæ dixi ſpec. ſeq. num. 11. Secunda ratio eſt, quia iudex appellationis non eligitur ſponte, ſed ex neceſſitate, vt dixi dicta q. 11. ſub num. 31. Tertia, quia ſi coram primo iudice, qui tulit ſententiam, non poſſet fieri reconuentio poſt latam ſententiam, per ea, quę dixi infra num. 136. limit. 3. ergo neque coram iudice appellationis, quia fortius vrget illa ratio, vt poſt latam ſententiam non procedat reconuentio.

126 Exemplifica nunc ſecundam partem eiuſdem declarationis poſitam ſupra ſub nu. 92. in caſu, de quo ſupra num. 50. & ſeqq. vbi dixi, iuriſdictionem poſſe prorogari de quantitate ad quantitatem aſcenſiuè, & deſcenſiuè, quia maior, & minor quantitas, ſeu numerus non conſtituit diuerſam ſpeciem.

127 Exemplifica etiam tertiam partem eiuſdē declarationis poſitam ſupra ſub n. 92. quādo clericus agit contra laicum corā iudice ſeculari, quia laicus poterit eum reconuenire coram eodem iudice ſeculari, Gl. in cap. 4. at ſi clerici. in verbo, non tenet. de iudic. Bar. in auth. & conſequenter. num. 19. verſ. quæro vtrum clericus. C. de ſent. & interl. omn. iud. Bal. in cap. 1. ſub num. 5. verſ. item eſt iſta gl. de contr. fœud. apud par. termin. & in l. 2. conſenſiſſe. §. ſed ſi agant. ff. de iud. Sebaſt. Medic. tract. de compenſ. par. 2. q. 1. n. 9. tom. 6. par. 2. fol. 267. & alios, qui tenent hanc exemplificationem, memorat, teſtando fuiſſe communem opin. antiquorum, & adducendo latè eorum fundamēta, Mar. Soc. in cap. 1. ſub num. 27. verſ. quoad primum, ibi, item prædicta regula procedit ſiue &c. de mut. petit. & ſub eod. num. 27. in fine teſtatur, eſſe opinionem probabilem, & magis æquam, quam ſequitur Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. nu. 53. q. 5. fol. 125. dicens, hanc eſſe veritatem, & magis communem opin. & in Regno Neap. hodie eſſe expeditam per ritum magnæ Curiæ, & eſſe deciſum in Conſ. Neap. & ita ſeruari communiter, & hanc opinionem, citatis alijs, ſecutus ſum ſup. lib. 1. cap. 11. num. 93. limit. 5.

Ratio huius exemplificationis ſecundum Bar. & Bal. in locis ſupra proxime citatis eſt, quia licet clericus non poſſit prorogare iuriſdictionem in iudicem ſecularem, tamen lex poteſt prorogare, pro qua ratione vrgent, quę late adducit Mar. Soc. quem retuli ſupra nu. 51. in fine.

Contra hanc exemplificationem tenent Petr. de Bellap. Cyn. & alij, quos etiam memorat Socc. ſub dicto num. 27. ibi, contrariam ſententiam, vbi eorum etiam fundamēta latè recenſet, & reſpondet contrarijs, & demum in fine ait, vtramque opin. eſſe probabilem, ſed de iure hanc ſibi videri veriorem.

128 Pro concordia; ſi poſſibile eſt; diſtingue duos caſus.

Primus caſus eſt, quando cauſa in ſe eſt cognoſcibilis etiam corā iudice ſeculari, ſed tamen in priuilegium perſonæ datur alius iudex, coram quo talis perſona debeat conueniri; & in iſto caſu adhibeo duas conſiderationes. Prima conſideratio eſt, quando iſta perſona agit ex delicto, in ſe commiſſo, ideſt, ad emendationem iniuriæ, ſeu damni ſibi illati: & in hac conſideratione concludo, quòd non poteſt coram eodem iudice reconueniri, etiam ſi reconueniretur pro re, ſeu cauſa, quæ de ſui natura eſſet cognoſcibilis coram eodem iudice; vnde ſi clericus, cui intuitu ſuæ perſonæ datus eſt in priuilegium iudex eccleſiaſticus, ne coram alio poſſit conueniri, vt late ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 11. num. 30. licet ipſe, agendo, conueniat reum coram iudice ipſius rei, vt dixi eod. cap. 11. num. 49. ſi ipſe, inquam, clericus agat coram ſeculari de iniuria, ſibi illata, vel furto, vel alio maleficio contra laicum, non poteſt coram illo iudice reconueniri, ne detur materia laicis prius delinquendi contra clericos, ſiquidem laicus poſſet clericū percutere, vel aliter iniurioſe tractare, vt poſtea ipſum clericum, agentem de iniuria coram iudice iniurantis, poſſit coram eodem reconuenire, Bal. in auth. & conſequenter. ſub num. 18. verſ. in contrarium. & Salyc. q. 6. ſub num. 6. ibi, ſin autem cauſa. C. de ſent. & interl. omn. iudic. idem Bal. in dicto cap. 1. ſub num. 5, de controu. fœd. apud par. termin. & eſt omnino de mente Gloſſæ in cap. 21. relatum. in verbo, coram ſeculari. de iurepatr. hęcque ratio fundatur in his, quæ ſcribit Iureconſ. in l. 2. §. ſed ſi agant. ff. de iudic. & intelligo, vt hæc concluſio ſit vera,

ſiue

ſiue clericus agat ciuiliter pro illa iniuria, ſiue criminaliter, & ſiue laicus vellet coram eodem iudice ciuiliter reconuenire, ſiue criminaliter, ſuppoſito, quòd ille iudex habeat talem iuriſdictionem, nempè ciuilem, & criminalem inter laicos, quia adhuc reconuentio non procederet: nam ſi ſupponeremus, quòd eam non haberet, reconuentio
129 deficeret etiam inter laicos. † Secunda conſideratio eſt, quando clericus agit ex contractu, vel ex vltima voluntate; & in hac conſideratione concludo, quòd poteſt recóueniri, quia hoc dictat æquitas naturalis, Bal. & Salyc. in locis ſupra proxime citatis, & hoc pro indubitato haberi debet, quando reconueniretur ex eodem negotio, quia natura rei, & continentia cauſæ non patitur, aliter fieri, quia melius, quàm apud eundem veritas non poteſt exquiri, Salyc. in dicta auth. & conſequenter. q. 6. ſub nu. 6. ibi, ego idem teneo. C. de ſent. & interl. omn. iud.
130 Idem † dicendum eſt coram ſeculari, delegato à Papa in illa cauſa, quia quamuis clericus egerit ex negotio ſeparato, tamen coram eodem poterit à laico reconueniri, quia Papa videtur diſpenſaſſe, &c. Salyc. in loco
131 ſupra proxime citato: † & hoc idem præcipue dicemus, ſi clericus recóueniretur ſuper iure, quod ſibi procuraſſet cedi ab aliquo laico, vt futurus actor cogeretur adire forum eccleſiaſticum, puta, ſi clericus procuraſſet, ſibi cedi à laico domum, ſeu prædiú, vel quid aliud ſimile, in quo ille laicus cedens erat conueniendus, ſeu moleſtandus, quia iſto caſu ob hanc fraudem poſſet clericus ceſſionarius ſuper re, ſeu iure ſibi ceſſo non ſolum reconueniri, ſed etiam conueniri coram iudice ſeculari, ſecundum ea, quæ ſcribunt Spec. tit. de ceſſ. action. §. 1. num. 13. verſ. ex præmiſſis. verſus finem lib. 2. fol. 12. in fine, Bal. in dicta auth. & conſequenter. num. 18. in fine, verſ. dicit. & Salyc. ſub num. 6. ibi, & potiſſime ſi ageret. C. de ſent. & interl. omn. iud. licet loquantur obſcurè, & præſertim Bal. qui apertè loquitur inepte, formando caſum in clerico, agente ex iure ceſſo,
132 Secundus caſus eſt, quando iudex non datur intuitu perſonæ, ſed intuitu, & fauore cauſæ, prout datur cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis; & iſto caſu concludo, quòd clericus, conueniens laicum coram iudice ſeculari, non poteſt à laico reconueniri de re ſpirituali, ſeu eccleſiaſtica, Bal. in dicta auth. & conſequenter. ſub num. 18. & Salyc. num. 6. & ſatis patet ex his, quæ ſcripſi ſupra, num. 110. exempl. 3.

Multa alia pertinentia ad hanc exemplificationem, poſitam ſupra num. 127. ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 11. num. 93. limit. 5. vbi poteris videre.

Et hęc de limitatione poſita ſupra nu. 77.

Abſoluta ſecunda difficultate poſita ſupra num. 48. de vi, quam habet reconuentio ad prorogandam iuriſdictionem in iudicem, qui illam ſine prorogatione non haberet: tranſeo ad aliam.

133 Tertia difficultas nunc eſt, an prorogatio, quæ fit ex vi reconuentiònis, ſuppoſita quouis modo competentia, poſſit adhuc eſſe prohibita ex alia cauſa, quàm ex cauſa incompetentiæ.

Reſp. eſſe conſtituendam regulam negatiuam, quòd reconuentio non poſſit ex alia cauſa eſſe prohibita, & conſequenter erit cóclusio affirmatiua, quòd recóuentio ſit indiſtinctè permiſſa in omnibus cauſis, per ea, quæ dixi ſupra, nu. 19. verſ. at reconuentio.

134 Limita primo hanc concluſionem, vt procedat ſolum in his, quę requirunt diſceptationem iudicij: ſecus vbi non eſt propriè iudicium, vt cum petitur, teſtamentum aperiri, vel inſinuari, & ſimilia; quia petens inſinuationem, non dicitur agere, ſed intimare, Bal. in cap. 1. num. 6. verſ. adde quod reconuentio. de controu. fœud. apud par. termin. & Mar. Soco. in cap. ex litteris. num. 58. in fine, fall. 8. de mut. petit.

135 Limita ſecundo, vt non habeat locum vbi periculum eſt in mora, Bal. vbi ſupra.

136 Limita tertio, vt non habeat locum poſt ſententiam, Bal. in dicto cap. 1. num. 6. in fine, & ex Mar. Soc. ſcripſi infra ſub n. 155. verſ. amplia quæ dixi. & hæc eſt limitatio cómunis: nam Bar. in auth. & conſequenter. ſub num. 12. verſ. ſed iuxta hoc quero. & Bal. num. 8. C. de ſent. & interl. omn. iud. Gl. in cap. 1. in verbo, reſpondere. Ant. de Butr. ſub num. 17. verſ. venio ad quartum. Abb. ſub num. 12. & 13. verſ. capio nunc aliam. & late Mar. Soc. art. 7. num. 97. de mut. petit. Marſ. in cap. at ſi clerici. num. 230. de iudic. inter Repeten. tom. 3. fol. 73. & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 6. ſub num. 5. fol. 104. licet varias referant opiniones, an reconuentio debeat fieri ante litis conteſtationem, vel in qua parte iudicij, tamen omnes opiniones ſunt concordes in

hoc

hoc, quòd debeat fieri, pendente iudicio, & ſic ante ſententiam; quare non poſſe fieri reconuentionem coram iudice appellationis ſecutus ſum cap. ſeq. q. 11. num. 31.

137 Nota ex hac limitatione aliam differentiam, vltra adductas ſupra num. 6.13.20.22. 23.35.37. 39. & 40. inter reconuentionem, & compenſationem, quia reconuentio non habet locum poſt ſententiam, vt dixi num. præcedenti, ſed compenſatio poteſt opponi, & debet fieri quandocunque, etiam poſt ſententiam, & in cauſa appellationis, & tempore executionis, Tynd. tract. de compenſat. art. 7. ſub num. 34. & 35. fol. 256.& 257. tom. 6. par. 2. & Sebaſt. Medic. tract. de compenſ. par. 1. q. 25. num. 10. fol. 264.

138 Limita quarto, vt non habeat locum in cauſa ſummaria ad cauſam ordinariam, quia reus conuentus iudicio ſummario, ſeu executiuo, non poteſt actorem reconuenire iudicio ordinario: nam cauſa ſummaria, ſeu alia, requirens celeritatem, venit terminanda priuſquam ordinaria, in qua requiritur plena cognitio, & longa diſcuſſio, Innoc. in cap. 1. verſus finem, ſub num. 4. ibi, item habet locum. de mut. petit.

139 Contraria opinio, nempè quòd reconuentio habeat locum inter cauſam ſummariam, & cauſam ordinariam, etiamſi reus eſſet conuentus iudicio ſummario, & reconueniret actorem actione ordinaria, probatur ex l. ſed hæ. §. non ſolum. ff. de procur. vbi procurator actoris ſi contra reum petat cautionem damni infecti, in qua proceditur ſummariè, & celeriter; & reus velit dominum reconuenire aliqua actione, tenetur, inquam, procurator dominum defendere: quæ defenſio non eſſet neceſſaria, ſi reconueniri non poſſet; & ita per hunc textum firmat Bar. in auth. & conſequenter. num. 13. verſ. iuxta hoc quæro. C. de ſent. & interl. omn. iud.

140 Pro abſoluta, & clara reſolutione huius controuerſiæ inter Innoc. & Bar. & eorum ſequaces, an conuentus pro cauſa ſummaria, ſeu executiua, poſſit reconuenire pro cauſa ordinaria: omiſſis his, quæ obſcure ſcripſerunt Cyn. in dicta auth. & conſequenter. nu. 7. q. 8. Bal. num. 12. & 13. verſ. quæro quid in ſummarijs. & Salyc. ſub num. 10. q. 4. & omiſſo illo diſtinguendi modo, quem laciniosa explicatione proſequuti ſunt Abb. in dicto cap. 1. num. 17. & ſeqq. verſ. nota gl. & Mar. Socc. ſub num. 58. fallen. 7. de mut. petit. conſidero duo priuilegia, ſeu duas qualitates, quas habet reconuentio.

Primum priuilegium, conſideratum etiam ab Abb. in dicto cap. 1. num. 4. verſ. nota duo priuilegia. de mut. petit. eſt, vt iudex cauſę conuentionis efficiatur iudex cauſę reconuentionis, licet per aliam viam, quàm per viam reconuentionis, eſſet incompetens, vt ſecutus ſum ſupra num. 48. verſ. videtur. & num. 49. ampl. 1. & quamuis agere de hoc priuilegio ſit extra terminos huius tertiæ difficultatis, quia illud in ea iam ſuppoſuimus, tamen vt diſtinctio conſtet plena ex omnibus ſui partibus, concludo, hoc priuilegio inſpecto, poſſe procedere opinionem Bartoli, quod reus cōuentus iudicio ſummario poteſt reconuenire actorem iudicio ordinario; quia ex æquitate, ratione, & iuribus, à me citatis ſub dicto num. 48. non debet reus conuentus malitiosè reconuenire actorem alibi corā alio iudice, vt reum diuertat, & vexet ad finem, ne proſequatur cauſam conuentionis, vt dixi ſupra num. 49.

141 Secundum priuilegium conſideratum etiam ab Abb. in loco ſupra proxime citato, eſt, vt cauſa reconuentionis gaudeat ſimultaneo proceſſu, & ſimultanea determinatione vtriuſque cauſæ; & in hoc priuilegio, quod reſpicit quæſtionem noſtram, formo plures caſus.

Primus caſus eſt, (& hic non eſt noſter) quando in cauſa conuētionis requiritur tela iudicij ordinarij, & plena cauſæ cognitio; & iſto caſu dico, quòd reus conuētus poteſt recōuenire actorē de alia cauſa ordinaria, quia nihil obſtat in contrarium, & ideo de hoc non formatur dubium, & multò magis videtur dicendum, quòd poſſit reconuenire de cauſa ſummaria, quia nullum pręiudicium affertur actori, ſi cauſa reconuentionis citius expediatur, ſecundum Vital. in clem. ſæpè. §. verum. ſub num. 12. verſ. circa primum. de verb. ſignificat. debet enim iudex vnica ſententia vtramque cauſam terminare, ſi de vtraque liqueat, alias tenetur eam terminare prius, quæ prius eſt liquida, vt ſequutus ſum ſupra num. 38. quia vna non debet retardari per aliam, per ea, quæ ſcripſi ſupra num. 95.

142 Contrarium tenet Abb. in cap. 1. num. 19. verſ. ſed tenendo. de mut. petit. dicens, ſibi magis placere opinionem Ioannis And. & Cald. vt hæc priuilegia non ſint ſeparabilia; ideoq. cauſa reconuentionis trahatur ad naturam

Digitized by Google

turam cauſæ conuentionis, ita vt ſi prima eſt plenaria, ſecunda etiam efficiatur plenaria,& è conuerſo: iuſtius enim ſemper eſt, vt cauſa reconuẽtionis trahatur ad naturam cauſæ conuentionis, quam è contra, tum quia illa fuit primum in iudicio deducta,ſicque tanquam principalis debet ad ſe trahere naturam alterius, tum quia prorogationis natura eſt, vt fiat à prima in eſſe deducta, Abb. in loco ſupra proximè citato, Tu cogitabis.

143 Secundus caſus eſt conuerſus quãdo cauſa conuentionis eſt ſummaria, ſeu executiua,& cauſa recõuentionis eſt ordinaria, quę plenã requirit cauſæ cognitionẽ: & iſto caſu,qui eſt caſus noſter,vrget opinionũ diſcordia,de qua ſupra num. 138. & 139. nam, vt retuli dicto num. 138. Innoc. & poſt eum Hoſt. in dicto cap. 1. de mut. petit. dixerunt, quòd reconuentio non habet locum, quia non poſſunt ſimul tractari, & tamen hęc ſimultanea tractatio videretur neceſſaria, vt retuli ſupra, ſub num. 107. in ſecundo caſ. quod etiam adducit Vital. in dicta clem. ſæpe. §.verum. ſub num. 12. verſ. circa primum. non poſſunt autem ſimul tractari, quia cauſa conuentionis requirit accelerationem, & cauſa reconuentionis exigit altiorem indaginem; vnde, ſi ſimul tractarentur, pręiudicaretur cauſę conuentionis, quod eſt abſurdum; &

144 ideo † è conuerſo, cauſa reconuentionis, ſi ſit ſummaria, vt dicebam in primo caſu,non retardatur, eo quia cauſa cõuentionis ſit ordinaria,quia fieret pręiudicium recõuenienti: † remanet tamen inter ſummarietatem

145 cauſę actoris, & ſummarietatem cauſæ rei reconuenientis hæc differentia; quòd actori, agenti via ordinaria,non denegatur audientia, eo quia reus eum reconueniat via ſummaria, ſed vterque auditur in ſua via; at è conuerſo, reo reconuenienti via ordinaria actorem, agentem via ſummaria, denegatur audientia in via reconuentionis; quia ſi audiretur via reconuentionis, differẽda eſſet cauſa ſummaria actoris.† ratio eſt,

146 quia quòd vtraque cauſa ſimul tractetur, & terminetur, eſt inductum fauore rei conuenti, qui tamen fauor debet eſſe ſine diſpendio actoris: vnde quando reus reconuenit via ſummaria, tunc non eſſet eius fauor, ſi eius expeditio retardetur ad expeditionem cauſę ordinariæ actoris, & in caſu conuerſo,quando reus reconuenit via ordinaria actorem, agentem via executiua, rei fauor, qui eſſet, vt vtraque cauſa vna terminaretur ſentẽtia, non debet eſſe cum diſpendio actoris, & tenendo hanc opinionem Innocentij, ad d. §. non ſolum. citatum pro contraria opinione ſupra nu. 139. reſpondent Innocentij ſequaces dupliciter. primo, quòd in illo §. reconuentio erat facta de cauſa ſummaria, prout erat cauſa conuẽtionis. ſecundo reſpondent, quòd licet ille §.dicat,quòd procurator actoris debet eum defendere,tamen debet intelligi, quòd debet eum defendere in eod. iudicio, ſi talis eſt cauſa reconuentionis, quæ poſſit actitari ſine diſpendio dilationis cauſę conuentionis, alias debet procurator ſatiſdare de defendendo eum in alio iudicio.& ad cap.2.de mut.petit.reſpõdẽt, quod loquitur,quãdo in cauſa conuentionis proceditur ex reſcripto:ex quibus omnibus hanc Innoc. opin.vna cũ Hoſt. Petr.de Bellap.& Cyn.firmauit Vital. in dicto §. verum.ſub num. 14. ibi, tenendum eſt ergo. & videtur ſatis tenuiſſe Io.Andr.ideſt, eius gl. in clem.ſępe.in verbo, ſi quid petere voluerit. de verb. ſignif. quem citaui, & retuli infra num.149. in quarta opin.

147 Contrariam opin. (& erit ſecunda) quòd reconuentio habeat adhuc locũ, tenet Bar. à me citatus, & relatus ſupra n.139.ſed tenet, vt habeat locum ſine priuilegio ſimultanei proceſſus, quia priuilegium ſimultanei proceſſus poteſt reus conuentus remittere, & non curare, quòd eadem ſententia terminetur; ita Bar. in loco vbi ſupra; quare non tractabuntur ſimul; hoc enim, vt ſimul tractarentur, fuit inductum in fauorem rei reconuenientis, qui huic fauori poteſt renunciare, vt ex Bartoli ſententia refert, ſed non ſequitur Abb.in dicto cap.1. ſub num. 18.de mut. petit.nos tamẽ,ſi eorũ ſequeremur opinionem, magis propriè, quàm ipſi loquentes, diceremus, non eſſe reum, qui priuilegium remittit, ſeu priuilegio renuntiat,ſed eſſe legem, quę ei illud aufert, quia reconuentio non debet præiudicare viæ,quæ actori competit.

148 Tertia opinio, ab iſtis omnino diuerſa, eſt,vt reconuentio non ſolum habeat locum, & ſic contra Innocentium, & eius ſequaces, ſed habeat locum etiam cum priuilegio ſimultanei proceſſus, quoad ipſius ordinem, & ſic contra hanc ſecundam: ſed non quoad deciſoria cauſæ: hancquè tertiam opin. tenuit Paul. de Eleaz. in clem. ſæpè. de verb. ſignif. & in cap. cuius in agendo. 3. q. 8. &

ex eo

ex eo referunt, & ſequuntur Abb. in dicto cap. 1. ſub num. 18. & ſub num. 19. Mar. Soc. ſub num. 58. fall. 7. de mut. petit. & Georg. Nat. in dicta clem. ſæpe. num. 150. & 151. fol. 118. tom. 6. inter Repeten. qui tamen ex Antonij de Butr. & Io. de Imol. relatione dicit, & ſequitur, quòd Paul. de Eleaz. tenet, quòd reconuentio de cauſa plenaria habeat locum non ſolum coram ordinario, & delegato, ſed ampliatiue etiam ſi cauſa conuentionis eſſet facta ſummaria, ideſt, eſſent in ea ſublata ſubſtantialia iudicij motu proprio Principis.

149 Quarta opinio formatur ex diſtinctione inter cauſam ſummariam, ex ſui natura, & cauſam factã ſummariam ex reſcripto Principis: ſi enim cauſa conuentionis ſit ſummaria ex ſui natura, vtique indiſtinctè, neq; corã ordinario, neq; corã delegato eſt locus recõuẽtioni in cauſa ordinaria, & ita procedit opinio Innocentij, de qua ſupra, num. 143.

150 & 138. † ſi verò cauſa ex ſui natura eſſet ordinaria, ſed ex reſcripto Principis delegatorio eſt facta sũmaria, ſubdiſtingue: aut Princeps motu proprio tollit ſubſtantialia; & tũc idem eſt, ac ſi cauſa eſſet ſummaria ex ſui natura, de qua iam dixi: aut eſt facta ſummaria ad petitionem impetrantis delegationem; & tũc reconuentio habet locum, quia etiam in ea cenſetur remiſſa plenitudo cognitionis eau-

151 ſæ; † & in hac quarta opinione, ita diſtincta, videtur reſidere Gl. in dicta clem. ſæpe. in verbo, ſi quid petere voluerit. in fine, & ex ea refert Abb. in dicto cap. 1. ſub num. 17. & ſequitur, & multiplicat diſtinctionem in hoc vltimo membro Vital. in dicto §. verum. num. 14. verſus finem, ibi, circa ſecundum. & num. 15. dicens, quòd ſi Princeps delegat tantum, non alterando modum procedendi, datum à iure communi, & tunc eſt omnino idem, ac ſi procederetur coram ordinario, videlicet, vt ſummarietas cauſę conuentionis impediat recõuentionem pro cau-

152 ſa ordinaria; † ſed ſi delegat, alterando modum, tunc conſiderat triplicem alterationem. Prima eſt circa cognitionem cauſæ, vt puta, quòd cognoſcatur ſummariè, & in hac, nemine citato, ſeqùitur diſtinctionem gloſſæ, ideſt, Ioannis Andr. à nobis relatam

153 hic ſupra. † Secunda eſt circa defenſionem, vt puta, quia prohibuit appellationem, & in hac concludit, ſeruandam eſſe ęqualitatem, vt tam actori agenti, quàm reo reconuenienti intelligatur prohibita, quod ſcripſi etiam cap. ſeq. q. 17. limit. 7. num. 23. & ſeqq. & facit, quod dixi q. præced. limit. 1. num. 109. in tertia illatione, idem dicit, ſi actori conceſſiſſet, vt reus in cauſa conuentionis non poſſit probare ſuam defenſionem, niſi per inſtrumẽta, quia idem intelligeretur conceſſum reo in reconuentione, & hoc ſiue Princeps motus ſit ex ſe, ſiue ad inſtantiam

154 partis. † Tertia eſt circa ordinationem, vt in amputandis dilationibus, quibus ſtudent rei, vt poſſint fugere; & in hac concludit ſimiliter, ſeruandam eſſe æqualitatem, quia ſicut rei conuenti eſt fugere; ſic etiam fugere eſt actoris reconuenti, cum in reconuentione ſit reus; hæc ſunt, quæ obſcurè habes apud Vital. & obſcuriora ſunt ob corruptam impreſſionem, in qua ſæpè leges negatiuam, quæ, vt ex ſenſu apparet, debet eſſe affirmatiua, aut è conuerſo: Addo in concluſione huius ſecundę, & tertiæ alterationis rationẽ ex iure, & pręcepto naturæ, quia quod actor vult pro ſe, debet velle contra ſe, Mar. Soc. in cap. ex litteris. ſub num. 58. fall. 7. ibi, mouetur autem dominus. de mut. petit. & hic eſt caſus, in quo procedit, quod ſcribit Vital. in dicta clem. ſæpe. §. verum. num. 7. de verb. ſignif. dicens, reconuentionem, per ſe ſumptam, eſſe de regulis naturalibus, ſeu diuinis, vt actor faciat reo de ſe iuſtitiam, ſicut cupit, vt ipſi actori fiat iuſtitia per reum, & in quo habet locum tit. quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eod. iure ipſe vtatur; de quo iure, & præcepto naturæ ſcripſi etiam aliqua in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. num. 41. & §. 2. gl. 5. nu. 531. & in terminis, in quibus loquimur, cap. ſeq. q. 17. limit. 7. num. 23.

155 Amplia quæ dixi de non admittendo ſimultaneo proceſſu cauſæ ordinarię per viam reconuentionis cum cauſa ſummaria conuentionis, vt multò magis procedant, ſi cauſa ſit executiua pro inſtrumento guarintigiato, quia huiuſmodi inſtrumentum habet vim ſententiæ ex forma ſtatuti, & poſt ſententiam non admittitur reconuentio, Mar. Socc. in dicto cap. ex litteris. num. 60. fall. 10. & de non admittenda reconuentione poſt ſententiam ſcripſi ſupra num. 136. limit. 3.

156 Subamplia, vt imò contra cauſam executiuam inſtrumenti guarintigiati nõ ſit admittenda reconuentio pro cauſa ſummaria, quia, ſi inſtrumentũ guarintigiæ habetur pro ſentẽtia lata, nulla poteſt admitti reconuentio,

tio, quantumuis ſummaria, quia poſt latam ſententiam non admittitur reconuentio, per ea, quæ dixi in loco proximè citato; ſed ſolum poſſet eſſe locus compenſationi, ſi eſset liquida, per ea, quæ dixi ſupra num. *137*.

157 Tertius caſus eſt, (& hic etiam non eſt noſter) quando cauſa conuentionis, & cauſa reconuentionis eſt eiuſdem naturæ, vt puta, quia vtraque eſt ſummaria, vel vtraque eſt ordinaria; & iſto caſu ceſſat difficultas, prout, loquendo de ſummaria, ſcribit Bar. in auth. & conſequenter. ſub num. 13. ibi, quid enim ſi reconueniatur. C. de ſent. & interl. omn. iud. & loquendo de cauſa ordinaria, dixi ſupra ſub num. 141. in primo caſu.

Et hæc ſufficiant de quarta limitatione, poſita ſupra num. *138*. ſi maiorem limitationum numerum deſideras, legito Mar. Soc. in dicto cap. ex litteris. vbi potius ſuperfluè, quam ieiunè.

Satis ſuperque egimus de materia reconuentionis.

158 Quarta difficultas eſt, an, ignorata à iudice prorogatione, facta de re ad rem aliter, quàm per viam reconuentionis, valeant acta, & ſententia.

Videtur dicendum, quòd non valeant, quia ita videtur errare in fundamẽto iuriſdictionis, qui ignorat prorogationem de tempore ad tempus, ſicut qui ignorat metam ſuę iuriſdictionis, vt tenet Paul. de Caſtr. quem retuli q. preced. limit. 2. num. 60. in tertio caſu.

159 Contrariũ videtur verius, videlicet, quòd valeant, quia quando ignorãtia non verſatur in fundamento iuriſdictionis, ſed circa qualitatem, & adminicula iuriſdictionis, vt puta, iuriſdictionem eſſe à partibus prorogatam; tunc valet ſententia, vt ex Bar. ſecutus ſum ſupra gl. 4. q. 4. ſub num. 2. & hac ead. gl. 7. q. præced. limit. 2. ſub num. 54. & ſeqq. ſed hæc ignorantia verſatur in prorogatione de re ad rem. ergo ſententia valet, & ita, ſimpliciter loquendo, tenet Ant. de Butr. à me relatus dicta limit. 2. num. 54. verſ. contra hanc, & tam in ordinario, quam in delegato tenet Socc. in l. 21. multum. num. 9. verſus finem, ff. de condit. & demonſtr.

GLOS. VII. QVAEST. IV.

SPEC. IV.

De prorogatione caſus.

SVMMARIVM.

Prorogari an poſſit iuriſdictio de caſu ad caſum, & an ſit prorogatio, vel potius omiſsio exceptionis, quando iudex appellationis, omiſſo articulo appellationis ab interlocutoria, procedit de partium conſenſu ſuper negotio principali, & an hæc prorogatio cadat in Papa, Legato, & ſimilibus, vel ſit potius auocatio cauſæ, nu. 1. & ſeqq. num. 4. 5. & 11.

Auocare qua ratione Papa poſſit cauſas tàm in Curia, quàm extra, num. 4. Et quando non auocet, num. 5. 8. & 9.

Imperator auocat, ſi vult, cauſas, quoad ſubditos; ſed quoad non ſubditos non cognoſceret, niſi per viam prorogationis, nu. 6.

Baro, & ſimiles Domini auocare poſſunt cauſas, num. 7. Et qua ratione prohibere poſſint ſubditis, ne eant ad Curiam, num. 10.

1 POSSE prorogari iuriſdictionem de caſu ad caſum dixerunt aliqui, vt refert Innoc. in cap. 4. de cauſis, num. 2. verſ. quidam etiam dicunt. de offic. & poteſt. iud. deleg. & motiuando, ſcribunt Paul. de Caſtr. in l. 2. §. ſed ſi iudex. num. 11. & 12. ff. de iudic. & Abb. in cap. 40. p. & g. ſub num. 15. verſ. in quinta ſpecie, dicto tit. de offic. & poteſt. iud. deleg. dicens, videri, quòd iudex, ad quem fuerit appellatum ab aliqua interlocutoria, poſſit de partium conſenſu, omiſſo articulo appellationis, cognoſcere de tota cauſa, cap. 1. de appell. in 6. Verum Innoc. quem Abb. vbi ſupra ſtatim ſequitur, declarat, hanc non eſſe veram prorogationem, ſed eſſe potius omiſſionem exceptionis, & addit Abb. quòd text. in dicto cap. 1. vbi eſt fundata hęc ſpecies prorogationis, loquitur in Papa, in quo non cadit hæc prorogatio; vnde, inquit, coram Archiepiſcopo non poteſt fieri illa prorogatio, cap. 1. de for. compet. ſecus, inquit, eſt ſi iudex appellationis ſit talis, qui poſſit adiri via querelæ.

Ego ſuper hoc articulo, an, & quando iudex

dex appellationis poſſit de conſenſu partis appellatæ, ſeu de conſenſu vtriuſque partis, omiſſo articulo appellationis ab interlocutoria, cognoſcere de cauſa principali, latè ſcripſi cap.ſeq.quæſt.17. limit.47. memb.3. num.9. 10. & ſeqq. & an, & quando iudex appellationis poſſit cognoſcere de cauſa nullitatis per viam libelli principalis, ſcripſi eod. cap. ſeq.quæſt.19.rem.1. concl.6.n.85.

2 Et licet hæc reſolutio ſufficiat, & negligi poſſit quæſtio verbalis, an hæc cognitio ſit per viam prorogationis, vel omiſſionis exceptionis; tamen, loquendo cum termino prorogationis, conſtituo duas concluſiones.

Prima concluſio eſt, quòd iuriſdictio iudicis appellationis, qui poſſit adiri etiam via querelæ; & proinde etiam ſine appellatione, poteſt prorogari de conſenſu vtriuſque partis, vt, omiſſo articulo appellationis ab interlocutoria, cognoſcat de negotio principali, vt in prima inſtantia, & ſic de caſu ſecundæ inſtãtiæ prorogetur ad caſum primę inſtãtiæ; & in eiuſmodi iudice, & prorogatione loquitur text. in cap. 1. de appell. in 6. & explicaui dicta limit.47. memb.3. ſub nu.9.

3 Declara primo hanc concluſionem, vt iudex, qui poteſt adiri via querelæ, ſit is, qui quoad appellatum, & appellantem non habet iuriſdictionem limitatam quoad cauſas appellationis tantum; eiuſmodi iudices, qui poſſunt adiri etiam via querelæ, ſunt Papa, Legatus, & ſimiles, qui habent omnimodam iuriſdictionem, & non limitatam, per ea, quæ dixi d. memb.3.num.9. & latius eodem cap. ſeq. q.19. rem.1. concl.6. num. 84.

4 Declara ſecundo quoad Papam, eiuſque Legatum, & ſimiles, vt reſpectu ſubditorum Sedis Apoſtolicæ, & reſpectu hominum Prouinciæ, in qua adeſt Legatus, ſi prouincia ſit in dominio Sedis Apoſt. impropriè dicatur prorogatio, cũ ſit potius auocatio cauſæ, quia Papa habet iuriſdictionem in ſubditos, etiam in prima inſtantia, & poteſt ad ſuum libitum cauſas etiam pendentes auocare in quacunque inſtantia, partibus etiam inuitis, & nemo poteſt ei dicere, cur ita facis? non tamen auocat, niſi ex iuſta cauſa: ad hęc vide, quæ ſcripſi ſup. lib.1.cap.66.num.27.19. & 21. & quas ob cauſas ſoleat in Curia fieri auocatio cauſę à iudicibus dictæ Curiæ, ſcripſi eòd.cap.66.n.11. & ſeqq. & negligentia, ob quã cauſa auocatur, tam in Curia, quàm extra, qualis eſſe debeat, ſcripſi tam in d.cap. 66.num.12. quàm iſtomet lib.cap.ſeq.quęſt. 15.n.289. & 290. & q.17.n.54. & 55. & quãdo, & ob quas cauſas Papa auocet extra Curiam ad Curiam, ſcripſi eod.cap.66. nu. 23. & ſeqq. Vnde ſi Papa habet iuriſdictionem auocandi, partibus, & iudice etiam inuitis, & prorogatio non habet locum, niſi in eo, qui ſine prorogatione non habet iuriſdictionem, ſequitur, quòd prorogatio non poteſt cadere in hac iuriſdictione, quam habet Papa: Sed an, & quando eiuſmodi cauſarũ auocationem facere poſſint Legatus, Nũcius, & ſimiles Sedis Apoſtolicæ miniſtri ab Epiſcopis, ſcripſi eod.cap.66.n.12. & ſub num. 21. in alia futura impreſſione.

5 Secus eſt reſpectu non ſubditorũ, vt puta, ſi lis ſit inter ſubditos Imperatoris, quia iſto caſu, ſi Papa vellet cognoſcere de eorũ lite, non tractaretur de auocatione cauſæ, vt in præced.caſu, ſed tractaretur propriè de iuriſdictionis prorogatione, & non de caſu ad caſum, vt vna cum Innoc. & Abb. citatis ſup.n. 1. loquimur in iſta 4. ſpecie, ſed de prorogatione iuriſdictionis de perſona ad perſonam, de qua vide inf.ſpec.6.num.1. & ſeqq.

6 Extende primo hæc omnia, quæ dixi in hac ſecunda declaratione, vt proportionabiliter habeãt locũ in Imperatore: nã Imperator quoad ſuos ſubditos poſſet auocare, ſed quoad non ſubditos tractaretur de prorogatione iuriſdictionis de perſona ad perſonã.

7 Extende ſecundo, vt prædicta cauſarum auocatio conſideretur etiam in Comite, Duce, & alio quouis Barone reſpectu ſuorum inferiorum, vt ſcripſi lib.1.cap.66.ſub nu. 5. in futura impreſſione.

8 Subdeclara apertius, reſtringendo eandẽ declarationem, illiusq. extenſiones reſpectiuè in ſuis caſibus, loquentes de auocatione cauſarum, & de recipiendis appellationibus, admittendisq. recurſibus, & querelis à ſententijs, vt procedant, quando Papa, Imperator, ſeu alius Princeps vult auocare cauſam, ſeu admittere appellationẽ, vel recurſũ à ſuis iudicibus, quorũ iuriſdictio immediatè depẽdet ab eis; in his enim habent ampliſſimam facultatẽ, & in his terminis locuti ſumus.

9 Secus eſt in iudicibus, quorũ iuriſdictio nõ dependet immediatè ab eis, ſed depẽdet ab alijs Principibus, & Baronibus, quia in iſtorũ iuriſdictione Papa non apponit manum, niſi gradatim ex vrgentiſſima cauſa, etiam ſi eſſent fœudatarij Sedis Apoſt. vt latè explicaui cap.ſeq.q.7.nu.33.34. 74.75. & 80. & q. 8. ſub num. 125. verſ. oppono. & verſ. te-

ſpondeo. & quęſt.16. limit.1.num.128.

10 Et hac ratione Barones fœudatarij ſolent ſuis vaſallis prohibere, ne contra priuilegia ipſorum Baronum vadant ad Curiam &c. vt retuli dicta q.7.num.33.& 34.& ſupra lib.1. cap.66.ſub num.5. adde omnino quæ ſcripſi q. pręced. limit. 5. ſub num. 25.

11 Secunda concluſio eſt, quòd iuriſdictio iudicis delegati, ſeu ordinarij appellationum tantum, ad quem fit appellatum ab aliqua interlocutoria, non poteſt prorogari, vt omiſſo articulo appellationis, cognoſcat de negotio principali, etiam accedente vtriuſque partis conſenſu, niſi interueniat etiam conſenſus iudicis à quo, vel niſi prius pronunciauerit, bene fuiſſe appellatum, Abb. Card. Alex. & alij, quos ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 3. ſub num. 9. verſ. ſecus. & num. 10.11.& 12.in fine,verſ. non recedo.&facit quod ſcripſi eod.cap.ſeq. q.19. rem 1.concl. 6. num. 85. ſicque non poteſt prorogari de caſu ad caſum, vt is,qui eſt iudex in caſu ſecundę inſtantiæ, poſſit iudicare in caſu primæ inſtantiæ, & quod ſi iudex ſit deputatus ad ſolas cauſas appellationum, non poſſit eius iuriſdictio prorogari ad cauſas primę cognitionis, ſequitur Surd. conſ. 56. cum in patria. num.15. in fine, & num. 16. lib. 1. & conſ.280. quòd illuſtres. ſub num. 3. verſ. quin etiam. lib. 2.

GLOS. VII. QVAEST. IV.

S P E C. V.

De prorogatione cauſæ.

S V M M A R I V M.

Prorogationum ſpecies etſi ita videantur inuicem ſubalternari, vt ſuperfluum videatur de ſingulis agere, tamen habent ſuas proprias differentias, num. 1. & 2.

Iuriſdictio de cauſa ad cauſam eſt prorogabilis, num. 3. & ſeqq.

1 ANTEQVAM exeam ex iſtis varijs prorogationis ſpeciebus, nolo omiſiſſe admonere, quod omnes ferè iſtæ prorogationes videntur ita inter ſe compactæ, vt vni videantur ineſſe reliquæ, ſeu vna ſic cæteris videatur cohærere, vt nihil à nobis de vna differri poſſe videatur, vt non ſimul de cæteris differatur; & proinde videntur eſſe promiſcuæ,ac vti ſuperfluę confuſionem potius, quàm diſtinctionem parere,ſiquidem in qualibet prorogatione iuriſdictionis ineſt res, ineſt caſus, & ineſt cauſa, veluti ſint tranſcendentia quędam: nam ſi inſpiciamus prorogationem de re ad rē,de qua prorogatione egimus ſup.ſpec.3. certè dum res controuertitur, & in ea prorogatur iuriſdictio, prorogari dicitur etiam de cauſa ad cauſam, quia illa ipſa ſuper re controuerſia dicitur cauſa, & proinde promiſcuè de prorogatione rei ad rem, & cauſę ad cauſam loquuntur Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 29. q. 1. de for. compet. & M. Ant. Blanc. tract.de compromiſ.q.7.princip.num.47. tom.3.par. 1. fol. 185.Imò Abb. in cap.40. p. & g. ſub num. 15. verſ. venio ad ſextam. de offic. & poteſt. iud. deleg. hanc ſpeciem prorogationis de cauſa ad cauſam, confundit, & ſumit pro prorogatione vnius ſpeciei iuriſdictionis ad aliam ſpeciem iuriſdictionis, quam prorogationem fieri non poſſe ex eo, & alijs ſecutus ſum q. pręced. limit. 1. num. 92. & ſub num. 102. ſic etiam quando controuertitur aliquis caſus, illa controuerſia eſt cauſa, & demum quæcunque controuerſia in iudicio moueatur, dici poteſt cauſa, & ita loquimur. Rurſus quando fit prorogatio de perſona ad perſonam, de qua prorogatione egimus ſpec.ſeq. fit etiam neceſſariò prorogatio de cauſa ad cauſam,quia cum ſit iudex deputatus pro cauſis ſubditorum, audiendo cauſas non ſubditorum, videtur fieri prorogatio de cauſa ad cauſam; & fit etiam prorogatio de loco ad locum, quia illi non ſubditi litigant extra locum iuriſdictionis,cui ſubiecti ſunt,vnde videbatur agēdum de proroganda iuriſdictione ſine tanta ſpecierum confuſione.

2 His nō obſtātibus, Abb.& alij,quos citaui, & ſecutus ſum ſup. q.1. verſus fin.ſub n. 31. exiſtimarūt, eſſe numero,& qualitate diſtinctas,& hac ratione nobis viſū fuit de eis diſtinctè tractandū, nā licet cauſa ſit terminus cōmunis, qui in qualibet prorogatione poſſit conſiderari, vt videatur cōuertibilis cum re, & caſu;tamen ſi conſiderentur,vt à nobis cōſiderari debēt, in ſuo potentiori ſignificatu,vna prorogatio differt ab alia,quare verū eſt,quod omnis prorogatio ſit de iuriſdictione limitata; ſed aliter eſt limitata vna iuriſdictio,& aliter alia;quædā enim eſt limitata circa maiorē,&minorē quantitatē,ſeu ſūmā,

& hęc

& hæc iuriſdictio viſa eſt prorogabilis, tanquam illa maior, & minor quantitas ſit quid accidens, quod non ita diſſimilem reddat iuriſdictionem, vt in aliam non habeat tranſitum, per ea, quæ dixi ſupra in 3. ſpec. num. 50. verſ. exemplifica. quædam eſt limitata circa primam, & ſecundam inſtantiam, & iſta an ſit prorogabilis, ſunt opiniones, de quibus egi cap. ſequen. quæſt. 17. limit. 47. membr. 3. ſub num. 9. verſ. ſecus. & num. ſeqq. vbi tamen, & hic in præceden. ſpec. in fine, num. 11. ſequutus ſum opinionem, quòd ſit improrogabilis; quædam verò eſt limitata ad cauſas ſimplicis iuriſdictionis, ſeu meri imperij, & hanc etiam eſſe improrogabilem, latè ex communi opinione ſcripſi, & ſecutus ſum ſupra ſpec. 3. num. 93. & quæſt. præceden. limit. 1. num. 102. licet etiam prorogatio de perſona ad perſonam ſoleat continere prorogationem de cauſa ad cauſam, & de loco ad locum, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſpec. ſeq. num. 4. & alibi; tamen illæ veniunt in conſequentiam, & accidentaliter; & ideo tunc attenditur ſolum prorogatio de perſona ad perſonam; ſed quando conſtituimus ſpecies prorogationis de cauſa ad cauſam, & de loco ad locum, tunc illæ ſpecies ſtant de per ſe, & principaliter, nulla interueniente prorogatione de perſona ad perſonam, & ideo de iis ſeparatim egimus, videlicet, de prorogatione cauſæ ad cauſam in hac ſpecie; & de ea, quæ ſit de loco ad locum, ſupra ſpec. 2.

3 Hoc præmiſſo, firmo concluſionem affirmatiuam, quòd iuriſdictio poteſt prorogari de cauſa ad cauſam; dummodo per iſtam prorogationem non fiat prorogatio de vna ſpecie iuriſdictionis ad aliam ſpeciem iuriſdictionis.

Neque huic concluſioni obſtat, quòd prorogatio vnius ſpeciei iuriſdictionis non poſſit fieri ad aliam ſpeciem, per ea, quæ ſequuti ſumus in locis citatis ſupra ſub num. 1. & Abb. ibidem citatus, prorogationem de vna cauſa ad aliam, dicat eſſe prorogationem de vna ſpecie iuriſdictionis ad aliam ſpeciem iuriſdictionis.

Quia reſp. quòd licet Abbati ita placuerit ſumere, tamen nos, vt modo exemplificabimus, arbirramur, dari prorogationem de vna cauſa ad aliam cauſam ſine diuerſitate ſpecierum iuriſdictionis.

Exemplifica igitur probãdo hanc concluſionem, quando eſſent deputati duo iudices ciuiles, vnus pro cauſis ordinarijs, & alius pro cauſis executiuis, vt Genuæ erant duæ Rotæ, vna pro cauſis ordinarijs, & alia pro executiuis; ſiue quando vnus iudex eſſet deputatus pro cauſis ordinarijs, & alius pro ſummarijs; quia iſto caſu crederem, quòd partes poſſent, prorogando iuriſdictionem coram iudice cauſarum executiuarum, ſeu ſummariarum, litigare via ordinaria de cauſa ordinaria, & è conuerſo; & multò magis coram eodem iudice, puta coram Auditore Cameræ poſſet actor, qui haberet viam executiuam, agere via ordinaria, quod reo non diſpliceret; imò hoc idem poſſet reus, præueniendo, actore non contradicente.

4 Confirmatur hæc exemplificatio, & concluſio, quia iuriſdictio iudicis ciuilis ſuper cauſis pecuniarijs minoris ſummæ, poteſt prorogari ad cauſas maioris ſummæ, & è conuerſo iuriſdictio ſuper cauſis maioris ſummæ poteſt prorogari ad cauſas minoris ſummę; & tamen vnus magiſtratus differt ab alio, vt ſequutus ſum ſupra ſpec. 3. num. 50. verſ. exemplifica.

5 Nec obſtat, ſi aduerſus hanc confirmationem opponas de his, quæ diximus quæſt. præced. limit. 1. num. 92. & ſeqq. vbi ſcripſi, iuriſdictionem, datam limitatè alicui iudici ad cognoſcendas cauſas mercaturæ, pupillorum, viduarum, teſtamentorum, & ſimiles, non poſſe prorogari ad alias cauſas, etiam ciuiles, & tamen illi iudices habent iuriſdictionem ciuilem; ergo neque iuriſdictio iudicis, dati limitatè ad cognoſcendum cauſas ſummarias, vel executiuas, poteſt prorogari ad cognoſcendum cauſas ordinarias, aut è contra.

6 Quia reſpondeo, quòd quicquid ſit quoad illas cauſas: quoad cauſam pecuniariam maioris, vel minoris ſummæ ſit prorogatio, quamuis ſint ſub limitata iuriſdictione magiſtratuum, vt dixi hic ſupra; & ideo apparet, poſſe quandoque fieri prorogationem de cauſa ad cauſam, & conſequenter poſſe dari hanc quintam ſpeciem prorogationis, imò ſecundum Paul. de Caſtr. cuius opinionem retulimus, ſed non ſequimur, ſpec. ſequen. ſub num. 7. verſ. quicquid. iuriſdictio iudicis in cauſis ſcholaſticis poreſt prorogari ad cauſas non ſcholaſticas, quod ſi eſſet verum, tantò magis verum eſſet, quòd daretur hæc quinta ſpecies prorogationis.

GLOS. VII. QVAEST. IV.

S P E C. VI.

De prorogatione perſonæ.

S V M M A R I V M.

Iuriſdictio iudicis ordinarij poteſt prorogari ad perſonas, quæ non ſunt ſub eius iuriſdictione, num 1. Et hoc ampliatur multipliciter. Primo, vt poſſit prorogari de ſingulari ad vniuerſalem, num. 2. Secundo, vt poſſit prorogari de vniuerſali ad vniuerſalem, num. 3. Tertio in caſu quo quis eſſet iudex duorum locorum, & cauſam inter duos de vno loco cognoſceret in alio, num. 4. Quarto, vt poſſit fieri ſiue iudex habeat tribunal, ſiue non, nu. 5. 6. & 7. Quinto, vt poſſit prorogari etiam iuriſdictio iudicis appellationis, num. 8. Sexto, vt poſſit prorogari tàm iuriſdictio contentioſa, quam voluntaria, num. 9. & 10. Septimo, vt prorogatio iuriſdictionis teneat, etiam ſi iudex tam ignorauerit, num. 11.

Prorogatio iuriſdictionis de perſona ad perſonam non ſe extendit ad perſonas, quæ non interueniunt in prorogatione, num. 12. & 13. Neque præiudicat ſuperiori prorogantis, num. 14. & 15.

Delegati iuriſdictio non poteſt prorogari ad perſonas in reſcripto non nominatas, nu. 16. & ſeqq. Et quid ſi ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, num. 20. Et quid ſi perſona, non nominata in reſcripto, veniat acceſſoriè, & in conſequentiam, ſeu, &c. n. 21. & ſeqq. Et quid ſi ſit ſucceſſor perſonæ nominatæ in reſcripto, n. 26.

Delegatus poteſt dare curatorem in cauſa ſibi delegata, ſub num. 21.

Iudicis ordinarij iuriſdictio an, & quando poſſit prorogari ad cauſam alteri delegatam, num. 27.

1 PRO abſoluta reſolutione, & clara intelligentia eorum, quæ in hac ſpecie prorogationis veniunt dicenda, duas in primis adhibeo inſpectiones.

Prima inſpectio eſt in iuriſdictione ordinaria: & in hac concludo, prorogationem de perſona ad perſonam poſſe fieri, cap. 40. p. & g. & ibi Ant. de Butr. ſub num. 19. verſ. quandoque agitur. & Abb. ſub num. 13. verſus finem, de offic. & poteſt. iud. deleg. & hoc eſſe clarum ſcribit Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. num. 32. q. 6. de for. compet. & probatur ex l. 1. & ibi Paul. de Caſtr. initio, C. de iuriſd. omn. iudic. inter Repeten. vol. 7. fol. 335. & in l. 1. num. 1. & latius ſub nu. 16. ff. de iudic. & hęc concluſio probatur etiam ex his, quæ ſcripſi q. præced. limit. 2. ſub num. 54. verſ. primus caſus. & num. 55. & limit. 5. num. 15. & ſeqq. & num. 23. & ſupra q. 2. num. 2. & 4.

2 Amplia primo, hanc concluſionem, vt protogatio poſſit fieri de ſingulari ad vniuerſalem, vt quando Florentinus prorogat iuriſdictionem Poteſtatis Peruſij: Poteſtas enim præeſt iuriſdictioni vniuerſali, quæ prorogatur ad vnum hominem, qui non ſuberat, Bal. in l. 8. ſi qui ex conſenſu. num. 8. verſus finem, in tertia ſpecie, ibi, eſt & alia de ſingulari. C. de epiſc. aud.

3 Amplia ſecundo, vt poſſit fieri etiam de vniuerſali ad vniuerſalẽ, vt puta, ſi Ciuitas Aſſiſij ſe ſubmitteret Ciuitati Peruſij, Bal. in dicta l. ſi qui ex conſenſu. num. 8. verſus finem, ibi, eſt & alia de vniuerſali.

His duabus ampliationibus adde, quæ ſcripſi infra num. 14. decl. 2.

4 Amplia tertiò, vt maxime procedat in caſu, quo quis eſſet iudex in Bononia, & Mutina, & duo Bononienſes conſentirent, quòd iudex cognoſcat Mutinæ inter eos, num hæc videtur non tã prorogatio de loco ad locum, vt quidam dicebãt, quàm de perſona ad perſonã, quæ protogatio in iudice ordinario valet, Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub n. 9. verſ. & quia ſecundũ. C. de epiſc. aud. & cum hac ampliatione concordat fallentia, quam ponũt Paul. de Caſt. in l. vlt. nu. 8. in fine, Iaſ. nu. 9. fall. 3. & Dec. num. 9. ff. de iuriſd. omn. iud. loquentes de Præſide duarum prouinciarum, quos citaui ſupra ſpec. 2. nu. 9. verſ. confirmatur.

Comprobatur hęc ampliatio ex his, quę ſcripſi ſupra ead. ſpec. 2. num. 151. limit. 2.

5 Amplia quarto, vt iuriſdictio iudicis ordinarij poſſit prorogari ad non ſubditũ, ſi non ſubditus ſe illius iuriſdictioni ſubmittat, ſiue talis iudex habeat tribunal, ſiue nõ, l. 1. & ibi Paul. de Caſt. nu. 1. ff. de iudic. & Abb. in cap. 40. p. & g. num. 13. in fine, & clarius, ſub nu. 14. de offic. & poteſt. iudic. deleg.

Exemplifica primo hanc ampliationem, dum

dum loquūtur de iudice habente tribunal, in Poteſtate, vt puta, ſi duo Vicentini ſe ſubij. ciāt iuriſdictioni Poteſtatis Paduæ, Paul. de Caſtr. in d. l. 1. nu. 1. verſus finem, ff. de iudic. & Abb. in dicto cap. 40. p. & g. nu. 13. in fine.

6 Exemplifica ſecūdo, dum loquūtur de non habente tribunal, in Rectore ſcholarium, qui habet iuriſdictionem ordinariam, ſicut cæteri Rectores vniuerſitatū, nam eius iuriſdictio poteſt prorogari ad alios, Paul. de Caſtr. in loco ſupra proxime citato, & Abb. in dicto cap. p. & g. num. 14. habent enim ſcholares priuilegium fori, de quo locutus ſum ſupra varijs in locis, & præſertim ſupra ſpec. 3. num. 113. & ſeqq.

7 Declara hanc exemplificationem, vt iuriſdictio Rectoris poſſit prorogari ad alios ſcholares, qui non ſunt de illo collegio, cui præeſt ille rector, ſed tamen ſunt ſcholares alterius collegij, etiā ſi eſsēt ſcholares in ſtudio extero, & ſub alterius Principis dominio, & ita cenſeo eſſe intelligendum Abbatem dicto cap. p. & g. ſub nu. 14. dum ſimpliciter loquitur de prorogatione.

Secus ad alios, qui non ſunt ſcholares, quia ad eorum cauſas non poſſet prorogari; quia non eſſet cauſa ſcholaſtica, & ideo eſſet alterius ſpeciei, ad quam nō fieret prorogatio, per ea, quæ de iudice pupillorum, viduarum, & ſimilium ſcripſi q. præced. limit. 1. num. 92.

Quicquid dixerit Paul. de Caſtr. in dicta l. 1. ſub num. 1. ff. de iudic. dicens, quòd iuriſdictio rectoris poteſt prorogari ad alios, qui non ſunt ſcholares, ſi ſe ſubijciant iuriſdictioni rectoris, & conſentiant, quòd habeat cognoſcere de eorum lite.

8 Amplia quinto, vt quemadmodum poteſt prorogari iuriſdictio vnius ſpeciei corā iudice ordinario in prima inſtantia quoad perſonas, quę nō ſūt de eius territorio, per ea, quę dixi ſup. n. 1. & ſeqq. ita etiā poſſit prorogari iuriſdictio iudicis appellationis in ſecūda inſtātia quoad perſonas, quæ non ſunt de foro ipſius iudicis appellationis, quia nulla inter hos duos iudices eſt ratio diuerſitatis; hincque cum quidam à magiſtris Iuſtitiarijs debuiſſet appellare ad Capitaneū appellationum, vt dixi cap. ſeq. q. 8. ſub n. 132. & is appellaſſet ad Gubernatorem Vrbis, & tam appellans, quàm appellatus coram eo proceſſiſſet vſque ad ſententiam incluſiue, dicebam, quòd ſentētia erat valida, & neuter eorū poterat dicere de nullitate; quia licet appellatio, interpoſita ad alium iudicem, quàm ad eum, ad quem erat interponenda, ſit forſan nulla, & inutilis, per ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. q. 2. n. 12. & ſeqq. & q. 7. ſub nu. 97. extenſ. 2. tamen hoc procedit in ſimplici appellatione, in qua non adeſt conſenſus appellati, ſed in iſta ampliatione loquimur de proſecutione appellationis ex conſenſu vtriuſq; partis, quo caſu iuriſdictio videtur prorogata ad perſonas, quæ non ſunt de foro illius iudicis appellationis, per ea, quę ſcripſi cap. ſeq. q. 7. num. 18. 19. & 26.

Nec dicatur, quòd hæc ampliatio poteſt procedere, quando iuriſdictio prorogatur, non omiſso ordine fori, vt puta, quia laicus à Vicario appellat ad Archiepiſcopū, vel ad coæqualem Epiſcopo, vel cū deberet appellare ab vno collaterali, appellat ad aliū collateralem, ſed tamē ſunt gradatim in eodem foro appellationum, & ita poſſunt procedere ſcripta in d. q. 7. nu. 18. 19. & 26. ſecus eſt, quando fieret prorogatio, omiſso ordine fori, vt puta, quia ab Epiſcopo vnius diœceſis appellatur ad Epiſcopum alterius diœceſis, vt in caſu ſubampliationis.

Quia reſp. iſtam differentiam in iure non conſiderari.

9 Amplia ſexto, vt iuriſdictio de perſona ad perſonā poſsit prorogari, ſiue ſit contentioſa, vt huculque locuti ſumus, ſiue ſit volūtaria; imò tunc facilius, Bal. & Mar. Socc. quos citaui, & retuli ſup. q. 2. n. 13. & loquendo de legitimatione ſubditorum Papę, facta ab Imperatore in terris Imperij, ſcripſi ſupra hac ead. q. 4. ſpec. 2. n. 86. ſed quomodo illa legitimatio procedat, declaraui poſtea nu. 105. verſ. tertia ſpecies.

10 Subāplia hanc ampliationem, loquentem de iuriſdictione contentioſa, & volūtaria, vt habeat locum etiam in iuriſdictione ſine adminiſtratione, qualē habēt iſti iudices chartularij, nēpè notarij, qui ab Imperatore conſequūtur iuriſdictionē ſine adminiſtratione, quā non poſſunt exercere niſi inter conſentientes, Abb. in cap. 40. p. & g. nu. 13. in fin. & 14. de off. & pot. iudi. deleg. & Paul. de Caſt. in d. l. 1. n. 18. ff. de iudic. & de hac iuriſdictione ſine adminiſtratione, quā habent notarij, locutus ſum ſup. q. 2. n. 13. extenſ. 3. & ſupra hac ead. q. 4. ſpec. 2. nu. 124. & 141.

Verum hæc ſubāpliatio videtur ſuperflua, quia iuriſdictio voluntaria, & iuriſdictio ſine adminiſtratione videtur eadem, niſi conſideremus, quòd iuriſdictio voluntaria reſidet

penes eum, qui habet etiam contentioſam, ea verò, quæ eſt ſine adminiſtratione, apud eum, qui nullam habet contentioſam.

11 Amplia ſeptimo vt iudex poſſit valide procedere, etiam ignorata prorogatione, quia licet ſententia lata à iudice, qui ignorat ſe eſſe iudicem, ſeu ignorat ſuam iuriſdictionem, ſit nulla, quamuis in veritate ſit iudex, quia ignorat illud, ex quo principaliter iuriſdictio competit: tamen ſecus eſt, ſi ſcit illud propter quod principaliter eſt iudex, ſed ignorat aliquod adminiculum, puta, iuriſdictionem ſuam eſſe prorogatam per partes, quia ſententia ex iſta ignorantia non vitiatur, Bar. Abb. & alij, quos ſecutus ſum ſupra gl. 4. q. 4. ſub num. 2. & hac ead. gl. 7. quæſt. præced. limit. 2. ſub num. 54. verſ. primus.

12 Declara primò nunc, reſtringendo eandem concluſionem, ſic multipliciter ampliatam, vt prorogatio de perſona ad perſonam non extendatur ad alias perſonas, quàm ad eas, quę prorogant, etiam ſi illæ tertiæ perſonæ eſsent neceſſariæ in cauſa prorogata, Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 2. ff. de iudic.

13 Infero, exemplificando hanc declarationem, quòd licet Poteſtas Paduanus acquiſiuiſſet iuriſdictionem ſuper duos, vel tres Vicentinos, qui in ipſum conſenſiſſent litigare ſuper aliqua eorum cauſa, ideoq. poſſit eos, tanquam iudex, arctare ad comparendum, & non comparendo mulctare, tamen non acquiſiuit iuriſdictionem ſuper alios Vicētinos, qui inducerētur in teſtes illius cauſæ; ideoq. non poterit illos compellere ad teſtificandum, quia illorum duorum, ſeu trium factum, non poteſt alios onerare, Paul. de Caſtr. vbi ſup. Quinimo ſi debitor principalis prorogaret iuriſdictionem in iudicem nō ſuum, huicque prorogationi non conſentiret fideiuſſor, qui non eſſet ſubditus iuriſdictioni illius iudicis, & debitor condemnaretur, illa condemnatio quoad fideiuſſorem eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, quamtumuis creditor feciſſet etiam ipſum fideiuſſorem citari, iſque fuiſſet contumax.

14 Declara ſecundò, vt licet prorogatio teneat quoad præiudicium ipſorum prorogantium, tamen ſecus eſt quoad prǫiudicium ſuperioris, qui illi ſubmiſſioni, & prorogationi non conſenſit, quia illa prorogatio quoad eum nō tenet; vnde ſi fuerit facta de facto in eius damnum, & emulationem, erit ipſo iure nulla, vt, loquendo de prima, & ſecunda ampliatione poſitis ſupra num. 2. & 3. ſcribit Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. num. 8. in tertia ſpecie, in fine, C. de epiſc. aud. adde quę latius ſcripſi q. prǫced. limit. 5. num. 20. & ſupra quæſt. 2. num. 5. & ſub num. 8. temper. 3.

15 Subdeclara, vt in tantum ſit efficax quoad ipſos prorogantes, vt ſuperior ipſorum, ideſt, proprius iudex non poſſit eos impedire, ne prorogent, per ea, quæ dixi ſupra quæſt. 2. num. 5.

16 Secunda inſpectio eſt, in iuriſdictione delegata, & in hac diſtinguo duos caſus.

Primus caſus eſt in perſonis litigantium, in quibus concludo, iuriſdictionem iudicis delegati non poſſe prorogari ad perſonas, nō expreſſas in reſcripto delegatorio, cap. 40. p. & g. & ibi Ant. de Butr. & Abb. num. 1. de offic. & poteſt. iud. deleg. Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub n. 16. q. 6. Bal. ſub num. 8. in tertia ſpecie, & Paul. de Caſt. ſub num. 2. C. de epiſ. aud. Rot. deciſ. 4. vtrum innouata. nu. 2. de appell. in antiquior. rurſus Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 16. & 17. ff. de iudic. & Mar. Socc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 25. q. 6. de for. compet. & ſcripſi. q. præced. limit. 1. num. 124. & quòd de iure canonico non poſſit iuriſdictio delegata prorogari de perſona ad perſonam, ſcribit Cyn. in l. 1. ſub num. 14. q. 2. ibi, præterea iure canonico. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & quòd in hoc non diſcordet ius canonicum à iure ciuili, ſcribit idem Cyn. in dicta l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 16. & ſequitur Surd. conſ. 280. quòd illuſtres. num. 2. & ſub nu. 17. verſ. & quamuis. lib. 2.

17 Non obſtat quòd Doct. in hoc primo caſu intricatè videantur locuti, ſiquidem Cyn. in dicta l. ſi qui ex conſenſu. num. 15. q. 6. dicit, quòd iuriſdictio delegata non poteſt prorogari, quia nō eſt iuriſdictio, & poſtea ſubdit, de iure ciuili poſſe prorogari; ſecus de iure canonico, & totum oppoſitum refert ibidem Bal. ſub num. 8. in tertia ſpecie, aſſerens, quòd Doct. dixerunt, de iure ciuili non poſſe fieri prorogationem, ſed ſolum de iure canonico. Ang. verò concordat cum ſecundo dicto Cyni. quia, vt refert Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 16. ff. de iudic. dixit, quòd ſicut iuriſdictio ordinaria poteſt prorogari de perſona ad perſonam, quamuis ſit limitata reſpectu ſubditorum tantum, ita etiam debet poſſe prorogari iuriſdictio delegata, & ita dixit eſſe de iure ciuili, quod ait ſeruandum eſſe in terris Imperij, ſecus de iure

re

re canonico, quod ait eſſe ſeruandum in terris Eccleſiæ.

Nam reſp. quòd Cyn. poſtea num. 16. facit additionem, in qua ſe corrigit, dicens, quòd de iure canonico non poteſt protogari, & quòd ius canonicum in hoc non diſcordat à iure ciuili, vt ex eo iam retuli num. preced. Ad Bal. dico. quòd ſiue Doctores dixerint, ſiue non, veritas eſt in contrarium, quòd prorogatio non poſſit fieri. Ad Ang. latè reſpondet Paul. de Caſtr. dicto num. 16. & 17. dicens dictum Angeli (ſalua eius pace) eſſe male dictum, quia imò concluſio eſt, quòd idē ſit de iure ciuili, & rationē reddit, quare ordinaria poſſit prorogari, & non delegata.

18 . Infero primo, exemplificando concluſionem huius primi caſus, quòd ſi Berta, & eius maritus litigant coram delegato pro cauſa dotis, Petrus, & Ioannes non poſſunt prorogare eius iuriſdictionem, Bal. vbi ſupra.

19 Infero ſecundo, falſam eſſe in delegato communem illam concluſionem Bar. & aliorum, de qua q. præced. limit. 2. ſub num. 54. verſ. primus. dum dicunt, quòd prorogata iuriſdictione perſonatum, valet ſententia, etiam ſi iudex ignorauerit illam prorogationem; in quo expreſſe lapſum reperio Socc. in l. 21. multum. ſub num. 9. & 10. dum concluſionem Bartoli contra Io. de Imol. arbitratur quoad protogationem perſonarum procedere, tam in odinatio, quàm in delegato, nam ſi hæc prorogatio non poteſt fieri, vt dixi hic ſupra nu. 16. & ignorantia iudicis potius prorogationi præſtatet impedimentū, quomodo diceremus, quòd valet ſententia, quamuis iudex ignorauerit prorogationem?

Quare illa concluſio poteſt adaptari in caſibus ſequentium reſtrictionum.

20 Extende eandem concluſionem, vt procedat tam in delegatis ad vnā cauſam tantum, quàm in delegatis ad vniuerſitatem cauſarum, Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub nu. 25. q. 6. de for. compet.

Contrariam opin. tenet Surd. conſ. 280. quòd illuſtres. ſub num. 18. in ſecunda reſponſione, lib. 2. hæcq. opinio probabilibus non caret argumentis, Socc. vbi ſupra.

21 Reſtringe primo eandem concluſionem, vt non procedat, quando perſona, non expreſſa in reſcripto, veniret in cōſequentiam, ſeu ad perſonam, in reſcripto non contentam, cauſa delegata aliquo modo pertineret, quia tales perſonæ, quantumuis non contentæ in reſcripto delegatorio, poſſent adhuc agere coram delegato, & coram eo conueniri, vt patet ex allegatis infra n. 22. 23. & 25.

Secus ſi cauſa delegata ad eas non pertineat, & ideo ſint perſonæ omnino impertinentes ad illam cauſam, quia mandatum iuriſdictionis, cum ſit ſtricti iuris, ad eas nullatenus prorogatur, Bal. in l. ſi qui ex conſenſu. ſub num. 8. in tertia ſpecie, verſ. ſed ego dico. C. de epiſc. aud. quem ſequitur Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 25. q. 6. ibi, item aduerte quia quod &c. de ſot. comp.

Confirmatur hæc teſtrictio in prima parte, quia delegatus in cauſa, ſibi delegata, & coram ſe vertente, poteſt dare curatorem, Addit. ad Rot. deciſ. 7. alias 178. emancipatio. ſub. num. 6. de iud. in nou.

22 Exemplifica primo, primā partē huius reſtrictionis in cauſa euictionis, delegata inter agentē, & emptorem, quia iudex delegatus poterit citare auctorem laudatum ab emptore, quamuis non ſit expreſſus in reſcripto, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 30. ſub num. 15.

23 Exemplifica ſecundo, quando in cauſa dotis inter vxorem, & maritum, vt in caſu, de quo ſupra num. 18. creditores mariti, ſeu in bonis dotalibus velint diſputare de prælatione in illa dote, Bal. & latius Mat. Soc. in locis, ſupra proximè citatis.

24 Exemplifica tertio in fideiuſſoribus, qui acceſſoriè comprehenduntur, quia iſti poſſent prorogare, Cyn. in l. 1. ſub num. 14. 15. & 16. q. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. dicens, quòd ſi reus conuentus coram delegato Pontificis, dederit clericum in fideiuſſorem, delegatus poterit cognoſcere etiam contra fideiuſſorem, quamuis alias clericus non poſſit prorogare iuriſdictionem in alium iudicem ſine conſenſu ſui Epiſcopi, vt dixi q. præced. limit. 1. num. 36. & ratio ſecundum Cyn. eſt, quia Papa eſt ordinarius omnium clericorum in omni iuriſdictione, & conſequenter etiam ille, cui commiſit, eſt iudex: nec obſtat, inquit, quod reſcriptum non debeat extendi ad alias perſonas, quàm ad contentas in eo, quia, inquit, hoc eſſe verum per viam principalis prorogationis, ſecus per viam acceſſionis, quia cum alicui aliquid conceditur, intelligitur conceſſum omne id, ſine quo illud eſſe non poteſt, & ex Cyn. ſequitur Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num. 25. verſ. ſexto quæritur. in fine, de for. competen.

25 Non obſtat, ſi contra hæc obijciatur, quod ſicut declinatoria fori, quæ competit prin-

principali, non competit fideiuſſori, teſtibus Spec. Soc. & alijs,quos ſecutus ſum lib.proxime præced. cap. 7. ſub num. 381. verſ.ſubinfero. in futura impreſſione; ita etiam ei competere non debet accumulatio fori, qui competit principali.

Quia reſp. quòd quamuis ita ſit, tamen in caſu huius reſtrictionis poteſt fieri prorogatio.

26 Reſtringe ſecundo, niſi ſit perſona, quæ ſucceſſerit in locum perſonæ, contentæ in reſcripto, quia ſi ſucceſſit ſit prorogatio ad eam, Mar. Soc. ſub dicto num.25. quæſt. 6. limit. 3.

27 Secundus caſus eſt in perſonis iudicium: nunquid ſcilicet,facta delegatione ſuper aliqua cauſa, poſſit ad eam cauſam prorogari iuriſdictio alicuius iudicis ordinarij:& iſto caſu diſtinguo. Aut Princeps motu proprio committit cauſam, auocando ad ſe inquiſitionem, vel cognitionem ex certa ſcientia: & tunc proceſſus,ſi fieret ab alio,eſſet nullus ipſo iure, etiam ſi pars non oppoſuerit. Aut Princeps cõmittit ſimpliciter cauſam alteri; & tunc proceſſus, qui fieret ab alio, habente iuriſdictionẽ,tenet,ſi pars non opponat,quia licet pars, vel alius non poſſit impedire talem delegatum,poſſunt tamen partes in præiudicium ſuum dimittere iudicem delegatũ, & conſentire in alium iudicem ordinarium, prorogando illius iuriſdictionem, Mar. Soc. in cap. 18. ſignificaſti. ſub num.27. verſ.vlt. quæro. de for. compet. & multò magis tenet hæc prorogatio, ſi eſſet facta à delegato inferiore delegato Principis, vt in delegato iudicis ordinarij.

GLOS. VIII.

Pro tribunali ſedentes,&c.

SVMMARIVM.

Tribunalis nomen notã habet ſignificationem, & eius mentio frequens eſt etiam in ſacra ſcriptura,num. 1. Et inter alias ſignificationes ſignificat ſedem iudicis,num.2.& 3.

Sedes iudicis quare locari debeat in excelſo,ſub num. 3. & 8.

Sedes iudicum erat arcuata, & eſt honoris inſigne, ſub num. 3.

Conciſtorium in quo differat à tribunali, & à cathedra, num.4.

Sedere debet iudex quando ſententiam dicit, alias ſententia eſt nulla, num. 5. Et quare debeat ſedere, num.6. 7. & 8.

Sedendo, & quieſcendo, quare anima fiat prudentior, num.6. & 7.

Stare debent litigantes, dum iudex ſedendo ſententiam dicit, num. 8.

Epiſcopus in Eccleſia, & in conſeſſu presbyterorum ſublimior ſedere debet, ſub num. 8.

Sedere debet iudex non ſolum quando ſententiam dicit, vt in num. 5. Sed debet etiam ſedere in omnibus decretis, quæ ius tribuunt, num. 9. Reſtringitur multipliciter. Primo vt iudex poſſit, etiam non ſedendo, dicere ſententiam interlocutoriam, num. 10. Secundo in cauſis ſummarijs,num. 11. Tertio in Præpoſitis Mareſcallorum, &c. num. 12. Quarto propter iuſtum metum, num. 13. Quinto in quolibet caſu neceſſitatis, num. 14. Sexto, vbi conſuetudo eſſet in contrarium, num. 15.

Sedem mutare an & quando poſſit iudex de vno ad alium locum, num. 16.

Sedendi ordo in Conciſtorio Papæ, & Principis, num. 17.

1 TRIBVNAL eſt vox nota, & vſitata, de qua in S. illo verò. Auth.de appell.& intr. quæ temp. &c.coll. 4. *eum non oporteat ad compares iudices appellationes referri,ſed à minore iudicio in maius tribunal aſcendere*, in cap. 1. de ſent. & re iud. in 6. & in pluribus ſacræ ſcripturæ locis, quæ tu facile reperies in Concordantia Bibliorum, in verbo, tribunal.

2 De ſignificatione huius vocis,omiſſis quę habentur apud Alber. in ſuo Diction. apud Io. Monach. & Prob. in addit. ad eum, in dicto cap. 1. de ſent. & re iud. in 6. & apud alios, quia hoc parui refert, duo breuiter innuam potius,quam dicam: primum, quòd hæc vox (tribunal) videtur forſan originem ſumpſiſſe à tribubus, quibus rectores, & tribuni
3 præfuerunt: † ſecundum; quicquid ſit de eius ſignificatione, & varia forſan ſecundum ſubiectam materiam acceptione; dico, quòd in communi loquendi vſu ſignificat iudicum ſedem, quæ locatur in excelſo, vt iudex videatur ab omnibus, & ipſe ex eminenti loco omnes valeat intueri, vt dicit gl. ordinaria ad Roman. cap. 14. in verbo, ante tribunal. fol. mihi 29. col.3. par.6. & iſta iudicum ſedes erat figura arcuata, prout eadem

Digitized by Google

dem figura talem alicubi videmus etiam hodie, & cuiuſuis ſit formę, dicitur tribunal, & vt dicit Senec. de beneſ. lib. 1. ſub num. 48. fol. 3. eſt honoris inſigne.

4 Tribunal differt à Conciſtorio: quia Conciſtorium eſt ſedes Papæ, & Principis, §. ad hoc ſancimus., Auth. de appell. & intr. quæ temp. &c. differt etiam à Cathedra, quia tribunal eſt ſedes iudicis, vt dixi, cathedra verò eſt ſedes Doctoris docentis. His prælibatis.

5 Concludo iuxta huius ſententiæ formulã, quòd iudex ſententiando debet ſedere, vt videtur ſanxiſſe Imper. in §. ſancimus. Auth. vt ab illuſtribus, &c. coll. 5. & in §. ſedebunt autem hi pedanei iudices. Auth. de iudic. vt nullat. &c. coll. 6. & apertius Papa in cap. vlt. de ſent. & re iud. in 6. & alia iura citat Spec. in tit. de ſent. & de his quæ eam ſequũtur §. iuxta. num. 10. verſ. item eſt nulla. lib. 2. fol. 172. & ita regulariter tradunt omnes. Et licet quidam Doct. iuris ciuilis dicere voluerint, quòd ſententia ferri non debeat, niſi iudex ſedeat pro tribunali, nihilominus lata teneat, tamen iſtud dictum reprobatur in dicto cap. vlt. vt notat Bal. in l. 1. num. 6. verſ. & nota quòd, & Salyc. ſub num. 3. ibi, ſed iſtorum dictum. C. de ſenten. ex peric. recit. & quod ſi iudex, dum profert ſententiam, non ſederet, ſententia, tanquam iuris ſolemnitate omiſſa, prolata, non eſſet valida, ſequitur Vant. tract. de nullit. tit. de null. ex def. proceſ. ſiue ordin. &c. num. 84. fol. 416. tom. 4.

6 Ratio huius concluſionis eſt, quia anima, ſedendo, & quieſcendo, fit prudentior, Philoſoph. 2. de anima, Gloſ. in dicto cap. vlt. in verbo, ſedendo, & ibidem Gemin. ſub num. 12. verſ. in ea gl. ibi, ſedere. & Prob. in addit. ad Io. Monach. num. 2. de ſent. & re iud. in 6. Bar. in dicta l. 1. ſub num. 3. & ibidem Bal. & Salyc. mox citandi, Panuin. de offic. & poteſt. cap. ſed vac. prælud. 6. ſub num. 4. fol. 412. tom. 13. par. 2. Vant. ſub d.
7 nu. 84. † nam cum mouetur corpus, mouetur anima, & ideo non eſt in ſoliditate rationis, ſed cũ ſedet, anima laborat circa intellectũ, & ſic fit prudentior, quia non diſtrahitur intellectus ad aliam operationem, iuxta illud, *Pluribus intentus, minor ad ſingula ſenſus*. Bal. in dicta l. 1. ſub num. 6. & 7. verſ. & ratio huius. & Salyc. ſub. num. 3. C. de ſent. ex peric. recitan.

8 Accedit, quòd iudex ex actu ſedendi, vtitur maieſtate, ob quam conſequenter maior ſibi debetur reuerentia; quare litigantes ad differentiam iudicis, ſententiam ferentis, debent ſtare, §. ſancimus igitur. Auth. vt ab illuſtribus &c. coll. 5. vnde non videtur leuis ſolemnitas, Bar. Bal. Salyc. & Gemin. vbi ſupra, Vant. in loco ſupra proxime citato, & quòd iudex cum iuſtitiam reddit, debeat ſedere ſublimior, ſcribit Luc. de Penn. in l. 2. in ſacris. n. 2. C. de prox. ſacr. ſcrin. & probatur ex cap. 10. epiſcopus. diſt. 95. vbi, quòd Epiſcopus in Eccleſia, & in conſeſſu presbyterorum ſublimior ſedere debet.

9 Extende hanc concluſionem, vt procedat in omnibus decretis, quę tribuunt ius, quia tunc iudex debet ſedere pro tribunali, Bal. in dicta l. 1. ſub num. 8. verſ. item in omnibus. hincq. videmus quotidiè, quòd iudices, interponentes decretum ſuper contractibus minorũ, aut mulierum, vel ſimilium perſonarum inhabilium ad contrahendũ, ſemper interponunt ſedentes in loco tribunalis, vel in alio, quem ad interpoſitionem illius decreti ſibi elegerunt, vt atteſtatur notarius de eo rogatus: & hoc procedit etiam ſi is, qui contraheret, eſſet dominus, ſeu Princeps in illo loco, & ego decretum, de quo mentionem feci lib. prox. præced. cap. 5. num. 106. in fine, in futura impreſſione, interpoſui ſedendo, nam vbi requiritur cauſæ cognitio, iudex debet ſedere, vt ex Bar. retuli num. ſeq.

10 Reſtringe primo eandem concluſionem, vt non procedat in ſententijs interlocutorijs, ſeu decretis, quæ ſunt parui præiudicij, & ideo non requirunt cauſæ cognitionem, quia tunc nõ eſt neceſſarium, quòd iudex ſedeat, ſecus ſi ſint magni pręiudicij, Butrig. quem citat, & ſequitur Bal. in l. 1. num. 11. verſ. quęrit. C. de ſenten. ex peric. recitan. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 55. verſus finem, fol. 439. & quod iudex ſententiam interlocutoriam, quæ non requirat cauſæ cognitionem, poſſit ferre etiam nõ ſedendo, ſecus ſi requirat cauſæ cognionem, ſcribit Bar. in l. 2. hac lege. in fine, ſub num. 5. & 6. C. de ſent. ex peric. recitan.

Cõfirmatur hæc reſtrictio, quia quod ſententia feratur in ſcriptis eſt ſolemnitas magis neceſſaria, vt dixi inf. gl. 12. n. 4. & ſeqq. ſed hæc ſolemnitas poteſt omitti in interlocutorijs, vt ſecutus ſum ead. gl. 12. num. 12. ergo.

11 Reſtringe ſecundo, vt non procedat in cau-

cauſis ſummarijs, quia in his poteſt iudex, etiam non ſedendo, ſententiam ferre, clem. ſæpe.in fine,& ibi communiter Canoniſtę de verb. ſignif. Vanr. tract.de nullit.tit.de null. ex defec. proceſ. ſiue ordin. ſub num.84.fol. 416. tom.4. & Maran. dicta par. 6. in verbo,& demum fertur ſententia.num. 55. verſus finem, fol. 440. inferens, quòd propterea iudex in Regno Neap. poteſt in omnibus cauſis ſententiam ferre, etiam non ſedendo, quia ibi omnes cauſæ ſunt ſummariç,hçcque reſtrictio poteſt hac eadem ratione procedere in Ciuitate Florentię,cum ibi procedi poſſit ſine figura iudicij. ex diſpoſit. ſtat. lib. 2. rub. r.ſed tamen ibi vidi obſeruari in Rota, quod ſententiæ legunrur à iudice ſedēte pro tribunali ad ſolitum banchum iuris; imò ibi in ſententijs nunquam omittunt apponere præfata verba,& non ſolum non omitunt,ſed ea bis apponunt, videlicet in narratiua ſententiæ, & in eius diſpoſitiua; ſi tamen caſus contingeret, quod ſententia eſſet lata à iudice nō ſedēte pro tribunali,crederē quòd adhuc valeret,attēta dicti ſtatuti diſpoſitione.

12 Reſtringe tertiò in Præpoſitis Mareſcallorum, qui etiam in ſiluis quandoque condemnant malefactores, ſi eos inueniant in flagranti: hi enim dicuntur ſuſpendere malefactores, & poſtea informare, Prob.in addit. ad Io. Monach. in cap. vlt. ſub num. 2. de ſent. & re iud. in 6. & ego in magna bannitorum copia tempore Clementis VIII. vidi facultates, conceſſas Prælato tunc Gubernatori Prouinciæ Campaneę, vt poſſet procedere, & ſuſpendere manu militari inſtar belli, &c. & facit quod ſcripſi gl. pręced. q. 4. ſpec. 2. ſub num. 20.verſ. ſubextende 7.

13 Reſtringe quartò, quando iudex propter iuſtum metum ſententiam ferret ſuper equo, vt, lata ſententia, ſtatim fugeret, vt in caſu, de quo ſcripſi gl. pręced. q. 4. ſpec. 2. num. 24. & 25.

14 Reſtringe quintò generaliter in quolibet alio caſu, in quo iudex nō poſſet ſententiam ferre, ſedendo, quia neceſſitas non habet legem,& ideo ſi eam ferret iacēdo, vel ſtādo, cum non poſſet ſedere propter aliquem morbum, ſententia eſſet valida, vt ſcribunt Gl. in cap.vlt. in figuratione caſus,num.40. in fine, & in verbo, ſedendo. num. 60. & communiter Canoniſtæ, de ſent. & re iud. in 6. Bal. in l. 1. num. 4. in fine, verſ. In gl. ſecunda. & Salyc. ſub num.3. C. de ſent.ex peric. recit. Io. And. & Bar. quos retuli, & ſecutus ſum gl. præced. queſt.4. ſpec. 2. nu. 22. ſubdecl. 7. in fine.

16 Reſtringe ſexto, vt non procedat vbi eſſet conſuetudo, quòd iudex ſententias ferret ſtando, Prob. in addit. ad Io. Monach. in cap. vlt. ſub num. 2. de ſent. & re iud. in 6. & quòd in quibuſdam locis iudices de conſuetudine non ſedeant, ſed ſtent recti, tamen pro tribunali, ſcribit Buttig. relatus à Bal. in dicta l. 1. num. 5. in fine, C. de ſent. ex peric. recit.

16 Sedem an iudex poſſit de vno loco mutare in aliū, & ſic poſſit prorogare iuriſdictionem de loco ad locum, ſaltem ex conſenſu partium, & qualis debeat eſſe locus, in quo iudex debet ſedere, latè hæc omnia ſcripſi gl.præced.q.4. ſpec.2.num.1. & ſeqq.

17 Sedendi ordo in Conſiſtorio Papæ, & Principis, & in Concilio generali,qualis ſit, non eſt præſentis materiæ, ſi vis eum videre, habes in tractat. apud eos, qui ſcripſerunt de Concil.

GLOS. IX. Viſa quadam,&c.

SVMMARIVM.

Ordo litigandi eſt neceſſarius in proceſſu cauſæ, num.1. Et habet ordo originem à iure diuino, num. 2. Hocque ordine ſublato, multa ſequerentur,quæ iuſtitię eſſent valde pernicioſa, num. 3.

Natura eſt prona ad diſſentiendum, ſub num. 1.

Iudices quoque ſunt proni ad diſſentiendum, ſub num. 1.

Ordo requiritur in omnibus terreſtribus, & cæleſtibus, num.5. & ſeqq. Et requiritur in bello, num. 4. & 11.

Superioribus reguntur inferiora, num.7.

Ordines angelorum quot, & qui ſint, num 8.

Lapidum præcioſorum genera quæ ſint, nu. 9.

Ordinis magna eſt vis in omnibus, num. 10. & 12.

Ordinata militum copia in bello qualis eſſe debeat, num. 11.

Ordo vbi non eſt, ibi eſt confuſio, & nihil rectè geritur, num. 13.

Ordo conferendi dignitates, & beneficia ſi non ſeruetur, multa ſequuntur damna, nu. 14. & 15.

Ordinis varia cenſentur deſcriptiones, num. 16.

Ordo iudiciarius fuit inuentus ad inueſtigan-

gandam veritatem, & vt euitentur deceptiones, & non vt merita cauſæ ſubuertantur, hincq. reprehenduntur iudices, &c. num. 17.

Ordo non requiritur in notorijs, num. 18.

Ordo non in omnibus cauſis eſt idem, num. 19.

Ordo in cauſis ordinarijs qualis ſit, num. 20.

Ordinem datum iudici à lege, ſi is non ſeruet, peccat, num. 21. Et ſi ſeruet, non habens animum ad iuſtitiam, ſed ad inanem gloriam, iam recepit mercedem ſuam, num. 23.

Ordine non ſeruato, ſententia eſt nulla, etiamſi &c. num. 22. & 24. Etiamſi de partium conſenſu non ſeruauerit, num. 30.

Ordine non ſeruato, iudex male procedit, & ideo debet puniri, etiam ſi ex eius proceſſu bonum euenerit opus, & iuſtam tulerit ſententiam, num. 25. & ſub num. 26. Sed punitur mitius, quam transgreſſor ordinis militaris, num. 29.

Militaris diſciplina, & diſciplina legalis æquiparantur, ſub num. 25.

Aduocatus æquiparatur militi, ſub num. 25.

Ordinem datum, qui non ſeruat in bello, punitur, num. 26. & 28.

Iuſtè agere, & agere iuſtum, ſunt duo, quæ copulatiuè requiruntur ad iuſtitiam, num. 27.

Sententia eſt valida, licet in ea non narretur ſingillatim, quòd iudex viderit ſubſtantialia proceſſus, num. 31.

Sententiam, quam iudex ferret hoc ſero, & mane præcedenti fuiſſet ei datus magnus proceſſus, diceretur præceps tuliſſe, & ideo non valeret, num. 32.

Præcipitatio opponitur conſilio, & dicitur nouerca, & abortiua iuſtitiæ, ſub num. 33.

Cunctatio de morte hominis nunquam ſera eſt, ſub num. 33.

Mora omnium tutiſſima, ſub num. 33.

Citationem ſi iudex ante prolationem ſententiæ narret ſe vidiſſe, ad quid poſſit prodeſſe, num. 34. & 35.

Citatio eſt neceſſaria ad ſententiam, nu. 36.

Citari quis debeat, & quomodo ad ſententiam, ſub num. 36.

Sententia ferri debet illa die, pro qua eſt facta citatio, num. 37.

Citationem ad ſententiam iudex diffundere poteſt in ſequentem diem, ſub num. 37.

Sententia poteſt ea die, pro qua eſt facta citatio, duplici via proferri, num. 38. & ſeqq.

Cædulæ ſtylus, quo vtuntur Iudices Rom. Curiæ in ferendis ſententijs, qualis ſit, num. 39. 40. 46. & ſeqq. vſque ad num. 54. incluſiue. Cæterum, circumſcripto ſtylo, an valeat ſententia, quando iudex pronunciat, prout in cedula, quæ tunc legi non poteſt, num. 41. & ſeqq.

Auditore Rotæ decedẽte antequam ſubſcripſerit ſententiam, ad quam ferendam habuerat terminum pro ſeruato, poteſt vnus ex alijs Auditoribus abſque alia citatione ſubſcribere, num. 55. Dummodo ſubſcribat antequam labatur terminus habitus pro ſeruato, alias requiritur noua citatio, num. 57.

Succeſſor in officio iudicis mortui, non poteſt ſubſcribere ſententiam, ad quam ferendam prædeceſſor habuerat terminum pro ſeruato, num. 56.

Citatio ad ſententiam an ſit neceſſaria, quando fertur vltima die inſtantiæ, num. 58. & ſeqq. & num. 81. & ſeqq.

Citationis vim non habet certus terminus aſſignatus à lege, ſub num. 58.

Citatio ad ſententiam requiritur, etiãſi arbiter eam ferat vltima die termini præfixi à ſtatuto in compromiſſo, nu. 59. Contrarium, num. 72. & 77.

Terminus datus à lege, & Terminus datus ab homine } quomodo differant, num. 60. & 78.

Interpellatio hominis non eſt neceſſaria quando interpellat dies, num. 63.

Citatio ad aliquem actum eſt neceſſaria, ſi actus fiat ante vltimam diem termini dati ad illum faciendum, ſecus ſi fiat vltima die, num. 64.

Citatio quando non ſit neceſſaria, num. 65. & ſeqq. vſque ad num. 73. incluſiue.

Citatio ad ſententiam in cauſis criminalibus, & quando reus condemnatur ad mortem, num. 87. & 88.

VERBA iſta, quibus iudex narrat ſe vidiſſe petitionem, & reliqua, nobis præbent occaſionem, vt dicamus aliqua de ordine iudicij, & de citatione ad ſententiam.

1 Quæro primo igitur, an ordo, quem iudex ante ſententiæ prolationem narrat ſe vidiſſe, fuerit neceſſarius in proceſſu?

Reſpondeo, & paucis cõcludo, quòd ordo fuit omninò neceſſarius in proceſſu: nã, cum effræ-

effrænata cupiditas, ex humanę conditionis corruptione proueniens, pacis æmula, mater litium, & materia iurgiorum, tot noua litigia generet, quot plura ſunt negotia, quam vocabula, & natura prona ſit ad diſſentiendum, vt dicit Spec. in procem. num. 23. verſ. ſanè placitandi. fol. 3. & diximus nos lib. proximè præced. cap. 2. num. 574. & in noſtro tract. de commerc. §. 1. q. 1. ſub num. 51. lapſa enim natura, ſtatim orta fuerunt bella, & diſſenſiones, vt ſcripſi dicta q. 1. num. 68. & vlterius augentur controuerſiæ; quia eadem natura quotidie nouas properat edere formas, vt ſcripſi eod. lib. præced. cap. 9. num. 473. ad quas diſſenſiones, & iurgia componendas fuit neceſſarium dare ordinem placitandi, ideſt, litigandi, vt ſentit Spec. in loco ſupra proxime citato,
2 & † quidem iſte ordo habuit originem à iure diuino, vt patet ex cap. penult. deus omnipotens. 2. q. 1. & notat Spec. dicto procem. num. 24. verſ. hinc eſt.

Sed priuſquam in hac concluſione procedam vlterius, præmoneo, quòd adhuc ploranda eſt hæc noſtra miſeria humana, de qua multa obiter ſcripſi infra gl. 14. q. 9. ſub n. 18. & ſeqq. quia licet per ordinem placitandi ſit occurſum aliqualiter pronitati, qua homines rapiuntur ad diſſenſiones, tamen non poteſt occurri diſſenſioni, in quam labuntur quandoque iudices; hi namque, etſi ad aliorum diſſenſiones componendas præponantur, & ideo iuſtitiæ zelo concordiam deberent ſemper animo retinere; tamen non deſunt forſan aliqui, qui ſi non alia labe, aut animi inquinata paſſione cõmoti, ſaltem quadam inanis gloriæ cupidine ardentes, facilè in contrarias trahuntur ſententias, & proinde iudex ad quem, vt doctior videatur iudice à quo, quandoque illius ſententiam in peius reformat, vt dixi cap. ſeq. q. 3. n. 2. & qui collegialiter iudicãt, aliquãdo contradicẽdi ſtimulo potius, quàm iuſtitię zelo in diuerſas eunt ſententias: hæc dico ad malorum correctionẽ, ſi qui ſunt, & ad laudẽ bonorum, quos Deus pro vtilitate ſocietatis humanæ diu ſeruet incolumes, & poſtea ſimiles propager: hoc commonito, proſequor concluſionẽ.

3 Confirmatur primo hæc concluſio, quia ſi lites agerentur ſine ordine, magnum reo imminerct periculum, & actor non pauca ſubiret damna; imò tota diſſiparetur iuſtitia; etenim ſi reus non audiretur in defenſione, quid iniquius? ſi iudex ſine probationibus, aut inditijs decideret, vbi eſſet iuſtitia? ſi prætermiſſo ordine, quo ad veritatis cognitionẽ deueniri poteſt, iudex procederet, is nõ ne ambularet in tenebris? ſi quid iuſtum decerneret, nonne caſui, & fortunæ eſſet tribuendum? ſicque iuſtitia penderet à ſolo caſu? ſi iudex poſſet procedere ſine partis inſtantia, ſine accuſatore, ſine famoſa inſinuatione, & ſine ſcientia publica, nonne ſequerentur incoueniencia, de quibus locutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 33. 34. & 35. ſi priuatus, iuriſdictione carens, poſſet condemnare, & condemnationem exequi, nonne frangeretur Principum imperium, & vis nonne eſſet in armis?

4 Confirmatur ſecundo, quia in bello, quod fit manu militari, requiritur ordo, ſed bellum iudiciarium, quod fit lite ciuili, eſt ſimile illi, vt hęc omnia oſtendi infra num. 25.

5 Confirmatur tertio, quia ordo generaliter requiritur in omnibus, ſiue diſcurramus terreſtria, ſiue cœleſtia: Quantum enim ad terreſtria requiritur primo in materialibus, vt puta in palatijs, & domorum ædificijs; ſtultè enim ædificaret, qui tectum poneret pro fundamento, & fundamentum pro tecto, ianuam pro feneſtra, & feneſtram pro ianua; hincque Lancel. quem refert, & ſequitur Carauit. ſuper rit. 2. ſub n. 9. inquit, quòd poneret habenã in cauda, qui procederet inordi-
6 natè. † Requiritur ſecundo in agibilibus, & in regimine; ſtulta nãque eſſet ductio, ſi cœcus duceret oculatum, ſi debilis, & claudus portaret firmum; ſtulta eſſet cura, ſi ęgrotus curaret medicum ſanum; ſtulta diſciplina, ſi ineruditus diſcipulus doctum erudiret magiſtrum, ſi imprudens, aut minus prudens regeret prudentem, aut prudentiorem, contra ea, quę ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 69. in decidendis cauſis ſtulta, pernicioſaque eſſet actio, ſi reus iudicaret iudicem, aut ſi iudex prius ferret ſenten-
7 tiam, & poſtea fabricaret proceſſum. † Quantum ad cœleſtia requiritur etiam ordo, quia orbis cœleſtis non influit in ſuperiores ſubſtantias, ſed in corpora, quę ſibi loco ſubiecta ſunt, Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. q. 4. art. 1. verſ. quęſtioni huic. fol. 447. col. 1. & quòd diuina prouidentia ſtatuerit, vt corpora inferiora, & groſſiora regantur quodã ordine per potentiora, atque ſuperiora, ideoq; tota materia corporum inferiorũ ſubiaceat variationi ſecundum motum corporum cœle-

leſtium ſcribit S. Auguſt. de trinit. lib. 3. fol.
mihi 96. col. 2. initio, tom. 3. quem citant
etiam S. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 3. num. 3.
dicens, quòd in quolibet genere minora re-
guntur per maiora, ſicut corporalia regun-
tur per ſpiritualia, & Abulen. in Matth. par.
6. cap. 22. quæſt. 230. verſ. ſecundo patet,
8 fol. 141. † Et eſſe etiam ordinem inter an-
gelos, & archangelos, dicit text. in cap. vlt.
ad hoc, & ibi Gl. diſt. 89. & Carauit. dicto
tit. 2. num. 14. & eſſe nouem ordines ange-
lorum, nempè, angeli, archangeli, throni,
dominationes, virtutes, principatus, pote-
9 ſtates, cherubim, & ſeraphim, † prout & no-
uem lapidum pretioſorum genera numeran-
tur, ſardius, topazius, iaſpis, chryſolitus,
onyx, berillus, ſaphirus, carbunculus, & ſma-
ragdus, ſcribit S. Gregorius in moralibus
relatus in cap. 45. principium. de pœnitent.
diſt. 2. & in Eccleſia triumphanti eſſe diſtin-
ctos multos ordines, & gradus, & ita etiam
in Eccleſia militanti, ſecutus ſum ſupra lib.
1. cap. 11. num. 1. & ſcripſi hoc eodem libro
cap. ſeq. quæſt. 8. ſub num. 51. art. 3. & nihil
in domo Domini debere eſſe inordinatum,
nihilq. præpoſterum, itaut quod requiritur
in corpore, ſemper inueniatur in capite,
quia integritas præſidentium ſalus eſt ſubie-
ctorum, & regnum ipſum non poſſet ſubſi-
ſtere, niſi magnus differentiæ ordo in talibus
ſeruaretur, ſicque bonum conſiſtat in ordi-
ne, ſcribit Luc. de Pen. in l. 2. in ſacris. num.
1. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. & demum
omnia facienda eſſe ordinatè, dicit Apoſt. ad
Corinth. 1. cap. 14. in fine: *omnia autem ho-
neſtè, & ſecundum ordinem fiant*.
10 Magna eſt vis ordinis, cum ſit figura ſub-
ſtantiæ cuiuſque rei, & modus cuiuſque rei
agendæ; vt ex Bal. retuli infra ſub num. 16.
etenim lapides, lateres, ligna, & tegulæ, in-
ordinate proiecta, ad nihil vtilia ſunt; cum
verò ordinantur deorſum, & ſurſum, neque
putreſiunt, neque fluunt lapides, ac teſtæ; &
in medio componuntur; tunc efficitur do-
11 mus, pluris æſtimanda: † militum copia in
bello multum valet, ſi ſit ordinata, vt primi,
& vltimi ſint, qui fortitudine excellunt, in
medio verò peiores, vt à primis ducantur, &
ab vltimis impellantur.
12 Circumſcripta etiam hac magna vi, &
vtilitate, quam ordo in conficienda re præ-
ſtat, vt dixi; alias confert vtilitates; res
enim, per ordinem intellectæ, magis dele-
ctant animum, mentem magis nutriunt, ſen-
ſus magis illuminant, & memoriam reddunt
firmiorem: & demum habet ordo hoc egre-
gium, vt ex paucis conficiat multa, & mul-
ta copioſè digerat, tanquam pauca, ſicque
vtile, & ornatum conficiat opus.
13 Magnus eſt etiam defectus ordinis, quia
ſine ordinis compoſitione nihil conſtat, &
nihil ritè geritur, vt ex Bal. retuli infra nu.
16. in fine; & vbi non eſt ordo, ibi eſt con-
fuſio, Gloſ. in S. inordinatum. in verbo, con-
14 fuſum. Auth. de hæred. & falc. † & vbi, di-
gnitatis ordine non ſeruato, indigni dignis,
& digni dignioribus præferuntur, & qui de-
bent eſſe in ſupremo loco, ſunt in infimo, &
premia, prætermiſſis dignis, quibus ſunt
conferenda, conferuntur indignis, tunc qui
ſunt digni, ſpoliantur quaſi iure ſuo; & alij,
qui hoc vident, inducuntur ad negligendum
bonas artes, & virtutes, & ad ceſſandum à
15 litterarum ſtudijs, & à virtutis cura: † præ-
terea ſi Ciues videant, beneficia, dignita-
tes, & ſimilia bona non meritis, ſed nego-
tiationibus, fauoribus, & amicorum preci-
bus, aut alijs forſan iniquis, & turpibus mo-
dis, & vijs obtineri, ideoque ſe ipſos nego-
tiationibus, & indebitis potentum obſequijs
tradant, vt beneficia, & alia munera obti-
neant: hoc malum quanta pariat damna,
& quot efficiat ſimonias, prudens quiſque
dijudicet: quare ſicut inuerteretur vniuer-
ſi orbis ſtatus, ſi cœlum, & elementa le-
uiora eſſent inferius, & grauiora ſuperius,
inuerteretur que humani corporis forma,
& conſtitutio, ſi oculi ſtarent in loco pe-
dum, & pedes in loco oculorum, ita etiam
non multò minus diſſipatur orbis, ſi meri-
ta, & virtus non attendantur: hoc eſt, de
quo conqueritur Sapiens Eccleſ. 10. num. 5.
& ſeqq. dicens: *eſt malum, quod vidi ſub
Sole, quaſi per errorem egrediens à facie
principis; poſitum ſtultum in dignitate ſubli-
mi, & diuites ſedere deorſum; vidi ſeruos
in equis, & principes ambulantes ſuper ter-
ram, quaſi ſeruos*, hæcque omnia conſide-
rauit Mich. Sal. ad S. Thom. 2. 2. quæſt. 63.
art. 1. verſ. probatur, & verſ. ſecundo cedit,
fol. 297.
16 Ordinis, generatim loquendo, variæ ex-
tant deſcriptiones; ſed omnes tendunt in
idem: nam ſecundum Ariſtotelem, quem
ſequuntur Bal. in l. arethuſa. ſub num. 2. ff.
de ſtat. homin. & Thom. Canau. in proœm.
decretal. num. 84. inter Repeten. tom. 1.
fol. 18. eſt diſpoſitio rerum ſecundum prius,
& poſterius. Secundum S. Auguſt. de ci-
uit. Dei lib. 19. cap. 13. tom. 5. fol. 192. quem

citant Luc. de Penn. in l. 5. his quidem num. 1. C. qui mil. poſſ. &c. lib. 12. tit. 33. & Caran. tit. 2. ſub num. 1. eſt parium, diſpariumque rerum ſua cuique loca tribuens diſpoſitio. Secundum Cic. 1. de offic. vt referunt ijdem Luc. de Penn. & Carauit. in locis ſupra proximè citatis, eſt compoſitio rerum in aptis, & accommodatis locis. Secundum S. Ambroſ. quem citat Bal. in procem. digeſtor. num. 1. eſt principium medijs, & media ſuis finibus iungens. Secundum eundem Bal. in quæſt. de ſchiſmate, ſub num. 9. in rub. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. eſt figura ſubſtantiæ cuiuſque rei, & nihil conſtat ſine ordinis compoſitione, eſt autem ordo modus cuiuſque rei agendę, quo prętermiſſo, nihil rite geritur: & hęc ſatis de iſta confirmatione.

17 Declara eandem concluſionem poſitam ſupra nu. 1. vt ordo iudiciarius pro dirimendis controuerſijs debeat eſſe talis, vt per eum apertè inueſtigetur veritas, & euitentur deceptiones, & non vt merita cauſę ſubuertantur, Sum. Angel. quam citat, & ſequitur Neniz. conſ. 32. licet magnifice. num. 3. non enim tendit ad duplicitatem, & malitiam, ſed tendit ad illam tollendam, Natt. in clem. ſæpe. num. 103. de verbor. ſignif. inter Repeten. tom. 6. fol. 116. Vnde peſſimè faciunt appellationum iudices, quando ex antea, vel poſtea geſtis ſibi de iuſtitia ſententiæ latę conſtat, & talem vident in proceſſu ſeruatum fuiſſe ordinem, vt vtraque pars potuerit in eo deducere iura, & contra deducta excipere, & nihilominus, vt amico, vel prauę eorum intentioni ſatisfaciant, ad aliquam minimè releuantem, ſed inanem confugiunt ordinis inobſeruationem, ita vt in ordine, qui ad iuſtitiam perduxit, ipſi iuſtitiam ſubtili cauillatione peruertant, & ſic faciunt, vt ordo ſit ad impediendũ, & non ad dirigendum ad iuſtitiã, & quod eſt ad remedium, vertatur in noxam, ſed hi iudices legant quę ſcripſi ſupra gl. 4. q. 1. ſub num. 16. exempl. 1. & num. 60.

18 Infero, quòd in notorijs non requiritur ordo, quia in notorijs veritas eſt patens, & ordo adhibetur ad inueniendam veritatem; quare dicimus, quòd ordo in notorijs, eſt non ſeruare ordinem, vt late ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 76. ſub num. 8. verſ. ſi loquimur de notorio. & in fine eiuſdem nu. 8. & nu. 9.

19 Subdeclara primo eandem declarationem, vt non vnus, idemque ordo ſeruetur in omnibus: nam pro cauſis magnis, in quibus de magna agitur re, ſolemnis requiritur ordo: pro cauſis verò exiguis, ideſt, parui valoris, ſeu modici pręiudicij, exiguus requiritur ordo: ſufficit enim ordo iuris naturalis, quia non eſſet iuriſprudentia, ſi pro cauſis minimis exigeret tantum ordinem, vt ordinis, & proceſſus impenſa excederet valorem cauſę; prout in non admittenda appellatione conſideramus cap. ſeq. q. 17. limit. 40. nu. 1. Itē alius ordo requiritur in ordinarijs, alius in executiuis: in ordinarijs enim requiritur cunctatus, & ordinarius, in executiuis autem celer, & executiuus, vt patet ex his, quę de vtroque ordine in occurrenti caſu diuerſis in locis huius tractatus ſcripſimus: Aliud etiam ſeruatur in iudicijs formalibus; aliud verò in interpellationibus, intimationibus, & ſimilibus, in quibus qui adit iudicē, nō dicitur agere, per ea, quę dixi gl. ſeq. n. 20. & ideo in iſtis non habent locũ ſubſtantialia iudicij, quia in eis nōdum eſt iudicium, vnde ſufficit, quòd intimatio, ſeu interpellatio certũ faciat intimatũ, ſeu interpellatũ, vt poſſit deliberare quid agere velit ſuper re, ſiue negotio, ſibi intimato; & propterea ſi tã in iſtis, quàm in libello, & demum in omnibus quibuſcũque ante litis cōteſtationē facta fuerit mētio, ſeu relatio ad aliquod inſtrumētũ pro integra notitia, & certitudine rei intimatæ, ſeu contentorũ in libello, non eſt neceſſariũ, quòd parti detur copia illius inſtrumēti, niſi fuerit petita, vt, loquendo de copia libelli, & de copia inſtrumenti, mētionati in ipſo libello, concedenda, ſi ſit petita, & expenſis actoris, & non rei petentis, ſecutus ſum ſup. lib. 1. cap. 100. ſub num. 10. at in iudicijs, quãdo ſcilicet facta eſt cōteſtatio litis, nō ſufficit feciſſe mētionem de inſtrumento, ſed debet illud, citato aduerſario, produci in actis, vel repeti, ſi ſit in actis eiuſdem notarij, & quando ſit de re non geſta inter ipſas partes litigantes, debet repeti cum expreſſione certi temporis, vt pars aduerſa poſſit illud reperire; alias ſi ſit de re geſta inter ipſas partes, ſufficeret ſimplex repetitio.

20 Subdeclara ſecundo, vt ex ordine iudicij in cauſis ordinarijs, antequam iudex poſſit venire ad ſententiam, debeant pręceſſiſſe litis conteſtatio, confeſſiones, & allegationes, vt, omnibus cauſę meritis diligenter inueſtigatis, feratur ſententia in die non feriato, & ante crepuſculum noctis, Spec. tit. de ſent. §. nunc videndum. lib. 2. fol. 165.

Vel (& melius) de ordine ſubſtantiali eſt, quòd partes citentur, libellus offeratur,

lis

lis conteſtetur, iuretur de calumnia, fiant poſitiones, & reſponſiones; teſtium, & inſtrumentorum productiones, publicationes, interlocutiones, renunciationes, concluſiones, & allegationes, & deinde feratur ſententia, Hoſtien. in ſum. tit. de ſenten. ſub num. 5. verſ. is eſt ordo. de quibus omnibus quia late in peculiaribus tractatibus de ordine iudiciorum ſcripſerunt Io. de Graſs. per viam arboris iudiciarij, Odofr. Guid. de Suzar. Gentil. & Tancr. inter tract. diuerſ. tom. 3. par. 1. fol. 22. 32. 34. 41. & 44. & poſt eos copioſè nos lib. præcedentibus, hic pluribus non inſiſto: monebo ſolum, quòd de ſubſtantialibus iudicij ordinarij loquuti ſumus ſupra lib. 1. cap. 53. num. 21. & 11. & de terminis ſubſtantialibus num. 39. & lib. 2. cap. 3. num. 237. & ſeqq. num. 276. & ſeqq. in quibus ſcripſi tàm de iudicio ordinario, quàm de ſummario; & an, & quando probationes ſint de ordine ſubſtantiali iudicij, & quando de ordine iuſtitię, explicaui dicto lib. 1. cap. 97. ſub num. 198. & de partibus ſubſtantialibus iudicij cap. 4. num. 2. & de proceſſu ſine ordine in notorijs ſcripſi cap. 76. ſub num. 8. & lib. 2. cap. 9. num. 51. & ſeqq. & de multiplici ordine, dato vel ab homine, vel a iure, & de illius transgreſſione vide omnino quę ſcripſi cap. ſequen. quęſt. 17. limit. 6. membr. 7. num. 114. & ſeqq. quia ibi tractaui de ordine dato à Principe, & de illius effectu, & de ordine iuris, quem diſtinxi in triplici ordine, nempè, in ordinem ſubſtantialem vnius cauſę in ſeipſa, in ordinem non ſubſtantialem, & in ordinē vnius cauſę ad aliam cauſam, de quo latè ſcripſi ibidem nu. 118. vſque ad nu. 130.

21 Amplia primo eandem concluſionem ſic declaratam, vt adeo iudex teneatur ſeruare ordinem traditum à lege, vt peccet, ſi eum non ſeruet; quia lex iuſta obligat in conſcientia, vt late ex Abb. & alijs, & ex communi opin. ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. num. 47. & quòd iudex inquirens ſpecialiter contra certam perſonam, non præcedente diffamatione, peccet mortaliter, ſcribunt Nauar. in cap. 55. inter verba. concl. 6. nu. 15. verſ. decimum. 11. q. 3. fol. 24. & in rubr. ſub num. 77. verſ. ex quibus. de iudic. fol. 53. & alij, quos ſecutus ſum infra gl. 14. q. 21. num. 70. & ſeqq. & adde quę ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 84. ſub num. 17. ampl. 5. in alia futura impreſſione.

22 Amplia ſecundo, vt ſententia lata, non ſeruato ordine, dicatur iniuſtè lata, etiam ſi alias ſit iuſta, & lata ex veritate; & moueor, quia quicquid fit contra leges, fit iniuſte, vt ex Nauar. retuli in loco ſupra proxime citato, & confirmari poteſt ex ſeq. 4. ampliat.

23 Amplia tertio, vt ſi iudex ſeruauerit ordinem, ſed non eò, quia animum haberet ad iuſtitiam, ſed quia animum habebat ad inanem gloriam, aut ad aliud intereſſe huius mundi, & ideo iuſtitiā fecerit, dicatur iam recepiſſe mercedem ſuam, & à Deo aliud prēmium, ſeu meritum non poſſe ſperare, quia Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorum; imò ſi iuſtitiam faceret ex malo affectu, eſſet apud Deum puniendus, vt dixi ſupra gl. 4. q. 1. num. 27. & ſeqq. quia Deus reſpicit animum, & non opus, per ea, quæ dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. ſub. num. 59. verſ. corroboratur. & ſub num. 67. verſ. non obſtat.

24 Amplia quarto, vt ordo iudicij adeo ſit neceſſarius ante ſententiæ prolationem, vt ſi feratur, eo prætermiſſo, ſententia ſit non ſolum nulla, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 7. ſub num. 116. & nulla ipſo iure, vt ſecutus ſum infra gl. 14. q. 32. nu. 44. & de hoc nullum eſt dubium, ſed iudex etiam male faciat, quamuis iuſtam ferret ſententiam, † quia diſciplina legalis, & 25
diſciplina militaris ęquiparantur; vnde priuilegium, quod habet miles, ne teneatur vltra quàm facere poteſt, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 46. ſub num. 17. & clarius in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. ſub num. 122. verſ. ratio magis. habet etiam patronus cauſarum, qualis eſt aduocatus, Gl. in l. 6. miles: in verbo, facere poteſt. ff. de re iud. & alij, quos citat, & ſequitur Mar. Socc. tit. de dilat. ſeu tract. de citat. art. 5. ſub num. 35. fallent. 12. verſ. ſed tamen. fol. 607. in ſecundo decretal. hancq. æquiparationem fecit Imper. in l. 14. aduocati. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. *aduocati, qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuæque defenſionis viribus ſæpe publicis in rebus, ac priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam ſi prælijs, atque vulneribus patriam, parenteſque ſaluarent: nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & toracibus nituntur; ſed etiam aduocatos; militant*

Hh 2 *nam-*

namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis conſiſi munimine laborantium ſpem, & vitam, & poſteros defendunt. addas huic æquiparationi, quæ diximus nos in Epiſt. dedicatoria cap. ſeq.

26 Sed in diſciplina militari, qui non ſeruat mandatum Ducis belli, facit male, & errat, ideoque punitur, quamuis res fœliciter ſucceſſerit, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 181. & 182.

Ergo eodem modo errat, & puniri deberet iudex, & miniſter legis, & iuſtitiæ, qui non ſeruat præcepta, & mandata legis, præſertim ſi ageretur de vita hominis; etiam ſi non parendo, legis finem non læderet, & iuſtitiam alias faceret, vt ſcripſi ſub dicto num. 181.

27 Infero demum ex hac quarta ampliatione, & duabus præcedentibus, quòd cum aliud ſit agere iuſtè, & aliud agere iuſtum, vt dixi etiam cap. ſequen. quæſt. 17. limit. 6. memb. 9. num. 59. ad veram iuſtitiam requiritur vtrumque copulatiuè, videlicet, quòd fiat iuſtum, & fiat iuſtè.

28 Declara hanc eandem quartam ampliationem, vt quamuis tranſgreſſor in diſciplina militari puniatur pœna capitis, etiam ſi eſſet proprius filius, prout puniuit Manlius Torquatus, qui proprium filium, quia, non ſeruato eius ordine, dimicauerat, è medio ſuſtulit, quamuis hoſtes ſuperaſſet; exiſtimauit enim Manlius Torquatus, ſatius eſſe, patrem forti filio, quàm patriam militari diſciplina carere, vt retuli dicto cap. 97. num. 182. & ita etiam quandoque fieri deberet contra tranſgreſſores legalis diſciplinæ, quando ſcilicet iudices, depoſito timore, contempta religione, abiecta verecundia, & vulnerata iuſtitia, non præcepta iuris, ſed fauores commendationum, munera, & alias ſordes attenderent.

29 Tamen longè mitius agi ſolet cum tranſgreſſore legalis diſciplinæ; nam iudex, ſi tranſgreſſio ſit doloſa, punitur iuxta qualitatem doli, & facti; etenim ſi innocentem morti doloſè tradidiſſet, nulli dubium, quòd eadem pœna mortis eſſet puniendus: ſi verò non ſit doloſa, tunc pro modo culpæ, & negligentiæ; imò ſi error ſit commiſſus circa ordinem proceſſus, non iudex, ſed pars, quæ actum fecit, punitur pœna nullitatis actus.

30 Subamplia eandem ampliationem, dum dixi, ſententiam fore nullam, ſi ſeruatus non ſit ordo iudicij, vt procedat etiam ſi iudex de partium conſenſu illum non ſeruaſſet; quia licet ſententia poſſet valere in vim pacti, & partes poſſint tacite renunciare fauori ſuo, qua renunciatione ſtante, ceſſat in ciuilibus officium iudicis, tamen nunquam valebit, vti ſententia, per ea, quæ dixi libro præcedenti, cap. 8. ſub num. 454. & hoc eodem libro cap. ſequen. quæſtione 19. remedio 1. concluſione 5. num. 10.

Confirmatur hæc ſubampliatio ex his, quæ ſcripſi infra gl. 12. num. 38. verſ. contrarium.

31 Quæro ſecundo, an ſententia condemnatoria, vel abſolutoria, lata ſine præfatis verbis enunciatiuis, & narratiuis ſententiæ, & ſic, omiſſis verbis relatiuis ordinis proceſſus, & nulla facta in præfato ordine mentione de actore, & reo, ſit valida.

Reſpondeo, quòd etſi Spec. tit. de ſent. & his quæ ipſam ſequuntur. §. qualiter. num. 13. & ſeqq. verſ. cæterum. ſub num. 16. in tertio, & quarto conten. lib. 2. fol. 166. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in verbo, & demum fertur ſententia. quæſt. 2. princip. ſub num. 47. fol. 439. ſcribant, quòd in ſententia debeant contineri ſex: Primum, nomen iudicis, & an ſit delegatus, vel ordinarius: Secundum, nomina litigatorum: Tertium, tenor petitionis in iudicio porrectæ: Quartum, ſubſtantialia proceſſus cauſæ, puta, viſa litis conteſtatione, iuramento calumniæ, teſtium depoſitionibus, & alijs proceſſus meritis: Quintum, quòd fiat mentio, partes fuiſſe præſentes, vel abſentes per contumaciam: Sextum, quòd condemnet, vel abſoluat; licet etiam Bar. in l. 2. num. 3. verſ. quòd libellus. Bal. ſub num. 5. verſ. item nota. & Salyc. ſub num. 3. ibi, item nota ſecundum gloſ. C. de ſenten. ex peric. recitan. dicant, quòd libellus debet inſeri in ſententia.

Tamen ego conſtanter concludo, quòd ſententia eſt valida, prout concludit Bar. & ſequitur Addit. ad Bal. in locis hic ſupra proxime citatis, & Franch. in cap. vlt. num. 6. in fine, de ſent. & re iud. in 6. & quamuis multi etiam ex maioribus noſtris conſueuerint in ſententia inſerere libellum; moti forſan ex dicta l. 2. vbi fit mentio de libello: tamen eſt aduertendum, quòd non omnia, quæ maiores noſtri obſeruarunt

uarunt, ſunt de præcepto, ſed ſunt ad benè eſſe: nam Salomon, dum inter illas duas mulieres, contendentes de filio, vt in cap. afferte. de præſumpt. protulit ſententiam, ante ſententiam præmittit allegationes mulierum, vt aduertit etiam Gl. in d. l. 2. in verbo, ex libello. & tamen nullus iudex hoc obſeruat, & tex. in d. l. 2. non loquitur de libello partium, ſed de libello ipſius ſentētię, vt aduertit Bar. vbi ſupra, & nòn diſcrepant Gl. ſupra citata, & Cyn. in eadem l. 2. num. 1. in fine, & ita ſeruatur; quare, omiſſa illa relatione viſorum, & omiſſis tot requiſitis, ſufficit, quòd iudex dicat, (condemnamus Titium ad ſoluendum Meuio, &c.) vnde multis in locis illa verba non apponuntur.

32 Ratio quare illa verba non ſint neceſſaria, eſt, tùm quia diligentia, & inſpectio inſpiciendorum præſumuntur, & ideo iudex ſuperfluè atteſtatur, ſe inſpexiſſe, & vidiſſe; tùm quia ſi appareat, iudicem non vſum eſſe diligentia, & non inſpexiſſe, illa verba nihil iuuant; quare licet iudex ſumma diligentia memoret, ſe vidiſſe libellum, & cæteras partes proceſſus, tamen ſi hoc mane ſit ei datus magnus proceſſus, & hoc ſero ferat ſententiam, dicetur eam præceps tuliſſe, imò non tuliſſe, ſed fulminaſſe, ideoq. non valeret, nulla habita ratione, quòd iudex teſtatus ſit, ſe vidiſſe, Abb. in cap. 5. tum ex litteris. ſub num. 6. not. 8. de reſtit. in integr. Felyn. in proœm. decretal. num. 2. Dec. in cap. 10. eccleſia. nu. 83, & ſeqq. de conſtit. Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. ſub num. 573. de probat. inter Repet. tom. 3. fol. 269. Marſ. in pract. crim. §. nunc videndum. ſub num. 53. Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defect. proceſs. num. 34. tom. 4. fol. 415. & Surd. deciſ. 334. doctores. nu. 4. ad finem lib. 4. ſuorum conſiliorum: demum ex illis verbis non infertur, nec probatur ſententiæ iuſtitia, aut validitas: aliunde ergo iſta probari debent, & probatis, nulla eſt illorum verborum operatio.

Non obſtat auctoritas Speculatoris, & Marantæ, in contrarium adducta, quia reſpondeo, quòd ipſi non dicunt, quòd illa debeant contineri de neceſſitate, itaut ſententia aliter lata, non valeat: & quando dicerent, dictum ſuum non probant, & careret ratione.

Cæterum illorum verborum appoſitio eſt laudabilis, tùm quia ſententia ex illis verbis videtur ornari, & indui veſte iuſtitiæ, tùm quia iudex videtur memor, & diligens cuſtos eorum, quæ lex; imò ipſa ratio præcipit: iubent enim lex & ratio, vt videat, an debitus ordo fuerit obſeruatus, & eo viſo, videat allegationes partium, & habeat conſilium cum peritis, vt dicit Gloſ. in cap. 4. cum ab vno. in figuratione caſus, de ſenten. & re iud. in 6. & conſequenter ex his iubet in primis, ne ſit præceps in diſcutiendis, & iudicandis negotijs, cap. penult.

33 deus omnipotens. 2. quęſt. 1. † quia præcipitatio manifeſtè opponitur conſilio, per quod homo ad actionem non procedit ante deliberationem rationis, S. Thom. 2. 2. quęſt. 8. art. 6. verſ. ad primum. in fine, excluditq. cauſę cognitionem, quę eſt omninò neceſſaria ad actus validitatem, vt diximus infra gl. 13. num. 2. & ſeqq. & dicitur non ſolum nouerca iuſtitię, vt ſcribunt ijdem Marſ. in loco ſupra proximè citato, Vant. dicta tubr. de nullit. ex def. proceſs. num. 33. & Foller. in pract. crim. in verbo, pœnis debitis feriantur. ſub num. 12. ſed dicitur abortiua iuſtitię; quare cauendum eſt ab ea, præſertim in cauſis criminalibus, quando agitur de vita hominis, quia tunc dicimus cum Iuu. ſat. 6. *nulla vnquam de morte hominis cunctatio ſera eſt*. & cum alijs, quorum dicta retuli lib. proximè pręceden. cap. 4. num. 37. in alia futura impreſſione, & dicimus etiam, quòd mora omnium tutiſſima; quod dictum velim intelligas, quando agitur de punitione delinquentis, non quando agitur de delinquentis indagatione, quia in ea, ad euitandas impoſturas, & fugas, nulla vnquam celeritas dicitur feſtinata, ſeu pręceps; dummodo etiam in iſta feſtinatione ſeruetur ordo iuſtitiæ, itaut prius aſſumantur inditia, & poſtea procedatur ad capturam, ad examen, & ſimilia.

Ex pręfatis ergo verbis iudex virtualiter oſtendit, ſe non pręcipitanter, ſed maturè iudicaſſe;

34 Quęro tertio, an illa verba (viſa citatione) ſint ita neceſſaria, vt, ijs omiſſis, ſententia ſit nulla.

Reſpondeo, non eſſe neceſſaria, ſatis enim eſt, quòd pars verè fuerit citata, & de citatione fuerit facta iudici relatio ante ſententiam, quia ſi ante ſententiam non eſſet ei facta relatio, ſententia eſſet nulla, quamuis verè ante ſententiam fuerit executa citatio, vt latè explicaui ſupra gloſ. 4. quęſt. 4. num. 2. in ſecundo caſ. &

quamuis iudex dixiſſet (viſa citatione) quia eius dictum eſſet falſum, ſi appareret, quod nuntius ante ſententiæ prolationem non potuerit referre.

35 Cęterum non eſt mala cautela, quod illa verba apponantur, quia ſi daretur caſus, in quo ęquale eſſet dubium, an iudex potuerit eſſe certus, vel non certus de relatione nuntij ante ſententiæ prolationem, ſtandum eſſet præfatis iudicis verbis, & iſto caſu benè loquuntur Bal. in l. 21. multum. ſub num. 4. & Socc. ſub num. 11. verſ. ſecundo loco quærit. ff. de condit. & demonſtr. & Vant. tract. de nullit. rubr. de null. ex defect. citat. ſub num. 146. tom. 4. fol. 412. dum ſcribunt, bonam eſſe cautelam, vt iudex in ſententia dicat (viſa citatione.)

36 Quæro quarto an citatio ad ſententiam ſit omnino neceſſaria.

Reſpondeo firmando regulã affirmatiuam, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 88. num. 1. & ſeqq. & lib. 2. cap. 9. num. 241. & cap. 2. num. 397. & ſeqq. nam ſi citatio requiritur in quolibet actu pręiudiciali, vt dixi dicto cap. 88. num. 1. maximè requiretur in ſententia, quæ eſt magis pręiudicialis: & hoc ſciunt omnes, & vbique ſeruatur.

An ad ſententiam ſit citandus procurator, vel principalis; an, & quando requiratur citatio perſonalis: quando ſufficiat citatio per ędictum, per contradictas, per proclama; quando ſufficiat generalis ad totam cauſam, & de executione citationis in omni ſpecie, & de alijs ſimilibus articulis ſcripſi lib. præcedentibus, & de citatione perſonali ad ſententiam quid operetur, vide cap. ſeq. q. 12. n. 9. verſ. primus. & quid citatio operetur executa domi, num. 13. quid citatio per contradictas, num. 16. citatio per ædictum, num. 17. & citatio per diligentias, num. 18. & ſeqq.

37 Extende eandem regulam, vt non ſolum requiratur citatio ad ſententiam pro certa die, vt dixi, & iudici ante ſententię prolationem conſtare debeat de executione citationis, vt dixi ſupra num. 34. ſed teneatur iudex ſentiam ferre illa die, pro qua facta eſt citatio, vel ſaltem in die ſequenti, in quem iudex poteſt citationem diffundere, hæcq. extenſio procedit non ſolum in actu ſententiæ, ſed in quolibet alio, vt explicaui lib. proxime præced. cap. 8. num. 27. & 29. præſertim in alia futura impreſſione; alias ſi iudex alio die, in quo non cadebat citatio, ſententiam ferret, ſententia diceretur nulla, tanquam lata ſine citatione; & hoc etiam eſt notum omnibus, quia illa citatio euanuit, & dicitur circumducta, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 91. num. 12.

38 Declara hanc extenſionem, dum dixi, ſententiam ferendam eſſe illa die, & hora, ad quam pars fuit citata ad audiendam ſententiam, vt hæc ſententia poſſit illa die ferri vno ex his duobus modis: Primus modus eſt, vt iudex ſententiam ferat ad plenam partium notitiam, faciendo illis notum totum ſententiæ tenorem; & hic modus eſt proprius, trãſit de plano, & ſeruatur generaliter, prout ſeruatur in curia Capitolina, & vidi ſeruari Florentiæ, & alijs multis in locis, & de

39 hoc ipſo modo multa ſcripſi inf. gl. 12. † Secundus modus eſt, vt iudex ferat ea quidem die ſententiam, ſed pronuntiet, prout in cedula, & ideo eius tenorem partibus notum non facit, & iſte modus ſeruatur à pleriſque iudicibus noſtri tẽporis, qui quotidie priuſquã proceſſus, & merita cauſę cognouerint, ac illa digeſſerint, pronuntiant, prout in cedula, in qua tunc nihil eſt deſcriptum; & licet, quãdo immineret periculũ inſtantiæ, vel ob negotiorum multiplicitatem, vel ex aliqua iuſta cauſa, iudex maturius non poſſet cognoſcere, iſte modus tunc ſit tolerabilis; tamen ab eiuſmodi pręcipitatione debere iudices abſtinere, ſcribunt Vant. tract. de nullit. rubr. de nullit. ex defec. proceſ. ſub num. 32. & 33. tom. 4. fol. 414. & Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 1. ſub num. 12. & quòd in Sacro Palatio Curiæ Rom. & in alijs dictæ curiæ locis, excepta Curia Capitolina, iudices noſtri tẽporis pronuntiare conſueuerint, prout in cedula, eamque tunc non appareret; quamuis notarius atteſtetur, eam fuiſſe tunc ab ipſo iudice lectam, idque contra veritatem ſeruari ex ſtylo, ſcribit Vant. ead. rub. de nullit. ex def. proceſ. ſub num. 84. in fine verſ. oportet etiam. fol. 417. hicque ſtylus pronuntiandi prout in cedula eſt in effectu idem cum ſtylo habẽdi terminum pro ſeruato, vt bene norunt, qui verſati ſunt in Curia Rom. vbi viget eiuſmodi ſtylus, & aduertit Hier. Gonzal. ad 8. regul. cancell. gl. 60. num. 81. in vltimis verbis, verſ. quo circa. de cuius ſtyli vſu, vtilitate, & difficultate ſatis ſcripſi cap. ſeq. q. 12. num. 8. & ſeqq. q. 14. num. 9. & ſeqq. q. 15. num. 297. & q. 17. limit. 21. num. 23. & 24. & praxis huius ſtyli, quam recenſet etiam idem Gonzal. dicta gl. 60. nu. 82. & 83. eſt, vt, citata parte

ad

ad ſententiam, iudex illa die, qua ex citatione eſt ferenda ſententia, ſedeat pro tribunali, & notario legente citationem ad ſententiam, dicat (pro ſeruato) ſeu (pronuntio prout in cedula) & notarius rogatur de iſto decreto, ſeu ſententia, in quo, ſeu qua ponit teſtes, vt dixi infra num. 46. deinde iudex cum ſua commoditate, ſi opus eſt, partes denuò audit extraiudicialiter, videt, & reuidet acta proceſſus, & ſententię cedulam, quam pars, quæ citari fecit, ordinauit, & tradidit, ſæpius legit, & conſiderat, & quandoque eam legendi commoditatem, facultatemq. dat parti citatæ, quam etiam in modo formãdi ſententiæ tenorẽ audit, eaq. audita, delet, addit, & corrigit, † & demum, maturè

40 conſideratam, manu propria ſub hac forma ſubſcribit (ita pronunciaui ego N. Rotæ Auditor) & ſubſcriptam dat notario actuario, qui à tergo dictę cędulę, propria manu ſcribendo, notat, nõ diem ſubſcriptionis, & traditionis, ſed pronunciationis, & termini ſeruati, dicitque, tunc ſententiam fuiſſe lectam, quia illa iudicis ſubſcriptio retrotrahitur ad tempus, quo iudex habuit terminum pro ſeruato, ſeu dixit, quòd pronunciabat prout in cedula; hancque eandem praxim referunt Veſt. dicto cap. 1. nu. 12. & 13. & breuiſſimè Rot. diuerſ. deciſ. 705. iudex. in fine, ſub nu. 4. par. 3. lib. 3. & multa vtilia ſcripſimus nos dicta q. 14. ſub num. 10. verſ. reſp. huic. & ſeqq. & illa annotatio, quam notarius facit à tergo dictę cedulę, videtur ſeruire ad oſtẽdendum cędulæ identitatem, quia in ſimili Clar. de teſtam. q. 4. verſ. ſed pone. in fine, cõſulit, quòd teſtator, dando notario cedulam ſui teſtamenti coram teſtibus, faciat, per notarium à tergo ipſius cedulę apponi tempus, & nomina teſtium, & rogitum, ne poſtea contingat dubitari circa identitatem ſcripturæ.

In non diſſimili ſtylo pro notario, inquiſito de falſo, eò quia iudex dederat illi ſchedulam complicatam, in qua erat ſcripta ſententia, quam iudex ferebat, & notarius in rogitu dictæ ſententiæ ſcripſerat verba, *lata data, & ſententialiter promulgata*, cum tamen verba illius ſentẽtię non fuiſſent recitata, imò neq; ſchedula aperta, conſuluit Bec. conſ. 78. in cauſa. initio, & per totum, lib. 1. & conſulendo ibidem, num. 38. ſcribit, ſe audiuiſſe, ita ſeruari Romæ, & quòd ita vidit obſeruari à iuris peritiſſimis in prouincia, vbi eſt Ciuitas Caſalis.

41 Cæterum, circumſcripto præfato ſtylo, cui vbi extat, debemus ſtare, vt dicit Rot. dicta deciſ. 705. num. 4. dubitatur, an de iure communi ſententia lata, vt ſupra, ſit valida.

Pro parte negatiua adducuntur iſtę rationes, & auctoritates. Prima, quia ſi iudex dicat (pronuntio, quòd ſeruetur, quod continetur in tali charta) & nõ recitat illius chartæ tenorem, neque illam chartam producit, & conſequenter non poteſt videri, & legi, vtique deficit ſubſtantia ſententiæ, Bal. in l. 1. in fine, ſub num. 17. verſ. ſed quæro. C. de ſent. ex peric. recit. & quòd, loquendo de ſententia diffinitiua, iudex non ſatisfaciat, ſi ſententiam ſcriptam clauſam, vel apertam tradat litigatoribus, dicens, iſta eſt mea ſententia, accipite, quia requiritur, quòd eã recitet in ſcriptis, tradit Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. num. 541. in fine, de probat. inter Repeten. tom. 3. fol. 268. & quòd ſentẽtia lata prout in cedula, ſeu ſchedula, quæ non fuerit tunc producta, nec exhibita, nec de ea in actis conſtabat, non valeat, ſequuntur Pariſ. conſ. 49. galaſſino. in fine, ſub num. 91. lib. 3. & Bec. infra citatus, & quòd iſta ſit communis opinio, quando ſchedula non eſt producta in actis, ſecus ſi ſit producta in actis, ſequitur Bec. dicto conſ. 78. ſub num. 3. & ſub num. 36. & quòd eodem modo non valeat laudum latum prout

42 in cedula, ſequitur Pariſ. vbi ſupra. † Secunda ratio, quia ſentẽtia debet ferri in ſcriptis, ſed nos ſupponimus, nullã à iudice dari cedulã, & conſequenter non poteſt dici, ſententiam latam eſſe in ſcriptis: ergo ſententia eſt nulla, per ea, quæ ſcribit Franch. in cap. vlt. not. 1. nu. 1. de ſent. & re iud. in 6. & in terminis noſtris ſcribit Rot. dicta deciſ. 705. n. 1. 2. & 3. quam ſequitur Gonzal. dicta gl. 60. nu. 88.

43 Tertia † ratio; & tendunt omnes ad idem; quia extrema neceſſaria ad validitatem ſententiæ non coniunguntur: nam in die, ad quam pars citatur ad ſententiam, iudex nullam ſubſcribit ſententiam, neque legit, imò nulla apparet condemnatio, vel abſolutio: in die verò, quo verè poteſt videri, & legi, nulla adeſt citatio.

Confirmantur hæ rationes ex his, quæ ſcripſi infra q. 13. num. 59. & 61.

44 Pro parte affirmatiua adducitur idem Bal. citatus ſupra ſub nu. 41. quem ſequitur Bec. dicto conſ. 78. in cauſa. num. 36. dicens, quòd ſi charta, ideſt, cedula eſt liquida, & in iudicio producta, & recitationi parata, ſenten-

tia

tia lata prout in tali charta, eſt valida,& poſtea ſimpliciter ſubiungit,quòd licet ſententia ita ferri non debeat, lata tamen tenet: adducitur etiam hęc vnica ratio, quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio: ſed aliquando emergit, vt parti citra ſuam culpam ex non prolatione ſententiæ immineat damnum,& iudex ad mature cognoſcẽdum, & decidendum aliquantulo lõgiori indigeat tempore, vt puta, tempus inſtantiæ labitur, vel imminent feriæ longę, ob quas cauſa nimis retardaretur, vel requiritur citatio perſonalis,quę alio tempore fieri non poteſt,niſi cum magna difficultate, & impenſa: & tamen iudex iſtis caſibus non dum eſt benè, & firmiter reſolutus de qualitate ſententiæ ferendæ, & vti bonus vir æſtuat iuuare, & non lædere partes, vtique iſtis, inquam, caſibus, hæc pars, ſeu opinio affirmatiua, ſecundum quam prolatio ſententię retrotrahitur ad diẽ habiti termini pro ſeruato, vt dixi, videtur legi, & rationi amica, quia, attenta hac opinione,nulla fit iniuria partibus, nullumve damnum; imò eis fit vtile, quia tempus eſt parens veritatis, & melius eſt peccare in tempore, quam in ſententia, vtilius etiam eſt eis, quòd iudex, hoc quaſi latenter addito tempore, cauſam decidat, quàm quòd abſolnat ab obſeruatione iudicij, vel expediat aliquo alio modo ex his, quos retuli cap. ſeq. q. 15. num. 293. & ſeqq. qui partibus in nihilo proſunt, & iudicem à labore exonerant; & quod ſententia, lata prout in cedula, ſit valida, quando ita fertur vltimo die officij,videtur de mente Baldi, quem retuli cap. ſeq. q. 15. ſub num. 297. & tenet Bec. dicto conſ. 78. num. 36.

45 Infero primo ſubdeclarando,illam falſitatem,quę latet in dicto ſtylo circa diem datæ, & ſubſcriptæ cedulæ, eſſe tolerandam, quia nemini præiudicat, & eſt bono zelo inducta, vt in ſimili late ſcripſi lib. præced. cap. 8. num.3.4.5. & ſeqq.

46 Infero ſecundo,explicãdo vlterius eundẽ ſtylum,& rationẽ illius, quòd licet notarius non publicet tenorẽ ſententię corã teſtibus, ſed ſolum corã eis publicet decretũ termini habiti pro ſeruato,ſeu pronũtiationis, prout in cedula, quia cũ iudex,lecta ſibi citatione, habet terminum pro ſeruato, ſeu pronuntiat prout in cedula, notarius,ſcribendo hoc decretum, ponit teſtes, dicens (præſentibus N. & N. teſtibus &c.) tamen eſt, ac ſi tunc eſſet publicatus coram illis teſtibus totus tenor ſentẽtię, quia illa ſentẽtię cedula, quam poſtea iudex dat notario, fingitur data tunc tẽporis corã eiſdem teſtibus,ſubſcripta manu iudicis,& ſtãte hac fictione, & quòd notarius notat à tergo,ſibi traditã fuiſſe illa die,vt dixi,eſt virtualiter,ac ſi iudex coram illis teſtibus cedulã dediſſet ſubſcriptam, & apertam, & incontinenti coram eiſdem eſſet lecta, & publicata, quia ſicut quęlibet pars depoſitionis teſtis refertur virtualiter ad vnicum iuramentũ prius interpoſitũ, ita etiam totus actus confectionis cedulę ſententię refertur virtualiter ad illud decretum termini habiti pro ſeruato, quod decretum eſt publicatum coram teſtibus: vnde poſtea notarius in regeſto, omiſſo dicto decreto termini habiti pro ſeruato,ſeu pronunciationis prout in cedula, regiſtrata relatione citationis, immediate ſcribit totam ſententiam,& in fine ſcribit (lecta lata coram N. & N. teſtibus) qui ſunt illi, poſiti in dicto decreto termini habiti pro ſeruato, de quo nullam facit tranſcriptionem, neque mentionem.

47 Imò illi teſtes, quos notarius ponit in illo decreto termini habiti pro ſeruato, ſeu pronunciationis prout in cedula, vt plurimum non eſt verũ,quia non fuerunt pręſentes:ſunt enim illi teſtes, quos dixi ſupra lib. 1. cap. 102. ſub num. 5. & ſic notarij ſcribunt (N. & N. teſtibus,&c.) qui tamen non viderunt iudicẽ,neq; aliquo modo fuerunt præſentes, ſed ſunt connotarij, qui ſolent accedere ad bancum iuris, & ita ſe mutuo ſcribunt pro teſtibus.

Confirmatur hęc illatio, ſeu ſtylus illius, tum quia teſtes non videntur neceſſarij in ſententia,niſi vbi eſſet conſuetudo,quòd adhiberentur, vt retuli infra gl.vlt. nu. 1. tum quia ſi ſententia publicaretur poſtea alia die coram teſtibus, ſententia diceretur nulla, quia non eſſet lata in die citationis.

48 Inferò tertio,quòd licet pars,contra quam apparebit lata ſententia, acceſſerit antea ad notarium actuarium cauſę infra terminum, habitum pro ſeruato, infra quem iudex poteſt ex ſtylo ſubſcribere ſentẽtię cedulam,& eam in actis ſubſcriptã non repererit; tamen non poteſt ex hoc dicere de nullitate ſententię, quia ſufficit, quòd ea reperiatur in actis ſubſcripta cum. pręfata notarij atteſtatione antequam labatur terminus habitus pro ſeruato, & ita ſeruatur.

49 Extende hanc illationem, vt procedat etiam ſi notarius actuarius parti, interroganti

ganti de ptolatione ſententiæ, reſponderet, eam ſibi nondum fuiſſe à iudice traditam; quia nihilominus ſufficeret, quòd poſtea infra terminum habitum pro ſeruato reperiatur in actis ſubſcripta cum præfata notarij annotatione, & illa notarij reſponſio æſtimaretur erronea, & non vera.

50 Secus eſt, ſi actuatius, lapſo termino habito pro ſeruato, reſpondiſſet, vt ſupra, & vlterius coram teſtibus fieret diligentia, & non repetiretur in filzis; quia tunc ſententia eſſet nulla; quamuis poſtea oſtenderetur cum præfata notarij annotatione, quia etiam in iſtis terminis militaret, quod ſcribit Rot. diuerſ. deciſ. 347. eadem die. ſub num. 1. & 2. par. 3. lib. 3. dicens, quòd ſententia erat nulla, quia iudex de manu partis, pronuntiando, acceperat cedulam, nec dederat notario, ſed penes ſe retinuerat, & poſt multum temporis dederat notario cedulam, vt annotaret terminum, qui ita proprie annotauit, vt dictum eſt.

51 Infero quarto confirmando tertiam, quòd licet pars, quæ obtinet ſententiam fauorabilem, citauerit partem aduerſam ad videndum aperiri terminum pro ſeruato habitum, tamen illa citatio nũquã reproducitur, quia, vt dixi, notarius notat, quòd fuit ſibi tradita illamet die, qua iudex habuit terminum pro ſeruato, ſeu pronunciauit prout in cedula: vnde illa citatio fit ad excitandum partem, vt informet iudicem.

52 Sed, ſancte Deus, ſi iudex ad maturius cognoſcendum indiget dilatione decem dierum, aut plurium, & volumus, quòd nihilominus ſub illa citatione, ſeu termino habito pro ſeruato ſententiam ferat, quid eſt impedimento, vt iudici dies illi non ſtatuantur libere, ſine iſta fictionum ambage, ſine iſto fuco, & abſque tanta moleſtia? ſi enim non imminet lapſus inſtantiæ, aut non imminent feriæ, quid mali eſſet, ſi iudex verè intra illum terminum ferret ſententiam coram teſtibus, quaſi illa citatio ad ſententiam pro certa die ſit cum continuatione nouem aliorum ſequentium? certe ego non video, ad quid cum difficultate fingamus id, quod poſſumus vere, & expeditè facere: & quando imminet lapſus inſtantiæ, ſeu inſtant feriæ, vel vrget alia iuſta cauſa, nonne melior eſſet ſtylus, quòd illi dies cenſerentur quodammodo additi inſtantiæ, vel quòd ſententia haberetur pro data in termino citationis, & quòd ita etiam retrotraheretur illa publicatio, quę vere fieret coram teſtibus? & ſic tolleretur nullitas ſententiæ, remouerentur tot difficultates & euitaretur vexationis de falſo periculum, in quo propterea incidit notarius ille, pro quo late conſuluit Becc. conſ. 78. in cauſa. lib. 1. Imò poſtquam experientia nos docuit, quòd propalata iudicis voluntate, & aperto toto ſententiæ tenore, partes tunc iudici ſententiæ latentem errorem facile patefaciunt; & hac ratione inuentus eſt ſtylus Curię Rom. à nobis relatus ſupra num. 39. nonne expediret, ſubmouendo adductas ſtyli diſputationes, aperte ſtatuere, quòd iudex intra decem, vel octo dies poſſet ſententiam in melius reformare, prout prudenter ſtatuerũt Genuenſes lib. 3. cap. 2. de meliorandis ſententijs?

53 Subdeclara primo eandem declarationem circa ſtylum pronunciandi, prout in cedula, ſeu habendi terminum pro ſeruato, vt illa pronunciatio, ſicque illa ſententia poſſit euaneſcere, & circunduci ille terminus, ſicque iudex non omnino cogitur ſubſcribere cedulam, ſeu ſententiam ferre, & non ſubſcribendo, eſt opus noua citatione, quia illa eſt circunducta.

54 Subdeclara ſecundo, qualis quantuſve ſit iſte terminus pro ſeruato, infra quem iudex poteſt ſubſcribere ſententiam ex his, quæ latè explicaui cap. ſeq. q. 12. num. 8. & ſeqq. & num. 38. & q. 14. ſub num 10. & 11.

55 Subdeclara tertio, vt ſi Rotę Auditor, qui erat iudex cauſæ, deceſſerit antequam ſubſcripſerit ſententiam, poſſit vnus ex alijs Auditoribus ſententiã ſubſcribere ex generali cõmiſſione abſque citatione partis, Put. deciſ. 348. fuit dictum. nu. 1. & ſeqq. lib. 1. & quòd ſubrogatus in eius locũ poſſit ſubſcribere, dicit Papaz. in addit. ad Rot. deciſ. 11. alias 92. commiſſio. n. 4. de reſcrip. in nou. & Mandoſ. in reg. de annali, q. 75. num. 2. quos ſequitur Hier. Gonzal. ad 8. reg. cancel. gl. 60. nnm. 76. fol. 645.

Ratio huius ſubdeclarationis eſt, quia Auditor non profert ſententiam, niſi de conſilio aliorum, & ſic eam fert in fauorem certæ perſonæ, vnde omnes Auditores dicuntur proferre ſententiam, & conſequenter poteſt alius, tanquam nudus miniſter, ſubſcribere abſque citatione, quia illa citatio citando non eſſet profutura.

56 Secus eſſet in alio tribunali, in quo iudex pronunciaret, prout in cedula, & non in fauorem certæ perſonæ, quia tunc ſucceſſor illius

illius non poſſet ſententiam ſubſcribere, Put. dicta deciſ. 348. num. 2. & ſeqq. Vnde iſto caſu ad validitatem ſententiæ ſubſcribendæ requiritur commiſſio ſubſcribendi, prout de iure; qua comiſſione impetrata, debet citari aduerſarius ad dicendum contra commiſſionem: quo citato, ſi coram Commiſſario negotiũ fuerit plenè diſcuſſum, poterit Cõmiſſarius ſubſcribere ſine citatione, ſecus ſi coram eo non fuerit diſcuſſum, & multo magis, ſi non fuerit præmiſſa citatio ad dicendum contra commiſſionem, quia tunc ſi ſententiam ſubſcriberet ſine citatione, & diſcuſſione, ſententia eſſet nulla, Put. deciſ. 249. cardinalis. num. 1. & 2. lib. 2.

57 Intellige hanc ſubdeclarationem, vt in caſu, quo alius Rotæ Auditor, vel alius iudex ſubrogatus poteſt ſine alia citatione ſubſcribere ſententiam iudicis defuncti, qui habuerat terminum pro ſeruato, debeat illam ſubſcribere antequam labatur ille terminus, & non poſtea, quia tunc requireretur noua citatio, ſiquidem non debet ſubrogatus poſſe plus quàm poſſet is, in cuius locum ſubrogatur.

58 Reſtringe notabiliter eandem regulam, poſitam ſupra num. 36. vt non procedat, quando ſententia fertur vltima die inſtantiæ, prout quaſi ex neceſſitate fertur in Curia Florentina, quia tunc poteſt ferri ſine citatione, vt firmabimus infra.

Verum quia Doctores ſunt in magna cõfuſione, & contrarietate, quam nemo, quem viderim, notauit, reſtrictionem hanc diligenter examinabo, adducendo opiniones.

Negatiuam opinionem, quòd ſententia non valeat, quia requiratur citatio: tenent Bal. in auth. ei qui appellat. nu. 6. verſ. quæro nunquid abſens. C. de tempor. appellat. dicens, quòd ſi aſſignatur certus terminus à lege, puta, aſſignatur certa meta inſtantiæ, tunc ille terminus non habet vim citationis, & ideo requiritur citatio; aliàs ſententia non valet, Socc. Iun. conſ. 136. iuſtiſſimi. in fine, num. 10. in addit. lib. 2. & Aſin. in prax. iudic. §. 2. cap. 4. num. 4. in fine, & num. 5. fol. 19.

59 Corroboratur primò hęc opinio, quia, ſi à lege municipali ſit præfixus terminus in compromiſſo, tunc requiritur citatio, etiamſi ſentẽtia ferretur vltima die termini, Blãch. tract. de compromiſ. q. 9. de ſent. num. 8. fol. 191. tom. 3. par. 1.

60 Corroboratur ſecundo, quia hæc eſt differentia inter terminum, datum à lege, & terminum, datum ab homine, vt ille non habeat vim citationis, ſed habeat iſte, Bal. in loco ſupra proxime citato, & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 1. limit. 11. num. 18. fol. 296.

61 Corroboratur tertio, quia licet fatalia cauſæ appellationis ſit annus, ſeu biennium, tamen Romę nunquam vidi, ſententiam ferri ſine citatione partis, nec ibi, nec alibi, vbi ſeruantur fatalia de iure communi, audiui, quòd ſi ſentẽtia ferretur vltima die fatalium, poſſet omitti citatio.

62 Affirmatiuam opin. quòd ſententia valeat, & ideo, præfixo à lege termino ad terminandam cauſam, non requiratur citatio ad ſententiam, ſi feratur vltima die, tenent Mar. Socc. tract. de dilat. art. 7. ſub num. 66. caſ. 13. in fine fol. 633. in ſecundo decretal. Iaſ. in l. nec quicquam. ſub num. 25. limit. 3. ff. de offic. proconſ. qui loquitur tàm in arbitratore, & arbitro, quàm in iudice ordinario, Aſin. in §. 7. cap. 2. fallen. 55. num. 2. fol. 77. oblitus contrariæ opinionis, quam tenuit in loco, ſupra proximè citato.

63 Ratio huius opinionis eſt, quia, vbi dies interpellat pro homine, non eſt neceſſarium, quòd interpellatio fiat ab homine, per ea, quę ſequutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 106. & vbi appoſitio menſis, ſeu vltima hora diei monet, citatio non eſt neceſſaria, Bal. in cap. 3. ſancimus. ſub num. 5. tit. quo temp. mil. inueſt. pet. deb. in vſib. fœud. & Mar. Soc. in loco ſupra proximè citato.

64 Confirmatur primo hæc opinio, eiuſque ratio ex alia regula generali, quia licet, prefixo termino ad faciendum aliquem actum, requiratur citatio ad illum actum, ſi fiat ante vltimam horam, ſeu vltimam diem termini, tamen ſecus eſt quando fit vltima die, ſeu hora illius termini, Bal. Mar. Socc. & Marant. in locis, ſupra proxime citatis, & Grauat. in annot. ad Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 2. ſub num. 30. limit. 11. notans, hoc eſſe memoria commendandum, & ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 88. num. 27.

65 Confirmatur ſecundo (& hæc confirmatio, quarta, quinta, & ſexta ſequentes tendunt ad idem) quia vltima die termini, dati ad probandum, poteſt recipi probatio ſine citatione partis, vt ex Bal. Paul. de Caſtr. Iaſ. Affl. & alijs ſecutus ſum lib. proxime præced. cap. 3. num. 362. & poſſunt etiam recipi, & admitti ſcripturę, & inſtrumenta, vt

vt ſecutus ſum eod. lib. cap. 11. num. 11.

66 Confirmatur tertio, quia citatio non requiritur, vbi periculum eſt in mora, vt ſecutus ſum eodem lib. proxime pręced. cap. 8. num. 84. & loquendo de citatione in examine teſtium ad perpetuam memoriam, ex Innoc. Abb. Socc. Affl. & alijs ſecutus ſum nu. 102. & generaliter in quibuſuis teſtibus, quando periculum eſt in mora, ex Socc. Iaſ. Grot. Campeg. Maran. Veſtr. & alijs ſecutus

67 ſum ibidem num. 83. † & ratio huius confirmationis eſt, quia vbi periculum eſt in mora, recedimus à regulis iuris communis, vt ſecutus ſum ibidem num. 85. ſed vltima die, ſeu hora termini periculum eſt in mora, quia ſi tunc fieret citatio, laberetur tempus, & inſtantia periret. Ergo

68 Et licet hæc confirmatio non procedat, quando periculum fuit ſponte cauſatum, quia tunc qui ſe ſpontè ponit in periculo, non excuſatur illo periculo, imò tunc poteſt ei dici (qui amat periculum, peribit in illo)

69 prout † dicimus, quòd impedimentum voluntarium, affectatum, ſeu procuratum, non excuſat, per ea, quæ ſecutus ſum eod. lib. proxime præced. cap. 9. ſub num. 941. verſ. in primo. & num. 942. & ſeqq.

70 Tamen tunc redeo ad rationem, & ad confirmationes pręcedentes, de quibus ſupra num. 63. & ſeqq. quia non dicitur ſe ponere in periculo tardę citationis, qui iuſtè credit, ſe habere diem, quæ in tempore monet, vt dixi ſupra num. 63.

71 Confirmatur quarto, quia ſi feratur ſententia ante vltimam diem inſtantiæ, ideo tunc requiritur citatio, quia dies non monet: ergo quando monet, non eſt neceſſaria.

72 Cõfirmatur quinto, quia ſi ex forma ſtatuti arbitratores teneantur determinare quæſtiones intra menſem ſub certa pœna, citatio non eſt neceſſaria, ſi pronuncient in fine menſis, quia appoſitio menſis monet partes, vt, non ſe firmando, ſcribit Bal. in dicto cap. ſancimus. ſub num. 5. & firmat Paul. de Caſt. in l. 42. ſi quis arbitratu. ſub num. 4. ff. de verb. oblig. & Iaſ. in d. l. nec quicquam. ſub num. 25. limit. 3. ff. de offic. proconſ.

73 Confirmatur ſexto, quia ſi delegato ſit pręfixus terminus ad terminandam cauſam, citatio non eſt neceſſaria, ſi eam terminet illa die, Paul. de Caſt. in loco ſupra proximè citato.

74 Quid dicendum in iſto dubio? poſtquam teſtes adducti, nec pro negatiua, nec pro affirmatiua probant? cum partim diſcordent, partim contrarientur cum auctoribus, quos allegant, & partim efficacem cauſam ſcientię non reddant?

75 Capio primam opinionem, quæ eſt negatiua, & dico, quòd Bal. in ea, vti anteſignanus, citatus, allegat Bar. in eadem auth. ei qui appellat. num. 4. & 7. qui tamen non loquitur in puncto, & adhuc loquitur ita confuſè, vt non videatur allegandus: quærit enim, an appellatore ceſſante, poſſit appellatus venire ſolum vltimo menſe biennij, & proſequi cauſam; an verò poſſit venire etiam incontinenti? & ipſe ex ſua opinione diſtinguit: aut appellatus vult venire ad proſequendam appellationem, reo alibi non requiſito, niſi forte in curia, ad quam eſt appellatum; & tunc, inquit, non poteſt, niſi circa finem biennij, cum menſis ſupereſt: aut vult venire ad proſequẽdam appellationem, & vult reum moneri perſonaliter, vel ad domum ſuam, vt veniat ad procedendum in cauſa, & tunc, inquit, optime poteſt; poſtea declarando ſubdit, quòd illud, quod ipſe dixit, quòd appellans poteſt venire ſolum ad proſequendã appellationẽ, citato aduerſario, Innocẽtius intelligit, niſi ei denũciauerit, vel ſtatuerit tempus ſecundum formam cap. ſæpè. de quo articulo plura nos ſcripſimus cap. ſeq. quæſt. 11. num. 56. & 57.

76 De Socc. & Aſin. non loquor, quia ſequuntur Baldum, & ideo grauiori laborant defectu, & vlterius Aſin. eſt ſibimet contrarius, vt aduerti ſupra ſub num. 62. verſ. affirmatiuam.

77 Quoad primam coroborationem, poſitam ſupra num. 59. eſt aduertendũ, quòd Blanch. in ea citatus, non benè perſpexit auctoritates, quas citat: nam citat Bal. in locis, à me citatis ſupra ſub num. 58. verſ. negatiuam. & num. 72. verſ. confirmatur quinto. citat etiam Bar. in locis à me citatis num. ſeq. citat etiam Rom. in rub. ſub num. .. ff. de recept. arbitr. & tamen qualis ſit iſtorum citatio, patet ex his, quæ ſcripſi ſupra num. 75. & 72. & num. ſeq. citat etiam Mar. Soc. qui tenet aperte oppoſitum, vt retuli ſupra, num. 62.

78 Quoad ſecundam corroborationem, poſitam ſupra num. 60. eſt aduertendum, quòd Bal. in ea citatus, faciendo illam differentiam inter terminum, datum à lege, & terminum, datum ab homine, allegat etiam Bar. in l. 14. ſi de meis, §. fin. ff. de recept. arbitr.

& in

& in l. 77. ſocietatem. §. arbitrorum ff. pro ſoc. & tamen Bar. nihil de hoc; & ideo labitur etiam Marant. qui ſequitur Baldum.

Neque inuenio, quòd in termino, dato à lege, requiratur denuò citatio, quia mitius agatur cum lege, quàm cum homine, nam multos inuenio terminos, datos à lege, vt eſt terminus ad appellandum, quibus terminis elapſis, is, cui erat datus, remanet excluſus, ac ſi fuiſſet ei datus ab homine.

Quoad tertiam, poſitam ſupra num. 61. dico, quòd Romæ non vidi hunc caſum, quia pars ſemper citatur ante vltimam diem fatalium: quòd ſi daremus iſtum caſum, vt ſententia ferretur vltima die, eſſet recurrendum ad hanc diſputationem.

79 Capio ſecundam opinionem, poſitam ſupra nu. 62. quæ eſt affirmatiua, & dico, quòd neque eius authoribus eſt credendum: nam Mar. Socc. in puncto non habet aliam authoritatem, quàm ſuam, & non vidit Baldum, qui tenet contrarium, Iaſ. errat, quia allegat Bal. in d. auth. ei qui appellat, & tamen Bal. vt eum retuli ſupra ſub num. 58. verſic. negatiuam tenet contrarium, allegatque eundẽ in d. cap. ſancimus. & ſimiliter non poteſt allegari, quia loquitur ita confusè, & inconſtanter, vt dixi ſupra num. 72. quòd non poteſt colligi quoad iſtum punctum, quid ſentiret, allegat demum Paulum de Caſt. in l. 68. ad peremptorium. ff. de iudic. qui etiam non loquitur de iſto paſſu, ſed loquitur de peremptorio ſolemni, & ſolemniſſimo, de cuius materia, & de Caſtrenſis doctrina late ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 88. num. 9. & ſequentibus. Aſin. etiam non cautè allegat Paul. de Caſt. in d. l. ſi quis arbitratu ſub num. 4. quia Paul. de Caſtr. loquendo de iudice delegato, vt dixi ſupra num. 73. allegat Innoc. in cap. ſuper eo. de appellat. qui nihil tale dicit in lib. meo.

80 Ex his conſtat, in quanto verſentur periculo facultates illius, qui eas liti, & hominum opinionibus exponit: nam ſi Doctores ipſi, à quibus capienda eſt reſolutio litis, & iuſtitiæ, partim loquuntur oſcitanter, partim confuſe, & variè, & partim ſibi inuicem contrarij, quę poteſt certitudo haberi de lite? & ſi litigans in tanto verſatur periculo ob ſolam confuſionem, & contrarietatem Iuriſconſultorum, docentium in cathedris ſine lite, & ideo ſine aliqua ſuſpitione, in quanto maiori verſabitur, cum ſe exponit vnius iudicis opinioni, imò quandoque corruptæ voluntati?

81 Concludo in puncto iuris, opinionem affirmatiuam, de qua ſupra num. 62. quòd ſententia valeat, eſſe veriorem.

Moueor tum ex illius rationibus, & confirmationibus, pro ea adductis ſupra num. 63. & ſeqq. tùm quia non poteſt dari ratio, quare in termino, præfixo ab homine, non requiratur citatio, vt admittunt etiam ij, qui tenent opinionem contrariam, & requiratur in termino, præfixo à lege, cum vtraque præfixio moneat.

82 Extenderem primo hanc concluſionem, vt procedat quando inſtantiæ tempus eſt cõtinuum, vt eſt inſtantia iuris communis, & nullo accidenti elongaretur, ſeu breuiaretur, quia tunc pars, quæ inſtantiam non diligenter attenderet, eſſet inexcuſabilior, cum facile poſſet eam noſcere, & obſeruare.

83 Extenderem ſecundo, vbi ſententia ferri non poſſet, niſi vltima die inſtantię, & non prius, quia tunc illa dies certius, ideoque efficacius monet, prout ſeruatur Florentię, vbi ſententię non feruntur, niſi vltima die inſtantiæ, & in hac extenſione manet caſus noſtri dubij.

84 Extenderem tertio, quando ſententia ferretur ad inſtantiam rei contra actorem, quia cum actor teneatur obſeruare, & attendere inſtantiam, ne pereat, quia periret ſibi, tantò minus videtur audiendus, ſi alleget, ſe non fuiſſe citatum ad ſententiam.

85 Extenderem quarto, vt maxime procedat, ſi inſtantia eſſet dierũ vtilium, & pars, manẽs de longinquo, fuiſſet citata pro certa die, quę erat vltima dies inſtantiæ, & poſtea illa dies fuerit repentè facta feriata, ita vt pro alia ſequenti die iuridica non poſſit citari, quia tunc eſſemus in caſu tertię confirmationis, de qua ſupra num. 66.

86 Extenderem quinto, vt procedat etiam ſi inſtantia ob repentinas ferias fuiſſet elongata, quia nihilominus litigantes, & cauſidici debent inſtantias caſtodire, & inuigilare, quia vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt; vnde inſtantia ita perit, ſi ſit elongata, ſicut ſi non ſit elongata, nulla ob elongationem admiſſa excuſatione.

87 Hęc omnia, quę ſcripſi de citatione ad ſententiam, bene procedunt in cauſis ciuilibus: at in criminalibus diſtingue; Aut proceditur contra contumacem, & poſitum in primo banno, & tunc vide, quę ſcripſi ſupra lib.

88 lib.1.cap.97.num.25. & ſeqq.† Aut procedi. tur contra reum præſentem, conſtitutum in carceribus; & tunc vide, quę ſcribunt Ang. de maleſ. in verbo, qui iudex commiſit.nu.1.& ſeqq.& alij, quos citaui d. num. 25. & in ſpecie vide Marſ. in pract. crim. §. quoniam. ſub num.51. qui vltra citationem illam per campanam, vt referam inferius, recenſet etiam hunc ordinem, videlicet, vt iudex, finito termino, dato reo, & nulla facta releuanti defenſione, de ſero ante diem, in qua vult ferre ſententiam diffinitiuam contra reum, eamque mittere executioni corporali, ſignificet, & intimet reo prędictam ſententiam, & executionem, vt poſſit confiteri peccata ſua, & diſponere de rebus ſuis, & ſecundum communem conſuetudinem Poteſtas facit ſuis expenſis cœnam ipſi reo, & illa vere eſt cœna amariſſima calamitatis, & doloris, quę cœna parata portatur per militem ipſius Poteſtatis ipſi reo, eique miles dicit, quòd Poteſtas mittit ſibi vltimam cœnam vitæ ſuę, & quòd ſe præparet ad mortem, & ad patientiam; quia intendit eum die ſequenti condemnare diffinitiuè ad mortem, & fieri facere executionem; Poſtea ſeruatur de conſuetudine, quòd mittantur duo homines religioſi, vel duo laici de ſocietate Diſciplinatorum, qui tota nocte ſtent cum ipſo reo, & hortentur eum ad patientiam, & ad benè moriendum, vt ſi perdit corpus, non perdat animam: Die verò ſequenti Poteſtas de mane hora ſolita tertiarum facit pulſari campanam, ſolitam pulſari, quando proferuntur ſententiæ capitales, & finito ſono campanæ, facit conuocari aſſeſſores, officiales, & iudices maleficiorum, & ante eum, & dictos omnes officiales, ſedentes pro tribunali facit duci reum cum manibus ligatis poſt terga, & ibi poſt eum eſt miniſter iuſtitiæ, qui debet eum tradere morti, & tunc alta, & intelligibili voce facit à notario maleficiorum legi ſententiam condemnatoriam, in qua eſt appoſitum genus mortis infligendum: & lecta tota ſententia, ducitur per milites ad iuſtitię locum, in quo miniſter ſententiam exequitur.

GLOS. X. Porrecto, &c.

SVMMARIVM.

Sententia, & iudicium quomodo conſtare debeant ex pluribus perſonis, num.1. & 25. Alias iudicium ſit nullum, ſeu non dicatur iudicium, num. 3.6. & ſeqq.

Actoris perſona qua ratione debeat eſſe diſtincta à perſona rei, num. 2.

Actio & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, num. 2.

Debitor ſui ipſius quis eſſe non poteſt, ſub n.2.

Actor debet legitimè comparere in iudicio, num. 4. 62. 75. & 77.

Actor, vel reus ſi ſit mortuus tempore ſententiæ, & ſententia feratur, ſententia eſt nulla, num. 5.

Iudicij nomen non habent ea, quæ fiunt ſine actore, & reo, & quę ſint iſta, num. 6.

Inquiſitio, an & quando poſſit eſſe iudicium, num. 7.

Actor quomodo dicatur adeſſe, quando iudex poteſt procedere ex officio in cauſis ciuilibus, num. 8.

Iudex quando poſſit ſupplere in facto, ſub n.8.

Legato pio facto à teſtatore pro anima ſua, qua ratione iudex poſſit ex officio procedere contra hæredem, num. 9. & 11.

Legatorum executor eſt Epiſcopus, & etiam iudex ſecularis, num. 10.

Actor dicitur qui primus prouocat ad iudicium, num. 13. & 14.

Reus voluntarius dicitur actor, & ideo ſi ſit excommunicatus, aut, &c. non auditur, num. 15. 16. & 19.

Actor ob quas maculas, & ſordes repellatur à iudicio, num. 15.

Excommunicatus, Periurus, & Bannitus } non poſſunt agendo ſtare in iudicio, num. 15. Et ſicut non poſſunt agere per ſe ipſos, ita neque per procuratorem, num. 17. Declaratur, vt ſententia ad eorum fauorem lata ſit nulla, ſecus ſi ſit lata contra eos, num. 76.

Procurator, qui ſit excommunicatus, non poteſt ſtare in iudicio, num. 18.

Teſtis nemo eſſe poteſt in cauſa propria, ſub num. 22. 27. & ſeqq. & n. 32. Et quare nu. 23. & 24. Et quando poſſit, num. 46. 47. & 48.

Veritas eſt primũ fundamentũ iuſtitiæ, n. 23.

Deus eſt iudex, & teſtis, num. 25.

Teſtis, & iudex quis eſſe non poteſt, ſub n. 25. Explicatur late, nu. 41. & ſeqq.

Cauſa propria quot modis dici poſſit, nu. 26.

Principi, & Regi teſtificanti in cauſa propria, non creditur, num. 27. & ſub num. 36. verſ. infero.

Papæ, & Imperatori an credendum ſit, quan-

Ii do

do teſtificantur de dependentia Imperij, nu. 28. & ſeqq.

Iuſtitia ſemper conſiſtit in æqualitate, num. 31. & ſub num. 49.

Papa, & Imperator poſſunt eſſe iudices in cauſa propria, & quare, num. 32.

Iudex quare facilius, quam teſtis remoueatur, dummodo remotio non fiat ex cauſa ſuſpicionis, quia ex cauſa ſuſpicionis magis repellitur iudex, quam teſtis, ſub num. 32.

Papa in cauſa propria facilius poteſt eſſe iudex, quam teſtis, ſub num. 32.

Suſpicio magis repellit iudicem, quam teſtem, ſub num. 32.

Probationes licet ſint de ordine, & non de ſubſtantia iudicij, ſententia tamen lata ſine probationibus, an ſit valida, eſt controuerſum, num. 34. & 36.

Papæ, & Imperatoris atteſtationi in cauſa, quæ verè non eſt ſua, an, & quomodo ſit credendum, num. 37. & ſeqq.

Papa, & Imperator ſunt teſtes omni exceptione maiores, ſub num. 37. Et quando Papa ſolus plenè probet, num. 38. & ſeqq.

Iudex non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua eſt iudex, num. 25. 41. & ſeqq. Neque in ea, in qua fuit iudex, ſub nu. 41. extenſ. 2.

Iudex, & notarius an quis poſſit eſſe in eadem cauſa, ſub num. 41. extenſ. 1.

Iudex in aliqua cauſa, ſi in ea inducatur pro teſte, debet remoueri à munere iudicandi in illa cauſa, num. 42. Fallit, quando iudex eſt paratus iurare, quòd nihil ſcit de facto illius cauſæ, num. 43.

Teſtificandi munus eſt magis neceſſarium, quam munus iudicandi, num. 32. & 42.

Iudex poteſt eſſe teſtis, quando delegat, ſeu ſubdelegat totam cauſam, num. 44.

Iudex an, & quando poſſit eſſe teſtis in cauſa appellationis, interpoſitæ à ſua ſententia, num. 45.

Fratri deponenti contra fratrem, creditur magis, quam ſi deponat pro fratre, ſub num. 46.

Prælatus an, & quando poſſit eſſe teſtis in cauſa ſuæ eccleſiæ, ſub num. 48. verſ. exemplifica.

Agere poteſt quilibet tam nomine ſuo, quam nomine alieno, niſi reperiatur ei prohibitum, num. 49. Et ideo poteſt agere etiam per procuratorem, & alias perſonas, de quibus, num. 52. Et quæ perſonæ non admittantur in iudicio propter ipſarum fauorem, vel propter inhabilitatem ſine eorum vitio, aut defectu, num. 77. Si tamen fuerint admiſſæ, tenet ſententia in fauorem aliquorum lata contra aduerſarios, ſed non lata contra eos, num. 78.

Valetudo corporis continetur æqualitate, & ex inæqualitate procedit infirmitas, num. 49. in fine.

Acceptio perſonarum opponitur iuſtitiæ, & eſt ſuo genere crimen mortale, quia eſt contra præceptum Dei, num. 50. Et tollit æqualitatem, num. 51.

Areopagitæ quare iudicent de nocte in tenebris, non viſis perſonis litigantibus, ſub num. 51.

Aegyptij iuſtitia æqualitatem ſignificant ſimbolo pennæ Struthiocameli, ſub num. 51.

Thebis imagines iudicum quomodo depingerentur, ſub num. 51.

Procurator an, & quando poſſit interuenire in cauſa, num. 53.

Procurator qui eſſe nequeat, num. 54.

Procurator ne, an actor ad lites conſtituatur à tutore, & curatore, num. 55.

Procurator, & ſimiles, qui agunt pro alio, quomodo concipere debeant libellum, numero 56.

Coniuncta perſona, & amicus, an & quomodo admittatur in iudicio ad agendum, nu. 57.

Adminiſtratores an, & quando iurent de calumnia, num. 58.

Actor ad lites conſtituitur cum decreto iudicis, & quo tempore, & cum periculo conſtituentis, &c. num. 60.

Adiectus ſcripturæ, an poſſit agere, num. 61.

Actione carens, non poteſt agere, num. 62. & ſeqq. Et quando dicatur iudici conſtare, quòd caret actione, num. 68. & 72. Et dicitur quis carere actione etiam ſi ex futuro euentu alicuius conditionis poſſit oriri, quia antequam oriatur, non poteſt agere, num. 73. Et quando quis poſſit agere ante natam actionem, num. 74.

Actione carere dicitur is, cuius agere non intereſt, ſub num. 63.

Exceptio (tu cares actione) eſt præiudicialis, &c. num. 64.

Agentem ſine actione poteſt iudex repellere ex officio, num. 65. & 68. Similiter agentem ex impertinentiſſima actione, nu. 69. Secus eſt ſi agatur ex actione inepta, ſed libellus habeat bonam, & aptam narrationem facti, num. 71. Secus etiam eſt, quando de carentia actionis non conſtat ex libello, num. 72.

Sen-

Digitized by Google

Sententia lata pro eo, qui caret actione, eſt nulla, num. 66. Et quid ſi ſit lata ex impertinentiſſima actione, ſub num. 69. & 70.

Ceſſionarius an & quando ante litem conteſtatam debeat fidem facere de ceſſione, ſub num. 72. verſ. confirmatur.

ABSOLVTIS his, quæ concernunt perſonam, & competentiam iudicis, qui eſt primus in iudicio, ſecundum ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 4. quæſt. 9. num. 2. & diſcuſſis quibuſdam circa ordinem iudicij, & circa citationem, ſupereſt vt agamus de actore, quia in cauſarum diſcuſſionibus is eſt primus; & deinde in ſeq. gloſ. agemus de reo, prout egit etiam Spec. in tit. de actore, initio, num. 1. fol. 65. lib. 1. &, vt ordinatè procedamus, gl. hanc tribus ſeqq. explicabimus articulis.

1 Primus articulus eſt. An actor ſit ita neceſſarius in iudicio, & ſententia, vt ſine eo iudicium, & ſententia ſint nulla.

Secundus articulus. Qui dicatur actor.

Tertius. Qui poſſit ſuo, vel alieno nomine ſtare in iudicio, tanquam actor.

Capiendo primum articulum: concludo, actorem eſſe omninò neceſſarium in iudicio, & ſententia, quia iudicium debet conſtare ex tribus perſonis, videlicet, iudice, actore, & reo, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 2. num. 5. & hic ſupra gloſ. 4. quęſt. 7. num. 1. & ſeqq. & clarius patet ex dicendis in ſeqq. num.

Confirmatur primo hæc concluſio, quia ſententia fertur ſuper controuerſia; ſed vbi eſt controuerſia, neceſſe eſt, quòd ea ſit inter plures, quia controuerſia iudiciaria non poteſt ſtare in vno, hincq; dicitur controuerſia, ideſt, ſimul contradictio, dictio enim (con) ſignificat ſimul, vt de compromiſſo dixi lib. prox præced. cap. 2. num. 1. & 2.

Confirmatur ſecundo, quia in iudicio quaſi contrahitur, & in contractu requiruntur duæ perſonæ, vt inferendo ad nullitatem ſententiæ, latę contra mortuum, argumentatur Vinc. de Franch. deciſ. 245. lata fuit. num. 6. & 7.

2 Extende primo hanc concluſionem, vt quemadmodum iudex debet eſſe perſona eſſentialiter diſtincta, vt oſtendimus in dicta quæſt. 7. num. 1. & ſeqq. ita etiam actor diſtinctus eſſe debet à reo; quia actio, & paſſio, vti duo incompatibilia, non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, Bal. & alij, quos citaui in meo tract. de commerc. §. 6. gl. 1. ſub nu. 24. vnde nemo poteſt eſſe debitor ſui ipſius, per ea, quę dixi eodem tract. §. 2. gl. 5. ſub num. 89. inſpect. 1. quia debitum propriè eſt ad alterum, & non ad ſe ipſum, per ea, quæ ſcripſi dicta gl. 1. num. 12. in fine.

3 Extende ſecundo, vt propterea iudicium ſit nullum, ſeu non dicatur iudicium, quando non interueniunt actor, & reus, ſeu alterutrum, & conſequenter ſententia ſine actore ferri non poſſit, quia ſententia eſt pars; & quidem pręcipua totius iudicij, & in iudicio requiritur, vt dixi, actor.

4 Extende tertio, vt non ſolum requiratur actor, vt dixi, ſed requiratur, quòd is ſit legitimus actor, prout latè explicaui infra num. 62. 75. & 77.

5 Extende quarto, vt non ſolum requiratur, quòd actor, & reus fuerint in iudicio vſque ad ſententiam, ſed requiratur etiam, quòd tempore ſententię ſint viui; alias, ſi alter eorum eſſet mortuus, ſententia, quę cōtra eum ferretur, eſſet nulla, quia deficeret eſſentia iudicij, nempè, vna perſona, Vinc. de Franch. deciſ. 245. lata fuit. num. 6. & 7. & latius ſcripſi infra gl. 14. q. 25. num. 74.

6 Infero primo ex his, quòd bannimenta, datio tutorum, ſeu curatorum, & ſimilia, non ſunt iudicium, Maran. quem ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 2. num. 13.

7 Infero ſecundo, quòd inquiſitio generalis, quam facit iudex criminalis, non poteſt dici iudicium, ſeu habere naturam iudicij, quando in ea nódum apparet diffamatio, quę ſtet loco accuſatoris, & conſequenter non apparet diffamatus; ſecus autem quando apparet legitima diffamatio contra certam perſonam; quia tunc illa diffamatio ſuccedit loco accuſatoris, vt oſtendi dicto cap. 2. ſub nu. 6. 8. & ſeqq. in quibus oſtendi, iudicium nunquam dari ſine actore, & reo, confutatis his, qui ęſtimarunt, quandoque dari ſine actore, & reo.

8 Infero tertio, quòd licet multi poſſent dari caſus, in quibus iudex poſſet procedere ex officio ſine actore; tamen eſt aduertendum, quòd etiam in illis caſibus extat actor, non quidem formaliter, & apparenter, vt regulariter debet extare, ſed latenter, & eſſentialiter; & proinde actus, & tota victoria litis diriguntur ad vtilitatem, & commodum non iudicis procedentis ex officio, ſed alterius certę perſonę, vti actricis in illa cauſa; &

licet regulariter iudex, tanquam perſona media inter actorem, & reum, non debeat ſupplere in facto, & ingerere ſe in his, quę ſpectant ad actorem, vel ad reum, quia, ſi ſe ingereret, redderetur ſuſpectus, cum videretur iudex, & pars; tamen eſt etiam aduertendum, quòd illi caſus ſunt caſus neceſſitatis, quia pietas vrget, & charitas impellit; cum autem neceſſitas non habeat legem, & pietas, & vera charitas ſine intereſſe excludant omnem malam ſuſpitionem, ſatis, ſuadente iuſtitia, conſtat, quòd ſufficit, extare in effectu actorem, & iudicem ſine ſuſpicione procedere ex officio.

9 Exemplifica hanc illationem in caſu, quo hęres non ſatisfacit legato pio, facto à teſtatore pro anima ſua; quo caſu iudex poteſt, nullo etiam apparente actore, procedere ex officio contra hæredem, vt ſoluat, & adimpleat illud legatum pium pro ſalute animę teſtatoris, cap. 3. exijt. §. ſi verò modum. ſub num. 20. de verb. ſignif. in 6. & ſcribunt Bar. in tract. minoric. lib. 2. ſub num. 41. & apertius Abb. in cap. 3. nos quidem. ſub

10 num. 5. de teſtam. † & quidem poteſt etiam iudex ſecularis, dicto §. ſi verò modum. Bar. & Abb. in eiſdem locis hic citatis, & rurſus Abb. in cap. 6. ſi hęredes. ſub num. 3. eod. tit. de teſtam. neque competentiæ iudicis ſecularis reſiſtit Concil. Trident. cap. 8. ſeſſ. 22. de reſom. dum diſponit, quòd Epiſcopi ſint executores omnium piarum diſpoſitionum tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos, quia Concil. Trident. non corrigit dictum §. ſi verò modum. ſed auget, ita vt quod iudex ſecularis poteſt facere ex ſua voluntate, eccleſiaſticus teneatur ex neceſſitate, quare dat eccleſiaſtico iuriſdictionē aggregatiue, & neceſſitatiue, non autem priuatiue, & ita dixi in mea deciſ. . . num. . . verſ. quia quoad in habilitatē. lun. 29. nouēbris. 1621.

11 Ratio huius exemplificationis eſt, quia in effectu anima teſtatoris virtualiter eſt actrix, & quia ipſa non poteſt venire in iudicio ad agendum, & ſic eſt caſus neceſſitatis, in quo iudex debet, impellentibus pietate, & charitate, poſſe procedere ex officio, prout quodāmodo hanc eandem conſiderationem adhibui in dicta deciſ. . . . . nu. . . verſ. ratio eſt. & verſ. quintum caput. vel eſt ratio publica vtilitas, vt remiſſiuè in ſeq. exempl.

12 Exemplifica etiam in caſu, quo vrget publica vtilitas, & alijs in caſibus, de quibus ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 68. ſub n. 3. & ſeqq.

13 Accedo ad ſecundum articulum. Quis dicatur actor: eſt enim neceſſarium, vt diſtinctè cognoſcatur tùm propter competentiam fori, vt in remedio l. diffamari. dixi gl. ſeq. num. 34. tum quia aliquando quis poteſt ſtare in iudicio, tanquam reus, & non tanquam actor, per ea, quæ dixi hic infra, num. 15. & ead. gl. ſeq. num. 9. 12. & ſeqq. tùm ob alios effectus, quos non eſt hic neceſſarium inueſtigare.

Concludo, actorem videri eum, qui ad iudicium prouocat, etiam ſi par omnium cauſa videatur, vt in iudicio fam. erciſcundæ, comm. diuidundo, & finium regundorum, l. 13. in tribus. ff. de iudic. & quòd prouocans ad iudicium, dicatur actor, ſcribunt Matheſ. ſing. 110. Petr. Pech. tract. de iur. ſiſten. cap. 36. num. 2. fol. 173. tom. 3. par. 2. & Hier. de Mont. tract. de finib. regun. cap. 45. num. 4. & 5. fol. 343. eod. tom.

14 Declara primo hanc concluſionem, vt actor dicatur prouocare ad iudicium, quando is primus prouocat, ſecus ſi quis ſit reus conſtitutus, & ideo Præſidem frequenter interpellet, ſe defendendo, quia is non dicitur in ius vocare, l. 14. libertus à patrono. ff. de in ius voc.

15 Declara ſecundo, vt actor, qui propter aliquas ſordes, ſeu maculam nō debet agendo audiri, vt puta, quia ſit periurus, excōmunicatus, bānitus, & ſimilis, quibus aut ob infamiā, aut alia iuſta de cauſa denegatur audientia, iuxta ea, quæ, loquendo de periuro, late ſcripſi, ampliaui, & explicaui lib. proxime præced. cap. 2. n. 114. & ſeqq. & loquēdo de excommunicato, ſcripſi eod. cap. 2. num. 179. & 174. & loquendo de excommunicato, qui appellat extraiudicialiter, ſcripſi hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 5. num. 6. eſt enim cum excommunicato prohibita loquela, & communicatio, vt, explicando, ſcripſi dicto lib. proxime pręced. cap. 9. num. 1024. & ſeqq. & loquendo de bannito, appellante extraiudicialiter, ſcripſi dicto cap. ſeq. q. 5. num. 84. & ſeqq. quia bannitus, & excommunicatus ęquiparantur, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 66. & latius lib. 2. cap. 9. ſub num. 1028. verſ. ergo. & hoc eod. lib. cap. ſeq. queſt. 5. num. 84. & 85. declara, inquam, vt actor, qui propter prędictas maculas repellitur ab agendo, dicatur non ſolum is, qui alium prouocat ad iudicium, vt dixi in pręcedenti concluſione, & declaratione.

Sed

16 Sed dicatur etiam is,qui venit prouocatus, ſed tamen venit, tanquam reus voluntarius, quia reus voluntarius,& actor æquiparantur, vt latè explicaui gl.ſeq.nu. 12.15.24.& 37.

17 Amplia primo hanc declarationem, dum dixi,excommunicatum, bannitū, & ſimiles, dum agunt in iudicio,non eſſe audiendos,vt procedat,etiam ſi ageret per procuratorem, quia neque eorum procurator eſſet audiendus; excommunicatus enim non poteſt conſtituere procuratorem ad agēdum, licet poſſit conſtituere ad defendendum, Io.de Selu. tract. de beneſ.q. 4. par. 3. num.39. fol.54. tom.15. pat.1. quòd enim poſſit conſtituere ad defendendum, latè ſcripſi lib. proxime præcedenti cap.9. ſub nu. 1024. vbi videas.

18 Amplia ſecundo, vt quamuis principalis, qui eſt excommunicatus, repellatur ſolum ab agendo, vt dixi ſupra; tamen procurator excōmunicatus repellitur indiſtinctè,& quāuis eius principalis nō ſit excommunicatus, Frāch.in cap.1.nu.5.de excep.in 6.Felyn.in cap.7.poſt ceſſionem.nu.3.not.vlt.&nu.20. verſ. prima concluſio. de probat. Io.de Selu. dicta q.4. par.3. ſub num.35. fol.54.& dixi, cap.ſeq. q.5. ſub num.9. & probatur ex his, quæ ſcripſi ſupra gl.4. q.2. num.23. & ſeqq. & in puncto ampliationis, Ant. de Butr. in cap.1. ſub num.35. de reſcrip. in 6.

Declara multipliciter hanc ampliationem ex his, quæ inordinatè refert Io.de Selu. dicta q. 4. par. 3. num.42. & ſeqq. fol. 55. & ante eum latè Felyn. in dicto cap. poſt ceſſionem.num. 20. & ſeqq.

19 Subdeclara eandem declarationem poſitam ſupra num.15.vt ad cognoſcendum, an quis ſit actor, vel reus, non debeamus reſpicere ſimpliciter acceſſionem, & vocationem ad iudiciū,ſed an illa acceſſio ſit voluntaria, & ſpontanea, habeatque naturam, & vim aggrediēdi, an verò naturam coactæ, & neceſſariæ defenſionis: quare licet quis veniat in iudicio,& agat, tamen ſi ſit actio quędam coacta,tendens ad meram defenſionem, non dicitur actor, ſed reus, vt explicaui gl. ſeq.

20 Subdeclara vlterius, vt non omnis, qui eſt primus ad faciendum aliquid iudicialiter contra certam perſonam, dicatur actor,nam ſi quis petat,aperiri teſtamentum, vel faciat inſinuationem,non dicitur agere, & quia non dicitur agere,ideo non poſſet coram illo iudice reconueniri,per ea,quę dixi ſupra gl. 7.q.4. ſpec. 3. num.134.& multò minus dicitur agere, ſi in eo, quod agit, non eſt neceſſaria auctoritas iudicis, vt puta, ſi debitor interpellet creditorem, &c. vel creditor debitorem, vt eum conſtituat in mora, quia ſufficit interpellatio etiam extraiudicialis, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1.q. 7. par. 2. ampl.8. num. 106. in fine, & num. 108. & multa alia fieri iudicialiter, & tamen non dici iudicium patet ex his, quæ ſcripſi ſupra num.6. & ſeqq.

Infero primo ex hac ſubdeclaratione, quòd ſi creditor excommunicati nollet recipere ſolutionem,excommunicatus poſſet extraiudicialiter, vel iudicialiter interpellare creditorem ad recipiēdam ſolutionem, alias videndum deponi pecunias,eius periculo; & moueor ad hanc illationem ex tribus: primo moueor,quia excommunicatus poteſt facere contractum, qui eſt ſibi potius damnoſus, quam vtilis, vt dixi ſupra gl.4. q.3. num.30. imò poteſt etiam facere teſtamentum, vt ſecutus ſum lib. proxime præced. cap.2. num. 185. ſed dare pecunias ſuas alteri, non eſt vtile danti; hincque dicunt vulgares (al pagat non eſſer corrente) vt retuli in meo tract. de commerc. §. 2. gl.5. ſub num. 451. ergo. ſecundo moueor, quia ſi excommunicatus non poſſet deponere, & debitum eſſet cum intereſſe,excommunicatus remaneret cuſtos pecuniæ ſuo periculo, eaque perdita, remaneret adhuc debitor ſortis, & vlterius teneretur ad intereſſe decurſum, & ſic in effectu ſpoliaretur iure ſuo, & tamen excommunicatus non poteſt ſpoliari,per ea,quę dixi dicto cap. 2. num.185. tertiò moueor, quia excommunicato eſt prohibitum, ne poſſit agendo,in iudicio petere, aliquid ſibi dari, vel de nouo acquiri; ſed iſte per interpellationem in effectu non petit, ſibi aliquid dari, vel de nouo acquiri, & ideo non dicitur agere, vt dixi verſ. præcedenti: ergo poteſt interpellare, & deponere, & ita ſe liberare: maximè, quòd hęc eadem poſſet facere extraiudicialiter ſine iudicio:dico tamen,quòd ſi poſtea ex his,vel alijs vellet mouere litem, non eſſet audiendus, niſi prius fuerit abſolutus ab excommunicatione.

Infero ſecundo, quòd cum interpellans, ſeu notificans, vel faciens quid ſimile, non dicatur agere, non debet in his ſeruare ſubſtantialia iudicij, ſed ſufficit, quòd interpellatio,& ſimilia contineant certitudinem,&c. vt ſcripſi gl. præced. ſub num. 19.

Declara tertio an, & quando tertius veniens ad cauſam, dicatur actor, ideoq; non poſ-

poſſit declinare forum illius iudicis, prout declaraui gl.ſeq.num.36.& ſeqq.

21 Declara quarto, vt cæteræ perſonæ, interuenientes in iudicio, quales ſunt tutor, curator, actor ad lites, procurator, aduocatus, & teſtes, non aliter cognoſcatur, quando interueniant pro actore, & quando pro reo, niſi expreſſim, & nominatim dicatur, quòd interueniunt pro tali actore, ſeu pro tali reo, exprimendo eorũ nomen, quia alias nomina prædicta tutor, curator, &c. ſimplicia, ſunt cõmunia tam pro actore, quàm pro reo, neque reperiuntur nomina particularia ſeparata pro procuratore actoris, & pro procuratore rei, pro aduocato actoris, & pro aduocato rei.

22 Declara quinto extenſiue, vt actor non ſolum requiratur diſtinctus, ac numero ſeparatus à reo, vt dixi in præcedenti art.num.2. & ſeparatus etiam à iudice, per ea, quæ dixi ſupra gl.4. q.7. num. 1. ſed requiratur etiam ſeparatus, & diſtinctus à teſte; quia nemo poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, l. 10. nullus.ff. de teſtib. l.9. omnibus.C.eod.cap. vlt. in fine, verſ.omnibus in re.4. q.3.cap.14. indicas. 3.q.9.& hoc ſcribũt Nep. à Mõte Albano tract.de teſtib.n.49.fol. 58.Iacob. Aegid.n.12.fol.73.Feder.Schẽch.n.36.fol.78. Auſr.n.84.in verbo, propriã.fol.145.Bagar. num. 31. fol.299.& latius Monticel.in verbo, pro ſe ipſo.fol. 246. omnes in tract. de teſtib. inter tract.diuerſ. tom 4. & Proſp.Farin. eod. tract. de teſtib. q. 60. oppoſit. 8. num.2. & ſeqq. in quibus ampliat, & nemo eſt, cui de hoc uenerit in mentem dubitare, adeo quod eſt notum etiam ruſticis, quia procedit immediatè à principijs naturalibus, & ſic nemo poteſt teſtificari pro ſe ipſo in cauſa propria, ſiue is ſit actor, de quo agimus hic, ſiue ſit reus, de quo agemus gloſ. ſeq. ſiue ſit iudex, quia neque is poteſt eſſe iudex, & teſtis, vt dixi infra num. 25. verſ. confirmatur. & quamuis hæc declaratio ſit, vt dixi, omnibus nota, tamen quia expedit, rerum cauſas expendere, & rem à radicibus cognoſcere, vnam, vel alteram breuiter perſcrutabimur rationem.

23 Prima ratio eſt, quia veritas eſt primum fundamentum iuſtitiæ, quæ ſine veritate non conſiſteret; hæcque veritas coram Deo eſt ſemper certa, ſimplex, & infallibilis: vnde Deus eſt iudex iuſtiſſimus: coram nobis autem poteſt eſſe certa illa, quæ apparet ex rei euidentia, reliquę verò ſpecies veritatis poſſunt eſſe fallaces, quia conſiſtunt in ore duorum, vel trium teſtium, qui poſſunt eſſe falſi, & quandoque etiam conſiſtit in præſumptione, quę poteſt eſſe erronea, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. num.85. & 87.

Sed hęc veritas ſolet deficere, & præſumitur deficere in teſtimonio eius, qui eſt teſtis in cauſa propria, ſiue is ſit actor, ſiue ſit reus, quia ex naturę impulſu quiſque teſtimonium ferret ad ſui vtilitatem, & ad explẽdum ſuum deſiderium, quod opprimeret veritatem: quilibet enim, quod ſibi bonum videtur, deſiderat: vnde ſicut iudex non poteſt eſſe iudex, & aduocatus non debet eſſe aduocatus in cauſa propriã, & infirmus non debet ſe ipſum medicare, quia ſunt impeditæ rectitudines Iudicij, vt dixi ſupra gl.4. q.7.num. 2.4. & ſeq. ita etiam actor, & reus non poſſunt eſſe teſtes in cauſa propria pro ſe ipſis, quia in eis militant illæ rationes, ſeu multę earum, quas adduxi contra iudices, dicta q.7.num.2.& ſeqq. ſi enim accuſator poſſet eſſe teſtis contra accuſatum inimicum, vel è conuerſo, accuſatus contra accuſatorem inimicum, quam ex eorum ore expectaremus veritatem?

Ergo in cauſa propria nemo debet eſſe teſtis, quia in effectu deficeret fundamentum iuſtitiæ.

24 Secunda ratio, quia in iudicio ſeruanda eſt æqualitas, & conſequenter ſi vna pars poſſet eſſe teſtis pro ſe ipſa, deberet poſſe eſſe etiam altera: ergo teſtimonium vnius tolleret teſtimonium alterius; ſicque vtrumque reduceretur ad non teſtimonium.

25 Confirmatur hęc declaratio, quia licet Deus ſit iudex, & teſtis, vt habetur in illis verbis apud Ierem. 29. ſub num. 23. *& locuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis; ego ſum iudex, & teſtis, dicit dominus*; tamen aliud eſt in homine, quia is non poteſt eſſe ſimul iudex, & teſtis in eadem cauſa, cum alius debeat eſſe iudex, & alius teſtis, cap.2. de offic.ordin. quare cum quidam nobilis quendam interfeciſſet in platea Bononię, & Poteſtas de feneſtris palatij hoc vidiſſet, & quia hoc homicidium non probabatur, & ideo Poteſtas vellet illum ad quęſtionem ponere, vt ſic ab ipſo erueret veritatem, Azo, Ho. & Accur. conſulti reſponderunt, quòd hoc facere non poterat, vt refert Spec. tit. de ſent. §. qualiter autem.num. 1. verſ. item debet.

debet. lib. 2. fol. 166. & hinc dicimus, quòd iudex debet iudicare ſecundum acta, & probata, vt late explicaui infra gl. 14. q. 8. vnde in iudicio requiruntur quatuor perſonæ, nempe actor, reus, iudex, & teſtes, cap. 1. nullus. 4. q. 4. cap. 10. forus. verſ. in omni negotio. de verb. ſignif. & bene Abb. in cap. 28. cum à nobis. ſub num. 2. ibi, aut volunt deponere in forma teſtimonij. de teſtib. & non poſſe quempiam eſſe iudicem, & teſtem in ead. cauſa, ſcribit Mich. Sal. ad S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 2. verſ. ſecundo iudex. fol. 426. initio, & eſſe omni iure prohibitum in iudicio humano, vt quis ſit iudex, & teſtis, ſcribit eod. art. 2. verſ. variæ. ibi, primo quia. fol. 423. col. 1. initio, idque ſatis nos videtur docuiſſe Redemptor noſter, dum dixit, *& eritis mihi teſtes*, vt retuli ſupra gl. 4. q. 7. num. 29. & ratio eſt in promptu, quia quis dubitat, quòd iudex ferret ſententiam ſecundum ſuum teſtimonium, præſertim quia ſi aliter faceret, ſe ipſum detegeret teſtem falſum? & ſic aduerſarius, qui haberet ipſum iudicem teſtem contra ſe, eſſet in magna diſparitate; & pro tota hac confirmatione bene faciunt quæ ſcripſi infra gl. 14. q. 15. num. 31. verſ. ratio. & ſeqq. & tamen non videretur adeo inconueniens, ſi iudex eſſet etiam teſtis, ſicut eſt, ſi actor, ſeu reus eſſet teſtis:

26 Extende primo eandem declarationem, vt cauſa dicatur propria, dummodo vno de quatuor modis ſit propria. Primo videlicet ratione vtilitatis in toto, vel in parte, puta cum vtilitas finalis reſpicit teſtem. Secundo ratione iuris rei. Tertio ratione iuris inſtātię. Quarto ratione iuris officij, vt late explicat Bal. in l. 9. omnibus. initio, & per totam C. de teſtib. quem breuiter citat, & ſequitur Alber. de Malet. tract. de teſtib. cap. 4. num. 60. fol. 169. tom. 4.

Hæc extenſio, cum pace, & reuerentia Baldi cum tot verbis potius reſtringit, quam extendat, & magis implicat, quam explicet: breuius enim, & apertius dicendum erat, quòd dicitur propria, quando agitur de intereſſe ipſius teſtis, vt dixi num. ſeqq. & infra ſub num. 48.

27 Extēde ſecundo, vt habeat locum in quauis perſona, quacumque præſulgeat dignitate; quare licet actor, ſeu reus ſit Rex, vel Princeps; tamē non poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, quia deficeret in effectu fundamentum iuſtitiæ, vt dixi ſupra: & in his terminis, quatenus Rex, ſeu Princeps ſumatur pro parte, benè And. de Iſern. in cap. ſancinus. il ſecondo, num. 3. in fine, quo temp. miles inueſt. pet. deb. in vſibus fœudorum, ſcribit, quod ipſi domino etiam regi, vel principi non crederetur, ſi teſtificaretur per litteras, vel priuilegium ſuum, quòd talis fuit proditor ſuus, & propterea fœudum rediſſe, & alij conceſſiſſe, quia in cauſa propria nullus fert teſtimonium; bene etiam Card. conſ. 128. in quæſtione quæ vertitur. concludit, Duci Mediolani, aſſerenti, quendam contra ſe commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis, non eſſe ſtandum, quos citant, & ſequuntur Dec. conſ. 410. in cauſa mota. ſub num. 8. & 9. verſ. tertio principaliter reſpondetur. conſ. 606. ſereniſſimus. ſub num. 6. & 7. verſ. circa primum. & Gig. tract. de crim. læſ. maieſt. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læſ. maieſt. prob. q. 19. num. 1. & 2. tom. 11. par. 1. fol. 64.

28 Subextende hanc extenſionem, comprehendendo omnes, & quaſcunque alias extenſiones, quæ excogitari, formariq. poſſent, & amplectendo ſupremam difficultatem, vt procedat etiam in cōtrouerſia, an Imperium pendeat ab Eccleſia, vel immediatè à Deo; quia, prout hanc cauſam formaliter ſtatueremus inter Papam, & Imperatorem, vti ij certarent principaliter de eorum intereſſe, tuentes partes Cæſareas, auctoritatibus, ſumptis ex ore Pontificis, reſpondent, non eſſe credendum, quia Pontifex loquitur in cauſa propria, & tuentes partes Pontificias, auctoritatibus, ſumptis ex dicto Imperatoris, reſpondent, non eſſe credendum, quia loquitur in cauſa propria, vt patet ex his, quæ ſcribit Dec. in cap. 13. nouit. num. 57. 60. & 62. de iudic. & reſpondendo auctoritatibus Imperatoris, ſcripſi ſupra gl. 1. q. 1. num. 138. quare hæc inter Papam, & Imperatorem controueſia non eorum aſſertionibus, ſed rationibus, & ſacræ ſpripturæ teſtimonijs definiri oportet, prout fecimus nos ſupra ead gl. 1. quæſt. 1. num. 129. & ſeqq.

29 Et licet huic controuerſiæ videatur deficere iudex, quia ſuper iſtis duobus luminaribus nemo mortalium iudicat; tamen non deficit, quia concilium generale, in quo aſſiſteret etiam imperator, poſſet definire, & quilibet vir Chriſtianus litteratus eſt iudex in foro ſimplicis cognitionis: ſed ceſſat hodie controuerſia, quia ſatis eſt deciſum, & iure aperto, quòd pendet ab Eccleſia, prout latè

latè oſtendimus ſupra dicta gloſ. 1. quæſt. 1. num. 129. & ſeqq. ad cuius loci dicta me remitto: hoc enim caſu Papæ, vti Vicario Dei, videtur conuenire, quod dicit Deus in loco, à me ex Ierem. 29.nu.23.citato ſup. nu.25.

30 Explica vlterius eandem extenſionem, & ſubextenſionem, vt procedant in terminis, in quibus loquimur, videlicet quando daremus caſum, in quo Papa, ſeu Imperator, vel quiuis Princeps, vti in iudicio formali, ſuſtineret verè, & propriè partes actoris, vel rei, vt in caſu ſubextenſionis, quia tunc nec Papa, nec Imperator videntur poſſe eſſe teſtes in cauſa propria; quare ſi caſus aliquis poteſt repetiri, in quo Doctores verum dicant, quando ſcribunt, non eſſe credendum Papæ, ſeu Imperatoris atteſtationi in cauſa propria, caſus videretur iſte: & extra hunc ca-
31 ſum difficile alium reperies: † & iſto caſu ratio eſt, quia ſi aliter diceremus, deſtrueremus iuſtitiam: nam iuſtitia conſiſtit ſemper in æqualitate, quod ex nomine ipſo deprehendimus, ſiquidem quæ adæquantur, vulgariter iuſtari dicuntur, S.Thom.2.2.q.57. art. 1.verſ. reſpondeo. hæcque æqualitas conſideratur duplici modo: primus eſt inter rem exteriorem, & perſonam exteriorem, & tunc medium iuſtitiæ conſiſtit in proportionis æqualitate ſecundum proportionalitatem arithmeticam de re ad perſonam, ſecundum ea, quę ſcribit S.Thom.2.2.q.58.art.10.verſ. ſed contra.& verſ.reſpondeo. ſecundus modus eſt inter perſonam, & perſonam, inter quas debet ſeruari æqualitas, quia, ſi non ſeruaretur, eſſet acceptio perſonarum, quæ aduerſatur iuſtitiæ, ſecundum ea, quæ ſcribit S.Thom.2.2.q.63.art.4. verſ.ſed contra. & ſeqq.& ſcripſi ſup.gl.4.q.1.ſub n.26.& 42. & ad iſtum ſecūdum æqualitatis modū reduci poteſt illud naturale, diuinūq. præceptum, quod tibi non vis, alteri ne feceris: de quo ſcripſi in meo tract.de commerc.§.1.q.7.par. 2.ampl.10.num.41.& §.2.gl.5.n.151.& non ſeruata iſta æqualitate, diſſiparetur iuſtitia, quia ſicut iſonomia, id eſt, humorum æqualitate conſeruatur ſanitas corporis, &, ea deficiente, deficit valetudo, ac demum inducitur mors; ita etiam, ſeruata inter perſonas æqualitate, manet iuſtitiæ incolumitas, & deficit, non ſeruata, vt ſcripſi ſupra lib.1. cap.90. num.1. & ex hoc fundamento, quòd in iudicijs ſeruari debeat æqualitas, multa in iure noſtro deciduntur, vt in l.fin. C.de fruct.& lit.expenſ. cap. 2. de mut.petit. cap. 32. non licet actori. de reg.iur.in 6. & l. 41. non debet. ff. eod. & aliqua ſcripſi ſupra gl. 7.q.4.ſpec.3.num.153.& 154.& hoc eodem lib.cap.ſeq.quæſt.17. limit.17.num.23.& 24. & eſſe in iudicio ſeruandam æqualitatem inter actorem, & reum, ſcribunt Io. Crot. ſeu Moncad.tract.de teſtib.par.4.num.150. fol. 212. Tynd. tract. de compenſat. art.6.num. 74. in fine, & 75. tom. 6. par.2. fol.254. & hæc eſt regula trita, & à nemine reuocatur in dubium: & vtrouis modo deficiat hæc æqualitas, deficit tunc rectitudo, &, deficiente rectitudine, oritur iniuſtitia.

Sed nulla maior inæqualitas dari poteſt in iudicio, quàm iſta, vt vna pars ſit tantum pars, altera verò ſit & pars, & teſtis; & conſequenter vna ſit in ineuitabili periculo, altera autem in tuta, & ſecura victoria: acta enim eſſet cauſa, & finita foret lis.

32 Confirmatur primò hæc explicatio, quia, licet Papa, & Imperator ob ſuperiorum iudicum carentiam, poſſint eſſe iudices in cauſa propria, vt explicaui ſupra gl.4.quæſt. 7. ſub num. 37. verſ. capio. cum neceſſitas non habeat legem, ſeu ipſamet ſit ſibi lex, ſeu ſit ſupra legem, vel illi primo loco parendum ſit. Tamen non poſſunt eſſe teſtes in cauſa propria, quia teſtes æquè reperiri poſſunt in cauſis Imperatoris, & Papæ, ſicut in cauſis cæterorum: vnde, ceſſante neceſſitate quoad probationes, parendum eſt legi, & honeſtati, vt ipſi non ſint teſtes in cauſa propria; quare eſt aduertendum, quòd licet regulariter maior ſit carentia teſtium, quàm iudicum, hacque ratione facilius remoueri ſoleat iudex, quàm teſtis, Gl. 1. in cap. 25. inſinuante. in verbo, familiarem.de offic.& poteſt.iud.deleg.ideoq. delegatus remoueatur ab officio iudicandi, vt teſtificetur, cum munus teſtificandi ſit magis neceſſarium, quàm officium iudicandi, cap.40. dilecto.& ibi Canoniſtæ, & inter eos Abb.ſub num.5. de teſtib. & Campeg.tract. de teſtib.reg.59. fol. 93. tom. 4. & explicaui infra num. 42. & ſeqq. præterquam ex cauſa ſuſpicionis, quæ magis repellit iudicem, quàm teſtem, ſeu ad repellendum iudicem leuior ſufficit, quàm ad repellendum teſtem, Surd. conſ. 50. reuerendiſſimus.num.21.lib.1. & ſcripſi ſupra gl.4.q.1.num.19. tamen in cauſis Papæ, & Imperatoris non eſt ita, quia facilius reperiri poſſunt teſtes, quàm iudices; & ideo facilius ipſi repelluntur ab officio teſtis, quàm ab officio iudicis.

Con-

Digitized by Google

Confirmatur ſecundo, quia licet Papa, & Imperator poſſint eſſe iudices in cauſa propria ex carentia iudicum, vt dixi, tamen de honeſtate non ſunt, ſed delegant, vt dixi ſupra gl. 4. q. 7.num.40. & 41. ergo multò minus debent velle vincere cauſam ſuo proprio teſtimonio, cum teſtium defectus non conſideretur magis in cauſis Papę, & Imperatoris, quàm in cauſis aliorum, & ex vno ſpeciali propter iuſtam cauſam inducto,non debet inferri aliud ſpeciale, in quo ceſſat illa iuſta cauſa.

33 Confirmatur tertio, quia Chriſtus noluit eſſe teſtis in cauſa propria, per ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 4. q.7.num.29. ergo idem facere debet Papa, qui eſt eius Vicarius, vt dixi ſupra gl.1.q.1.num.114. cum omnis Chriſti actio debeat eſſe ipſius inſtructio, vt dixi ead. q.7. num.28.

34 Nec obſtat primo, ſi dicatur, quòd imò ſi Princeps poteſt eſſe iudex in cauſa propria,à fortiori debet poſſe eſſe teſtis, quia quando quis eſt pars,& iudex,tunc deficit ſubſtãtia iudicij, vt oſtendi ſupra gl.4. q. 7. num. 1. & ſeqq. ſed quando eſt pars,& teſtis,tunc non deficit ſubſtantia iudicij,ſed videtur deficere iuſtitia, quia reſtis reſpicit probationē, quæ eſt de ordine iuſtitiæ,& non de ſubſtantia iudicij, & ideo ſententia,lata ſine probationibus, dicitur iniuſta, & iniqua contra ius litigatoris, ſed non dicitur nulla, per ea quæ ſcribunt ij,quos citaui inf. gl. 14. q.20. num. 1.ergo ſi Princeps poteſt quod eſt plus, poterit quod eſt minus.

35 Non obſtat ſecundo, quòd ſententia, lata ab eo,qui ſit iudex, & pars formalis in iudicio,ſit nulla ex defectu iudicij:ſecus ſi ſit lata ab eo, qui non ſit pars formalis, habeat tamen intereſſe in cauſa, ideoq; ſit ſuſpectus, & poſſit remoueri, vt explicaui ſupra gloſ.4. q.8. num.1. & ſeqq.

36 Quia ad primum reſpondeo tripliciter. Primo,aliam extare opinionem, quod etiam ſententia, lata ſine probationibus, ſit nulla, vt latè examinando iſtum paſſum, ſcripſi dicta gloſ.14.q.20.nu.3.8.& ſeqq. Secundo reſp. non eſſe bonam conſequentiam, vt ſi quis ob iuſtam cauſam poteſt facere quod eſt plus, poſſit etiam facere quod eſt minus,quando in eo; quod eſt minus;ceſſat illa iuſta cauſa,& militat cauſa contraria. Tertio reſp. minus ſcandaloſum eſſe, quòd ſententia etiam iniuſta ex defectu probationum toleretur pro valida,quàm quod toleretur ſi fuerit lata ſuper atteſtatione partis, ita vt pars fuerit pars, & teſtis pro ſeipſa. Ad ſecundum reſpond. quòd & ſi verum ſit obiectum, tamen ex eo non poteſt inferri, quod pars poſſit eſſe etiam teſtis.

Infero ex tota hac prima explicationis parte, quod in his terminis, quando ſcilicet teſtis eſt pars formalis in iudicio,poteſt procedere ſecũda extenſio, & auctoritas Doctorũ, quos in ea citauimus ſupra num. 27. & in his terminis poteſt procedere,quod ſcribunt Gabr. in ſuis concluſ. tit. de probat. concl. 2. num. 65. limit.12. Hier. Gabr.conſ. 179. arbitror. num. 5.lib.1. & Proſp. Farin. tract. de teſtib. q. 63. num. 171. & ſeqq. & num. 174. in 3. & 4. limit. dum firmant, aſſertioni Principis in cauſa propria, quando quis venit iure ſuo priuandus, non eſſe credendum: & hæc ſatis de prima explicationis parte.

37 Cæterum (& hæc erit ſecunda pars explicationis) ſi Papa, ſeu Imperator non ſuſtineat vere partes actoris, vel rei, tunc magna eſt confuſio,& inextricabilis varietas inter Doct.an Papę,ſeu alterius Principis aſſertioni ſit credendum: nam Crauet.tract.de antiq.temp.in 1. par. num. 9. & ſeqq. 10m. 17. fol.122. & ſeq. Gabr. in ſuis concluſ.tit. de probat.concl.2.num.1.& ſeqq.per totam, & Proſp. Farin. tract. de teſtib. q. 63. num. 78. & ſeqq. cap. 3. multa ſcripſerunt, ſed (ſit eorum pace dictum) ſunt perplexa; & & intricata: nos conabimur tam ex eorum, quam aliorum dictis quędam ſub certa regula, ampliata, & limitata breuiter, & paucis excerpere, quia non eſt pręſentis capitis de ijs plene tractare.

Regula ergo ſit,quòd ſi Papę, ſeu alterius Principis aſſertio producatur in cauſa inter alios, & conſequenter Papa, ſeu Princeps nõ ſuſtineat propriè partem actoris,vel rei, tunc illa aſſertio fidem talem faciet, qualem faceret aſſertio teſtis omni exceptione maioris: & huius regulę veritas non indiget auctoritate, quia ſufficit nobis dicere, quòd de ea nemo ſciuit dubitare, quia non debet Papa, ſeu Imperator, vel alius Princeps eſſe deterioris conditionis, & minoris fidei, quã ſint alij homines.

38 Amplia primo hanc regulam, vt quamuis vnicus teſtis, etiam omni exceptione maior regulariter non probet plenè, quia tam de iure diuino, quam humano ad faciendum plenam probationem duo requirun-

runtur teſtes, vt ſecutus ſub lib. proxime præced. cap. 9. num. 381. 383. 434. 490. & 494. Tamen dictum Papæ plenè probat, & plenam facit fidem, vt ipſemet Papa, loquendo de ſuis litteris, quibus narrat, dignitates, ſeu beneficia collationi ſuæ, ſeu ſedis Apoſtolicæ reſeruaſſe, aut reſignationem benefi. cij recepiſſe, ſeu recipiendi poteſtatem alij commiſiſſe, vel aliquem excommunicaſſe, ſeu ſuſpendiſſe, ſeu aliquem ſuum cappellanum, vel familiarem fuiſſe, vel alia ſimilia, ſuper quibus gratia, vel in tenrio Papę fundatur, mandat, ſuper ſic narratis plenariam fidem adhiberi, clem. vnica, de probat. & ibi Canoniſtæ.

39 Confirmatur primo hæc ampliatio, quia Papa poteſt ſtatuere, vt certo caſu, ſeu caſibus vnus teſtis plenè probet, Abb. Rom. Felyn. & alij, quos ſecutus ſum dicto cap. 9. nu. 380. & ſeqq. ſi poteſt hoc ſtatuere in certa ſpecie cauſarum, ergo poteſt eadem ratione ſtatuere in certa ſpecie teſtium eminentium; quia militat vtroque caſu ſimilis ratio: imò Papa non poſſet hoc priuilegium dare, ſi illud non haberet, quia nemo dat, quod non habet; hancque confirmationem per alium loquendi modum adducit Felyn. in cap. 28. cum à nobis. ſub num. 1. de teſtib.

40 Confirmatur ſecundo (loquendo quando Papa teſtatur inter ſubditos, ſeu de re ſuæ poteſtati, & iudicio ſubiectę) quia tunc nemo illi contradicere poteſt, ſed poteſt ei ſolum dici (ſalua maieſtatis reuerentia, aliquid eſt, de quo non recordamini, quia plerumque nos fallit obliuio) & ipſum decet patienter audire, & quod cum humilitate proponitur, exaudire, Abb. in dicto cap. 28. cum à nobis. ſub num. 2, ibi, ſed clare proſequendo. de teſtib. & quòd vbi Papa errat in iure tanquam homo, poteſt ei dici, vos fallit obliuio, ſcribit ibidem Felyn. num. 3 in fine, & quòd nemo illi contradicere poſſit, vide quæ ſcripſi in meo tractat. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. num. 39. declar. 2.

41 Retenta igitur quinta declaratione poſita ſupra num. 22. & eius confirmatione, poſita ſupra num. 25. quòd iudex non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua iudicat.

Extende primo eam, vt ideo ſumma ratione de iure canonico non poſſit idem eſſe notarius, & iudex in eadem cauſa, Bellam. deciſ. 265. de iure. num. 1. de teſtib.

Quamuis in quibuſdam locis inferioribus, pura in villis, alijſq. ruſticis locis, qui eſt iudex, ſit etiam notarius.

Extende ſecundo eam, vt procedat etiam in cauſa, in qua iam iudicauit, quia iudex, ſeu arbiter regulariter non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua iudicauit, vt, loquendo de iudice, ſcribunt Gl. in cap. vlt. in verbo, appellationis. de teſtib. in 6. Bal. in l. 4. ne in arbitris. verſ. iuxta prædicta. num. 7. C. de arbitr. & Proſp. Farin. in qq. crimin. q. 60. num. 89. & loquendo de arbitro, Bal. vbi ſupra, Aufr. tract. de teſtib. ſub. nu. 11. verſ. arbiter. fol. 140. tom. 4. & Farin. dicta q. 60. num. 91. & 92. admonens, eſſe regulam vniformem tàm in iudice, quàm in arbitro.

42 Infero confirmando eandem regulam, quòd ſi iudex ſit informatus de facto ita vt poſſit eſſe teſtis, debet in ea cauſa remoueri à iudicando, per ea, quæ ſcripſi infra gl. 14. q. 8. ſub num. 45. quia munus teſtificandi eſt magis neceſſarium, vt dixi ſup. num. 32. confirm. 1. & nō poteſt quis eſſe iudex, & teſtis.

43 Declara hanc illationem, vt non procedat quando iudex eſſet paratus iurare, quòd nihil ſcit, quia tunc non remoueretur à iudicando in illa cauſa, Abb. in cap. 40. dilecto. num. 6. de teſtib.

44 Limita primo nunc eandem regulam, vt non procedat, quando delegatus ſubdelegat totam cauſam, quia tunc coram ſubdelegato poteſt eſſe teſtis, Abb. in eod. cap. 40. nu. 8.

45 Limita ſecundo declarando, vt iudicibus aſſerentibus aliquid in ipſa inſtantia, in qua ſunt iudices, non credatur, Abb. in loco infra proxime citato; in cauſa verò appellationis poſſunt eſſe teſtes, cum his conditionibus, videlicet, ſi non agatur de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, ſeu laudi, tunc enim iudicem poſſe eſſe teſtē ex Iac. de Aren. Cyn. & Bar. ſequitur Bal. in d. l. ne in arbitris. n. 9. in fine, & ex alijs Farin. d. q. 60. num. 98. limit. 3. ſi alij teſtes haberi non poſſint: item ſi deponāt ſuper proceſſu; ſecus ſi ſuper cauſa principali, quia in ea non poſſunt eſſe teſtes, Abb. in cap. 28. cum à nobis. ſub nu. 2. de teſtib. quia tūc agitur de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, ſeu laudi, vt dixi hic in prima conditione, & cum hac declaratione cōcordat in effectu Bellam. d. deciſ. 265. nu. 2.

46 Limita tertio, quando pars teſtificaretur contra ſe, vel partem ſuam, quia tunc ceſſat omnis ratio, quare credi non debeat, Ant. de Butr. in cap. non ſine. ſub num. 29. de arbitr. Socc. in reg. 199. fall. 3. & alij, quos ſequitur

rur Aufr. tract. de teſtib. ſub num. 11. fall. 7. fol. 141. nam depoſitio contra ſe ipſum, cõuertitur in confeſſionem, qua nulla eſt maior probatio, quia quis eſt, qui vellet cõtra ſe ipſum deponere id, quod ſibi vitã adimit, ſeu aliud infert damnũ, niſi eſſet verũ? & hac ratione fratri, deponenti contra fratrẽ creditur magis, quã ſi deponat pro fratre, quia quãdo deponit pro fratre, mouetur ex amore, & intereſſe fratris, ſed quando deponit contra eum, mouetur zelo veritatis, cap. 14. litteras. & ibi Abb. nu. 2. in fine, de præſump. & Cra. uet. conſ. 6. plura. num. 62

Limitationes alias habes apud Aufr. dicto num. 11. & Campeg. reg. 61. vbi ponunt plures fallentias, fol. 141. & 93. eas prætereo, quia non eſt de materia huius articuli.

47 Limita vlterius eandem quintam declarationem, in qua diximus, neminem debere eſſe teſtem in cauſa propria, vt non procedat in caſu, quo admittitur in ſupplementum maioris probationis, vt quando defertur ei iuramentum ſuppletorium, concurrentibus requiſitis, de quibus ſcripſi infra gl. 14. quæſt. 7. num. 58. & ſeqq. neque in caſu, quo ex diſpoſitione ſtatuti debet ſtari iuramento damnum paſſi, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 71. ſub num. 3. verſ. ſi vero delictum. verſus finem; nec in caſu, de quo ſcripſi lib. proxime præced. cap. 7. nu. 761. & cap. 8. num. 377. neque in caſu, quo conſtat de principali re, ſed dubitatur de quantitate, vt ſcripſi eodem lib. proximè præced. cap. 11. num. 232. & 233.

48 Limita demum, vt non procedat, quando cauſa non eſt principaliter ipſius teſtis, ſed ſolum in quandam conſequentiam, quia ſi ad eum non ſpectet commodum principaliter, ſed ſolum ſecundario, & in conſequentiam, poteſt eſſe teſtis, vt multipliciter, & multorum auctoritatibus nititur oſtendere Tiraq. in tit. res inter alios acta. limit. 1. verſ. hæc limitatio. & vide quæ ſcripſi lib. proxime præced. cap. 9. num. 338.

Sed iudex arbitrabitur quanta fides huic teſti ſit adhibenda.

Exemplifica primo hanc limitationem in Prælato; puta in Epiſcopo, & in Abbate, quia quilibet iſtorum poteſt eſſe teſtis in cauſa ſuæ eccleſię, cum cauſa eccleſię non pertineat principaliter ad eos, ſed ſolum in conſequentiam ſentiant commodum, Tiraq. dicto tit. res inter alios acta, verſ. item prælatus. fol. 104. & Surd. conſ. 50. reuerendiſſimus. num. 2. 19. in fine, & ſub num. 22. lib. 1.

Aliud tamen eſſet, quando cauſa eccleſiæ pertinet principaliter ad Prelatũ, & ideo ipſe ſolus conſtituit procuratorem in cauſa, puta quia cauſa pertineat ad menſam Epiſcopalẽ, quia tunc dicitur cauſa propria, vt dixi ſupra gl. 4. q. 7. ſub num. 19. declat. 4. & ſub num. 45. & ideo non poteſt eſſe teſtis, latè Surd. eod. conſ. 50. num. 18. & 19. vtrobique in fine, & num. 20. & 21. in fine, & num. 22.

Verum hæc exemplificatio mihi non multum ſatisfacit, tum quia in effectu ſuſpicio ſtat etiam contra teſtem, qui habet intereſſe ſecundarium: hoc docet experientia, & patet ſenſui, non eſt diſputandum: & ideo iudicis religioni committi debet, quanta ſit iſtis teſtibus adhibenda fides.

Exemplifica ſecundo in alijs caſibus, de quibus apud Tiraq. in locis citatis.

49 Tertius articulus, à nobis ſupra poſitus, eſt, quis poſſit ſuo, vel alieno nomine, tanquam actor, ſtare in iudicio.

Regula erit affirmatiua, quòd quilibet poteſt, agendo, ſtare in iudicio, niſi reperiatur prohibitus, Spec. tit. de actore, ſub num. 1. lib. 1. fol. 65. & huius regulę ratio eſt duplex.

Prima quia omnia per legem cenſentur permiſſa, niſi reperiantur expreſſe prohibita, & hanc eſſe regulam ſatis notam ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. quęſt. 1. num. 45. & ſeqq.

Secunda, quia de primis iuſtitię pręceptis eſt, vt cuique reddatur ius ſuum, §. iuris pręcepta. Inſtit. de iuſt. & iur. & debet reddi æqualiter, quia ſicut ęqualitate continetur corpus humanum, & monarchia alicuius ex humoribus fit morboſum, ita etiam æqualitate regitur, & conſeruatur iuſtitia, & diſparitate inficitur, vt retuli ſupra ſub nu. 31.

50 quare † iuſtitia non habet acceptionem perſonarum, quia ſi habetet, non eſſet iuſtitia, per ea, quæ dixi ſupra num. 31. imo acceptio perſonarum, quia opponitur iuſtitiæ, eſt crimen ſuo genere mortale, vt, loquendo de acceptione perſonarum in iuſtitia diſtributiua, ſcribunt S. Thom. Sot. & Mich. Sal. quos ſecutus ſum ſupra gl. 4. q. 1. num. 42. & loquendo de acceptione perſonarum in iudicijs, ſcribunt ijdem S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 4. & Sot. de iuſt. & iur. lib. 3. quęſt. 6. art. 5. col. 2. verſ. quæſtio hæc. fol. 276. & patet

Digitized by Google

pater, quia acceptio perſonatum eſt contra pręceptum Dei,Deut. cap. 1. num. 17. *nulla erit diſtantia perſonarum,ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam.* & cap. 10.num. 17. *Deus magnus, & potens, & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera.* Leuit. 19. num. 15. *non conſideres perſonam pauperis, neque bonores vultum potentis, &c.* Apoſt.ad Rom.2.n.11. *non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum.* ad Galat. 2. num. 6. *Deus perſonam hominis non accipit*. Prouerb. 18. num. 5. *accipere perſonam in iudicio non eſt bonum*, vt legit S. Thom.in loco ſupra proxime citato; ſed in libro meo legitur, *accipere perſonam impij, non eſt bonum, vt declines à veritate iudi-*
51 *cij*: † & addo rationem,quia acceptio perſonarum tollit ęqualitatem, quę iuſtitię, tàm commutatiuę,quàm diſtributiuę,eſt omnino neceſſaria, vt ex Thom.de Vio, Card.Caiet. ſecutus ſum ſup.gloſ.4. q.1. num. 45. & 46. hincque cum acceptio perſonarum ſit valde pernicioſa iuſtitię, Areopagitę, vt huic acceptioni, quę ſignificat faciei inſpectionem, obuiarent, ſoliti erant iudicare noctu, & in tenebris, ne ad dicentes reſpicere poſſent, ſed ad ea, quę dicerentur, vt ex Luciano in Hermotimo,& Ariſt.1.reth.refert Sot.d.lib. 3.q.6.art.1.verſ.nomen hoc. fol.253.& poſt eum Mich.Sal. ad S. Thom.2.2. q.63.art.1. concl.1.verſ. hæc concluſio. fol.297. in fine, hincque commendatur etiam Socrates, qui vxorem, & filios iudicandi ad mortem prohibebat venire in iudicium, ne iudices, illorum fletibus moti, ceſſarent à puniendis impijs, vt refert Sot.in loco ſupra prox. citato. & ex Mich.Sal.retuli ſupra gl.4.q.7. num.8. in fine. Thebis etiam, vt iudices diſcerent, cauendum eſſe ab hac acceptione perſonarum, iudicum imagines viſuntur ſine manibus,& conniuentibus oculis, & Aegyptij,vt hanc iuſtitiæ æqualitatem ſignificent, pennam pingunt Struthiocameli,qui eſt animal, habens pennas vndique æquales.

52 Amplia hanc regulam affirmatiuam, vt quilibet poſſit non ſolum agere per ſeipſum ſuo proprio nomine;ſed poſſit vnum,ſeu plures conſtituere, qui ipſius conſtituentis nomine agant: multæ namque ſunt perſonæ, per quas in iudicio agere poſſumus; quales ſunt procurator,tutor,& curator, Inſtit. de his per quos ager. poſſ. item actor ad lites, ſyndicus, œconomus,vicedominus, vicecomes,orphanotrophus,& caſtaldus,de quibus ſingulis, & de alijs latiſſimè ſcripſit Spec.tit. de his.qui al. nom. in iudic. interuen. cum pluribus alijs tit.ſeqq. vſque ad rubr. de aduocato,fol.78.& ſeqq.lib.1. & breuiter Fab. Inſtit.d.tit.de his per quos ager.poſſ.num.1. & ſeqq. fol. 168. qualis etiam eſt hypocripharius, ſeu apocriſarius,de quo Fab.in loco ſupra proxime citato. Verum cum de præfatis perſonis copioſè ſcripſerit Spec. in loco ſupra proxime citato, & de ijs agere non ſit propria huius capitis materia, dicemus ſolum aliqua paucula, & remiſſiuè.

53 Procurator,an & quando poſſit interuenire, hoc eſt, an & quando quis poſſit per alium accuſare in cauſa criminali, & accuſationis iudicium proſequi, & an & quando reus accuſatus poſſit ſe defendere per procuratorem, ſcripſi ſupra lib.1.cap.197. ſub nu. 148. & latius cap. 101. num. 44. & 45. vbi etiam de procuratore in cauſa hæreſis,& lib. 2.cap.2.ſub nu.536.& cap.7.num.570. verſ. non obſtat. ibi, imo in cauſa.

54 Procurator etſi regulariter quilibet eſſe poſſit; multi tamen ne ſint prohibentur; inter quos regulariter eſt mulier, quę in pluribus deterioris eſt conditionis, quàm ſit homo, & in quibuſdam eſt melioris: prohibentur etiam monachus, canonicus, furioſus, mutus,ſurdus,ſeruus,valdè infamis, & multi alij,dé quibus Spec. tit.de procurat. §.ratione igitur ſui. num. 1. & ſequentibus, & ſub num. 34.& 35. lib.1. fol.79.& 82.& prohibetur etiam excommunicatus, vt dixi ſupra num.18.

55 Procurator ne, an actor ad lites conſtituatur à tutore,& à curatore,vide quę ſcripſi lib.prox.præced.cap.1.num.261.

56 Procurator ſimplex, procurator in rem propriam, Prælatus in cauſis Eccleſiæ, ſyndicus in cauſis vniuerſitatis, tutor, curator, œconomus,vicedominus, pater, filius, actor ad lites; & perſona coniuncta quomodo debeant concipere libellum, & quomodo conueniantur, ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 50. num.22. & 23. præſertim in alia futura impreſſione.

Varias difficultates,quæ occurrunt de procuratoribus, eorumq. mandatis,& de mādati acceptatione, reuocatione, & de ſimilibus, & de eorum materia, vna cum earum reſolutionibus, habes ſparſim in præcedentibus noſtris libris, & cap. ſeq. eaſq. ex repertorijs facilè inuenire poteris.

Multas etiam de procuratore quęſtiones habes

habeš apud Bal.in l.19.falſus. C. de furt. & & ſer.corrup.

57 Coniuncta perſona, & amicus an, & quomodo admittantur in iudicio ad agendum, dixi ſupra lib.1.cap.101. num. 48. & ſeq. & de perſona coniuncta, & de adminiſtratore agente, vide etiam lib. 2. cap. 1. num. 260. & ſeq.

58 Adminiſtratores legitimi an, & quando iurent de calumnia, & qui hi ſint, ſcripſi lib. proxime præced.cap.1.num.194. & ſeqq.

59 De tutore,& curarore, vide quæ copioſè ſcripſit Spec.rubr.de tutore,& ſeqq.vſque ad rubr.de aduocato,lib.1.fol.92. vſque ad fol. 99.& quæ in peculiaribus tractatibus ſcripſerunt multi alij inter tract. diuerſ.tom. 8. par.2. & de eorum auctoritate,requiſita in iudicio,in compromiſſo, & in contractu minoris ſcripſimus aliqua nos lib. prox. præced. cap.2.num.271.275.& ſeqq. & num.287.& de eorundem auctoritate in confeſſione minoris, & in proceſſu criminali, cap. 7. num. 731. & 742.

60 De actore ad lites,quòd conſtituatur cum decreto iudicis: quòd ſufficiat,ſi interueniat poſtquam eſt conſtitutus: an præſumatur interueniſſe: quòd iudex decretum interponere non debeat, niſi actor conſtituatur periculo conſtituentis; & quòd non poſſit conſtitui periculo hęreditatis iacentis: & an poſſit conſtitui ſolùm ad lites præſentes, vel etiam ad futuras,& ſimilia, ſcripſi eod.lib.præced. cap.1. ſub num. 196. in alia futura impreſſione:de duplici modo conſtituendi actorem ad lites,vide Octau.Simoncell.tract.de decr. in pręfat.nu.81.& 82.tom.6.par.2. fol. 288. quod non reneatur conficere inuentarium, vide Rol. à Vall. tract.de confect. inuent. q. 43.tom.8.par.2.fol.172.

61 Adiectus ſcripturę an poſſit agere in iudicio, vide quæ ſcripſi in meo tract.de commerc.§.2.gl.7.num.39.

62 Limita primo nunc eandem regulam, poſitam ſupra ſub num. 27. vt non procedat in eo, qui caret actione, quia is ad agendum non admittitur, vt in fortioribus terminis, in quibus loquti etiam ſumus nos infra num. 73. extenſ.4. ſcribunt Doct.in l.9.ſi titius.& ibi Iaſ. num.3. ibi, regula eſt. ff. de verbor. oblig. & eſſe regulam tritam, quòd nemo experiatur ſine actione, teſtatur Maran.in ſuo ſpec. in 3. par. 6. par. in verbo, & demum fertur ſententia. ſub num.67. fol.441. & quòd exceptio (tu agis ſine actione) impediat litis ingreſſum, & repellat à limine iudicij, quando de ea conſtat ex actis, vel offertur probatio incontinenti, latè Neuiz. conſ. 30. vtinam. num. 6. & ſeqq. & num. 11.& ſeqq.

63 Ratio eſt euidens, quia ſicut de primis iuſtitiæ pręceptis eſt, vt cuique reddatur ius ſuum, vt dixi ſupra ſub num. 49. verſ. ſecunda. ita etiam de eiuſdem iuſtitiæ præceptis eſt, vt non habenti, non reddatur: ſed carens actione, caret iure: ergo, ſi is agat, vt ſibi reddatur, non eſt audiendus; & quando conſtat initio, quòd caret, initio etiam eſt repellendus, ne litis impenſis, & incommodis grauentur partes: hac enim ratione Principis cordi eſt, lites minuere inter ſubiectos, vt retuli cap ſequen. quæſt. 17. limitat. 47. membro 1. num. 75. Vel (& erit idem) quia exceptio, tua non intereſt; repellit omnem agentem, omnemque excipientem, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gloſ. 5. ſub num. 142. ſed is, cuius non intereſt, non habet actionem, quia ſi intereſſet, lex & iuſtitia non deficerent illi actionem dare: ergo repellendus eſt.

64 Infero ex hac limitatione, quòd ſi contra agentem opponatur, quòd is caret actione, ſeu agit ſine actione, non eſt vlterius procedendum, niſi prius diſcutiatur, an habeat actionem, quia hæc diſcuſſio dicitur iudicium præiudiciale, Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſtinct.20. num.15. verſ.duodecimo dicitur. fol.229.

65 Extende primo hanc limitationem, vt iudex ex officio poſſit, & debeat repellere agentem ſine actione, Maran. in ſuo ſpec. in 6. & vlt. par. num. 199. verſ. ſexageſimo inquitit. fol. 286. & eadem par. 6. par. 3. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 68. fol. 441. nam ſi ob ſolam libelli ineptitudinem debet repellere agentem, & eius libellum dentibus lacerare, vt ſcripſi, & declaraui ſupra lib.1. cap. 50. num.5.& ſequentibus, & num. 11. præſertim in alia futura impreſſione, etiam ſi non careret actione; quantò magis; imò ſine comparatione debet repellere, & lacerare, quando conſtat, quòd caret actione, & ſua non intereſt? Imò in tantum iudex debet eum repellere, vt ſi eum non repellat, dato, quòd pars non opponat, quia neſciat, vel non poſſit, teneatur parti ad intereſſe, & in ſyndicatu, Neuiz.d.conſ.30.ſub num.6.

Kk Exten-

66 Extende ſecundo, vt ſententia, lata pro eo, qui caret actione, ius non habet, eiuſque propterea non intereſt, ſit ipſo iure nulla, quia eſſet notoriè iniuſta, per ea, quæ dixi ſupra, num. *62*. in limitatione, & infra, ſub num. *69*. & quòd ſi admittatur ad agendum qui caret actione, iudicium ſit ipſo iure nullum, ſequitur Neuiz. dict. conſ. 30. ſub num. *6*.

67 Extende tertio, vt non admittatur ad agendum, etiam ſi habeat actionem, ſed eam inepte, & male deducat in libello, vt dixi hic ſupra in prima extenſione, num. 65. & infra, num. *69*.

68 Ad cognoſcendum quando quis agat ſine actione, ſeu agat ex ſtulta, & inepta, ſunt diſtinguendi quatuor caſus.

Primus caſus eſt; quando ex narratis in libello conſtat, quòd actori nullum ius, nullaque competit actio, vt puta, quia conſanguineus defuncti ab inteſtato petat, ſe admitti ad ſucceſſionem illius, cuius ipſe in eodem libello fatetur extare liberos, qui volunt ſuccedere. Item ſi quis agat rei vendicatione contra Titium, narrando, eum non poſſidere; nam ex iſta narratione ſe ipſum excludit à iure ſuo, Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. part. in verbo, & demum fertur ſententia. ſub num. 68. fol. 442. & ita procedit limitatio.

69 Secundus caſus eſt; quando ex narratis in libello non ſe excludit à iure ſuo, ſed ex ineptitudine, ſeu omnimoda impertinẽtia actionis ſe excludit ab audientia, & à proceſſu, vt puta, ſi petat fundum, quia Rex eſt in Francia; & iſto caſu concludo ſimiliter, quòd actor non debet admitti ad agendum, quia talis petitio, ſeu libellus eſt ineptus, etiam parte non opponente, vt, teſtando de communi concluſione, ſequitur Maran. in dicta 3. par. 6. par. in verbo, & demum fertur ſententia. ſub num. 68. fol. 442. & quando admitteretur, ſententia, quæ pro eo ferretur, eſſe nulla, quia non eſſet lata ex competenti actione, Gl. in verbo, ſecundum. in fine, Inſtit. de obligat. & hanc Gl. eſſe communiter approbatam, teſtatur, & declarando, ſequitur Maran. in dicto verbo, & demum fertur ſententia. num. 66. in fine, num. 67. & ſub num. 68. fol. 441. & ex alijs ſcripſi ſupra, lib. 1. cap. 50. num. 7. & 8. vbi dixi, quòd ſtante nullitate libelli ob eius ineptitudinem, apparente ex facie actorum, & ideo notoria, ruunt omnia.

70 Verum aduerte, quòd hæc concluſio etſi eſſet forſan clara in iudicijs ordinarijs, maxime, vt ab initio poſſit actor repelli, tamen non procedit in ſummarijs, in quibus actor agens ex vna cauſa, & probans ex alia, poteſt obtinere, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 53. num. 12. & hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 11. ſub num. 33. verſ. tamen ſecus. & quia hodie ferè vbique poteſt procedi ſummariè, ideo prædicta concluſio parum poteſt ſeruire: hodie enim cum nimis creuerit malitia litigantium, & vltra modum auctę ſint ſubtilitates, Principes, ſtatuta, & conſuetudines generales locorum, quantum potuerũt, ſuſtulerũt nullitates, & ideo attendimus bonum ius, & veritatẽ, quia alias lites non ſolum eſſent immortales, ſed plerunque iuſtitia vulneraretur: & ad horum maiorem confirmationem adde quæ copioſius ſcripſi infra gl. *14*. quæſt. 16. num. 23. & ſeqq.

71 Tertius caſus eſt, quando narratio libelli eſt apta, & ex ea bene deducitur ius, & intentio actoris, & quatenus probetur, ſufficeret ei ad obtinendum; ſed tamen ſuperflue ipſe addit actionem ineptam; vt puta ſi narret in libello, ſe mutuaſſe Titio centum, & ipſum propterea petat ad ea condemnari actione ex locato; & iſto caſu concludo, quòd libellus tenet, & ſententia ſuper eo lata valet, non ſolum in iudicio ſummario, per ea, quæ dixi hic ſupra; ſed etiam in iudicio ordinario, vt ſcribit Fab. Inſtit. de oblig. verſus finem, ſub n. 21. & diſtinguendo ſequitur Maran. in dicto verbo, & demum fertur ſententia. num. *69*.

Quicquid ſcripſerit Gl. in verbo, ſecundum. in fine, Inſtit. de oblig. dicens, quòd ſolutio debet fieri per competentes actiones, & iudices, alias ſententia eſt nulla: nam ab iſta Gl. cauendum eſſe, quia ſi eſſet competens iudex, quamuis fortè inepta actio, teneret ſententia, ſcribit Fab. ibidem, à nobis hic ſupra citatus.

72 Quartus caſus eſt; quando carentia actionis non apparet ex libello, ideoq. eſt inuiſibilis, & pẽdebit ex futuro probationis euentu; & iſto caſu concludo indubitanter, actorem eſſe audiendum, & procedendum in cauſa, ſuppoſito, quod libellus ſit bene formatus, & cum actione, quæ competat facti narrationi; At ſi deinde ea, quæ ſunt narrata in libello, non probentur, & ſic carentia actionis efficiatur patens, & viſibilis, quia paria ſunt habere actionem, & non apparere, & non

& non habere; iudex ex tunc actorem repellet, iuxta ea, quæ ſcribit Ant. de Butr. in cap. 15. examinata. ſub num. 7. not. 4. de iudic. facietque hanc repulſam, abſoluendo reum per ſententiam diffinitiuam, à qua tamen actor poterit appellare, & non probata probare: & quatenus iudex reum condemnaſſet iniuſtè, ſententia tamen adhuc eſſet valida, quia fuiſſet, ſeruatis ſeruandis, lata ſuper idoneo libello, & competenti actione, & ideo diceretur iniuſta, ſed non nulla.

Confirmatur, & cum diſtinctione declaratur concluſio huius quinti caſus, quia ſi quis diceret, ſe Epiſcopum cuiuſdam eccleſiæ in Græcia, & conueniret me in Curia, diceretque, me eſſe illi obligatum in centum, & ego replicarem (non te cognoſco) nunquid ante litem conteſtatam teneretur probare, ſe eſſe Epiſcopum, vel ſaltem in poſſeſſione adminiſtrationis dictæ eccleſiæ? erit in hoc diſtinguendum: Aut agit nomine ſuo, & non tenetur fidem facere ante litem conteſtatam, niſi eſſemus in petitione hæreditatis, aut alijs actionibus præiudicialibus: Aut agit nomine alieno, & tenetur indiſtinctè fidem facere, Spec. tit. de actore, num. 71. verſ. ſed pone quidam. lib. 1. fol. 70. vnde ſi quis agat ex ceſſione nomine alieno, ideſt, actione directa, & reus conuentus opponat, quòd in primis, & ante omnia doceat, ſe eſſe talem, qualem ſe facit, & ideo doceat de ceſſione, quia alias non tenetur reſpondere libello, dico, quòd tenetur fidem facere de ceſſione ante litem conteſtatam; ſecus ſi agat nomine ſuo actione vtili, Spec. vbi ſupra, & tit. de inſtrum. edit. §. nunc dicamus. num. 4. verſ. ſed quid ecce. lib. 2. fol. 114. & latè Io. de Amic. conſ. 24. à principio vſque ad num. 7. & latius Surd. qui ſæpè ita conſuluit, & præſertim conſ. 22. ſub num. 18. ibi, non obſtat igitur. & num. 19. lib. 1. & in hanc opinionem iuiſſe Senatum, præſertim quando poteſt procedi ſola facti veritate inſpecta, teſtatur Oſaſch. deciſ. 58. ſub num. 4. verſ. non obſtat quod.

73 Extende quarto eandem limitationem, vt procedat etiam ſi actio ſperetur ex euentu conditionis, quia adhuc antequam oriatur quis non debet admitti ad agendum, quia quilibet actor debet metiri ius ſuum ex iure, quod habet, vt firmando hanc regulam negatiuam, ſcribit Iaſ. in l. 9. ſi titius. num. 3. ff. de verb. oblig.

74 Reſtringe multipliciter hanc extenſionem. Primo quando quis agit de facto, ſed per litis conteſtationem ſperatur natiuitas actionis, quia paria ſunt actionem ab initio competere, vel ſtatim naſci per litis conteſtationem; idem enim iudicamus de potentia propinqua ad actum, quod de ipſo actu; & licitè fit de facto illud, quod de iure ſtatim ſortietur effectum, Iaſ. in dict. l. ſi titius. ſub num. 3. verſ. iſta regula fallit. iuncto num. 1. & faciunt pro hac reſtrictione quæ ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 5. ſub num. 27. verſ. ſecunda. & ſeqq. vbi habes an, & quando ius ſuperueniens conualidet iudicium. Secundo reſtringe, quando quis agit de facto, non ad finem vt conſequatur ſententiam, ſed ad finem, vt alia actio oriatur, ſeu acquiratur. Reſtringe tertio, & vlterius, prout reſtringit Iaſ. ſub d. num. 3. vbi ponit quinque fallentias.

75 Limita ſecundò eandem regulam affirmatiuam, poſitam ſupra ſub num. 49. vt non procedat in periuro, excommunicato, bannito, & ſimilibus, qui ob eorum culpam, aut alia iuſta de cauſa repelluntur ab agendo, vt remiſſiuè dixi art. preced. num. 15. verſ. declara ſecundo. & de excommunicato repellendo vide Spec. tit. de actore, num. 13. verſ. item quòd eſt excommunicatus. lib. 1. fol. 66.

76 Declara hanc limitationem, vt hi ita repellantur ab agendo, vt ſententia pro eis lata, ſit nulla; ſecus ſi ſit lata contra eos, Spec. tit. de ſent. §. iuxta. ſub num. 4. verſ. item eſt nulla ratione litigatorum. lib. 2. fol. 171. & ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gloſ. 5. num. 41. quæ enim in alicuius odium inducuntur, non debent ſeruire ad illius commodum, & vtilitatem, per ea, quæ, loquendo de iudice infami, ſcripſi ſupra gloſ. 4. quæſt. 2. num. 26. declar. 1. alia tamem quædam de excommunicato, quando poſſit ſtare in iudicio, & quando non, vide cap. ſeq. queſt. 5. num. 5. & ſeqq. & q. 19. rem. 1. concl. 4. ſub num. 37. verſ. intellige ſecundo.

77 Limita tertio, vt non procedat in ijs, qui ratione imbecillis iudicij, ratione ſubiectionis, prodigalitatis, furoris, & ex alia iuſta cauſa, repelluntur à iudicio, quales ſunt minores vigintiquinque annis, pupilli, infantes, mutus, ſurdus, prodigus, furioſus, filiusfamilias, monachus, alijque religioſi, ij, quibus bonis interdictum

 eſt,

eſt, quandoque mulieres, & alij, ſi qui ſunt, de quibus quia latiſſimè ſcripſit, & declarauit Spec. dicto tit. de actore, ſub num. 1. & ſeqq. & multa etiam declarando ſcripſit Vant. tract. de nullit. tit. vlr. qualiter ſent. & proceſs. qui dicun. nul. &c. num. 81. & ſeqq. tom. 4. fol. 424. plura verba non facio.

78 Declara tamen breuiter hanc limitationem, vt hi, ſeu plerique eorum, nempe minores, & ſimiles ita repellantur à iudicio, vt ſi ſententia ſit lata contra eos, ſit nulla, Spec. tit. de ſent. §. iuxta. ſub num. 4. verſ. item eſt nulla ratione litigatorum, lib. 2. fol. 171. ſecus ſi lata ſit pro eis, vt latè ſecutus ſum lib. proximè pręceden. cap. 2. num. 320. & ſeqq. 382. & ſeqq. & declaraui, num. 405. & 406. & in meo tract. de commerc. §. 7. gloſ. 5. num. 39. adde etiam pro vbetiori explicatione quę ſcripſi ibidem, §. 1. quęſt. 7. par. 3. limit. 17. num. 15. 25. & 26.

G L O S. XI. Contra &c.

S V M M A R I V M.

Correlatiuorum poſito vno, ponitur alterum, num. 1. Et eorum eſt eadem doctrina, ſicut eſt contrariorum, num. 2. 4. 5. & 6. in quibus declaratur. In quo tamen differant correlatiua, & contraria, numero 3.

Reus dicitur is, qui prouocatur ad iudicium, num. 7. Duplex eſt reus, neceſſarius, & voluntarius, num. 8. Neceſſarius quis dicatur, num. 9. 13. & ſequentibus, & num. 29. & ſeqq. Et qui dicatur voluntarius, num. 12. 32. & ſeqq.

Excõmunicatus, Bannitus, Periurus, & Infamis } poſſunt conueniri, & citari, ſub num. 9. Et quia citantur, ſunt audiendi in defenſione, num. 10. Et in quibus poſſint ſe defendere, nnm. 13. & ſeqq. Et in quibus non ſint audiendi, num. 32. & ſeqq.

Pœna non tribuit immunitatem, ſub numero 9.

Diabolus ſi citaretur, eſſet audiendus, ſub num. 9. Eique facienda eſſet iuſtitia, numero 25.

Agere an, & quando dicatur, qui petit reſtitui tenutam, ſibi acceptam, num. 13. & ſeqq.

Defendere, an agere dicatur, qui, facto ſibi præcepto de diſgombrando, petit tenutam ſibi reſtitui, num. 13. & ſeqq.

Agere non dicitur accuſatus, ſed dicitur ſe defendere, quando accuſat accuſatorem, quòd produxerit teſtes falſos, num. 20.

Querela banniti licet non poſſit audiri, tamen debet audiri ſi ſuum accuſatorem querelat, quòd produxerit teſtes falſos, num. 20.

Diſgombrandi præceptum, data tenuta ex primo decreto, quando in ciuitate Florentiæ non ſit neceſſarium, num. 27.

Poſſeſſor ex primo decreto à qua die in Ciuitate Florentiæ lucretur fructus ad rationem quinque pro centenario, ſub numero 27.

Tenuta contra tertios poſſeſſores quomodo detur in Ciuitate Florentiæ, ſub num. 27.

Agere non dicitur, qui dicit de nullitate capturæ, & quod propter capturam coactè ſoluit, repetit, num. 29.

Agere an dicatur, qui intentat remedium vti poſſidetis, &c. num. 30.

Appellare poſſunt etiam excommunicatus, & bannitus, &c. num. 31.

Actor, & reus diuerſo reſpectu eſt is, qui facit examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam, & qui agit ex l. diffamari. num. 32. & ſeqq.

Tertius non citatus veniens ad cauſam, non poteſt opponere de incompetentia iudicis, ſecus ſi veniat citatus, num. 36. & ſeqq. Et quando non poſſit opponere etiam ſi veniat citatus, ſub num. 39. Et licet veniat ſponte, & ideo non poſſit opponere de incompetentia, tamen poteſt iudicem allegare ſuſpectum, num. 47. Et qua ratione non poſſit dicere de incompetentia, etiam ſi veniat citatus, num 49.

Citatus generali citatione, qua citantur omnes ſua intereſſe putantes; comparendo reputatur reus neceſſarius, num. 40. & ſeqq.

Reus poteſt ſe defendere per procuratorem, & quando non poſſit, num. 50.

Minor, Mulier, & Similes } qui ſunt inhabiles in iudicio ratione imbecillitatis iudicij, quomodo poſſint ſtare in iudicio, & quæ ſint aduertenda, numero 51.

SEN-

1 SENTENTIAM ſine reo conſiſtere non poſſe, ſatis, ſuperque oſtendimus ſupra, ſatisque conſtat ex eo, quòd reus eſt correlatiuum actoris, & in correlatiuis poſito vno, ponitur neceſſariò alterum; vt late explicat Euer. de locis argumen. in loc. à correlatiuis, num. 2. nunc reliquum eſt, vt explicemus qui dicatur reus in iudicio.

2 Concludo primo, reum dici illum, cuius naturæ, ſeu proprietati opponitur natura, ſeu proprietas actoris, quia iſti, vt dixi, ſunt correlatiui, quorum eadem eſt diſciplina, ſeu doctrina, prout eadem eſt doctrina contrariorum; & proinde benè Bal. in rubr. ſub num. 8. in ſecunda oppoſitione, C. de reb. cred. ratiocinando de correlatiuis, promiſcue loquitur de eis, & de contrarijs, & malè eum reprehendunt Io. de Petr. de Monteſprello, & Bap. de S. Blaſ. tract. de correlat. ſub num. 2. in 7. præmiſſo, & num. 38. fall. 10. fol. 261.
3 & 264. tom. 18. † quia licet contraria in hoc differant à correlatiuis, quòd vno contrariorum ſublato, remanet alterũ, cum inuicem ſe non compatiantur, correlatiua autem ſimul concurrant, & ideo, poſito vno, ponitur alterum, & è conuerſo ſublato vno, tolditur alterum, vt dicunt præfati contra
4 Bal. † tamen contraria, & correlatiua habent hanc communem regulam, quòd correlatiuorum, & contrariorum eſt eadem doctrina, ideſt, ex cognitione vnius oritur cognitio alterius, & hoc patet ferè ad ſenſum, quia ſicut, cognita libertate, cognoſcitur ſeruitus; &, cognito bello, cognoſcitur pax; quæ ſunt contraria; ita etiam, cognito domino, cognoſcitur ſeruus, qui ſunt correlatiui: nam ſi dominus eſt, qui iure dominij imperat, ſeruus erit, qui obligationis vinculo obtemperat.

5 Verum contra hoc commune, & quaſi indubitatum Doctorum axioma, dicentium, contrariorum eſſe eandem doctrinam, oppono, quòd imo videtur, totum oppoſitum eſſe verum, nempe, contrariorum contrariam eſſe doctrinam: nam ſi pax eſt bona, bellum, quod eſt illi contrarium, eſt malum: quare & Apoſt. ad Rom. 5. num. 19. inquit: *ſicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi.*

6 Huic oppoſitioni reſpondeo, diſtinguendo, & conciliando: aut loquimur de doctrina doctrinata, ideſt diſpoſita: & tunc oppoſitio eſt vera, quia hæc non eſt eadem, ſed contraria: aut loquimur de doctrina doctrinante: & tunc eſt verum axioma Doctorum, quòd contrariorum eſt eadem doctrina, quia vnum contrarium docet aliud, & ſic illamet cognitio, ſeu doctrina, quæ nos docet vnum ex contrarijs, docet alterum: & non eſt opus alia doctrina, ſeu cognitione, ſed ſufficit illa eadem.

7 Infero, accedendo magis ad concluſionem; quòd ſicut actor dicitur is, qui prouocat ad iudicium, vt dixi in gl. præced. ſub n. 13. & ſeqq. ita reus dicitur is, qui prouocatur ad iudicium.

8 Declara eandem concluſionem, eiuſque illationem, vt reus ſit duplex: quidam enim dicitur reus neceſſarius; quidam verò dicitur reus voluntarius, prout de vtroque loquuntur Canoniſtę in cap. 5. cum inter. & præſertim Abb. num. 12. verſ. aduerte pro clara. de except. & multa ſcripſi lib. proxime præced. cap. 2. num. 163. & ſeqq. 174. & ſeqq. 177. & ſeqq. & cap. 9. num. 1802. & magnum eſt inter eos diſcrimen, vt mox videbimus.

9 Reus neceſſarius dicitur ille, qui eſt citatus, & ideo comparet, non, vt aliquid acquirat, ſed, vt, quod habet, ſeu detinet, non perdat, ſicq. illius defenſio habet naturam ſolius excluſionis, non autem naturã actionis, & impugnationis, per ea, quæ ſcripſi dicto cap. 2. nu. 179. & latius infra hac ead. gl. num. 13. illat. 1. & iſte dicitur proprie, & vere reus, qui, ſicut poteſt conueniri, etiamſi eſſet excommunicatus, quia pœna non debet tribuere immunitatem, And. de Iſern. ſuper vſib. fœud. tit. de ſtat. & conſuet. &c. num. 33. fol. 319. & ſcripſi ſupra gl. 4. q. 2. ſub num. 26. & quòd poſſit citari, & conueniri, ſcripſi lib. proxime præced. dicto cap. 9. num. 1802. ita etiam, quia poteſt citari; & conueniri, debet etiam audiri, quantumuis ſit excommunicatus, bannitus, periurus, aut infamis: quid plura? etiam ſi eſſet diabolus, vt ſcripſi dicto cap. 2. num. 163. & ſeqq. & num. 168. & dicto cap. 9. num. 1802. & ſupra lib. 1. cap. 88. ſub num. 2. & adde quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 43. & 44. non obſtante lege, ſeu ſtatuto, quæ eiuſmodi perſonis denegarent audientiam, ſeu prohiberent, eos audiri, per ea, quæ ſcripſi eod. cap. 9. num. 1024. & in ſeq. ratione, & con-

ſequenter, cum ei non obſtet prædicta exceptio excommunicationis, & ſimilis, quæ inhabilitat perſonam, dico, quòd is poteſt opponere exceptionem declinatoriam fori, & cæteras omnes, ac ſi nullam eius perſona pateretur exceptionem.

10 Ratio quoad legem eſt, quia eo ipſo, quòd etiam excõmunicati, & periuri ſunt citandi, priuſquã eis auferantur bona, conceditur eis defenſio, nã ſi eis non concederetur, ad quid citarentur? ſi conceditur defenſio, & non audirentur, defenſio concederetur, & non concederetur, & ſic lex eſſet ſibimet contraria, quia concederet, & non concederet, &
11 conſequenter non eſſet lex. † Ratio verò quoad actorem eſt, quia cum reus citetur ab actore, dicitur ab ipſo actore approbata eius perſona in iudicio, vt ſcribunt Innoc. in cap. 5. cum inter. ſub num. 1. verſ. ſolutio illa, de except. Bar. in l. 49. cum mulier. num. 5. verſ. præterea. ff. ſol. matr. Bal. in l. vlt. num. 7. verſ. differunt tamen. C. de edic. diu. adr. toll. Paul. de Caſtr. in l. libertus à patrono. ſub num. 2. ff. de in ius voc. & conſ. 12. tota diſputatio. initio, lib. 1. & ſcripſi dicto lib. proxime præced. cap. 2. num. 178. & ſic actor ſibimet ligat os, ne poſſit contra eius perſonam opponere.

12 Reus autem voluntarius dicitur per oppoſitum ille, qui comparet, non vt defendat illud, quod ipſe detinet, ſeu poſſidet, ſed vt acquirat, quod non poſſidet, ſicque habet naturam non rei, ſed actoris, & conſequenter periurij, excommunicationis, banni, & ſimilis exceptio, quæ obſtaret actori, obſtaret etiam huic reo voluntario, vt ſecutus ſum lib. proxime præced. cap. 2. num. 174.

13 Infero primo ex iſtis, explicando vlterius qui dicatur reus neceſſarius, quòd is, qui petit tenutam, ſibi acceptam, reſtitui, dicitur reus neceſſarius, & conſequenter poteſt petere, eam ſibi reſtitui, etiamſi eſſet bannitus, & excommunicatus, qui non poſſunt agere, Iacob. de Aren. in l. 5. de pupillo. §. qui remiſſionem. num. 1. & Bar. in fine, num. 4. ff. de oper. nou. nunt. & Anguiſ. conſ. 141. viſo & diligenter. num. 8. 16. in fine, & 17. lib. 1. quia petere reſtitutionem tenutæ, iudicialiter ſibi captæ, non eſt agere, ſed eſt ſe defendere, & defenſio non tollitur, dummodo remaneat in puris terminis defenſionis, & vt remaneat, requiruntur tria. Primum, quòd tenuta, quam petit ſibi reſtitui, fuerit iudicialiter ſibi capta, quia alias ſi peteret, reſtitui tenutam, non iudicialiter captam, diceretur agere, & conſequenter non audiretur. Secundum, quòd eius reſtitutionem petat incidenter, & in conſequentiam, alias ſi eam peteret principaliter, non audiretur. Tertium, quòd non petat ſibi adiudicari, ſed ſolum abſolui, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 5. num. 85. & ita intelligas quod obſcure, & mutilate ſcribit Bar. in dicta l. 5. de pupillo. §. ſi procurator. num. 2. verſ. quæro exbannitus.

14 Explica primo apertius hoc ſecundum requiſitum, diſcurrendo plures caſus, quando quis dicatur petere incidenter, & ſic tanquam reus neceſſarius, reſtitutionem tenutæ.

Primus caſus eſt in Ciuitate Florẽtiæ, vbi eſt ſtatutum lib. 2. rubr. 58. quòd poſtquam alicui data eſt tenuta in bonis debitoris, fiat illi debitori præceptũ de diſgombrãdo; pone ergo caſum, quod iſte, qui paſſus eſt tenutã, ideſt, miſſionẽ in poſſeſſionẽ ex primo decreto, ſit bannitus, vel excommunicatus, &, facto ſibi præcepto, compareat ad ſe defendendum, & contradicat præcepto de diſgombrando, & dicat, tenutam eſſe nullam ex aliqua iuſta cauſa, & petat, eam reuocari, vna cum præcepto, & ſibi reſtitui; certe iſte tamquam reus neceſſarius, debet audiri, non obſtante banno, vel excommunicatione, Paul. de Caſtr. in dicta l. de pupillo. §. qui remiſſionem. ſub nu. 4. ff. de oper. nou. nunt. Felyn. in cap. 7. intelleximus. ſub nu. 4. verſ. vtrum autem excommunicatus. & Dec. ſub num. 51. verſ. tertia concluſio, de iudic. & Nell. de S. Gemin. tract. de bann. in 1. par. 2. temporis, num. 64. q. 64. verſus finem, ibi, ſi verò poſt tenutam. fol. 373. tom. 11. par. 1. & hic caſus procedit de plano.

Ratio eſt, quia iſte comparet ad ſe defendendum à pręcepto, ſibi facto, de diſgombrando, & ideo eſt reus neceſſarius, & reſtitutionem tenutæ petit incidenter, & in conſequentiam, & multa permittuntur in conſequentiam, quæ denegarentur principaliter, & in iſto primo caſu exemplificant hanc illationem, & doctrinam Bartoli.

15 Secundus caſus eſt, quando quis paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, & quamuis nullum ſibi fiat præceptum de diſgombrando, comparet, & dicit tenutam nullam, & petit eam reuocari; & iſto caſu non debet audiri, quia dicitur reus voluntarius, Paul. de Caſt. & Felyn. in locis ſupra

pro-

proxime citatis: & ratio videtur manifeſta, quia iſte venit non moleſtatus, & vlterius habet remedium excipiendi de nullitate, quando agetur de ſecundo decreto, iuxta diſtinctionem, quam ex Aret. retuli infra num. 19. caſ. 5. imò Nell. dicta queſt. 64. qui tenet hoc idem, quòd dicatur reus voluntarius, & reputetur actor, loquitur etiam in caſu, quo miſſus in poſſeſſionem lucratur fructus.

16 Tertius caſus eſt, quando reus paſſus miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, nullo etiam ſibi facto præcepto de diſgombrando, ideſt, de euacuando, & diſcedendo, comparet, & non dicit, tenutam eſſe nulliter, ſeu iniuſte conceſſam, vt in præcedenti ſecundo caſu, ſed petit, eam reuocari, offerendo ſatiſdationem de iudicio ſiſti; & iſto caſu debet audiri, quia dicitur ſimpliciter ſe defendere, cum veniat ad ſe defendendum à prima citatione, & non dicitur impugnare tenutam, quia in effectu videtur concludere, quòd quamuis tenuta ſit iuſtè conceſſa, tamen, præſtita ſatiſdatione, debet audiri, Paul. de Caſt. & Felyn. in locis ſupra proxime citatis.

Comprobatur iſte caſus, quia bannitus, ſeu excommunicatus auditur per viam appellationis, vt dixi infra num. 22. verſ. contra, ergo multo magis auditur per viam ſatiſdationis, quia hæc via eſt magis ordinaria, ideoque facilius conceditur, per ea, quę de bannito comparente infra terminum ſibi datum ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 5. num. 88. & quæſt. 17. limit. 48. num. 33.

17 Declara iſtum caſum, vt habeat locum quando tenuta eſt data propter ſolam contumaciam; ſecus quando eſſet data vigore guarintigię, ſeu ſimilis ſcripturę, habentis paratam executionem, quia tunc tenuta non reuocaretur per ſatiſdationem de iudicio ſiſti, per ea, quæ dixi infra ſub num. 27.

18 Quartus caſus eſt; quando quis peteret, reuocari tenutam, eo quia diceret, ſe non fuiſſe citatum; & hunc non eſſe audiendum, etiam ſi diceret ſe ſpoliatum, vel turbari, quia diceretur reus voluntarius, ſcribit Felyn. in dicto cap. 7. intelleximus. nu. 4. verſ. vtrum autem. in fine, de iudic.

19 Quintus caſus eſt generalior cum diſtinctione: Aut bannitus, ſeu excommunicatus, qui petit, reuocari, ſeu reſcindi tenutam, vti nullam, poteſt ſibi alio tempore conſulere per viam exceptionis; nempe, quando actor tractabit de interpoſitione ſecundi decreti, dicendo tunc, illud non debere interponi, quia primum eſt nullum, vel reſcindendum: & iſto caſu, agendo principaliter de nullitate, nõ debet audiri, quia eſt ſibi reſeruata audientia per viã exceptionis tẽpore moleſtiæ inferendę, dũ agetur de ſecũdo decreto: Aut ſumus in caſu contrario, quando ſibi non eſt alio tempore reſeruata audientia per viam exceptionis, vt puta quia eſt interpoſitum ſecundum decretum: & iſto caſu debet etiam agendo principaliter de nullitate, audiri, Franc. Aret. in dicto cap. 7. intelleximus. ſub num. 12. de iudic. & cum primo membro huius diſtinctionis concordant, quæ ſcribit Felyn. ibidem, ſub num. 5. verſ. ſecundò mouentur. ibi, item non eſt eadem. & ibi, ex prædictis ergo. & cum ſecundo tranſit ibidem, ſub num. 4. verſ. vtrum autem. ibi, & ad iſtam quęſtionem.

20 Confirmatur tota hæc diſtinctio, quia licet ſtatutum diſponat, quòd querelæ bannitorũ non audiantur, tamen bannitus ſi accuſetur de crimine, poteſt ipſe ſuum accuſatorẽ accuſare de falſo, quòd produxerit falſos teſtes, quia per hoc ipſe abſoluitur in iudicio, vbi eſt reus, & non habet aliud remedium ſe defendendi, ſeu excipiendi, Aret. dicto num. 12. & Felyn. in loco proxime præcedenti.

21 Sextus caſus, qui eſt magis ſeparatus à pręcedentibus, eſt, quando non agitur de alia cauſa, vt in pręcedentibus caſibus, ſed agitur de ipſa cauſa banni, ſeu excommunicationis, & in iſtamet cauſa comparet ipſe bannitus, ſeu excommunicatus, & petit, ipſam excommunicationem, ſeu bannum reuocari, tanquam nullum, ſeu iniuſtum; & iſto caſu concludo, ipſum bannitum, ſeu excommunicatum eſſe audiẽdum ijs omnibus modis, & vijs, quibus poſſet audiri, ſi non eſſet bannitus, ſeu excommunicatus, Paul. de Caſtr. in dicta l. 5. de pupillo. §. qui remiſſionem. ſub num. 4. ibi, item aduerte. ff. de nou. oper. nunt.

22 Contra hos caſus, nempè ſecundum, quartum, & quintum in primo membro, in quibus dictum eſt, reum non eſſe audiendum, tanquam voluntarium, ſicque contra iſtam conſiderationem plurium caſuum; & quòd imo, reiectis iſtis diſtinctionibus, & conſiderationibus, reus veniens pro nullitate tenutę, ſit indiſtinctè audiendus, tanquàm reus neceſſarius, tenet Abb. in cap. 5. cum inter. ſub num. 14. ibi, ego dico hoc vltimum. de except. & mouetur duplici ratione, prima,

ma, quia iſte reus venit ſtimulatus facto iudicis, & ſic eſt reus neceſſarius: ſecunda, quia ſicut reus grauatus appellat, vt ſe defendat aduerſus ſententiam, vt ſecutus ſum cap.ſeq.q.5. num.5. & 6. ita etiam iſte grauatus per miſſionem in poſſeſſionem, poteſt comparere, & allegare defenſionem ſuam, & petere, grauamen reuocari, maxime ſi timet, ne actor miſſus in poſſeſſionem efficiatur lapſu anni verus poſſeſſor, & ſic reus perdat poſſeſſionem; huicq. ſecundæ rationi videtur conſentire Aret. in d. cap. intelleximus. num.14.

Verum hanc Abbatis rationem impugnat Felyn. in eodem cap.intelleximus. ſub num. 5. verſ. item eo ipſo. verſus finem, ibi, ſed iſtud non ſuſtinetur. dicens, ſimilitudinem appellationis non ſuſtineri, quia in appellatione ſtimulatur ab illis decem diebus, qui dantur ad appellandum, ſed ſecus in tenuta. Prius idem Felyn. ſub eodem num. 5. ibi, item non eſt eadem. hanc reddit rationem, quare excommunicatus poſſit appellare, & non poſſit dicere de nullitate; quia, inquit, ſententia nulla non tranſit in rem iudicatam, & erit ſibi conſultum, quando petetur executio ſententiæ, nam tunc excipiet de nullitate ſententiæ.

23 Hæc controuerſia videtur decidenda ſequentibus breuibus concluſionibus.

Prima concluſio eſt, quòd in omnibus caſibus, in quibus reus moleſtatur, poteſt, excipiendo, ſe defendere, etiam ſi exceptio ſit de nullitate antea geſtorum, vt in primo caſu ſupra ſub num. 14. quia tunc dicitur reus neceſſarius, & ideo hac via excipiendi debet audiri etiam ſuper nullitate, & reſciſſione prius geſtorum, per ea, quæ dixi in loco ſupra proximè citato; & hæc eſt opinio communis.

Nec obſtat, quòd Hoſt. & nonnulli alij, quos citat, ſed non ſequitur Felyn. in cap.7. intelleximus. num.5. verſ. ſed quod excommunicatus. de iudic. dixerint, excommunicatum nec principaliter, nec in conſequentiam poſſe petere reuocationem tenutæ, eò quia quando tenuta fuit data, citatio habuit effectum ſuum, cui faciens citari acquieuit. Quia reſpondeo, quòd hoc reprobant communiter Doct. vt patet ex his, quæ dixi in loco ſupra proximè citato, & in ſpecie reprobant Felyn. ſub eod. num. 5. verſ. quod autem. & ibidem Dec. in 3. concluſ. ſub nu. 53. ibi, confirmatur hoc.

24 Secunda concluſio eſt, quòd communis opinio tenet, quòd reus ſine noua moleſtia, ideſt, niſi denuò moleſtetur, non poteſt impugnare, quòd antea fuit iam factum, quia ſi illud nō moleſtatus veniret ad impugnandum, diceretur actor, ſeu reus voluntarius; de qua communi opinione videtur teſtatus Aret. in d.cap.7. intelleximus. num. 14. in vltimis verbis, excepto ſexto caſu, & prout in eo locutus ſum ſupra num. 21.

25 Tertia concluſio eſt, quòd hęc communis opinio, de qua in præcedenti ſecunda concluſione, eſſet irrationabilis, & iniqua, niſi admitteret diſtinctionem, quam ex eodem Aret. & Felyn. retuli ſupra num. 19. in 5. caſ. nam audiri debet etiam diabolus, vt dixi ſupra num. 9. verſ. reus neceſſarius. & ratio, quare debet audiri, eſt, quia etiam diabolo, ſi ſtaret in iudicio, facienda eſſet iuſtitia; alias, ad quid eſſet audiendus? & quomodo eſſet iuſtitia, ſi non haberet æqualitatem in iudicio? aut penderet ab acceptione perſonarum? ſed ſi reo excommunicato, ſeu bannito, cui deficeret tempus, occaſio, aut via ſe defendendi per modum excipiendi ab iniuſtitia, quàm ei iudex feciſſet, adimeretur via ſe defendendi per modum agendi, vtique ei fieret iniuſtitia irreparabilis, quæ, vt dixi, neque diabolo debet fieri.

26 Confirmatur hæc concluſio, & diſtinctio, de qua ſupra num. 19. in dicto 5. caſ. quia ego non video, quare periculum, ne ſententia tranſeat in iudicatum, inducat ſtimulum appellandi, & iſte ſtimulus faciat, reum eſſe reum neceſſarium, vt ex Felyn. retuli ſupra ſub num. 22. verſ. verum. & periculum perdendi poſſeſſionem, & fructus, vt dixi num. ſeq. non æquè ſit ſtimulus, & non æquè neceſſitet reum ad dicendum de nullitate in caſu, quo nullum aliud ei ſuperſit remedium ad ſe defendendum ab iniuſtitia tenutæ.

27 Exemplifica hanc tertiam concluſionem, & eius confirmationem, ponendo caſum, in quo etiam huius concluſionis veritatem oſtendo: caſus eſt iſte. Actori datur tenuta ex primo decreto ſuper bonis, poſſeſſis ab ipſomet debitore, quo caſu in Ciuitate Florentię non requiritur præceptum de diſcomberando, ad effectum lucrandi quinque pro centenario; quod nota pro reſtrictione, & intelligentia eius, quod ſcribunt Doct. citati ſupra ſub num. 14. in primo caſ. & actor ab illo die tenutæ lucratur fructus ad rationem quinque pro centenario, vt dixi infra gl. 14. q.10.

q.10.in fine. n.37. & 39. & multa de fructuũ perceptione,& illorum lucro in poſſeſſore ex primo decreto in termino iuris communis ſcripſi ſupra lib.1.cap.96. nu.7. præſertim in alia futura impreſſione; vnde actor iſto caſu cõtinuat in tenuta cum fructuum perceptione,& conſequenter reum vlterius non moleſtat;dico,quòd ſi iſto caſu, in quo reo deficit via excipiendi de nullitate tempore præcepti de diſgombrando, quia hoc præceptum non fit: deficit etiam ei facultas appellandi, ſuppoſito quòd ad eiuſmodi tenutã ſit proceſſum vigore guarintigiæ, ſeu rei iudicatæ, à quarum executione non datur appellatio, præſertim in Ciuitate Florentiæ ex ſtatutorum diſpoſitionibus, vt dixi, & declaraui infra gl.14.q.10.nu.6.& ſeqq.& ti.10.& q.11. nu.30.& deficit etiam reuocatio tenutæ per refectionem expenſarum,quia licet, data tenuta in contumaciã rei,poſſit ipſe reus quandocunque comparere infra certa tempora,& refectis expenſis contumacialibus,& præſtita cautione de iudicio ſiſti, recuperare tenutã, vt cum diſtinctione explicaui dicto cap. 96. n.8. quo caſu ei non daretur appellatio, quia habet audientiam per viã refectionis expenſarum, vt dixi ſupra lib.1. cap.97. nu.38. & hoc eod. lib.cap.ſeq.q.5.nu.91. tamen ſecus eſt, quando eſt data ſine contumacia,vt puta, quando eſt data vigore guarintigiæ, ſeu rei iudicatæ; vigore enim guarintigiæ,& rei iudicatæ non datur propter contumaciam; nam in Ciuitate Florentiæ,ſi datur contra ipſum debitorem in bonis ab eo poſſeſſis, datur etiam ipſo non citato, quia ſic contra eum habet paratam executionem: ſi datur ſine citatione;ergo datur ſine contumacia;ſi verò datur contra tertios poſſeſſores, datur etiam ſine contumacia, quia etiam contra eos datur ſine citatione, vt ex Petr. refert, & ſequitur Cyn. in l. fin. ſub num. 11. ibi, iſte modus. C.de edic.diu.adr.toll.fol.393.& ex eis ſequitur ibidem Paul.de Caſtr. nu. 11.&, iiſdem citatis, Negul. tract. de pign. in 2. memb.3.part.num.15.fol.217.tom.6.par.1. Et quandò etiam non daretur ſine citatione, adhuc eſſet idem, quia ſiue hi tertij compareant, ſiue non compareant, non datur, niſi ſeruatis ſeruandis, & probatis probãdis,ac ſi comparuiſſent,& negaſſent omnia,& ideo ea data, non reuocatur per refectionem expenſarum, & præſtationem cautionis de iudicio ſiſti: dico igitur, quòd ſi iſto caſu reo denegaretur via, & facultas dicendi de nullitate principaliter, vt forſan arbitrati ſunt Caſtren. & alij citati ſupra, ſub nu.14. in primo caſ. ſequeretur ineuitabilis iniuſtitia, de qua dixi ſup.n.25.in hac tertia concl. & hęc quoad primam explicationem, poſitam ſup.n.14.

28 Explica ſecundo tertium illud requiſitũ,de quo ſup.ſub nu.13. in prima illatione, vt reus neceſſarius, ſe defendendo, debeat remanere in terminis tenutæ, in quibus erat antequã eſſet data actori,& ideo nõ debet aliud acquirere,quia acquiſitio eſſet de natura actionis.

29 Ex his iudicaui Florentiæ, quòd ſi captus nulliter, & coactus ſoluere, vt eximeret à carcere,dicat poſtea de nullitate capturæ coram eodẽ iudice,& petat ſibi reſtitui pecuniã ſolutam,non dicitur actor,ſed dicitur reus neceſſarius; quod in arreſtato,petente reuocari arreſtum, breuius tenuit Petr. Pech. de iure ſiſten.cap.36.n.2.& 3. ibi,ſed in contrarium, fol.173.tom.3.par.2. quicquid in cõtrarium dixerit in caſu noſtro Io. Andr. de cuius dicto rationabiliter dubitat Felyn.in cap.7. intelleximus. ſub num.5.de iudic.

30 An intentans remedium, vti poſſidetis, concludens inhiberi aduerſario,vt deſiſtat à moleſtijs,& turbatione, dicatur agere,vel ſe defendere; & quid ſi retineret ſolam ciuilem poſſeſſionem,& peteret mandatum de manutenendo,an dicatur reus neceſſarius, vel voluntarius, vide quæ late ſcripſi lib. proxime præced.cap.2.num.169.& ſeqq. & hæc ſatis de prima illat.poſita ſupra num.13.

31 Infero ſecundo, quòd appellans iudicialiter dicitur reus neceſſarius,& ideo poteſt appellare, etiam ſi eſſet excommunicatus, aut bannitus; ſecus ſi appellaret extraiudicialiter,quia haberet vim conuentionis, per ea, quę ſcripſi cap. ſeq. q.5. num.5. & ſeqq. vbi vide,quia ibi plene declaro hanc illationem.

32 Infero tertio,quòd is, qui, tanquam futurus reus,vellet examinare teſtes ad perpetuã rei memoriam, iuxta ea, quę latè ſcripſi lib. prox.pręced. cap.8. nu.163. & ſeqq. dicitur reus voluntarius, & conſequenter ſi eſſet excõmunicatus,aut bãnitus, non admitteretur, vt poſſet examinare;quia reputaretur actor.

33 Declara hanc illationem, vt quãuis quoad audientiam reputetur actor,vt dixi; tamen quantum ad competẽtiam fori remanet tanquam reus, & ideo in caſu,quo non eſſet excommunicatus,neque bannitus, & ideo poſſet examinare, deberet examinare coram iudice,coram quo cauſa ageretur, ſi vere futurus actor cauſam iam mouiſſet, & ſic debet exa-

examinare coram ſuo proprio iudice, tanquã ipſe agens ſit reus, vt ſecutus ſum dict. cap. 8. num. 176. & ſeqq. & præſertim, ſub nu. 178. verſ. comprobatur. & in terminis l. diffamati. ſcripſi num. ſeq.

34 Infero quarto, quòd etiam agens ex l. diffamari. C. de ingen. & manumiſ. dicitur reus voluntarius, & ideo, ſi ſit excommunicatus, ſeu bannitus, non poteſt agere iudicio diffamationis, quia licet inter Doct. ſit controuerſia quantum ad forum, an diffamatus agens ex dicta l. diffamari. ſit actor, vel reus, cum aliqui teneant, quòd ſit actor, ideoq. debeat conuenire diffamantem, tanquã reum, coram iudice diffamantis ex regula, quòd actor ſequatur forũ rei, vt retuli lib. proxime præced. cap. 2. nu. 174. & alij cõmuniter teneant contrarium, videlicet, quòd diffamatus reputetur reus, ideoq. debeat conuenire diffamantem coram iudice ipſius diffamati, tanquam ſi diffamans conueniret diffamatum, ſiquidem diffamans originaliter eſt actor, & diffamatus eſt reus, quamuis agat, vt ſecutus ſum dicto cap. 2. n. 187. & ſupra lib. 1. cap. 34. ſub n. 43. præſertim in alia futura impreſſione, & hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 7. ſub nu. 108. verſ. confirmatur. Tamen quantum ad audientiam, quæ denegatur excõmunicatio, ſeu bannito agẽti, conueniunt ſine cõtrouerſia, quòd diffamato, qui eſt excommunicatus, ſeu bannitus, & agit ex dicta l. diffamari. denegetur, quia vel eſt actor, vel eſt reus voluntarius; ſi eſt actor, denegatur, quia excommunicatus, ſeu bannitus non poteſt agere in iudicio, vt ſecutus ſum dicto cap. 2. num. 174. ſi eſt reus voluntarius denegatur ſimiliter, quia habetur pro actore, vt dixi eod. nu. 174. quòd autem ſit reus voluntarius, & non neceſſarius, patet, quia venit ad iudicium non moleſtatus iudicialiter.

35 Reſtringe, declarando eandem illationem, & præcedentem, dum diximus, quòd excommunicato, ſeu bannito denegatur audientia, ſi velint examinare teſtes ad perpetuam memoriam, vel velint agere ex l. diffamari. reſtringe, inquam, vt non procedat, ſi ipſi conuenirentur ab alio pro examine teſtium, ſeu ex remedio dictę l. diffamari. quia ipſi debent, vti citati, audiri, per ea, quę dixi infra num. 43. in ſecunda ratione, in fine, & num. 46. in quarta ratione; hincque deprehendo aperte, erraſſe Andream Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 12. num. 24. 26. & ſeqq. dum ſcribit, bannitum, etiam nominatim citatum ſuper l. diffamari. non eſſe audiendum, quia eſt defenſor voluntarius: ruit enim omnino hoc eius dictum ex his, quæ ſcripſi infra dictis num. 43. & 46.

36 Infero quinto, quòd ſi tertius veniat ſua ſponte non citatus ad cauſam, non poteſt opponere de incompetentia illius iudicis, coram quo, vti competenti, diſcutitur cauſa inter partes principales, per ea, quæ ſcribunt Abb. in cap. 5. cum inter. num. 12. de except. Affl. deciſ. 235. in fine, num. 6. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 71. num. 2. & ſeqq. & quæ ſcripſimus nos ſupra lib. 1. cap. 101. num. 13.

Secus ſi non venit ſua ſponte, ſed venit citatus nominatim, & ſingulariter, quia tunc poteſt opponere de incompetentia, vt ſentiunt ijdem Abb. & Gail. in locis ſupra proximè citatis, & communiter omnes.

37 Ratio differentiæ inter tertium, venientem ſua ſponte, & tertium, venientem citatum, eſt duplex.

Prima, quia tertius, veniens non moleſtatus, & non citatus, ſed ſua ſponte, reputatur actor, qui propterea non poteſt dicere de incompetentia, quia implicaret, quòd ſimul ageret, & declinaret; quaſi acceſſus eſſet diſceſſus: ſed veniens citatus, reputatur reus, qui poteſt opponere omnes exceptiones dilatorias, prout dicimus de excommunicato, qui, ſi veniat non citatus, non auditur, quia reputatur actor; ſecus ſi veniat citatus, quia reputatur reus neceſſarius, qui debet audiri, non obſtante excommunicatione, Abb. in loco ſupra proxime citato, & late ſecutus ſum lib. proximè præced. cap. 2. num. 174. & ſeqq.

38 Secunda ratio eſt, quia alias eſſet in poteſtate actoris tollere exceptionem incompetentiæ; poſſet enim is, exempli gratia, citare ſuum amicum confidentem coram iudice competenti; qui citatus non ſe defenderet, quia futura ſententia nullum ei eſſet allatura præiudicium, & citare etiam alium pro omni ſuo iure, & intereſſe, qui haberet priuilegium declinandi illum iudicem, & vere ageretur de intereſſe iſtius; qui hoc modo perderet ſuum priuilegium, & cogeretur litigare coram iudice non ſuo: & non eſt veriſimile, quòd lex velit poſſe fieri iſtam fraudem, de qua ſcripſi infra, ſub num. 48. verſ. extende. imò ſi citati generaliter, quatenus ſua intereſſe putent, æſtimarentur rei voluntarij, id eſt, actores, vt ex Proſp. Farinac. tunc moderno retuli ſupra lib. 1. cap. 11. nu. 100.

ſe-

ſequeretur, quòd clerici quatenus poſſent agere coram iudice ſeculari, vt dixi dicto cap. *11*. num. 49. & 50. per viam huius citationis generalis cogerentur litigare coram iudice ſeculari, niſi voluerint excludi à iure ſuo, & ita priuarentur priuilegio fori, quod eſt abſurdum; quicquid dicat Affl. quem citaui eod. lib. *1*. cap. 34. num. 30. in fine.

39 Et quò ſolidior ſit reſolutio huius quintæ illationis in ſecundo membro, quando tertius venit citatus, & integrã habeamus eiuſdem membri explicationem, & remoueantur difficultates, quæ poſſent excitari, diſtinguo duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando tertius citatus venit ex natura cauſæ, tanquam defenſor rei principalis, & tanquam auctor illius, quem tenetur defendere, & ſuſcipere in ſe litem, vt puta, quia ſit venditor, qui tenetur emptori de euictione; & iſto caſu cõcludo, quòd hic venditor laudatus, & citatus ad inſtantiam emptoris moleſtari tenetur defendere emptorem coram iudice, coram quo emptor moleſtatur, & non poteſt opponere incompetentiam, quamuis veniat, vt tertius, & neceſſarius defenſor, per ea, quæ ſecutus ſum cap. ſeq. q. 7. ſub num. 123. verſ. moueor primo. tam ſi emptor eam opponere non poſſet, quam ſi potuiſſet, ſed noluerit eam opponere.

Ratio huius concluſionis eſt, quia iſte tertius venit iure acceſſorio, & ad defendendum alium, quem tenetur defendere in foro, vbi cauſa agitur.

Secus cenſeo, ſi iſte venditor vna cum emptore citaretur ab actore, quia tunc veniret principaliter ex iure ſuo, & non tanquam tertius, ideoque poſſet opponere de incompetentia, licet de ea non opponeret emptor.

40 Secundus caſus eſt, quando tertius citatus non venit, vt in præcedenti, tanquam neceſſarius defenſor rei principalis, ſed venit ex iure ſuo proprio, quia vel fuit citatus nominatim, & ſimpliciter, vel quia fuerunt citati generaliter omnes ſua intereſſe putantes, vel quia fuit ipſe nominatim citatus, ſi ſua putauerit intereſſe: & iſto caſu concludo, quod hic tertius poteſt opponere de incompetentia, ſaltem ſi fuerit citatus nominatim, quia reputatur reus neceſſarius, vt dixi ſupra num. *36*. in fine.

41 Non obſtat, quòd Bal. in l. teſtamenta verſus finem, ſub num. 5. C. de teſtam. ordin. ſentiat, hunc, ita citatum, dici defenſorem, ſeu reum voluntarium, dicens, quòd eiuſmodi citatio in effectu eſt conditionalis, ſcilicet, ſi vult opponere; ſi autẽ ſe nõ opponit, nõ eſt aduerſarius, & ſubdit, quòd dicitur potius ædictum, quam citatio ex eo, quòd omnes adſtringit; & potius, inquit, videtur citatus ad voluntatem exquirendam, quàm ad cauſam; quod idem in effectu, & apertius ſcribunt Paul. de Caſtr. in l. *14*. libertus. ſub num. 2. in fine, ff. de in ius voc. Iaſ. in l. 5. de pupillo. §. 1. ſub nu. 4. verſ. limita prædictas. ff. de oper. nou. nunt. Dec. in cap. 5. cum inter. poſt verſ. circa primam. num. 36. & ſub num. 38. de except. Affl. deciſ. 2. num. 8. in fine, & num. 9. Veſtr. in prax. lib. 4. cap. 4. num. 8. Andr. Gail. in pract. oſeruat. de pac. publ. lib. 2. cap. 12. ſub num. 25. Rol. à Val. conſ. 29. quoniam. num. *12*. lib. 2. Surd. deciſ. 26. frequentiſſima. num. *6*. in fine, nu. 7. & 9. & Barboſ. in l. 2. §. legatis. num. 293. & ſeq. ff. de iudic. dum volunt, quòd ita citatus dicatur reus, ſeu defenſor voluntarius.

42 Quia reſpon. quòd Bal. loquitur oſcitanter, & inconſtanter, & quatenus ſentiat, dici reum, ſeu defenſorem voluntarium, dico, quòd tam ipſe, quam Paul. de Caſtr. & alij, ſupra citati, loquuntur contra veritatem, vt nunc multiplici oſtendam ratione.

Prima ratio eſt, quia aut quis citatur ſimpliciter, tanquam reus, & tunc vagamur extra terminos, quia non diceretur citatus, tanquam tertius, ſed tanquam principalis, ideoque contra eum deberet eſſe formaliter porrectus libellus, ſeu petitio, & principaliter intentata actio, & ſic in eo ceſsarent termini difficultatis, quia non eſſet tertius, ſed eſſet reus, ſeu correus principalis. Aut citatur ſub conditione, ſi ſua putauerit intereſſe, & tunc ſi vera eſſet præfata Baldi, & aliorum doctrina, quòd diceretur defenſor voluntarius; tertius, veniens citatus, ſemper diceretur voluntarius, & nunquam neceſſarius, & ſic deſtrueretur communis diſtinctio inter defenſorem, ſeu tertium neceſſarium, & tertium voluntarium, & aperiretur via fraudi, vt quis indiſtinctè poſſet priuari priuilegio fori, vt dixi ſupra num. 38.

43 Secunda ratio eſt, quia defenſor neceſſarius in iudicio dicitur ille, qui eſt prouocatus iudicialiter, &, niſi ſe defendat, læditur: hoc ita eſſe nemo ibit inficias, & cum eo, qui

qui iret, non eſſet diſputandum, quia negaret, quod patet ad ſenſum: ſicut enim in defenſione corporis ille dicitur ſe neceſſariò defendere, qui aduerſario aggreſſori reſiſtit; ſic etiam in bonorum, & iurium defenſione neceſſarius defenſor dicitur, qui actori, volenti ea diripere, ſe opponit; & pro integra huius rationis intelligentia eſt aduertēdum, quod is, qui citat generaliter ſua intereſſe putantes, & multò magis, qui aliquem citat nominatim, ſi ſua putauerit intereſſe, intendit aliquod ius acquirere in præiudiciū ſic citatorum, quia alias ad quid citaret? ſiquidem is ad actum citari debet, qui ex illo actu lædi poteſt, Tiraq. in tit. res inter alios acta, initio, tom. 5. & ad hunc ſolum effectum requiritur citatio, & non ad effectum, vt ſententia valeat, quia valeret etiam ſine iſta citatione, Tiraq. dicto tit. res inter alios acta. in prima limitatione, verſ. & id quidem. fol. 106. tom. 5. ſi ergo citatus poteſt ex illa citatione lædi, & is propter illam citationem comparet, ne lædatur; vtique errarunt Bal. & alij, ſupra citati, dum aiunt, hunc eſſe reum voluntarium, eorumque error clariſſimè apparet, quia ſatis diſcordant à re ſenſata; an autumant iſti Doct. eum ſolum dici defenſorem neceſſarium, qui ferreis manicis, ac fune vinctus ducitur à ſatellitibus ad ſe defendendum? Vlterius Bal. non ne ſibi contradicit, dum dicit, hunc eſſe defenſorem voluntarium, & dicit, quòd hæc citatio adſtringit: ſi enim adſtringit, non eſt voluntarius?

44 Confirmatur hæc ſecunda ratio, quia licet citatio generalis non haberet forſan vim nocendi citatis, qui eſſent in poſſeſſione; quia requiritur citatio ſpecialis, & nominatim; tamen ſi non eſſent in poſſeſſione, haberet vim excludendi eos à iure agendi, quia hoc reſpectu remanerent tanquam condemnati, vt ex Ant. de Nigr. & Veſtr. ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 34. num. 17.

Neque obſtat, ſi dicatur, quòd bannito, excommunicato, & ſimilibus, generaliter citatis, ſi ſua putauerint intereſſe, non infertur præiudicium, quamuis ſic citatis denegetur audientia, quia etiam ſine iſta citatione, & ſine iſto iudicio, contra alium principaliter inſtituto, ſunt excluſi à iure agendi, per ea, quę dixi lib. proximè pręcedenti cap. 2. num. 174.

Quia reſp. quòd excommunicatio, bannum, & ſimilia præcludunt viam ad tempus, videlicet donec manebūt in banno, & in excommunicatione: at ſententia, & impoſitio perpetui ſilentij excludunt perpetuò, ita, vt ſolum per viā reſtitutionis in integrum poſſint audiri, & ideo quando citantur debent audiri, tanquam rei neceſſarij, dum tractant non de acquirendo, ſed de non perdendo acquiſita, & de ſe defendendo.

45 Tertia ratio eſt, quia ruinoſum, ac penè ridiculum videtur fundamentum, quo pręfati Doct. mouentur, dum aiunt, ideo dici reum, ſeu defenſorem voluntarium, quia eſt in eius optione velle comparere, vel non comparere: nam contra hoc fundamentum dico, quòd ſi eſſet verum, vtique telo, & armis ab hoſte aggreſſus, ideoque in maximo vitæ periculo conſtitutus, ſi hoſtem aggreſſorem vulneraret ad ſui defenſionē, diceretur vulneraſſe non ex neceſſaria ſui defenſione, ſed ex voluntaria, quia erat in ſui poteſtate, & à ſua voluntate pendebat, ſe defendere, vel non defendere.

46 Quarta ratio eſt, quia ſi quis ageret contra aliquem, illumq. propterea faceret citari, vt declararetur, illi nullum ius competere, ſicque illi imponi perpetuum ſilentium, vtique ille citatus deberet audiri, etiam ſi eſſet excommunicatus, quia eſſet reus neceſſarius: ad quid enim citaretur, ſi non eſſet audiendus? vt dixi etiam ſupra num. 9. verſ. reus neceſſarius. ſi hoc ita eſt, dico ego, quare etiam citatus ſub conditione, ſi ſua putauerit intereſſe, non debet audiri, tanquam reus neceſſarius, cum etiam ſic citatus patiatur eandem excluſionem à iure agendi, & impoſitionem perpetui ſilentij, vt dixi ſupra num. 44? eſſet certe truffa, quia lex diceretur impoſita verbis, & non rebus.

47 Retenta quinta illatione, de qua ſupra nu. 36. vt tertius, veniens ſua ſponte, non citatus, non poſſit opponere de incompetentia.

Declara eam, vt poſſit tamem allegare iudicem ſuſpectum, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 101. num. 13. limit. 4.

48 Retenta rurſus eadē illatione in ſecundo caſu, de quo ſupra num. 40. vt tertius citatus ſumatur tanquam reus neceſſarius, & ideo poſſit opponere de incompetentia.

Extende eam, vt maximè procedat, quando appareret, quòd contra ipſum tertium præcipuè competeret actio illius negotij, & iudicij, & non contra citatum, tanquam principalem, & proinde præſumeretur

fraus,

fraus, de qua ſupra num. 38. in ſecunda ratione.

49 Limita, ſeu verius declara eandem illationem iuxta eundem ſecundum caſum, de quo ſupra num. 40. vt quamuis tertius, citatus ad cauſam, non excludatur à iure dicendi de incompetentia, & declinandi iudicem ex iſto capite, quòd reputetur defenſor voluntarius, quia hoc caput eſt falſum, cum reputetur defenſor neceſſarius, vt latè oſtendi num. præcedentibus, tamen excluditur forſan indiſtinctè ex hoc alio, quòd continentia cauſæ non eſt diuidenda, per ea, quæ in diuerſis terminis ſecutus ſum ſupra gl. 7. quæſt. 4. ſpec. 3. num. 59. & ſeqq. & num. 62. & conſequenter tertius, qui eſt inſtar acceſſorij, debeat ſequi ſuum principale, & ſic trahatur, & non trahat.

50 Concludo ſecundo, quòd ſicut actor poteſt agere per procuratorem, vt dixi gl. præceden. num. 52. ita multò magis debet poſſe reus, qui regulariter non ſtat paratus, prout venire debet actor.

Limita, & declara hanc concluſionem, ex his, quæ remiſſiuè dixi ead. gl. præced. num. 53. verſ. procurator.

51 Cõcludo tertio, quod etſi perſonæ inhabiles ratione imbecillitatis iudicij, vt ſunt minores, mulieres, & ſimiles, poſſint citate, ſe defendere, tũ quia dicũtur reus neceſſarius, tũ quia aduerſarius citãs, videtur approbaſſe earum perſonam, tamen ſunt aduertẽda tria. Primo, quòd illa approbatio, & legitimatio perſonæ ſeruiet, vt ſententia, lata pro eis, valeat; ſecus ſi ſententia ferretur contra eos, vt dixi gl. præced. in fine, num. 78. verſ. declara. Secundo eſt aduertendum, quòd, non obſtante quòd actor citando, approbet, & habiliret perſonam citati, vt dixi ſupra, tamen iudex, ne contingat iudicium reddi cluſorium, poteſt ex officio repellere actorem, eique dicere, vt citet perſonam legitimam, & poteſt etiam repellere citarum ex officio, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 31. & 38. in fine. Tertio eſt aduertendum, quòd ſi inhabilis citetur ad legitime comparendũ, vt aliquando vidi citari, & is vel cõpareat per ſeipſum ſine habilitate; vel nullatenus compareat, iudex non debet contra eum procedere ad miſſionem in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto, vt male forſan opinatur Bar. in l. 1. §. ſufficit. num. 2. ff. de admin. & peric. tut. ſed dicet actori, vt citet agnatos, & conſanguineos ad ſuſcipiendam tutelam, ſeu curam, & demum is actor faciet, ſeruatis ſeruandis, prouideri de perſona legitima, & ita ſeruatur in practica, pro qua adde quę ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 50. ſub num. 23. in alia futura Impreſſione.

GLOS. XII. In his ſcriptis.

SVMMARIVM.

Scriptura eſt de forma ſententiæ, & quomodo ſententia debeat ferri in ſcriptis, num. 1. & ſeqq. Et quare debeat ferri in ſcriptis, num. 3.

Conſideratè, & maturè debet agere, qui quod egerit, non poteſt reuocare, num. 3.

Sententia, quæ non eſt lata in ſcriptis, non valet, num. 4. Et eſt nulla ipſo iure, num. 5. Et non dicitur lata in ſcriptis, etiam ſi iudex poſtquam eam oretenus tulerit, redigeret in ſcriptis, num. 7. Dicitur etiam non lata in ſcriptis, etiamſi iudex eam benè formaret in ſcriptis, ſed poſtea eam ex mente oretenus recitaret, num. 8. Dicitur non lata in ſcriptis, etiãſi iudex eodem contextu eam ſcriberet, & recitaret, num. 9. Dicitur non lata in ſcriptis, quando iudex eam non legeret per ſe ipſum, ſed per alium, nu. 10. Nec ſufficeret, quòd iudex ſtatim, atq. lecta eſt ſententia, immediatè diceret (ego ita pronuncio) num. 11. Quando valeat ſententia quamuis non ſit lata in ſcriptis, num. 12. & ſeqq.

Nullum dicitur, quod eſt factum contra prohibitionem legis, ſecus forſan ſi ſit factum contra ſimplex mandatum legis, num. 6.

Interlocutoria licet non feratur in ſcriptis, tamen valet, num. 12. & 13.

Secundum decretum, quatenus ſit ſententia interlocutoria, valet, etiam ſi non ſit latum in ſcriptis, num. 14.

Sententia in cauſis ſummarijs an valeat, etiam ſi non feratur in ſcriptis, num. 15. & ſeqq. Quid in cauſa matrimoniali, nu. 19. & 20. Quid quando Epiſcopus cognoſcit inter ſuos ſubditos, num. 22. & 23. Quid ſi partes conſenſerint, vt feratur ſine ſcriptis, num. 37. & 38.

Sententia in cauſis breuioribus, maxime perſonarum vilium valet, licet non feratur in

ſcriptis,

ſcriptis, num. 21. Similiter quando fertur ſuper notorio, num. 24. Idem ſi feratur in cauſis executiuis, nu. 25. Similiter ſi ſit ſententia excommunicationis; num. 40. Idem dicimus de ſententia Principis, imò & de ſcientia, quæ fertur in præſentia Principis; num. 39.

Sententiam legere per alium poſſunt Epiſcopi, num. 26. Dummodo ſit conſecratus, num. 28. Item viri illuſtres, alijq. ſuperiores, Inquiſitores, & demum omnes Iudices, num. 30. & 31. Et multò magis iudex illitteratus, vel cæcus, num. 36. Et licet Auditores Rotæ Florentinæ legant per ſeipſos, tamen etiam ſi non legerent, ſententia valeret, num. 32. & ſeqq. Neque eſt neceſſarium, quòd lecta ſententia per alium, iudex ore proprio dicat, (abſoluo) vel (condemno) ſub num. 29. Niſi eſſet iudex cæcus, aut illitteratus; qui neſciret legere, num. 36.

Epiſcopi dicuntur pupilla oculi Dei, columna Eccleſiæ Dei, ſummi Sacerdotes, &c. numero 27.

Epiſcopatus dicitur culmen & faſtigium, ſub num. 27.

Sententia non eſt neceſſarium, quòd ſcribatur à iudice, ſed poteſt ſcribi ab alio, & ita ſeruatur, ſub num. 40. declar. 1. Poteſt ſcribi non ſolum in charta, ſed etiam in tabula, & pariete, num. 41. Debet taliter ſcribi, vt poſſit legi, num. 42. Poteſt ſcribi in lingua græca, latina, & alia ſimili, num. 43.

Sententia licet ſit lata in ſcriptis, tamen, ſi incendio, vel aliter ſit conſumpta, aut perdita, poteſt probari per teſtes, num. 44. & 45.

Sententia licet ſit ferenda in ſcriptis, tamen non eſt neceſſarium, quòd iudex teſtetur de hac prolatione, & ideo illa verba (in his ſcriptis) non ſunt neceſſaria, num. 46. & 47 Sunt tamen vtilia, num. 48. Et quando præſumatur lata in ſcriptis, & quando non, num. 49.

Sententia ſi eſſet nulla ex eo, quòd non eſſet lata in ſcriptis, poſſet iudex, non lapſa inſtantia, eam denuo ferre in ſcriptis, num. 50.

Verba tituli in C. de ſentent. ex peric. recitan. quomodo ſint legenda, num. 51.

1 SENTENTIAM ferre in ſcriptis, eſt, præuia matura deliberatione, ſcribere ſententiam, eamq. ſcripram legere, &, prout eſt ſcripta, legendo, eam ferre: quod videtur quodammodo innuiſſe Imper. in l. vlt. C. commin. epiſt. *quod magno conflictu ſententia decerni ſolet, id paucis litteris temere*
2 *deſcriptis definiri phas non eſt*. † & quod non ſufficiat, ſententiam edi in ſcriptis, ſed debeat recitari in ſcriptis, notat Bar. in l. 1. num. 1. not. 1. C. de ſent. ex peric. recit. & quòd debeat ferri, & recitari in ſcriptis, notat eod. tit. l. 3. ſtatutis. num. 1. & quòd non ſufficiat ſententiam ſcribi, niſi legatur, & verbis proferatur, nec ſufficiat verbis proferri, niſi antea ſcribatur, dicit Bal. in eadem l. initio, & quòd non ſufficiat, ſententiam latam eſſe in ſcriptis, ſi non fuit recitata, ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 1. initio, C. eod. tit. de ſenten. ex breuic. recitan. & quòd ſententiæ debeant prius deliberari, & deliberatæ, in ſcripturam redigi, & redactæ, debeant reuideri, & corrigi, & correctæ in ſcriptis, debeant recitari, & per iudicem proferri, ſcribit Salyc. in l. 2. hac lege. num. 1. C. eod. tit. de ſenten. ex peric. recit. & quòd ordinis iudiciarij circa ſolemnitatem probationis ipſius ſententiæ ſit, vt primò ſententia ex mente iudicis concipiatur, & maturè deliberetur, ac deliberara in ſcripturam redigatur, & redacta corrigatur, & taliter correcta litigatoribus hora audientiæ conſueta, loco ſolito maiorum per iudicem pro tribunali ſedentem, publicè recitetur, idque ſpectet ad officium boni iudicis, ſcribit Vant. tract. de nullit. tit. de null. ex defect. proceſs. ſeu ordin. &c. num. *69.* fol. *416.* tom. 4. & quòd ſententia diffinitiua debeat ferri in ſcriptis, ſecutus ſum cap. ſequen. quæſt. 4. num. 1. in fine, & quòd non valeat, niſi feratur in ſcriptis, & de ſcripti recitatione, ſcribit Maran. in ſuo ſpec. in 3. pâr. 6. part. in verbo, & demum fertur ſenrentia. num. 12. differ. 8. fol. 433. & hæc eſt regula, vt teſtatur Iaſ. in §. curare. in fine, num. *60.* Inſtit. de action. & ſatis colligirur ex his, quæ ſcribunt Canoniſtæ in cap. vlr. de ſenr. & re iud. in *6.* Imò in quibuſdam caſibus, ne ex toto pereat ius partis, iudex tenetur in ſententia exprimere etiam cauſas, quæ ipſum mouerunt, vt ſcribit Card. Zab. in clem. ſæpe. §. & quia. q. 17. num. 18. de verb. ſignif.

Ratio

3 Ratio huius communis regulæ eſt, tùm quia quod ſemel eſt ſtatuendum, pluries eſt deliberandum, & quod eſt irreuocabile, id priuſquam dicatur, vel fiat, eſt valdè penſandum, & cum difficultate faciendum, vel proferendum, Bal. in l.2. hac lege. num.2. & 3. & Salyc. num.2. C. de ſenten. ex peric. recitan. tum ne in prolatione verbali contingat aliquis error, qui de facili poteſt contingere, loquendo vnum pro alio, vel ex lapſu linguæ plus exprimendo, quàm expediat, & è conuerſo, quandoque non exprimendo &c. etenim in ſententia non eſt locus retractationi, prout eſt locus retractationi in petitione, ideoque ſententia ferenda eſt in ſcriptis, ne iudex erret, petitio autem poteſt redigi in ſcriptis, Vital. in clemen. ſæpè. §. nos autem. ſub num.4. de verb. ſignif. tum demum, vt ſententia feratur cum magna moderatione: hac enim de cauſa, & non ad finem vt probentur quæ iudicata ſunt, requiritur ſcriptura in ſententia, Abb. in cap.16. ſicut. num.24. verſ. vel tertio. de ſent.& re iud. licet iſte finis veniat in conſequentiam inſeparabilem.

4 Extende primo hanc regulam, vt ſententia nón valeat, ſi non ſit lata in ſcriptis, Spec. tit. de ſenten. §. iuxta. num.12. verſ. non valet. lib.2. fol.172. Io. Monach. in cap. 1. nu.6. in fine, de ſent. excomm. in 6. Cyn. in l.3. ſtatutis. num.1. & Salyc. initio, C. de ſent. ex peric. recit. Maran. in loco ſupra proxime citato, & ſatis probatur ex d.l. ſtatutis. in fine.

5 Subextende, vt non valeat, ſeu ſit nulla ipſo iure, Bar. & Bal. in l. 1. vterque. in ſummario, C. eod. Vant. d. tit. de nullit. ex defec. proceſs. &c. num. 70. vnde non meretur nomen ſententiæ, & ab ea appellare non eſt neceſſarium, d.l.3. ſtatutis. in fine.

6 Ratio huius extenſionis, & ſubextenſionis eſt, quia d.l. 3. ſtatutis. non mandat ſimpliciter, ſententiam ferri certo ordine, ſeu modo, ſed prohibet aliter ferri, quàm ipſa iuſſit: vnde eſt aduertendum, quòd licet quando lex mandat, quid certo modo fieri, & non procedit vltra, annullando; tunc id, quod eſt aliter factum, teneret; tamen quando lex ſimpliciter prohibet, aliquid fieri, ſeu prohibet fieri aliter, quàm ipſa dixerit, tunc id, quod eſt factum contra prohibitionem legis, vel eſt aliter factum, non tenet, l. 5. non dubium. C. de legib. Salyc. in d.l.3. ſtatutis. in fine initij, C. de ſent. ex peric. recit.

7 Extende ſecundo, vt ſit nulla, etiam ſi iudex eam redegerit in ſcriptis, ſed poſtquam eam prius oretenus tulerit, quia requiritur, quòd eam proferat de ſcripti recitatione, & ſic quòd prius ſcribat, & poſtea legendo proferat, vt dicunt omnes citati ſupra num. 2. & nuncupatim Bal. in l.3. ſtatutis. num.6. verſ. quæro pone. C. de ſenten. ex peric. recitan. dicens, quòd ſi iudex primò protulit verba, & poſtea facit ea ſcribi per notarium, ſententia non conualeſcit, quia defectus in exordio corrumpit ſententiam, & remanet corrupta, etiam ſi defectus ille diceretur poſtea purgatus, quia fuit defectus in forma, & clarius Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. ſub num. 541. de probat. inter Repet. tom.3. fol.268. & Vant. d. num. 70. & hoc quòd iudex debeat legere ſententiam, eſſe præceptum, & ita obſeruari, teſtatur Bar. in l.2. hac lege. ſub num.3. C. de ſent. ex peric. recit. & quòd iudex peruertat ordinem iuris, ſi ſententiam prius proferat, & poſtea ſcribatur, & ideo ſententia ſit nulla, ſecutus ſum ex Bal. cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. memb.7. ſub num. 116. exemp. 1.

8 Extende tertio, vt ſit nulla etiam ſi iudex prius eam redegerit, & bene compoſuerit in ſcriptis, ſed poſtea eam ex mente oretenus, & non de ſcripti recitatione protulerit, Gemin. in cap. vlt. ſub num. 2. & Franch. num. 1. in fine, de ſentent. & re iud. in 6. requiruntur enim copulatiue hæc duo: primum, quòd ſententia ſit redacta in ſcriptis: ſecundum, quòd iudex eam ſic ſcriptam legat, & legendo proferat, vt dicunt Doct. citati ſupra num. 1.

9 Extende quarto, vt ſit nulla etiam ſi iudex eodem contextu ſententiam ſcriberet, & recitaret, Gemin. in cap. vlt. num. 1. de ſent. & re iud. in 6. ſed contrarium tenet ibidem Franch. num. 1.

10 Extende quinto, vt ſententiã, quam dicimus eſſe legẽdã, debeat iudex legere per ſeipſum, Gl. in diſt.20. initio, in verbo, ſcientia. & nõ per aliũ; alias non valet, Spec. tit. de ſent. §. iuxta. n.11. in fine, verſ. itẽ non valet. lib.2. fol.172. Bar. & Paul. de Caſtr. in l.1. vterque initio, C. de ſentent. ex peric. recit. Archid. in cap. ſtatutis. num. 2. 2. q. 1. Gemin. in cap. vlt. initio, de ſent. & re iud. in 6. quamuis iudex ipſe mandaret illi alteri, vt eam legeret, Franch. in eodem cap. vlt. ſub num. 5. & quòd neque poſſit legere per ſuum aſſeſſorem, quia omnino debeat eam legere per ſeipſum, ſaltem ab illo verbo, *Chriſti* no-

nomine inuocato, vſque in finem ſententiæ, refert, & ſequitur ibidem, num. 4. in fine, & quod ita ſeruent Bononię, teſtatur Gemin. in eod. cap. vlt. ſub num. 10. & ita ſeruatur etiam Florentiæ, quia Auditores recitant per ſe ipſos verba ſententiæ ab illo verbo, Dei nomine repetito. vſque in finem.

11 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi iudex ſtatim atque lecta eſt ſententia per alium, immediate diceret, *& ego ita pronuncio*, Franch. in cap. vlt. quæſt. 3. num. 5. in fine, de ſent. & re iud. in 6.

12 Limita primo nunc eandem regulam, ſic extenſam, dum diximus, ſententiam eſſe ferendam in ſcriptis, alias non valere, limita dico, vt non procedat in ſententijs interlocutorijs, Gl. vnica, in l. 2. ff. de appel. & relat. Gl. 1. in cap. vlt. in verbo, diffinitiua. de ſent. & re iud. in 6. Spec. tit. de ſentent. §. iuxta. num. 14. verſ. quid de interlocutoria. lib. 2. fol. 172. Cyn. in l. 3. ſtaturis. num. 1. C. de ſenten. ex peric. recit. Luc. de Pen. in l. 3. quoties. num. 14. C. de priuil. ſchol. lib. 12. Bar. in l. 2. hac lege. num. 5. verſ. quid in ſententia interlocutoria. C. eod. & eſſe opin. communem teſtantur, & ſequuntur Salyc. in dicta l. 3. ſtaturis. num. 2. quæſt. 2. Iaſ. in l. nec quicquam. ſub num. 59. verſ. vltimo quærit. ff. de offic. proconſ. & in §. curare. in fine, ſub num. 60. verſ. vltimo pro nunc. Inſtit. de action. Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. part. in verbo, & demum fertur ſententia. ſub num. 12. fol. 433. verum ſi fuerit lata ſine ſcriptis, debet poſtea redigi in ſcriptis, vt de ea appareat ex actis, Gloſ. in cap. 11. quoniam contra. in verbo, interlocutiones. & ibi Ant. de Butr. num. 48. & Lanfr. de Orian. ſub num. 538. de probat. inter Repet. tom. 3. fol. 268. Iaſ. & Maran. in locis, ſupra proxime citatis, & dixi ſupra lib. 1. cap. 102. ſub num. 5. & quòd à ſententia interlocutoria ſit appellandum in ſcriptis, non tamen ſit neceſſariò proferenda in ſcriptis, ſequitur Franch. in dicto cap. vlt. num. 4. verſ. & tene menti. de ſent. & re iud. in 6. hæcque limitatio bene probatur ex dicto cap. vlt. à contrario ſenſu, vt in eo aduertit etiam Gemin. ſub num. 10.

13 Infero primo ex hac limitatione, quòd ſententia ſuper quouis incidenti poteſt ferri nudo verbo, Franch. in dicto cap. vltimo, ſub num. 4. verſ. & tene menti. & alij, quos citat, & ſequitur Natt. in clem. ſępe. §. & quia. num. 108. de verb. ſignif. fol. 127. inter Repet. tom. 6.

14 Infero ſecundo, ſeu potius ſubinfero, quòd quatenus ſecundum decretum ſit ſententia interlocutoria, poteſt ferri ſine ſcriptis, Franch. ibidem, & demum ſubinfero, quòd omnes interlocutorię, de quibus late egimus cap. ſequen. quęſt. 17. limit. 47. membro 1. poſſunt ferri ſine ſcriptis, & conſequenter infero, quòd interlocutoria, qua quis condemnatur ad expenſas, poteſt ferri etiam ſine ſcriptis, Natt. in loco ſupra proxime citato; quod an, & quando ſit verum, declarat Iaſ. in dicta l. nec quicquam. ſub num. 60.

15 Limita ſecundo, vt non procedat in cauſis ſummarijs, in quibus procedi poteſt ſine figura iudicij, quia in iſtis poteſt ferri ſententia ſine ſcriptis, vt tenebat Aegid. &, loquendo de foro ciuili, tenet Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, & figura. ſub num. 21. quem ſequi videtur Natt. in clem. ſępe. §. quę omnia. num. 102. quęſt. 18. de verb. ſign. inter Repet. tom. 6. fol. 136. & tenet ſimpliciter in vtroque foro Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 60. ſub num. 4. & 5. & ante eum Franc. de Accep. tract. de ſent. diffin. & interl. quæſt. 12. num. 44. fol. 6. tom. 5. & videtur tenere Gloſ. in cap. vlt. in caſus figuratione, notab. 1. de ſent. & re iud. in 6. licet poſtea in verbo, illuſtrium. videatur ſe confundere, & tenet clarius in cap. 1. in figuratione caſus. ibi, nota vlterius. de ſent. excommun. in 6. idem videtur ſentire Archid. in eodem cap. vlt. ſub num. 2. dum per fallentiam dicit, non eſſe neceſſarium, quòd ſententia feratur in ſcriptis in caſibus, in quibus agitur ſine ſcriptura, & tenet Additionat. ad Abb. in dicto cap. albericus. ſub num. 2. in littera b. hæcque limitatio eſt de aperta mente Cyni, in authen. niſi. ſub num. 1. C. de ſenten. ex peric. recit. dum inquit, ſententiam poſſe ferri ſine ſcriptis in omnibus caſibus, in quibus proceditur ſine libello, quia inquit, libellus, & ſententia ſunt conformes: ſed in cauſis ſummarijs poteſt procedi ſine libello, d. clem. ſæpe. ergo.

16 Contra hanc limitationem tenent Gl. in clem. ſæpe. in verbo, in ſcriptis. Viral. §. nos autem. ſub num. 4. & Natt. §. & quia. num. 107. de verb. ſignific. inter Repeten. tom. 6. fol. 127. Abb. in cap. 43. albericus. ſub num. 2. Aret. num. 7. & Felyn. initio

initio de teſtib. Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 9. num.37. fol. 149. & ita contra Bar. ſupra citatum tenet etiam poſtea in dicto verbo, & demum fertur ſententia. nu. 17. fol. 434. & Vant. dicto tit. de nullit. ex def. proceſ. &c. ſub num. 70. & 71. fol.416. tom.4.& ita firmant Gemin.in dicto cap.vlt. ſub num.10.ibi, quidam franciſc. & Franch. num. 8. de ſent. & re iud. in 6.

Rario huius contrariæ opinionis eſt, quia illa ratio, qnam adduxi ſupra num. 3. ita militat in ſententia diffinitiua ferenda in iudicio ordinario, ſicut in diffinitiua ferenda in iudicio ſummario, matura enim deliberatione ferenda eſt, & quia non poteſt retractari, debet cauere iudex, ne erret, vt dixi ſupra dicto num.3.

17 Non obſtat primo text. in dicta clem. ſæpe. dum propè finem Pontifex inquit: *ſententiam vero diffinitiuam (citatis ad id, licet non peremptoriè partibus) in ſcriptis, & (prout magis placuerit) ſtans vel ſedens proferat :*

Quia reſp. quod etſi illa verba ; *prout magis placuerit*, videantur ſecundum vnum intellectum poſſe referri ad illā qualitatem, *in ſcriptis*, vt opinantur Franc. de Accept.& Menoch.in locis ſupra proximè citatis, quā opin. nititur iuuare Menoch.ex eo, quod in iſtis cauſis ſummarijs remittuntur etiam alię ſolemnitates. Tamen, reſpondendo Franciſco prædicto, aliter opinatus eſt Gemin.in dicto cap. vlt. ſub num. 10. de ſenten. & re iud. in 6.verum fateor, vtrunque intellectum eſſe diſputabilem, per ea, quæ contra Gemin. ſcribit Menoc. dicta quæſt. 60. ſub num. 5.

18 Non obſtat ſecundo, quòd cauſa matrimonialis ſit ſummaria,& ideo in ea ferri poſſit ſententia ſine ſcriptis, argumento textus in dicto cap. 43.albericus. de teſtib.

Quia reſponſio patet num. ſeq.

19 Retenta, ſi placet hac contraria opinione, ſaltem in foro eccleſiaſtico.

Infero, ſententiam in cauſa matrimoniali ferendam eſſe in ſcriptis, prout tenent Abb. Aret. Felyn. Vanr. & alij à me citati ſupra num. 14. verſ. contra hanc. quia etſi Papa in dicto cap. albericus. mandet, vt ſententia,quæ erat lata ſuper diuortio matrimonij, & non erat redacta in ſcriptis, poſſet probari per teſtes, qui illi ſententiæ interfuerant, & conſequenter ex illo textu videatur colligi,quòd ſententia,lata in cauſa matrimoniali, quæ eſt cauſa ſummaria, valeret, quamuis non eſſet redacta in ſcriptis: tamen eſt aduertendum, quòd aliud eſt, ſententiam non eſſe latam in ſcriptis, ideſt, non eſſe recitatam in ſcriptis;aliud vero non eſſe redactam in ſcriptis: ſiquidem Papa eo loci intelligit, non eſſe redactam in ſcriptis, ideſt,non eſſe redactam in ſcriptis publicis, & ſic in publicum, & authenticum inſtrumentum, ſeu documentum, quamuis eſſet lata, & lecta in ſcriptis manu priuata, videlicet manu ipſius iudicis, quod ſufficit ad validitatem ſententiæ, vt explicat Abb. in dicto cap.albericus. ſub num. 2.

20 Contra hanc illationem videtur reſidere Spec.tit. de ſent. §. iuxta.ſub num. 12. verſ. non valet. lib. 2. fol. 172. dum relata prius dicta aduertentia, poſtea allegat in contrarium Innoc. & Ber. & ita contra illationem tenet etiam Iaſ. in §. curatore. in fine, ſub num. 60. Inſtit. de action.

21 Limita tertio, vt non procedat in litibus breuibus, ſeu breuioribus, & maximè perſonarum vilium,quia tunc ſine ſcriptis,& ſine aliqua expenſa iudex debet cognoſcere, auth. niſi breues. C. de ſent. ex peric. recit. & ibi Cyn. num.1.Bar. num.2. & 4. & Paul. de Caſtr. num. 1. Spec. tit. de ſenten.§.iuxta. ſub num. 12. verſ. non valet. lib. 2. fol. 172.& in his cauſis proculdubio in foro Capitolino citatur reus ad videndum relaxari mandatum; non aliter prolata ſententia in ſcriptis.

22 Limita quarto, vt non procedat, quando Epiſcopus cognoſcit inter ſuos ſubditos,ead. auth.niſi breues. Gloſ.in cap. vlt. in verbo, illuſtrium.de ſent. & re iud.in 6. Spec.in loco ſupra proximè citato, & quòd epiſcopus nunquam teneatur legere ſententiam per ſe ipſum, vide infra limit.7.

23 Contra hanc limitationem poteris videre quæ excitat in contrarium Gemin. in cap. vlt. ſub num. 10. verſ. in ea gloſ. ibi, inter clericos. de ſent. & re iud. in 6.

24 Limita quinto, quando ſententia fertur ſuper notorio, quia tunc poteſt ferri ſine ſcriptis,vt ex pluribus referunt, & ſequuntur Franch. in cap. vlt. ſub num. 6. limit. 9. de ſent. & re iud. in 6. & Natt. in clem. ſæpe.in §. & quia. ſub num. 108. verſ. tertio idem eſt. de verb. ſignif.fol. 127.inter Repet.tom. 6. & ita videtur reſidere Luc. de Pen. in l. 3. quoties.num. 16. q.3. C. de priuil.ſchol. lib.12.& facit quod ſcribit Felyn. in cap.10. eccle-

Digitized by Google

eccleſia.num.20. limitat.3. de conſtitut. dicens,quòd non requirũtur ſolemnitates ſententiæ, ſed ſufficit præceptum; faciunt etiam quæ ſcripſi ſupra lib.1. cap. 76. ſub num. 9. verſ. ſi in ſecunda. & cap. 97. ſub num.126. verſ. quinto ex eo.

25 Limita ſexto in cauſis executiuis, quia cum in eis iudex faciat pręceptum in confeſſum,nõ requiritur ſentẽtia in ſcriptis, & propterea Romæ A.C. vigore obligationis cameralis decernit,& relaxat oretenus ſine aliqua ſcriptura mandata executiua,quę decreta, & relaxationes mandatorum ſcribit notarius, & ſub verbis tertię perſonæ, videlicet,niſi infra tres decreuit,&c. ſimiliter Florentiæ iudex vigore guarintigiæ,ſeu alterius ſcripturę, habentis executionem paratam, ſubſcribit tenutas, & , vt plurimum ad bancum iuris, ſed tamen eas, nec ipſe,nec alius recitat in ſcriptis, neque oretenus.

Ratio huius limitationis eſt, quia executio, quæ datur obligationi in forma camerę, ſeu guarintigiæ, fundatur in confeſſione debitoris, vt late ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 62. num.17. & hoc eod. lib. cap. ſeq. quæſt.17. limit. 9. num.5. nam iudex ob hanc confeſſionem facit pręceptum in confeſſum,illudq. facit ſine ſcriptis, tum quia in eo non requiritur libellus, nec litis conteſtatio, neque cauſæ cognitio, tùm quia illa confeſſio facit notorium, in quo ſententiam poſſe ferri ſine ſcriptis, dixi limit. præcedenti, & ita ob iſtas rationes, loquendo de pręcepto facto in confeſſum, & ſequendo Rotam, latius ex communi,& veriori opinione firmat Gemin. in cap. vlt. num.13. verſ. quęrit hic lap. de ſent. & re iud. in 6.

Verum aduerte quantum ad tenutam ſubſcriptam à iudice in Ciuitate Florentiæ, quia illa venit poſtea confirmanda per eundem iudicem, in qua confirmatione requiritur ſententia ſolemnis in ſcriptis,per ea,quę dixi infra gl. 14. q.10. num. 10. & ſub num. 40.

26 Limita ſeptimo,(& hæc limitatio reſpicit particulariter quintam extenſionem, de qua ſup. n.10. dũ diximus, quòd iudex debet legere ſententiam per ſe ipſum) vt illa extenſio non procedat in Epiſcopo, quia ipſi propter dignitatis prærogatiuam, & vti ampliori fulgenti honore, licet, ad inſtar illuſtrium perſonarum, per alium ſententiam recitare, cap. vlt. & ibi Gl. & Canoniſtæ de ſent. & re iud. in 6. Archid. in cap. ſtatutis. ſub nu.
27 2.2.q. 1.† etenim Epiſcopi aliquando dicuntur pupilla oculi Dei, aliquando columnæ eccleſiæ Dei: aliquando ſummi ſacerdotes: aliquando,quòd Epiſcopus habet perſonam Chriſti; item quòd eſt eius Vicarius, ideoq. ſunt plus cæteris honorandi ob reuerentiam ſacri officij, quod exercent, & epiſcopatus dicitur culmen, & faſtigium, quod ſignificat magnitudinem,vel altitudinem; hincque Epiſcopus dicitur etiam Dux, vt hæc omnia tradit Archid. in dicto cap. vlt. num. 2. & ex eo Gemin. ibidem ſub num.9.verſ.quæro an epiſcopus. de ſent. & re iud. in 6. & quia nihil epiſcopali dignitate eſt excellentius, ideo multa epiſcopo præcauenda, præclarè monuit S.Ambr. cuius verba refert Lel.Iord. tract. de rom.ſed. orig.cap.7.num.3.& ſeqq. fol. 7.

28 Declara primo hanc limitationem, loquẽtem de Epiſcopo, vt habeat locum, dummodo Epiſcopus ſit confirmatus, & conſecratus, alias ſecùs, Gemin. in cap.vlt. num. 8. verſ. quid ſi eſt electus. & Franch. ſub nu. 6. limit. 2. de ſent. & re iud. in 6. Item non habet locum in adminiſtratore dato Epiſcopatui,Gemin. vbi ſupra.

29 Declara ſecundo, quòd illi eminentiſſimi magiſtratus, & viri illuſtres, & ſi poſſint legere per alios, tamen,lecta ſententia, debent voce propria dicere verbum, *abſoluo*, ſeu *condemno*, vel, *vt nos ita pronunciamus*. Bal. in l. 1. ſub num. 15. verſ. deinde ſuper verbo. C. de ſent. ex peric. recit.

Verum neque hæc declaratio ſeruatur, per ea, quæ dixi, num. ſeq. ampl. 1.

30 Amplia primo hanc limitationem,vt procedat non ſolum in Epiſcopo, & in perſonis illuſtribus, alijſque ſuperioribus, & in Inquiſitoribus,vt,colligendo has limitationes, ſcribit Franch. in dicto cap. vlt. ſub num. 6. in 2. 3. & 4. limit. de ſent. & re iud. in 6. & loquendo in Præſide,qui etſi non ſit illuſtris, poſſit dicere ſuo miniſtro, ſcribe ſic, lege, & proferas nomine meo, ſequitur Cyn. in l. 2. hac lege. in fine, C. de ſent. ex peric. recit. & in eminẽtiſſimis magiſtratibus illius terræ ſcribit Bal. in l. 1. ſub nu. 15. verſ. deinde ſuper verbo. C. eod. & quòd iudex de maioribus Ciuitatis poſſit facere legi ſententiam per tabellionem,& ea lecta, dicere, & ita nos pronunciamus, & ſic ſeruet conſuetudo, ſcribit Lanfr. in cap. quoniam contra. ſub nu.540. de probat.inter Repet.tom. 3. fol. 268. ſed attenta conſuetudine, procedat in omnibus iudicibus;imò hodie iudex non ſolum mandat

dat notario, vt ſententiam legat, ipſo iudice præſente, & audiente; ſed ſæpe ei dat ſententiam ſubſcriptam, vt ipſe eam partibus legat, ſeu oſtendat, nullatenus coram iudice lectam, & præſertim quando pronunciat, prout in cedula, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 9. num. 39. & ſeqq. imò quòd in pleriſque locis de conſuetudine indifferenter quælibet ſententiæ, & præſertim eccleſiaſticæ, recitentur ſine ſcriptis, & valeant, refert, & ſequitur Archid. in cap. ſtatutis. num. 3. in fine. 2. q. 1. & quòd conſuetudo poſſit has omnes ſolemnitates tollere, & ſententia tunc ſit valida, ſequuntur Gemin. in cap. vlt. ſub num. 10. & Franch. num. 6. verſ. ſed limita primo. de ſent. & re iud. in 6. & quòd in Curia Franciæ non pronuncietur in ſcriptis, teſtatur Spec. tit. de ſent. §. iuxta. ſub nu. 14. verſ. quid de interlocutoria. lib. 2. fol. 172. & quòd ſententia poſſit ferri ſine ſcriptis in ea regione, in qua talis ſit conſuetudo, ſupponit de plano Spec. in eodem §. iuxta. ſub nu. 12. verſus finem, fol. 172.

31 Ratio huius ampliationis, ſeu conſuetudinis eſt, quia longa iam experientia compertum eſt, quòd nullum vnquam vidimus effectum ex eo, quòd iudex ſententiam legerit per ſeipſum, vel per alium: vnde iudicantium ſtylus ſolemnitatem hanc legendi ſententiam per ſeipſum, tanquam ſit inutilis, antiquauit; maximè, quòd homines ſunt prompti, & faciles ad eam inducendam conſuetudinem, qua ſe quoad poſſunt non inferiores oſtendant: quilibet enim nititur, ſi poteſt, facere, quod facit maior.

Quare Iudices Romanæ Curiæ nunquam legunt ſententias per ſe ipſos, ſed eas faciunt legi per notarium cauſæ: ſimiliter Prætor Lucenſis, & Iudices criminales Ciuitatis Florentiæ, etiam ſi eſſent delegati, ſententias, quas proferunt, faciunt legi per actuarium cauſæ, præſentibus ipſis iudicibus ſedentibus pro tribunali, & adhibitis duobus teſtibus; & tamen ſi aliquando adamuſſim ſeruandæ eſſent omnes ſolemnitates, vtique ſeruandæ eſſet in ſentētijs criminalibus, in quibus agitur de maiori præiudicio, Spec. tit. de ſent. §. iuxta. ſub n. 12. verſ. non valet. lib. 2. fol. 172.

32 Et licet Auditores Rotæ Florētinæ, & præcipuè Auditores ſecundarum appellationum non ſeruent hanc ampliationem, ſeu conſuetudinem, ſed potius ſeruent diſpoſitionem iuris, quia ſedentes pro tribunali, ipſimet legunt ſententias ab illa parte, *Dei nomine repetito*. vſque in finem, & lectas dant actuario cauſæ coram teſtibus; huncq. ſeruant modum, ſi eſt vnus iudex ſolus, qualis eſt Auditor Quart. & iudex primarum appellationum, de quibus locutus ſum ſupra gl. 5. num. 3. & ſeqq. ipſe ſolus ſententiam profert, & legit: ſi verò ſunt plures, vt ſunt Auditores ſecundarū appellationum, de quibus etiam locutus ſum dicta gl. 5. num. 7. tunc, omnibus ſimul ſedentibus pro tribunali, quilibet legit ſententiam in ea cauſa, in qua ipſe fuit relator, ſed hoc non eſt de neceſſitate, quòd eam magis legat relator, quàm alius, quia quando ſunt tres iudices, ſufficit quòd legat vnus de conſenſu aliorum, Gl. in figuratione caſus, in cap. penult. cum ab vno. de ſent. & re iud. in 6.

33 Tamen ſi caſus vnquam cōtingeret, quòd eſſet lecta ab actuario, & ex hoc ſolo capite diceretur de eius inualiditate, ego pro viribus conarer defendere, eſſe validam: & duplici mouerer fundamento.

Primo quia ex diſpoſitione ſtat. lib. 2. rub. 1. omnes cauſæ ſunt ſummariæ, cum poſſit in omnibus procedi ſine figura iudicij, vnde oriuntur opiniones, de quibus ſupra num. 15. limit. 2. & dato, quòd ſequeremur opinionem, quæ tenet, ſententiam eſſe ferendam in ſcriptis, etiam in cauſis ſummarijs; tamen videtur admittendum, quod ſaltem in ſummarijs dicatur lata in ſcriptis, ſi fuerit prius redacta in ſcriptis, & poſtea, iudice ſedente pro tribunali, fuerit de eius mandato lecta, cum ſententia dicatur lata in ſcriptis, quando prius ſcribitur, & poſtea de ſcripti recitatione profertur; illa enim qualitas, quòd legatur per ipſummet iudicem, videtur poſſe omitti, quia ex eius omiſſione nullum poteſt conſiderari inconueniens, ſeu præiudicium, vt etiam dixi ſupra num. 31. & præſertim videtur poſſe omitti in cauſis ſummarijs, quia in eis non requiruntur ita ſubſtantialiter illæ qualitates, quæ ſunt neceſſariæ in cauſis ordinarijs, clem. ſæpe. de verb. ſign.

34 Secundo, quia apparet, quòd illa ſolemnitas legendi ſententiam ab ipſo iudice, non eſt neceſſaria ad iuſtitiam: nam ſi eſſet neceſſaria, vtiquè conſuetudo, de qua ſupra num. 30. non potuiſſet eam vllibi abrogare, neque ius potuiſſet eam in certa ſpecie iudicum, ſeu cauſarum dimittere, quia iuſtitia debet fieri omni loco, & ab omnibus Iudicibus: ſi non eſt neceſſaria ad iuſtitiam, ergò im-

imprudens eſſet lex, quę ob illius ſolemnitatis defectum ſententiam annullaret, nam temere lites propagaret, & augeret expenſas,

35 Et quando pertinaciter vellemus ſubſtinere, quòd ſententia adhuc eſſet inualida, ſeu nulla, eo quia in Ciuitate Florentiæ non ſeruatur hæc conſuetudo legendi ſententiam per alium, & vbi non ſeruatur talis conſuetudo, iudex debet ſententiam recitare per ſe ipſum, vt credit Gemin. in dicto cap. vlt. ſub num. 10. de ſent. & re iud. in 6. tamen tunc ad tollendam iſtam litem dicerem, quòd hæc nullitas eſſet indiſtinctè ſananda ex reſcripto S. C. S. eiuſmodi enim nullitates cum non tangant iuſtitiam cauſæ, ſunt adeo ſanandæ, vt ſummi Pontifices in curia Romana plures tulerint cõſtitutiones de non attendendis alijs nullitatibus, quàm procedentibus à defectu iuriſdictionis, mandati, & citationis: & quando damus in Signatura commiſſiones ſuper nullitate, ſemper exprimimus has tres; hæ namque tres ſanandę non ſunt, & ſunt attendendę, tum quia reſpiciunt principia, & prima fundamenta, quibus vniuerſa nititur iuſtitia, & totus fabricatur proceſſus: tùm quia ſi prima nullitas ex defectu iuriſdictionis non attẽderetur, priuatis aperiretur via, vt ſententias ferrent, aliaq. inde orirentur inconuenientia, & lęderetur poteſtas Principis, ſi nõ habentes ab eo poteſtatem, iudicarent: ſimiliter ſecunda ex defectu mandati, quia lata aperiretur via ad lædendos dominos, & principales: tertia verò ex defectu citationis ſemper eſſet parata ad iugulandum iuſtitiam, ſi pars, quę lædi poteſt, non citaretur.

Aduerte vlterius, quòd etſi notarius legat ſententiam, tamen poteſt ſcribere, lectam fuiſſe per iudicem, ex quo legit, eo præſente, & mandante, vt dicit, & teſtatur de conſuetudine Bal. in l. 1. num. 15. verſ. deinde ſuper verbo. C. de ſent. ex peric. recit.

36 Amplia ſecundo, vt etiam de iure legere per ſeipſos non teneantur, qui legere non poſſunt; qualis eſt cœcus, qui ideo poterit legere per alium, &, lecta ſententia, dicet verbum, *abſoluo*, ſeu *condemno*, Arch. in cap. vlt. ſub num. 1. de ſent. & re iud. in 6. Bal. in l. 3. ſtatutis. ſub num. 7. & Salyc. verſus finem, ſub num. 2. C. de ſent. ex peric. recitan. & eſt aduertendum, quòd etſi cœcus non poſſit eſſe iudex; tamen, ſi cœcitas ſuperuenerit, retinet iuriſdictionem, vt dicunt præfati Arch. Bal. & Salyc. in locis ſupra citatis, & ſcripſi ſupra gloſ. 4. quæſt. 2. num. 10. illat. 5. quales etiam ſunt illitterati, qui cum neſciant legere, oportet, vt, ſi ſint iudices, legant per notarium, & lecta ſententia, dicat alterum ex prædictis verbis, *condemno*, vel *abſoluo*, vt ex eiſdem, & alijs ſecutus ſum ſupra gl. 3. quæſt. 2. num. 13. & ſeqq. & num. 19. verſus finem.

37 Limita octauo eandem concluſionem de ferenda ſententia in ſcriptis, vt non procedat, quando partes conſentirent, vt iudex ferret ſententiam ſine ſcriptis, quia tunc iudex poteſt eam ſine ſcriptis ferre de voluntate partium, Bar. in l. 3. quoties. num. 3. & & 4. not. vlt. C. de priuil. ſchol. lib. 12. Iaſ. in §. curare. in fine, ſub num. 60. Inſtit. de action. Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. num. 539. de probat. inter Repeten. tom. 3. fol. 268. Affl. deciſ. 191. abbas. num. 7. & ita dicere aliquos, refert Spec. tit. de ſent. §. iuxta. ſub num. 12. verſ. non valet. lib. 2. fol. 172. & videtur ibidem verſus finem hoc ſupponere de plano.

38 Contra hanc limitationem, quia partes non poſſunt renunciare ijs, quæ ſunt de forma iudicij ordinarij, tenent Bernar. & Hoſt. quos citat, & ſequitur Gl. in cap. vlt. in verbo, illuſtrium. de ſent. & re iud. in 6. & hanc opinionem ſequitur Vant. tract. de nullit. tit. de null. ex defect. proceſs. ſiue ordinis, &c. ſub num. 73. verſ. contrarium. fol. 416. tom. 4. & faciunt quæ ſcripſi ſupra gl. 9. num. 30. vbi ſcripſi, quòd non valebit, vt ſententia, ſed valebit in vim pacti: facit etiam quod ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 35.

39 An Papa, ſeu Princeps teneatur ſententiam ferre in ſcriptis.

Dic, quòd non quantum ad lecturam, quia poteſt eam legere per alium, vt loquendo de Epiſcopo, & alijs inferioribus, ſcripſi ſupra num. 26. limit. 7.

Sed quantum ad alias ſolemnitates, puta, quòd prius ſcribatur, & poſtea recitetur, & non è conuerſo, Spec. tit. de ſenten. §. iuxta. ſub num. 12. verſ. non valet. lib. 2. fol. 172. videtur ſentire, quòd non teneatur, licet in fine alleget argumentum in contrarium: ego tamen conſtanter dicerem, quòd poteſt eam ferre ſine ſcriptis, quia ipſe eſt ſolutus ſolemnitate poſitiua in proceſſu, vt firmat Gl. in cap. vlt. in verbo, illuſtrium. de ſent. & re iud. in 6. Imò Iaſ. in d. §. curare. verſus finem, ſub

ſub num. 60. Inſtit. de action. tenet in fortioribus, quòd ſententia, quæ fertur in præſentia Principis, poſſit ferri ſine ſcriptis.

40 Limita nono (& eſt limitatio veluti anomala) vt non procedat in ſententia excommunicationis, quia etſi non debeat ferri ſine ſcriptis, imò neque ſine cauſæ expreſſione, & poſtea de ea dari debeat copia in authenticam formam infra menſem, ſi fuerit petita, & excommunicator, qui hæc ſingula non obſeruaret, ſit puniendus, cap. 1. de ſenten. excomm. in 6.

Tamen ſententia, etiam ſi ſit lata ſine ſcriptis, & ſine cauſæ expreſſione, tenet, Gl. in caſus figuratione, ibi, nota vlterius. & Io. Monach. ſub num. 6. verſ. ſed dato. de ſent. excomm. in 6.

Declara primo eandem regulam, de qua ſupra num. 2. vt quamuis ſententia eſſet ferenda in ſcriptis, & iudex teneretur eam legere per ſeipſum, vt dixi ſupra num. 10. extenſ. 5. tamen non teneretur vnquam eam ſcribere per ſeipſum; ſed poſſit, prout indiſtinctè ſeruatur, eam ſcribere per alium; & de hoc nulla eſt controuerſia; nam ipſæmet partes, ſeu earum procuratores ſcribunt, & formant ſententias, & illas dant iudici, qui delet, & addit, prout ſibi iuſtitia ſuadet, vt dixi ſupra gl. 9. ſub num. 39. & ita ſeruatur etiam Florentiæ, vbi licet ſententiæ ferantur de ſcripti recitatione per ipſoſmet Dominos Auditores, vt dixi ſupra num. 32. tamen non ſcribuntur ab ipſis Auditoribus, ſed ſcribuntur à Cauſidicis.

Quicquid dicat Gl. in diſt. 20. initio, in verbo, ſcientia. dicens, quod iudices debent per ſe ſcribere ſententias.

41 Declara ſecundo, vt ſententia poſſit ſcribi non ſolum in charta, ſed etiam in pariete, & tabula, vt notant Gemin. in cap. vlt. num. 7. verſ. quæro an vitietur. & Franch. ſub num. 1. de ſent. & re iud. in 6.

42 Declara tertio, vt debeat taliter ſcribi, vt poſſit legi, alias habetur pro non ſcripta, Vant. tract. null. tit. de null. ex def. proceſ. ſiue ordin. &c. num. 72. fol. 416. tom. 4. etenim in noſtro foro ſuri paria ſunt eſſe, & non apparere, & nullo modo eſſe: quòd enim ſcribatur, & eius lectio non ſit certa, ſed ſit obſcura, non ſeruit.

43 Declara quarto, vt poſſit ſcribi in lingua græca, latina, vulgari, & ſimili, prout loquitur gens loci, in quo fertur, debet enim ſcribi in lingua communi illius loci, in quo profertur, vt dixi infra gl. 14. q. a 8. nu. 2. & ſeqq. & num. 5. declar. 1.

44 Declara quinto, vt ſi ſententia, lata in ſcriptis, ſit incendio, vel alio caſu cõſumpta, ſeu deperdita, poſſit probari per teſtes., & ſufficiunt duo, qui deponant, ſententiam fuiſſe ita, & ita de ſcripti recitatione latam, Abb. in cap. 16. ſicut nobis, not. 3. num. 4. & latius Felyn. num. 10. in 8. & vlt. declarat. de ſent. & re iud. quos ſequitur Vant. dicto tit. de nullit. ex def. proceſs. num. 77. fol. 416. & ita fuiſſe concluſum in Rota, & quæ deponere debeant teſtes, ſcribit Rot. deciſ. 19. alias 409. fuit dubitatum. de re iud. in nou.

45 Ratio huius declarationis eſt, quia hæc eſt præcipua iuriſprudentiæ vittus, & operatio, ne deſinat perire iuſtitiam, & caſibus ſingulis, prout eorum natura, & neceſſitas exigit, prouideat.

46 Declara ſexto, vt nõ ſit neceſſarium, quòd iudex in ſententia apponat illa verba, *in his ſcriptis*, Franc. in cap. vltimo, num. 11. de ſenten. & re iud. in 6. licet enim omitterentur, tamen ſententia non vitiatur, Salyc. in l. 2. hac lege. num. 3. C. de ſent. ex peric. recit. & ita videtur tenere Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. ſub num. 538. de probat. inter. Repet. tom. 3. fol. 268. hoc idem ſentit Spec. tit. de ſenten. §. iuxta. ſub num. 12. lib. 2. fol. 172. dicens, quòd ipſe conſulit, vt iudex in prolatione ſententiæ dicat, *in his ſcriptis pronuncio*, quia eſt vtile, & licet dicant, quòd ſententia aliter non valet; tamen ipſe ſubdit, ſe id non putare, quia, inquit, ſufficit, quòd feratur in ſcriptis; vnde ſomniauit Bal. in l. 3. ſtatutis. num. 2. verſ. quæro nunquid. C. de ſent. ex peric. recit. dũ refert, quod Spec. dicit, non ſufficere, quòd iudex dicat, pronuncio in ſcriptis, niſi dicat (*in his ſcriptis*) ſubdens contra Speculatorem, quòd eſt truffa, quia in ſcriptis eſt, quod legitur; vides enim, quod Bal. in hoc non eſt teſtis fidelis.

Quicquid ſcripſerit Celſ. Vg. tract. de clauſul. num. 231. fol. 501. tom. 18. dicens, quòd, iſta clauſula omiſſa, ſententia vitiatur.

47 Imò tantum abeſt, vt præfata verba ſint neceſſaria, vt potius videantur oſtendere quandam iudicis groſſitiem: nam de eo, quod patet oculis, quid egemus teſtibus, cum nulla ſit maior probatio ea, quæ fit per euidentiam, & oculorum inſpectionem, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 71. ſub num. 3. vnde dicere ſolemus, quòd res magis, quàm ſet-

ſermo loquitur, vt ſcripſi ſupra, gl. 2. q. 1. num. 11. & q. 2. num. 2. & 3.

48 Subdeclara hanc declarationẽ, vt quamuis præfata verba nõ ſint neceſſaria, ſunt tamen vtilia, quia ſcriptura in ſententia poteſt ſtare duplici modo: vno ſcilicet, vt probet sẽtẽtiata: & alio, vt appareat, ſententiã fuiſſe latam de ſcripti recitatione, ideoq. cum magna moderatione, vt dixi ſupra ſub nu. 3. verſ. ratio. quare vt appareat quomodo ſcriptura ſit in ſententia, prudenter iudex dicit, *in his ſcriptis*, quamuis in dubio ita etiam eſſet præſumendum pro validitate actus, dummodo non repugnet modus pronunciandi in tertia perſona, vt dixi in ſeq. declar. addo vlterius quòd præfata verba operantur, vt ſententia etiam ſi ſit concepta in tertia perſona, tamen dicatur lata in ſcriptis, vt dixi in ſeq. declar.

49 Declara ſeptimo, vt ſi ſententia ſine pręfatis verbis *in his ſcriptis*, reperiatur cõcepta ſub verbis primę perſonę, puta, ita pronũciaui, ſeu ita pronunciamus, pręſumatur lata in ſcriptis, ſecus ſi reperiatur cõcepta ſub verbis tertię perſonæ, vt puta, ita pronunciauit, quia tunc non pręſumitur lata in ſcriptis, Spec. tit. de ſentent. §. iuxta. ſub num. *12.* lib. 2. fol. 172. & Vant. tract. nullit. tit. de null. ex def. proceſ. ſiue ordin. &c. num. 76. fol. 4*16*. tom. 4. & ita etiam tenet Bar. in l. 3. ſtatutis. num. 4. C. de ſent. ex peric. recit. quia ſe remittit ad Spec. in loco hic ſupra citato; eſt tamen aduertendum, quòd & ſi concepta ſub verbis primę perſonę pręſumatur lata in ſcriptis, tamen poteſt probari contrarium; licet etiam quando eſt concepta ſub verbis tertię perſonę præſumatur lata ſine ſcriptis, tamen hoc fallit, quando in ea ſunt appoſita præfata verba, in his ſcriptis, Spec. in loco ſupra proxime citato.

50 Declara octauo, vt ſententia nulla ex iſto capite, quia non fuit lata in ſcriptis, poſſit denuo ſine alia cauſæ cognitione in ſcriptis ferri, & ſic ex eiſdem actis, Paul. de Caſtr. in l. *1.* num. 3. C. de ſent. ex peric. recit. dummodo duret inſtantia, ſecus ſi inſtantia eſſet perempta, quia tunc oporteret denuo libellare, & cętera facere, quæ, perempta inſtantia, non durant, ſed ea, quę perpetuam habẽt firmitatem, non oporteret denuo facere, ſed ſolum producere, Bal. in l. 1. num. *16.* verſ. deinde pondera. C. de ſent. ex peric. recit. & ad huius declarationis maiorem intelligentiam poteris videre quæ ſcripſi cap. ſeq. queſt. 15. num. 348. 349. & ſeqq.

51 Quia (& impono finem huic gloſſę) ſępe in ea citauimus ll. C. de ſent. ex peric. recit. & illud verbum, *ex periculo*, non videtur poſſe accommodari, ſeu habere locum in illo titulo; nullum enim periculum videtur imminere iudici recitanti ſententiam, niſi eſſemus in caſu Genuę, de quo ſupra gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 24. neque videtur ſatisfacere, Gloſ. in dicta rubr. de ſent. ex peric. recit. dicens, quòd ſententię ſicut medicinę dantur, & recipiuntur cum periculo: minus etiã ſatisfacit expoſitio, *ex periculo*, ideſt, iudice, vt ex Cuiac. lib. 5. obſeru. cap. 25. refert Additiuncula ad Cyn. dicta rubr. de ſent. ex peric. recit. Ideo crederem, legendum eſſe, de ſent. ex libello recitan. vt citat Rebuff. tract. de ſenten. art. 3. gl. vna, num. 3. fol. 429. tom. 3. ſeu legendum eſſe, de ſent. ex breuiculo recitan. vt legunt multi, à quorum lectione non videtur diſtare Rebuff. dicta gl. vna, num. 3. & 4.

GLOS. XIII.

Cum plena cauſæ cognitione.

SVMMARIVM.

Præfata verba non ſunt neceſſaria in ſententia, ſunt tamen laudabilia, num. 1.

Cognitio cauſæ eſt neceſſaria ante ſententiam, num. 2. Etiam de iure diuino, num. 3.

Sententia lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla ipſo iure, num. 4. & 10.

Decreta quæcunque lata ſine cauſæ cognitione, ſunt nulla ipſo iure, num. 5. Et ideo etiam interlocutoria, num. 6. Et commi nationes, num. 17.

Cognitio cauſæ debet præcedere ſententiam, & non ſequi, quia eſſet nulla, nu. 7. Etiam ſi ex cognitione poſtea adhibita appareret iuſtitia ſententiæ, num. 8.

Nullitatis remedium æſtimatur efficax contra eos, qui non obediunt præceptis legis, ſub num. 8.

Nullitas procedens ex non adhibita cauſæ cognitione, non eſt excluſa à ſtatuto, quod tolleret omnes nullitates, num. 9.

Nullum quod eſt ipſo iure, non indiget miniſterio iudicij, ſeu iudicis, num. 10.

Nullitas ipſo iure, & non ipſo iure, quomodo cognoſcatur, num. 11. remiſſiuè.

Reſcriptum, quo committitur iudici, vt procedat

cedat ſine cauſæ cognitione, redditur ſuſpectum de falſo, num. 12. Et non valet, niſi appareat de certa ſcieutia Papę reſcribentis, num. 13.

Epiſcopus non poteſt ſtatuere, quòd liceat pronunciare ſine cauſæ cognitione, numero 14.

Diſpēſatio inferioris à Papa ſine cauſæ cognitione non valet, etiam ſi fiat ex ſimplici indulto Papæ, num. 15.

Declaratio facta ab eo, cui teſtator declarationem faciendam commiſit, non tenet, ſi fuerit facta ſine cauſæ cognitione, num. 16.

Sententia, lata ad conſilium ſapientis præcipitatum, eſt nulla, num. 18.

Arbitramentum, latum ex abrupto, eſt nullum, num. 19.

Conſilio ſapientis non lecto, ſententia ſecundum illud lata eſt nulla, num. 20. ſub. nu. 59. & 62.

Spoliatus per ſententiam iudicis, latam ſine cauſæ cognitione, eſt ante omnia reſtituendus, num. 21.

Obligatio, qua quis conſentit, vt poſſit excommunicari ſine cauſa cognitione, non tenet, ſub num. 21. illat. 12.

Sententia quando dicatur lata ſine cauſæ cognitione, num. 22. & ſeqq.

Arbitrorum ſententiæ latæ ſtatim, facto compromiſſo, an valeant, num. 26.

Notario rogato de interpoſitione decreti, & atteſtanti interueniſſe cauſæ cognitionem, non creditur, num. 27.

Cognitio cauſæ licet præſumatur, tamen temporis breuitas eam excludit, & multo magis probatio in contrarium, num. 28.

Cauſæ cognitione adbibita, requiritur vlterius congrua deliberatio ad ponderandum ſententiam ferendam, num. 29. Declaratur, num. 63. & 64.

Veritas agitata ſplendeſcit, num. 30.

Tempore indigemus ad maturè agendum, num. 30.

Virtus cunctatrix ante deliberat, quam incipiat, num. 30. in fine.

Iniquitas omnia præcipitat, num. 31.

Conſilium debet præcedere deliberationem, num. 32.

Florentinæ Rotæ Auditores, quare in ſententia non apponant verba, (de iuris peritorum conſilio) & apponant Auditores Rotæ Rom. num. 33.

Sententia lata ſine conſilio Iuriſperitorum, an valeat, num. 34. & ſeqq.

Conſultorem, ſeu conſilium Iuriſperiti non tenetur iudex aſſumere, imò ſi aſſumat, videtur debilitas iudicis, num. 34. & ſeqq. Et quando teneatur, num. 36.

Conſilio etiam non expectato, iudex an poſſit ſententiam ferre, num. 37. & ſeqq.

Conſilium licet ſit petitum, & iudex conceſſerit, tamen non tenetur illud ſequi; quod ſi ſequatur, & conſilium eſſet iniquum, an teneatur in ſyndicatu, num. 40. & ſeqq.

Conſilium ſapientis ſi iudex in proceſſu, & ante ſententiam nou requiſiuerit, vel ſi requiſiuerit; illud tamen ſententiando non ſit ſecutus, & ſuppoſito ſtatuto, ſeu reſcripto Principis, quod mandet iudici, vt procedat cum conſilio ſapientis, an ſententia ita lata, valeat, num. 41. & ſeqq.

Conſilium ſapientis quando iudex teneatur ſequi, & quando teneatur ſolum requirere, num. 43. & ſeqq. & num. 50. & ſeqq.

Epiſcopus licet ferè in omnibus gerendis teneatur requirere conſilium Capituli, ſeu canonicorum, tamen non tenetur illud ſequi, ſub num. 44. & 45.

Mulier licet ex forma ſtatuti non poſſit teſtari ſine conſilio duorum conſanguineorum, tamen ſufficit quòd illud requirat, numero 46.

Teſtator licet diſponat, vt executor teſtamenti non poſſit aliquid facere ſine conſilio, conſenſu, & voluntate guardiani fratrum minorum, tamen executor non tenetur habere illius conſenſum, &c. num. 47. & 48.

Conſilium differt à conſenſu, ſub nu. 47. Nam quando geſturus actū, non habet integrum iudicium rationis, & ideo in eo actu requiritur conſilium, ſeu conſenſus alterius, tunc actus geſtus ſine illius conſenſu, eſt nullus, num. 49.

Dictio (de) & dictio (cum) an differant in ſtatuto, quod mandaret ſenteutiam ferri de conſilio, vel cum conſilio, num. 53.

Delegatus, ſi vult, poteſt ex ſuo officio, etiam partibus inuitis, aſſumere ſibi aſſeſſorem, dummodo talis aſſeſſor non ſit ſuſpectus, ſub num. 54. Imò, etiam inuito altero condelegato, num. 55. Et an vtraque pars teneatur ad expenſas conſultoris, num. 56. & ſeqq.

Expenſæ, ſeu ſalarium Conſultoris à quo ſolui debeat, num. 56. & ſeqq.

Sententia, lata ſecundum conſilium venturum, non valet, num. 59. & ſeqq.

Con-

Conſilium, ſecundum quod iudex dicit ſententiam, debet aperiri, legi, & publicari in actu ipſius ſententiæ, ſub num. 59. & 62.
Sententia quibus caſibus ſit ſubito ferenda, num. 64.

1 HAEC verba (cum plena cauſæ cognitione) quæ ponuntur in ſententia, non ſunt neceſſaria, prout etiam neceſſaria non eſſe illa verba, viſa, &c. dixi ſupra gl. 9. num. 31. ſed benè eſt neceſſarium ipſorum verborum factum; & ſic iudici, apponenti hæc verba, poſſumus dicere, quòd vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt; quare ſententia valet etiam ſine præfatis verbis, & ideo Romę, multiſq. alijs in locis feruntur ſententię ſine iſtis verbis; vbi tamen apponuntur, non nocent, imò ſeruiunt pro honore iudicis, & habent vim, vt magis præſumatur pro iuſtitia ſententiæ, quia iudex teſtatur de adhibita cauſæ cognitione, ſine qua ſententia non valet, per ea, quæ dicam num. ſeq.

2 Concludo primo igitur, quòd cognitio cauſæ eſt neceſſaria, vt, articulo late diſcuſſo, firmat Felyn. in cap. 10. eccleſia. ſub num. 13. verſ. ſed in contrarium. de conſtit. multa etiam cumulauit Marſ. in pract. crim. §. nunc videndum. num. 32. & ſeqq. hancq. concluſionem ponunt Vant. tract. nullit. tit. de null. ex def. proceſ. ſiue ordin. &c. num. 30. fol. 414. & Oſaſch. deciſ. 146. ſtante num. 14. verſ. tertio adducitur. & hodie tranſit ſine controuerſia, quia ex ſe ipſa patet, nam, vt ex Philoſ. & S. Thom. retuli ſupra gl. 3. quęſt. 2. num. 28. verſ. prima ſpecies. bene quiſque iudicat ea, quæ cognoſcit, & ipſorum bonus eſt iudex: & ideo eſt neceſſaria, quia cognitio eſt parens veritatis, & conſequenter iuſtitię, cuius gratia eſt inuenta ſententia.

Confirmatur hæc concluſio in eius ratione; quia ſicut præcipitatio eſt nouerca, & inimica iuſtitiæ, vt dixi ſupra gl. 9. num. 33. ita etiam cauſæ cognitio, vti præcipitationi oppoſita, eſt patens, & amica; etenim contrariorum contraria eſt diſciplina, vt dixi ſupra gl. 11. num. 4. & ſicut iniquitas omnia pręcipitat, ità virtus lenta eſt, & omnium percunctatrix, vt dixi infra, num. 30. & 31.

3 Amplia hanc concluſionem, vt cognitio cauſæ requiratur de iure diuino, Abb. in cap. 1. num. 5. verſus finem, de cauſ. poſſeſſ. & propr. Felyn. in d. cap. eccleſia. num. 26. not. 2. in fine, de conſtit. Marſ. in dicto §. nunc videndum. num. 42. in fine, Vant. in dicto tit. de nullit. ex deſ. proceſs. ſub num. 30. & Oſaſch. dicta deciſ. 146. ſub num. 14. & probari videtur ex primo ad Corinth. cap. 4. num. 5. *itaque nolite ante tempus iudicare.* qui enim iudicat ſine cauſæ cognitione, ſemper dicitur iudicare ante tempus, & probatur etiam ex Io. 7. in fine, num. 51. vbi Nicodemus ad Phariſeos; *nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat?* & efficacius probatur ex eo, quia citatio eſt neceſſaria propter cauſę cognitionem; non enim ob aliam cauſam requiritur citatio, vt de ſe patet; ſed citatio eſt de iure diuino, & naturali, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 88. ampl. 1. ſub num. 2. ergo de eodem iure eſt ipſa cauſæ cognitio.

4 Infero primo ex hac concluſione, ita ampliata, quòd ſententia, lata ſine cauſę cognitione, eſt nulla ipſo iure, per ea, quę habentur in l. ex ſtipulatione. C. de ſent. & interl. omn. iud. & in l. 2. C. de ſent. ex peric. recit. & ſcribunt Bar. in l. 4. prolatam. ſub num. 10. & ibi alij communiter C. de ſenten. & interl. omn. iud. Felyn. in dicto cap. eccleſia. ſub num. 13. verſ. ſed in contrarium. de conſtitut. Vant. dicto tit. de nullit. ex def. proceſ. num. 31. fol. 414. tom. 4. & Surd. deciſ. 334. doctores. nu. 3. in fine, num. 4. & 5. ad finem lib. 4. ſuorum conſiliorum.

5 Extende primo hanc illationem, vt procedat non ſolum in ſententia, vt locuti ſumus, ſed etiam in decreto; In abſolutione à iuramento præſtito; In captura contra ſuſpectum de fuga; In præcepto facto iudici ſeculari à iudice eccleſiaſtico; In miſſione in poſſeſſionem ex ſecundo decreto; In auctoritate Prætoris, interpoſita ſuper tranſactione; In pronunciatione contra contumacem, nondum conſtito de contumacia; quia hæc ſingula, ſi fiant ſine cauſæ cognitione, ſunt nulla, prout de tota hac extenſione, ſeu his ſingulis ita loquuntur Felyn. in dicto cap. eccleſia. ſub num. 13. verſ. ſecundo adducitur. ſub num. 14. verſ. decimo ad hanc. & num. 15. & 16. de conſtit. & Marſ. in dicto §. nunc videndum. n. 34. & ſeqq. & de ſententia contra contumacem, non conſtito prius de contumacia, ſcripſi ſupra gl. 4. q. 4. ſub nu. 2. & ad huius extenſionis corroborationem adde quę ſcripſi infra n. 15. & ſeqq. illat. 5. & ſeqq.

Digitized by Google

6 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam in ſententia interlocutoria, vt ex Bal. refert Felyn. in dicto cap. eccleſia. ſub num. 13. verſ. quinto videtur. in fine, & ſub num. 28. not. 4.

Sed hanc ſubextenſionem potes intelligere cum diſtinctione de citatione, prout concludit Felyn. ſub dicto num. 28.

7 Extende ſecundo, vt ſententia ſit nulla, non ſolum ſi fuerit lata ſine vlla cauſæ cognitione, ſed ſit nulla, etiam ſi fuerit lata cum cauſæ cognitione, quæ tamē nō præceſſerit ſententiam, ſed fuerit adhibita poſtea: cauſæ namque cognitio debet præcedere actum, vt loquitur Bal. in l. non enim. ſub num. 3. verſ. & not. ff. de adopt. quia eſt impoſſibile, vt res fiat alicui cognita, niſi prius is faciat ea, quæ ſunt neceſſaria ad cognitionem, puta; niſi adhibeat ſenſum corporeum cum diſtinctione, ex quo actu res illa fit cognita, & facit, quod de conſilio, & conſiliato ſcripſi infra num. 42. verſ. prima inſpectio. & ſic cauſę cognitio non debet ſubſequi; alias talis prępoſteratio vitiat actum, Vant. tract. nullit. tit. de nullit. ex defect. proceſs. ſiue ordin. &c. num. 32. fol. 414. tom. 4. & Oſaſch. deciſ. 146. ſtante. ſub num. 14. etenim ſtulte ageret iudex, qui poneret habenam in cauda, & currum ante boues.

Confirmatur primo hęc extenſio ex his, quę de ſeruando ordine latè ſcripſi ſupra gl. 9. num. 1. & ſeqq. & pręſertim num. 24. & ſeqq.

Confirmatur ſecundo, quia ſi ea iudicamus, quę cognouimus, ſeu cognoſcimus, vt ex Ariſtot. & S. Thom. retuli ſupra num. 2. neceſſario ſequitur, vt cognitio debeat pręcedere iudicium: etenim cognitio, vt dixi ibidem, eſt veluti parens veritatis, & conſequenter iuſtitię: ſed parens pręcedit id, quod parit, & aliter ſe habere, eſt impoſſibile.

8 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi ex cognitione poſtea adhibita appareret, quòd ſententia eſt iuſta, & quòd ſi non eſſet ita lata, eſſet nunc ita ferenda: quia dico, quòd nihilominus eſt nulla, & iniuſta; & ideo dicimus, quòd ſi iudex aliquem torqueat ſine indicijs, errat, & debet puniri, etiam ſi poſtea ſuperuenirent indicia, ſufficientia ad illam torturam, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 181. & 182. & copioſius ſcripſi ſupra gloſ. 9. num. 24. & ſequentibus; quia contra ſpernentes, aut aliter inobedientes, nullum eſt magis efficax, & generale remedium, quàm nullitas, quando factum poteſt reduci ad non factum, pręſertim ipſo iure; nam cum quilibet faciat, vt aliquid faciat, vtique ſi videat, quòd nihil facit, deſinit facere, per ea, quę de libello famoſo, & ludo ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. ſub num. 556. exempl. 4.

Neque huic ſubextenſioni obſtat regula, quòd tequta, nulliter conceſſa, ſi denuo eſſet concedenda, non eſt reuocanda, per ea, quę ſcripſi gloſ. ſeq. quęſt. 13. num. 20. verſ. ſecundo quia.

Quia reſpondeo, quòd non per hoc tollitur, quin illa ſententia, lata ſine cauſę cognitione, fuerit nulliter lata, & ille iudex non male fecerit.

9 Extende tertio, vt ſit nulla, ſeu potius iſta nullitas non ſit ſublata à ſtatuto, ſeu motu proprio, quamuis tolleret omnes nullitates, præter tres, iuriſdictionis, mandati, & citationis, & ad hanc extenſionem moueor ex pluribus: Primo, quia ſi ſententia dicitur nulla propter defectum citationis, quomodo non dicetur nulla propter defectum cognitionis cauſæ, cum citatio fiat propter iſtam cauſę cognitionem; & ſic ſuccedat vulgata propoſitio; propter quod & vnumquodque tale, & illud magis? Secundo, quia iuriſdictio, mandatum, & citatio videntur quodammodo partes neceſſarię ad ſententiam, & ideo ex earum defectu poteſt dici de nullitate ſententiæ; ſed cognitio cauſę videtur maior pars, & quodammodo videtur totum, in quo cognitio cęterarum partium, & defectuum illarum contineatur. Tertio, quia ſi terminis ſubſtantialibus non ſeruatis, ſententia eſt nulla, hęcque nullitas non dicitur ſublata à dicto ſtatuto, ſeu motu proprio, per ea, quę ſcripſi libro proxime præceden. cap. 3. num. 288. & ſeqq. ergo multò minus dicetur ſublata nullitas, procedens à defectu cognitionis, quia, vt dixi, citatio, & termini ſubſtantiales ſunt inuenti propter cauſæ cognitionē.

10 Subinfero notabiliter ex hac illatione ad vſum praxis, quòd cum hæc ſit nullitas ipſo iure, non eſt neceſſarium, quòd is, cui talis nullitas videtur nocibilis, moueat iudicium nullitatis, quia quod eſt nullum ipſo iure, vlterius non annullatur, & ideo ſufficit, quòd cum quis agendo, vel excipiendo, vti-

tur ſententia, ſeu alio actu nullo, replicetur de illius nullitate ſecundum ea, quæ ſcribit Addit. ad Felyn. in cap. 10. eccleſia. ſub nu. 15. in verbo, eſt nullum. de conſtitut. quia quod nullum eſt, vlterius annullari non poteſt, Vant. tract. nullit. tit. qnot & quibus mod. null. in iudicio proponi &c. num. 47. fol. 380. tom. 4.

11 Er ad cognoſcendum quando actus ſit ipſo iure nullus, vel ſit annullandus per ſententiam, tradit quaſdam regulas idem Vanr. ibidem, num. 48. & ſeqq. ſuper quibus regulis, an veræ ſint, ego non inſiſto.

12 Infero ſecundo, quòd ſi Principis reſcriptũ contineret, vt iudex procederet ſine cauſæ cognitione, tale reſcriptum eſſet ſuſpectum de falſo, Felyn. in cap. 10. eccleſia. num. 31. not. 7. de conſtitut. & Marſ. in pract. crim. §. nunc videndum. num. 40.

13 Infero tertio, qnòd ſi in caſu, in quo requiritur cauſæ cognitio, Papa mandaret ſine cauſæ cognitione, mandatum non valeret, niſi appareret de certa ſcientia Papę, Innoc. in cap. 5. tum ex litteris. & Abb. ſub num. 9. de in intergr. reſtit. & Felyn. dicto cap. 10. eccleſia. num. 35. verſus finem, de conſtitut.

14 Infero quarto, quòd Epiſcopus non poteſt ſtatuere, quòd liceat pronunciare ſine cauſæ cognitione, Felyn. in eod. cap. eccleſia. nu. 26. not. 2. & quòd non valear ſtatutum, refert, & ſequitur Marſ. in dicto §. nunc videndum. num. 36.

15 Infero quinto, quòd diſpenſatio inferioris à Papa ſine cauſæ cognitione non valet, non ſolum ſi fiat ex ordinaria poteſtate, ſed etiam ſi fiat ex ſimplici indulto Papę, qui poteſt contra ius commune diſpenſare ſine cauſa, Felyn. in dicto cap. eccleſia. num. 27. not. 3. & Marſ. dicto §. nunc videndum. n. 37.

16 Infero ſexto, quòd ſi teſtaror commiſerit Seio, vt declararet, an quædam pecunię, ex diuerſis certis partitis exactæ à Caio, deberent eidem Caio reſtitui, & Seius indiſcuſſe, & pręcipiranter declararet, debere reſtitui, tanquam extortæ, talis declaratio non valeret, quia non eſt ſecutus formam boni viri, ſiquidem debebat ei aliquid conſtare, requiſiro ad hoc hærede, vt ex Bal. & alijs ſequitur Felyn. dicto cap. eccleſia. ſub nu. 15. verſ. duodecimo eſt. de conſtitut.

17 Infero ſeptimo, quòd comminatio, quam iudex faceret contra reum, dicendo eum præſtiturum certas vſuras, ſi intra certum diem debitum non ſoluerit, non habet vim ſtipulationis, neque rei iudicatę, & nullum facit reo pręiudicium; etiam ſi is à comminatione non appellet, qnia illa comminatio non eſt ſententia, & eſt ſine cauſæ cognitione, & hoc, quod dico de comminatione, procedit etiam in epiſtola, qua iudex iuſſerit alicui, vt ſoluat, etiam ſi iuſſerit, vt ſoluat Reipubl. & procedit etiam in programmate, l. 1. & ſeqq. C. commin. epiſt. programm. ſubſcript. auth. rei iud. non hab.

18 Infero octauo, quòd ſententia, lata ad conſilium ſapientis pręcipitatum, eſt nulla, Felyn. dicto num. 15. in fine.

19 Infero nono, quòd ſi arbitrator laudauit ex abrupto, arbitramentum eſt nullum, vt ſequitur Felyn. eod. cap. eccleſia. nu. 16. verſ. decimonono. ſeu verius, decimotertio.

20 Infero decimo, quòd ſententia, lata à iudice ſecundum ſapientis conſilium clauſum, quod non legit, eſt nulla, deber enim illud aperire, & legere, Bal. in l. 1. num. 4. verſ. in gloſ. ſecundum. C. de ſent. ex peric. recit. & Felyn. in loco ſupra proxime citato, & dixi infra ſub num. 59. & 62.

Neque obſtat, quòd idem Bal. & alij, quos citaui cap. ſeq. q. 15. n. 297. dicant, quòd vbi iudex ex forma ſtatuti teneatur pronunciare ſecundum conſilium ſapientis, & illa die conſilium ſibi non ſit traditum, poterit dicere (pronuncio ſecundum conſilium ferendũ.)

Quia reſp. quòd illa pronunciatio excuſat à lapſu fatalium, ſeu primę inſtantię, ſed non per hoc eſt valida, per ea, quę ſcripſi ead. q. 15. n. 295. in fine, & 296. & dixi infra nu. 61.

21 Infero vndecimo, quòd licet ſpoliatus per ſententiam iudicis, non ſit ante omnia reſtituendus; tamen, ſi fuit ſpoliatus ſine cauſæ cognitione, eſt ante omnia reſtituendus, quia ludex diceretur proceſſiſſe tanquam priuatus, Felyn. in dicto cap. 10. eccleſia. nu. 30. not. 6. de conſtit. pro maiori intelligentia huius illationis vide quæ ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 6. num. 65. & ſeqq. & memb. 7. num. 122.

Infero duodecimo, quòd quis non poteſt ſe obligare, vt ſine cauſæ cognitione, & ſine contumacia poſſit excommunicari, Marc. Ant. Gen. in prax. archiepiſc. cap. 117. ſub num. 5.

22 Declara primo eandem concluſionem, vt ſententia dicatur lata ſine cauſę cognitione, & ideo ſit nulla quãdo iudex ſtatim poſt litem conteſtatã intra paucos dies dedit ſenten-

tentiã diffinitiuã, quia ex iſta breuitate temporis poteſt preſumi, quòd iudex nõ fuerit inſtructus, & quod ſententiam tulerit ſubito ſine cauſæ cognitione, Bar. in l. 4. prolatam. in fine, num. 10. C. de ſent. & interl. omn. iud. Anch. conſ. 36. viſa quadam. ſub num. 2. & 3. & ex eis, & alijs ſequitur Felyn. in cap. 10. eccleſia. num. 14. verſ. nono ad hanc partem. & ſub num. 19. limit. 2. de conſtit.

23 Secus eſt, ſi ante ſententiam præceſſeſſet libellus, conteſtatio litis, iuramentum calum. niæ, & citatio ad ſententiam, quia etſi non appareat, fuiſſe datum terminum ad probandum, neque dilationem ad producẽdum iura, & conſequenter ex hoc videatur defeciſſe cognitio cauſę, tamen non eſt ita, quia ſufficit, ſententiam fuiſſe latam, parte pręſente, vel contumaciter abſente, Bar. in loco ſupra proxime citato.

24 Ratio melior huius declarationis in hac vltima parte eſt, quia, cum fuerit ſeruatus ordo ſubſtantialis iudicij, non poteſt dici, quòd cauſa non fuerit cognita, quia in ipſo ordine iudicij pręſumitur cognitio cauſæ, niſi probetur contrarium: nam licet non fuerit datus terminus ad probandum, & producendum iura, tamen ſententia tenet, & tranſit in iudicatum, ſi non appelletur, quia terminus ad probandum, & producendum ſunt de iuſtitia, & non de ordine ſubſtantiali, neque excuſatur ſi dicat, ſe non probaſſe, quia non fuit ſibi aſſignatus terminus, ſeu dilatio, nam probationes poſſunt fieri, nulla etiam data dilatione ad probandum, & iudici potuit ex ſola partium aſſertione liquere de cauſa, Felyn. in dicto cap. 10. eccleſia. num. 19. limit. 2. & clarius num. 23. limit. 6. de conſtit. quinimo ipſęmet probationes, vti media cauſæ, licet ſint de iuſtitia, non tamen ſunt de ordine ſubſtantiali, Felyn. ibidem num. 24. ſed de hoc ſcripſi gl. ſeq. q. 20.

25 Declara ſecundo exemplificando eandem concluſionem, quando iudex prorſus ignarus de meritis cauſæ, tulit ſententiam ſuper meritis, puta, quia de ſero recepit multa acta intricata, & de mane tulit ſententiam, tunc enim diceretur lata ſine cauſæ cognitione, & ideo eſſet nulla, vt ex Abb. in cap. 5. tum ex litteris. ſub num. 6. not. 8. de reſtit. in integr. vbi ita ſaluat dictum Bar. in dicta l. prolatam. & ex alijs ſecutus ſum ſupra gl. 9. n. 32. verſ. ratio. quod eſt animaduertendũ pro iudicibus, & procuratoribus Florentinis, qui hoc ſero veniunt ad iudicem cum proceſſu, & dicunt ei, cras vadit ſententia.

Secus eſt, ſi iudex initio ſui officij, vel ita ſero recepit acta, quòd non poſſit plene inſtrui de meritis cauſæ, quia iſto caſu licet oriatur præſumptio iniuſtitiæ contra ſententiam, tamen non eſt nulla, & ideo illa iniuſtitię præſũptio adminiculatur ad impetrandam reſtitutionem in integrum, Abb. in loco ſupra prox. citato: vnde Abb. vbi ſupra quem ſequitur Felyn dicto cap. 10. eccleſia. num. 19. limit. 2. de conſtit. in effectu facit hanc differentiam, vt ſi iudex propter nimiam temporis breuitatem nullatenus potuerit inſtrui de meritis cauſę, ſententia dicatur nulla, ſi verò potuit inſtrui, ſed non plene, quia fuit breuitas temporis, ſed nõ tanta, tunc ſententia non ſit nulla, ſed præſumatur iniuſta, ex qua pręſumptione concedatur reſtitutio in integrum.

26 Declara tertio exemplificando, vt ſententiæ arbitrorum, quæ feruntur ſtatim, facto compromiſſo, non valeant, quia dicuntur latę, cauſa non cognita; quod eſt verum, niſi appareat, quòd arbitri habuerint iam per prius plenam notitiam de negotio, vt quotidie fieri videmus, Paul. de Caſtr. in l. 1. in fine, C. de ſent. ex peric. recitan. quod (ſi memoria me non fallit) ſæpe ſeruant Florentini, qui, ne ſoluant gabellam contractus, ſupponunt inter ſe litem, & poſtea eligunt arbitros, qui ſtatim ferunt laudum, prout partes eis oretenus dictarunt.

27 Declara quarto, vt ſi notarius, rogatus de interpoſitione decreti, ſcribat interueniſſe cauſæ cognitionem, non credatur ei, quia tempore confecti inſtrumenti non potuit fieri illa diligens inueſtigatio, quam requirit cauſę cognitio, Felyn. in cap. 10. eccleſia. ſub num. 15. de conſtit.

28 Declara quinto, vt quamuis cauſę cognitio pręſumatur adhibita, quia ſemper pręſumitur pro ijs, quæ iudicis auctoritate geruntur, tamen hæc pręſumptio ceſſat, ſi ex temporis breuitate, vel aliunde probetur, cauſæ cognitionem non interueniſſe, quia pręſumptio cedit veritati, & ideo atteſtatio iudicis, quod adhibuerit cauſę cognitionem, videtur omnino ſuperflua, & inutilis, quia ſi nõ conſtat, non fuiſſe adhibitam, ſufficit præſumptio, & ideo dicta verba non ſunt neceſſaria: ſi vero conſtat, non fuiſſe adhibitam, iudici, aſſerenti contrarium, non creditur, per ea, quę ſcribunt Paul. de Caſtr. in l. 1. in fine, num. 4. C. de ſent. ex peric. recitan.

citan.& Felyn.dicto cap.eccleſia.ſub nu.15.

29 Concludo ſecundo, quòd poſt adhibitam cauſæ cognitionem, requiritur etiam congrua deliberatio ad ponderandum ſententiam ferendam, quia non eſt ſubito ferenda, l.2.hac lege. & ibi Bar. num. 1.C.de ſenten. ex peric. recitan. notans propterea, quòd quis non debet eſſe ſubitus in reſpondendo, pronunciando, vel dicendo; & pro intelligentia huius concluſionis, & ne decipiaris aduerte, quòd hæc duo poſſunt ſimul ſtare, videlicet, quòd in cauſa ſit adhibita cauſæ cognitio, & ſint ſeruati termini, & tamen fuerit nimis ſubito data, vt puta, quia ſatis reſtabat de inſtantia, Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num.3. C.de ſenten.ex peric.recit.

30 Ratio huius concluſionis eſt; quia veritas, ſæpius exagitata, magis ſplendeſcit in luce, cap.7. graue. 35. quæſt. 9. & tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, cap. 14. ponderet. diſt. 50. lenta virtus, & cunctatrix ante iudicat, quàm incipit, quid decorum, quid honeſtum, cap. 34. inter

31 hæc. 34. quæſt. 3. de pœnit. diſt. 3.4. & è conuerſo iniquitas omnia præcipitat, ibidem; ſcripſerunt hæc eadem Spec. tit. de appell. §. nunc breuiter. num. 5. verſ. alibi verò. lib.2. fol.192. & Felyn. in cap.10.eccleſia. ſub num. 35. verſ. vltimo nota. de conſtit. & ipſa præcipitatio eſt nouerca iuſtitiæ, vt dixi ſupra gloſ. 9. num.33.

32 Infero ex hac concluſione, ſententiæ formulam, qua vtuntur iudices in Curia Romana, dum ſcribunt (per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis de iuriſperitorum conſilio ferimus) eſſe ſatis iuridicam, cum iudex poſt cauſæ cognitionem, dum vult deliberare, debeat adhibere conſilium, vt ex S. Thom. retuli ſupra gloſ.9. num.33. & quòd iudex in Curia Romana priuſquam aliquid definiat, debeat deliberare cum peritis, quos diſcretos, & fideles nouerit, ex Specul. retuli infra num. 34. verſus finem, & quòd propterea iudex eligat ſapientem, & cum eo examinet, & deliberet, refert, & ſequitur Bal. in l.2. hac lege. num. 7. verſ. quæro nunquid. C. de ſentent. ex peric. recitan. & quòd iudex ſententiam ſcribat ex conſilio aduocatorum, vel aliorum, imò poſſit eos cogere, vt ei conſilium præſtent, ſcribit Rebuff. tract. de ſentent. art.3. gloſ.vna, num. 1. tom. 3. fol. 429. & quòd in cauſis contra hæreticos, cum ſint cauſæ magnę importantiæ, adhibeatur conſilium Theologorum, & Iuriſperitorum, patet ex ſententiæ formula, quam poſui gloſ. ſequen. quæſt. 7. num. 178. & demum debet ante omnem actum præcedere conſilium ſtabile, Eccleſ. 37. num.20.

33 Ratio autem, quare Auditores Rotæ Florentinę non vtantur hac formula, prout vtuntur Auditores Rotę Romanę, poteſt eſſe, quia in Rota Florentina vnus ex Auditoribus non fert ſolus ſententiam de voto aliorum, ſed omnes ſimul de communi ferunt voto: at in Rota Romana vnus ſolus, quem vocamus ponentem, fert ſententiam, & ipſe eam non ex voto ſuo, quia non votat, ſed ex voto aliorum Coauditorum profert ſententiam; & propterea verè, & rectè dicit (de iuriſperitorum conſilio) dicit enim, prout facit; quinimò etiamſi cauſam, vti facilem, & ſine dubio vnus ſolus ſententiaret, adhuc apponeret prędicta verba, vt videtur dixiſſe Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defect. iuriſdict. &c. num. 150. tom. 4. fol. 391. & quòd in omnibus ſententijs dominorum Auditorum Rotę Romanę conſuetum ſit, aſſerere de conſilio, & aſſenſu eorum; & quòd communiter ſic accidat, & quòd Domini Auditores Rotę teneantur hoc facere ſub vinculo iuramenti, ſcribit Paul. de Caſtr. conſ. 281. in cauſa iſta quinque ſub num. 1. colum. 1. in fine, & column. 2. initio, lib. 1. & quia tribunal Rotę Romanæ eſt magiſtrale, ideo alia tribunalia inferiora, alijque iudices, quamuis iudicent ex ſuo proprio voto, & non de conſilio aliorum, tamen eadem vtuntur formula, quia hęc eſt à natura in paucis virtus, & in pleriſque vitium, vt minor elatione excœcatus, nitatur facere, quod facit maior, non agnoſcens, quòd non eſt calceus de ſuo pede, niſi dicere velimus, quòd tam Rota, quàm cęteri iudices dicuntur ſententiam ferre de iuriſperitorum conſilio, quia aduocati, qui in cauſis conſulunt, ſunt Iuriſperiti.

34 Duę hic ſe nobis obiter offerunt difficultates in materia conſilij.

Prima difficultas eſt; an, & quando ſententia, lata ſine iuriſperitorum conſilio, ſit valida: & concludo, ſine dubio ex regula eſſe validam, quia, quòd iudex deliberet cum ſapiente, ſi ipſe eſt iuriſperitus, non eſt ex neceſſitate, ſed eſt perſuaſio, Bal. in loco

loco citato ſupra num. 32. & Vant. tract. nullit. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. &c. num. 146. in fine, & 147. tom. 4. fol. 391. & ſic aſſumere, vel non aſſumere aſſeſſorem, ſeu conſultorem lex repoſuit in mero arbitrio iudicantis, cap. 1. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. in 6. & in tit. ff. de offic. aſſeſſ. quinimo reputatur vitium, vt iudex ab alio diſcat, quæ ipſum in iudicando eloqui decet; nam qui alios debet docere, ab alijs edoceri non oportet, vt ſcripſi ſupra gloſ. 3. quæſt. 2. num. 2. verſ. ſecundo quia. & quòd hac ratione extirpandus ſit iſte mos eligendi Conſiliarios, & quòd in Lõbardia, & Tuſcia Conſiliarij audiant diſputationes aduocatorum, hęcq. diſputatio ſit introducta propter lucrũ aduocatorũ, & ad exonerationem imperitorũ iudicũ; & quòd in Romana Curia, vel extra Italiam electio Conſiliarij non ſeruetur, ſed iudex priuſquam aliquid definiat, auditis cauſæ meritis, & diſcuſſis, deliberet ſecum prius diligenter, & poſtmodum cum peritis, quos diſcretos nouerit, & fideles, referendo eis plenè rationes, & iura partium, & quærendo qualem negotio finem imponere debeat, ſcribit Spec. tit. de requiſ. conſil. num. 15. verſ. item not. fol. 160. lib. 2. Sed, quicquid dicat Spec. nec Tuſciæ, nec alibi, quod ipſe dicit, vidi ſeruari: Tuſciæ enim, & alibi partes informant ſolum iudices cũ aduocatis, vel ſine ad earum libitum, & latius hanc concluſionem probauit Pac. Scal. tract. de conſ. ſapien. lib. 1. cap. 20. tom. 3. par. 1. fol. 335. & 336.

35 Extende primo declarando hanc concluſionem, vt procedat quando conſilium ab aliqua partium non eſt petitum, neque ſtatutum, ſeu reſcriptum præcipit iudici, vt iudicet cum conſilio; & in his terminis loquitur concluſio huius difficultatis.

36 Extende ſecundo, vt procedat, etiamſi conſilium fuerit ab aliqua partium petitum, quia adhuc iudex non tenetur ei illud concedere; ſtatur enim ſuæ conſcientiæ, an in illa cauſa indigeat conſultore, vt ſequitur Vant. d. tit. de null. ex defec. iuriſdict. &c. ſub num. 148. verſ. ſi verò conſilium. & num. 149. & 150. fol. 391. nam ad ſciendum, an, & quando iudex poſſit ſibi aſſumere conſultorem iuriſperitum, diſtingue: aut iudex non eſt peritus, & ſic non eſt electus ratione ſcientiæ, vt ſunt quidam Poteſtates, & arbitratores idiotæ, & tunc poteſt, & debet ſibi aſſumere conſultorem iuriſperitum: aut eſt electus iudex propter peritiam & ſcientiam, vt ſunt Vicarij Poteſtatum, & ſimiles; & tunc talis iudex non poteſt cogere partes, ad eligendum conſultorem, quia, ſi ipſe neſciat, de ſe conqueri debet, vt refert, & ſequitur Lanfr. in cap. quoniam contra. num. 549. de probat. inter Repet. tom. 3. fol. 268.

37 Extende tertio, vt iudex non ſolum non cogatur concedere conſilium petitum; ſed ſi conceſſerit cum præfixione termini, & terminus diu elapſus ſit, & conſilium non exhibeatur, poſſit ſententiam ferre, & ſententiæ validitati nihil obſtabit, Vant. d. tit. de null. ex def. iuriſd. num. 151.

38 Extende quarto, vt ſi iudex conceſſerit, poſſit nihilominus conceſſionem reuocare, ſicque, conſilio non expectato, ferre ſententiam, & erit valida, quia, cum illa conceſſio fuerit interlocutoria, potuit per iudicem reuocari, Vant. in loco ſupra proxime citato, poſſe enim iudicem reuocare interlocutoriam, latè ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 6. num. 13. & ſeqq. & quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. num. 30. & multo magis poſſet ſententiam ferre, etiam conceſſione non reuocata, ſi pronunciaret de conſenſu partium, Vant. ibidem.

39 Secus ſi prius conceſſionem non reuocaret, neque partium accederet conſenſus, quia tunc, pendente dilatione ad exhibendum conſilium, quieſcit officium iudicis, & conſequenter non poteſt ſententiam ferre; maximè ſi petitum foret conſilium ſuperioris, Vant. eodem tit. de nullit. ex defect. iuriſdict. ſub num. 151. verſ. ſed ſi iudex. & quòd, pendente dilatione, officium iudicis conquieſcat, & propterea proceſſus, & omnia acta facta ſint ipſo iure nulla, ſecutus ſum lib. præceden. cap. 3. num. 165. & ſeqq. & quod ideò iudex debeat ante ſententiam reuocare omnes dilationes, ſecutus ſum eodem cap. 3. ſub num. 170. reſtrict. 2. in alia futura impreſſione. Sed nunquid, ferendo ſententiam, cenſeatur prius in neceſſarium antecedens reuocaſſe illam interlocutoriam, qua conceſſerat conſilium, hæcque tacita reuocatio ſufficiat, cogita.

40 Extende quinto, vt iudex non ſolum non cogatur concedere conſilium, ſed etiam ſi conceſſerit, illudque ſibi fuerit in tempore exhibitum; tamen non tenetur iudicare ſecundum illud conſilium, Specul. tit. de

 requi-

requiſit. conſil. num. 19. verſ. quid ſi iudex. fol. 159. lib. 2 & ideo ſententia, lata contra, vel præter illud cõſilium, erit valida, quia ſi illud conſilium eſſet iniquum, & ipſe illud ſequutus eſſet, teneretur in ſyndicatu, maximè ſi ipſe illum conſiliarium elegiſſet, quia tũc prætextu illius conſilij non excuſaretur, imò magis accuſaretur, Spec. dicto tit. de requiſit. conſil. num. 13. verſ. quid ſi iudex videt. fol. 159. lib. 2. quod admittit etiam Vant. infra citatus, ſi ipſe eſſet imperitus, ſecus ſi eſſet peritus, quia tũc excuſaretur; quare iudex peritus debet perpendere rationes conſilij, & explorare auctoritates, Vant. tract. nullit. tit. de null. ex def. iuriſ. &c. num. 152. tom. 4. fol. 392. & quòd ſi iudex iudicaret ex conſilio ſapiẽtis, iuxta ſtatuti diſpoſitionem, & ſciret, cõſilium eſſe iniuſtum, teneatur reficere damna parti læſæ, ſcribit Menoch. de arbitr. iud. caſ. 339. num. 16. extenſ. 4. licet auctoritates, quas citat, non probent; & hoc procedit quando iudex ipſe elegit conſiliarium, qui reddit conſilium contra ius, vt tunc iudex debeat, illo conſilio ſpreto, pronunciare aliter ſecundum ius; ſed ſi ipſæ partes elegerunt conſiliarium, tunc Spec. ſub. eod. num. 13. refert, aliquos dicere, quòd iudex debet iudicare ſecundum conſilium conſiliarij; ſed ipſe ad huc credit contrarium, ſubdit tamen, quòd ipſe ad cautelam, ſequendo eorum dictum, facit ſcribi in actis, quòd partes petunt, & conſentiunt, quod pronuncietur iuxta illud conſilium.

41 Reſtringe nunc eandem concluſionem, eiuſq. extenſiones, vt non procedant, quando ſtatutum, conſtitutio localis, ſeu reſcriptum Principis mandaret iudici, vt procederet in cauſa cum conſilio ſapientis, quia tunc iudex debet ſeruare præceptum, & formam, ſibi traditam; alias quod faceret contra illam formam, eſſet ipſo iure nullum, Bar. in l. 1. §. ſi plures. num. 12. q. 4. ff. de exercit. act. & in l. 48. titium. ſub num. 3. ff. de adminiſt. & peric. tut. & alij, quos citant, & ſequuntur Alex. in addit. ad Bar. dicto §. ſi plures. num. 12. littera d. & e. & Vant. dicto tit. de null. ex def. iuriſd. &c. ſub num. 152. verſ. ſi vero fuerimus. & verſ. ſeqq. fol. 392. &, vt cæteros teſtes, quos pro hac reſtrictione poſſem adducere, omittam; hanc reſtrictionem pro concluſione firmat Felyn. in cap. 12. ex parte. initio, de conſtitut.

42 Explica hanc reſtrictionem, adhibendo tres inſpectiones.

Prima inſpectio eſt, quando ſtatutum diſponit, vt iudex debeat procedere, ſeu ſententiam ferre cum conſilio alterius, puta ſapientis, & ſic eo ipſo quòd quis ſit iudex, ſit cum iſta qualitate, vt debeat procedere, ſeu requirere conſilium alterius: & in iſta inſpectione concludo, quòd iudex tenetur omnino requirere conſilium illius, alias proceſſus, ſeu ſententia non tenet, ſi eius conſilium non requiſierit, quia vbi eſt prius, & poſterius, ibi eſt ordo; ſed cõſilium eſt prius, quam conſiliatum: ergo datus eſt ordo, quo non ſeruato, actus eſt nullus; ſiquidem conſilium poteſt trahere alium in ſuam ſententiam, vt ſequitur Felyn. in cap. 12. ex parte. ſub num. 1. verſ. eſt enim concluſio. de conſtitut. & hæc concluſio procedit etiam ſi ſtatutum non habeat clauſulam irritantem, Felyn. in eod. cap. ex parte. num. 1. verſus finem, limit. 2. & in hoc concordant omnes, quòd debeat prius requirere conſilium alterius.

43 Intellige hanc concluſionem, diſtinguendo plures caſus.

Primus caſus eſt, quando ille, cuius conſilium eſt requirendum, eſt collega, ſeu particeps officij, vt ſunt Auditores Rotæ Rom. & iſto caſu iudex debet non ſolum requirere illius conſilium, ſed debet etiam illud ſequi, Bar. in dicta l. 48. titium. in principio, Abb. in cap. 7. cum olim. ſub num. 5. de arbitr. Vant. dicto tit. de null. ex def. iuriſd. &c. ſub num. 152. verſ. & ſtantibus. fol. 392. quia iſto caſu conſilium ſumitur pro conſenſu; vnde ſi ſint duo, & diſcordes, non poteſt ferri ſententia, ſi vero ſint plures, ſententia eſt ferẽda ſecũdum maiorem partem, & ita intelligas eundem Bar. in l. 1. §. ſi plures. ſub num. 2. & 7. ff. de exercit. act. dicens, quòd quis non cogitur requirere conſilium, nec ſequi, niſi ſit collega officij.

44 Secundus caſus eſt, quando non eſt particeps officij, id eſt, non eſt collega, neque aſſeſſor; & tunc tenetur quidem illius alterius conſilium requirere, ſed non tenetur illud ſequi, ſi ſibi videatur iniuſtum, Bar. in dicta l. titium. in princ. & Abb. & Vant. in locis ſupra proxime citatis: idq. latius explicat Abb. in dicto cap. 7. cum olim. n. 2. de arbitr. dicens, quod habens poteſtarem explicandi actum, cum conſilio tamen alicuius, non valet, quod gerit, niſi prius requiſiuerit conſilium illius; non tamen, inquit, tenetur illud ſequi, † ex quo infert, quod licet 45

Epiſcopus teneatur ferè in omnibus gerendis

dis per eum, requirere conſilium capituli, tamen non tenetur ſequi conſilium canonicorum; quia ſatis eſt requirere conſilium, & debito tempore expectare reſponſum; & poſtea ſub nu. 5. dat præfatam diſtinctionem
46 de participe, & nō participe officij, † hocque membrum vltimum confirmat tum ex eo, quòd licet ſtatuto caueatur, vt mulier non poſſit teſtari ſine conſilio duorum conſanguineorum, tamen, inquit, ſatis eſt requirere conſilium; cum facultas teſtandi competat
47 ſoli mulieri; † tum ex eo, quòd licet teſtator diſponat, vt executor teſtamenti non poſſit aliquid facere ſine conſilio, conſenſu, & voluntate guardiani fratrum minorum, tamen executor non tenetur habere illius conſenſum; ſed ſatis eſt habere conſilium, quia frater minorum non poteſt eſſe executor teſtamentarius; vnde non debet ſibi licere indirectè, quod directè ſibi prohibetur, quod idem notat Felyn. in cap. 12. ex parte. ſub nu. 8. limit. 3. de conſtitut. & ſic iſtis caſibus ſecundū Abb. conſiliū ſumitur pro conſilio, & nō pro conſenſu: & in his terminis intelligas eundem Abb. in cap. 16. ſicut nobis. in fine, num. 27. de ſent. & re iudic. dum ait, quòd licet iudex ex forma ſtatuti teneatur requirere conſilium ſapientis, nòn tamen tenetur illud ſequi, niſi ſit iuridicum; & ſic tu colligè clarè ex his, quòd aliud eſt requirere conſilium, aliud ſequi conſilium.

48 Et hæc quando conſultor non eſt particeps officij, ſed poteſt eſſe: quòd ſi non ſit particeps, neque poſſit eſſe, vt puta ſi aſſumeretur mulier, vt conſulat, quæ non ſit tutrix, neque eſſe poſſit, vel ſi teſtator faceret executorem teſtamenti de conſilio, & conſenſu guardiani fratrum minorum, tunc iſtorum conſilium non requiritur, & habetur pro non adiecto, Bar. in l. 1. §. ſi plures, ſub num. 2. & num. 7. in fine, & 8. ff. de exercit. act.

49 Tertius caſus eſt, quando conſilium eſt impendendum ei, qui non habet integrum iudicium rationis; & tunc conſilium ſapit conſenſum, & proinde, quod geritur ſine conſenſu illius, non tenet, Bar. in l. 1. §. ſi plures. num. 6. & 7. ff. de exercit. act. & Abb. dicto cap. cum olim. num. 5.

50 Quartus caſus, qui habet ſimilē rationem cum præcedenti, eſt quando ſtatutum diſponens, requiri debere conſilium ſapientis, eſt factum pro iudicibus illitteratis, quia hoc ſtatutum intelligitur, vt arctet hos iudices illitteratos ad requirendum, & ſequendum conſilium ſapientis; & dicitur factum pro iudicibus illitteratis, quando in illo loco communiter ſolent eligi illitterati ad iudicandum, Felyn. in cap. 13. ſciſcitatus. ſub num. 10. verſ. & vnum nota. de reſcript.

51 Secunda inſpectio eſt, quando obligatio requirendi conſilium additur illi, qui iam habet poteſtatem ſimpliciter: & in hac inſpectione videtur concludendum cum diſtinctione; aut hęc obligatio requirendi conſilium habet clauſulam irritantem, & tūc, ſi ſit proceſſum ſine conſilio, proceſſus eſt nullus; aut non habet clauſulam irritantem, & tunc proceſſus tenet; ſed is, qui proceſſit ſine conſilio, venit puniendus, Felyn. in cap. 12. ex parte. num. 1. verſus finem, in ſecunda limit. de conſtitut.

Sed multa pro declaratione huius concluſionis eſſent dicenda, de quibus poteris videre Felyn. ibidem, num. 3. & ſeqq. vbi ponit limitationes ad eam per ſex caſus, & ideo ego pro nunc nihil in ea concludo.

52 Tertia inſpectio eſt, quando ſtatutum, ſeu Princeps præciſè mādat, vt ſententia feratur cum conſilio, ſeu de conſilio, ſeu ſecundum conſilium ſapientis: & in hac inſpectione concluderem, quòd iudex debet non ſolum requirere illius conſilium, ſed etiam ſequi, Vant. tract. nullit. tit. de null. ex defec. iuriſd. &c. num. 152. in fine, fol. 392. tom. 4.

Extende concluſionem huius inſpectionis, vt procedat ſemper quando ſtatutum mandat, vt iudex, qui partibus, vel parti ſit ſuſpectus, iudicet de cōſilio, ſeu voto conſultoris, eligendi, quia tunc iudex tenetur ſequi conſilium conſultoris, quia iudicium ſuum iam eſt declaratum ſuſpectum, vt habetur in ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 185. & 186. & in ſtat. Ciuitatis Florentiæ, quod mandat, vt in cauſis coram iudicibus Quarteriorum poſſit ante litis conteſtationem peti conſilium ſapientis.

53 Cæterum an, & quæ ſit differentia, quòd ſtatum mandet, ferri ſententiam de conſilio ſapientis, vel mandet ferri cum conſilio ſapientis, & ſic quę differentia ſit inter dictionem (de) & dictionem (cum) vide Bar. in l. 1. §. ſi plures. num. 3. & ſeqq. verſ. expeditus. ff. de exercit. act. & Pac. Scal. tract. de conſil. ſapien. lib. 1. cap. 27. fol. 337. tom. 3. pat. 1. vbi contra Bar.

54 Supra ſub num. 34. perſcrutando, an ſententia lata ſine cōſilio aſſeſſoris, ſeu conſulto-

ſultoris ſit validа, firmauimus regulam, quòd In arbitrio iudicis reſideat aſſumere, vel non aſſumere conſultorem.

Amplia nunc eandem regulam, vt iudex delegatus poſſit ex ſuo officio, etiam partibus inuitis, aſſumere ſibi aſſeſſorem, dummodo talis aſſeſſor non ſit ſuſpectus alteri parti, Franch. in cap. 11. ſtatutum. §. aſſeſſorem. ſub num. 1. de reſcrip. in 6.

55 Subamplia primo hanc ampliationem, vt procedat, etiam ſi ex duobus condelegatis vnus ſolus indigeret aſſeſſore, quia is poſſet, partibus, & altero condelegato inuitis, aſſumere, Franch. vbi ſupra.

56 Subamplia ſecundo, vt iſte conſultor, ſeu aſſeſſor ſit aſſumendus expenſis partium, vide Franch. vbi ſupra.

57 Explica hanc ſubampliationem, vt ſi iudex poteſt cogere partes ad eligendum conſultorem, eo quia ipſe non habeat peritiam, ſeu ſcientiam, vt in caſu, de quo ſupra, ſub num. 36. extenſ. 2. tunc poſſit partes cogere ad conſoluendum æqualiter ſalarium conſultoris: ſecus, ſi iudex poſſit iudicare ex ſe ſine conſilio conſultoris, & tamen vna ex partibus illud petat, & iudex illud ad partis petẽtis inſtantiam concedat, quia tũc illa pars, quæ petijt, tenetur ſoluere totum ſalarium, Lanfr. in cap. quoniam contra. ſub num. 549. de probat. inter Repeten. tom. 3. fol. 268.

58 Infero ex poſtrema parte huius explicationis, quòd ſi Magiſtratus Conſiliariorum Ciuitatis Florentiæ ad inſtantiam vnius ex partibus coram ſe litigantibus concedat, vt cauſa decidatur cum relatione Rotę, ſportulę erunt ſoluendæ ab illa parte ſola, ad cuius inſtantiã conceditur relatio Rotæ; quatenus Magiſtratus alias non fuiſſet ex ſe relationem petiturus.

59 Secunda difficultas eſt: an ſententia, lata ſecundum conſilium ſapientis, quod nondum ſapiens tradidit, ſeu iudici nondũ eſt allatum, ſit valida; vidi enim quandoque, quòd iudex ad partis inſtantiam mandauit, cauſam tranſmitti ad ſapientis conſilium, eoque non expectato, pronunciauit, prout in conſilio venturo; hancque pronunciationem, ſeu ſententiam contulit ad tempus, & diem aperitionis dicti conſilij venturi, dicendo, quòd pronũciabat ex nunc, prout ex tũc.

Concludo, hanc ſententiam non valere, & ita alias iudicaui.

Moueor primo, quia iudex debet ſententiam ferre in ſcriptis, legendo eam, vt ſecutus ſum gl. præced. num. 2. & ſeqq. & conſequenter debet etiam legere tenorem conſilij, quia in eo ſtat tenor ſententiæ; & quòd ſententia, lata ſecundum conſilium ſapientis, non valeat, ſi conſilium non eſt apertum; quinimo nec valeat ſententia, ſi iudex diceret (pronuncio ſeruari debere; prout conſtat ex inſtrumento rogato per talem) ſi tale inſtrumentum non ſit productũ, ſcribit Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. num. 541. in fine, & 542. de probat. inter Repeten. tom. 3. fol. 268. & in ſpecie, quòd ſententia, lata prout in conſilio, ſit nulla, ſi conſilium nondum erat productum in actis; ſecus ſi conſiliũ reperiretur penes acta, quãdo iudex dicit (pronuncio, prout in conſilio) ſcribit Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. ſeu ord. num. 104. fol. 418. inter tract. diuerſ. tom. 4. & hæc bene confirmantur ex his, quæ

60 ſcripſi ſupra gl. 9. ſub n. 41. 42. & 43. † Quod tamen dixi de inualiditate ſententiæ, conſilio non aperto, non procedit in laudo, laro ab arbittatore, quia valeret, ſecundum Lanſr. dicto num. 542.

61 Moueor ſecundo, quia vel conſilium datur poſt lapſam inſtantiam, & tunc ſententia eſt nulla, quia fertur extra inſtantiam: nam licet quando imminet lapſus inſtantiæ, & iudex tenetur cauſã expedire intra inſtantiam, permittatur ei iſte modus pronunciandi, prout in conſilio ferendo, vt ex Bal. & alijs ſecutus ſum cap. ſeq. q. 15. num. 297. tamen hæc ſententia eſt nulla, ſi, vt dixi, conferatur in tempus poſt lapſam inſtãtiam, per ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 9. num. 43. ſed ſaluatur iudex à pœna, ad quam teneretur, ſi cauſam non expediret intra inſtantiam, non enim poteſt aliter expedire, quam nulliter, iuxta ea, quę ſcripſi dicta quęſt. 15. num. 292. & ſeqq. & pręſertim ſub nu. 295. vel conſilium datur intra inſtantiam, & ſic lapſus inſtantiæ non imminet, & tunc ſententia eò minus poteſt ferri, non expectato conſilio, quia ſi iudici aliquo modo permittitur eiuſmodi pronunciatio propter imminentiam lapſus inſtantiæ, ſequitur, quòd, ceſſante imminentia lapſus inſtantiæ, debeat omnino etiam ceſſare permiſſio.

62 Quare, cum iudex vult pronunciare prout in conſilio, debet aduertere, vt publicet conſilium tempore pronunciationis ante lapſam inſtantiam, vel ſaltem intra decem dies poſt lapſam inſtantiam: & tunc debet ita pronunciare, vt appareat, conſilium fuiſſe ſibi præſen-

ſentatum tempore, quo pronunciauit: ſic enim ſeruant iudices, quando pronunciant, prout in cedula, quia illa cedula fingitur data, & ſubſcripta à iudice, quando dixit, pronuncio prout in cedula; licet reuera ſubſcribatur, & tradatur poſtea, infra tamen terminum ad appellandum, quia ſi appareret, quòd eſſe ſubſcripta, & tradita poſt pronunciationem, in qua dixit, quod pronunciabat prout in cedula, ſententia eſſet nulla, vt retuli ſupra gl. 9. num. 39. & ſeqq. & num. 46. & hæc ſufficiant, redeamus in viam noſtram.

63 Declara primo nunc eandem ſecundam concluſionem, poſitam ſupra num. 29. vt quamuis ſententia non ſit ſubitò ferenda, ſed cum deliberatione, vt ſuperius explicauimus; tamen ſi fieret contrarium, ſententia adhuc eſſet valida, dummodo ſit ſeruata ſubſtantia proceſſus, & adhibita ſit cauſę cognitio, Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 3. C. de ſent. ex peric. recit.

Ratio eſt, quia quando ſunt ſeruati termini ſubſtantiales, & eſt adhibita cauſæ cognitio, ſententia non dicitur lata cum præcipitatione, per ea, quę dixi ſupra num. 23. & 24. & hoc ſufficit.

Declara ſecundo, vt ſunt aliqui caſus, in quibus ſentẽtia eſt ſubitò ferenda, vt in l. 1. ff. de dam. infec. vbi celeriter prouideri debet; quãdo ędificium ruinam minatur, & in caſu l. 10. ne quis. ff. de cuſt. & exhib. reor. ſimiliter quando crimen eſt immane, & ideo vbi capitur latro, ibi poteſt ſtatim furca ſuſpendi, Bal. in l. 1. in hac lege. ſub num. 6. verſ. oppoſitur. & Salyc. ſub num. 4. C. de ſent. ex peric. recit. ad quod faciunt, quę ſcripſi libi proximè precedenti cap. 6. num. 10. & ſeqq. & hanc ſecundã declarationem poſuit etiam Bar. in ead. l. 2. ſub num. 2. & quòd interſit Reip. latrones ſtatim puniri, non admiſſa appellatione, ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 4. num. 79. & ad hoc dictum de latrone furca ſuſpendendo ſtatim vbi capitur, facit quod ſcripſi ſupra gl. 7. q. 4. ſpec. 2. ſub num. 20. ſubextenſ. 7.

Debet etiam iudex celeriter, & leuato velo expedire iudicium, quod inchoatur ſuper rebus, quæ breuiſſimo tempore corruptionem accipiunt, nam debet tunc intra tres dies expedire, ſi ſic natura cauſæ exigit; vnde cauſa prioratus, ſeu conſulatus, qui durat duobus menſibus, debet ita cito expediri, vt tempus non incipiat tranſire, vt ex Bar. ſequitur Felyn. in cap. 10. eccleſia. num. 32. not. 8. de conſtitut.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

Sententia vnde dicatur, num. 1.

Senſus eſt duplex exterior, & interior, num. 2. Et vterque eſt quintuplex, ibidem, & num. 3.

Senſu carens, non poteſt dicere ſententiam, & dicendo, eſt nulla, num. 4.

Sententia lata ab eo, qui habet ſenſum concuſſum, non eſt ſolida, num. 5.

Iudex non poteſt quicquam facere ex ſuo arbitrio, num. 6.

Citatio ad audiendam voluntatem iudicis, videtur inepta, num. 7.

Opinio continetur ſub nomine ſententia, numero 8.

Sententia accipitur multis modis, num. 9.

1 QVAERO primo vnde dicatur ſententia (& eſt quæſtio, quæ, niſi ſecuti eſſemus ordinem verborum ſententiæ, fuiſſet omnino tractanda initio huius capitis.)

Reſp. ſententiam dici à verbo, *ſentio*, quia iudex, iudicando dicit, quod ſentit; Abb. in rubr. num. 1. in fine, Felyn. ſub num. 1. de ſent. & re iud. Franc. de Accept. tract. de ſent. diffin. & interl. num. 16. verſ. ſecundo dicendum. tom. 5. fol. 4. & Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. part. act. 1. de ſenten. num. 2. fol. 432. ſeu quia iudex ſecundum quod ſentit, declarat, diffinit, & determinat lites, & dubia inter partes, Abb. vbi ſupra, ſub num. 4.

2 Verum quia ſenſus, à quo deriuatur verbum *ſentio*, eſt duplex, exterior ſcilicet, & interior, eſt aduertendum, quòd ſententia non dicitur à verbo *ſentio*, prout ſignificat ſenſum exteriorem, qui eſt quintuplex, nempe, viſus, auditus, guſtus; odoratus, & tactus, de quibus ſenſibus Gl. vlt. in l. 18. quod meo. §. ſi venditorem. ff. de acquir. vel omit. poſs. Spec. tit. de teſte. §. nunc tractandum. ſub num. 23. verſ. officium namque. lib. 1. fol. 125. & latius Panuin. tract. de viſitat.

q. 9. 2. part. num. 98. & ſeqq. tom. 14. fol. 213. hi enim ſenſus ſunt communes etiam beſtijs, imò ex quibuſdam beſtijs aliquę hominem antecellunt in vno ſenſu, & aliæ in alio, vt in his verſibus, *Nos aper auditu, lynx viſu, ſimia guſtu) Vultur odoratu, præcellit aranea tactu)* Caſſan. in catal. glor. mun.
3 par. 12. conſider. 78. † ſed dicitur à verbo, *ſentio*, prout ſignificat ſenſum interiorem, qui ſimiliter eſt quintuplex ſecundum Auicen. lib. de anima, nempe, ſenſus communis, phantaſia, imaginatiua, æſtimatiua, & memoratiua, ſeu eſt quadruplex, vt ex ſententia S. Thomæ, ſumentis imaginatiuam pro eadem cū phantaſia, refert Io. Franc. Far. tract. de eſſent. infan. cap. 12. ſub num. 14. tom. 8. fol. 393. & quicquid de iſtis ſenſibus, & potentijs ſit, & quicquid ex noſtris de his ſcripſerit Nell. tract. de teſtib. ſub num. 152. tom. 4. fol. 85. dico, quòd nos hic accipimus ſenſum interiorem pro iudicio, & opinione, & proinde quicquid mente ſentimus, poteſt dici ſententia, Matth. Nerut. dicta rubr. num. 22. de ſent. & re iud. tom. 4. inter Repeten. fol. 170. & dicimus in ſententia, quod ſenſu iudicamus interiori, l. 7. labeo. ff. de ſuppel. leg. *ſententiam eius, qui legauerat, aſpici oportere, &c. & quidem non arbitror, quemquam dicere, quod non ſentit.*

Rurſus hæc opinio, ſeu ſententia eſt duplex: extraiudicialis ſcilicet, & iudicialis, vt aduertit etiam Franc. de Accept. in loco ſupra proximè citato, & vtraque poteſt eſſe vel expreſſa, vel tacita: nobis de extraiudiciali agendum non eſt.

4 Infero primo ex his, quòd carens ſenſu, præſertim interiori, non poteſt dicere ſententiam, imò prohibetur eſſe iudex, vt ſecutus ſum ſupra gl. 4. quæſt. 2. ſub num. 1. & ſeqq.

Subinfero, quòd ſi fuerit lata, dicitur nulla, & caret nomine ſententiæ, quia argumentum ab ethymologia valet negatiuè, Euer. de loc. argum. in loco, ab ethymologia, num. 1. & late, num. 9. vnde rectè infertur: qui iudicauit, caret ſenſu; ergo non eſt ſententia.

5 Infero ſecundo, quòd ſicut is, qui omnino caret ſenſu, ſententiam dicere non poteſt, ita etiam is, qui habet quidem ſenſum, ſed eum habet aliqua animi paſſione concuſſum, puta, amicitia, intereſſe, fauore, commendatione, odio, timore, aut amore, poteſt ſententiam dicere, ſed non ſolidam, per ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 4. q. 1. ſub num. 15. q. 2. num. 15. & quæſt. 7. num. 6. & ſeqq. & ſupra lib. 1. cap. 86. ſub num. 3.

6 Infero tertio, quòd iudex nō feret ſententiam, neq; quicquam aliud faciet, vti iudex, ex ſuo arbitrio, & propoſito domeſticæ voluntatis, quia iudex non poteſt à ſe facere quicquam; quare conſtitue aliquem reum coargutum, & conuictum criminis, non aſtruētem defenſionis genera, ſed deprecantē, & aduoluentē ſe ad genua iudicis, reſpondet ei iudex: non poſſum à me facere quicquam, iuſtitia in iudicando, non potentia eſt; ego non iudico, ſed facta tua de te iudicant, ipſa te accuſant, & ipſa condemnant, leges te adiudicant, quas iudex non conuerto, ſed cuſtodio: nihil ex me profero, ſed ex te forma iudicij in te procedit, ſecundum quod audio, iudico, non ſecundum quod volo, S. Ambr. epiſt. 28. non otioſe. verſus finem, col. 257. tom. 5. quare bonus iudex iuxta leges, & iura pronunciat, ſtatutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert, ſed ſicut audit, ita iudicat, & ſicut ſe habet negotij natura decernit: obſequitur legibus, non aduerſatur, examinat cauſę merita, non mutat, S. Ambr. in pſal. 118. beati immaculati. octon. 20. verſ. miſerationes tuæ. littera M, col. 1068. & habetur in cap. 4. iudicet. 3. quæſt. 7. vnde iudex iudicando, non ſequitur ſenſus exteriores appetitus, ſed ſequitur ſuam opinionem, prout in ea videtur ſibi iuſtum contineri, Gl. in dicto cap. iudicet. in verbo, voluntatis. Abb. in rubr. num. 2. & Felyn. ſub num. 1. de ſent. & re iudic. & ſic ſententiando ſequitur ſenſum interiorem, rationi ſubiectum: hic enim, vt inquit Bologn. tract. de leg. iur. & equit. cap. 11. num. 3. tom. 1. fol. 301. poſt primi hominis lapſum ſemper cum ſenſu, & appetitu pugnauit.

Confirmatur hæc illatio ex his, quæ ſcripſi infra q. 23. num. 9. & ſeqq.

7 Subinfero primo, ineptam, & erroneam videri praxim citandi ad audiendam voluntatem iudicis, vt communiter citant hodie, quando agitur ſummatim, ſeu de aliqua proiuſione facienda: deberent enim citare ad audiendum opinionem iudicis, vt poſt And. Sicul. ſcribit Felyn. in loco ſupra proximè citato: ſed tamen, vt inquit Felyn. ibidem, poſſet dici, quòd licet voluntas de ſui natura

nura importet voluntatem, legibus non regulatam, tamen hic, inſpecta mente loquentis, & ratione ſubiectę materiæ, debet capi pro voluntate, iure regulata.

8 Subinfero ſecundo, quòd ſententiæ appellatione continetur opinio, cap. 5. veniam. 35. quæſt. 9. nam opinio eſt id, quod nobis videtur, & quod nobis videtur, eſt idem, quod noſtra ſententia, l. 22. qualem. ff. de recep. arbitr. Hoſt. in ſumm. tit. de ſenten. ſub num. 1. & Abb. in rubr. num. 4. de ſent. & re iud. quare eius appellatione continetur etiam iudicium, quia iudicium ſignificat opinionem, & ſententiam, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 1. num. 8.

9 Sententia accipitur multis modis, vt per Hoſt. & Abb. in locis ſupra citatis, & Matth. Nerut. ead rub. de re iudic. num. 22. quęſt. 3. fol. 170. tom. 4. inter Repeten. ſed hoc mihi non videtur aliquo modo neceſſarium attingere.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

Sententia quid ſit, num. 1.

Res iudicata quid ſit, num. 3. & ſeqq.

Res iudicata quot modis ſumi poſſit, ſub num. 3. & ſeqq.

Res iudicata quando dicatur largè, & impropriè, num. 4. & 5.

Res iudicata proprie dicitur, quando ſententia neque ſuſpenſiue, neque deuolutiue eſt appellabilis, num. 7.

Res iudicata habetur pro veritate, & ideo de veritate non eſt aliter curandum, ſub num. 7.

Res iudicata non extendit vires ſuas vltra perſonas, res, cauſas, & iura in ſententia comprehenſa, num. 9.

Res iudicata, vt obſtet, quot, & quæ requirantur, num. 9.

Res iudicata an ſicut obſtat negotio principali deciſo, ita etiam obſtet exceptioni, quæ tacitè, vel expreſſè fuit in eodem negotio reiecta, num. 10. & ſeqq.

Nullitas ſententiæ ſi fuerit reiecta in iudicio executiuo, poterit denuo proponi in iudicio ordinario, & in eo declarari ſententia nulla, num. 11.

Spoliatus ſi contra actorem oppoſuerit exceptionem ſpolij, & in ea ſuccubuerit, poterit nihilominus poſtea directe agere, & petere reſtitutionem, neque ei obſtabit repulſio ſibi facta in exceptione, num. 12. & 14.

Cognitio adhibita in iudicio ſummario, non parit exceptionem rei iudicatæ in iudicio plenario, num. 13.

Sententia lata in iudicio ſummario, non præiudicat exceptioni, quæ in eo fuit ſummariè cognita, num. 13. 15. & ſeqq. Imò neque præiudicat negotio principaliter cognito, quin poſtea cognoſci poſſit in iudicio plenario, eod. num. 15. & 16.

Sententia, qua exceptio eſt reiecta, vel admiſſa in iudicio ſummario, non præiudicat in iudicio ordinario, num. 13. 17. & 18.

Probationes, & acta facta in iudicio ſummario, non præiudicant in iudicio ordinario, num. 17. 19. & 20.

Probationes, quæ fuerunt ſufficientes in cauſa ciuili, non ſufficiunt in eadem cauſa, poſtea criminaliter mota, num. 21.

Sententia, ante quam fuit plenè cognitum de exceptione oppoſita in iudicio ſummario, ſeu executiuo, præiudicat etiam in iudicio plenario, num. 22.

Probationes plenè receptæ in iudicio ſumario, præiudicant etiam in iudicio ordinario, nu. 22. Et quando dicantur plenariè receptę, num. 23. remiſſiuè.

Confeſſio facta in vno iudicio, probat etiam in alio, num. 24.

Inſtrumentum licet fuerit productum in iudicio executiuo, tamen ſi reus, qui executiue coactus ſoluit, repetat ſolutum, debet creditor illud reproducere, ſeruatis ſeruandis in iudicio ordinario, in quo eſt reus, num. 25.

Probationes contra contumacem etſi dicantur receptæ in proceſſu ſummario, tamen quia fuit ſummarius ob eius culpam, faciunt fidem contra ipſum etiam in alio iudicio, &c. num. 26.

Compenſationis exceptio licet non habuerit effectum, quia non fuerit probata, tamen poterit in alio iudicio per viam actionis deduci, num. 27. Et rurſus etiam per viam exceptionis, ſub num. 28. Declaratur, quando amplius nec agendo, nec excipiendo poſſit opponi, num. 29.

Exceptio cognita in iudicio ordinario, & reiecta, an, & quando poſſit in alio iudicio rurſus cognoſci, num. 27. 30. 31. 32. 33. & ſeqq. & num. 37.

Rei

Rei iudicatæ exceptio non obſtat, ſi ſententia non tranſeat in iudicatum, num. 38. Obſtat tamen, ne poſſit vlterius appellari, num. 40.

Sententiæ, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, quæ ſint, num. 39.

Sententiæ aliquæ licet non tranſeant in iudicatum, tamen ſicut ſi tranſirent, non poſſet deinde ab eis appellari ſuſpenſiue, nec deuolutiue, ita etiam non poteſt appellari, quamuis non tranſeant in iudicatum, num. 40.

Sententiæ indifferenter quare, & quomodo nunquam tranſeant in iudicatum, nu. 41. & ſeqq.

Sententia lata ex conſilio periti, non tranſit in iudicatum, ſub num. 41.

Sententia, in qua vertitur animæ periculum, non tranſit in iudicatum, num. 44.

Sententia iniuſtæ ſemper habent animæ periculum, num. 45.

Res iudicata quare, & quomodo conſtituatur ex numero teſtium; ideoq. quot teſtes requiruntur ad probandum factum, tot requirantur ad probandum ius, num. 46.

Argumentum à teſte ad iudicem valet, ſub num. 46. verſ. confirmatur.

Res iudicata per tres ſententias conformes dicitur, quando tres Auditores Rotæ collegialiter vnam ferunt ſententiam, &c. ſub num. 46. illat. 3.

Princeps non ſtatuit generaliter, vt ſententia vnius iudicis faciat rem iudicatam, & quare, ſub num. 46. illat. 2.

Princeps in arduis non debet reſcribere cum clauſula (appellatione remota) ſub num. 46. illat. 2.

Decretum vnde dicatur, num. 47.

Decretum habet multas acceptiones, ſub num. 47. & ſeqq.

Decretum eſt ſententia, &c. num. 50. & 51.

1 QVAERO ſecundo, quid ſit ſententia, in quo differat à re iudicata, & à decreto.

Reſp. ſententia, de qua agimus, eſt iudicialis definitio, controuerſię finem imponens. Spec. tit. de ſentent. initio, lib. 2. par. 3. fol. 164. Hoſt. in ſumm. eod. tit. ſub num. 1. Abb. in rubr. ſub num. 4. de ſent. & re iud. & Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. par. act. 1. de ſenten. num. 1. fol. 432. & ab hac diffinitione non diſcrepant aliæ ſequentes. Eſt actus iudicialis, per quem finis cauſæ principali imponitur, Papien. in pract. in forma ſententiæ diffinitiuæ, num. 3. fol. 386. Eſt rei aptę coram competenti iudice in dubium verſæ, rite iudicialis, & diffinitiua humana veritas declarata, Hoſt. vbi ſupra. Eſt iudicis pronunciatio, ſeu definitio rite facta, controuerſiæ finem imponens, Rebuff. in l. quod iuſſit, in princip. num. . . ff. de re iudic. & in ſuis tract. de ſent. execut. &c. nu. 2. & 3. tom. 1. fol. 303. Nihil aliud eſt, quàm controuerſiæ propoſitæ à iudice legitime facta declaratio, Vant. tract. de nullit. tit. de nullit. ex defec. proceſ. ſiue ordinis, &c. nu. 89. fol. 417. tom. 4.

2 Oppoſitiones, quas contra iſtas definitiones adducunt, & ſoluunt Matth. Nerut. in rubr. num. 23. quæſt. 4. de ſent. & re iud. fol. 170. tom. 4. inter Repeten. & Sebaſt. Medic. tract. de definit. def. 21. ſub num. 1. & ſeqq. tom. 18. fol. 297. omitto, & ſuper definitione pluribus non inſiſto, quia hæc ſufficiunt.

3 Res iudicata, omiſſa conſideratione, quam reſpectu contenti in ſententia facit Abb. in rubr. nu. 2. de ſent. & re iudic. & prætermiſſa deſcriptione Legiſtarum, ſeu verius Iureconſulti in l. 1. ff. de re iudic. & ſequendo Canoniſtas, dico, quòd res iudicata dicitur ſententia, quæ, appellatione non interpoſita, ſeu aliter tranſiuit in rem iudicatam, vt ex Hugone Piſano, decretorum doctore, & ex Canoniſtis ſequitur Franc. de Accept. tract. de ſenten. diffinit. & interl. ſub num. 1. tom. 5. fol. 3. & ita Abb. & cęteri ſine difficultate admittunt: dixi (ſeu aliter tranſiuit in rem iudicatam) quia ſententia multipliciter poteſt tranſire in iudicatum; primo ſi ab ea non ſit appellatum infra legitima tempora, per ea, quæ ſcripſi eap. ſeq. q. 12. num. 143. 81. 93. 103. & quæſt. 17. limit. 2. num. 69. ſecundo ſi appellatio non ſit poſtea fomentata; tertio ſi non ſit ſubleuata; quarto ſi non ſit introducta; quinto ſi non ſit inchoata; ſexto ſi non ſit proſecuta; ſeptimo ſi non ſit finita, vt late de his omnibus ſcripſi eod. cap. ſeq. quæſt. 15. ſub num. 12. & ſeqq. & nu. 179. octauo ſi ſententia ſit vna, vel duabus aliis confirmata, vt late ſcripſi eod. cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 3. & infra hac ead. quæſt. num. 46.

4 Infero hinc; ſententiam ante decendij lapſum non dici rem iudicatam, quia ſententia tunc ſumit nomen rei iudicatæ, quando ab ea non appellatur, alias, ſi ab ea poſſit appel-

pellari, largè dicitur res iudicata, Io. Andr. in rubr. ſub num. 1. & 2. de ſent. & re iudic. & ita in effectu ſentit Abb. in ead. rubr. ſub num. 4. dum ait, quòd ſententia antequam transeat in rem iudicatam, dicitur res iudicata, ſed poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, aſſumit auctoritatem rei iudicatæ, & dicitur perfectè, & irreuocabiliter res iudicata; & ex his me expedio breuiter à multis, quæ, citatis Bar. & alijs, inutiliter ſcribunt Ant. de Butr. in ead. rubr. num. 1. Abb. ſub num. 2. & ſeqq. Felyn. num. 1. latè Matth. Nerut. num. 2. & ſeqq. & Rebuff. tract. de ſenten. execut. in præfatione, num. 9. & ſeqq. tom. 1. fol. 304. non enim pluribus cenſeo inſiſtendum ſuper his, quæ ad verborum, & non ad rei diſputationem pertinent, id namque certum eſt, nemine dubitante, aliud eſſe ſententiam appellabilem, & aliud ſententiam inappellabilem; voca tu igitur hæc, vt vis.

5 Subinfero primo, quòd l. 1. ff. de re iud. & l. 14. litigatoribus. C. de appell. & ſi quæ aliæ ſunt, quæ ſententiam etiam appellabilem vocant rem iudicatam, loquuntur largè, & impropriè, eę vero, quę rem vocant iudicatam, quando ſententia eſt inappellabilis, loquuntur ſignificantius, & ideo propriè, vt latius per Nerut. dicta rubr. ſub num. 11.

6 Subinfero ſecundo, quòd, attento communi, rationabilique vſu vocandi rem iudicatam, quando ſententia fuit alijs ſententijs confirmata, vel aliter tranſiuit in rem iudicatam ob non interpoſitam, ſeu non proſecutam appellationem, ſequitur quòd vbi hodie in reſcriptis, vel alia diſpoſitione fiat mentio rei iudicatæ, intelligi debet de ſententia inappellabili, quæ propterea poſſit mandari executioni, niſi nos ſubiectę materię ratio alirer reſpondere compellat.

7 Subinfero tertio declarando, quòd ſententiam inappellabilem, quam vocamus rem iudicatam, intelligimus, quando non ſuſpenſiuè, nec deuolutiuè eſt appellabilis, quia ſi eſſet appellabilis ſaltem deuolutiuè, non diceretur res iudicata, & proinde licèt aliquæ ſententię habeant executionem etiam infra decem dies, & aliquæ ſecum trahant executionem ipſo iure, vt ſcribit Franc. de Acceptan. tract. de ſent. diffin. & interl. num. 2. & 3. fol. 3. inter tract. diuerſ. tom. 5. & latè ſcripſi cap. ſeq. q. 3. num. 18. 72. & 74. & q. 17. limit. 22. num. 2. & in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 434. tamen quamuis illa executio nō ſuſpenderetur per appellationem, non diceretur res iudicata, quia per illam appellationē poſſet retractari, Rebuff. tract. de ſentent. execut. in pręfatione num. 16. verſ. ſecundo infertur. tom. 1. fol. 306. & ita me breuiter expedio à multis, quę de ſententia, quę trahit ſecum executionem ipſo iure, ſcribunt Ant. de Butr. in rubr. ſub n. 2. Abb. ſub n. 3. & Matth. Netut. ſub n. 12. de ſent. & re iudic. quare res iudicata dicitur illa, quę habetur pro veritate, l. 207. res iudicata. ff. de reg. iur. & l. ingenuum. ff. de ſtat. homin. & ideo facit ius, quod non poteſt retractari, quia facit de albo nigrum, originem creat, æquat quadrata rotundis, naturalia ſanguinis vincula, & falſum in verum quoad iuris effectum, licet non eſſentialiter, mutat, & ideo non eſt curandum qualiter ſe habeat veritas, Cagn. in dicta l. res iudicata. & alij alibi, quos citat, & ſequitur Surd. conſ. 435. pro debito, num. 7. lib. 3. & qua ratione inducatur res iudicata ſcripſi infra

8 num. 46. verſ. declara tertio. † hincque eſt aduertendum, quòd cum propter rem iudicatam deficiat remedium ordinarium appellationis, & detur remedium nullitatis, vel reſtitutionis in integrum, Princeps ſolet reſcribere cum clauſula, (parito iudicato.) iuxta ea, quæ latè ſcripſi cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 4. num. 9. & rem. 2. num. 100. 108. 112. 116. 118. 119. 121. verſ. contra. & num. 123. & 126.

9 Declara primo principaliter nunc, vt res iudicata, quæ imponit vltimum finem liti, non extendat vires ſuas vltra perſonas, res, & cauſas, ſeu iura, comprehenſa in ſententia, & re iudicata, & ideo ad hoc, vt res iudicata obſtet liti, quæ poſtea moueretur, requiruntur tria. primum, quòd petatur idem corpus, ſeu eadem quantitas. ſecundum, quòd ſit idem ius, ſiue eadem cauſa petendi. tertium, quòd ſit eadem conditio perſonarum, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 11. ſub num. 29. verſ. ſubdeclara. quare non extenditur ad alias perſonas, quia res inter alios acta, alijs nocere non debet, per ea, quę latè ſcripſi infra quæſt. 12. num. 1. & ſeqq. neque extenditur ad alias res, neque ad aliud ius, per ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. q. 11. num. 23. verſ. declara primo. & ſub num. 45. verſ. reſtringe. & hic infra, num. ſeqq.

10 Sed hic vtiliter dubitari contingit: an res iudicata ſicut obſtat negotio, in iudicio principaliter controuerſo, & deciſo, ita

etiam obſtet exceptioni, quæ in eodem iudicio fuit tacitè, vel expreſse reiecta, itaut qui excepit, & ſuccubuit in negotio principali, non poſſit vlterius illam met exceptionem contra eandem perſonam mouere per viam actionis principalis.

Reſp. quòd hæc quæſtio eſt magis intricata, quàm aliquis credat, & intricationem Doct. quos viderim, non aduertunt; vnde pro maiori facilitate diſtinguo duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando exceptio, quæ fuit reiecta, non fuit plenè, ſed ſummariè cognita, præſertim in iudicio ſummario: & iſto caſu concludo, quòd is, qui in ea fuit reiectus, poteſt eam denuo per viam actionis mouere, vt ſentiunt Gl. vlt. in fine, in l. 2. C. de ord. cogn. Bar. in l. 122. qui romæ. §. duo fratres. nu. 7. verſ. aut ſuper exceptione. & Paul. de Caſtr. ſub nu. 7. in ſecundo art. ff. de verb. oblig. rurſus Bar. in l. 1. ſub num. 2. in ſecunda oppoſit. & num. 3. & Paul. de Caſtr. ſub num. 7. ibi, ſecundus eſt articulus. C. de ord. iudic. Abb. conſ. 50. circa quæſtionem. in fine initij, & num. 1. & ſub num. 3. ibi,
11 non obſtant ſuperius. lib. 1. † quare ſi quis aduerſus petitam executionem ſententię oppoſuerit exceptionem nullitatis ſententiæ, & iudex, ea non obſtante, mandauerit ſententiam executioni, poterit is proponere nullitatem in iudicio ordinario, & facere declarari nullam illam ſententiam, Iaſ. in l. 15. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. not. 4. num. 5. ff. de
12 re iud. † ſimiliter licet reus conuentus oppoſuerit contra actorem exceptionem ſpolij, & in ea exceptione ſuccubuerit; tamen poterit poſtea directe agere, & petere reſtitutionem, & ei non obſtabit exceptio rei iudicatę, quia in exceptione agebatur ad repellendum actorem ab actione, & ideo nihil petebatur, at nunc agitur ad conſequendum; & conſequenter in exceptione non fuit plenè diſcuſſum de ſpoliatione, Abb. dicto conſ. 50. num. 1. & in cap. 2. cum dilectus. num. 26. verſ. quæro pone. & ſub num. 27. ibi, & ratio diuerſitatis. & ita in effectu, ſequendo Bar. videtur reſidere ibidem Anchar. num. 29. verſus finem, verſ. bar. aliter ſic diſtinguit. de ordin. cognit. & breuius Abb. in cap. vlt. num. 16. verſ. ſed quæro quid è contra. eodem tit. de ord. cognit. & ita intelligas allegata per Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de except. concl. 2. num. 4. verſ. eſt alius caſus. licet malè legatur oppoſi-
13 tum. † & quòd ſententia, lata ſuper incidenti in iudicio ſummario, non pariat exceptionem rei iudicatæ in plenario, ſequitur Natt. conſ. 138. magnifici. num. 8. & quòd ſit regulare, quòd ſententia, lata in iudicio leuioris cognitionis, & leuioris probationis, non noceat inter eaſdem perſonas in iudicio plenioris cognitionis, & cognitio, facta in iudicio ſummario, non noceat in alio iudicio ijs, quibus alias apta eſt nocere, ſequitur Surd. conſ. 589. quamuis. num. 42. & 43. lib. 2.

Ratio huius concluſionis eſt, quia acta, & probationes, factæ in iudicio ſummario, non nocent in plenario, etiam inter eaſdem perſonas, per ea, quæ dixi infra num. 15.
14 Infero notabiliter ex dictis in hac concluſione, quòd regulariter ſuper iſtis exceptionibus dilatorijs; qualis eſt exceptio ſpoliationis; proceditur cum cognitione ſummaria; & ideo poſſunt poſtea proponi in alio iudicio per viam actionis, & ad alium finem, prout in his terminis loquitur Bar. in dicto §. duo fratres. num. 7. & ita ex Ioan. Calder. ſequitur Petr. de Anchar. in cap. 2. cum dilecto. ſub num. 29. verſ. ſic diſtingue. de ord. cognit. vbi idem dicit in exceptione peremptoria, propoſita tamen in vim dilatoriæ.
15 Amplia primo eandem concluſionem, vt ſententia, lata in iudicio ſummario, non ſolùm non præiudicet exceptioni in ea ſummariè cognitæ, ſed neque impediat, quin de ipſo negocio principaliter cognito, cognoſcatur poſtea in iudicio plenario, & ideo cognitio, & ſententia lata ſuper poſſeſſorio ſummario, in quo terminatur quis debeat eſſe actor, & quis reus, non præiudicat poſſeſſorio plenario, imò iudex expreſsè ſaluat iura in poſſeſſorio plenario, vt ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. membr. 4. ſub num. 6. verſ. ratio etiam. & memb. 2. ſub num. 10. & multò minus pręiudicat iudicio petitorij, vt ſcripſi ead. limit. 6. memb. 9. n. 110. in fine: tantum enim abeſt, vt vnum iudicium pręiudicet alteri iudicio, vt imò vnum, aperiendo viam alteri, ſit in illius auxiliũ; quia in iudicio ſummariſſimo diſcutitur quis debeat eſſe actor, & quis reus in poſſeſſorio ordinario, & in hoc quis actor, & quis reus in petitorio, & quia ſecũdum ſemper eſt principalius primo, ideo quod eſt geſtũ in primo, poteſt, tanquam acceſſorium, retractari in ſecundo, quia ſecundum abſorbet primum.

Amplia

16 Amplia ſecundo, vt multò minus præiudicet, quando exceptio ideo fuit reiecta, quia requirebat altiorem indaginem, & iudicium erat executiuum, in quo tales exceptiones non ſolum non diſcutiuntur, ſed nullatenus admittuntur, ideoque earum probatio reijcitur, quia tunc condemnatus, & coactus ſoluere in iudicio executiuo, poteſt ſolutum repetere via iudicij ordinarij, & probare exceptiones reiectas, & ſic agendo rehabere, quòd indebite ſoluit, vt ſecutus ſum cap.ſeq. q. 16. limit. 1. ſub num. 49.

17 Subamplia primo iſtas ampliationes, vt non ſolũ nõ præiudicet reo, qui fuit reiectus in exceptione iuxta prædicta, ſed neque proſit eidẽ reo, ſi in ea obtinuiſſet, & poſtea vellet agere; puta ſi reus probauerit exceptionẽ ſpoliationis, ideoq; obtinuerit repulſionẽ actoris, & poſtea velit agere ad reſtitutionem conſequendã, quia probationes, quas fecit in exceptione ad repellendum actorẽ, non probabunt in cauſa reſtitutionis, Abb. in dicto cap. 2. cum dilectus. ſub num. 25. ibi, pone quòd reus. de ord. cognit.

18 Subamplia ſecundo, vt ſimiliter non ſolum non præiudicet reo, qui in iudicio executiuo fuit coactus ſoluere, vt dixi ſupra nu. 16. in ſecunda ampliat. ſed neque proſit eidem actori, & ideo cum reus fuerit in iudicio executiuo coactus ſoluere per probationes actoris, ſufficientes in illo iudicio, alias forſan minus legitimas, ſi poſtea ſolutum repetat per viam iudicij ordinarij, tenetur denuo idẽ actor per alias probationes legitimas probare ſuum creditum, aſſumendo in hoc alio iudicio denuo perſonam actoris, licet conueniatur tanquam reus ad reſtituendum; & actori repetenti ſufficit probrare, ſe ſoluiſſe, Rot. Genuen. deciſ. 3. iacobus. num. 4. in fine, verſ. ſecundum. & num. 5. & ſeqq. & hoc iure vtuntur Genuenſes in cauſis executiuis aſſecurationum, ex eorum ſtat. lib. 2. cap. 4. §. in exactionibus. & ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 52.

19 Amplia tertio (& hęc ſatis infertur ex his duabus ſubampliationibus) vt non ſolum ſententia non præiudicet, ſed neque probationes receptę in iudicio ſummario, quia non ſufficiunt in iudicio ordinario, Abb. in conſ. 50. circa quæſtionem. num. 1. lib. 1. Felyn. in cap. 11. cauſam quę. num. 5. verſ. modo aduerte. de teſtib. Natt. conſ. 138. magnifici. ſub num. 8. etiam ſi ex ijs vellet agere, qui obtinuiſſet, quia adhuc ſibi non ſufficerent, per ea, quæ dixi ſupra in ſubampliationibus.

20 Ratio huius ampliationis quoad probationes eſt, quia in iudicijs ſummarijs ſolum perſonæ legitimantur plene, in reliquis ſumuntur ſemiplenæ probationes, & imperfectæ, Natt. dicto conſ. 138. ſub num. 8.

21 Subamplia hanc ampliationem, vt hac eadem ratione inſufficientium probationum, iudex ex probationibus factis in cauſa ciuili, non poſſit condemnare in cauſa criminali, quamuis illæ probationes fuerint ſufficientes in cauſa ciuili, quia in cauſa criminali requiruntur fortiores probationes, quàm in cauſa ciuili; & ideo illæ probationes dabunt ſolum iudici materiam inquirendi, Aret. in cap. 24. qualiter. §. ad corrigendos. num. 9. in fine, & ſub num. 35. de accuſ. & latius Bar. in l. 2. §. hoc edicto. num. 5. verſ. quęrq vtrum. de vi bon. rapt. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 74. ſub num. 1. & 2.

22 Reſtringe primo nunc vniuerſam eandem concluſionem, poſitam ſupra ſub num. 10. & pręſertim iſtam tertiam ampliationem, vt non procedant, quando de exceptione fuiſſet plenè cognitum in iudicio ſummario, ſeu executiuo, aut probationes fuiſſent in eo plenè receptæ, quia tunc ſententia, in eo lata, & probationes, in eo receptæ, plenè præiudicarent, Abb. dicto conſ. 50. ſub num. 3. verſ. quinto & vltimo. lib. 1. Felyn. in dicto cap. 11. cauſam quę. num. 6. Vinc. de Franch. deciſ. 289. contra. num. 1. Aſin. in prax. §. 31. cap. 34. num. 2. & ſeqq. & late, relatis opin. Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de except. concl. 2. num. 6. 7. & 8. vbi de opin. communi, & ſcripſi cap. ſeq. quęſt. 16. limit. 1. ſub num. 49.

23 Sed quando probationes dicantur plenariè receptæ quoad ſubſtantiam probationis, & quoad modum procedendi, referet, & ſequitur Felyn. in eod. cap. cauſam quæ. ſub num. 6. de teſtib. Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de except. concl. 2. ſub num. 8. ſublimit. 1. & quando dicatur plenè cognitum, & quando non, ſcribunt Abb. dicto conſ. 50. ſub num. 3. ibi, non obſtant ſuperius allegata. lib. 1. & Vinc. de Franch. dicta deciſ. 289. num. 3. in fine, & num. 4.

24 Infero primo ex hac reſtrictione, quòd ſi exceptio fuerit probata per con-

feſſionem partis, illa probatio per confeſſionem faceret fidem contra confitentem etiam in alio iudicio, Petr. de Anchar. in cap. 2. cum dilecto. ſub num. 29. verſ. & hæc vera. de ordin. cognit. & Felyn. in dicto cap. cauſam quæ. num. 7. in ſecunda reſtrictione, de teſtib. vbi hoc extendit etiam ad confeſſionem negatiuam, & limitat in confeſſione procuratoria, in confeſſione ficta, &c. & in confeſſione facta incidenter in iudicio nullo ex defectu proceſſus.

25 Infero ſecundo, declarando per oppoſitum, quòd productio inſtrumenti in forma cameræ coram A. C. ſeu in forma guarintigiæ, facta in iudicio executiuo ſine conteſtatione litis, & ſine ordine iudiciario, non prodeſt in iudicio ordinario, ſecundum ea, quæ ſcribit Felyn. in cap. 11. cauſam quæ. ſub num. 6. de teſtib. & ideo actor, qui vigore illius inſtrumenti obtinuit in iudicio executiuo, cum poſtea reus repetit in iudicio ordinario, debet facere nouam productionem inſtrumenti, ſeruatis ſeruandis, vel; ſi eſt in eodē tribunali, debet illud repetere.

26 Reſtringe ſecundo eandem tertiam ampliationem, vt procedat, quando iudicium eſt ſummarium ex ſui natura, vel ex commiſſione ſuperioris; ſecus eſt ſi fieret ſummarium ex culpa partis, puta ſi procedatur in iudicio plenario contra contumacem abſentem, quia etſi omnis proceſſus, factus contra abſentem, dicatur ſummarius, tamen acta, facta in vno iudicio contra contumacem, faciunt fidem contra eundem in alio, Felyn. in dicto cap. cauſam quæ. num. 11. reſtrict. 4. de teſtib.

27 Secundus caſus eſt, quando exceptio fuit reiecta in iudicio ordinario cum plenaria cauſæ cognitione; & iſto caſu plures adhibeo inſpectiones.

Prima inſpectio eſt, quando exceptio reiecta eſt ex illis, quæ poſſunt ſtare per ſe, ſed reijcitur, eo quia non fuit probata: & in hac inſpectione concludo, quòd is, qui eam non probauit, poterit denuo eam in iudicium deducere, modo per viam actionis, l. 8. ſi autem. §. vlt. ff. de negot. geſt. & l. 6. quod in diem. §. vlt. ff. de compenſ. Bar. in l. 1. ſub num. 3. ibi, ſi verò fuit cognitum. C. de ordin. iudic. Paul. de Caſtr. in l. 121. qui romæ. §. duo fratres. ſub num. 7. ff. de verb. obligat. & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de except. concl. 2. num. 14. verſ. & idem iuris eſt. quare licet ego conuentus oppoſuerim exceptionem compenſationis, & quia eam non probauerim, fuerim condemnatus, tamen eandem quantitatem, quam excipiendo deduxi per viam compenſationis, poſſum poſtea petere, principaliter agendo, quia poteſt ſtare de per ſe, vt in iuribus ſupra ci-

28 tatis. † & modo etiam per eandem viam exceptionis: nam licet ego, & tu fecerimus compromiſſum, in quo ſub certa pœna promiſerimus non petere reductionem ad arbitrium boni viri, & ego petierim, & ſuccubuerim, quia laudum fuerit confirmatum, & tu propterea petas à me pœnam, ſtipulatam in compromiſſo; tamen, ſi fuit confirmatū non ex eo, quia fuerit à te probata iuſtitia laudi, ſed ex eo, quia ego infra terminum non docui de iniquitate laudi, & ideo tu fuiſti abſolutus, vtique ego non poſſum, agendo, dicere de iniquitate laudi, quia obſtat mihi exceptio rei iudicatæ, ſed bene poſſum contra te, agentem ad pœnam, adhuc excipere de iniquitate laudi, ne condemner ad pœnam, ſecundum ea, quæ refert Paul. de Caſtr. in dicto §. duo fratres. ſub num. 5. vide etiam infra num. 30. in fine; imò compenſationem, quam diximus poſſe denuo deduci per viam agendi, non video, quare non poſſit rurſus deduci per viam excipiendi: etenim ſi idem actor agat denuo pro alio credito, debitor poterit rurſus opponere eandem compenſationem, eamque in alio iudicio tunc non liquidatam liquidare in iſto.

29 Infero, declarando ex praxi hanc concluſionem, loquentem de exceptione compenſationis, vt compenſatio de liquido ad non liquidum non ſit admittenda, vulg. iur. vnde ſi ego contra te ago ex credito liquido, & tu opponis compenſationem de credito tuo, quod non eſt liquidum, neque potes liquidare intra terminum executionis; & iudex propterea, reiecta compenſationis exceptione, te condemnat, tu in alio iudicio poteris poſtea petere, & liquidare tuum creditum, quia iudex non declarauit, te non eſſe creditorem, ſed declarauit, te non eſſe creditorem liquidum; ſecus eſt ſi tuum creditum erat quidem liquidum, ſed erat forſan alias compenſatum, ſeu aliter ſolutum, aut erat inefficax, quia tunc iudex, reijciendo te, declarat, te non eſſe creditorem; & conſequenter tu non potes amplius illud petere in alio iudicio, quia obſtabit tibi exceptio rei iudicatæ, Gabr. dicta concl.

concl. 2. ſub num. 12. verſ. ſed difficultas. & ita tu intelligas iura ſupra, & infra citara, & Sebaſt. Medic. tract. de compenſat. par. 2. quæſt. 19. in fine, num. 6. fol. 270. inter tract. diuerſ. tom. 6. par. 2.

30 Secunda inſpectio eſt per oppoſitum, quando exceptio fuit reiecta, eò quia fuit iudicata non vera: & in iſta inſpectione concludo contrarium, videlicet, quòd ei obſtet exceptio rei iudicatæ, itaut neque per viam actionis poſſit deduci in iudicio, d. l. 8. ſi autem. §. vlt. ff. de negot. geſt. & d. l. 6. quod in diem. §. vlt. ff. de compenſat. Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 7. ibi, ſi verò non concernit. C. de ordin. iud. & in l. 121. qui romæ. §. duo fratres. ſub num. 5. & ſub num. 7. ibi, aut non concernebat fauorem ſtatus. ff. de verb. obl. & ita ex vnanimi Doctorum concluſione ſcribit Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de except. concl. 2. num. 15. verſ. ſecus vero. quare, ſi oppoſita exceptione compenſationis, iudex cognouerit, eam non eſſe veram, & ideo, ea reiecta, condemnauerit ad ſoluendum quantitatem petitam, non poterit is poſtea eam petere per viam actionis in alio iudicio, quia obſtabit ei exceptio rei iudicatæ, vt in citatis iuribus; & ſatis explicaui num. præced. ſimiliter ſi laudum fuerit confirmatum, eo quia fuerit probatum, & doctum de eius iuſtitia, non poterit is, qui conuenitur ad pœnam, excipere de iniquitate laudi, quia obſtat ei res iudicata, ſecundum ea, quæ adducit Paul. de Caſtr. in d. §. duo fratres. ſub num. 5. licet referat, quòd Bar. conſuluerit, quòd etiam iſto caſu poſſit dicere de iniquitate, quia quælibet iuſta cauſa excuſat à pœna.

31 Tertia inſpectio eſt, quando exceptio reiecta, eſt ex illis, quæ non ſtant per ſe, ſed ſolum concernunt principales actiones, qualis eſt exceptio pacti de non petendo, ſolutionis, præſcriptionis, & ſimiles: & in hac inſpectione concludo, quòd eiuſmodi exceptio poſt diffinitiuam ſententiam proponi non poteſt, etiam ſi proponeretur per viam actionis, Cyn. in l. peremptorias. ſub num. 2. C. ſent. reſcin. non poſſ. Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 7. ibi, ſecundus eſt articulus. C. de ordin. iudic. & in l. 121. qui romæ. §. duo fratres. ſub num. 7. ibi, tu dic plenius. ff. de verb. oblig. quare ſi quis fuerit ita negligens, vt hanc exceptionem non oppoſuerit, vel, cum eſſet probanda per teſtes, diſtulit eam opponere poſt didicita teſtificata, minus eam poterit proponere per viam actionis poſt latam ſententiam, Cyn. in d. l. peremptorias. ſub num. 1. quia eiuſmodi exceptio non ſtat de per ſe; & conſequenter implicaretur contradictio, ſi eiuſmodi exceptiones proponerentur de per ſe per modum actionis; nam deficerent termini habiles, ſeu praxis ſecundum Ioan. Calder. quem citat Petr. de Anchar. in cap. 2. cum dilecto. ſub num. 29. verſ. ſic diſtingue. de ordin. cognit.

32 Quarta inſpectio eſt in caſu ſpeciali, & fauorabili; quando exceptio incidens, cognita in ordinario iudicio cum plena cauſæ cognitione, concernit ſtatum, & ſententia lata ſuper principali reſpicit fauorem ſtatus: & in hac inſpectione concludo, quòd illa ſententia, lata ſuper principali, præiudicat etiam huic exceptioni incidenti, etiam ſi iſta exceptio poſtea proponeretur ad diuerſum finem ab illo, ad quem fuerat adducta in priori iudicio, & hoc fauore ſtatus, Bar. in l. 1. num. 2. verſ. quarto vtrum. & clarius num. 4. verſ. ſed an hæc ſententia. & Paul. de Caſtr. ſub num. 7. in 2. art. ibi, aut fuit plenarium. C. de ordin. iudic. & idem Caſtrenſ. in l. 121. qui romæ. §. duo fratres. ſub num. 7. ibi, aut illud iudicium in quo ſuccubuit. ff. de verb. oblig.

33 Quinta inſpectio eſt per oppoſitum, quando ſententia lata eſt contra ſtatum: & in hac inſpectione concludo oppoſitum, nempè, quòd non præiudicat in alio iudicio, Bar. in d. l. 1. num. 2. & apertius Paul. de Caſtr. ſub num. 7. in 2. art. ibi, aut fuit plenarium. C. de ord. iudic.

34 Sexta eſt inſpectio, quando exceptio non reſpicit cauſam ſtatus: & in hac inſpectione, proſequendo materiam primæ, ſecundæ, & tertiæ inſpectionis, conſtituo duo membra.

Primum membrum eſt, quando exceptio proponitur poſtea per modum actionis ad eundem finem: & in hoc membro concludo, quòd non poteſt, quia obſtat ei exceptio rei iudicatæ, l. duobus. ff. de except. rei iud. Bar. in d. l. 1. num. 4. C. de ordin. iud. & Abb. conſ. 50. circa quæſtionem. ſub num. 3. lib. 1. & ita ſupponendo, & benè, quòd hęc exceptio ſit ex illis, quę poſſunt ſtare de per ſe, quia alias deficeret praxis, vt retuli ſupra num. 31. in tertia inſpectione, in fine, refert Petr. de Anchar. in cap. 2. cum dilecto. ſub num. 29. de ordin. cognit. &

dicitur proponi ad eundem finem, quando in actione non poteſt conſiderati alius finis, quam ille, ad quem tendebat exceptio, Gabr. in ſuis concluſ. lib 2. tit. de except. concl. 2. num. 12. verſ. ſed difficultas.

35 Intellige hanc concluſionē; dummodo exceptio ſit expreſſe, vel tacite reiecta, quia nō vera; ſecus ſi quia nō probata, Paul. de Caſtr. in ead l. 1. ſub n. 7. in 2. art. ibi, aut fuit plenarium. C. de ord. iudic. & in d. §. duo fratres. ſub num. 7. & concordant quæ ſcripſi ſupra in 1. & 2. inſpectione, num. 27. & 30.

36 Secundū membrum eſt, quando exceptio proponeretur per viam actionis ad diuerſum finem: & in hoc membro concludo, quòd poteſt in alio iudicio per viā actionis proponi, quamuis in priori iudicio fuerit reiecta, l. 17. vindicantem. cum l. ſeq. ff. de euict. vbi licet emptor non oppoſuerit exceptionē, qua potuiſſet ſubmouere actorē, agentē de euictione, eo quia ipſemet agens vēdiderat, & conſequenter ipſe tenebatur de euictione, vel, ſi exceptio fuit oppoſita, fuit reiecta; tamen, ſecuta euictione, emptor poteſt agere ad duplum ſtipulatum, & non obſtabit ei exceptio rei iudicatæ, quia tunc exceptio fuit oppoſita, ne euinceretur, & nunc deducitur ad conſequendum duplum ex ſtipulatione; imò tantum abeſt, vt exceptio rei iudicatę obſtet in hoc caſu, vt ex ipſamet re iudicata oriatur ius agendi ad duplum; ante enim ſecutam euictionem non poterat agi, Bal. in l. peremptorias. ſub num. 16. verſ. quæro quid ſi actio. C. ſent. reſcin. non poſſ. & Iaſ. in l. 121. qui romæ. §. duo fratres, num. 49. in fine, ff. de verb. oblig.

37 Septima, & vlterior inſpectio elici poſſet ex diſtinctione, quā format Bar. in l. 121. qui romæ. §. duo fratres. ſub num. 7. ff. de verb. oblig. & videtur ſecutus Petr. de Anch. in cap. 2. cum dilecto. ſub num. 29. verſ. bar. aliter. de ord. cognit. vbi, loquendo de pronunciatione ſuper exceptione in cauſa, in qua plene cognoſcitur, ita diſtinguit; aut pronunciatur pro excipiente contra agētem; aut è contra; primo caſu, inquit, aut iudicium eſt acceſſorium, & quodammodo dependens ex primo, vt in ſtipulatione pœnali, & tunc quod ſemel eſt deciſum, non poteſt in alio iudicio refricari; aut illud aliud iudicium eſt principalius, vel æquè principale, & iterum poterit refricari; vt puta ſi egi confeſſoria de via, & aduerſarius excepit, me non eſſe dominum, & ſuccubui, quia nihilominus poteto poſtea agere rei vendicatione, ſed ſi prius egero rei vendicatione, & ſuccubui, ſi poſtea voluero agere confeſſoria, obſtabit mihi exceptio rei iudicatę, vt latius, & clarius explicat Paul. de Caſtr. in dicto §. duo fratres. ſub num. 7. ſecundo verò caſu quando pronunciatur pro agente contra excipientem, redit ad diſtinctiones, quę continentur in præcedentibus inſpectionibus.

Hæc ſunt, quæ in ſpatioſo campo volui colligere, tanquam relatu, & cognitu magis digna; vlterius autē differere, contrariari, & progredi exiſtimaui magis laborioſum, quā vtile, ſi quidem impoſſibile eſt ſub diſtinctionibus, & inſpectionibus ſingula cōprehendere, quia natura quotidie nouas properat edere formas: vnde ex qualibet minima facti variatione variantur reſponſa.

Abſoluta prima declaratione, poſita ſupra, num. 9.

38 Declara ſecundo principaliter, dum ſupra num. 3. & ſeqq. verſ. res iudicata. diximus, quòd res iudicata dicitur, quando ſententia, appellatione non interpoſita, aut non proſecuta, ſeu quia fuit confirmata, tranſiuit in rem iudicatam, vt hoc procedat in ſententijs, quæ tranſeunt in rem iudicatam, ſecus eſt in ſententijs, quę non tranſeunt in rem iudicatam, quia ex iſtis non poteſt emanare exceptio rei iudicatæ, ſiquidem eam non habent, ſecundum Doct. infra citatos.

39 Subdeclara primo igitur, vt ſententiæ, quę non tranſeunt in rem iudicatam, ſint illæ, de quibus Doct. à me citati ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 131. & hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 12. num. 81.

40 Subdeclara ſecundo, vt quamuis non tranſeant in rem iudicatam, tamen non per hoc ſequitur, quòd poſſit ab eis appellari ſuſpenſiue, aut deuolutiuè poſt lapſos decem dies; ſeu poſt ſufficientem confirmationem earum, quia quoad hunc effectum prę cludēdi viam appellationibus, & eā aperiendi paratæ executioni, tranſeunt in rem iudicatam, vt ſecutus ſum dicta quæſt. 12. num. 81. & late explicaui d. cap. ſeq. q. 17. limit. 1. nu. 6. & ſeqq. & ideo quoad hunc effectum omnes ſententiæ ſunt eiuſdem naturæ, nulla inter eas conſtituta differentia: remanet autem differentia in hoc, quòd de iniuſtitia iſtarum ſententiarum poteſt nō per viam appellationis, ſed per viam querelæ agi coram ſuperiore, non obſtante re iudicata, vt ſcripſi dicta quęſt. 12. nu. 81. & dicta limit. 1. nu. 8.

& quia

& quia non poteſt agi per viam appellationis, idcirco ſuperior, qui poſſit cognoſcere, non debet habere iuriſdictionem limitatam in cauſis appellationum tantum, ſed debet habere iuriſdictionem primarum cauſarum, vt ſcripſi ead. q. 12. num. 82. & poteſt etiam cognoſcere idem iudex ſecundum ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 131.

41 Contra hanc declarationem, poſitam ſupra num. 38. eiuſque ſubdeclarationes, dum in eis ex mente Doctorũ aſſeruimus, quaſdã eſſe ſententias, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, oppono, quòd nulla reperiatur ſententia, quæ tranſeat in rem iudicatam, ita vt de eius iniuſtitia non poſſit cognoſci per querelam, aut per aliam viam, & conſequenter dico, totam relatam communem Doctorum diſtinctionem ſeu doctrinam eſſe inanem, verbalem tantum, & ideo erroneam, & hoc oſtendo tripliciter.

Primò, quia ſententia lata ex conſilio iuriſperiti, poteſt retractari per conſilium alterius ſapientioris iuriſperiti, ſecundum Rom. & alios, quos citaui dicto cap. 97. ſub num. 131. & hunc caſum enumerant Doct. inter caſus, in quibus dicunt, ſententiam non tranſire in iudicatum, & cum iſto caſu tranſeunt communiter, & eum originaliter videtur poſuiſſe Ant. de Butr. in cap. 4. propoſuiſti. num. 8. de probat. dum ex Speculatoris doctrina, mox referenda, infert, quòd omnis ſententia, lata ad conſilium ſapientis, repertis ſapientioribus conſulentibus, poſſet reuocari, & mouetur ex doctrina Speculatoris in tit. de homicid. num. 4. verſ. de facto. lib. 4. fol. 184. qui dicit, quòd ſi A. vulnerauit B. qui, febre ſuperueniente, deceſſit, & ideo accuſatur de morte, & ipſe A. aſſerit, illum obijſſe ex febre, & plures laici teſtes inducti hoc dicunt, medici verò pauciores dicunt, quòd vulnus extitit cauſa febris, inquit Spec. potius eſſe credẽdũ paucioribus medicis, quia factũ melius noſcunt: & poſtea mouetur ex doctrina Io. Andr. in addit. ad eũdẽ Spec. eod. tit. de homicid. in verbo noſcunt. dicentis ex Guid. de Suzar. quòd ſi iudex ad dictum medici, atteſtantis, vulnus Titij, cum plures vulnerarunt, fuiſſe mortale, condemnauit Titium de occiſo, & Titius dicit, medicum dixiſſe falſum, & ideo petit ante ſepulturam peritiores medicos adhiberi, & adhibentur, & referunt, illius vulnus non fuiſſe mortale, ſententia retractabitur, ſicut dicitur de ſententia, lata per falſos teſtes, vel inſtrumenta; & ratio meo iudicio non eſt alia, niſi quia iniuſtitia non eſt toleranda.

Confirmantur iſta, quia Conſultores vtentes, vt decet, modeſtia, in fine conſilij addunt clauſulam, ſaluo ſemper ſaniori conſilio, Curt. Iun. conſ. 63. in cauſa. ſub num. 8. in fine, lib. 2.

42 Ergo ſi ſententia, lata ex conſilio iuriſperiti, poteſt retractari, debet poſſe retractari etiã quãdo eſt lata ex ſola iudicis opinione, quia, ſi eſt iuriſperitus, militat eadem ratio, vt, oſtenſa falſitate opinionis, iniuſtitia non ſit toleranda; alias ſequeretur hoc abſurdiſſimum, quòd ſententia, lata ex propria ceruice iudicis, tranſiret in iudicatum, & non poſſet retractari, quamuis eſſet iniuſtior ea, quæ ferretur ex conſilio iuriſperiti; imò ſententia, quæ eſt lata ſine conſilio, videtur reuocabilior ea, quæ eſt lata cum conſilio, quia licet iuriſperitus ſumatur, vti teſtis iuris, tamen hoc officio teſtis fungitur etiam ipſe iudex, qui ſententiam profert ex ſuo proprio conſilio; & magis iuridica æſtimatur ſentẽtia, in qua alius eſt teſtis, & alius eſt iudex, quàm ſententia, in qua idem eſt iudex, & teſtis, per ea, quę dixi ſupra gl. 10. num. 25. verſ. confirmatur.

43 Hocq. argumentum, quo demonſtramus, nullam dari ſententiam, quæ tranſeat in rem iudicatã, quãdo eſt lata ex conſilio ſapientis, concludit, quòd ſententię in cauſa hæreſis, & indiſtinctè in omnibus cauſis, quæ iudicãtur in Curia Rom. nunquam tranſeunt in iudicatum, quia iudices ſemper in ſententia dicunt, quòd eam ferunt de conſilio iuriſperitorum, vt retuli ſupra gl. 13. num. 32. verſ. infero ex hac.

44 Secundo quia ſententia, in qua vertitur animæ periculum, nunquam tranſit in iudicatum, Card. Zabar. in clem. 1. num. 12. q. 14. de ſent. & re iudic. & alij, quos citaui ſupra, lib. 1. cap. 97. ſub num. 131.

45 Sed animę periculum ratione iniuſtitiæ vertitur in omnibus ſententijs, quia poſſidẽs, retinens, vendicans, & exigẽs ex iniuſta ſentẽtia, ſemper eſt in peccato, & ſic in periculo animę: ergo nulla eſt ſententia, quæ tranſeat in rem iudicatã; hincq. aduerſus quamlibet iniuſtam ſententiam inuenta eſt denunciatio euangelica, de qua ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 54. num. 4. & in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19 num. 115.

Tertio, quia praxis, quæ eſt lapis lydius theoricę, nulla habita differentia inter hanc, vel

Digitized by Google

vel illã ſententiã, çquę in omnibus admittit rem iudicatã,& æquæ omnes per viã reſtitutionis in integrum, aut per aliud remedium reſcindit ob ſolam iniuſtitiam, & ita ſeruat Rot. Rom. vt ſi ſententia appareat iniuſta, ſimul, & ſemel reſtituat, & reuocet, Mantic. deciſ. 315. concluſum. num. 5. & latius ſcripſimus nos cap. ſeq. quęſt. 19. rem. 2. num. 132. & dixi in mea deciſ. .reſtitut. in integ. mart. 14. Februarij 1622. nam potius caderent ſydera, vt in alio propoſito ex Iaſ. ſic loquente retuli in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. ſub num. 292. quàm lex toleraret iniuſtitiam.

46 Declara tertio principaliter, vt tota res iudicata reguletur à diſpoſitione iuris circa numerum teſtium; & proinde dico, quòd ad conſtituendam rem iudicatam ideo requiruntur tres ſententiæ conformes ſecundum ius commune, vel duę ſecundum ius municipale multorũ locorũ, vt late ſcripſimus cap. ſeq. q. 17. limit. 1. nu. 1. & ſeqq. & nu. 66. & 67. & remiſſiue hic ſupra num. 3. aut requiritur vnica ſententia, à qua vel non ſit appellatum, vel, quatenus ſit appellatum, appellatio ſit deſerta, vt dixi eod. cap. ſeq. q. 12. nu. 143. & alijs num. citatis hic ſupra num. 3. quia tam de iure diuino, quam de iure humano, in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, vt late ſecutus ſum lib. proxime pręced. cap. 9. num. 381. & 383. & conſtitutio in contrarium non valet, Fed. de Sen. & alij, quos ſecutus ſum ibidem, nu. 379. 385. & 395. ſed ſententia eſt atteſtatio iudicis, qui, viſo toto proceſſu, virtualiter tãquã teſtis iuris per ſententiã coram Rep. & Principe teſtatur, quod talis litigator fouet bonũ ius, & alter malũ ius: ergo ſentẽtia vnius iudicis nõ ſufficit, ſed requirũtur tres, ſeu duæ ſentẽtiæ conformes, quia, vt dixi, in ore duorũ, vel triũ ſtat omne verbum: etenim ius commune reſpexit ad maiorem numerum iuris diuini; ius vero municipale plerumque reſpicit ad minorem. Rurſus ſicut ex partium conſenſu poteſt ſufficere vnicus teſtis, vt late explicaui eod. cap. 9. num. 413. ita etiam ex partium conſenſu expreſſo, vel tacito vnica poteſt ſufficere ſententia: nã, dũ pars aliquando renunciat expreſſe appellationi interpoſitę, vel interponendę, iuxta ea, quę ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 2. n. 1. & ſeqq. & nu. 9. vel renunciat tacitè, vt dixi ead. limit. 2. n. 12. & ſeqq. & n. 69. & ſeqq. tunc in effectu conſentit de ſtando vnicę ſententiæ, & ſic teſtimonio vnius iudicis, qui ſententiam tulit: Similiter ſicut Princeps, ſtatutum, ſeu conſuetudo poteſt ſtatuere, vt in aliquo caſu, ſeu aliquibus caſibus ſtetur dicto vnius teſtis, vt late explicaui lib. proxime præced. cap. 9. nu. 380. 386. 389. & ſeqq. 408. 410. & ſeqq. ita etiam poteſt in aliquo caſu, ſeu aliquibus caſibus ſtatuere, vt vnica ſententia faciat rem iudicatam, remouendo, ſcilicet, ſeu prohibendo appellationem, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 16. limit. 1. num. 20. & ſeqq.

Confirmatur hæc declaratio, quia de teſte ad iudicem valet argumentum, nam ſicut quis non poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, per ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 10. num. 22. & ſeqq. ita etiam non poteſt eſſe iudex, per ea, quæ ſecutus ſum ſupra gl. 4. q. 7. n. 2. & ſeqq.

Non obſtat primo, ſi contra hanc declarationem dicatur, quòd imò res iudicata non regulatur à numero teſtium, ita vt appellatio detur ab vnica ſentẽtia vnius iudicis, ſed potius regularur à facultate, quam ſuccumbens debet habere melius probãdi non probata, ita vt non inducatur res iudicata, niſi partes prius habuerint facultatem ſupplendi probationes, in quibus defeciſſent in prima, vel in ſecunda inſtantia.

Quia reſp. quòd licet partes vel ex lege municipali, vel ex propria earum conuentione excluderẽtur ab omni, & quacũque vlteriori probatione, tamẽ nõ propterea pars, quę ſuccumberet, priuaretur facultate appellandi à prima ſententia, quam tuliſſet vnus iudex, & tamen ſecus eſt, cum illa ſententia fuiſſet confirmata ab alijs duabus: ergo ad inducendam rem iudicatam non attenditur aliud, quam numerus teſtium, ideſt iudicum, quia ſicut non creditur vni teſti, quia poteſt eſſe ſubornatus, & creditur pluribus, quia pręſumuntur dicere veritatem: ſic etiam non ſtatur ſententię vnius iudicis, quia pot eſt eſſe vel ſubornatus, vel aliter tuliſſe ſententiam iniuſtam: & ſtatur ſententię multorum, quia pręſumitur ſententia iuſta.

Non obſtat ſecundo, ſi dicatur, quòd hoc modo quilibet iudex ordinarius poſſet delegare cauſam pluribus, & ſic priuare partes appellatione.

Nam reſp. quòd partibus inuitis, vel altera earum, ordinarius non poſſet delegare, quia pars inuita poſſet opponere contra delegationem, quòd vult poſſe non probata probare in alia inſtantia.

Firmata declaratione.

Infe-

Infero primo ex iſta declaratione , quòd ſicut Princeps non poteſt generaliter ſtatuere , vt credatur vni teſti, per ea, quæ dixi lib. proxime præced. cap. 9. num. 395. quia Papa, ſeu lex poſitiua poteſt declarare ius diuinū, vt ſecutus ſum eod. cap. 9. ſub n. 380. & & 390. ſed nō poteſt tollere, per ea, quę dixi ibid. n. 395. ita etiā nō debet generaliter ſtatuere, quòd vnica ſententia faciat rē iudicatā.

Infero ſecundo, quòd ſicut in arduis non eſt ſtādum dicto vnius teſtis, per ea, quæ dixi dicto cap. 9. num. 392. in fine, & latius num. 395. ita etiam Princeps non debet in arduis reſcribere cum clauſula, appellatione remota : ſed qua ratione in cauſis criminalibus arduis prohibeatur appellatio , habes cap. ſeq. q. 48. num. 2. & ſeqq.

Infero tertio, ſatis iuridicas videri Rotales Ciuitatis Florentię, Genuę, & ſimilium conſtitutiones, quibus ſtatutum eſt, vt vnica ſententia, in qua concordent omnes tres iudices Rotę, vel ſaltem duo ex eis , faciat rem iudicatam ; & in his terminis , quando ſcilicet ſimul iudicant, intelligo , quòd ſi ex duodecim iudicibus, ſex abſoluant reum, abſolutio præponatur damnationi, vt ex Sancti Auguſ. relatione ſcripſi infra quęſt. 23. ſub num. 55. in ſecunda regula, & ad hanc illationem moueor , tum quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum , vt dixi ſupra , tum quia eorum atteſtatio , ſeu ſententia eſt conteſtis etiam de tempore .

Secus eſt , quando ſententia fertur in Rota Rom. quia in ea vnus Auditor, cui cauſa eſt commiſſa , fert ſententiam de conſilio aliorum Auditorum , & ſic vnus eſt iudex , vt retuli gl. præced. num. 33.

Subinfero ex iſta illatione, quòd ſi omnes tres iudices delegati, vel tres ex quinque ſententiam concorditer ferrent, ab iſtorum ſententia non appellaretur , ſiue eſſent delegati Papæ , ſiue alterius ; & ſiue eſſent ex Auditoribus Rotæ, ſiue non: & ratio ſubillationis eſt, quia hęc diceretur ſententia trium iudicum, hincque dico, quòd in reſcripto delegatorio ad quinque iudices ſimul , clauſula (appellatione remota) nō eſſet neceſſaria .

47 Decretum quid ſit, & in quo differat à ſententia priuſquā dicamus, præmitto pro intelligentia, & ſemouenda æquiuocatione , quòd decretum dicitur à verbo *decerno* ; vt ex Innoc. & Alber. ſequitur Thom. Canan. in procem. decret. num. 683. tom. 1. fol. 23. inter Repeten. & dicitur decretum , quaſi cū deliberatione cretū, Cyn. in l. placet. ſub n. 2. C. de pedan. iudic. & Bar. in l. 9. nec quicquam. §. vbi decretum. il 1. ſub n. 6. ff. de off. proconſ. & eſt nomē ęquiuocum, & ſatis generale, & ideo variè accipitur in iure, de qua varietate, & multiplici acceptione ſcribunt Thom. Canan. in dicto procem. num. 658. & ſeqq. fol. 22. & latius Simoncel. tract. de decret. in pręfatione num. 3. & ſeqq. fol. 284. & 285. tom. 6. par. 1. vbi enumerat viginti & vnam acceptiones , ex quibus duas , quæ noſtro poſſunt inſeruire inſtituto , referam .

48 Prima acceptio eſt, vt ſignificet iuſſum iudicis, mandantis bona alicuius propter illius cōtumaciam poſſideri ; & hic iuſſus diuiditur in primum, & ſecundum decretum , de quorum materia late ſcripſerunt Odofr. Iacob. de Beluiſ. & alij, & aliqua nos ſupra lib. 1. cap. 96. n. 3. & ſeqq. & hoc eod. cap. ſupra gl. 11. num. 14. & ſeqq. & infra hac ead. gl. q. 7. ſub num. 1. & hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 4. num. 124. & 130.

49 Secūda acceptio eſt, vt ſignificet auctoritatem iudiciariā interpoſitā , cauſa cognita, ſuper eo, quod petitur citra cauſę deciſionē.

50 Decretum in his duabus acceptionibus eſſe ſententiam , definit Innoc. in cap. 1. dudum. num. 3. de reb. eccl. non alien. in 6. & quòd decretum ſumatur pro quadam iudicis ſententia , quam cognoſcendo decernit , idcoque apud Iureconſultos decretum propriè ſit deliberatio iudicis cum cauſę cognitione, ad mixtum imperium pertinens, ſcribit Thom. Canan. in procem. decret. ſub num. 663. & ſeqq. inter Repet. tom. 1. fol. 22. & quòd omne decretū ſit ſentētia, ſed non omnis ſententia ſit decretū, quia ſentētia poteſt ſumi generaliter , & tunc eſt veluti genus , ſed ſi ſumatur in ſpecie, tunc habeant diuerſas ſpecificas differentias, ſcribit Matth. Nerut. in rubr. num. 66. de ſent. & re iudic. inter Repeten. tom. 4. fol. 174. & quòd in iure ſæpe ponatur decretum pro ſententia, ſcribit Simoncel. tract. de decr. in præfat. n. 29. fol. 286. tom. 6. par. 1. & pro ſententia diffinitiua, ſcribit nu. 3. verſ. ſubſequitur. fol. 284.

51 Verū hęc definitio eſt defectiua, quia non conuertitur cū ſuo definito , cum conſtet ex ſolo genere , & non ex differentia , Matth. Nerut. in loco ſupra proxime citato .

Sana igitur definitio videtur illa, quam tradit Gl. in dicto cap. 1. dudum . in verbo , tractatus. de reb. eccl. non alien. in 6. dicens , decretum eſſe ſententiam , qua iudex , contra-

tractum futurum, iuſtū fore decernit, auctoritatem ſuā interponendo; vel aliquem in poſſeſſionem mittendo, vel mittendū declarando:& ſanior videtur, quā poſt Alciat.& Corraſ. tradit Menoch. tract. de recuper. poſs. rem.15. nu.143. dicens, decretum in ſpecie ſumptum, eſſe iudiciarię auctoritatis interpoſitionem, cauſa cognita, ſuper eo, quod petitum eſt, nec, inquit, verſatur in abſoluendo, vel condemnando, vt diffinitiua, ſed in affirmando, iuſta de cauſa actum quid eſſe: vel aliquantulò breuius, eſt auctoritatis iudiciariæ interpoſitio, cauſa cognita, ſuper eo, quod petitum eſt citra condemnationem, vel abſolutionem, vt ex prædictis refert Simoncel. in dicta præfat. n.6. fol. 285.

Ab hac definitione non diſcrépant Cyn. in l. placet. ſub num.2.C. de pedan. iudic. Bar. in l. 9. nec quicquam. §. vbi decretum. il 1. num. 6. ff. de offic. proconſ. & alij, quos citat, & ſequitur Simoncel. in dicta præfatione num. 2. fol.284. dum, conſtituendo differentiam inter ſententiam, & decretum, inquiunt, differentiam eſſe, quia ſententia eſt pronunciatio iudicis, continens condemnationem, vel abſolutionem, decretum verò eſt conſiderata prouiſio iudicis citra cōdemnationem, vel abſolutionem.

Reliquas decreti definitiones, quas recenſet Cyn. in l. cum proponas. num. 1. C. de bon. auct. iud. poſſid. & ex eo Matth. Nerut. in rubr. ſub num. 66. de ſent. & re iud. inter Repeten. tom. 4. fol. 174. omitto, quia non ſatisfaciunt.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

Sententia, quotuplex ſit, num. 1.
Sententia tam interlocutoria, quàm diffinitiua ſubdiuiditur, num. 2.

1 QVAERO tertio, quotuplex ſit ſententia.

Reſp. quòd Doct. more ſolito videntur diſcordare, ſed poſſunt reduci ad concordiam, quia vnus diuidit ſecundum vnam conſiderationem, & alius ſecundum aliam, prout quilibet abundat in ſuo ſenſu: aliqui enim diuidunt in quatuor ſpecies, nēpe in interlocutoriam, diffinitiuā, pręceptum, & mulctam; Spec. tit. de ſenten. §. ſpecies. initio, lib. 2. fol. 164. alij diuidunt in tres, in diffinitiuam, interlocutoriam, & interlocutoriā mixtam, quæ dicitur interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, Ant. de Butr in rubr. num. 3. de ſent. & re iudic. & Abb. ibidem, ſub num. 4. dicens ex Gl. quam citat, addi quartam, quę dicitur ſententia præcepti: alij diuidunt in duas, nempe in interlocutoriam, & diffinitiuam, Hoſtien. in ſumm. tit. de ſenten. num. 2. verſ. quot ſint. Rebuff. tract. de ſenten. execut. &c. in præfatione, num. 3. tom. 1. fol. 303. Maran. in ſuo ſpec. 3. par. 6. part. act. 1. de ſenten. ſub num. 23. verſ. ſupereſt modo. fol. 435. & Franc. de Accept. tract. de ſent. diffin. & interl. ſub num. 5. & latius, ſub num. 17. tom. 5. fol. 3. & hanc bimembrem diuiſionem, à qua ego non diſcedo, ſequitur Matth. Nerut. in dicta rubr. ſub num. 24. quæſt. 5. fol. 170. tom. 4. inter Repeten. & ita, reprehendendo diuiſionem Speculatoris, ſupra relatam, firmat Franc. de Accept. in dicto num. 17. vnde vere videntur locuti ij, quos citaui q. ſeq. num. 3. verſ. contra. dum dixerunt, omnem ſententiam, pręter diffinitiuam, eſſe interlocutoriam.

2 Verum vtraque ſpecies à pleriſque ſubdiuiditur; quædam enim interlocutoria ab ijs dicitur ſimplex, & quædam mixta, ſecundum quid, participans de natura diffinitiuæ, & ideo dicitur habere vim diffinitiuę, non ſimpliciter, ſed ſecundum aliqua: ſimiliter diffinitiua ſecundum eoſdem vel eſt ſolemnis, vel minus ſolemnis, Nerut. dicto nu. 24. in fine, alias ſubdiuiſiones, quę indagari poſſent, præſertim in interlocutoria; omitto, quia eſſet indagatio nullius, aut modicæ vtilitatis, & ſi qua vtilis eſſe poſſet, patebit ex his, quæ dicam infra.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO IV.

SVMMARIVM.

Sententia diffinitiua, & Sententia interlocutoria in quot, & quibus differant, nu. 1. & ſeqq. num. 30. & ſeqq. & num. 36. & ſeqq.

Vox

Vox qualibet, Iuſſus iudicis, & Citatio } *quomodo, & quare dicatur ſententia interlocutoria, nu. 3. & ſeqq.*

Sententia diffinitiua determinat controuerſiam principalem, ſub nu. 1. Infertur hinc, quòd ſi non definiat totam controuerſiam principalem, non dicetur diffinitiua, & conſequenter neque quoad partem, quam definit, erit valida, num. 6. & ſeqq. Hæc illatio habet multas diſtinctiones, de quibus num. 9. & ſeqq.

Arbiter ſi ſuper pluribus ſit aſſumptus controuerſiis, ita vt de omnibus ſimul ſententiam diceret, ſi de vna ſententiam dixerit, non dicetur ſententiam dixiſſe, &c. n. 7. & 10.

Abſolutio, vel Condemnatio } *ſi in iudicio fam. erciſcundæ ſit omiſſa in perſona vnius, in cæterorum perſona lata non valet, num. 8.*

Abſolutus non cenſetur ab aliis quinque, qui fuit conuentus in decem, & iudex condemnauit in quinque, num. 17. Sed quid ſi fuerit condemnatus in quinque cum taxatiua (tantum), num. 24. & ſeqq. Quid in ſententia lata à iudice appellationis, quæ reformet in parte ſententiam iudicis à quo, num. 27. Et quid ſi omiſſa ſint incerta, & illiquida, num. 28.

Abſoluti à reliquis quinquaginta non cenſentur duo obligati inſolidum in centum, & inſolidum conuenti, licet iudex eos non condemnauerit inſolidum, ſed ſimpliciter, num. 18. & 20.

Sententia ſi lata ſit condemnatoria ſuper vno ex capitulis ſeparatis, non præſumitur tacitè lata abſolutoria ſuper alio, num. 21. Et multò magis ſi fuerit lata abſolutoria, num. 22.

Sententia licet feratur quoad vnum ex accuſatis, tamen ex ea non infertur, quòd contraria cenſeatur lata quoad alios, nu. 23.

Interlocutoria, lata ſuper tota controuerſia principali, non valet, num. 29. Quia fertur, non ſeruato ordine iuris, nu. 31.

Sententia diffinitiua, niſi præceſſerit ordo iudicij, non poteſt ferri, nu. 30. & 32. Contrarium quando proceditur ſine figura iudicij, num. 34.

Sententia diffinitiua licet feratur ſine ordine iuris, tamen retinet nomen ſententiæ diffinitiuæ, ſed dicitur nulla, num. 35.

Sententia diffinitiua ſi ſit valide lata, non poteſt ab eodem iudice reuocari, nu. 36.

Interlocutoria poteſt ab eodem iudice reuocari, num. 37.

Appellatio ab interlocutoria debet admitti, quando grauamen per interlocutoriam illatum non poteſt reparari in diffinitiua, ſeu per appellationem à diffinitiua, & è conuerſo non admittitur, quando grauamẽ poteſt reparari in diffinitiua, ſeu per appellationem à diffinitiua, & ideo cæteræ conſiderationes ſunt reiiciendæ, nempe, an interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, vel non, item an ſit mixta, vel mera, & ſimiles, & hoc iure vtimur tam ex Conc. Trid. quam ex Stat. Vrbis, num. 39. 40. & 41. Et ita eſt interpretanda regula Cancellariæ, de non recipiendis appellationibus ante diffinitiuam; ſic etiam ſunt interpretandi ſtylus Signaturæ Iuſtitiæ, facultates A. C. & ſtatuta prohibentia appellationẽ ab interlocutoria, num. 42. & ſeqq. Et licet non poſſet reparari per diffinitiuam, tamẽ ſufficit quoad prohibendam appellationem, quod poſſit reparari per appellationem à diffinitiua, num. 45.

Grauamen interlocutoriæ quando dicatur irreparabile, & quando reparabile ad effectum admittendæ, vel non admittendæ appellationis, num. 46. & ſeqq.

Dilatoriæ exceptiones poſt litem conteſtatam non admittuntur, num. 48.

1 QVAERO quarto, in quot, & quibus differant inter ſe ſententia diffinitiua, & ſententia interlocutoria. Reſp. omnes earum differentias poſſe reſtringi ad tres: prima quarum eſt reſpectu rei controuerſæ: ſecunda reſpectu ordinis iudiciarij: tertia reſpectu effectuum, qui, latis ſentẽtijs, ſequuntur; vt nunc ordinate proſequemur.

Primo igitur differunt in re controuerſa, quia diffinitiua determinat controuerſiam principalem, Gl. in clem. vnica, in verbo, diffinitiua. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Spec. tit. de ſenten. §. ſpecies. num. 3. lib. 2. fol. 164. Hoſt. in ſumm. tit. de ſenten. §. quot ſint. & & §. diffinitiua. vtrobique num. 2. Abb. in rubr. num. 4. in fine, & Matth. Nerut. n. 25. q. 6. de ſent. & re iud. Franch. in cap. 60. cum ceſſante. num. 36. verſ. extra gloſ. de appell. & Rebuff. tract. de ſenten. execut. in præfatione, num. 3. tom. 1. fol. 393. & hoc ſciunt omnes, & ſatis patet ex his, quæ ſcripſi ſupra q. 2. num. 1. vnde debet continere condemnationem, vel abſolutionem, alias non valet,

valet, Spec. dicto §. ſpecies. num. 3. lib. 2. fol. 164. ſeu alias non diceretur ſententia, Maran.in ſuo ſpec. in 3. par. 6.par. act. 1. de ſenten.ſub nu.3.fol.432.ſeu diceretur nulla, vt ſecutus ſum infra q. 28. num.9.

2 Interlocutoria autem non determinat cõtrouerſiam principalẽ, ſed determinat quæſtiones emergentes,& incidentes, quæ oriũtur inter principium, & finem controuerſiæ principalis, Gl. ſupra proxime citata, Spec. d.§. ſpecies. num. 1. Hoſt.d.§.quot ſint.n.2. Abb. d. rubr.ſub num.6. & Nerut. num. 26. q.7.Franch.in loco ſupra proxime citato,Rebuff. in d.præfat.num.5. verſ.interlocutoria. & dixi cap.ſeq. q.17. limit.6. memb. 3. ſub num.4. confirm. 2. & hac ratione dicitur interlocutoria, quia iudex loquitur inter principium,& finem, Spec. in loco ſupra proxime citato.

3 Contra hanc primam differentiam; quantum attinet ad interlocutoriam; oppono dupliciter. Primo, quia quilibet iuſſus iudicis dicitur ſententia interlocutoria, Franc. de Accept.tract.de ſent. diffin.& interl. num.7. in fine, num.8. & 14.fol. 3. tom. 5. & ideo omnis ſententia præter diffinitiuam dicitur interlocutoria, vt ſcribit ibidem ſub nu. 44. q.13. in fine, fol. 6. imò omnis vox iudicis, faciens ad cauſam, eſt interlocutoria, Felyn. qui alios citat, in rubr.ſub num.2.verſ. circa diffinitionem. & Matth.Nerut.nu.27.verſus finem, de ſent. & re iudic. & dixi copioſius cap. ſeq. q. 12.ſub num. 89. & ſcripſi etiam ſup.lib.1. cap. 57. num. 3. Secundo oppono, quia citatio eſt interlocutoria, & tamen fit non ſolum inter principium,& finem, ſed etiam in principio, & etiam poſt diffinitiuã, & quandoque etiam in executione, Felyn. vbi ſup.&, nulla de eo facta mentione, Nerut. ibidem num.26. q.7.

4 His oppoſitionibus,& primo primæ reſpõdeo, quod vox dicitur facere ad cauſam, quando eſt de actis cauſæ; ſecus ſi non ſit de actis, vt puta, quia iudex ſuaderet partibus concordiam, vel reſponderet parti, quòd tali hora dabit ei audientiam,& ſimilia,quia iſta ſuaſio, & hæc reſponſio non eſſent interlocutoriæ, & proinde dum dicimus,quod omnis vox iudicis, faciens ad cauſam, dicitur interlocutoria, hoc generale dictum reſtringitur ad terminos habiles ex materia ſubiecta.

5 † Secundo reſpondeo ſecundæ oppoſitioni,quòd quamuis interlocutoria ex vi ipſius dictionis *inter* reſpiciat ea, quæ ſunt inter principium & finem cauſæ, & conſequẽter citatio,quę fit initio,non videatur interlocutoria; tamen dico, eſſe aduertendum, quòd propterea nos non ſumimus principiũ cauſę ſtrictè, & propriè, ſed largè, prout libellus ipſe,& alia præparatoria ante citationem ſunt principium cauſę, & ſic ruit oppoſitio: & ad illud,quòd citationes fiant etiam poſt ſententiam diffinitiuam, quæ imponit finem cauſæ, dico, quòd duo ſunt fines cauſæ; primus eſt ſententia diffinitiua, vt diximus, & alius eſt executio vltima, & finalis rei iudicatæ; vnde citatio, quæ fit poſt ſententiam adhuc dicitur fieri inter principium & finem.

6 Infero primo ex hac prima differẽtia,quòd ſententia diffinitiua, non definiens totam controuerſiam principalem, non dicitur ſententia diffinitiua, ideſt, non eſt valida,etiam quoad partem, quã definit,ſiue libellus contineat vnum caput, ſiue plura ſeparata, vel connexa,nam cum ex libello appareat,quòd iudex fuit aditus ſuper omnibus ſimul, vtique ſi ſuper aliquo, ſeu aliquibus tantum pronunciauerit, eſt ac ſi non pronunciaſſet,

7 quare † ſi arbiter de pluribus controuerſiijs, nihil inuicem communibus, ſit aſſumptus, & is de vna ſententiam dixit, de alijs autem nondum, vtique,ſi ex forma compromiſſi de omnibus ſimul ſententiam dicere debebat, non dicetur ſententiam dixiſſe,& ideo,quam dixit, poterit mutare, l. 23. dicere. & l. 25. quid tamen. ff. de recep. arbitr. quia non dicitur aliquid actum, cum remanet aliquid agendum.

8 † ſimiliter in iudicio familiæ erciſcundæ, vbi condemnationes, & abſolutiones in omnium perſonas faciendæ ſunt, ſi omiſſa ſit condemnatio in alicuius perſona,in cęterorum quoque perſona,quod fecit iudex, non valebit, quia non poteſt ex vno eodemq. iudicio res iudicata in partem valere,& in partem non valere, l.28. in hoc iudicio. ff.fam.erciſc. & ita regulam conſtituit, quòd ſententia ferri debeat ſuper toto eo, quod petitur,alias non valeat, Felyn.in cap.13.cum inter.num.6. verſ. de ſententia. de ſent. & re iudic.

9 Contra hanc illationem facit varietas opinionum, & diſtinctionum, ne dicam intricationum, quas ex Innoc.Io.Andr.& Ant. de Butr. recenſet Abb. in dicto cap. cum inter. ſub num. 23. de ſent. & re iud. faciunt etiam quæ ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 21. ſub num.38.

Reſol-

Reſoluendo hanc illationis difficultatem, diſtinguo duo mẽbra principalia: Aut petitur aliquid ex eadem cauſa, puta, petuntur decẽ ex vnica cauſa: & iſto caſu iudex debet de omnibus decem pronunciare, alias ſententia eſt nulla, & ita ex Bar. Bal. & alijs, teſtantibus etiam de opinione communi, ſecutus ſum cap. ſequen. quæſt. 17. limit. 21. num. 38. verſ. contraria. & ita communem ſequitur opinionem Cyn. in l. 1. ſub num. 4. quæſt. 2. C. ſi aduerſ. rem iud. & ita procedit, quod ſcribit Franc. de Accept. tract. de ſenten. diffin. & interl. num. 12. fol. 4. tom. 5. quia iſto caſu iudicium eſt indiuiduum, & connexum, & ideo ſententia non poteſt ſeri pro parte, ſed debet totum definire, aliàs non valet propter regulam, quòd vtile per inutile vitiatur, Vant. tract. de nullit. tit. de nullit. ex defec. proceſs. ſiue ordin. &c. ſub. num. 100. verſ. ſecus ſi iudicium. fol. 417. 10 tom. 4. † Aut vna pars petitur ex vno capite, & alia ex alio, puta, petuntur quinque ex vno capitulo, & quinque ex alio capitulo: & iſto caſu eſt denuo diſtinguendum. Vel eſt actum, quòd iudex pronunciet de omnibus; & iſto caſu ſententia, lata ſuper quinque ſolis, non valet, Cyn. in loco ſupra proximè citato, & Abb. in dicto cap. cum 11 inter. ſub num. 23. † Vel non eſt actum, & tunc ſeparatim poteſt. ſententiari, Cyn. in loco ſupra proxime citato: & ab his non videtur diſcrepare Franc. de Accept. in loco ſupra proxime citato, dum prius dicit, ſententiam eſſe nullam, etiam ſi ſint plura capitula connexa, & ſtatim addit, hoc eſſe verum, ſi ſuper omnibus debeat pronunciari; & poſtea ſequitur, quòd ſi capitula ſint ſeparata, tunc ſi pronunciatur ſuper vno, non dicitur res iudicata in parte valere, imò, inquit, in totum, cum tot ſint ſententiæ, quot ſunt diuerſæ ſpecies; benè verum eſt, quòd loquitur confuſè, quæ confuſio poteſt forſan eueniſſe incuria typographi, & cum iſtis concordant quæ ſcripſi dicta limit. 21. 12 num. 38. † Si tamen hoc vltimum membrum, (quando non eſt actum) vis plenius explicare, diſtingue rurſus. Aut libellus continet plura capitula diuerſa; & tunc ſententia ſuper parte valet; & in alijs non videtur abſoluiſſe, nec condemnaſſe, quia tot petitiones, quot ſunt res, ſeu capitula, & per conſequens tot ſenrenriæ, quot res, vt cõcludit Abb. in d. cap. cũ inter. ſub n. 23. & dicuntur plura capitula, etiã quãdo in libello petitur vnica ſumma, ſed certa pars petitur ex vna cauſa, & reli-qua ex alia, vt dixi ſup. initio, & ſcribit Abb. 13 ibid. ſub n. 24. ibi, itẽ per hanc rationẽ. † Aut libellus cõtinet vnum capitulũ; & denuo ſubdiſtingue: Aut continet vnam rem ſingularem, ſeu certam ſummam; & tunc communis opinio eſt, quòd cõdẽnatio, lata ſuper parte, non valeat, quia ſi valeret ſuper parte, non diceretur facta abſolutio ſuper reliquo, aliàs ſi diceretur lata abſolutoria ſuper reliquo, non diceretur lata ſolum ſuper parte, ſed diceretur lata ſuper toto; quare, cum non dicatur lata ſuper reliquo, oporteret ſuper examinatione huius reliqui refricate in dubium eam partem, ſuper qua fuit iudicatum, quia non poſſet cognoſci de parte, quin cognoſceretur de toto; ſed hoc eſt contra naturam diffinitiuæ, quia ex quo ſemel eſt lata, non poteſt amplius in dubium refricari, ſine remedio retractationis, cum ſententia ſit terminus diffinitiuus litium, Abb. ſub dicto nu. 24. addo, quòd ſequerentur in prima inſtantia diuerſæ, & contrariæ ſententię; & conſequenter, diuiſa cauſę cõtinentia, ſequerẽtur intricationes: & aduerte, quoad validitatem ſententiæ, quod idem eſt, quòd ſit vna res ſingularis; vel ſint plures, ſed connexæ, quia etiam in his ſententia, lata ſuper vna, non valet, Abb. ſub eod. num. 24. ibi, & per hanc rationem. & quæ in propoſito dicantur plura capitula connexa, & quæ plura ſeparata, declarat Felyn. in eod. cap. cum inter. nu. 7. verſ. dicitur autem vnum. & tu vide quæ latius ſcripſimus nos lib. præceden. cap. 11. num. 362. & ſeqq. num. 370. & ſeqq. num. 14 346. 348. 1120. 307. & 309. Aut † libellus continet vnum capitulum generale, ſeu vniuerſale, puta, peto iura epiſcopalia, vel ſubiectionem, vel rationem adminiſtratæ tutelæ: & iſto caſu ſi partes ſunt aliquas ſpecies dumtaxat proſecutæ, & iudex ſuper proſecutis ſententiauit, vtique ſententia valet, & ſuper alijs nõ videtur abſoluiſſe, nec condemnaſſe: ſi vero proſequutę ſint generaliter, tunc videndum eſt, an genus ſit reſolubile in diuerſas, & certas ſpecies, quia tunc eſt, ac ſi fuiſſent omnia ſingulariter petita, & eſſent capitula diuerſa, & conſequenter ſententia valet ſuper expreſſis; ſuper alijs verò non dicitur abſoluiſſe, nec condemnaſſe: Quòd ſi genus non eſt reſolubile; tunc etiam ſententia valet, ac ſi ſuper omnibus pronunciaſſet, Abb. ſub eod. num. 24. vbi omnia prędicta, & quedã alia copioſius ſcripſit.

15 Sed quia huic diſtinctioni, vti laciniosæ, forſan nõ libenter acquieſcis, & deſiderares,

hanc diſtinctiònem reduci ad regulam, cum fallentijs, poteris videre Felyn. in eod. cap. cum inter. num. 6. & ſeqq. vbi colligit regulam cum 14. fallentijs, quarum maior pars colligitur ex relata diſtinctione: † ego ſuper
16 eis non inſiſto, quia & ſi tota hęc illatio cum eius diſtinctione, & fallẽtijs ſit ſatis rationabilis, & iuridica; tamen iudices noſtri temporis in eorum ſententijs determinant, quę volunt, & cætera omittunt; & ſæpe in omiſſis expreſsè reſeruant iura partibus; & id ſuperiores tolerant, & populi acquieſcunt; imò Florentiæ etiam iudices ſecũdarum appellationum idem ſæpe obſeruant, ſed malè meo iudicio, quia ſi ad eos eſt deuoluta appellatio, non debent ad priores iudices, à quorum ſententijs partes appellarunt, ad eoſdem per viã noui iudicij ſuper ijſdẽ eaſdẽ remittere, l. 6. eos qui. C. de appell. vnde ſatis elegãter, loquẽdo de Senatorũ munere Oſaſch. in ſuarum deciſionum præfatione, num. 13. monet, vt Senatores ſedulo ſtudeant, eorum ſententias ita ſcribere, & proferre, vt omnem litem amputent, ne aliter pronunciando, dum vnius finis ſperatur, alteri initium præſtetur, contra l. ſi quis iuſiurandum. C. de reb. cred. &c. nam plerunque ex reſeruationibus, quæ in ſententijs ponuntur, vel ex obſcuris verbis, plures in executione, & duriores inſurgere ſolent lites, quàm ſuper principali, & ſic inſtar hydræ, vno capite exciſo, aliud durius inſurgit, contra l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. hæc Oſaſch. ſed in alijs iudicibus, à quorum ſententijs poteſt appellari, hãc eorum licentiam, ſuperiorum tolerantiam, & populi acquieſcentiam cenſeo non eſſe inutilem Reip. quia pars grauata poteſt ab omiſſis, & à tota ſententia appellare; & non expedit progredi per viam nullitatis, & conſiderare oportet breuitatem inſtantiæ, intra quam difficile eſt de omnibus cognoſcere. Vlterius minus peccat reſeruãs, quàm ignoranter decidens; ſunt enim aliqui iudices, nõ erubeſcẽtes, qui, cum ſunt inclinati ad ferendam ſententiam cõtra aliquem, habent pro nihilo eam ſubſcribere ſimpliciter, itaut decidant etiam ea, quę in puncto iuris omninò ignorant, & contra iuſtitiam continentur in ſimplici abſolutione, vel condemnatione ſententiæ: cęterum an, & quando iudex poſſit aliquid ſibi reſeruare in ſententia, vide infra q. 17. num. 21. & ſeqq.

17 Subinfero ex hac illatione, eiuſq. primi membri diſtinctione, quòd ſi iudex ſuper decẽ petitis ex vnica cauſa, cõdẽnauerit ad quinque, non cenſetur abſoluiſſe ab alijs quinque, Gl. & Petr. de Bellap. quos ſequitur Cyn. in d. l. 1 ſub n. 3. Bar. ſub n. 1. & Bal. ſub nu. 3. C. ſi aduerſ. rem iud. & veritas huius ſubillationis eſt euidens ex dicta illatione, eiuſq. diſtinctione in primo membro, quia ſi iudex cenſeretur abſoluiſſe in alijs quinque, vtique incõſideratè, & mendaciter Doct. communiter dixiſſent, ſentẽtiã eſſe nullã, eo quia totũ definire debet: nam definijſſet, & hanc ſubillationem eſſe cõmuniter receptã teſtatur Bar. vbi ſup. dum recenſet, quòd aliqui dicũt, quòd de eo, quod non dixit, videtur abſoluere, & poſtea ſubdit, quòd Gl. & Doctoribus noſtris hoc non placet: & ſatis, ſuperq. patet ex his, quæ dixi ſupra num. 9. in reſolutione illationis.

Ratio huius ſubillationis eſt, quia cum ſententia debeat proferri de ſcripti recitatione, per ea, quæ dixi ſup. gl. 12. num. 1. & ſeqq. videtur impoſſibile, vt ſufficiat tacita, ſed requiritur expreſſa, vt motiuabam cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. ſub num. 70.

18 Extende primo hanc ſubillationẽ, vt procedat quando iudex duos debitores, qui ſunt obligati inſolidum ad ſoluendum ſcut. centũ, & ita in ſolidũ ſunt conuenti, condẽnat ſimpliciter, & ideo quemlibet in ſcut. 50. quia nõ propterea cenſetur vtrumque abſoluiſſe à reliquis 50. vnde ſi vnus eorũ non ſit ſoluendo partem ſuam, ad quã eſt condẽnatus, poterit alter cõueniri pro illis alijs ſcut. 50. quia remanet obligatus actione prima in ſolidum, quod non eſſet, ſi eſſet abſolutus, Paul. de Caſtr. in l. 1. verſus fin. C. ſi plur. vna ſent. & videtur ſentire Affl. deciſ. 215. ſexdecim verſus finem, ſub num. 4.

19 Infero ex hac extẽſione, quòd in caſu huius extẽſionis ſentẽtia eſt valida, quia adhuc dicitur lata ſuper toto, vt dixi in ſeq. ſubillat.

20 Subinfero ex hac illatione, q malè Spec. in tit. de ſent. §. ſpecies. in fi. lib. 2. fol. 165. dicit quòd iudex debet eos condemnare inſolidũ, vel abſoluere de reſiduo, quia alias ſentẽtia, tanquã non lata ſuper toto, non videtur valere: & quòd Spec. male dicat, teſtatur Bal. in d. l. 1. ſub n. 10. verſ. extra opp. dicens, ſententiam tenere, quia ſufficit, pronunciatum eſſe ſuper toto, facta diuiſione inter eos; quod & nos diximus infra q. 16. num. 12.

21 Extende ſecundo, vt procedat, etiã ſi ſententia ſit lata ſuper vno ex capitulis ſeparatis, quia tunc licet valeat ſententia, tamẽ valet, non quia cenſeatur iudex tacitè pronunciaſſe contrariũ eius, quod dixit expreſsè, & ſic, ſi condemnauit in vno capite, cenſeatur abſoluiſſe in reliquis; ſed valet, quia ſicuti iudici

iudici pronunciare ſuper vno, omiſſis reliquis, cum ſint ſeparata, & ideo tot dicantur ſententię, quot ſunt capita, vt ſcripſi ſupra num. 11.

12 Subextende hanc extenſionem, vt maximè procedat, quando pars expreſſa eſſet in abſoluendo, quia tunc multò minus cenſeretur condemnaſſe in alia; vt puta ſi iudex diceret, abſoluo à quinque petitis; nam non per hoc cenſeretur condẽnaſſe in alijs quinque; & multò minus cenſeretur condemnaſſe in alijs capitulis ſeparatis: & ratio eſt, quia ſi non cenſetur abſoluere, & tamen abſolutio eſt fauorabilis, & ideo latè interpretanda, & etiam facilè præſumenda: ergo multò minus cenſetur condemnaſſe, quia condemnatio eſt odioſa.

13 Extende tertio, vt maximè procedat quando agitur contra plures, quorum quilibet poteſt ex eodem facto, vel ex diuerſo in eandem, vel diuerſas pœnas condemnari, vel poſſunt omnes, ſeu aliquis abſolui, vt puta, ſi libellus, ſeu accuſatio ſit oblata contra plures: tunc enim ſi iudex pronunciat contra vnum, valet, nec videtur pronunciaſſe contra alios, Abb. in d. cap. 13. cum inter. ſub num. 24. ibi, ſecundus caſus eſt quando. de ſent. & re iud. & quòd ſi plures accuſantur vna accuſatione, vel inquiſitione, poſſit iudicari contra vnum, ſaluo proceſſu contra reliquos, & non ſit differenda ſententia inter præſentes propter contumaces, refert, & ſequitur Felyn. ibidem, ſub num. 10. fall. 4. & cum hac extẽſione concordant quæ ſcribit Vant. tract. nullit. tit. de nullit. ex def. proceſs. ſiue ordin. &c. num. 100. verſ. quinimo. fol. 417. tom. 4.

Confirmatur hęc extenſio ex his, quę ſcribit Affl. deciſ. 215. ſexdecim. num. 4.

14 Reſtringe primo eandem ſubillationem, vt non procedat, quando condemnatio eſſet facta taxatiuè; puta, condemno ad quinque tantum, quia tunc ab alijs quinque cenſeretur abſolutus, vt ſcribunt Bal. in l. 1. num. 3. verſ. oppono dicitur. in fine, & Salyc. nu. 4. in fine, C. ſi aduerſ. rem iudic. Abb. in cap. 13. cum inter. ſub num. 24. in tertio caſ. & Felyn. num. 11. fall. 5. de ſent. & re iudic. & ita fuiſſe etiam de mente noſtra apparet ex his, quæ ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 21. num. 38.

25 Reſtringe ſecundo, ſeu verius confirma hanc primam, quando ex expreſſo in ſententia, ſequitur neceſſariò tacitum, quia tunc illud tacitum habetur pro expreſſo, vt in caſu huius primæ reſtrictionis, & ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 70. & facit quod ſcripſi eod. memb. 9. n. 11. in fi. & n. 12.

26 Contra hanc reſtrictionem oppono, quia quando iudex condemnat ad quinque ſimpliciter, certum eſt, quòd condemnat ad ea tantum, cum id pateat oculariter ex verbis ſententiæ; & tamen non propterea infertur, quòd ab alijs abſoluat: ergo idem dicendum eſt, quando addit taxatiuam; quia illa taxatiua ſtat potius ad enixius oſtendendum, quòd de alijs quinque non iudicat.

27 Reſtringe tertio, vt non procedat in ſententia iudicis appellationis, quia poteſt pronunciare ſuper parte capituli, & in reliquo ſententia prima remanet valida, & ſic, ambabus ſententijs coniunctis, apparet pronunciatum ſuper toto: quare ſi iudex appellationis infirmet ſententiam in vno articulo, in reliquis videtur confirmare, Felyn. in d. cap. 13. cũ inter. ſub n. 13. fall. 7. de ſent. & re iudic.

28 Reſtringe quarto, vt nõ procedat in acceſſorijs, & in incertis, nõ liquidatis, quia iudex poteſt ea omittere, exceptuare, & reſeruare in alio iudicio, ſeu in executione ſententię, & tamen ſententia eſt valida, & ita ſeruatur, vt ſecutus ſum infra quæſt. 15. num. 23. verſ. declara. & verſ. ſeq.

29 Infero ſecundo, quòd interlocutoria, lata ſuper tota controuerſia principali, non tenet, quia excedit naturam ſuam, & quatenus fertur, non ſeruato toto ordine iudicij, & proceſſus, non poſſet definire controuerſiam principalem, cum ad eam definiendam requiratur ordo, vt dixi in ſeq. 2. differentia.

30 Secundo differunt, quoad ordinem, quia ſententia diffinitiua non poteſt ferri, quin prius præceſſerit ordo, & tela iudiciaria, Spec. tit. de ſenten. §. nunc videndum. lib. 2. fol. 165. Hoſt. in ſumm. eod. tit. §. qualiter. num. 5. Maran. in ſuo ſpec. in 3. par. 6. part. act. 1. de ſenten. num. 20. differ. 11. fol. 434. & Franc. de Accept. tract. de ſenten. diffin. & interl. num. 7. fol. 3. tom. 5. & ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 6. ſub num. 32. exemplif. 1. quare ſi fuerit lata, non ſeruato ordine, non dicetur ſententia diffinitiua, Franc. de Accept. ibidem, num. 13. verſus finem, ſeu potius dicetur nulla, Spec. & Hoſt. in locis citatis, & qualis ſit iſte ordo, dixi ſupra gloſ. 9. num. 20. verſ. ſubdeclara ſecundo. & de neceſſitate ordinis in ferendis ſententijs multa ſcripſi ead. gl. 9. nu. 1. & ſeqq. num. 17. & ſeqq. & 24. & ſeqq.

31 Interlocutoria verò fertur, non ſeruato ordine iuris, Franc. de Accept. in dicto tract. de ſenten. diffin. & interl. num. 7. nam fertur,

dum ſeruatur ordo ad diffinitiuam, in ipſa proceſſus, & ordinis fabricatione, in qua, & intra quam contingit ſæpe, vt iudex interloquatur.

32 Infero primo ex hac differentia, eamque confirmo, quòd ſententia, lata ſuper nullitate ſententiæ, ſeu proceſſus, ſeu contractus, principaliter intentata, oblato libello, & facta litis conteſtatione, dicitur diffinitiua; ſecus ſi ſit lata ſuper nullitate, intentata inincidenter, quia tunc erit interlocutoria, quæ propterea poſſet à iudice reuocari, vt ſequitur Franch. in cap. 60. cum ceſſante. num. 59. verſ. vigeſimotertio. de appell. & quòd ſententia ſuper nullitate principaliter intentata, & ſeruato ordine iudiciario, dicatur diffinitiua, ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 19. rem. 1. concl. 4. ſub num. 24.

33 Infero ſecundo, quòd licet ſententia, lata in poſſeſſorio ſummario, dicatur interlocutoria, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 2. num. 2. in ſecunda ratione, tamen, ſi ſit lata, ſeruatis terminis ſubſtantialibus, dicitur diffinitiua, quam reuocare iudex non poſſet, per ea, quæ ſecutus ſum eod. memb. 2. ſub num. 7. verſ. quia reſpondeo quòd hancque illationem ſecutus ſum etiam ead. limit. 6. memb. 3. num. 5. nam ſeruatis terminis ſubſtantialibus, neceſſario dicitur lata in poſſeſſorio ordinario, quia ex ſummario fit ordinarium.

34 Reſtringe primo eandem differentiam, loquentem de ordine in ſententia diffinitiua, vt non procedat in cauſis, in quibus poteſt procedi ſine figura iudicij, quia in iſtis poteſt ferri ſententia diffinitiua, non ſeruato ordine, & tela iudicij, clem. ſæpe. in fine, de verb. ſignif. & notat Franc. de Accept. tract. de ſent. diffin. & interl. num 43. q. 12. fol. 6. tom. 5. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 53. num. 20. 22. & ſeqq.

35 Reſtringe ſecundo declarando, vt non propterea, quia ſententia diffinitiua eſt lata, non ſeruato ordine iuris, amittat nomen diffinitiuæ; & aſſumat nomen interlocutoriæ: etenim retinet nomen diffinitiuæ, ſed erit nulla, & ita intelligas quæ in hac ſecunda differentia ſcripſi ſupra, num. 30. & 31. quare licet aliquis iudex ferret ſententiam diffinitiuam ſine ſcriptis; tamen diceretur diffinitiua, & non interlocutoria, Franc. de Accept. vbi ſupra, ſub num. 44. quæſt. 13. nomen autem interlocutoriæ poſſet aſſumere quando principalem controuerſiam non definiret, per ea, quæ ſcripſi ſupra, num. 1. & 2. in prima differentia.

36 Tertio differũt quoad effectus, qui emanant à ſententijs, & licet iſti effectus ſint multi, nos tamen ex omnibus duos adducimus, cæteris, quia nobis non ſunt neceſſarij, omiſſis.

Primus effectus eſt, quoad reuocabilitatẽ, nam ſententia diffinitiua valida ab eodem iudice, qui eam tulit, non poteſt reuocari, Spec. tit. de ſenten. §. qualiter autem. num. 10. verſ. hoc quoque. lib. 2. fol. 166. Hoſt. in ſum. §. quot ſint. num. 2. & clarius §. ſeq. diffinitiua. initio, & §. quo remedio. num. 8. & latius ſcripſi infra q. 17. ſub n. 1. verſ. capio primũ. & ſeqq. & quando executio illius ſententiæ eſſet per ſubhaſtationem, & deliberationem conſumata, tunc etiam A.C. cuius mandato fuiſſet proceſſum ad executionem, & deliberationem, nõ poſſet eam reuocare, quãuis proceſſiſſet via executiua vigore obligationis cameralis, quia licet is in executiuis, ante executionis cõſumationem reuocet, & reponat, per ea, quæ dixi cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 31. & q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 37. tamen, executione conſumata, & tranſlato dominio, non poteſt vlterius manum apponere.

37 Sed interlocutoria regulariter poteſt ab eodem iudice reuocari, vt late ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 19. rem. 1. concl. 6. ſub num. 2. & ſeqq. & ſpeciatim num. 13. & ſeqq. de cuius reuocatione quia copioſe ſcripſimus varijs in locis dicto cap. ſeq. hic plura verba non facio.

38 Secundus effectus eſt quoad appellabilitatem; quia à diffinitiua poteſt regulariter appellari, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. num. 1. 5. & ſeqq. ab interlocutoria autem regulariter prohibetur appellatio, vt explicaui ead. quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 1. & ſeqq.

Declara primo hunc effectum appellandi à ſententia diffinitiua ex his, quæ late explicaui cap. ſeq. quæſt. 5. num. 1. & ſeqq. quæſt. 16. & q. 17. vbi habes ſuas ampliationes, & limitationes.

39 Declara ſecundo quoad effectũ denegãdi appellationem ab interlocutoria, vt quamuis Doct. indagantes, an, & quando liceat appellare ab interlocutoria, varias cõſiderent ſpecies, ſeu verius qualitates, & circunſtantias interlocutoriæ; primo enim loco conſiderant diuerſitatẽ inter ius canonicũ, & ius ciuile, vt ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 73. ſecundo loco conſiderãt reparabilitatem grauaminis, vt dixi ibidem num. 84. & ſeqq. tertio

tertio conſiderant, an interlocutoria tangat negotium principale, vt dixi ibidem num. 168. & ſeqq. quarto conſiderant, an interlocutoria ſit mera, vel mixta, quæ habeat vim diffinitiuę, vt in eodem membro 1. num. 1. cum pluribus ſeqq. & nu. 171. & ſeqq. quinto conſiderant, an ingerat difficultatem circa cauſæ deciſionem, vt ibidem num. 215. ſexto conſiderant, an de grauamine conſtet iuris præſumptione, &c. vt in num. 216. ſeptimo, an in appellatione ab interlocutoria exprimatur iuſta cauſa appellandi, vt in num. 217.

40 Tamen quoad hunc effectum omnes iſtæ qualitates, & circumſtantiæ ſunt ſuperfluæ; præter eam, quæ eſt conſiderata ſecundo loco; videlicet, an interlocutoria contineat grauamen reparabile, vel non reparabile per appellationem à diffinitiua: tota namque ratio, & regula appellabilitatis pendet in primis à grauamine, & non grauamine, per ea, quæ ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 5. num. 1. & ſeqq. & num. 94. & ſeqq. & ſecundario quoad appellabilitatem ab interlocutoria pendet à reparabilitate, & non reparabilitate grauaminis illati, vt dixi hic ſupra, & latè cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 84. & ſeqq.

41 Infero primo ex hac conſideratione, poſita hic ſupra in ſecundo loco, quòd cum interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, poſſit continere grauamen reparabile, vel non reparabile in diffinitiua; ideo Concil. Trident. cap. 20. ſeſs. 24. de reform. in illis verbis: *neque appellationes recipiantur, niſi à diffinitiua, vel diffinitiuæ vim habente, cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non poſſit*, & ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 171. *ab interlocutorijs etiam vim diffinitiuæ habentibus, quæ alias per diffinitiuam, ſeu in ipſa diffinitiua reparari poſſent, nulla recipiatur appellatio, ſed omnia, &c.* optima ratione ab ea denegant, & concedunt ſub prędicta conſideratione facultatem, & ius appellandi; & de eadem Concilij Tridentini diſpoſitione locutus ſum etiam dicta limit. 47. memb. 1. ſub num. 83. & de diſpoſitione ſtatuti, num. 214. & ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 53.

42 Infero ſecundo, quòd tam Cancellariæ regula 36. de non recipiendis appellationibus ante diffinitiuam, de qua regula locutus ſum d. limit. 47. memb. 1. nu. 83. & ſupra lib. 1. cap. 97. num. 53. verſus finem; quàm ſtylus Signaturæ iuſtitię circa admittendas appellationes, de quo ſtylo locutus ſum dicto memb. 1. num. 171. & A. C. facultates de recipiendis appellationibus ſolùm à diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, de quibus facultatibus locutus ſum cap. ſeq. quæſt. 7. num. 90. in fine, & ſupra lib. 1. cap. 22. ſub nu. 2. debent admittere pręfatam interpretationem, vt appellatio à quauis interlocutoria ſit admittenda, ſi contineat grauamen irreparabile, & non admittenda, ſi contineat reparabile, vt dixi ſupra num. 40. & 41. & ita interpretandum eſſe ſtatutum, prohibens appellari ab interlocutoria, ſequitur Surd. deciſ. 36. à declaratione. ſub nu. 17. verſ. quinto licet. & num. ſeqq.

43 Subinfero ex his, quòd etſi iusdicentibus, & ſuperioribus viſum aliquando ſit, quòd omnis interlocutoria, habens vim diffinitiuę, contineat grauamen, quod per diffinitiuā reparari non poſſit, & hac ratione ab interlocutoria, habente vim diffinitiuę, cōceſſerint, poſſe appellari, per ea, quę ſcribit Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. ſub num. 2. & ſeqq. & quę latius ſcripſimus nos cap. ſeq. q. 7. ſub nu. 90. verſ. aduerte. & q. 17. limit. 47. memb. 1. nu. 171. & ſeqq.

44 Tamen dico, quòd ſi daremus caſum, in quo grauamen interlocutorię, habentis vim diffinitiuę, poſſet reparari per diffinitiuā, non eſſet admittēda appellatio, quia ratio admittendę, vel non admittendę appellationis ab interlocutoria, habente vim diffinitiuę, conſiſtit in hoc, an per diffinitiuam poſſit, vel nō poſſit illud grauamen reparari; hocq; confirmatur duplici argumento; primo quia ſicut ab interlocutoria ſimplici, quę inferret grauamē irreparabile, admitteretur appellatio, etiam ſi nō haberet vim diffinitiuę; ita etiam in caſu cōtrario, ſi non inferret grauamen irreparabile, eſſet deneganda, quāuis haberet vim diffinitiuę; prout apertè ſentiunt Conc. Trid. & ſtat. Vrbis, quorum verba retulimus ſupra n. 41. ſecundo, quia ſi grauamen interlocutorię, habentis vim diffinitiuę, eſſet ſemper irreparabile, ſuperfluè, & malè Conc. Triden. & ſtat. Vrbis in verbis ſupra relatis, loquerentur de interlocutoria, habente vim diffinitiuę, cuius grauamen poſſet, aut non poſſet reparari.

45 Subdeclara primo eandem declarationem cum ſuis illationibus, de quibus ſupra num. 39. 41. & ſeqq. vt grauaminis reparabilitas, ſeu irreparabilitas, quam ad effectum prohi-

bendę, vel permittendæ appellationis ab interlocutoria diximus eſſe attendendam, conſideretur non in ſententia diffinitiua, ſed in cauſa appellationis, ideſt, nõ eſt neceſſarium quòd grauamen interlocutotiæ poſſit reparari in ipſa ſentẽtia diffinitiua, ſeu per ipſam ſentẽtiã diffinitiuã, alias admitti debeat appellatio, vt loquũtur multi Doct. & nos cum eis cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 6. memb. 7. ſub num. 39. ibi, ſecunda via. & videtur ſentire Vrbis ſtatutum, cuius verba retuli ſupra nu. 41. ſed ſufficit, quòd poſſit reparari per appellationem à diffinitiua, prout loquuntur multi alij, & nos cum eis dicto memb. 7. ſub. num. 37. verſ. ſecus eſt. & limit. 47. memb. 1. num. 84. & loquitur etiam Concil. Triden. cuius verba retuli ſupra dicto num. 41.

46 Subdeclara ſecundo, diſtinguendo quatuor caſus ad cognoſcendum, quando grauamen interlocutoriæ dicatur reparabile, & quãdo irreparabile per appellationem à diffinitiua: huius namque ſubdeclarationis materiam Doct. videntur male intellexiſſe, & peius explicaſſe, hęcquè ſubdeclaratio, ſeu verius hi ſequentes quatuor caſus erunt tibi vtiles pro omnibus his, quæ de appellabilitate, & inappellabilitate ab interlocutoria dicturus ſum cap. ſeq. q. 17. in pluribus locis, ſed præſertim limit. 47. memb. 1. cum illic, ſequendo doctrinas communes, multa coacti ſimus dicere, quæ ad hos caſus breuius reduci poſſent.

Primus caſus eſt, quando grauamen procedit à reiectione exceptionis declinatoriæ, ſeu dilatoriæ, quę de ſui natura proceſſum, & iudicium non reddit ipſo iure nullum, ſed ſolum ope exceptionis; vel procedit ab eo, quod non reſpicit directè cauſam principalẽ: & iſto caſu concludu, grauamen non poſſe reparari per appellationem à diffinitiua, per ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. q. 11. ſub num. 17. verſ. quinimo. & ſub num. 54. verſ. ſubreſtringe. & ſub num. 55. & conſequenter dico, poſſe non ſolum appellari à tali interlocutoria, ſed debere appellari, quia iudex à quo poteſt illud reuocare, ſed, lapſis decem diebus, tranſit irreuocabiliter in rem iudicatam, tam quoad partes, quam quoad iudices; & proinde nec à iudice à quo, neque à iudice ad quem poteſt reuocari, vt ex Franch. ſecutus ſum in locis ſupra proximę citatis.

47 Exemplifica concluſionem huius primi caſus quando iudex eſt ipſo iure competẽs, ſed eius iuriſdictio poteſt per exceptionem declinari, vt ex eod. Franch. ſecutus ſum ead. quęſt. 11. num. 54. in fine, ſub num. 55. & quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. num. 65.

48 Ratio eſt, quia exceptiones dilatorię neque in prima inſtantia poſſunt opponi poſt litem conteſtatam, per ea, quæ ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. tot. num. 2. & cap. vltimo, num. 8. ſed appellatio reponit cauſam in ſtatu, quo erat tempore litis conteſtatæ, vt ſecutus ſum dicta q. 11. ſub num. 46. verſ. ratio eſt. ergo ſicut poſt litem conteſtatã non poſſunt opponi in prima inſtantia; ita neque in cauſa appellationis, teſtes ſunt ij, quos ſecutus ſum dicto n. 46. vbi de communi opin.

49 Reſtringe tamen eandem concluſionem, eiuſque exemplificationem ex his, quæ ſcripſi dicta q. 11. num. 49. & ſeqq. vſque ad num. 55. incluſiuè.

50 Secundus caſus eſt, quando interlocutorię grauamen procedit quidem à reiectione exceptionis dilatotiæ, vt in præcedenti primo caſu, ſed differt ab eo in hoc, quòd hæc exceptio eſt eius naturę, vt reddat iudicium retronullum ipſo iure: & iſto caſu concludo, non poſſe appellari, quia grauamen huius interlocutoriæ poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, cum iudex appellationis teneatur ex officio, & multò magis ad partis inſtantiam reuocare illud grauamen, ideſt, illam interlocutoriam, vt ex Franch. ſecutus ſum ead. q. 11. num. 54. in fine, & num. 55. & quando grauamen interlocutoriæ poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, appellatio ab illa interlocutoria prohibetur, vt dixi ſupra num. 39. & ſeqq.

51 Intellige, concluſionem huius ſecundi caſus eſſe veram, quando grauamen poteſt reparari in totum, tàm reſpectu iuris, quàm reſpectu facti, quia, ſi interlocutoria contineret grauamen facti, quod non poſſet reparari, tunc daretur appellatio, quamuis ius poſſet per appellationem ſaluari, & reparari in totum: finge enim pro iſta intelligentia, ſed extra terminos exceptionis dilatoriæ, quòd iudex interlocutus ſit, procedendum eſſe ad torturam, & quòd reus tortus ſit confeſſus, & exinde condemnatus, & quòd à condemnatione ſit appellatum, & quòd iudex appellationis reuocauerit decretum de torquẽdo cum omnibus inde ſecutis, tanquam nulla; vtique iſta reuocatio reparat condemnationem, & eius effectum, & conſequenter reparat etiam confeſſionem, quæ fuit facta in tortura, ſed non reparat dolo-

rem,

rem, quem appellans paſſus eſt in tortura; ideoque a decreto torturę poſſe appellari ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 143. & ſeqq.

52 Exemplifica hanc intelligentiam in terminis exceptionis dilatoriç, de qua locuti ſumus ſupra num. 50. in iſto ſecundo caſu; quando iudex omnino incompetēs pronunciat ſe competentem: etenim licet grauamen huius interlocutoriæ poſſit reparari per appellationem à diffinitiua, vt ſcripſi ſupra dicto num. 50. tamen non reparantur vexationes, moleſtiæ, & incommoda, quæ ex lite proceſſerūt, teſtibus his, quos citaui cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 7. ſub nu. 47. verſ. ratio huius. prout eaſdem moleſtias, & incōmoda irreparabilia in interlocutoria de procedendo ad vlteriora conſiderant ij, quos citaui ead. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 94. & 90.

Neque contra hanc exemplificationem vrgere videntur ea, quæ ſcripſi dicta limit. 6. memb. 7. n. 48. & quę ex ſtatuto Lucenſe ſcripſi d. limit. 47. memb. 1. num. 122. quia poteſt forſan reſponderi ex his, quæ ſcripſi ibidem, num. 127. & ſeqq. tu videbis, & cogitabis.

53 Tertius caſus eſt, quando grauamen procedit à reiectione exceptionis peremptoriæ: & iſto caſu concludo negatiuè, vt in præcedenti, quòd non poteſt appellari, quia hoc grauamen poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, vt latè explicaui cap. ſeq. q. 11. num. 45. per totum.

54 Quartus caſus eſt, quando interlocutoria prçcludit viam, ne deueniatur ad diffinitiuam, ſeu fertur poſt latam diffinitiuā; & iſto caſu in vtroque membro concludo, poſſe appellari, quia non ſupereſt diffinitiua, à qua poſſit appellari, & appellando, reparari grauamen interlocutoriæ.

Et hęc ſufficiant circa hunc ſecundum effectum, poſitum ſupra num. 38. reliqua enim, quæ ad appellationis materiam pertinent, plenè ſcripſimus cap. ſeq. cum eius materia ſit ampla, regulis parum certa, & arbitrio vndique multum expoſita.

55 Subdeclara tertio eandem ſecundam declarationem, poſitam ſupra nu. 39. vt quamuis illæ qualitates, & circumſtantiæ in interlocutoria quoad appellabilitatem, & inappellabilitatem ſint inutiles, vt ibi dixi, tamen non ſunt inutiles quoad reuocabilitatem, & irreuocabilitatem interlocutoriç, vt patet ex his, quæ latè ſcripſi cap. ſeq. q. 19. rem. t. concl. 6. num. 13. & ſeqq.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

Exempla breuius, & efficacius docent, quàm præcepta, num. 1.

Inſtrumentum ſi iudex mandat exequi, an dicatur ſententia diffinitiua, ſub num. 1. & 2.

Interlocutoriæ multa dantur exempla, num. 3. & ſeqq.

Citationem ſi iudex committat, dicitur interlocutoria, num. 3.

Præceptum de ſoluendo, factum ſine cauſa cognitione, dicitur interlocutoria, num. 4. Et, reo comparente infra terminum, reſoluitur in ſimplicem citationem, ibidem.

Præceptum, factum reo, vt ſoluat, vel faciat, & reo non comparente, an & quando remaneat firmum, & quando poſſit reuocari, & quando in reuocatione requiratur citatio, & quando non, & an tranſeat in iudicatum, num. 5. & ſeqq. vſque ad num. 14. incluſiuè.

Libellum ſi iudex pronunciet eſſe aptum, vel ineptum, dicitur interlocutoria, num. 15.

Dilationis conceſſio, vel negatio dicitur interlocutoria, num. 15. & 19.

Mulcta impoſitio eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, num. 16.

Poſſeſſorij ſententia dicitur interlocutoria, num. 17. & 18.

Abſolutio ab obſeruatione iudicij, an, & quando ſit interlocutoria, & quando non, num. 20.

Sententia lata in executione præcedentis dicitur interlocutoria, num. 21.

Competentem ſi iudex ſe pronunciat, dicitur interlocutoria, num. 22.

Procedendum eſſe ad vlteriora ſi iudex, non obſtante exceptione, pronunciat, eſt interlocutoria, num. 23.

1 QVAERO quinto, ex quibus magis particularibus ſignis diſcerni poteſt diffinitiua ab interlocutoria? Reſp. prçmittendo, hanc quæſtionem appoſitè præcedenti annecti, & vtilem, ac neceſſariam fore; ſiquidem in prçcedenti ambulauimus per

per regulas, & propoſitiones vniuerſales, in quibus Doct. facile concordant, difficultas autem,& diſſenſio ſolet latere in particularibus,& in exemplificationibus indiuiduorum, ex quibus propterea certior habetur reſolutio: vnde inquit Senec. epiſt.6. intelligo.ſub num. 10. *longum iter eſt per præcepta, breue & efficax per exempla*, vt etiam retuli ſupra lib. 1. cap. 68. ſub num. 9. Hoc præmiſſo, venio ad exempla,& caſus minus generales, & incipio à caſu, & exemplo difficili quoad ſententiam diffinitiuam.

Exemplifica primo igitur ſententiam diffinitiuam, quando iudex, cauſa cognita, mandat exequi inſtrumentum, puta, guarentigiam, vel obligationem in forma cameræ, Alex. Maran. & alij, quos citaui cap. ſeq. q.17. limit.47.memb.1. ſub num.191. verſ. contra vtraque. nam in iſta ſententia continetur deciſio totius controuerſiæ principalis per viam condemnationis, & fertur, cauſa cognita, & ſeruatis terminis, & ordine, qui ſeruantur in cauſis executiuis.

2 Contra hanc exemplificationem extant tres opin. prima quarum tenet, quòd hæc ſit ſententia interlocutoria, habens vim diffinitiuæ,vt retuli eod. memb.1.num.191.ſecunda tenet,quòd ſit interlocutoria,vt retuli ſub eod. num. 191.verſ. contra.tertia diſtinguit, vt retuli ibidem in addit. imprimenda, verſ. aliam. vide quæ illic ſcripſi.

3 Nunc deſcendam ad exemplificandas interlocutorias, quæ, vt inter ſe ſunt diuerſæ, ita etiam diuerſa habent nomina, vt parebit infra: ex quarum interlocutoriarum cognitione, aperta ex ſe erit etiam via ad cognoſcendas diffinitiuas.

Exemplifica ſecundo interlocutoriam, quando iudex iubet, aliquem citari, quia iſte iuſſus eſt interlocutoria,Bar.in l.14.quod iuſſit. num. 3. ff.de re iud.& ibi cæteri communiter, & quòd commiſſio de citando ſit interlocutoria, ſecutus ſum ſupra lib.1. cap. 32. ſub nu.7. cap.39. ſub nu.1. & oſtendendo interlocutoriam, à qua non poſſit appellari, exemplificauimus in citatione cap.ſeq. quæſt.17.limit.47. memb.1.num.5. & ſeqq.

4 Exemplifica tertio in præcepto de ſoluendo infra certum terminum, facto ſine cauſæ cognitione, ideoque cum clauſula iuſtificatoria (ſi ſenſeris te grauatum, compareas) nam eiuſmodi præceptum, reo intra terminum comparente, reſoluitur in ſimplicem citationem, vt explicando ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 57. ſub num. 17. & 19. & hoc eod.lib.cap.ſeq.q.17.limit.47.memb. 1. num.188. & q. 20. ſub num. 39.

5 Reo autem præceptato non comparente, oritur dubium, an illud præceptum, ſeu monitorium remaneat firmum, tanquam ſit ſententia diffinitiua, tranſeatque in iudicatum: & quidem in hoc dubio varij varia loquuntur: aliqui enim dicunt, quòd remanet firmum, & quòd propterea monitus condemnabitur, vt in monitorio: alij addunt, quòd vlterius tranſit in rem iudicatam: alij contrarium: alij, quòd habet vim ſententiæ:
6 ſed † ego, omiſſis, quę dici poſſent diſputationis gratia, & inſpiciendo praxim, & veritatem, diſtinguo breuiter: aut loquimur ſecundum quędam locorũ ſtatuta,diſponentia,contumacem haberi pro confeſſo,ſeu pro cõfeſſo,& conuicto, de quibus ſtatutis locutus ſum ſupra lib.1.cap.58.n.20.cap.92.nu. 3.cap.96.& 97. in diuerſis num.& tunc dico quod, ſeruatis requiſitis à ſtatuto, præceptum remanet firmum, & conſequenter reus monitus,& contumax condemnatur ad contenta in monitorio, quia lex quamuis dura
7 ſeruanda eſt †: aut loquimur ſecundum ius commune, & tunc ſimiliter dicerem, quòd præceptum remanet firmum, illique parendum eſt, donec à iudice non fuerit reuocatum, & ita ex Aſſl. deciſ. 167. ſub num. 4. retuli dicto lib. 1. cap. 57. num. 17. in fine, & vlterius dicerem, quòd iudex poſſet contra eiuſmodi inobedientem procedere ad aliquam mulctam temperatam ſecundum ſtylum Curiæ; & qualis, quantaue mulcta poſſit imponi, vide quæ ſcripſi dicto lib. 1. cap. 99. num. 2. & ſeqq.& ſunt aliqua loca, vbi procedi ſolet via iſtorum præceptorum, ſeu monitoriorum cum impoſitione mulctę contra inobedientes, & ſolet mulcta in toto, vel in parte exigi, etiam in cauſis ciuilibus:
8 Verum † hic Romę nulla vnquam exigitur mulcta, & monitorum in cauſis ciuilibus remanet ſemper loco libelli, & licet monitus ſit millies contumax, tamen nunquam condemnatur, niſi actor,ſeruatis ſeruandis,ſuam plenè probauerit intentionem: vel in cauſis criminalibus fuerit,pręcedentibus legitimis indicijs, reputatus pro confeſſo,& conuicto, quia iſtis caſibus fit condemnatio cum reintegratione monitorij, vt dixi dicto cap. 57. ſub num. 17.

9 Declara primo iſta, dum dixi, quòd monitorium, reo non comparente infra terminum,

num,

Digitized by Google

num, remanet firmum, & per lapſum decem dierum tranſit in rem iudicatã, vt nihilominus iudex poſſit illud ad inſtantiam rei, comparentis poſt terminum, reuocare, ſiue compareat ante lapſum decẽdij, ſiue poſtea, quia quoad iudicem cum ſit factum ſine cauſæ cognitione, non tranſit vnquam in rem iudicatam; & ideo poſſet ab eo quandocunque appellari, vt ſecutus ſum ſupra dicto cap. 57. num. 17. in fine, verſ. & licet. & hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 12. num. 160. ſed quid in monitorio de ſoluenda notario mercede regeſti, vide dicto num. 17. in fine, dicta q. 12. num. 160. in fine, & quæſt. 20. ſub num. 39.

10 Declara ſecundo, an, & quando monitus, volens reuocare monitorium, debeat citare aduerſarium, diſtinguendo tres caſus.

Primus eſt, quando comparet vltima die termini: & iſto caſu non tenetur citare, quia citatus volens comparere in termino, pro quo eſt citatus, non tenetur actorem, qui citauit, citare ad videndum, quòd ipſe comparebit, & ita ſecutus ſum dicto cap. 57. ſub num. 20. nam iſtud monitorium iſto caſu reſoluitur omninò in ſimplicem citationem, vt dixi ſupra num. 4. in exemplificatione, & conſequenter, cum perdat naturam pręcepti, & monitorij, non eſt tractandum de illius reuocatione.

11 Secundus caſus eſt, quando vult comparere ante vltimam diem termini, ſibi præfixi in monitorio: & iſto caſu dicunt requiri citationem, per ea, quæ ſcripſi eod. cap. 57. ſub num. 20. præſertim in alia futura impreſſione: ſed tamen generaliter vidi, quòd monitus admittitur ad comparendum, & negandum monitorium, ac ſi compareret vltima die monitorij, vt dixi ibidem.

12 Tertius caſus eſt, quando comparet poſt lapſum terminum: & iſto caſu poſſet adeſſe aliqua difficultas, maximè ſi accuſata eſſet contumacia, & ex ea parti aliquod eſſet ius quæſitum, quia tunc nec cum citatione videtur poſſe reuocari, vt, motiuando difficultatem, dixi dicto cap. 57. num. 17. in vltimis verbis; ſed quicquid poſſit dubitari, concludo, quòd iudex poteſt illud monitorium reuocare, etiam parte ad reuocationem non citata, quia, vt eſt in ore omnium, quæ de facto fiunt, de facto poſſunt reuocari, vt etiam dixi cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 2. ſub num. 7. & imputet ſibi is, qui monitorium obtinuit ſine cauſę cognitione, quia debebat pręcogitare, quòd eodem imperio, quo ipſe illud a iudice extorquebat, eodem pars aduerſa poterat extorquere illius reuocationem; imò hæc concluſio procedit etiam ſi lapſi eſſent decem dies, quia hoc monitorium eſt quædam interlocutoria ſine cauſæ cognitione, quæ interlocutoria propterea quoad iudicem nunquam tranſit in rem iudicatam, vt ex Franch. ſecutus ſum cap. ſeq. q. 12. num. 98. & ſub num. 160. ſi tamen aliquo ex prædictis caſibus requireretur citatio, requireretur ſaltem in iſto propter contumaciam moniti.

13 Declara tertio an, & quando iudex poſſit reuocare pręceptum, ſeu monitorium factum in cauſa poſſeſſoria ex his, quæ ſcripſi cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 6. memb. 2. num. 5. & ſeqq.

14 Declara quarto, vt hęc omnia, quæ dixi in tota iſta tertia exemplificatione poſita ſupra num. 4. habeant locum in præcepto, facto ſine cauſæ cognitione; ſecus ſi ſit factum cum cauſæ cognitione, & ideo abſque clauſula iuſtificatoria; quia tunc an ſit ſententia diffinitiua, vel habeat vim diffinitiuæ, & an poſſit reuocari, vide quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 57. ſub num. 19. in tertia difficultate, & hoc eod. lib. cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 187. & quęſt. 19. rem. 1. concl. 6. num. 32. in fine exempl. 2.

Reliqua de pręceptis, & monitorijs, quæ tibi occurrere poſſunt, habes ſupra lib. 1. cap. 57. & 58.

15 Exemplifica quarto interlocutoriam, quando iudex decernit ſuper aptitudine, ſeu ineptitudine libelli, ſuper illius correctione, ſuper dilatione concedenda, vel non concedenda, Spec. tit. de ſenten. §. ſpecies. ſub num. 1. lib. 2. fol. 164.

16 Exemplifica quinto in mulcta, quæ importat ſententiam interlocutoriam, habentem vim diffinitiuę, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 182.

17 Exemplifica ſexto in ſententia lata ſuper poſſeſſorio iudicio, per ea, quę ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 2. ſub num. 2. memb. 3. num. 4. & 6. & alijs in locis ibi citatis.

18 Exemplifica ſeptimo in poſſeſſione ex primo, & ex ſecundo decreto, vt ſecutus ſum ead. limit. 6. memb. 4. num. 124. & 130. & infra q. 7. num. 107. & 108.

19 Extemplifica octauo, quando iudex pręfigit dilationem, Spec. citatus ſupra num. 15. in quarta exempl. & patet ex his, quę ſcripſi

pſi cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 26. & 100.

20 Exemplifica nono, in abſolutoria ab obſeruatione iudicij propter lapſam inſtātiam, ſeu propter alium defectum, vt late ſcripſi, declarando etiam, quando ſit diffinitiua, ſeu habeat vim diffinitiuæ, dicto memb. 1. num. 27.

21 Exemplifica decimo, quando dantur duæ ſententię ſimul, & ſecunda eſt executiua primę, puta, *condemno te ad reſtituendum infra tot, &, ſi non reſtituas, condemno te ad quadruplum,* quia hęc ſecunda eſt interlocutoria, Felyn. in rubr. ſub num. 2. verſ. aliam etiam. de ſent. & re iudic.

22 Exemplifica vndecimo, quando iudex pronunciat ſe competentem, Franc. de Accept. tract. de ſent. diffin. & interl. ſub nu. 14. fol. 4. tom. 5. & quòd ſit interlocutoria, à qua poſſit appellari, ſcribunt ij, quos ſecutus ſum cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 6. memb. 7. num. 47.

23 Exemplifica duodecimo, quando iudex pronunciat, exceptionem non obſtare, ideoque procedendum eſſe ad vlteriora, Franc. de Accept. vbi ſupra ſub num. 18. q. 1. fol. 4. & quòd ſit interlocutoria, à qua poſſit appellari tam in pronunciatione negatiua, quàm in affirmatiua, latè ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 90. & ſeqq. num. 95. 96. & ſeqq.

24 Exemplifica decimotertio, & vlterius in multis alijs interlocutorijs, de quibus, & de earum qualitatibus, agendo de appellatione ab interlocutoria, ſatis ſuperque ſcripſi dicto cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 2. num. 2. memb. 3. num. 4. & 6. & limit. 47. memb. 1. & q. 19. rem. 1. concl. 6. in diuerſis num.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

Superfluitas verborum non eſt improbanda, quando eſt ad maiorem explicationem, & ad tollendas controuerſias, &c. numero, 1.

1 QVAERO ſexto, ad quid tot verborum conculcationes, & cumulationes, *dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus.* cum ſatis eſſet dicere, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, &c. condemnamus, ſeu abſoluimus, &c.

Reſp. quia in actu magni pręiudicij, & multę importantię, qualis eſt ſententia, vtimur non ſolum vnico verbo collectiuo, quod comprehēdat virtualiter omnia, quę ſunt in illo actu, ſed ſimul vtimur etiā ſingulis proprijs verbis, quibus ſigillatim explicamus ſingula illa omnia, vt vberius, & clarius actū illum proferamus; quę maior, efficaciorque prolatio poteſt prodeſſe, & non obeſſe, & in his, quę poſſunt prodeſſe, & non obeſſe, debemus potius abundare, quam deficere; & proinde licet verbum *ſententiare* includat in ſe, dicere, pronunciare, decernete, & declarare; tamen hęc omnia virtualiter incluſa, ſuis proprijs verbis additis proferimus; quod etiam obſetnamus in actu vēditionis, & ſimilium, quia non ſolum dicimus, vendidit; ſed addimus, dedit, ceſſit, tranſtulit, &c. nam quę ſunt ad maiorem declarationem, & expreſſionem, non ſunt ſuperflua, Gl. & Dec. quos ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 53. num. 19. infine, & cap. 97. ſub num. 121. & lib. 2. cap. 2. num. 56. imò adeo ſunt plura negotia, quam vocabula, & adeo excreuerunt difficultates, & ſubtilitates in contractibus, negotijs, & litibus, vt quantumuis multiloquio vtamur, tamen, ſi deficiat fides contrahentium, & introducatur lis, ſemper inueniemus, quòd verba non fuerunt ſufficientia, & proinde excuſantur, qui videntur nimis cautè agere, & vti ſuperfluitate verborum.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

Contumacia quomodo contrahatur, & quomodo procedatur contra contumaces, num. 1. & 4. remiſſiue.

Tenuta, data ex primo decreto contra contumacem, eſt pignus prætorium, & quomodo

do procedatur in ea, ſi poſtea reus contumax compareat, ſub num.1.

Primum decretum eſt ſententia interlocutoria, quam iudex poteſt reuocare, ſub num. 1.

Contumax quo caſu audiatur, refectis expenſis, num. 1. in fine, & ſub num. 107. Et quando non audiatur, num.3. in fine.

Tenuta ex qua actione, & contra quos detur, num. 2.

Contumax poteſt condemnari per ſententiam diffinitiuam, ſi contra eum ſit proceſſum, ſeruatis ſeruandis, & ſententia feratur contra eum, non in odium contumaciæ, ſed quia plenè conſtet de bono iure aduerſarij, & ideo executio, quæ fit contra eum vigore dictæ ſententiæ, dicitur pignus iudiciale, ac ſi ſententia eſſet lata contra præſentem, num. 3.

Contumacialis proceſſus in cauſa ciuili quomodo conueniat cum proceſſu contumaciali in cauſa criminali, num.5.

Sententiam laturus, hæc tria debet attendere; ſi actor non probauerit, debet abſoluere reum, ſi probauerit, debet condemnare, ſi non poſſit abſoluere, neque condemnare, debet abſoluere ab obſeruatione iudicij, ſub num.6. & 36.

Sententiam in actione hypothecaria, probatis requiſitis neceſſarijs, qualem iudex ferre debeat, num.7. & ſeqq.

Hypothecaria actio vt competat creditori contra principalem debitorem quot, & quæ requirantur, num. 7. & ſeqq. & num. 13. Et quæ requirantur, vt competat contra tertium poſſeſſorem, num. 15. & ſeqq. & num. 11.

Hypotheca appoſita in contractu conditionali, ſeu in diem, habet ſuum effectum ex die contractus ante diem, & diem exiſtentis conditionis, quia dies, & conditio retrotrahitur ad diem contractus, &c. ſub num.9. Secus eſt in hypotheca, quæ competit pro re legata ſub conditione, ſeu in diem, quia iſta non habet effectum, niſi ex die exiſtentis conditionis, vel diei, & ideo ſi hæres interim alienet, legatario non competit actio hypothecaria ſuper re alienata, num. 10.

Hypothecaria actio non datur contra tertium poſſeſſorem, niſi prius actione perſonali ſit conuentus, & condemnatus debitor per rem iudicatam, & etiam excuſſus, & non repertus ſoluendo, & hoc non ſufficit, ſed requiritur etiam, quòd eodem modo ſit actum contra fideiuſſores ſi adſint, & tunc, deficientibus omnibus, poteſt agi contra tertium poſſeſſorem, num. 17. Et quibus caſibus excuſſio non ſit neceſſaria, num.18. Et in caſu quo excuſſio non eſt neceſſaria, an nihilominus ſit neceſſarium quòd prius fuerit condemnatus principalis debitor, num.19. & 20.

Hypothecaria actio poteſt cumulari cum actione perſonali, num.12.

Excuſſio debitoris principalis an ſit neceſſaria, num.17. & ſeqq.

Executiuè an agi poſſit contra tertium poſſeſſorem, num. 21.

Hypothecario iudicio abſoluto, poteſt creditor, qui poſſeſſionem auocauit, procedere ad venditionem, & ex pretio ſibi ſatisfacere, num. 22. Et quid in ſaluiano interdicto, num. 29. & ſub num.30.

Saluianum interdictum quam exigat ſententiam condemnatoriam, num.22.

Saluianum interdictum, & Hypothecaria actio } differunt in quatuor, num. 24. & ſeqq.

Tenuta quare ferè ſemper, hypothecaria rarò, & ſaluiano interdicto nunquam vtantur actores in Curia Florentina, num. 31.

Poſſeſſoria iudicia quas exigant probationes, & quales iudex ferre debeat ſententias, &c. num. 32. remiſſiuè.

Rei vendicationis extremis probatis, iudex debet reum diffinitiuè condemnare, nu. 33.

Reus ſi ſit conuictus de crimine, iudex eum debet condemnare in pœnam ordinariam, &c. num. 34.

Abſoluere ab obſeruatione iudicij quibus caſibus iudex debeat, num. 36. & ſeqq. 47. & ſeqq. 49. 50. 93. 94. 105. 106. & 107.

Libellus ſi ſit ineptus, vel proceſſus nulliter formatus, iudex debet reum abſoluere ab obſeruatione iudicij, ſub num. 36. Et quando hoc non procedat, num. 39. Et quid in cauſis criminalibus, num. 167. & 168.

Sententia lata ſuper libello inepto, eſt nulla ipſo iure, num. 37. & 38.

Confeſſio ſanat omnem defectum proceſſus, num. 39.

Inſtantia ſi ſit perempta, iudex debet eam declarare peremptam, abſoluere reum ab obſeruatione iudicij, & condemnare actorem in expenſis, num. 40. & ſeqq.

Contumax ſi fuerit actor, & non ſit datus ab eo libellus, & quid ſi fuerit datus, ſed

non

non fuerit lis conteſtata, & quid ſi fuerit conteſtata, & quid ſi factus ſit contumax, liquidato prius negotio; qualem iudex poſſit ferre ſententiam, num. 44. & ſeqq.

Soluente reo debitū petitum, pendente iudicio, vel aliam opponente exceptionem, quæ excludat actorem, qualem ferre debeat iudex ſententiam, num. 47.

Expenſarum condemnationem quando actor pati non debeat, etiam quod ſuccumbat in cauſa, ſed eam debeat pati reus abſolutus, num. 48.

Incompetentem ſi iudex ſe iniuſtè declarauerit, ideoq. reum abſoluerit, tenebitur actori ad emendandum damnum ei illatum, num. 49.

Probata ſemiplenè, ſeu magis quam ſemiplenè intentione actoris, qualem iudex ferre debeat ſententiam, num. 50. & ſeqq.

Teſtis vnicus cum dicto partis actricis an poſsit aliquando plenè probare, num. 51. & ſeqq.

Iuramentum ſuppletorium, quot, & quibus requiſitis concurrentibus, ſit actori deferendum ad faciendum plenam probationem, num. 58. & ſeqq. vſque ad num. 76. incluſiue. Et an, & quando ſit deferendum reo, num. 74. 75. 77. & ſeqq.

Probationibus hinc inde factis, vel non factis, qualem iudex debeat ferre ſententiam, examinatur per decem caſus, num. 78. & ſeq q.

Iuramentum ſuppletorium in quibus caſibus non detur, num. 91.

Iuramentum ſuppletorium debet peti conditionaliter, ſi & quatenus expediat, nu. 92.

Supplementum dicitur quod accedit maiori parti, num. 59.

Iurare non poteſt, qui ignorat veritatem, &c. num. 60.

Honeſtus, &
Legalis } *qui dicatur, num. 65.*

Iurans in ſupplementum plenæ probationis, cuius eſſe debeat conditionis, num. 62. & ſeqq.

Iurare quis non poteſt in ſupplemētum, ſi cauſa ſit magna, vel ardua, aut criminalis, &c. num. 66. & 70. Et quando poſſit, num. 72.

Modicum eſt infra non modicum, & non modicum eſt infra magnum, nu. 67. & 68.

Cauſa quæ dicatur magna, & quæ parua, relinquitur arbitrio iudicis, num. 69. Et quæ dicatur magna, num. 71.

Probatio ſemiplena rei quare nihil releuet contra probationem plenam actoris, nu. 83.

Torto reo ex depoſitione vnius teſtis, & ſuperato tormento, ideoque reo abſoluto, rebus ſtantibus, ſi ſuperuenerit alius teſtis contra reum, quid agendum ſit, num. 87.

Iurare de calumnia ſi renuat actor, reus debet abſolui ab obſeruatione iudicij, num. 93.

Inſtantiæ lapſu imminente, iudex ſi non eſt reſolutus, quid pronunciare debeat, & quid ſi lapſus non immineat, num. 94.

Abſolutio ab oſeruatione iudicij eſt frequens in Curia Florentina, & quare, n. 95. & 100. Et non ſolum abſoluitur reus, ſed etiam actor, & non ſolum ab oſeruatione iudicij; ſed etiam vterque ab expenſis, & quandoque primus iudex abſoluit vtrunque ab obſeruatione iudicij, & ab expenſis; & ſecundus in appellatione ab inſtantia iudicij, nu. 96. Sed tota iſta praxis latè reprehenditur, num. 97. & ſeqq.

Abſolutio actoris eſt impropria, & iniuſta, num. 97. & ſeqq. Imo in effectu eſt eius condemnatio, ſub num. 98.

Appellationum primarum iudices in Curia Florentina ſunt adeo faciles ad reuocandas ſententias, vt ibi iudicem appellationis dicant iudicem reuocationis, num. 101.

Abſoluere ab obſeruatione iudicij, &
Abſoluere rebus ſtantibus } *quomodo idem*

important, num. 102.

Abſoluto reo ab obſeruatione iudicij, inutiliter iudex reſeruat actori facultatem melius probandi, num. 103. Etiam ſi inſtantia eſſet perpetua, num. 104.

Appellationis iudex quando indiſtinctè debeat ſententiam ferre contra actorem originarium, ſub num. 104. verſ. aduerte.

Dirictura ſeu
Decima } *non ſoluta ab actore in Ciuitate Florentiæ, quomodo iudex poſſit pronunciare in cauſa, num. 105. Et quomodo ſi actor ſoluerit, ſed reus non ſoluerit contradiricturam, num. 106.*

Contumax ſi ſit reus, qualem iudex ferre debeat ſententiam, num. 107. & 108.

Abſoluere vel
Condemnare } *diffinitiuè quomodo iudex debeat in cauſa criminali, nu. 109. Et quando nec diffinitiuè condemnare, nec diffinitiuè abſoluere, quomodo debeat expedire, num. 110. & ſeqq.*

Torqueri ſi poſſit reus ex indicijs, quid agere debeat iudex, num. 111. & ſeqq.

Indicia quando non poſſint, & quando poſſint ſufficere ad condemnandum in pœnam

pœnam extraordinariam, nu. 112. & ſeqq.

Tormentis ſuperatis, an adhuc reus tortus poſſit condemnari in aliquam pœnam, num. 113. & ſeqq. & 122. & ſeqq.

Animus ſuperat tormenta, num. 119.

Tortura vt reo conuicto, ſeu confeſſo inferatur ſine præiudicio fiſci, eſt neceſſaria proteſtatio, ſub num. 119. & 120.

Falſus ſi quis fuerit declaratus, intelligitur declaratus pro non homine, ſub num. 128.

Falſi crimen reputatum magnum, & apud Italos cæteris opprobrioſius, ſub num. 28.

Falſi ſuſpicio in teſte, vel ſcriptura habetur pro falſitate quoad hoc, vt teſti, & ſcripturæ non credatur, num. 129.

Falſus ſi conuincatur teſtis examinatus ad defenſionem rei, adhuc non punitur pœna ordinaria, num. 130.

Teſtificandi munus eſt neceſſarium, & periculoſum, num. 131. & 132.

Teſtes examinati in cauſis criminalibus, præſertim pro fiſco, quare non inquirantur de falſo, licet in prima depoſitione negauerint, ſe aliquid ſcire, & in ſecunda dixerint veritatem, num. 131. 133. & 134.

Falſorum teſtium extirpationi non debet iudex ita acriter incumbere, vt inquiſitis auferatur defenſio, num. 142.

Malum ſæpe credere, eſſe bonum, melius eſt, quam aliquando credere, bonum eſſe malum, num. 143.

Inquiſitionem ſpecialem ſi iudex, non præcedente diffamatione, formauerit, peccat mortaliter, num. 144.

Abſolutus ſimpliciter, præſumitur regulariter abſolutus diffinitiue, num. 146. Procedit hoc in cauſa ciuili, num. 147. Maximè ſi vtrique parti fuiſſet datus terminus ad probandum, num. 148. Imò etiam ſi lis non fuiſſet conteſtata, & reus eſſet abſens, & contumax; dummodo actor elegiſſet viam probandi, & non probaſſet, num. 149.

Actum gerens, cenſetur gerere eo modo, quo licitè gerit, & prout de iure, ſub num. 146.

Abſolui debet reus diffinitiue, actore non probante, ſub num. 146.

Abſolutus ſimpliciter in cauſa criminali, an cenſeatur abſolutus diffinitiue, vel ab obſeruatione iudicij, ideſt, rebus ſtantibus, &c. num. 150. & ſeqq. Et quando debeat abſolui, rebus ſtantibus, & non diffinitiue, etiam quod contra eum nihil ſit probatum, num. 157. Et etiam quod fuerit tortus, num. 158.

Abſolutus in cauſa hæreſis, nunquam cenſetur abſolutus diffinitiue, & quare, num. 160.

Hoc dicimus etiam de abſoluto in alijs delictis grauibus, qualia ſunt proditio patriæ, & conſpiratio contra Principem, nu. 161.

Abſolutoria ſententia in cauſa hæreſis, & ſimilium, nunquam tranſit in rem iudicatam, num. 160. & 161.

Condemnato in pœnam arbitrariam ob defectum plenæ probationis, ſi poſtea ſuperueniat plena probatio, poteſt addi pœna, ita vt ſit integra, num. 162.

Abſolutus expreſſim ab obſeruatione iudicij, nunquam poteſt præſumi abſolutus diffinitiuè, etiam ſi eſſemus in cauſa ciuili, & actor nihil probaſſet, nu. 163. Fallit quando in abſolutione eſt expreſſa cauſa, quæ importat omnino abſolutionem diffinitiuam, num. 166.

Abſolutus, rebus ſtantibus, ſeu ex hucuſque deductis, poteſt ex nouis ſuperuenientibus moleſtari, num. 164. & ſub num. 169. Quia non dicitur abſolutus diffinitiue, num. 165.

Abſolutus diffinitiuè in criminalibus, an poſſit denuò moleſtari, num. 169. Et quid ſi ſit abſolutus propter peremptam inſtantiam, ibidem.

Hæreticæ prauitatis Inquiſitor quales debeat ſententias ferre contra inquiſitos de hæreſi, num. 170. & ſeqq.

Inquiſitor, reperto inquiſito non culpabili, debet eum abſoluere diffinitiuè, ſub num. 170.

Hæreticus, ſi ſit negatiuus, vel aliter pertinax, ſeu relapſus, eſt declarandus hæreticus, & tradendus Curiæ ſeculari, ſub num. 171.

Hæreticus quando dicatur pertinax, ſub num. 171.

Hæreticus contumax, ſtatua eius in publicum producta, condemnatur, ſub num. 171.

Hæreticus relapſus qui ſit, num. 172. remiſſiuè.

Hæreticus pœnitens eſt declarandus hæreticus, eique eſt iniungenda abiuratio de hæreſi formali, & imponi debent pœnitentiæ ſalutares, num. 175.

Abiuratio de leui, & abiuratio de hæreſi formali quando debeat indici, ſub nu. 173. & 175.

Purgatio canonica habet locum in crimine hæreſis, & in aliquibus alijs delictis, &c. ſub num. 173. & 174.

Tortus pro crimine hæreſis licet ſuperauerit tormentum, tamen poteſt ei indici aliqua abiu-

abiuratio, vel purgatio canonica, vel pœna pecuniaria, num. 174.
Abiuratio, quæ iniungitur inquiſito de hæreſi, iniungitur in ſententia per modum conditionis, ita vt abiuratio ſequatur poſt ſententiam, num. 176. & ſeqq. & numero 181.
Abſolutio à cenſuris præcedit abiurationem, ſub num. 177. in fine, & ſeqq.
Sententiæ formula contra hæreticum pœnitentem, num. 178.
Abiurationis formula, num. 179. Et quot, & quæ in ea requirantur, num. 180.
Sententia in cauſa hæreſis fertur in lingua vulgari communi, num. 178. & 182.

1 QVAERO ſeptimo, qualis ferri poſſit ſententia contra contumacem, & qualis contra præſentem.

Pro plena huius quæſtionis reſolutione diſtinguo cauſas ciuiles à cauſis criminalibus.

Loquendo de cauſis ciuilibus, quomodo contrahatur contumacia tam contra actorem, quàm contra reum, multa ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 91. præſertim num. 9. & ſeqq. & quomodo procedatur, & quales ferantur ſententiæ, quando actor eſt contumax, ſcripſi eod. lib. 1. cap. 93. præſertim ſub n. 3. & ſeqq. & quomodo procedatur, & condẽnentur rei cõtumaces, ſcripſi eod. lib. cap. 96. per totum.

Explico nunc clariori modo quædam, quę de ſententia contra reum contumacem ſcripſi d. cap. 96. ſub num. 8. & ſeqq. & ſub num. 21. diſtinguendo ſententiam, quę fertur contra reum contumacem, in duas ſpecies.

Prima ſpecies ſententiæ eſt illa, qua actori contra reum contumacem datur tenuta ex primo decreto; & hoc decretum eſt ſententia interlocutoria, vt remiſſiuè ſcripſi in locis citatis infra num. 107. & 108. in 11. caſu, & ſupra quæſt. 5. num. 18. & dicitur pignus prætorium, quod datur actori ſolum propter contumaciam rei, vt ſecutus ſum eodem cap. 96. ſub num. 8. & ſeqq. & apertius ſub num. 21. ibi, vnde nota obiter. & poteſt reus, comparendo, & refectis expenſis, purgare contumaciam, & ſic recuperare pignus, ſeu tenutam, & ſuper eo audiri, dummodo compareat ante interpoſitionem ſecundi decreti, prout declaraui ſub eodem num. 8. & ſeqq. & hac eadem quæſt. infra ſub num. 107. in 11. caſu, nam primum decretum eſt interlocutoria, vt dixi, quam iudex poteſt reuocare, vt ſcripſi in locis citatis ſub eodem num. 107. & ita procedat quod communiter ſcribunt Doct. dum aiunt, contumacem audiri, refectis expenſis; & eſt regula generalis, quòd vbicunque contumax poteſt audiri, intelligitur, refectis expenſis, per ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 15. num. 308. & quæſt. 17. limit. 21. num. 67. & 68.

2 Declara vt hæc tenuta cõtra reũ, qui obligauerit ſe, & bona, detur tam ex actione reali, quàm ex actione perſonali, ſed ſi non obligauerit bona, detur adhuc ex ſola actione perſonali, vt ſcripſi dicto cap. 96. num. 4. 5. & 8. & dabitur etiam contra tertium poſſeſſorem ex actione reali, quando ſcilicet actor habeat obligata bona debitoris; vt dixi infra quęſt. 10. num. 31. nam ſi quis conueniatur, tanquam tertius poſſeſſor, quia actor habeat bona obligata, & tertius ſit contumax, poterit actori dari tenuta ex primo decreto: cæterum, ſi actor non haberet obligationem bonorum, ideoq; tertius non poſſet conueniri, actor careret actione, & & conſequenter non poſſet petere tenutam.

3 Secunda ſpecies ſententiæ, quæ fertur contra reum contumacem, eſt illa, quæ fertur, cauſa cognita ſuper toto negotio, & ſeruatis ſeruandis, quæ ſententia, quamuis reus non compareat, & ſit contumax, dicitur diffinitiua, quia, examinatis teſtibus, ſeu, habitis poſitionibus pro confeſſatis, conſtat plenè de iure actoris, & ſunt datæ dilationes, & ſunt ſeruata ſeruanda ex iure municipali, ſeu conſuetudinario loci: & cum huius ſententiæ vigore datur actori executio, quia vel ſententia ſit inappellabilis de ſui natura, vel ſit facta inappellabilis propter non interpoſitam appellationem, aut illius non proſecutionem, ſeu propter confirmationem, illa executio non dicitur tenuta ex primo decreto, neque pignus prętorium, ſed dicitur pignus iudiciale, in vim rei iudicatę, ideoque compareat reus quando velit, & velit actori reficere omnes expenſas contumaciales, tamen non poteſt audiri, ſed debet parere iudicato, vt ſecutus ſum eodem cap. 96. ſub num. 21. ibi, vnde nota obiter. quia hæc ſententia non fertur propter contumaciam rei, & in illius odium, vt is tædio affectus compareat; ſed fertur, vt dixi, quia, ſeruatis ſeruandis, conſtat de bono iure actoris; & proinde hæc ſententia

non

non differt ab ea, quæ fertur, reo præſente; & in qua non habet locum refectio expenſarum, quia parti eſt ius quæſitum, & hoc procedit in quauis ſententia, quæ feratur non ex primo decreto tenutario, vt patet ex his, quæ ſcribit Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 114. quidam. initio, num. 1. & ſeqq. & ex his nota, quãdo reus ſit, refectis expenſis, audiendus; & quando non audiendus.

4 Loquendo de cauſis criminalibus, quomodo contrahatur contumacia, tam contra accuſatorem, quàm contra accuſatum, ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 91. num. 1. & ſeqq. & cap. 92. num. 1. & ſeqq. & quomodo procedatur contra accuſatorem, & fiſcum contumaces, & quales ferantur ſententiæ, ſcripſi cap. 94. num. 1. & ſeqq. & quomodo in cauſis hæreticalibus; cap. 95. & quomodo procedatur, & quales ferantur ſententiæ contra reum contumacem, latè ſcripſi cap. 97. per totum, & ſpeciatim breuem formulam ad particularem effectum poſui ſub num. 64. de qua locutus ſum etiam hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 5. ſub num. 91. verſ. infero ex iſta. & quomodo procedatur, & ferantur ſententiæ contra contumaces, inquiſitos de hæreſi, latè etiam ſcripſi eodem lib. 1. cap. 98. num. 1. & ſeqq. & præſertim ſub num. 4. verſ. ſi eſt ſola. & num. ſeqq. & dicto cap. 97. ſub nu. 131. verſ. quod non tranſeat.

5 Illud cenſeo notandum, quòd modus procedendi, qui ſeruatur de generali conſuetudine contra contumaces in cauſis criminalibus, habet analogiam cum modo procedendi cõtra contumaces in cauſis ciuilibus: nam ſicut in cauſis ciuilibus, ſi debitor obligauerit bona creditori, & ſit contumax, eidem creditori agenti datur tenuta ex primo decreto, quod eſt interlocutoria, & reus tenutam quãdocunque compareat, recuperat, vt dixi ſupra ſub num. 1. verſ. prima. ita etiam illud primũ bãnum, quod fertur contra reum in cauſa criminali, eſt veluti quædam tenuta ex primo decreto, eſtq. ſententia interlocutoria, & ideo, reo quandocunque comparẽte, & purgante contumaciã, illud bannum reſoluitur, & reuocatur ipſo iure, & reus, remiſſa contumacia, auditur, vt late, oſtendendo hãc analogiam, ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 97. n. 37. 38. & ſub n. 131. verſ. quod non tranſeat. & verſ. eſto igitur. & infra quantum tempus poſſit comparere, ſcripſi ibid. n. 71. & ſeqq. & præſertim. n. 137. attentis motibus proprijs ſummorum Pontificum, & aliqua ſecundum ſtatuta Lucenſia ſcripſi hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 5. num. 87. & 88. & hæc de ſententijs contra abſentes, & contumaces.

6 Agendo nunc de ſententijs ferendis contra præſentes, tam in cauſa ciuili, quàm in cauſa criminali, firmanda eſt concluſio vniuerſalis, quòd iudex ex actis, & probatis debet iuxta naturam actionis, ſeu remedij intẽtati ferre ſententiã, quę, abſoluendo, vel condemnando, totã controuerſiam in libello deductam decidat, vt ſcripſi ſup. q. 4. n. 6. illat. 1. ſi verò controuerſiam decidere non poſſit, debet abſoluere ab obſeruatione iudicij; & ſic debet habere tres regulas.

Prima regula erit, vt, actore non probante, abſoluat diffinitiue reum, quia, actore non probante, reus debet abſolui, vt ſcripſi infra q. 21. ſub num. 1.

Secunda regula eſt, vt ſi actor plenè ſuam probet intentionem, tunc reum condemnet diffinitiuè iuxta naturã actionis propoſitæ.

Tertiam regulam habes infra num. 36.

7 Infero primo ex ſecunda regula, ponendo de ea exemplum, quòd ſi creditor agat actione hypothecaria, & probet plenè requiſita illius actionis, iudex debet reum conuentum condemnare diffinitiuè ad dimittendã, & relaxandã creditori actori poſſeſſionem rei hypothecatæ loco pignoris, & hypothecæ, donec ei ſit ſatisfactum de eius credito, per ea, quę ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. n. 87. & 91. & ſcribit, colligendo qualis debeat eſſe forma ſententiæ in iſta actione hypothecaria, Neguſ. tract. de pign. in fin. in 3. memb. 8. part. num. 27. fol. 258. tom. 6. par. 1.

8 Explica primo hanc illationem, vt ad hoc, vt creditori cõpetat actio hypothecaria, duo primo loco requirantur. Primo enim requiritur, quòd creditor pro ſuo credito habeat expreſsè, vel tacitè obligata bona ſui debitoris; quia aliàs non eſt tractandum de hypotheca, l. 1. & ſeqq. ff. de pign. & hypoth. & hoc eſt

9 notum omnibus. † Secundo requiritur, quòd creditum ſit purum, & conſequenter nata ſit actio; alias, ſi eſſet in diem, vel aliter ſub conditione, non poſſet ante diem, vel conditionis euentum agere, vt ſcripſi infra; imò ſi debitor interim, pendente conditione, ſeu ante diei euentum, alienaret bona obligata, poteſt dubitari, an hypotheca euaneſcat; in qua dubitatione eſt diſtinguendum inter hypothecam, procedentem ex contractu, & hypothecam tacitam, procedentem ex vltima voluntate, puta pro legato; etenim in contracti-

bus hypotheca non euaneſcit,ſed imo conditio caſualis retrotrahitur ad diem cõtractus; & proinde hypotheca conditionalis nõ oritur ex aduentu conditionis, ſed ex die contractus,quamuis hypothecaria agi non poſſit ante impletam conditionem, Neguſ.tract. de pign. in tertio memb.8.par.princip. num.
10 1.& ſeqq. fol. 256. tom.6. par.1.† hincque eſt, quòd hypothecam pro adminiſtratione non metimur ex die malę adminiſtrationis; ſed ex die delatę adminiſtrationis,auth.idem eſt. §. vlt. C. de bon. quę lib. Neguſ. eod. tract. de ping. in 4. memb. 2. part. princip. num.17.fol.203. ex quibus neceſſariò infertur, quòd concurrentibus primo creditore conditionali,& ſecundo creditore puro, præfertur primus conditionalis, quamuis eius creditum ſit purificatum poſt creditum, & hypothecam ſecundi creditoris,vt de his latius ſcripſi in mea deciſ...contra.nu..... verſ. non obſtat primo. die ven. 24. ſeptembris.
11 1621.† ſecus eſt in tacita hypotheca pro legato cõditionali,ſeu in diẽ, quia talis hypotheca nõ retrotrahitur ad diem mortis teſtatoris,ſed ſolũ ad diẽ exiſtentis cõditionis legati,Neguſ. tract.de pign.in 1.memb.5.part. n.20.verſ.ſed difficultas.& n.21.& memb.2. n.10.& 24.fol.223.227.& 228.& Rot.deciſ. 760. num. 6. par. 2. in hac vltima recollectione de anno 1618. quare, purificata conditione legati, ex tunc bona teſtatoris fiunt tacite hypothecata pro legato, dummodo tunc talia bona reperiantur penes hæredem; alias ſi fuerint interim alienata, ſeu hypothecata, pendente conditione legati, præferri debet emptor, ſeu creditor, cui hæres ea obligaſſet, Neguſ. dicto 1. memb.5.part. num. 22. & Bal. Nouel. tract.de dot.par.10. num. 40. & 41. fol.248. tom. 9. & ita ego iudicaui, vt patet in mea deciſ. ... die 29. nouembris, 1621. num.....

12 Explica ſecundo, vt creditor, agendo contra debitorem principalem,poſſit,ſi vult, in eodem libello vna cum actione perſonali cumulare hypothecariam, Neguſ. in 2. membr. dictæ 8. part. num. 6. verſ. quinto adde.fol. 255.tom.6. par. 1. & ſcripſi infra quæſt. 19. num. 33. verſ. declara nunc. & licet Neguſ.loquatur,quando debitor poſſidet, vt tunc poſsit cumulari hypothecaria; tamen aduerte, quod quamuis hęc poſſeſsio ſit neceſſaria ad obtinendum in hypothecaria,tamen hoc pendet à futura probatione facienda,& ideo nihil eſt impedimento,quare hipothecaria non poſſit cumulari, ſiue debitor poſsideat,ſiue non,nam,ſi non poſsideat, euaneſcet actio hypothecaria intẽtata.

13 Rurſus circa probationem, quam creditor facere debet ad obtinendum contra debitorem principalem; diſtingue, vt, agendo actione perſonali, debeat docere de debitoris obligatione, & hoc ſufficit; cumulando autem hypothecariam, ſiue ea ſeparatim agendo, debet probare duo: primo enim, ſi eſt ſibi certa res obligata, & agat ad eam, debet narrare in libello, & poſtea probare, quòd debitor eam poſsidebat tempore cõtractę obligationis. ſi verò agat ex obligatione generali,ſufficit narrare in libello, & probare,quòd debitor poſt contractã obligationem poſſedit eam rem, cuius poſſeſſionem creditor intendit auocare: ſecũdo debet ponere, & articulare, quod dominium directum,vtile,vel quaſi ſpectat ad debitorem, & ſufficit hęc allegatio, & articulatio ſine probatione, quæ idcirco non eſt de neceſsitate, Neguſ. in tertio memb. dictæ 8. part. num. 22. verſ. ſecundo quando. fol. 257. & ſcripſi cap.ſeq. q.17. limit. 6. memb. 9. ſub
14 num. 91.† & vlterius ſi habet obligata omnia bona in genere, & quædam in ſpecie, debet prius experiri hypothecariam in bonis obligatis in ſpecie, & ideo vtilius eſſet nõ habere illam hypothecam ſpecialem, per ea,quæ ſequitur Luc.Pæt.in pract. cap.lib. 3. cap.5. num.17.

Et hæc ſufficiant de iudicio hypothecario contra debitorem principalem, & eius fideiuſſores, ſi dati ſint.

15 Nunc,quia materia eſt frequens,& vtilis, agendum eſt de iudicio hypothecario cõtra tertium poſſeſſorem; & eſt ſciendum,quod ſi actor vult contra eum obtinere,debet probare multa, quæ breuiter recenſeo.

16 Primo enim debet probare, quod rem, quam poſsidet tertius cõuentus,poſsedit debitor ipſius actoris tempore contractæ obligationis, ſeu poſt contractam obligationem, vt explicaui ſupra num. 13. & ſic in iſta probatione includitur probatio identitatis rei.

Secũdo debet probare dominiũ, ſeu quaſi dominium ſui debitoris, vt dixi ſupra eod. num. 13.

Reſtringe, ſeu potiùs declarà hoc requiſitum ex his,quæ dixi ſup.ſub n.13.& tibi,qui verſaris in Curia Florẽtina, ſufficit probare, debitorẽ tenuiſſe,&poſſediſſe dicta bona per

ſe,

ſe, vel authores ſuos per ſpatiũ decem annorum, vel quòd tertius poſſeſſor conuẽtus habuerit titulũ, vel cauſam à debitore, vel eius ſucceſſore vniuerſali, vel ſingulari dictorum bonorum, vel rerum, quia ſic erit probatum, quòd debitor fuerit dominus, ſeu quaſi dominus dictorum bonorum, ita diſponẽte ſtatuto Ciuitatis Flor. lib. 2. rub. 60. quod ſtatutum ad hoc ponderat Ciof. conſ. 120. quoniam. ſub num. 4. verſ. quinto non. lib. 1.

17 Tertio debet probare poſſeſſionem hodiernam ipſius tertij poſſeſſoris conuenti, quod Curiales Florentini dicunt bona in bonis; quia alias nulliter ageret cõtra eum; verum, cum regulariter tertij poſſeſſores cõtradicẽdo, negent, bona, quæ poſſident, eſſe illamet, quę dicũtur obligata actori, debet actor omninò probaſſe identitatem, vt dixi, & ideo ſi agat ad rem ſpecialiter ſibi hypothecatam, debet probare identitatem rei; ſi verò agat ad rem obligatam in generali obligatione, ſufficit probare, quod ipſe tertius habuit illam rem à debitore, ſeu ab alio, mediante debitore, quod Florentiæ facilè probari ſolet ex libro decimæ: probata autẽ hac identitate, videlicet, quòd illa res, cuius poſſeſſionem actor intendit auocare à tertio, ſit illamet, quam eius debitor ſibi obligauit, poſſeſſio tertij aduerſarij, quæ dicitur ſecundum extremum, dicitur probata eo ipſo, quòd tertius ſe opponendo, conteſtatur litem, vt, loquendo de ſecundo extremo ſpolij, ex Caputaq. deciſ. 369. alibi 372. ſecundum extremum. par. 2. retuli lib. proxime præcedenti, cap. 9. num. 512. in fine, in alia futura impreſſione: non igitur ſufficit probare primum extremum, nempè, quòd debitor tibi actori obligauit talem rem, puta villam, ſitam in tali territorio, & quòd tertius conuentus ad relaxandam villam, ſitam in eodem territorio, ſe opponat, quia ex iſta oppoſitione probatur, quòd iſte tertius, opponendo, poſſidet villam, ſitam in eodem territorio, ſed non probatur, quòd ſit illamet, quæ tibi actori fuit obligata; quia ſi non eſt probatum, quòd in illo territorio non ſit niſi vna villa, & quòd illa villa erat tui debitoris; vel ſi eſt probatum totum oppoſitum, videlicet, quòd tuus debitor habebat plures villas in eodem territorio, vel quòd in eo territorio ſunt multæ villæ, vtique tertius conuentus iure negauit, ſe poſſidere villam tibi obligatam, & quia tu non probas identitatem, erit abſoluendus.

Quarto antequam poſſit agere hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, debet prius egiſſe actione perſonali contra debitorem principalem, ſeu eius hęredem, vel hæreditatem iacentem, & non ſatis eſt egiſſe, ſed debet etiam contra eum obtinuiſſe rem iudicatam, & feciſſe excuſſionem de illius bonis, authen. hoc ſi debitor. poſt l. 24. & ibi Cyn. num. 1. in fine, & num. 2. Bal. num. 1. & Salyc. num. 2. C. de pign. & hypoth. Bar. in l. 25. perſecutione. num. 1. & 2. C. eodem, & Neguſ. tract. de pign. in 1. membr. 8. part. num. 9. & 10. in tertia concluſ. & num. 11. fol. 252. quare, condemnato, & excuſſo debitore principali, & non reperto ſoluendo, tunc creditor debet eodem modo agere contra fideiuſſores, ſi habet; & demum, iſtis excuſſis, & non repertis ſoluendo, poteſt agere hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, itaut is ſit vltimo loco in ſubſidium moleſtandus, Cyn. Bal. & Neguſ. in locis ſupra proxime citatis; & quòd prius requiratur excuſſio debitoris principalis, & etiam eius fideiuſſoris, ſcribit Franc. Bec. conſ. 89. proponitur. num. 7. & ſeqq. & de communi teſtatur, & ſequitur Rol. à Vall. conſ. 9. in præſenti. num. 5. lib. 1. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 62. ſub num. 24. in ampliationibus.

18 Reſtringe hoc quartum requiſitum, dum dixi, eſſe prius excutiendum debitorem principalem, vt non procedat in caſibus, quos, limitando hanc explicationem, ponit Neguſ. tract. de pign. in primo memb. 8. par. n. 14. & ſeqq. vſque ad num. 33. incluſiuè fol. 252. tom. 6. par. 1. & quòd nõ requiratur in Ciuitate Florentiæ, ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 62. ſub n. 24. limit. 6. & ita ibi practicatur: & propterea tertius poſſeſſor ſolet ibi ſtatim notificare litem ſuo auctori, & ad hãc reſtrictionem vide quę ſcripſi dicto cap. 62. ſub nu. 24. ſed de hac reſtrictione, quando excuſſio ſit neceſſaria priuſquam agatur contra tertium poſſeſſorem, ſeu fideiuſſorem, ampliando, & limitando, vide Gabr. in ſuis concluſ. tit. de fideiuſs. concluſ. 1. per totam lib. 3. vbi ponit 27. ampliationes, & 52. limitationes.

19 Sed nunquid creditor, quem diximus debere agere actione perſonali, & obtinere ſententiam contra debitorem principalem, antequam poſſit agere hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, teneatur ita agere, & obtinere ſententiam etiam in caſu, quo excuſſio debitoris principalis non ſit neceſſaria.

Pp 3 Vide-

Digitized by Google

Videtur dicendum, quòd ſic, quia ſententia, & excuſſio, ſeu executio ſunt ſeparatæ, & vna poteſt ſtare ſine alia: nã ſententia condẽnatoria debitoris principalis probat certius creditũ actoris, quãuis executio ſit inanis cõtra ipſum debitorẽ, & ideo omittatur: itẽ excuſſio principalis debitoris videtur poſſe fieri, quãuis is nõ ſit condẽnatus, nec declaratus debitor, quia nihilominus iudex ad inſtãtiam creditoris poteſt mittere nuncios ad perquirendum, an debitor principalis, ideſt is, qui ſe conſtituit debitorem, & obligauit bona; poſſideat bona; & nuntij referenr, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 76. ſub num. 12. in alia futura impreſſione.

20 Sed, quicquid ſit de Iure, contrarium ſeruat praxis; nam vbi non requiritur excuſſio debitoris principalis, non reputatur neceſſarium, vt prius agatur contra debitorem principalem, quare in Ciuitate Florentię, vbi non requiritur excuſſio, agitur immediatè cõtra tertium poſſeſſorem, qui ſtatim notificat litem ſuis auctoribus, & ſimiliter Romæ, vbi cõtra tertios poſſeſſores agi ſolet ſaluiano interdicto, in quo non requiritur excuſſio, per ea, quæ dixi num. ſeq. agitur ſimiliter immediate contra tertios poſſeſſores; quaſi finis ſententiæ ferendę contra debitorem principalem ſit excuſſio, & proinde, ſublata excuſſione, quę eſt veluti cauſa finalis ſententiæ, ceſſet ipſa ſententia, vti effectus.

21 Quinto deber actor in his omnibus proceſſiſſe via ordinaria, quamuis debitor ſua bona obligauerit per inſtrumentum guarintigiæ, quia via executiua conceſſa guarintigiæ, eſt conceſſa, ſi agatur contra eum, qui, ſe obligando, contraxit, & non contra alios, teſtibus his, quos ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 4. num. 43. & declarando ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 62. num. 24.

Et hæc ſufficiant de iudicio hypothecario contra tertium poſſeſſorem.

Abſoluta ſecunda explicatione, de qua ſupra num. 12.

22 Explica tertio, vt quamuis creditor iure pignoris, & hypothecæ noceat poſſeſſionem retinendam donec, & quouſque ſibi ſatisfactum fuerit de ſuo credito, vt dixi ſupra, nu. 7. in illatione, tamen, ſi magis ei placeret, poſſet vlterius procedendo, illud pignus auctoritate iudicis, ſeruatis ſeruãdis, diſtrahere, & de illius pretio ſibi ſoluere, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. memb. 9. ſub num. 87. & ſub nu. 90. & 94. in fine, & huius explicationis theoricam, & praxim pro executione ſententiarum tradidi infra quæſt. 11.

Abſoluta prima illatione, de qua ſup. n. 7.

23 Infero ſecundo, quòd ſi egerit ſaluiano interdicto, & ſimiliter probauerit neceſſaria, iudex debet condemnare diffinitiuè poſſeſſorem ad dimittendam, & relaxandam poſſeſſionem creditori agenti, donec ſibi de credito fuerit ſatisfactũ, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. nu. 94. & quãuis inter hanc, & præcedentem illationem, ideſt inter actionem hypothecariam, & ſaluianum interdictum videatur omnimoda conuenientia, & ideo parui referat, intentare vnum, vel aliud; tamen non eſt ita, quia differunt in

24 quatuor. † Prima differentia eſt, quòd in ſaluiano denegatur appellatio, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 88.

25 & ſeqq. † ſed in hypothecaria datur, vt dixi

26 ibidem, num. 86. † Secunda, quia in ſaluiano ſufficit probare poſſeſſionem debitoris, & non eſt neceſſaria probatio dominij, ſecus eſt in hypothecaria, vt dixi ibidem, num. 89. 90.

27 91. & 94. verſus finem. † Tertia differentia eſt, quia in ſaluiano interdicto omittitur excuſſio debitoris principalis, vt ſecutus ſum ſup. lib. 1. cap. 62. ſub n. 24. limit. 1. & ita ſer-

28 uatur quotidie: † ſecus eſt in hypothecaria, quia in ea requiritur excuſsio principalis, vt dixi ſupra ſub num. 17. verſ. quarto antequam, & his tribus differentijs inſpectis, ſaluianum eſt vtilius hypothecaria, vt dixi ead. limit. 6. memb. 9. num. 94. verſ. nec dicas. & ideo in Palatijs magis frequẽtatur, quam hypothecaria, vt ſcripſi ead. limit. 6. memb.

29 4. ſub nu. 3. † Quarta differentia eſt, quia, data creditori poſſeſſione pignoris ex ſaluiano interdicto, illud pignus non poteſt diſtrahi, Rot. quam ſecutus ſum ead. limit. 6. memb.

30 9. num. 96. & 94. vtrobique in fine: † ſecus eſt in actione hypothecaria, vt dixi ſupra num. 22. & hac differẽtia inſpecta, vtilior eſt actio hypothecaria: remedium tamen, vt miſſus in poſſeſſionem ex ſaluiano interdicto poſſit procedere ad ſubhaſtationem, eſt impetrare commiſſionem à Papa, qui committat, procedi ad ſubhaſtationem, Seraph. deciſ. 1100. num. 2. in fine.

31 Cæterum in Curia Florentina ſaluiano interdicto vtuntur nũquam, actione hypothecaria rarò, tenuta verò fere ſemper, & ratio eſt triplex. Prima quia Florentinus, ſi poteſt, non vult perdere lucrũ quinque pro centenario, quod conſequitur ex tenuta, vt ſcripſi

pſi infra q. 10. num. 37. & 39. & quando illud non poſſet conſequi, eligit venire ad diſtractionem pignoris, ad quam poteſt deuenire per hypothecariam, vt dixi ſupra n. 22. ſed ſi ageret ſaluiano interdicto, nõ ſolùm nõ lucraretur illa quinque, quia fructus, quos perciperet computarentur in ſortem, ſed neque poſſet deuenire ad diſtractionem pignoris, vt dixi hic ſupra. Secunda, quia licet Florentinus non anhelaret ad illud lucrum quinque pro centenario, tamen illud lucrum erit magnus ſtimulus debitori ad ſoluẽdum. Tertia, quia Florentini ſunt adeo aſſueti in appellationibus, etiã ſi agatur via executiua vigore guarintigiæ, vt dixi inf. q. 11. n. 30. & ſeqq. vt hãc inappellabilitatẽ in ſaluiano nõ attendant; & quantum ad principalis excuſſionem, quę non requiritur in ſaluiano, diximus ſupra nu. 18. quod eam reijciunt etiam in hypothecaria: & ex his ſaluianum interdictum recedit ab aula Florentina.

32 Infero tertio, quòd ſi agat alijs remedijs poſſeſſorijs, & probet requiſita neceſſaria, iudex debet plenè, & diffinitiuè determinare controuerſiam poſſeſsionis, quia hoc eſt officium boni iudicis decidere totã controuerſiã, corã eo deductã, ſicut boni medici eſt curare, & ſanare infirmũ; qualis autem, quantauè requiratur probatio in iſtis iudicijs poſſeſſoris, ſcripſi lib. proximè præced. cap. 9. n. 505. & ſeqq. & quomodo iudex ſe gerere debeat; & quomodo decidere iſtas controuerſias poſſeſsionum, multa ſcripſi hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 2. num. 4. & ſeqq. num. 10. & ſeqq. & memb. 3. & ſeqq. in quibus, agendo an, & quando poſſit appellari a ſententijs, latis in cauſis poſſeſſorijs, tetigi de omnibus remedijs poſſeſſorijs.

33 Infero quarto, quòd ſi actor agat actione reiuendicationis, & probet extrema neceſſaria, nempe dominium ex parte ſua, & poſſeſsionem ex parte aduerſarij, iudex debet diffinitiuè condemnare reum ad relaxandum, & tradendum rem actori, &c.

34 Infero demum, quòd etiam in criminalibus, conuicto reo accuſato, ſeu inquiſito de delicto, debet eum diffinitiuè condemnare in poenam ordinariam, Surd. conſ. 132. contra. num. 86. lib. 1. & ſic in pœnam iuris, & ſtatutorum; & ſub qua forma ferãtur ſententiæ criminales, vide Aug. tract. de maleſ. qui initio ponit formam inquiſitionis, & ſententiæ, & vtramque explicat copioſo commentario, & vide aliquid ſupra gl. 9. in fine num. 88. & de modo condemnandi hęreticum, vide infra num. 178. & ſeqq.

35 Cæterarum ſententiarum ſpecies, & formulas non poſſequor vlterius, quia non videtur expediens; quando tamen de ijs aliquam velis habere notitiam, quę tibi lumen prębeat, & ſaltem viam aliqualiter aperiat ad inueniendum de ijs, quod quęris, vide Spec. in locis à me citaris initio huius capitis, verſ. cæterum.

36 Tertia regula eſt, vt, ſi iudex non poſsit abſoluere, neque condemnare diffinitiuè iuxta duas præcedentes regulas, tunc abſoluat ab obſeruatione iudicij, pro cuius abſolutionis explicatione diſtingue in primis tres ſpecies cauſarum: prima ſpecies eſt cauſa ciuilis: ſecunda eſt cauſa criminalis: tertia eſt cauſa hęreticalis.

Capio primã ſpeciẽ, videlicet, cauſã ciuilẽ, & in ea conſidero plures caſus principales.

Primus caſus eſt, quando libellus eſt ineptus, ſeu proceſſus eſt nulliter formatus: & iſto caſu cõcludo, quòd iudex, lacerato dentibus libello, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 50. num. 5. debet abſoluere reum ab obſeruatione iudicij, Aret. in cap. 15. examinata. num. 39. verſus finem, de iudic. Papien. in pract. in form. libel. act. real. in gl. per veſtrã. num. 3. fol. 84. Cur. Iun. conſ. 163. in cauſa. num. 2. in fine lib. 2. Maran. in ſuo ſpec. par. 5. q. 3. num. 50. verſ. ſecundo modo. fol. 246. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 1. ſub num. 8. verſ. quarto conſtat. & alij, quos ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 47 memb. 1. num. 27. & dixi lib. proxime præced. cap. 1. num. 84. & ratio eſt euidens, quia ſententia, quæ ferretur ſuper libello inepto, ſeu

37 proceſſu nullo, eſſet nulla; † & adeo nulla, quòd iudex appellationis eam confirmare non poſſet, Franch. Veſtr. & alij, quos ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 11. num. 24. & 135. licèt alias regulariter poſſit confirmare ſententiam nullam, vt latè ſecutus ſum eadem

38 quęſt. 11. num. 114. † & eſſet nulla ipſo iure, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 50. num. 8. & ſeqq. & ita eſſet nulla, vt ex ea non orietur actio in factũ, nec iudicis officium, Curt. Iun. d. conſ. 163. num. 6. & hęc nullitas, ſeu exceptio ineptitudinis libelli poteſt quandocunque etiam poſt ſententiam opponi, Curt. Iun. eod. conſ. 163. num. 5. & iudex debet cauere quantum poteſt, ne procedat inutiliter, ferendo ſententias nullas; vnde debet abſoluere reum ab obſeruatione illius

lius iudicij, vt actor, ſi vult litigare, nouum, & rite inſtituat iudicium,& debet eundem actorem condemnare ad expenſas,quas reus feciſſet in illo iudicio, quia nulliter vexans alium; debet nullitatis pœnas ſubire, & nullitatis pręiudicia conſiderantur contra actorem, & non contra reum, quia actor, qui mouet arma, debet illa iuſte mouere, imò reus, cui ſufficit quomodocunque ſe defendere, optat, vt actor nulliter agat, & nullitates quærit, & indagat: vnde dicimus, quòd reorum eſt fugere.

Conſideres velim,quòd huic concluſioni non ſunt multum amica ea, quę ſcripſi ſupra gl.11.num.70.

39 Reſtringe hanc concluſionem,vt non procedat, quando reus eſſet confeſſus, quia illa confeſſio ſanaret omnẽ defectũ proceſſus, vt ex Innoc.Bar.& alijs ſecutus ſum cap.ſeq. q. *11.* nu.*139.* & *140.*& ſupra lib.1.cap.*76.* ſub num.*9.*verſ. ſi in ſecunda.cap.97.ſub nu. 126.verſ.quinto ex eo. & declaraui ſub nu. 180. verſ. minus obſtat. nam illa confeſſio facit notorietatem, vt dixi eod. cap. 76. ſub num.2.& in notorijs non requiritur ordo,ſeu ordo in notorijs eſt non ſeruare ordinem, & hac reſtrictione ſæpe vſus ſum in deciſione cauſarum, vt in deciſ. incip. inter. 9. Iunij 1622.& in alia 4. Iulij 1622. incip.tenura.

40 Secundus caſus eſt, quando inſtantia eſt perempta: debet enim tunc iudex declarare inſtantiam peremptam, & conſequenter abſoluere reum ab obſeruatione iudicij, vt dixi cap.ſeq. q.17. limit. 47. memb. 1. num. 27. quia, cum ſit lapſa inſtantia, pereunt omnia acta ordinaroria litis,vt dixi eod.cap. ſeq.q. *15.* num.348. & iudex ſine actis non poteſt ferre ſententiam,ead.q.15.nu.350. & quando etiam non perirent acta, deficit tunc iuriſdictio iudicis,niſi renouetur inſtantia, & remanet iudex in declarando inſtantiam peremptam, & in condemnando actorem in expenſis,quia hęc veniunt in neceſſariã conſequentiam propter iuſtitię complementum.

41 Diſtingue dicta in hoc ſecundo caſu, vt ſi actor non produxerit teſtes, ſeu aliter non agitauerit proceſſum iuxta naturam cauſæ, tunc reus,lapſa inſtantia,debeat tam in ciuilibus, quam in crimininalibus abſolui ab obſeruatione iudicij,etiam ſi lis fuerit conteſtata: ſed ſi, lite conteſtata, fuerint ab actore producti teſtes, ſeu proceſſus fuerit aliter agitatus, tunc reus debeat abſolui diffinitiuẽ à tota cauſa, ſtante peremptione inſtantiæ, ſecundum ea,quæ ex Bellapert.referunt, & ſequuntur Io. de Amic. conſ. 139. non eſt opus. num.9. & 10. & Gram. vot. 31. in cauſa. num.15. & *16.* & ex eis Carauit. ſuper rit. 248. num.*17.*in fine.

42 Verum hęc diſtinctio in ſecundo membro videtur reijcienda, quia, cum lapſa iſtantia, expiret iuriſdictio in illa cauſa,iudex nõ poteſt ferre ſententiam diffinitiuam:nec obſtat, quòd poſſit ferre ab obſeruatione iudicij, imò, & condemnare actorem in expẽſis,quia reſpondeo, hæc venire in neceſſariam conſequentiam lapſus inſtantiæ, & quoad hæc vti acceſſoria conſecutiua,durat iuriſdictio.

Vlterius videtur omnino reijcienda in caſu, quo ex proceſſu agitato conſtaret de bono iure actoris, quia tũc reus tantò minus debet abſolui diffinitiue,ſed ſolum ab obſeruatione iudicij,per ea,quæ dixi infra nu. 51.

43 Nota obiter ex iſto ſecundo caſu, quòd cum reus,lapſa inſtantia, debeat abſolui ab obſeruatione iudicij cum condemnatione actoris in expẽſis, errare videtur Menoch.in tract.de arbitr.iud.caſ.*339.*nu.*17.* dum ſcribit, iudicem teneri actori ad emendationem damni illati,eò quia abſoluit reum ab obſeruatione iudicij propter peremptam inſtantiam; nam quando, & in quo caſu loquantur Doct. per eum citati, dum dicunt, iudicem teneri,eo quia abſoluit ab obſeruatione iudicij,ſcripſi infra num. 49. in 5. caſ.

44 Tertius caſus eſt, quando actor ſe abſentat:& in iſto caſu conſidero duplicem ſtatum cauſę:Primus eſt,quãdo actor citat reũ,& poſtea ſe abſentat ante oblatum libellum,& tũc dico,quòd,citato actore tribus vicibus perẽptorie, & quarta pro ſuperabundanti,eoque contumace, reus abſoluitur ab inſtantia iudicij, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 93. num. 3. in fine,verſ. ſi verò. Secundus ſtatus eſt, quando actor ſe abſentat poſt oblatum libellum; & tunc conſidero duplicem ſpeciem cauſæ. Prima eſt, quando in cauſa requiritur conteſtatio litis: & in iſta rurſus conſidero quatuor abſentationes: Prima eſt, quando abſentantio fit immediate poſt litis conteſtationem, & tunc vide, quę ſcripſi d. cap.93. ſub num. 3. verſ. ſi primo caſu. & quicquid ſcribãt Doct.ſtylus vniuerſalis,qui eſt optimus legis interpres, ſeruat, vt poſſit deueniri ad ſententiam diffinitiuam, prout ex diſpoſitione Auth. qui ſemel. retuli ſub eod. num. 3. verſ.ſi conſideremus. imò de hoc nulla debet eſſe difficultas, quia etiam

ſi actor

ſi actor eam non conteſtaretur, adhuc poſſet deueniri ad diffinitiuam, vt dixi num. ſeq. Secunda abſentatio eſt illa, quę fit ſtatim poſt aſſignatas ſibi dilationes ad probandum, & tunc tantò magis poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam ex vulgata regula, actore non probante, reus abſoluitur, vt ſecutus ſum eod. cap. 93. ſub num. 3. verſ. ſi ſumus in ſecundo. & dixi etiam lib. proxime pręced. cap. 3. num. 66. ſed declara hoc ex his, quæ ſcripſi infra num. 51. Tertia abſentatio eſt, quæ fit poſt liquidatum negotium, & tunc tantò fortius poteſt deueniri ad diffinitiuam, vt ſcripſi eod. cap. 93. ſub num. 3. verſ. ſi in tertio. Quarta abſentatio eſt illa, quæ fit ante litem conteſtatam, & tunc vide, quæ, diſtinguendo, ſcripſi eod. cap. 93. ſub num. 3. verſ. ſi verò lis non eſt conteſtata.

45 † Secunda ſpecies cauſæ eſt, quando in ea non eſt neceſſaria litis cōteſtatio; & tūc ſimiliter poteſt deueniri ad ſententiā diffinitiuā, vt dixi eod. cap. 93. ſub nu. 3. verſ. ſi verò non requiritur.

46 Aduerte, quòd quicquid dici poſſit, inſpecta varia legum diſpoſitione, & ſubtili diſputatione, quæ fieri poſſet circa totum iſtum tertium caſum, & dicta in eo, hodie vniuerſali conſuetudine, & pleriſque legibus municipalibus prouiſum eſt, vt, oblato per actorem libello, ſeu facto pręcepto, aut monitorio, reus poſſit proſequi cauſam, & obtinere abſolutionem diffinitiuam à petitis, quamuis actor ſemper fuerit contumax, per ea, quæ dixi ſupra lib. 1. cap. 93. ſub n. 3. verſ. ſi verò lis. imò quod, actore non probante, reus diffinitiuè abſoluatur, etiam ſi ipſe reus fuerit abſens, & contumax, & litem non ſit conteſtatus, & ita ſeruetur in Regio prætorio, latè ſcribit, & teſtatur Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 1. ſub num. 8. verſ. quarto conſtat. & hæc ſunt vera, dummodo ſint factæ probationes, vel ſaltem ſint datæ dilationes ad probandum, quia alias, non datis dilationibus, vel non factis probationibus, poſſet ferri ſolum ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, & non diffinitiua, quæ ſi ferretur, eſſet nulla, vt dixi lib. proxime pręced. cap. 3. n. 65.

47 Quartus caſus eſt, quando reus ante ſententiam, pendente iudicio, ſoluit, ſeu aliter ſatisfacit actori, vel docet de pręſcriptione, vel, quòd vulneratus, ſeu occiſus potuit vigore ſtatuti, tanquam bannitus, ſeu contumax, impunè offendi, & occidi, vel docet de alia ſimili exceptione, propter quam apparet, non poſſe vlterius moleſtari: & iſto caſu aliqui dicunt, reum eſſe abſoluendum ab obſeruatione iudicij, quæ tamen abſolutio habet vim diffinitiuæ, vt retuli ſupra lib. 1. cap. 93. num. 4. verſ. quæro nunc. pręſertim in alia futura impreſſione; alij verò dicunt, eſſe abſoluendum diffinitiuè, imò dicunt, ipſam abſolutionem ab obſeruatione iudicij iſto caſu eſſe ſententiam diffinitiuam, vt retuli hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 1. ſub num. 27. verſ. ſecus ſi. & hoc mihi magis placet.

48 Explica vlterius hunc quartum caſum, vt actor non ſit indiſtinctè condemnandus ad expenſas, ſicut in præcedentibus, de quibus ſupra num. 38. 40. & 42. ſed cum diſtinctione: aut enim reus malitiosè ad defatigādum actorem diſtulit producere inſtrumentum ſolutionis, tranſactionis, aut alterius exceptionis peremptorię, quam exceptionem, ſeu ſolutionē actor habębat iuſtā cauſam ignorandi, eo quia ſolutio, trāſactio, ſeu aliud factū, vnde reus promptam, & paratam habebat exceptionem, quæ liti finem imponebat, non fuit geſtum cum ipſo actore, ſed cum alio, à quo ipſe cauſam habuit: & iſto caſu dico, quòd quamuis reus ſit abſoluendus, vt dixi in hoc caſu, tamen eſſet condemnandus ad eas litis expenſas, quę factę ſunt ab ea die, qua omiſit vti illa exceptione, & moueor ex his, quę ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 21. num. 68. & ſeqq. aut actor non malitiosè diſtulit, ſed ea vſus eſt, cum potuit, & eo tempore, quo debebat: & iſto caſu dico, actorem eſſe condemnandum in expenſis factis.

49 Quintus caſus eſt, quando iudex admittit exceptionem declinatoriam, & ideo reum excipientē abſoluit ab obſeruatione iudicij, quo caſu ſi iudex indebitè eum abſoluat, & ideo pronunciauerit ſe incompetentem, tenebitur in extimatione litis, ſeu ad emendandum damnū illatum actori, quia licet actori remaneat ſaluum ius agendi, cum hæc abſolutio ſit interlocutoria, tamen iudex facit litem ſuam, ſicut quando profert ſententiam diffinitiuam iniuſtam, vt tradunt Bar. in l. 29. ſi quis in conſcribendo. num. 7. & 8. Bal. num. 7. Paul. de Caſtr. num. 8. & Dec. in fine, num. 38. in vlt. not. C. de pact.

50 Sextus caſus eſt, quando actor probauit ſemiplene, ſeu pluſquàm ſemiplenè, ſed non plenè, vt requiritur ad obtinendam ſententiam fauorabilem: & iſto caſu poteſt eſſe locus opinionibus.

Prima enim opinio eſt, quòd reus ſit diffini-

finitiuè abſoluendus, quia paria ſunt, non probare, & probare non ſufficienter, &, actore non probante, reus abſoluitur, vt ſcripſi in pluribus locis, & præſertim infra q. 21. ſub num. 1. & ita vidi, & video practicari, & ſeruari in plerisque locis.

51 Secunda opinio eſt, vt, ſi actori deferendum eſſet iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, ſed, quia eſt abſens, non poteſt ei deferri, tunc reus non ſit abſoluendus diffinitiuè, ſed ab obſeruatione iudicij. Salyc. in l. 11. properandum. §. & ſiquidem. ſub num. 14. verſ. alij dicunt. ibi, aut probauit ſemiplene. quem ibidem refert, & ſequitur Alex. ſub num. 14. ibi, poteſt etiam & alio modo. C. de iudic. & ex vtroque ſequitur Maran. in ſuo ſpec. par. 5. q. 3. num. 53. ſol. 247. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 93. ſub num. 3. verſ. limita modo.

52 Et conſequenter, ſi erit præſens, erit ei deferendum, eoque delato, & præſtito, reus erit condemnandus diffinitiuè, quia illud iuramentum ſupplet ſemipleniam probationem; & facit plenam; & hac de cauſa illud vocant ſuppletorium, & hanc opinionem Doctores arbitrati ſunt probari ex l. 3. in bonę fidei. C. de reb. cred. & ex l. 31. admonendi. ff. de iureiur.

53 Contra hanc opin. vrget abſurdum, quòd credatur actori in cauſa propria, & proinde ſit actor, & teſtis, contra ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 4. q. 7. num. 29. & late gl. 10. num. 22. decl. 5. & ſupra lib. proxime præcedenti cap. 9. num. 386.

54 Huic abſurdo reſp. quòd iuramentum hoc defertur illi, qui iam per vnicum teſtem, omni exceptione maiorem, probauit ſemiplene ſuam intentionem, & ſic non ſtatur iuramento partis, ſed ſtatur dicto vnius teſtis, qualificati per ſe ipſum, eo quia ſit omni exceptione maior, & qualificati eò, quia principalis, pro quo deponit, ſit perſona honeſta, & informata, quę ſuum addat iuramentum, & pro cauſa non magnæ importantiæ, vt ſcripſi in ſequentibus requiſitis; quòd autem vnicus teſtis cum dicto partis poſſit ſufficienter probare, ſatis videtur expreſſum de iure diuino, Matth. 18. num. 16. relatus in cap. 13. nouit ille. de iudic. *ſi autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum: ſi autē te nō audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum*: nam in ore duorum intelligitur de eo, qui corripit, & de teſte adhibito: & licet dictum partis per ſeipſum ſolum nihil valeat, tamen in ſocietate poteſt iuuare, & operari multū, ſicut videmus in figura rotunda, quę per ſe ſola in ratiocinijs nullum conſtituit numerū, ſed addita cum figuris, quæ faciunt numerum, auget numerum, & ſicut videmus in teſte inhabili, qui licet per ſe nullam faciat fidē, tamē ſi addatur alijs teſtibus habilibus, qui hinc inde ſint pares in probatione, operatur, vt ea probatio, pro qua eſt additus, ſit maior, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 7. num. 42. verſ. ratio ergo eſt.

55 Nec obſtat, quòd tàm ius humanum, quàm ius diuinum in omni negotio requirat duos ſaltem teſtes, ita vt vnus non ſufficiat, per ea, quæ ſcripſi lib. proximè præcedenti cap. 9. num. 379. 381. 383. 384. 385. 434. & 494.

56 Quia reſpondeo, quòd nos debemus intelligere ius diuinum cum rationabili interpretatione, ſiquidem non poteſt eſſe ius diuinum, quod non ſit fundatum in ſumma ratione: etenim quonam ius dicetur fundatum in ratione, ſi non dicamus ius diuinum? ratio autem exigit, vt maior, & minor teſtium numerus exigatur pro qualitate negotij, teſtium, & perſonarum, & ideo ius diuinum ſupra relatum loquitur alternatiuè, & includit etiam eum, qui corripit, & ius humanum, quod interpretatur diuinum, multos excipit caſus, in quibus ſtandum eſt dicto vnius teſtis, vt dixi eod. cap. 9. num. 389. & Salomon ſapientiſſimus in cap. afferte. de pręſumpt. nonne cauſam terminauit ex ſola præſumptione ſine vllo teſte? & demum iſtis de cauſis nonne conſtituimus regulam, quòd probationes ſunt arbitrariæ, vt ſecutus ſum eod. cap. 9. num. 530. & ſeqq.

Vlterius fortificatur hæc ſolutio, quia contraria, ſuperius citata, ſolui, & declaraui eod. cap. 9. num. 386. & ſeqq.

57 Addo demum, quòd aliquando actor ex rationabili cauſa non ſolum poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, ſed ipſe ſolus cum ſuo iuramento plenè probat ſuam intentionem, vt retuli ſupra gl. 10. ſub num. 47.

58 Tempera hanc ſecundam opinionem, vt procedat, concurrentibus quinque, ſeu ſex requiſitis; alias non poteſt deferri hoc iuramentum ſuppletorium.

Primo requiritur, quòd intentio actoris ſit probata ſaltem ſemiplene per vnum bonum teſtem, ſeu aliter, Gloſ. in l. 31. admonendi. in ver-

in verbo, exacto iureiur. Bar. ſub num. 57. & 58. Iaſ. ſub num. 75. & 118. in prima lectura, & ſub num. 259. in ſecunda lectura ff. de iureiur. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 9. num. 4. fol. 404. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 190. num. 2. & hæc eſt opinio communis.

59 Ratio quare requiratur probatio ſemiplena, eſt, quia, ſi probatio eſſet minor, iuramentum eam non ſuppleret, ſed potius ſuppleretur ab ea; quod enim accedit maiori parti rei, vel ſaltē æquali, id habet naturā additamēti, ſeu dicitur ſupplementū, alias ſi accederet minori, ineptè diceretur ſupplementum, ſeu additamentum: vnde ementes carnem, ſi maior pars ſit peior, conqueruntur, mantiſſam eſſe maiorem obſonio; & conſequenter in caſu noſtro, ſi probatio eſſet minor ſemiplena, vis probationis plenæ ſtaret in aſſertione partis, quod eſſet abſurdum, vt dicebamus; & vlterius iuramentum hoc non diceretur ſuppletorium, ſeu in ſupplementum plenæ probationis, ſed diceretur ſuppletum, & probatio diceretur ſuppletoria, & ſic omnes Doct. ineptè loquerentur.

60 Secundo requiritur, quòd actor, cui defertur iuramentum, ſciat veritatem rei, non per credulitatem, ſed per ſenſum corporis, eo quia res ſit ſecum geſta, vel eam aliter ſciat, Gloſ. in d. l. admonendi. in verbo, exacto iureiur. dicens, deferri ſacramentum actori, qui nouit veritatem rei, Bar. num. 57. verſus finē, ibi, ſi verò actor haberet. Iaſ. ſub nu. 259. in 2. caſ. & ſub num. 246. poſt trigeſimam primam fallentiam, verſ. ex iſta ratione. in 2. lect. ff. de iureiur. Maran. d. act. 9. num. 5. & Menoch. d. caſ. 190. num. 5. & ſeqq. vbi id multis comprobat, dicitq. ſuper veriſimili ſcientia multum poſſe iudicis arbitrium.

61 Ratio eſt, quia ſi parti datur, vt poſſit eſſe teſtis in cauſa propria, (quod non eſt modicum, cum habeat duritiem) non debet ei etiam dari, vt id, quod non probaret, ſi eſſet teſtis in cauſa aliena, probet in cauſa propria: ſed in cauſa aliena non probaret, ſi deponeret per credulitatem, & non per ſcientiam, habitam mediante ſenſu corporis, teſtibus his, quos ſecutus ſum lib. prox. præced. cap. 11. nu. 1135. ergo neque debet probare in cauſa propria, Bar. & Iaſ. in locis ſup. proxime citatis.

62 Tertio requiritur, quòd actor, cui defertur hoc iuramentum, ſit perſona honeſta, & non vilis, & infamis, Gloſ. in d. l. admonendi. in verbo, exacto iureiur. ibi, & actor eſt honeſtus. Bar. num. 57. in vltimis verbis, & Iaſ. ſub num. 260. in 3. caſ. & ſub num. 246. fall. 36. in 2. lectura, Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 9. nu. 6. fol. 404. & Menoch. d. caſ. 190. num. 12.

63 Ratio eſt eadem cum præcedenti, quia ſi ſumitur pro teſte, debet eſſe eius cōditionis, ac ſi deponeret in cauſa aliena, Bar. & Iaſ. in locis hic ſup. citatis, ſed teſtis vilis, & infamis nō admittitur in cauſa aliena: ergo multò minus in propria.

64 Imò, vt refert & ſequitur Menoch. d. caſ. 190. ſub num. 19. non ſufficit iſto caſu illa honeſtas, & bonitas, quæ in quolibet præſumitur, ſed requiritur in ſpecie aliquid aliud vltra illam præſumptionem arbitrio iudicis; eſt enim ſpecies probationis priuilegiatę, in qua requiritur omnimoda integritas eius, qui deponit, Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 247. ff. de iureiur. in 2. lectura.

65 Et qui dicantur in iſto propoſito honeſti, & perſonæ legales, & qui viles, & non legales, vide Iaſ. in d. l. admonendi. ſub nu. 246. fallen. 36. in 2. lectura, & Menoch. d. caſ. 190. num. 14. 15. & 16.

66 Quarto requiritur, quòd cauſa nō ſit magnæ importantiæ, Bar. in d. l. admonendi. ſub nu. 58. ibi, quia cauſa non eſt magna. & Iaſ. num. 221. 223. in fine, & ſub nu. 260. in 4. caſ. ff. de iureiur. in 2. lect. Maran. d. act. 9. nu. 7. fol. 404. & Menoch. d. caſ. 190. nu. 17. quare ſi cauſa eſſet magna, vel ardua, vel criminalis, vel famoſa, vel ſimilis, hoc iuramētum non eſſet deferendum, Iaſ. ſub d. n. 260. in 4. caſu, & hæc eſt opinio communis.

67 Et licet Gl. in d. l. admonendi. in verbo, exacto iureiur. dum dicit, deferendum eſſe iuramentum actori, maxime ſi res petita eſt modica, videatur ſecundum noſtrum vſum loquendi ſentire, quòd ſit deferendum etiam ſi res ſit magnæ importātiæ, vt aduertit etiā

68 Iaſ. ſub d. num. 221. tamen Gl. benè allegatur à Doct. pro iſto quarto requiſito, quia res poteſt conſiderari in triplici quantitate: quędam enim res dici poteſt modica, quædam non modica, & quædam magna: & proinde non modica, & magna non ſunt idem; vnde ex Gloſ. poteſt quidem colligi, quòd iuramentum ſit deferendum etiam ſi res non ſit modica; ſed non poteſt colligi, quòd ſit deferendum etiam ſi res ſit magnæ importantiæ, cum non modicum ſit quid medium inter modicum, & magnum: imò quando Gl. non

non poſſet ita ſaluari, promptiores eſſe deberemus ad interpretandum illam dictionem (maxime) pro (idest) quàm ad reprehendendum Gloſſam:ſed Gl.non indiget, vt ſaluetur per iſtam interpretationem, cum rectè ſentiat, quòd iuramentum poſſit deferri etiam ſi res non ſit modica, † præſertim cum relinquatur arbitrio iudicis;quę cauſa dicatur magna, & quæ parua, vt ſcribunt in hoc ipſo paſſu Iaſ. in ead. l. admonendi. nu. 222. in 2.lect. Maran. d.act.9. nu. 8. & Menoch.d.caſ.190. num. 18. ſed tu in hoc vide quæ in alio propoſito ſcripſi cap. ſeq. q. 27. limit.40. num.4. & ſeqq.

69

70 Circa hoc quartum requiſitum, & iudicis arbitrium moneo,quòd,quicquid Doct. ſcripſerint, & quicquid dici poſſet in via diſputationis, vbique ſeruatur, quòd ſi cauſa ſit criminalis, in qua agatur de vita hominis, vel membri abſciſſione, aut alia pœna corporis afflictiua, aut alia pœna, quæ irrogaret infamiam, ſemper dicatur cauſa magnæ importantiæ, remoto omni iudicis arbitrio, & ideo licet accuſator haberet vnum teſtem omni exceptione maiorem, ſeu aliam ſemiplenam probationem;tamen accuſatori nunquam deferretur iuramentum ſuppletorium, ſtate Iaſ. in d. l. admonendi. num. 224. ff. de iureiur. in 2.lectura, ſed deueniretur ad tormenta, vt dixi infra num. 112. & ſeqq. Et idem dico ſeruari in cauſis ciuilibus, ſi earũ ſumma, & importantia ſit tanti valoris, vt cõmuniter reputaretur magnæ, ſeu maximę importantię; nam arbitrium iudicis admittitur in his, quæ ſunt circumcirca, ſeu propè medietatem, non autem in his,quæ ſunt in extremitate: vnde ſi cauſa eſſet de toto patrimonio, quod eſſet valoris ſcutorum decẽ mille,ceſſaret arbitrium iudicis, & nunquam daretur iuramentum in ſupplementum.

71 Quæ cauſæ dicantur magnæ, ita vt in eis non deferatur iuramentum ſuppletorium, vide Iaſ.in d. l.admonendi. nu. 227. in 2.illat. & num. ſeqq.

72 Intellige hoc requiſitum, vt ſit verũ,quãdo probatio non eſt maior ſemiplena probatione, quia tunc, ſi cauſa ſit magna, non poteſt deferri iuramentum ſuppletorium,vt locuti ſumus in iſto requiſito.

Secus ſi probatio ſit maior ſemiplena, nõ tamen ſit omnino plena,quia tunc iuramentum poteſt deferri, etiam ſi cauſa ſit magna, Alex.conſ. 103. ſuper eo.num.9.lib.7.& Additionator ad eum conſ.68.viſo proceſſu.ſub num. 8. littera, d. in verbo, ſungi. lib. 3.

73 Sed hæc intelligentia poteſt forſan procedere in ciuilibus,ſed nunquam in criminalibus, de quibus locutus ſum hic ſup.

74 Quinto requiritur, quòd probatio actoris, & rei non ſint ęquales,ita vt vterq; ſemiplene probauerit, puta quia actor probauerit ſemiplene mutuum, & reus ſemiplene ſolutionem; nam iſto caſu actori non deferretur iuramentum, ſed potius deferretur reo, Iaſ. in ead. l. admonendi. ſub nu. 260. in 5. caſu in 2.lect.Maran.in ſuo ſpec.par.6.act.9. n.9. & Menoch.d.caſ.190. num. 19.

75 Hoc requiſitum videtur potius declaratio, quàm nouum requiſitũ, quia declarat, quòd illa ſemiplena actoris probatio, cuius vigore ei defertur iuramentum ſuppletorium, non debet eſſe eliſa per aliam ſemiplenã rei probationem, quia ſi eliditur, actor nullatenus dicitur probaſſe. Videtur etiam hoc requiſitum ſuperfluum, dum dicit, eſſe potius deferendum reo, nam ſi actoris probatio remanet eliſa, vt dixi, actor non dicitur aliquid probaſſe de ſua intentione, & conſequenter reus, nullo etiam ſibi dato iuramento ſuppletorio, debet abſolui diffinitiuè ex regula, actore non probante, reus abſoluitur; ſed pro maiori intelligentia horum, quæ dixi in hoc requiſito, vide infra num. 77. verſ. extende.

76 Sexto requiritur, quòd hoc iuramentum ſit petitum ante concluſionem in cauſa, Maran.in ſuo ſpec.par.6. act.9. num.10. & ſcripſi, & declaraui lib. proxime præcedenti, cap.vlt.num.2.& 3.

77 Extende eandem ſecundam opinionem, poſitam ſupra num. 52. (in qua diximus, actori, ſemiplenè probanti, deferendum eſſe iuramentum; eoque præſtito, & concurrentibus requiſitis, de quibus ſupra, eſſe reum diffinitiuè cõdemnandum) vt aliquando è conuerſo ſit deferendum reo ſemiplenè probanti, &, concurrentibus prædictis quinque requiſitis, & dato caſu, de quo ſupra in quinto requiſito, num.74. videlicet,quòd reus probauerit ſemiplene exceptionem peremptoriam: † nam ad cognoſcendum an, & quando reo poſſit deferri iuramentum ſuppletorium, ſunt breuiter diſtinguendi decem caſus. Primus eſt, quando actor nihil probauit, & tunc reus debet abſolui, & ceſſat materia iuramenti ſuppletorij.† Secundus caſus eſt, quando actor non ſolum non probauit aliquid, ſed reus probauit contrarium plenè, vel ſemiplenè contra actorem

78

79

(quæ

(quæ probatio non erat neceſſaria) & tunc
80 tantò magis eſt abſoluendus. † Tertius caſus eſt, quando actor plenè probauit, & reus
nihil, & tunc ſimiliter ceſſat materia iuramenti ſuppletorij, quia abſolutè reus eſt diſ-
81 finitiuè condemnandus. † Quartus caſus eſt,
quando reus aduerſus plenam actoris probationem probauit aliquid, ſed minus ſemiplenè; & tunc etiam reus eſt condemnandus, &
non poteſt ei deferri iuramentum ſuppletorium, quia non probauit ſemiplenè, quod
eſt primum requiſitum iuramenti ſuppletorij, vt dixi ſup. num. 58. ſi tamen deferretur
actori ad cautelam, non improbarem, vt dixi
82 in ſeqq. caſibus. † Quintus caſus eſt, quando actor plenè probauit ſuam intentionem,
& reus probauit æquè plenè de directo contrarium; & tunc reus debet abſolui; tum
quia, mutuò conquaſſatis probationibus,
actor non dicitur aliquid probaſſe, & ideo
reus debet abſolui, etiam non delato ei iuramento ſuppletorio, vt dixi ſupra num. 74.
in quinto requiſ. tum quia in pari cauſa, &
in dubio proniores eſſe debemus ad abſoluendum; verum ſi iſto caſu ad maiorem cautelam deferretur reo iuramentum ſuppletorium, non eſſet improbandum; quamuis, vt
83 dixi, non ſit neceſſarium. † Sextus caſus eſt,
quando reus ſemiplenè probauit de directo
cõtrarium eius, quod plene probauit actor; &
iſto caſu dico, quòd reus eſt diffinitiuè condemnandus, etiam quòd actori non deferatur iuramentum ſuppletorium, quia probatio actoris iſto caſu extinguit totaliter probationẽ rei, vt ex Bar. Iaſ. Ant. de Butr. Abb.
& alijs plenius, præſertim in alia futura impreſſione, ſecutus ſum lib. prox. pręced. cap. 9.
n. 115. vbi poſui caſum, & ſcripſi infra q. 21.
ſub n. 3. in primo caſu; ſi tamen iſto etiã caſu
actori deferretur iuramentum ſuppletoriũ ad
tollendam pręſumptionem, quę videtur emanare ex illa ſemiplena rei probatione, iuxta
ea, quæ in ſeq. caſu ſcribunt Ant. de Butr. &
Abb. ego non damnarem. Ratio quare ſemiplena probatio contraria aliquid non detrahat de probatione plena, eſt, quia valet argumentum à teſtibus ſuper iure totius cauſę ad
teſtes ſuper facto cauſæ, vt ſcripſi ſupra
quæſt. 2. num. 46. per totum: ſed duo, vel
tres teſtes iuris ſuper iure totius cauſæ, ita
præualent vni, vel duobus, vt de illo vno, ſeu
duobus nulla habeatur ratio, per ea, quę ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 1. n. 42. ergo idem di-
84 cendum eſt in teſtibus ſuper facto cauſę. † Septimus caſus eſt, quando ſemiplena probatio
rei non eſt de directo contraria plenæ probationi actoris, ſed eſt diuerſa, & compaſſibilis; vt pura, quia actor probauerit plenè
ſe mutuaſſe Titio, & Titius ſemiplenè probauerit, ſe ſoluiſſe actori; & iſto caſu ſunt
opiniones: nam Bar. Alex. & Iaſ. in eiſdem
locis à me citatis dicto cap. 9. num. 115. tenent, eſſe deferendum iuramentum ſuppletorium reo, concurrente honeſtate perſonæ,
& modicitate, ſeu non magnitudine cauſæ,
& ſcientia eius, quod iurat per ſenſum corporis, vt dixi ſupra in requiſitis; & hanc
opinionem eſſe communem, refert, & ſequitur indubitanter Iaſ. in loco à me
85 citato dicto cap. 9. num. 115. † Verum ab
iſtorum opinione diſcrepant Ant. de Butr.
& Abb. in locis, à me ſimiliter citatis eodem num. 115. hi namque volunt, quòd
hoc iuramentum deferatur actori, qui plenè
probauit, vt per illud iuramentum tollatur
illa præſumptio, quæ emanat ex ſemiplena
86 rei probatione. † Aliter locutus eſt Anchar.
conſ. 283. iure ſtricto. num. 4. ibi, nam in
ciuilibus. quem ſequitur Sutd. conſ. 173.
cauſa quam. ſub num. 67. lib. 2. qui ſicco
pede, & ieiunè ſcribit ſimpliciter, quòd ſi
probatio ſemiplena ſit compaſſibilis cum
plena, ideoque non ſit de directo contraria,
tunc illa ſemiplena deſtruit plenam, vel ſaltem eam debilitat tam in ciuilibus, quàm
criminalibus: Ego nolo aliquid in iſto caſu
determinare, quia probationes ſunt multum arbitrariæ, vt dixi ſupra num. 56. & in
facti contingentia iudex ex varijs circunſtantijs, ex qualitate perſonarum, & ex veriſimilitudinibus, quæ multum valent in
probationibus, poterit modo vnam, & modo alteram ſequi opinionem, ſecundum fa-
87 ctorum qualitatem. † Vna ſupereſt difficultas, de qua ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 95. ſub
num. 1. verſ. ſed inſurgunt. in alia futura
impreſſione: ſi reus fuerit tortus ex depoſitione vnius teſtis, & quia ſuperauit tormentum, fuit abſolutus, rebus ſtantibus, & deinde ſuperuenerit alius teſtis, qui deponat
contra eundem reum, itaut hi duo teſtes
eum plene conuincant de delicto: quid agen-
88 dum? vide ibi. † Octauus caſus eſt, quando
tàm actor, quàm reus probauit plene ſuam
intentionem per probationes diuerſas, &
compaſſibiles, vt puta, cum actor plene per
duos teſtes probat mutuum, & reus per alios
duos teſtes plene probat ſolutionem: & iſto
caſu notiſſimum eſt omnibus, quòd reus debet abſolui diffinitiuè, & ceſſat in eo mate-

Digitized by Google

89 ria iuramenti ſuppletorij. † Nonus caſus eſt, quando vterque per probationes de directo
90 contrarias probauit ſemiplene. † Decimus eſt quando vterque probauit ſemiplene per probationes compaſſibiles: & vtroque caſu dicendum eſt, quòd reus debet abſolui ſine alio iuramento ſuppletorio, vt loquendo de iſto decimo caſu, ſcripſi ſupra num. 74. in quinto requiſito.

91 Infero ex temperamento, poſito ſupra nu. 58. & ſeqq. & ex alijs varijs conſiderationibus, multos dari caſus, in quibus non eſt locus iuramẽto ſuppletorio, quos caſus per varias collectiones, & illationes, numeri ordine cõfuſo, & intricato, colligit vſque ad decem, & octo Iaſ. in l. 31. admonendi. à num. 221. vſque ad n. 244. incluſiue, ff. de iureiur. in ſecunda lect. & poſtea ab eod. nu. 244. vſque ad num. 246. colligit alias quinque fallentias, quæ ſimul iunctę cum precedentibus caſibus faciũt viginti quatuor caſus, & deinde à num. 246. vſque ad num. 248. excluſiue colligit ordinatè alios caſus, qui, ſi verus eſt numerus, quem ipſe colligit, ſunt, omnibus ſimul iunctis, quadraginta, & alios caſus nouem, & plures ait à ſe omitti: non eſt præſentis noſtri inſtituti de iis agere, ſi tibi contingerit, vt illis caſibus indigeas, ſcis ad quem locum recurras.

92 Supereſt, vt pro huius iuramenti praxi aduertamus; quod tam actor, quam reus, qui nixi ſunt probare ſua incumbentia, & dubitant, an ea probauerint, poſſunt petere conditionaliter ſibi hoc iuramentum deferri, ſi & quatenus expediat, vt ſequitur Franc. Marc. deciſ. 387. de iuramento. num. 3. & 4. & nos in Vrbe in eadem citatione ad ſententiam addimus ad videndum deferri iuramentum in ſupplementum plenę probationis, quatenus opus ſit. Et hæc ſufficiant de ſexto caſu, poſito ſupra num. 50. & ſequentibus.

93 Septimus caſus eſt, quando actor noluit iurare de calumnia, quia reus tunc poteſt abſolui ab obſeruatione iudicij, vt ſcripſi lib. proxime præcedenti cap. 1. ſub num. 84. & explicaui, num. 82. & 85.

94 Octauus caſus eſt, quando inſtat lapſus inſtantiæ, & iudex, qui nondum vidit proceſſum, vel, ſi vidit, ſtat confuſus, anceps, & perplexus, tenetur pronunciare; & iſto caſu, qui non poteſt recenſeri ſine aliqua iudicis verecundia, poſſet iudex confugere ad aliquã ex illis ſententiarũ formulis, quas retuli cap. ſeq. q. 15. nu. 293. & ſeqq. vel poſſet abſoluere reum ab obſeruatione iudicij, adiecta cauſa, quia ſibi de meritis non liquet, vt ſecutus ſum dicta q. 15. nu. 294. vel, ſi inſtantia non periret, quia eſſet perpetua, prout eſt de iure canonico, vel quia fatalia non laberentur, & poſſent facile prorogari, vt in Curia Rom. tunc poſſent iudices dicere, non liquere de cauſa, prout admonet Teſ. in ſuar. deciſ. præfatione ſub num. 32. & ſeruant Auditores Rot. Romanæ, qui etiam ſolent dicere, cauſam eſſe dilatam, hancq; cautelam, vt iudex dicat, non liquere de cauſa, addito iuramento, refert in caſu, quo iudici priuatim conſtaret, veritatem aliter ſe habere, atque probata eſt ex actis, Couarr. variar. reſolut. lib. 1. cap. 1. ſub num. 8. verſ. ſeptimo ſunt.

95 Iſte octauus caſus abſolutionis rei ab obſeruatione iudicij eſt frequens in Curia Florentina ex triplici cauſa. Prima, quia quandoque iudex non vidit, &, ſi vidit, non eſt reſolutus, & inſtat lapſus inſtantiæ, vt dixi. Secũda cauſa eſt, quia ſæpe cauſidici ſunt negligentes in proſecutione cauſarum, & ideo multoties venit procurator rei hodie cũ proceſſu, & dicit iudici, cras vadit ſententia, non potui prius venire, & facit hoc, quando ſperet abſolutionẽ ab obſeruatione iudicij, itaut quãdoque venit vterque procurator actoris, & rei concorditer cum cedula ſententiæ ab obſeruatione iudicij, & dicunt (ecce ſententia, ferenda eſt hoc ſero; cõtenti ſumus, quod feratur ab obſeruatione iudicij, quia dominatio veſtra non eſt informata de meritis). Tertia cauſa eſt, quia aliquando res, de qua agitur eſt magni põderis, cauſa eſt difficilis, & ſumus in ſecunda inſtantia, in qua ſi ſententia ferretur conformis cum prima, faceret rem iudicatam, quo caſu ſatisfaceret vni, nempe, illi, pro quo iudicaret, ſed ferendo ſententiam ab obſeruatione iudicij, ſatisfacit, vt ita dicam, omnibus: primo namque ſatisfacit partibus, vel ſaltem eligit viam tutiorem, quia maior eſt querela eius, contra quem confirmaretur ſententia, & fieret res iudicata, quàm querela eius, cuius ſententia redderetur difformis; primo enim caſu iugulat; in ſecundo definit ſanare, vt certius ſanetur ab alijs; ſecundo ſatisfacit vniuerſaliter iudicio Florentinorum, qui iudicant, prudentius eſſe, vt res difficilis deferatur ad cognitionẽ triũ iudicum, quã quod decidatur iudicio vnius, tũ quia plus vident oculi, quã oculus, tũm quia cũ difficile ſit cõuenire tres in eandem ſententiam, ſi in eam con-

conuenerint, vel clara viſa eſt res, vel certiores reddimur, quod non ſine diuino numine fuit concordia plurium; tertio ſatisfacit magis ſibi ipſi, tum quia, abſoluendo ab obſeruatione iudicij eo quod ſibi non liquet de meritis, releuatur ab onere faciendi deciſionem, quia; ſi non decidit merita, non debet de eis facere deciſionem, tum quia ſuccumbens maiori prouocatur ira aduerſus vnum iudicem, quam aduerſus plures; & hoc duplici ratione: prima, quia cum plurium iudicium æſtimetur firmius, ſuccumbentis ira temperatur: ſecunda, quia inter plures ſemper ſolet eſſe vnus, quaſi anteſignanus, & ſæpè eſt alius, qui ſentit contrarium, ſed aliorum, quaſi inuitus, ſequitur opinionem; & conſequenter ſuccumbens, neſciens, qui pro ſe, & qui contra ſe ſentiebat, quaſi ignorat iudicem; ſecus eſt, cum vnus eſt iudex, quia nec eius iudicium ita æſtimatur firmum, & nulla eſt iudicis incertitudo: ſed male ſeruant quidam iudices, qui votum ſuum fauorabile propalãt ante ſentẽtiã, & collegarũ reuelant poſtea, quod eſt pernicioſiſſimũ.

96 Adeo huius abſolutionis vſus inualuit in Curia Florentina; vt iudex abſoluat non ſolum reum, ſed abſoluat ſimul etiam actorem, tam ab obſeruatione iudicij, quàm ab expenſis: Imò amplius, quandoque primus iudex abſoluit vtrumque ab obſeruatione iudicij, & ab expenſis; & ſecundus in appellatione abſoluit ab inſtantia iudicij, quaſi ſint diuerſæ abſolutiones.

97 Verum hęc abſolutio eſt ſuppoſititia, quia iudex per eam non intendit aliud, quam ſe eximere ab onere ferendi ſententiam propter aliquam ex tribus memoratis cauſis, & conſequenter intendit cauſam remittere ad iudices appellationum; vnde, ſi poſſet eam libere remittere, non abſolueret, ſed diceret ſimpliciter (remitto cauſam ad iudicem appellationis) ſed quia non poteſt facere hanc remiſſionem, tum quia coram ſuperiori non remanet tantum temporis inſtãtię, quanto forſan indiget, & conſumanda eſt illa inſtantia inchoata; tum quia iudicãdi munus eſt neceſſitatis, præſertim in eo, cui ob hoc datur ſtipendium, ideo loco huius remiſſionis ſupponit abſolutionem ab obſeruatione iudicij, per quam, mediante appellatione actoris, ſeu appellantis, cauſa deuoluitur
98 ad iudicem appellationis; † quæ abſolutio propterea, faciendo officium non ſuum, & tranſeundo in alienã naturã, perdit proptiã, & ſimul perdit iuſtitiam abſolutionis.

Primo enim perdit naturam abſolutionis, dum abſoluit etiam actorẽ, tum quia abſolutio eſt reorũ, & ideo inepte abſoluit actorem, tũ quia hęc abſolutio abſoluit actorẽ in verbis, ſed eũ cõdẽnat in facto; nec poteſt aliter eſſe, quia abſolutio ab obſeruatione iudicij de ſui natura, & eſſentia diſſoluit acta ordinatoria; alias eſſet protogatio inſtantiæ, & ideo poſſet actor adhuc coram eo proſequi litem, quod eſt falſiſſimum, quia iudex non prorogat inſtantiam; quare abſolutio ab obſeruatione iudicij, etiam ſi conciperetur ſolùm in perſona actoris, ſemper liberat reum ab illo iudicio, & condemnat actorem, quatenus velit perſiſtere in lite; ad ordinandum nouum iudicium à capite, & conſequenter, conſiderato effectu, reus ſemper abſoluitur, ne teneatur amplius obſeruare illud iudicium ordinatum.

99 Secundo perdit iuſtitiam grauando, modo reum, & modo actorem: Grauat enim reum, quia iniuſte abſoluit actorem ab expenſis, nam abſolutio rei ab obſeruatione iudicij trahit ſecũ pro victoria condẽnationẽ actoris in expenſis, eo quia temere litigauerit: Grauat etiam reum, quia ſi iudex non poteſt expedire cauſam, eo quia actor, ſeu appellãs tarde præſentauit proceſſum, deberet declarare inſtantiã, ſeu fatalia peremptа, quia paria ſunt non venire in tempore congruo, & nullatenus venire, & ex hoc inſtantię lapſu oritur futura abſolutio ab obſeruatione iudicij, & condemnatio actoris in expenſis: & quando eſſemus in appellatione, orientur futura res iudicata per deſertionem appellationis; vnde ſi iudex in prædictis caſibus abſoluit actorem ab expenſis, facit reo iniuſtitiam: Grauat actorem, & notoriè: nam ſi proceſſus eſt ritè, & rectè fabricatus, & actor vlus eſt ex ſui parte debita diligentia, iudex iniuſtè abſoluit reum ab obſeruatione iudicij, perimendo acta ordinatoria, ita vt actor ex illo iudicio iuſtitiam conſequi non poſſit; quia hoc modo iudex ignorantiam, & negligentiam ſuam puniret in diligenti, & ſic ſubuerteretur iuſtitia, maximè quando iudex habuit inſtantiam ſępius prorogatam, vt vidi quandoque: & cõſequenter actor cogetetur appellare, & ſemper poſſet docere de notoria iniuſtitia illius abſolutionis, oſtendendo, quòd proceſſus eſt ritè, & rectè fabricatus, quòd inſtantia non erat lapſa, & quòd ſuam fecit diligentiam coram iudice,

aliàs, non appellando, illa ſententia; licèt iniqua, tranſiret in rem iudicatam, & actor, ſi vellet litem proſequi, teneretur eandem petitionem in iudicium deducere, vt aduertit etiam Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 1. ſub num. 8. verſ. quarto conſtat. ibi, quod ſi tantum ab obſeruatione iudicij. & ideo iudex, qui iniuſtè abſoluit reum ab obſeruatione, ſeu inſtantia iudicij, tenetur actori in æſtimatione litis, ſeu ad emendandum damnum illatum actori, vt ex Bar. Bal. & Paul. de Caſtr. ſecutus ſum ſupra num. 49. Grauat etiam actorem, quando reus vſus eſt tot ſubterfugijs, & diuerticulis, vt non potuerit expedire cauſam; nam iſto caſu potius quàm abſoluere reum ab obſeruatione iudicij, deberet, ſi ſtatuta, ſeu ſtylus non repugnant, declarare inſtantiam, ſeu fatalia non eſſe lapſa, per ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 15. num. 316.

100 His non obſtantibus, hæc abſolutio frequentatur in Ciuitate Florentiæ: & licet abſolutio actoris contineat intrinſecè eiuſdem condemnationem ad renouandum iudicium, quatenus velit perſiſtere in lite, & ſic in effectu ſit abſolutio in verbis, ſed in facto ſit condemnatio, vt dixi ſupra num. 98. verſus finem; tamen cum eſſet obligatus proſequi litem vſque ad ſententiam incluſiuè, videtur ei conuenire terminus abſolutionis ab illa obligatione, quia, vbi eſt habitus, ibi poteſt dari priuatio; & illa condemnatio ad renouandum nouum iudicium, quia venit in neceſſariam conſequentiam ex natura abſolutionis, non eſt conſideranda.

Ratio, qua iuſtificari poteſt hæc abſolutio, eſt, quia cum iudex quandoque propter multitudinem cauſarum, innctà breuitate inſtantiæ, cogatur, definiendo, vel omittendo, facere iniuſtitiam, toleratur, vt eam faciat, omittendo, quia minorem facere non poteſt; & cum ex illa omiſſione, quæ conſiſtit in abſoluendo reum ab obſeruatione iudicij, grauet actorem, vt dixi num. præced. minuit, quantum poteſt, grauamen, abſoluendo eundem ab expenſis: & licet hæc abſolutio ab expenſis videatur iniuſta, cum expenſarum condemnatio vèniat in conſequentiam ad abſolutionem rei, vt dixi num. præced. tamen, quia hæc condemnatio, quæ veniret in conſequentiam, procederet ab iniuſta abſolutione rei, & iniuſtitiæ non ſunt multiplicandę per conſequentiam, abſolutio ab eis reputatur iuſta; imò quia actor, ſi culpa iudicis, vel rei non expediret cauſam, deberet de iure reſtitui in integrum aduerſus illam non expeditionem, & lapſum inſtantiæ, ſeu fatalium, etiam ſine expenſarum refectione, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 15. num. 311. verſ. ſecus. num. 316. & 324. iudex, quod non poteſt facere per viam reſtitutionis in integrum, facit quod poteſt ex remedio ordinario in abſolutione ab expenſis, & ſic occurrit actori, ne ei inferatur vulnus expenſarum, quod ex debito iuſtitiæ per remedium reſtitutionis eſſet ſanandum.

Augetur ratio huius tolerantiæ, quia ſi iudex in illa anguſtia, & perplexitate careret hoc extremo remedio abſoluendi reum ab obſeruatione iudicij, perirent inſtantia, ſeu fatalia, & perempta inſtantia, actor vel cogeretur recurrere ad iudicium reſtitutionis in integrum, vel teneretur, refectis expenſis, nouum inſtituere iudicium: lapſis vero fatalibus, oriretur res iudicata, & ſimiliter cogeretur recurrere ad iudicium reſtitutionis in integrum, aut pateret rei iudicatæ, quibus omnibus obuiatur per hanc praxim, & cautelā abſolutionis ab obſeruatione iudicij, quia poteſt actor, ſeu qui appellauit, ab ea appellare, & cum appareat, eſſe iniuſtam, reuocabitur, feretúrq; inſimul ſententia ſuper meritis.

101 Infero ex his omnibus, quòd iudices primarum appellationum in Ciuitate Florentiæ ſunt faciles ad reuocandas ſententias, adeò quòd ibidē ſine iudicum erubeſcentia, dicunt (iudex appellationis, iudex reuocationis) nā vel reuocat expreſsè, & tunc tenetur facere deciſionem, & reddere cauſas, ex quibus eſt motus ad reuocandum, & de iſta reuocatione, ſi eſt motus ex iuſta cauſa, debet laudari, quia tunc in eius motiuo magiſtratus virum oſtendit: & erunt tunc primus, & ſecūdus iudex, quaſi exploratores, & inſtructores iuriū partium, vt coram iudicibus ſecundarum appellationum, res, plenè cognita, certius decidatur; vel reuocat tacitè per abſolutionē ab obſeruatione iudicij, quia cum hęc abſolutio nullatenus ſit conformis cum prima ſententia, habet neceſſariam illius reuocationē: hac tamen abſolutione non debet indiſtinctè vti, quia ſalarium, quod ei datur pro ſtipendio, conuerteretur in furtum.

102 Amplia primo, explicando, vt eoſdem effectus, quos habet abſolutio ab obſeruatione iudicij, eoſdem habeat abſolutio (rebus ſtantibus) & proinde idem eſt abſoluere ab ob-

Digitized by Google

obſeruatione iudicij, & abſoluere, rebus ſtantibus, quia licet huiuſmodi abſolutione vtamur in criminalibus, vt dixi infra num. 164. & non in ciuilibus; tamen, ſi quis iudex ita abſolueret in ciuilibus, intelligeretur abſoluiſſe ab obſeruatione iudicij, quia illa verba (rebus ſtantibus) denotant, vt ſi actor nolit acquieſcere, debeat rurſus nouo iudicio oſtendere, rem aliter ſtare, vt apertius explico infra ſub nu. 165. verſ. quia reſpondeo multipliciter.

103 Amplia ſecundo, vt abſolutio ab obſeruatione iudicij habeat eoſdē effectus, etiam ſi iudex in ea reſeruaret actori ius melius probandi, quia nihilominus actor ſine iudicij renouatione non poſſet melius probare, cum per illam abſolutionem ab obſeruatione iudicij ſint diſſoluta acta ordinatoria, vt dixi ſupra num. 99. & illa reſeruatio melius probandi ſeruit de vento, non enim facit aliud, niſi quod enixius oſtendit, iudicem non impoſuiſſe ſilentium perpetuum.

104 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat non ſolùm, quando inſtantia poſtea labitur, antequam actor faciat aliam probationem, quo caſu tantò magis ſunt renouanda acta ordinatoria, ſiquidem illa reſeruatio non habet vim protrahendi inſtantiam vltra eius terminum; ſed ſubamplia, vt procedat, etiam ſi inſtantia eſſet perpetua; & ratio eſt, tum quia illa abſolutio habet hunc præcipuum effectum, vt liberet reum, ne teneatur vlterius obſeruare illud iudicium, & conſequenter alio eſt opus iudicio; tùm quia illa abſolutio eſſet omninò fruſtratoria, cum iudex, nulla etiam lata abſolutoria ab obſeruatione iudicij, poſſet expectare, vt actor melius probaret, ſiquidem cum inſtantia ſit perpetua, nullo iure cogitur interponere hanc abſolutoriam.

Aduerte, Domine iudex appellationis, quòd licet, vt dixi, in Curia Florentina propter imminentem inſtantię lapſum, & ob non dum viſum proceſſum, cauſidici ſæpe petant, abſolui partes ab obſeruatione iudicij, tamen non debes abſoluere, quando nec appellans, nec appellatus producit corā te aliud, quàm ſententiam, vna cum appellatione, ſed tunc indiſtinctè debes ſententiam ferre diffinitiuam contra actorem originarium, reuocando ſententiam condemnatoriam, à qua appellauit reus condemnatus, & confirmando abſolutoriam, à qua appellauit actor, quia eo ipſo, quod actor non docet de ſua intentione, conuincitur iniuſtitia condemnationis, & iuſtificatur abſolutio, vt latius dixi cap. ſeq. q. 20. num. 7. in fine.

105 Nonus caſus eſt, quando actor non ſoluit decimam, ſeu diricturam in Ciuitate Florentię: & iſto caſu eſt diſtinguendum: Aut actor plenè, & concludenter probauit intentionem ſuam; & dico, quòd adhuc reus eſt abſoluendus ab obſeruatione iudicij, quia actor, qui non ſoluit diricturam, non eſt audiendus, & ideo ſententia, quæ ferretur ad eius fauorem, eſſet nulla, prout de ſententia, lata ad fauorem excommunicati, ſeu banniti, dixi ſupra gl. 10. verſus finem, num. 76. vnde actor poterit appellare, & tunc ſoluere diricturam, vt poſſit obtinere in ſecunda inſtantia coram iudice appellationis; alias ſi eam non ſolueret, eſſet denuo abſoluendus reus ab obſeruatione iudicij, & actor ſemper condemnandus in expenſis: Aut actor non probauit ſuam intentionem, & tunc ſuppoſita litis conteſtatione, & aſſignatione dilationum ad probandum, reus eſt abſoluendus diffinitiuè, quia diricturę ſolutio omiſſa ab actore, præiudicat ipſi actori, ne valeat obtinere condemnationem contra reum; non autem præiudicat reo, ne valeat obtinere abſolutionem contra actorem, quia pœna debet tenere ſuos auctores; & hoc dummodo reus ſoluerit contradiricturam, & ſoluat etiam diricturam, recuperaturus vtramque ab actore in condemnatione expenſarum, ad quas debuit condemnari.

106 Decimus caſus eſt è conuerſo, quādo actor ſoluit diricturam, ſed reus non ſoluit contradiricturam; & iſto caſu dico, quòd ſi actor nihil probauit, iudex non poteſt ferre ſententiam ad eius fauorem, quia nihil probauit, neque poteſt abſoluere reum, quia non ſoluit contradiricturam, & ideo debet eum abſoluere ſolum de facto, cum de iure non poſſit, vel debet pronũciare, ſe propterea pro actore non pronunciare, quia non probauit, neq; pro reo, quia non ſoluit decimam, vt retuli cap. ſeq. q. 15. num. 295. Et idem forſan dici poſſet in caſu, quo actor probaſſet ſuam intentionem, & reus ſuam exceptionem, quæ omninò deſtrueret intentionem actoris: nam non debet ferre ſententiam pro reo, quia non ſoluit contradiricturā; & ſi ferret, eſſet nulla, vt dixi, neque videtur, quòd poſſit ferre pro actore, quia eius intentio videtur deſtructa: ſed tamē iſto caſu de iuris rigore, quē iudex tenetur attendere, dicerem, quòd deberet

Digitized by Google

condemnare reum diffinitiuè, quia eius exceptio non potuit audiri, & audientia illa de facto, ei non debet prodeſſe, & ei erit conſultum, vt appellet, & ſoluat contradirictùram, & in cauſa appellationis, audita, & probata ſua exceptione, reuocabitur ſententia.

107 Vndecimus caſus eſt, quando non ſumus in abſentatione, ſeu contumacia actoris, neque ſumus in caſu, in quo nullius ſupponimus contumaciam, prout in his caſibus hucuſque videmur locuti; ſed ſumus in contumacia rei: & iſto caſu dico, quòd actori competit duplex via, ſeu remedium.

Primum remedium eſt, vt faciat ſe mitti in poſſeſſionem ex primo decreto, & poſtea ex ſecundo, vt late ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 96. ſub num. 3. & ſeqq. & hæc miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto non eſt ſententia diffinitiua, quia ſi agatur actione reali, reo comparenti infra annum, & reficienti expenſas, reſtituitur poſſeſſio, & auditur, vt dixi ibidem, num. 8. & etiam poſt annum ante interpoſitionem ſecundi decreti: ſed ſi reus comparuerit poſt interpoſitum ſecundum decretum, tunc poterit agere ſolum rei vendicatione, vt ſecutus ſum eod. num. 8. ſi verò agatur actione perſonali, poteſt, refectis expenſis, & pręſtita cautione, recuperare poſſeſſionem quandocunque ante interpoſitionem ſecundi decreti, vt dixi ſub eod. nu. 8. & 10. & conſequenter reus per iſtam miſſionem actoris in poſſeſſionem non dicitur condemnatus diffinitiuè, per ea, quæ dixi eod. num. 8. & quod miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto ſit interlocutoria, ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. memb. 4. num. 124. & limit. 30. num. 3. & quòd etiam ſecundum decretum ſit interlocutoria, ſecutus ſum ead. limit. 6. memb. 4. ſub nu. 130. verſ. ratio. & licet habeat vim diffinitiuæ, quia abſorbet ius partis, vt dixi ibidem, & limit. 47. memb. 1. num. 204. & ideo debeat pars agere rei vendicatione, vt dixi hic ſupra; tamen retinet naturam interlocutoriæ, & hac ratione iudex poteſt eam reuocare, vt dixi eod. cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. nu. 25. & 49.

108 Secundum remedium eſt, vt ſi actor plene probauerit intentionem ſuam, reus condemnetur diffinitiuè, præſertim ſi lis fuerit conteſtata, vt locutus ſum eod. cap. 96. nu. 16. dico (præſertim ſi lis fuerit conteſtata) quia licet, lite non conteſtata, Doct. faciant iſtam differentiam, vt reus poſſit diffinitiuè abſolui, ſed non diffinitiuè condemnari, vt ſcribunt Doct. quos citaui ſupra lib. 1. cap. 93. ſub num. 3. verſ. ſi vero lis. tamen hęc differentia de generali conſuetudine non attenditur, & quando requiritur litis conteſtatio, pronunciatur pro conteſtata ex diſpoſitione ſtatutorum, & conſuetudinis, Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 59. in fine, num. 7. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. vlt. num. 7. & aliqua dixi lib. 2. cap. 3. num. 280. & 281.

109 Capio ſecundam ſpeciem, videlicet cauſam criminalem, & in ea diſtinguo duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando plenè conſtat, reũ eſſe delinquentem, vel innocentem: & iſto caſu iudex debet eum diffinitiuè cõdemnare, vel abſoluere, prout ei conſtat de nocentia, vel innocentia: & quòd cõſtito de innocentia, debeat diffinitiuè eum abſoluere, & quando dicatur de ea cõſtare, & quæ ſit forma huius abſolutionis, ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 95. num. 1.

110 Secundus caſus eſt, quando de neutro plenè, & ſufficienter conſtat: & iſto caſu cõſidero plures gradus probationum, & indiciorum; quia ſententia ferenda, ſiue ſit diffinitiua, ſiue interlocutoria, ſeu quęuis prouiſio ſit facienda, debet iuſtificari ex qualitate indiciorum, & probationũ: Primo enim loco iudici cõſtare debet de corpore delicti; tanquam hæc ſit ianua, ſine qua non pateat acceſſus ad proceſſum criminalem, &, ſublato proceſſu, ceſſat omnis ſententia, tàm diffinitiua, quàm interlocutoria, per ea, quæ dixi ſup. lib. 1. cap. 71. & 83. nu. 2. & ſeqq. Secundo loco, cõſtito de corpore delicti, debet videre, an ex inquiſitione generali, vel alias ſit ſibi aperta via ad inquirendum ſpecialiter, necne iuxta ea, quę ſcripſi eod. lib. 1. cap. 84. num. 1. & ſeqq. & cap. ſeqq. vſque ad cap. 88. excluſiuè: nam ſi non habet indicia ſufficientia ad inquirendum ſpecialiter, ſeu procedendum contra certam perſonam, deficit iudicium, quia deficit perſona rei, quam eſſe de ſubſtantia iudicij ſcripſi ſup. gl. 10. num. 1. & ſeqq. & conſequenter non eſt tractandum de condemnatione, vel abſolutione, ſed debet liberè relaxari, & ſine vlla impenſa, vt ſcripſi eod. lib. 1. cap. 94. ſub n. 1. verſ. ſi in ſecundo. quicquid dici poſſet diſputando in puncto iuris, per ea, quæ ſcripſi eod. lib. 1. cap. 95. ſub nu. 1. verſ. ſi non ſunt purgata. licet enim illa, quæ ibi ſcripſi, videantur iuridica; tamen ſunt nimis aliena à pra-

à praxi: ſi verò habeat indicia ſolum ad inquirẽdum ſpecialiter, ſeu procedendũ contra certam perſonã vſq; ad interrogationem ſuper illo delicto, isq. interrogatus neget, & iudex alia indicia, ſeu probationes non habeat; poterit, ſi ſpẽ aliquã habeat, quòd poſſint ſuperuenire alia indicia, eũ adhuc detinere per aliquot dies carceratũ, & vbi nõ ſuperuenerint, debet eũ dimittere cũ fideiuſſione, vel ſine, vt ſecutus ſum eod. lib. 1. cap. 94. num. 1. verſus finem; & poterit etiam, ſi magis placuerit, abſoluere cum clauſula ſolita (rebus ſtantibus) & ita ſeruatur vbique in praxi, licet in puncto iuris poſſent conſiderari illæ diſtinctiones, quas feci d. cap. 95. ſub num. 1. verſ. ſi non ſunt purgata. & verſ. ſi agitur de expediendo. ſi autem ſuperuenerint indicia ſufficientia ad torturam; tunc ſeruabit ea, quæ nunc dicam in ſeq. memb.

111 † Si ergo iudex habeat fortiora indicia, quæ faciant ſemiplenam probationem, & conſequenter ſufficiant ad torturam; tunc diſtinguo: vel iudex, ſi poteſt, procedit, denegatis defenſionibus, ad torturã; prout poſſunt procedere magnæ Curiæ, de quibus ſcripſi eod. lib. 1. cap. 97. num. 87. & 88. præſertim in alia futura impreſ. & tunc, ſi reus ſuperauit tormentum, nihilq. faſſus ſit, & iudex prętendat, reum eſſe adhuc condemnandum ad aliquam pœnam extraordinariam, aut eſſe denuo torquendum, eo quia indicia non videantur ſufficienter purgata; dico, quòd tunc debet in primis dare reo defenſiones; quia tortura non poteſt repeti ex pręeminẽtia, denegatis defenſionibus, vt dixi eod. cap. 97. num. 88. verſus finem, verſ. aduerte etiam. neque ſine defenſionibus poſſet ad aliquam pœnam condemnari: defenſionibus autem datis, ſi tortus addat alias probationes, quæ Curię indicia penitus elidant, erit abſoluendus ſaltem ex deductis, vt dixi eod. lib. 1. cap. 95. ſub num. 1. verſ. ſi de conſuetudine. licet in puncto iuris poſſent adduci opiniones, quas adduxi ſub eod. nu. 1. verſ. ſi non conſtat. & verſ. altera verò. ſed ſi alias non addat probationes, & ſupponamus, indicia, pro quibus fuit tortus, non facere niſi ſemiplenam probationem, adhuc dicerem, eſſe abſoluendum ex huculque deductis, etiamſi videri poſſet, quòd ex qualitate indiciorum potuiſſet grauius torqueri: nam illa minor tortura ſuppletur ex illa qualitate, quòd fuit illata, denegatis defenſionibus; & ita practicarem, quia iudex elegit illam viam, & illa debet patere, pręſertim quia illud, quod remanet de indicijs, nõ poteſt ſufficere ad aliquam condemnationem; ſi tamen iudex velit ſupplere torturam pro quãtitate indiciorum, quæ remanent, non faceret iniuſtitiam: vel proceſsit ad torturam, datis defenſionibus,

112 & adhuc concluderem, vt ſup. † vel non proceſsit ad torturam, ſed vult eum condemnare ad aliquam pœnam extraordinariam; & dicerem, quòd iniuſtè condemnaret, quia ſemiplena probatio non ſufficit ad condemnandum etiam in cauſa ciuili pro re modica, niſi accedat iuramentum ſuppletorium, per ea, quæ dixi ſup. num. 58. & ſeqq. ſed in cauſis criminalibus requirũtur probationes luce meridiana clariores, quia ſunt cauſę magnę importantię, & ideo in eis nõ admittitur præfatum iuramentum ſuppletorium, vt dixi ſup. num. 70. & ſicut in cauſis ciuilibus ſemiplena probatio non ſufficit ad condemnandum in tota quantitate, nec in parte, per ea, quæ dixi infra q. 21. num. 1. & ſeqq. ita à fortiori nec in toto, nec in parte debet ſufficere in criminalibus: neque aduerſantur ea, quę ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 48. ſub num. 24. verſ. declara. & ſup. lib. 1. cap. 65. num. 5. quia illa procedunt in ſequenti mẽ-

113 bro. † Quòd ſi iudex habeat indicia, & probationes vltra ſemiplenam probationem, tunc reperio triplicem opinionem, ſeu praxim. Prima opinio eſt, quòd reus torqueatur grauiter ſecundum qualitatem indiciorũ, & grauitatem delicti: & ſuperatis tormentis, abſoluatur ex deductis, ſeu, rebus ſtantibus, & ita ſeruatur de conſuetudine, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 95. ſub num. 1. verſ. ſi de conſuetudine. quamuis de iure multi velint, quòd eſſet abſoluendus diffinitiue, vt retuli ſub eod. nu. 1. verſ. altera vero opinio. & hæc opinio eſſet ſeruãda quando indicia nõ ſunt vrgentiſſima, ſeu, vt vocãt, indubitata, & reus

114 eſt ſufficienter tortus. † Secunda opinio eſt, quòd, omiſsa tortura, condẽnetur ad aliquã pœnam extraordinariam, prout hanc ſecundam, & primam præcedentem opin. ſequor eod. lib. 1. cap. 65. num. 5. cap. 93. ſub num. 1. verſ. ſed prędictum. & latius hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 17. limit. 48. ſub num. 24. verſ. de-

115 clara. † Tertia opinio eſt, quòd torqueatur; & nihilominus, ſuperatis tormẽtis, condemnetur in aliquam pœnam, mitiorem ea, ad quam fuiſſet condemnandus ſine tormentis, & hanc opinionem quandoque ſeruari, refert, & ſequitur Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. q. 64.

q. 64. verſ.illata. & ego ex eo retuli dicto lib.1.cap.95.ſub num.1.verſ.ſi ſunt non ſufficienter.& licet hęc praxis poſſet videri aſpera, tamen ego etiam ſæpe eam ſeruaui,& vidi multum ſeruari,quando inditia ſunt vehementia,& vt aiunt, indubitata, & pręſertim ſi pro illo delicto eſset imponenda pœna vltimi ſupplicij,quia tunc nunqnam videntur ſufficienter purgari per torturam, cum rei ad euadendam mortem, omnia ſuſtineant tormenta; eligentes potius pendere per bra-
116 chia,quam per collum; † & licet aliqui iudices parum practici ſe abſtineant à tortura, ne debilitentur inditia, tamen non ſunt experti aleatores, cum per illam torturam poſſint perdere parum, & lucrari multum; nam licet propter illam torturam ſuperatam debeat iudex aliquid minuere de pœna, prout ſibi videbitur, tamen poſſet ex illa tortura habere confeſſionem,& plenam, ac certam ſcientiam delicti, & conſequenter imponere pœnam ordinariam grauiorē delicti; imò hæc tortura eſſet omnino inferenda, quando reus eſſet confeſſus, ſeu conuictus de delicto ſimplici, ideoque minus graui, & eſſet inditiatus de delicto qualificato, ideoque grauiori, vt puta,quia ipſe fateretur homicidium rixoſum,& inditia extarent,quòd fuiſſet præmeditatum,& proditorium, aut cum aſſaſſinio, quia tunc iudex, præmiſſa ſolita proteſtatione ſine præiudicio probatorum,& confeſſatorum, debet eum torquere ſuper illa qualitate,de qua extant inditia ſufficientia, & licet reus ſuperet tormenta, & nihil fateatur,& ſic purget illa inditia; tamen non minuet pœnam delicti, de quo eſt conuictus,ſeu confeſſus: nec iſto caſu admittunt Criminaliſtæ illam ſubtilem diſputationem, an iudex debeat acceptare ſimpliciter, & in totum confeſſionem inquiſiti, vel omnino reijcere,iuxta ea,quę lariſſimè explicaui lib. proxime pręcedenti cap.11. ſub num. 88. & ſeqq.ita, vt ſi eam non acceptauerit, & ideo confeſſum torſerit, non ſit amplius habenda conſideratio de illa confeſſione, quaſi ſit per torturam eliſa, & ita ego iam à iuuentute ſeruaui, & vidi ſeruari,& dum eſſem Florentiæ interrogatus, retuli Sereniſſimo Magno Duci Hetrurię,cuius relationis tenor,ſubſtātia non mutata,eſt ſequens,quamuis iuſtiſſimus ille Princeps, iuſtiſſimis, vt arbitror, de cauſis,noſtrā relationē nō approbauerit omnino in omnibus: licet enim inferior à Principe non poſſit iudicare, niſi ſecundum allegata,& probata, tamen Princeps, cuius cor eſt in manu Dei, poteſt iudicare ſecundum ſuam conſcientiam, vt ſcripſi q.ſeq. nu. 54.

Sereniſſimo Signore.

Per referire à V.A.il parer mio del proceſſo,fabricato prima in Peſcia, & poi in Firenſe ſopra l'homicidio, commeſſo da Horatio Mei, & ſupra la falſità, che ſi pretende eſſer commeſſa dal medeſimo, & da altri complici,ſtimo il tutto,per proceder diſtintamente, douerſi ridurre à due difficoltà principali.

La prima, ſe contra i ſudetti inquiſiti ſi debba vſar altra diligenza nel proceſſo.

La ſeconda,ſe non vſandoſi altra diligenza, poſſano per il proceſſo fabricato eſſer cōdennati,& in qual pena,ò pur debbano eſſer aſſoluti, & in qual modo.

117 Quanto alla prima difficoltà, ſtimo, che prima di venir all'eſpeditione del proceſſo ſi doueria eſſaminar Horatio ſopra la premeditatione, & proditione, ch'il fiſco pretende contra di lui nell'homicidio, ch'egli confeſſa hauer commeſſo in ſemplice riſſa, & in queſto conſtituto,& eſſame con opportuni interrogatorij ſe li doueſſero moſtrar l'inueriſimilitudini, le variationi, & tutto quello,donde egli poteſſe conoſcere, che il giudice è pienamēte inſtrutto, & ch'egli reſta quaſi con-
118 uinto, & euidentemente bugiardo, † perche quindi cominciaſſe à temere l'aſprezza de tormenti, che la giuſtitia deue vſar contra di lui, & da queſto timore s'andaſſe perden-
119 do d'animo,†eſſendo che l'animo ſia quello, che ſupera i tormenti,& toltoli per quanto ſi può l'animo, & dareli prima le diſeſe,ò ſenza diſeſe, ſe i giudici hanno queſta preminenza; nell'iſteſſo conſtituto douria tormentarſi con la ſolita proteſta di non pregiudicare alle coſe gia confeſſate, & prouate, & che perciò ſi tormenta ſolo ſopra la preme-
120 ditatione, & proditione, delle quali è inditiato;† & ſe il fiſco mi diceſſe,che queſto tormento potria eſſergli di pregiudicio, perche, ſuperati i tormēti,douria ſcemarſi della pena dell'homicidio riſſoſo, non oſtante la ſudetta proteſta; io li reſponderei, che queſto potriā procedere,quando fuſſe tormentato ſenza queſti indicij di premeditatione, & di
121 proditione, † nel qual caſo il tormento ſaria
122 ingiuſto, & il giudice mal prattico; † ma eſſendoui inditij, che l'homicidio confeſſato ſia molto più enorme,deue il giudice tormentarlo

tarlo ſopra di eſſi cō la ſudetta proteſtà; anzi quando l'homicidio,ò altro delitto non fuſſe pienamente prouato, ma ſolo vi fuſſero inditij tanto graui,che il reo poteſſe venir cōdennato in pena arbitraria,minore dell'ordinaria,ad ogni modo i giudici ſon ſoliti farlo prima tormentare, & quantunque egli ſupere i tormenti, condennarlo in pena alquanto minore di quella, nella quale l'haurianò cōdennato, ſe non l'haueſſero fatto tormenta-
123 re; ma queſto lo fanno,quādo ſtimano gl'inditij eſſer tanto vehementi, & come dicono, indubitati,che giudicano, ch'il tormento ſuperato non habbia potuto intieramente euacuarli,& queſta è prattica cōmunemente approuata,perche dal tormēto può la Rep. perder poco, & guadagnar molto; percioche non trouandoſi bilancie, ne miſure, con le quali poſsino vgualgliarſi gl'inditij con i tormenti,ſi rimette alla prudente cognitione de' giudici in che grado ſtimino gl'inditij, & in che grado i tormenti ſuperati; onde s'il reo per i tormenti confeſſa,& fà manifeſto il delitto, ſi guadagna la certezza, & ſi caſtiga pienamente il reo, & all'incontro, quando ſupere i tormenti, non molto i giudici ſcemano della pena, che gl'haueriano data ſenza hauerlo tormentato: ma perche queſta diligenza, che nel principio hauria potuto operare, hoggi veriſimilmente riuſciria vana, paſſo alla ſeconda difficoltà.

124 Quanto dunque all'altra difficoltà, & parlando prima d'Horatio; dico,che può eſſer condennato in pena arbitraria minore dell'ordinaria; come in queſto mi par che conuenghino tutti; la qual pena potria eſſer in parte pecuniaria, & in parte di relegatione,ò eſſiglio ſecondo l'vſo del tribunale.

125 Degl'inditij della proditione non ne terrei molto conto, perche ſe ben il fiſco pretēdeſſe, che Horatio premeditatamēte,& cō deliberatione vccideſſe Matteo; eſſendo che il volerli Horatio chiedere piacere dell'acqua, non era negotio da leuarlo di quel luogo, & condurlo in luogo,doue non fuſſe alcuno; poi la qualità dell'arme, la parte del corpo,doue lo ferì,la profondità della ferita, & la celerità,con laquale commiſe l'homicidio,fanno grande argomento,ch'egli haueſſe intentione premeditata di volerlo vccidere.

126 All'incontro nondimeno queſta premeditatione, preteſa dal fiſco,s'oſcura aſſai,con l'eſſerſi nel proceſſo offenſiuo prouata l'amicitia ſtà di loro continua ſino à quell'inſtante, & che per eſquiſita diligenza, ch'il fiſco habbia fatta, per inueſtigar la cauſa di queſt'homicidio, & per molte, & minime occaſioni,che ſi ſieno andate penſando, non ſi è potuto trouar, che poſſa eſſer ſtato altro, che l'eſſer ſtato ſbucchiaro & però dāneggiato vn tantino vn'arboſcello di ſalce di Matteo,del qual danno ſi può credere, che Matteo ne faceſſe qualche reſentimento, & che di quà procedeſſe la riſſa, & dalla riſſa l'homicidio: di più ſi vede ch'Horatio non andò in luogo, doue fuſſe Matteo; mà Matteo venne nel luogo, doue era Horatio: Horatio non haueua altra arme, ch'il pugnale, come haueua anco Matteo, eſſendo l'vn,& l'altro ſoldato delle bande,che lo portauano ſempre,anzi Horatio portaua aperto il veſtito al petto, che ſi vedeua la carne, & tutto queſto appariſce per depoſitione de teſtimonij parenti di Matteo, eſſaminati nel proceſſo offenſiuo: ſi che,circonſcritti anco tutto li teſtimonij, eſſaminati per diſeſa d'Horatio, perche, come ſoſpetti di falſo, non debbano hauer fede;ad ogni modo l'homicidio par riſſoſo, ò almeno dell'eſſer proditorio reſta in dubio, nel qual caſo douemo inchinar nella parte più mite.

127 Parlando poi hora degl'altri inquiſiti di falſo, & dubitandoſi,ſe debbano eſſer puniti, ouero aſſoluti, ò che debba farſi; & quiui par che ſia la diſcordia.

Io quanto à me ſono di parere, che debbano eſſer rilaſſati con malleuaria di ſcudi. . . . . . di repreſentarſi ad ogni ordine del Magiſtrato,duratura per 18. meſi, & ſono di parere, che non ſi poſſino condennare, & che la diligenza, vſata per inquiſirli di falſo, ſia ſtata ſouerchia, & però ſia ſtato eſfrenato il numero de teſtimonij, i quali hanno più toſto partorito qualche intrigatione, & veſſatione lunga, come anco dirò accidentalmente, che la diligenza in eſſaminar tanti teſtimonij etiam ex officio ſopra l'homicidio, hà più toſto debilitato, & pregiudicato al fiſco, che giouatoli.

128 Le ragioni, che mi muouono à queſto parere di douerſi ſcarcerar queſti teſtimonij, inquiſiti di falſo, & di ſubornatione, fra quali è anco Horatio homicida, ſono molte.

La prima è,perche eſsēdo la pena del falſo grauiſſima, perche il delitto di falſità ſi ſtima maggior,ch'il veleno,e,& che l'occidere,perche chi è notato di falſo,è tenuto ſenza fede, & ſenza

a Aff. deciſ. 404 fuit. nu. 23.

& ſenza conſciẽtia,& cõſeguẽtemẽte appreſ-
ſo à gl'huomini è vn niẽte,[a] onde nõ ſtiman-
doſi più per huomo,&non eſſendo appreſſo à
gl'Italiani delitto nel mondo,che ſia più op-
probrioſo di queſto: [b] nella cõdennatione di
queſto delitto ſi richiedono proue euiden-
ti, & non baſtano gl'inditij, & ſoſpitioni.

b Phil. Prob. in addit. ad Io Monac. in cap cupientes. in verbo niſi fides, n. 1. & 2 de elect. in 6. Frãc. Becio conſ. 78 in cauſa. nu. 5. lib 1 & Sur. cõſ 132. cõtra, num. 79 & 80. lib. 1.

129 La ſeconda, perche tanto al fiſco contra
i teſtimonij del reo; quanto al reo contra i
teſtimonij del fiſco, per conſeguir la vittoria
nella cauſa principale d'accuſa, querela, ò in-
quiſitione, baſta di moſtrar, che i teſtimonij
ſieno ſoſpetti, & inditiati di falſo: onde, ſe-
guendo dalla ſoſpitione di falſo il medeſi-
mo effetto, che ſeguiria dalla proua mani-
feſta, non è ſolito (mentre che la falſità non
ſia concludentemẽte prouata per confeſſio-
ne propria, ò per altra piena proua) di pro-
cedere più oltre ſopra gl'inditij, & ſoſpitio-
ne; particolarmente perche queſto proceſſo
potria anco portare pregiuditio al fiſco, mẽ-
tre eglino induratamente ſosteneſſero la
loro depoſitione nel tormento: ma ſaria ben
neceſſario procederui, quando dalla ſoſpitio-
ne, & inditij di falſo non naſceſſe la vittoria
d'altra cauſa principale.

c S. Agoſt de Ciuit. Dei, lib 19. ca. 6. da me referito nel mio trat de ſent. & re iud gl 14 queſt 8. num. 9.

130 La terza, perche quando vn teſtimonio à
difeſa fuſſe pienamente conuinto di falſo, ad
ogni modo non ſi puniria, ſe non con pena
ſtraordinaria, come ſcriuono molti Dottori,
l'opinione de quali par ragioneuole; dun-
que quando non ſia pienamente conuinto,
ceſſarà anco la pena ſtraordinaria, & quin-
di naſce, che l'vſo del foro non vi attende.

131 La quarta è, che ſi deue conſiderare, ch'il
teſtimonio è grauato ad eſſaminarſi, eſſendo
queſto officio neceſſario, & ch'egli per il fat-
to, & verità, pertinente ad altri, deue eſporſi
ſenza ſua colpa à pericoli di tormenti, [c] &
132 io † à queſta conſideratione aggiungo,
che s'il teſtimonio è forzato ad eſſami-
narſi ad offeſa del reo; ſi fà nemico di quel
reo; ſi che ſe quel reo ſarà huomo di mal fa-
re, & facoltoſo di robba, & de parenti, il po-
133 uero teſtimonio reſta in molto pericolo; † &
per queſta ragione vedemo, che ſe ben vn
teſtimonio nella prima depoſitione dice di
non ſaper nulla, & poi, per il timore di ſtar
carcerato, & eſſer tormentato, nella ſeconda,
ò terza dice la verità, & come paſſa il fatto,
nõdimeno i giudici, nõ tenẽdo all'hora conto
della prima depoſitione, non conſiderano al-
134 trimenti la falſità: † ſe dunque il teſtimonio
per eſſer coſi neceſſario alla Rep. è ſenza ſua
colpa eſpoſto à queſti pericoli, deue almeno
eſſer rileuato in queſto, che baſti, che per in-
ditij, & ſoſpitioni ſia eſcluſo dalla fede, & dal
crederſeli, ſenza farlo reo principale di fal-
ſo, quando però la falſità non ſia chiara, &
manifeſta; & coſi vedemo eſſer oſſeruato
in prattica da buoni criminaliſti, i quali or-
dinariamente contra teſtimonij ſoſpetti di
falſo non procedono à tormenti, quando che
li baſta hauerli reſi ſoſpetti di falſo, per eſclu
derli dalla difeſa del reo, & molto meno pro-
cedono à condennarli, ſe non ſono per pro-
pria confeſſione, ò altra proua notoria con-
uinti di falſo; & quando anco s' haueſſe da
proceder contro teſtimonij ſoſpetti di falſo,
queſto ſaria quando il teſtimonio fuſſe indi-
tiato d'hauer depoſto quaſi ſpontaneamen-
te il falſo contra l'accuſato, ò inquiſito: ma
non già quando haueſſe depoſto à ſuo fauo-
re contra il fiſco, conſiderata la ragione ſu-
detta del pericolo, al quale ſi eſpone chi s'eſ-
ſamina ad offeſa.

135 La quinta ragione (circõſcritte le quattro
precedenti, le quali ſono proprie nel delitto
di falſita, & riguardando le regole commu-
ni) è perche nelle cauſe criminali deuono le
proue eſſer più chiare, che la luce del ſole di
mezzo giorno, & eſſendo dubie, è meglio
che venghi aſſoluto, ſe ben fuſſe delinquen-
te, che eſſer condennato, ſe fuſſe innocente,
& queſta è la regola manifeſta à tutti.

Hora li ſopradetti teſtimonij non ſono
conuinti di falſo, anzi nè anco inditiati al
tormento. Adunque.

Et che queſto ſia vero, lo moſtra il proceſ-
ſo, perche, parlando di Baſtiano, contro il
quale par che ſi habbia magior pretenſione,
& che dalla falſità di queſto ſi corrobori, ò
deſtrugga la falſità de gl'altri; il fiſco ſi vale
della depoſitione di Franceſco Vincẽteſchi,
& della figlia di Iacopo Puccini, che dicono,
che l'vſcio della caſa di Baſtiano era ſerrato,
& che non viddero detto Baſtiano, & il detto
di queſti lo fortifica il fiſco cõ dedurre, che la
mattina, che ſeguì l'homicidio, & che Ba-
ſtiano depone, ch'era alla porta di ſua caſa
a vagliare il grano, era la domenica matti-
na, & di San Iacomo, & non erano finite
le meſſe, & veriſimilmente fra tanto popolo,
che andaua, & tornaua dalla meſſa, & paſ-
ſaua dinanti alla porta, doue dice Baſtiano,
che ſtaua; per eſſer vicina alla chieſa, vi ſa-
ria pur chi l'haueſſe veduto. Va anco il fiſco
per ſoſtener la depoſitione di queſti teſti-
mo-

monij, dicendo, che ſe ben ſono parenti del morto, & par, che vi ſi poſſi conſiderare qualche inimicitia, ouer odio, particolarmente in Iacopo, nondimeno dice eſſer ſeguita la pace fra l'homicida, & i parenti del morto. Aggiunge il fiſco, che molti altri furono alla porta del caſtello, & à veder il cadauero del morto, & che neſſuno vidde Baſtiano. Conſidera anco la bugia di Baſtiano, ch'vna volta dice hauer viſto Maeſtro Antonio à ſeder al ſcalino del pozzo, & vn'altra volta hauerlo viſto appoggiato; & conſidera, che Baſtiano domandò a Matteo di Franceſco Bonainlti, ſe era vero, che fuſſe ſtato ammazzato Matteo Puccini; & eſſendogli riſpoſto eſſer vero, diſſe; manco male, che io non me ci ſono trouato. Và finalmente conſiderando qualche varietà intorno alle qualità del fatto, quando Horatio commiſe l'homicidio, & fa qualche ſtima del detto d'vna ſpia, ch'era nelle carceri. Et io aggiungo per il fiſco, che par coſa inuериſimile, che queſti teſtimonij, eſſaminati a difeſa, & inquiſiti di falſo, oſſeruaſſero coſi puntualmente le parole, & qual fuſſe la mano, che Matteo porſe in atto di pugno al petto d'Horatio, & che il tutto depongono quaſi premeditato ſermone, & a totale defenſione d'Horatio, & di più par molto inueriſimile, che Baſtiano non andaſſe, come fecero gl'altri, a veder il morto, eſſendo ſuo conoſcente.

136 A queſti teſtimonij, argomenti, inditij, bugie, variationi, & inueriſimilitudini ſi richiederiano forſe riſpoſte lunghe, per eſſer queſto proceſſo aſſai confuſo, per la effrenata multitudine de teſtimonij, che paſſa il numero di 50. fra quali è impoſſibile, che non vi ſia variatione, particolarmente trattandoſi di circonſtanze del tempo di tempo, del luogo, & d'altre coſe, che da' teſtimonij non doueano eſſer oſſeruate, & poſte nella memoria. Io con quella breuità, che potrò maggiore, ſoſtantialmente andarò riſpondendo diſtintamente.

Primo riſpondendo a' teſtimonij, che depongono dell'vſcio ferrato, di non hauerlo viſto aperto, ne viſto Baſtiano, dico, che Paganello eſſaminato dalla corte ex officio, depone hauerlo viſto aperto, fol. 223. Pier Franceſco Landucci cugino del morto fol. 234. & 235. depone non ſaper, ſe l'vſcio di Baſtiano era aperto, perche non vi procurò, & pur era con gl'altri teſtimonij, & di più dice hauer inteſo dire, che Baſtiano vaglia-ua il grano in caſa ſua. La madre, & moglie di Baſtiano eſſaminate ex officio al fol. 300. & ſeqq. depongono, che detto Baſtiano tornò a 20. hore dal Colle, doue era gito a vagliar il grano, & che li rìcontò la morte di Matteo, Baſtiano anco al fol. 58. in fine, & 59. depone, che vidde la madre, & moglie di Matteo, & pur è vero, che la madre, & moglie vi furono. Dico di più, che Iacopo Pucci ſi ſcrope nemico d'Horatio, ſi per eſſer parente del morto, ſi per eſſer corſo dietro ad Horatio, & dettoli traditore, & quello datoli la mentita, onde vorebbe deſtrugger la depoſitione di Baſtiano, & ſi vede l'animoſità di queſto teſtimonio, che nel confronto al fol. 61. dice non ſolo, che l'vſcio, & feneſtre di Baſtiano erano ferrate, ma che eſso Baſtiano era in piano; che queſto è temerità il voler anco deporre doue fuſse Baſtiano, ſe egli non l'ha viſto. Il Vicenteſchi è cugino della madre del morto, & nemico d'Horatio: ha anco ſimile, & altre eccettioni la figlia fanciulla del Vicenteſchi. † Ma laſciamo queſt'eccettioni di parentela, & di nemicitia; dico, che queſti teſtimonij non concludono per neceſſità, perche nõ depongono per quanto tempo vedeſſero l'vſcio ſerrato, & che nell'iſteſſo tempo fuſſe commeſſo l'homicidio, & quando anco lo deponeſsero; non ſe li deueria credere, ſe non rendono vna cauſa veriſimile della lor ſcienza; onde biſognaria, che il teſtimonio deponeſse d'hauer guardato continuamente in quella porta, & che diceſse perche ci haueua guardato; & quando non lo dica, ne ſegue, che non è veriſimile, che di là à molti giorni tenga memoria, ſe vna volta vn'vſcio era aperto, ò chiuſo: & per queſto l'inueriſimilitudine è ne gl'vni, & ne gl'altri, & quindi ſi daria noua materia da formar più inquiſitioni, & far proceſso di proceſſo in infinito.

137

138 A le bugie, variationi, & diuerſità di poco rileuo, & che occorrono naturalmente, come ci moſtra l'eſperienza, chi difende gl'inquiſiti, riſponde a baſtanza, & à me non conuiene per riuolrar ogni minutia, conſiderata per parte del fiſco, far vn volume di relatione.

139 Secondo, per riſpondere generalmente alla pretenſione del fiſco, & per moſtrar, che non vi è luogo di condannatione, adduco queſti fondamenti.

Il primo è, che nel proceſſo offenſiuo ſi vedono molte cõtrarietà frà i teſtimonij eſſaminati ex officio, anzi & fra le due eſperienze, fatte del poterſi ſentire le parole, & vedere i fatti ſeguiti fra l'homicida, & il morto: hor dico io, ſe la giuſtitia è vguale, & che in vna parte di loro ſtà la falſità, ſi douria procedere anco contra di queſti: queſte contrarietà ſono nate dalla troppa diligenza d'eſſaminare, la quale hà portato non chiarezza, ma oſcurità, & pregiudicio: non ſi eſſaminano i teſtimonij ſopra quel, ch' è prouato aſſai à baſtanza, & quelli, che eſſendo prima intertogati in voce, non ſanno il fatto, che cerca il fiſco, ſi laſciano andare ſenza eſſaminarli nel proceſſo.

d S. Matth 13. num. 29.

e S. Tho. 2. 2. q. 60. art. 4. verſ ad primum.

f Nauar. cap. inter verba. concl. 6. nu. 15. verſ. decimũ 11. q. 3. & rubr. ſub num. 77. verſ. ex quibus. de iudic.

g Nel noſtro tratt. de cõmerc.

140 Il ſecondo fondamento è, che ſe Baſtiano fuſſe conuinto di falſo, potria, & douria la Corte, per ſaper i complici, & inſtruttori, tormentarlo; ma vedo, che non lo tormenta: adunque è ſegno manifeſto, che non l'ha per conuinto: dunque l'ha, & non l'ha per conuinto.

141 Il terzo fondamento è, che Baſtiano non reſta grauato d'inditij, baſtanti à condannarlo, perche oltre alle riſpoſte, date di ſopra, è da auertire, che gl'inditij, ſufficienti à qualche pena arbitraria minore dell'ordinaria, deuono eſſer tanto vehementi, che ſiano indubitabili, altrimenti ſe ſaranno nel ſuo eſſere diſputabili, non baſtano; hora ſe ſieno indubitati, ò ſieno diſputabili, ſi vede dalle coſe, dette di ſopra, & da molt'altre, che per breuità tralaſcio.

h Nel noſtro trat. de iudit. lib. 1.

142 Il quarto fondamento è, ch'il giudice non deue tanto attendere all'eſtirpatione del male, ch'eſtirpe anco il bene, queſto ce l'inſegnò noſtro Signore mentre prohibì, che non eſtirpaſſero la zizania, ſe con l'eſtirpatione di quella poteua venir eſtirpato del grano.[d] Dunque il giudice, per eſtirpar i teſtimonij falſi, non deue, vſcendo dalle regole, eſtirpar anco i veri, con ſpauentarli di modo, che gl'accuſati, & inquiſiti reſtino priui della difeſa.

143 Il quinto è, che è meglio ingannarſi ſpeſſo con creder bene d'vn cattiuo, che ingannarſi di raro con creder male d'vn buono, perche da queſto ſecondo credere ſi fa ingiuria ad alcuno, ma non dal primo[e]; ſe ben di queſto fondamento i Criminaliſti ne tengono poco conto, perche la natura è tanto inclinata al male, che li par per l'eſperienza douer creder più toſto il male, ch'il bene.

144 Il ſeſto è che, ſuppoſto, che queſti teſtimonij in rei veritate foſſero falſi, & che perciò nel foro della coſcienza doueſſero eſſere caſtigati; ad ogni modo dico, che ſe il giudice nõ haurà oſſeruato li precetti datili dalla lege, ò diciamo dal Prencipe, pecca mortalmente, & così il giudice, che forma inquiſitione ſpeciale, non precedendo la diffamatione,[f] & la ragione è, perche la lege, etiam del Prencipe ſecolare, obliga in conſcienza[g]; & † non ſolo pecca, ma merita caſtigo, perche ſi come chi nell'arte militare non oſſerua l'ordine dato dal Duce della guerra, ſi puniſce, ancorche il trãſgreſſo dell'ordine habbia hauuto felice ſucceſſo, come ſi legge del figlio di Manlio Torquato, & altri; coſi anco merita caſtigo chi non oſſerua i precepti della militia legale, datili dal Prencipe, & quindi è, che s'il giudice tormenta il reo ſenz'inditij, ſi deue punire, ancorche il reo confeſſi, & che la tortura habbia hauuto felice ſucceſſo, & non ſaria ſcuſato per la ſoprauenienza de inditij, coſì ſcriuono i criminaliſti.[h] 145

Il ſettimo è, che ſoppoſto anco che, per gl'inditij, fuſſero in qualche grado punibili ad arbitrio del giudice, ſecondo certa prattica, nondimeno la lunga veſſatione, & carceratione, c'han patito, potria andar in luogo della pena, che queſto anco ſi oſſerua.

Concludo dunque, che ſe ben i Signori Giudici hanno ſin quà proceduto con boniſſimo zelo di giuſtitia; come ſi vede dal proceſſo; nondimeno trattandoſi hoggi di venir alla ſpeditione, ſono di parere, come hò detto, ch'Horatio ſi puniſca in pena arbitraria minore dell'ordinaria, & gl'inquiſiti di falſo ſi rilaſcino con malleuaria de ſcudi .... di ripreſentarſi ad ogni mandato, &c. duratura per 18. meſi. Et faccio humiliſſima riuerenza a V. A. S.

146 Duæ circa hæc, quæ dixi ſupra nu. 110. in iſto ſecundo caſu, occurrunt difficultates.

Prima: an abſolutus eo, quia actor, accuſator, ſeu fiſcus non probauit, hoc eſt, an abſolutus ſimpliciter, dicatur abſolutus diffinitiuè ab impetitis, vel potius ab obſeruatione iudicij.

Concludo, regulam eſſe, quòd abſolutus dicatur abſolutus diffinitiuè, & moueor, quia gerens actum, cenſetur illum gerere eo modo, quo licite geſſerit, l. merito. ff. pro ſoc. Bar. in l. 87. gerit. num. 20. verſ. aſſumo primum. ff. de acquir. hæred. & cenſetur factus prout de iu-

de iure fieri debet, Surd. conſ. 19. nulla. num. 29. ſed, actore non probante, reus debet abſolui diffinitiuè, vt latè comprobat Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 1. num. 8. verſ. quarto conſtat. & ſcripſi infra quæſt. 21. ſub num. 1. & hanc concluſionem, ſeu regulam firmaui ſupra lib. 1. cap. 93. ſub num. 3. verſ. ſi ſumus in ſecundo. cap. 95. ſub n. 1. verſ. altera verò. & dixi hic ſupra ſub num. 44. in tertio caſu; quamuis locutus ſim cum diuerſitate terminorum, & hæc eſt regula vulgata, quæ hanc habet naturalem rationem, vt ſicut reus, actore probante, debet ex proceſſu valido condemnari diffinitiuè, ita è conuerſo, eo non probante, debet abſolui diffinitiuè, & maximè quòd reus eſt fauorabilior actore. ergo ita cenſetur abſolutus.

147 † Extende primo hanc concluſionem, vt procedat in cauſis ciuilibus, prout in eis locuti ſumus dicto cap. 93. ſub num. 3. verſ. ſi ſumus in ſecundo. & hic ſupra num. 44. in tertio caſu; & quod ita in cauſis ciuilibus receptum ſit in Regio prætorio, retuli ex Couar. ſup. ſub num. 46. verſ. aduerte.

148 † Extende ſecundo, vt maxime procedat, quando vtrique parti præſenti eſt ſtatutus terminus ad probandum, vt ſecutus ſum eodem cap. 93. ſub num. 3. verſ. ſi ſumus in ſecundo. in alia futura impreſſione.

149 Extende tertio, vt procedat, etiam ſi lis non eſſet conteſtata, & reus eſſet abſens, & contumax, quia nihilominus; ſi actor elegiſſet viam procedendi cum diſcuſſione cauſæ, & ideo viam probationis, & in ea defeciſſet, vel non habuiſſet terminum ad probandum, quia ſe probationi non obtuliſſet, & tamen concluſiſſet in cauſa; reus erit diffinitiuè abſoluendus, vt ſeruari in Regio prætorio, bis teſtatur, & ſequitur Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 1. ſub n. 8. verſ. quarto conſtat.

150 † Limita primo eandem concluſionem, poſitam ſupra ſub num. 146. vt non procedat in cauſis criminalibus, quia in eis abſolutus ſimpliciter, cẽſetur abſolutus ab obſeruatione iudicij, itaut quandocunque ſuperuenerint probationes, poſſit denuo contra inquiſitum, & abſolutum procedi, ſecundum eos, quos citat, ſed non ſequitur Clar. à me citatus ſupra lib. 1. cap. 95. in fine, num. 4. & facit etiam quod eodem cap. 95. ſub num. 3. retuli ex Io. de Amic.

151 Confirmatur hæc limitatio, retorquendo rationem concluſionis, quia præſumere debemus, quòd iudex abſoluerit, prout abſoluere debebat, maximè, quia debemus interpretari decreta iudicum, ne mereantur reprehendi à ſapientibus, vt ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 2. num. 28. ſed iudex, attenta conſuetudine, quando abſoluit reum, eo quia delictum non eſt probatum, non debet abſoluere diffinitiuè, ſed ab obſeruatione iudicij, ſeu, rebus ſtantibus, prout ſtant, etiam ſi reus purgauerit indicia per torturam, vt ſecutus ſum eodem cap. 95. ſub num. 1, verſ. ſi de conſuetudine. iuncto verſ. præced. ſi non
152 conſtat. † & quòd in Senatu Pariſienſi rarò fiant iudicia abſolutoria; & conſequenter reus, ex legitimis indicijs tortus, quamuis nihil ſit confeſſus, detineatur adhuc carceratus longo tempore, & vbi alia non ſuperuenerint indicia, dimittatur, præſtita cautione de ſe repreſentando, & non abſoluatur; alioqui, ſi ſimpliciter abſolueretur, condemnandus eſſet procurator regius, qui eum malè vexaſſet, & illa abſolutio faceret ius, itaut quamuis ſuperueniret poſtea probatio, puniri non poſſet, ſcribit Rebuff. ad conſtit. gall. in proœm. gloſ. 5. num. 118. fol. 43. & quòd in criminalibus, accuſatore non probante, minimè imponatur perpetuum ſilentium, ſed tantum abſoluatur accuſatus ab obſeruatione iudicij, ſcribit Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 18. n. 7. in fi. & quòd in cauſis criminalibus praxis obſeruet, vt quoties delator intra terminum, à iudice ſibi præfixum, crimen non probat, etiam ſi iudex ignoret, quis illud commiſerit, reus tunc abſoluatur ſolum ab obſeruatione iudicij, vt ex nouis indicijs, nouiſque probationibus poſſit iterum illud crimen deferri, tractarique in iudicio, quaſi Reip. expediat, id fieri ad puniendа ſcelera, & effugiendas delatorum præuaricationes, ſcribit idem Couar. eodem libro 1. cap. 1. ſub num. 8. verſ. quarto conſtat. ibi, cuius ſententiam in cauſis criminalibus. & vtrumque retuli etiam eod. lib. 1. cap. 94. ſub num. 3. verſ. & licet. in alia futura impreſſione; ratio huius confirmationis, quę ſit, vide q. ſeq. nu. . verſ. ratio huius.

153 Contra iſtam limitationẽ ſatis apertè ſentit Rebuff. citatus num. præced. in confirmatione, dum dicit, quòd, reo ſimpliciter abſoluto, eſſet puniendus procurator regius, & reus vlterius moleſtari nõ poſſet, etiam ſi ſuperueniret probatio; & cõtra limitationẽ, tenẽdo cõcluſionẽ, quòd abſolutus ſimpliciter, intelligatur abſolutus diffinitiuè, nec iterum tractari eadẽ cauſa poſſit, quia quamuis ab-

ſoluatur eò,quia crimen probatũ non ſit, tamen ſit abſoluendus diffinitiuè, ſequitur Couar.var.reſolut.d.cap.1.n.8.verſ.quarto conſtat. & ita contra hanc limitationem ſeruari in Ducatu Mediolani, teſtatur Clar. recept. ſent. lib.5.q.57. verſ. ſed hic quæro.& q.62. verſ. forma autem. hęcque contraria opinio ſatis remanet comprobata ex ſeq.reſponſione ad limitationis confirmationem, quæ eſt fundamentum ipſius limitationis, ita vt, eo ſublato, ruat limitatio.

154 Ad confirmationem igitur reſp. quòd illa procederet, ſi abſolutio ſimplex poſſet conuenire etiam abſolutioni ab obſeruatione iudicij; ſed hoc non eſt verum, quia abſolutio ab obſeruatione iudicij debet fieri verbis expreſſis, alias abſolutus ſimpliciter, dicitur abſolutus diffinitiue, & ratio eſt multiplex; Prima,quia ſicut appellatione ſententię,quę eſt nomen generale,& quodamodo comprehendit ſub ſe interlocutoriam, in dubio intelligitur diffinitiua, & non interlocutoria, per ea, quæ ſecutus ſum cap.ſeq.q.17.limit. 6. membr.7.num.30.& ſub num.31.verſ.ratio.ita etiam appellatione abſolutionis intelligitur diffinitiua. Secunda ratio eſt, quia in dubio debemus eam capere interpretationem, quæ reo eſt fauorabilior, l.168. fauorabiliores.ff.de reg.iur.cum ſimilibus ibi allegatis à Gl. Tertia eſt ratio, quia ſi abſolutus ſimpliciter, poſſet intelligi abſolutus ab obſeruatione iudicij, Doct.non ita ſtudioſe monerent, vt reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij, quia ſic poſſet intelligi abſolutus, etiam ſi eſſet abſolutus ſimpliciter.

Non obſtat primo, quòd Auguſt. & Hier. ad Ang. tract. de maleſ. in verbo,& ad querelam. num.88. dicant, quòd abſolutus, cenſetur abſolutus, non eo, quia non commiſerit delictum, ſed eo,quia non ſit probatum. Quia reſp. quòd etiã ſi reus ſit abſoluẽdus, eo quia accuſator, ſeu fiſcus non probauit delictum, tamen poteſt abſolui diffinitiue ex prędicta regula, actore non probante; & licet iudex, attenta conſuetudine, deberet abſoluere ab obſeruatione iudicij; tamen non eſt nunc quæſtio,quid iudex facere debuiſſet, ſed quid fecerit.

Non obſtat ſecundo,quòd nos ſupra lib.1. cap.95.in fine,num.4. videamur ſecuti limitationem. Quia reſp. quòd ibi fuimus potius relatores, quàm diſcuſſores; nam citauimus Clarum dicta quæſt. 57. qui refert limitationem, & poſtea dicit, ſeruari contrarium in Ducatu Mediolani.

155 In hac controuerſia ego adhuc diſtinguerem: aut ex actis apparet, inquiſitum eſſe innocentem; & tunc omnes ſequuntur hanc opin. contrariam, quòd cenſeatur abſolutus diffinitiuè, quia etiam ſi verbum abſolue poſſet intelligi de abſolutione diffinitiua, & de non diffinitiua, deberet intelligi de diffinitiua, quia iudex præſumitur abſoluiſſe, prout debebat abſoluere de iure: aut nõ conſtat; & tunc remanet controuerſia, in qua ego regulariter adhuc non recederem ab hac contraria opinione; ſaluis certis caſibus ex alia ratione,de quibus in ſeq.2.limit.

156 Infero ex dictis in hac prima limitatione, ſeu verius in eius confirmatione, quòd in cauſis criminalibus, pręſertim grauibus reus abſoluendus, eò quia non eſt probatum, ipſum commiſiſſe illud delictum, ſeu non eſt plenè probatum, nunquam debet abſolui diffinitiuè,ſed ſolum ab obſeruatione iudicij, vt dixi ſup. nu.151.in confirm. quia intereſt Reip. vt ſcelera puniantur.

157 Amplia primo iſtam illationem, vt maxime procedat; quando iudex in conſcientia ſua ſcit,eum commiſiſſe illud delictum, quia tunc,etiam ſi daremus quod ex regula iuris, actore non probante, reus ſit abſoluendus diffinitiue; tamen iſto caſu cautè abſolueretur ſolum ab obſeruatione iudicij, vt breuiter aduertit Ant. de Butr. in cap.1. ſub num. 21.verſ.alij dicunt.ibi,cautum ergo.de offic. ordin. & licet ipſe loquatur cum grano ſalis; quando iudex confidit de probatione,tamen ego recipio eius dictum abſque iſto grano ſalis; & cum iſta ampliatione cõcordat Calderini diſtinctio, quã refert Abb. in cap.28. paſtoralis.§.quia vero.ſub nu.8.ibi,Io.Cald. hic.de off.& poteſt.iud.deleg.dicens,quod ſi iudex habet conſcientiam indubitatam contra reum,non debet eum cõdemnare, nec eũ pronunciare innocentem cõtra conſcientiã, ſed debet eum abſoluere,ſecundum acta: huius modi enim abſolutionem, ſecũdum acta, intelligas tu eſſe eandem cum abſolutione, rebus ſtantibus, ſeu ab obſeruatione iudicij.

158 Amplia ſecundo,vt procedat etiam ſi reus ſit abſoluendus, eo quia fuerit tortus, & ſuperatis tormentis, purgauerit indicia, quia adhuc non abſolueretur diffinitiuè, ſed ſolũ, rebus ſtãtibus,ſeu ex hucuſque deductis, vt dixi ſupra num. 151. verſ. confirmatur.

159 Cæterũ ſi fuerit punitus pœna ordinaria, ſiue arbitraria, ſed non ſufficienter, an poſſit

illa

Digitized by Google

illa pœna ſuppleri, maximè, ſuperuenienti. bus alijs probationibus, vide quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 12. num. 85. 88. & ſeqq.

160 Limita ſecundo, vt non procedat in ſententia abſolutoria, lata in cauſa hæreſis, & ratio huius limitationis non eſt ea, quia abſolutus in cauſa hæreſis, debeat præſumi abſolutus ab obſeruatione iudicij, ſed eſt fortior, quia ſententia abſolutoria in iſto delicto, quamuis feratur formaliter diffinitiua, non tranſit in iudicatum, Luc. de Penn. Io. Roias, & alij, quos ſecutus ſum ſup. lib. 1. cap. 95. num. 2. & proinde hæc limitatio non eſt propriè in terminis concluſionis, quia etiam ſi præſumeretur abſolutus diffinitiuè, tamen de illa abſolutione non haberetur ratio, quandocunque conſtaret, eum eſſe conuictum de illa hæreſi, de qua ex defectu probationum fuit abſolutus: pro vltione enim tanti ſceleris pinguiora ſunt tradita remedia tam à iure Pontificio, quàm à iure Cæſareo, vt ſecutus ſum eodem lib. 1. cap. 98. num. 1. in fine.

161 Amplia primo iſtam limitationem, vt procedat in omnibus delictis, quæ habent vim nocendi quampluribus, huiuſmodi ſunt proditio patriæ, conſpiratio contra Principem, & hæreſis, quia abſolutio, lata in iſtis, non debet tranſire in iudicatum, & ideo, quandocunque aliæ ſuperuenirent probationes contra abſolutum, debet denuo poſſe contra eum procedi; vbi enim de multorum agitur ſalute, vigilantior requiritur indagatio, quare Arrius licet in Alexandria fuerit vna ſcintilla, tamen quia non ſtatim fuit oppreſſa, totum orbem eius flamma populata eſt, vt retuli ſupra lib. 1. cap. 59. ſub num. 1. vlterius eiuſmodi delicta, quæ latius ſe diffundunt, ſi delinquens propter abſolutionem dimitteretur impunitus, cum ex probationibus populo manifeſtus fieret delinquens, magnum eſſet in populo ſcandalum.

162 Amplia ſecundo, vt non ſolum abſolutio non tranſeat in iudicatum, ſed neque condemnatio ad pœnam, quæ fuerit impoſita arbitraria, eo quòd non erat plenè conuictus de hæreſi, quare, ſuperueniente plena probatione, poterit illa pœna impoſita ſuppleri vſque ad ordinariam, Io. Roi. tract. de hæret. par. 2. num. 386. & ſeqq. fol. 232. tom. 11. par. 2.

Subamplia has primam, & ſecundam ampliationes, vt ſicut omnimoda abſolutio, & non omnimoda condemnatio non tranſeunt in iudicatum, ita etiam, & multò minus tranſeat condemnatio, quia abſolutionis fauor eſt maior fauore condemnationis, vel ſaltem ſeruanda eſt æqualitas, vnde ex ſuperuenienti innocentiæ probatione debet ſuppleri abſolutio, & remoueri condemnatio, vide ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 131. verſ. quod non tranſeat.

Ratio huius ſecundæ limitationis, eiuſq. ampliationum, quare abſolutio, & minor condemnatio non tranſeat in iudicatum, eſt, quia in iſtis delictis, in quibus agitur de ſalute plurimorum, nullum maius ſacrificium Deo fieri poteſt, quàm eos, qui in ſuam, & aliorum perniciem diuagantur, competenti rigore compeſci, vt retuli lib. proximè præcedenti, cap. 6. num. 11.

Pro intelligentia huius ſecundæ limitationis ita ampliatæ, dum dicimus, quòd ſententia non tranſit in iudicatum, vide quæ ſcripſi ſupra hac eadem gloſ. quæſt. 2. num. 38. & ſeqq.

163 Limita tertio, vt nunquam præſumatur abſolutus diffinitiuè, quando fuit expreſsè abſolutus ab obſeruatione iudicij, etiam ſi eſſemus in cauſa ciuili, & actor nihil probaſſet, & datus eſſet terminus ad probandum vtrique parti præſenti; & ita omnia eſſent ſeruata, vt reus deberet abſolui diffinitiuè, quia nihilominus diceretur abſolutus ſolum ab obſeruatione iudicij, licet eiuſmodi ſententia eſſet iniqua, vt ſcripſi ſupra num. 99. verſ. ſecundo perdit. & quòd abſolutio ab obſeruatione iudicij ſit interlocutoria, ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 27. & ſupra lib. 1. cap. 93. num. 4. & apud Doctores, dum diſputant, an abſolutus ſimpliciter intelligatur abſolutus diffinitiuè, vel ab obſeruatione iudicij, vt eorum diſputationem nos ſecuti ſumus ſupra num. 146. & ſeqq. & num. 150. hoc ſupponitur tanquam principium, ſine quo non procederet diſputatio.

164 Amplia hanc limitationem, vt idem ſit, quando reus eſſet abſolutus, rebus ſtantibus, prout ſtant, ſeu ex hucuſque deductis; eiuſmodi namque abſolutiones non eſſe diffinitiuas, dixi etiam cap. ſequen. quæſt. 17. limit. 49. nu. 4. &, cum non diceretur abſolutus diffinitiuè, poſſet denuo moleſtari, vt ſcripſi ſupra num. 151. verſ. confirmatur. & ita has abſolutiones ab obſeruatione iudicij, ſeu ab inſtantia non eſſe diffinitiuas, ideoque reum poſſe denuo moleſtari de eodem delicto, ſupponit apertè ſine aliqua

difficultate Couar. var.reſolut. lib.1. cap. 1. num.8.verſ.quarto conſtat. idque apud Criminaliſtas eſt notiſſimum.

165 Non obſtat huic ampliationi, quòd Teſſ. & Rugin. quos ſecutus ſum cap. ſequen. queſt. 17. limit. 1. num. 26. & limit. 47. memb.1. num.189. ſcripſerint,eiuſmodi abſolutionem, rebus ſtantibus, eſſe diffinitiuam.

Quia reſpondeo, & quidem ad Teſſaurum multipliciter. Primo enim reſp. quòd Socc. conſ. 91. lib.4. in quo Teſſ. deciſ. 81. fundat deciſionem,non loquitur de abſolutoria ab obſeruatione iudicij, & Paul.de Caſtr. in l. ſub prætextu. C. de tranſact. & in l. admonendi.nu.76.& 77.ff.de iureiur.in quo etiam fundat partem ſuæ deciſ.122.ſub nu.13.non ſolum in libro meo non dicit,quòd eiuſmodi abſolutoria ſit diffinitiua, quando fertur, eo quia actor non probauerit ſuam intentionem,prout Teſſ.eum allegat;ſed neque illius commẽtarij ſuper illis ll. habẽt tot numeros; neque Caſtren.(quod ego ſciã)eas ll.alibi repetijt,& dũ citat Caſtrenſem,intelligo,vt loquatur de Paul.de Caſtr.qui ſub ſimplici cognomine à multis, vt ab ipſo, dicitur ſimpliciter Caſtrenſis.Secũdo reſp.quòd ipſe in ea deciſ. 122. ſub nu.13. admittit,eſſe interlocutoriam, & habere eundem effectum cum abſolutione ab obſeruatione iudicij, ſed tamen, inquit, reputari diffinitiuam, quando actor ab ea appellauit, quia, cum ipſe non habuerit recurſum ad ordinarium cum noua productione iurium, accepit illam ſentẽtiam pro diffinitiua:huic eius diſcurſui reſpondeo, negando conſequentiam, quia numquam eſt auditum, quòd ſententia interlocutoria efficiatur diffinitiua per appellationem, & acceptionem appellantis: quotidie enim appellamus ab interlocutorijs, ſed tamen illæ interlocutoriæ non mutant naturam per appellationem; & in ſpecie ſi appellemus à ſententia,qua reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, & non doceamus de iniuſtitia abſolutoriæ, & conſequenter confirmetur abſolutoria, vtique nouum cogimur inſtituere iudicium iuxta naturam illius abſolutoriæ, nullatenus ex appellatione alteratam. Tertio reſp. quòd licet abſolutio, rebus ſtantibus, ſit diffinitiua, ſi illa verba (rebus ſtantibus) ſumamus pro cauſa ſententiæ, quaſi iudex dixerit, ex quo fuit actori,ſeu accuſatori aſſignatus terminus ad probandum, & nihil probauit, ideo reũ abſoluimus, vt alijs verbis ſignificauimus cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb.1.num.189. verſ.contra. tamen ſecus eſt, ſi illa verba ſumamus in ſuo ſenſu ordinario,vt, tãquam ablatiuum abſolutum, importent conditionem, videlicet, quòd ſit abſolutus, niſi actor doceat,rem aliter ſe habere,quia tunc eſt abſolutio ab obſeruatione iudicij,& conſequenter eſt interlocutoria, vt dixi ſupra num. 163. limit. 3. Quarto reſp. quòd licet abſolutoria ab obſeruatione iudicij poſſit aliquo reſpectu dici conformis cum abſolutoria diffinitiua,vt ex Decij conſ.385. quod ego ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 1. num.33. nititur oſtendere Teſſ. tamen eſt aduertendum, quòd abſolutoria ab obſeruatione iudicij non facit rẽ iudicatã cum abſolutoria diffinitiua, ſi reſpiciamus ſilentium perpetuum, quod imponitur actori per diffinitiuam, prout male arbitratur deciſio Teſſauri, ſed facit rem iudicatam, quoad ſilentium temporaneum, quia in iſto ſilentio ſunt conformes: nam diffinitiua, imponendo perpetuum, imponit temporale; cum in maiori ſumma contineatur minor, hocque ſilentium temporale imponit etiam abſolutoria ab obſeruatione iudicij, & ita poteſt adaptari illud Decij conſilium: nec ſequitur conſequentia Teſſauri, eſt conformis in hoc, ergo eſt diffinitiua. Quinto reſp. quòd abſolutio ab obſeruatione iudicij poteſt habere vim diffinitiuæ, imò poteſt ſumi abſolutè pro diffinitiua in caſibus, de quibus locutus ſum num. ſequen. verſ. ſublimita. & tunc benè dicetur conformis cum alia abſolutoria diffinitiua, & in caſibus huius quartæ, & quintæ reſponſionis poteſt dici, quòd abſolutoria ab obſeruatione iudicij facit cõformitatem cum abſolutoria diffinitiua, & ſic deciſio Teſſauri ſaluatur vſque ad iſtos terminos, & ſic procedit etiam quod ſcripſimus nos in locis citatis ſupra initio huius num. 165. verſ. non obſtat.

166 Sublimita eandẽ tertiã limitationẽ, vt nõ procedat, quãdo euidẽter, & expreſſim conſtaret per modũ cauſę,quod abſolutio ab obſeruatione iudicij eſt fundata in ratione, & cauſa, quæ importat abſolutionẽ diffinitiuã, puta,ſi iudex diceret, abſoluo reũ, quia probauit ſolutionẽ,quia præſcripſit, quia eũ,quẽ vulnerauit, tanquam bannitum, potuit impunè offendere,eiuſmodi nãque abſolutio ab obſeruatione iudicij eſſet diffinitiua, vt dixi ſupra,n.47.in 4.caſu,& ratio eſt, quia ratione adiũcti alteratur prima diſpoſitio,& qualitas

Digitized by Google

litas, ſuperueniens enti, reponit illud ens in diuerſa ſpecie, vt ſecutus ſum lib. proximè præcedenti, cap. 9. num. 1461. & 1462. & in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 159. & magis loquitur res ipſa, quàm ſermo, vt alibi dixi, vnde non ſonus verborum, ſed ſubſtantialia rei, & negotij ſunt attendenda, vt, loquendo de contractibus, ſecutus ſum eod. cap. 9. num. 1347. & 1352. & ita intelligas quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 95. in fine, num. 4. & hoc eodem lib. cap. ſeq. q. 17. limit. 49. num. 4. in fine, & ita temperabis id, quod ex Couar. retuli ſupra num. 164. & ſub num. 99. verſ. ſecundo perdit.

Et hæc de prima difficultate, poſita ſupra num. 146.

167 Secunda difficultas eſt: nunquid abſolutio ab obſeruatione iudicij feratur, ſicut in ciuilibus, propter ineptitudinem libelli.

Concludo, quòd reus regulariter non abſoluitur, quia, ſi aliquid deficit, quod reo ſit neceſſarium ad faciendas defenſiones, ſuppleetur ſine renouatione libelli, ſeu querelę, & ſic remanet proceſſus, quia propter frequentiam delictorum, & auctam hominum malitiam, fuit neceſſarium inducere conſuetudinem procedendi, ſola facti veritate inſpecta, & non ſeruatis ſolemnitatibus, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 51. nu. 30. & ſeqq.

168 Cæterum, ſi eſſemus in caſu, in quo poſſet procedi ſolum ad inſtantiam partis, & nullatenus ex officio, tunc crederem, querelantem debere cautè formare libellum, ſeu querelam, quia ſi aliquid deficeret, querela, ſeu libellus eſſet nullus, per ea, quæ dixi eodem cap. 51. num. 29. 32. & 41. & conſequenter poſſet querelatus abſolui ab obſeruatione iudicij: & hæc ſufficiant de hac ſecunda ſpecie cauſarum, poſita ſupra num. 109.

169 Reliquas difficultates, quæ poſſent occurrere, videlicet, an ſemel abſolutus diffinitiuè poſſit denuo moleſtari, vide quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 95. ſub nu. 2. verſ. ſed hic inſurgit. & num. 3. quæſt. 3. An ſi ſit abſolutus ab obſeruatione iudicij poſſit, ſuperuenientibus alijs inditijs, denuo moleſtari, & qualia requirantur indicia, vide eodem cap. 95. ſub n. 1. verſ. ſed inſurgunt. & in fine, & cap. 94. nu. 1. verſ. aliquando. in alia futura impreſſione. Et in quo differat ſententia, qua reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij in ciuilibus à ſententia, qua abſoluitur in criminalibus, vide eodem libro 1. cap. 94. num. 3. & 4. Et an abſolutus ab obſeruatione iudicij propter peremptam inſtantiam, poſſit denuo accuſari, vide cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 49. num. 6. & ſeqq.

170 Capio tertiam ſpeciem, videlicet, cauſam hæreticalem, & ad ſciendum quomodo Inquiſitor hæreticæ prauitatis debeat iudicare cauſam hęreſis, diuido hanc ſpeciem in duo membra.

Primum membrum eſt, quando iudici conſtat de innocentia inquiſiti, ſeu reperit, delatum non eſſe culpabilem: & in iſto membro concludo, quòd iudex debet ferre ſententiam abſolutoriam diffinitiuam, & quando dicatur ei conſtare de innocentia, & quæ ſit forma abſolutionis, vide quæ ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 95. num. 1.

171 Secundum membrum eſt, quando ei conſtat, inquiſitum eſſe culpabilem; & ad ſciendum qualem tunc ferre debeat ſententiam contra hæreticum, diſtinguo tres ſpecies hęreticorum.

Prima ſpecies eſt, quando hæreticus eſt negatiuus, vel aliter pertinax.

Secunda ſpecies eſt, quando eſt relapſus.

In his duabus ſpeciebus concludo, eiuſmodi hæreticum eſſe declarandum hæreticum, & tradendum Curiæ, ſeu brachio ſeculari, vt loquendo de negatiuo, explicant Eymer. in direct. inquiſ. par. 2. quęſt. 34. num. 2. & par. 3. num. 207. de duodecimo modo &c. & num. 211. & vtrobique ad eum Franc. Pegn. commen. 59. verſ. negatiui. & ſeqq. & comment. 48. num. 207. verſ. iſte talis. & ſeqq. vbi plura allegat, &, loquendo de pertinace, vt quia renuat abiurare, ſcribunt ijdem Eymer. d. par. 2. quæſt. 32. in fine, num. 9. & Pegn. comment. 57. ſeu quia nolit parere Inquiſitori iudicialiter præcipienti, quę ſpectant ad cauſam, vt declarat Pegn. ad Eymer. par. 1. comment. 26. verſ. cęterum contraria. & verſ. ſeqq. & formam ſententię contra negatiuum ponit Eymer. dicta par. 3. num. 211. & contra pertinacem ponit eadem par. 3. num. 203. & ibi Pegn. & pertinax diceretur etiam, ſi nollet comparere, ideoque eſſet contumax, & conſtaret de hæreſi, quia tunc, producta eius ſtatua in publicum, condemnaretur, vt retuli ſup. lib. 1. cap. 98. ſub num. 4. & ibi per totum illud caput multas excitaui difficultates, pertinentes ad proceſſum contra contumacem, inquiſitum de hęreſi; & quæ ſit forma ſententię contra impœnitentem, & relapſum,

lapſum ponit Eymer. eadem par. 3. num. 206. & ibi Pegn. commen. 47. & contra relapſum pœnitentem tradit idem Eymer. ead. par. 3. num. 199. & ibi Pegn. comment. 45.
172 & † qui dicatur hæreticus relapſus, vide cap. 8. accuſatus. de hæret. in 6. Eymer. par. 2. de hoc reſcripto Vrbani 4. fol. 141. & ibi Pegn. comment. 23. rurſus eũdem Eymer. ead. par. 2. q. 40. n. 3. verſ. hæretici autem. & ibi Pegn. cõment. 65. rurſus eundem Eymer. ead. par. 2. q. 58. & ibi Pegn. comment. 83. vbi format quęſtionem, de relapſis, qui ſint, & pluribus alijs in locis, quæ in eius indice facile reperies, & poteris videre; vide etiam quod ſcripſimus nos ſupra lib. 1. cap. 59. ſub num. 11. in alia futura impreſſione.

173 Tertia ſpecies eſt, quando hæreticus eſt pœnitens: & in hac ſpecie conſidero plures gradus probationum.

Primus gradus eſt, quando quis eſt ſolum diffamatus de hæreſi: & tunc dico, quòd huic diffamato eſt indicenda purgatio canonica, vel abiuratio de leui; licet hæc purgatio, & abiuratio in alijs delictis receſſerint ab aula, præter purgationem in aliquibus delictis, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 95. ſub num. 1. verſ. ſi ſumus in crimine hæreſis. & quòd ſuſpectus leuiter de hęreſi, poſſit cogi ad ſe purgandum, ſeu ad abiurandum, dixi eod. lib. 1. cap. 59. num. 11. & de eo, qui deficit in purgatione canonica, vide quæ ſcripſi eod. lib. 1. cap. 98. ſub num. 4. verſ. ſi ſumus in primo. & verſ. minus obſtat. & quòd abſens poſſit citari cum pręfixione termini ad ſe purgandum, indicta ei purgatione facienda trina, quarta, ſeu alia manu ſui ordinis, ſcripſi ſub eod. num. 4. verſ. ſi eſt ſola ſuſpitione: in fine.

174 Secundus gradus eſt, quando contra inquiſitum de hæreſi, extant indicia ad torturam: & tunc licet inquiſitus purgaret illa indicia per torturam; tamẽ adhuc poſſet ei indici purgatio canonica, vel aliqua abiuratio, vel pœna pecuniaria, vt retuli eod. lib. 1. cap. 95. ſub num. 1. verſ. ſi ſumus in crimine. in fine, & faciunt quæ ſcripſi ſup. num. 115. & ſeqq. & num. 122. & 123.

175 Tertius gradus eſt, quando eſt plenè conuictus, & confeſſus: & tunc dico, eſſe declarandum hęreticum, eiq; iniungendam eſſe abiurationem de hæreſi formali, & imponẽdas eſſe pęnitẽtias ſalutares arbitrio iudicis.

176 Verum poſſet quis dubitare, an abiuratio debeat præcedere ſententiam, vel è conuerſo, ſententia abiurationem.

Et quidem videtur dicendum, quòd abiuratio debeat præcedere ſententiam, vt indicat ſeries, qua vtitur Eymer. in direct. inquiſ. par. 3. nu. 161. 165. & ſeqq. de quarto modo terminandi proceſſum &c. & multiplici ſuadetur ratione: Prima, quia ſententia ſupponit proceſſum completum, & abſolutum, ſiquidem priuſquam feratur ſententia, debent omnia debito ordine eſſe expedita, vt obijcit Pegn. ad Eymer. direct. part. 3. comment. 41. verſ. hoc tamen. Secunda, quia abiuratio ſolet poni in ſententia per modum conditionis, vt patet in ſententiæ formula, inferius poſita; imò ſunt & aliæ conditiones, quæ apponuntur in ſententia contra hęreticum pœnitentem, vt appareat, eum non eſſe abſolutum, ſi eas non ſeruauerit, Pegn. ead. par. 3. comment. 44. verſ. cut autem. ſed ſententia conditionalis, ſi non eſt nulla, ſaltem dat materiam, vt de ea diſputetur, per ea, quæ dixi infra q. 14. per totam, & huiuſmodi ſententiæ, in quibus datur occaſio diſputandi de earum validitate propter non ſeruatum ordinem iuriſprudentiæ, videntur tolerabiles apud iudices pedaneos, & non apud iudices ſupremos in cauſis arduis; Tertia quia multum cõuenit hominum prudentiæ, quòd articuli præiudiciales prius expediantur ad euirandum circuitum; nam ſententia lata ſeruiret de vẽto, ſi abſolutus nollet abiurare; hincq; videmus, quòd iuramẽtum fidelitatis præcedit inueſtiturã, vt ſcribit Franc. Sonſb. tract. de feud. par. 9. nu. 21. fol. 132. tom. 10. par. 2.

177 His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, vt ſententia feratur ſub conditione abiurandi, & adimplendi mandata, vt patet ex his, quę ſcribit Gemin. in cap. 12. vt commiſſi. §. necnon. ſub num. 4. de hæret. in 6. quare ſententia debet præcedere abiurationem, ſicut ſententia debet pręcedere executionem, & ita ſeruari in Hiſpania, ſcribit Simanch. de cathol. inſtitut. tit. 1. de abiurat. num. 29. in vltimis verbis, fol. 120. tom. 11. par. 2. & ſeruari hic Romæ ab Illuſtriſs. Cõgregatione S. Inquiſitionis teſtatur Pegn. d. commen. 41. verſ. verumtamen. dicens, quòd abiuratio habetur inter pœnas, quæ imponi ſolent redeuntibus ad pœnitentiam; & in hoc non egemus alicuius teſtimonio, quia euidenter patet in ſententijs, quas omnes Illuſtriſſimi Cardinales dictæ Sanctæ Inquiſitionis collegialiter ferunt, & ſubſcribunt hic Romæ,

Romæ, & patet etiam ex formula ſententiarum, quas alijs in locis ferunt alij Inquiſitores, vt in ſententia, lata à Petro Duſina contra Franciſcum Turrenſem, in eius proceſſu fol. 121. in Inſula Melivetana; cuius ſententiæ tenorem referam integrum, tùm quia præfatus Duſina fuit aſſeſſor dictæ Illuſtriſſimæ Congregationis, & propterea Pegn. aliàs in priori editione ad Eymer. direct. p. 3. ſchol. 42. verſ. atque in hanc. & ſchol. 55. verſ. & dum hæc ſcribo. ipſum in hoc propoſito honorificè citat, licet de eo in poſteriori editione mentionem non faciat; tùm vt ex eiuſdem ſententiæ forma videas, quòd non ſolum ſententia, ſed poſtea etiam abſolutio à cenſuris præcedit abiurationem.

178 *Noi Fra Martino de Portalruuio Veſcouo di Malta, & Pietro Duſina, Prothonotario, Inquiſitore, & Delegato Apoſtolico.*

Con l'eſſempio di quell'amoreuole padre di fameglia, che coſi benignamente raccolſe il figliolo prodigo, quale dopò l'hauer conſumato la ſoſtanza ſua con il viuer diſſoluto, & lictioſo, ricorſe à lui pentito dell'errore ſuo, douemo gratioſamente riceuere al gremio della ſanta Madre Chieſa quelli, che dopò l'eſſerſi allotanati dal dritto ſentiero della verità, & vnità della Fede Cattolica, cadendo in varij errori d'hereſie, finalmente rauuedutiſi dell'errore, ſi pentono con fermo propoſito di non incorrerui più, deteſtando, & maledicendo li ſuoi errori, & hereſie.

Di qui è, c'hauendo tu, ò Franceſco Turrenſe, per profeſſione fatta per l'addietro, Dottor di Leggi, peccato in molte coſe della vita tua, & caduto in hereſie, quali hai confermato con la mente, con le parole, & con li fatti: & perciò eſſendo denuntiato al noſtro Tribunale, come heretico, ò almeno ſoſpetto d'hereſia, & hauendo contra di te formato proceſſo per coſe noue, & vecchie; ſe ben tu alcun tempo ſei ſtato renitente à pentirti, & confeſſare la verità, finalmente dopò molti eſſamini, & proue fatte contra di te, hai anco, inſpirato da Dio, cõfeſſato gl'errori, & hereſie infraſcritte, cioè.

Che tu hai creduto, &c. & ſic per verſiculos diſtinctos ſcribuntur hereſes omnes, quas tenuit, quibus deſcriptis, ſequitur tenor ſententiæ.

Le quali tue contritioni, & confeſſioni, & altre coſe nella cauſa tua da noi viſte, & maturamente conſiderate nella noſtra Congregatione con il conſeglio, & maturo parere de Teologi, & Iuriſperiti coſi Eccleſiaſtici, come ſecolari, hauẽdo Dio, dal quale procedono tutti i retti giuditij, & la verità della ſanta Fede Cattolica, inanzi à gl'occhi, poſti auanti à noi i Sacroſanti Euangelij, hauemo determinato venir all'infraſcritta ſentenza contra di te.

Inuocato dunque il ſātiſſimo nome di Chriſto, & della Glorioſa Vergine Maria ſua Madre, ſedendo al noſtro Tribunale, & hauẽdo ſolo Dio inanz'à gl'occhi per queſta noſtra diffinitiua ſentenza, la quale proferemo in queſti ſcritti nella cauſa, & cauſe, che verteuano inanzi à noi frà il Mag. N. promotor Fiſcale del S. Offitio attore da vna parte, & te Franceſco Turrenſe prefato reo confeſſo, & ritrouato colpeuole ſopra l'hereſie predette, & altre coſe, nel proceſſo di detta cauſa più largamente contenute, dall'altra parte, pronuntiamo, ſententiamo, & dichiaramo, te Frāceſco Turrenſe eſſer ſtato heretico, e per queſto eſſer incorſo nelle cenſure, & pene impoſte dalli ſacri canoni, & cõſtitutioni cõtra tali delinquẽti: ma perche hai detto di pentirti di detti tuoi errori, affermando, che voi viuere, & morire nel gremio della Santa Chieſa Romana, volemo, & decernemo, che ſij aſſoluto, purche con core ſincero, & fede non finta abiuri, maledichi, & deteſti i tuoi errori, & hereſie predette in ſpecie, & ogn'altra hereſia in genere, nel modo, & forma, che ti ſarà data da noi nella Chieſa di Santa N. nel tal luogo &c. veſtito con l'habitello di color giallo, ſegnato con le croci roſſe inanzi, & dietro, il quale portarai ſopra tutti i tuoi veſtiti in ſegno di vera penitenza, & reconciliatione: ma acciò che ſij più cauto per l'auenire, & i tuoi delitti non reſtino impuniti, & ſia eſſempio à gl'altri delinquenti, & noi ſiamo certi, ſe tu camini nella luce, ò nelle tenebre, volemo, & decernemo.

Che tu habbi da ſtar carcerato, &c. & deſcribuntur per verſiculos diſtinctos omnes pœnitentiæ ſalutares, reo infligendæ, quibus deſcriptis, ſequitur tenor ſententiæ. *Reſeruandoci nondimeno in tutto, ò in parte la moderatione, mitigatione, & commutatione delle ſopradette pene, & penitenze, quante volte ſarà biſogno, & così per la preſente ſententia in queſti ſcritti dicemo, decernemo, pronuntiamo, ſententiamo, & penitentiamo in ogni miglior modo, che ſia permeſſo di ragione, rimettendoti per miſericordia la confiſcatione de tuoi beni.*

Martinus Epiſcopus Melivetanen. Petrus Duſina Inquiſitor, & Delegatus.

Dic

Die Dominico, quæ computatur, 19. ſeptembris, 1570. hora &c. hora miſſarum in Ciuitate N. præſens ſupraſcripta diffinitiua ſententia lata, lecta, promulgata, & publicata fuit per me Notarium, &c. alta, & intelligibili voce in loco &c. coram præfatis Reuerendiſs. DD. Epiſcopo, & Inquiſitore, aſſiſtentibus ibidem Magnif. N. promotore Fiſcali S. Offitij, N. N. N. N. N. & alijs teſtibus in magno numero.

Ego N. Notarius &c.

Poſtea eadem die, & incontinenti ſequitur abſolutio à cenſuris, de qua abſolutione non conſtat aliter, quàm per relationem Notarij in eodem proceſſu poſt præfatam ſententiam, quæ relatio eſt huius tenoris.

Eiſdem die, & hora, loco & inſtanti, &c. Reuerendiſsimus D. Inquiſitor, indutus de more ſupradictum Franciſcum Turrenſem principalem genibus flexis conſtitutum coram præfato Reuerendiſsimo D. Inquiſitore à ſupraſcriptis omnibus, & ſingulis cenſuris eccleſiaſticis occaſione præmiſſorum incurſis abſoluit, ſic publicè aſtante populo, & præſentibus quibus ſup.

Idem N. Notarius, &c.

179 Poſtea ſequitur abiuratio.

Io Franceſco Turrenſe, Dottor di legge, poſto quà auanti li Reuerendiſſimi Monſignor Veſcouo di Malta, & Pietro Duſina, Inquiſitore, & delegato Apoſtolico, & hauendo auanti gl' occhi miei li ſacroſanti Euangelij, & conoſcendo per Dio gratia, neſſuno poterſi ſaluare fuori di quello crede, tiene, inſegna, & predica la Santa madre Chieſa Catholica Romana, però hauendo io tenuto, & creduto gl' errori, & hereſie infraſcritte, cioè

Che, &c. & ponuntur per verſiculos diſtinctos omnes propoſitiones hæreticales, quas ipſe tenuit, quibus poſitis, ſequitur tenor abiurationis.

Ma poi, per ſingolar beneficio de Dio, aiutato, & ritornato al cor mio, & deſideroſo caminar per la via della ſalute; del che eſſendo io mal contento, & dolente, abiuro, maledico & deteſto tutte l' hereſie, & errori ſudetti, & ogni, & qualunque altra hereſia, & prometto, & giuro ſopra queſti ſanti Euãgeli, poſti auanti di me, di credere cõ il cuore, ſi come cõfeſſo cõ la bocca, quella ſanta fede catholica, la quale la ſanta Romana Chieſa crede, predica, & oſſerua, & conſeguentemente così per l' auenire tenere, & credere, & cõſeguentemẽte abiuro, deteſto, maledico, & abnego ogn' hereſia di qualſiuoglia conditione, ò ſetta, & particolarmente abiuro tutte, & ſingole hereſie predette. Et di più giuro, & prometto, che per l' auenire non tenerò, nè crederò neſſuna hereſia, ne adherirò ad alcuno, ne inſegnarò, ò inſtruirò alcuna perſona di qualſiuoglia hereſia, ne legerò libri, che contenghino hereſie, ne li tenerò; anzi s' hauerò notitia d' alcuno, che ſteſſe inuolto in tal' errore, quãto più preſto potrò, di riuelarlo al Reuerẽdiſs. Mõſignor Veſcouo di Malta, ouero all' Inquiſitore, & eſſendo in altro luogo, all' ordinario, ò all' Inquiſitore del luogo, doue mi trouarò. Di più prometto, & giuro di fare, & adempire la penitenza, che per queſta cauſa mi è ſtata impoſta, & ſe in alcun tempo ſi trouarà ch' io contrauenghi in alcuno delli ſudetti errori, & hereſie, da me abiurate (che Dio me ne guardi) ò per proue legitime in giuditio, ò per mia confeſſione, voglio eſſer punito, come relapſo, & come commandano li ſacri Canoni, & così Dio m' aiuti, & queſti ſanti Euangelij. In fede del che hò fatto la preſente, & ſottoſcrittola di mia mano propria. Dat. Melitæ in Eccleſia N. die 19. Septembris, 1570.

Franciſcus Turrenſis affirmo, vt ſupra.

Deinde notarius in calce refert etiam, & fidem facit de præfata abiuratione cum omnibus ſuis qualitatibus, & coram teſtibus.

180 Nota ex præfata abiurationis formula, quòd quatuor in ea requiruntur; primum, deteſtatio errorum; ſecundum, confeſſio fidei catholicæ; tertium, promiſſio iurata non diſcedendi à recta fide; quartum, ſubſcriptio abiurantis poſt libellum abiurationis, de quibus quatuor requiſitis ſcribit Simanc. de cathol. inſtit. tit. 1. de abiurat. nu. 4. fol. 119. tom. 11. par. 2. & ratio tertij requiſiti, quare requiratur iuramentum in promiſſione, eſt, quia is, qui ab ea fide, qua ſe obligauerat in baptiſmo, impiè diſcedit, eſt indignus, vt credatur eius ſimplici affirmationi, Simanc. eod. tit. 1. num. 8.

181 Firmata ſupraſcripta contraria obſeruantia.

Reſp. ad primam, & ſecundam rationem, quòd abiuratio non conſideratur, vt quid neceſſarium ad perficiendum proceſſum, ſed conſideratur, vti ordo, & modus executionis ſententiæ, & quando etiam ſumeretur vti conditio ſententiæ, tamen non habetur in conſideratione, quia adimpletur in ipſa ſententia, & ideo non ſuſpendit, neque reddit ſententiam incertam, & hoc ſufficit, vt hæc

expli-

explicaui inf. q. 14. n. 60. & ſeqq. & licet abſoluendus nollet poſtea abiurare, tamen tunc circumſcriberetur illa ſententia, & formato breuiter nouo proceſſu, condemnaretur tan- 1
quam impœnitens, & pertinax.

Ad tertiam rationem de circuitu euitando, reſpondeo, quòd cum abſoluendus ſit iam diſpoſitus abiurare, nulla remanet ſuſpicio, quòd poſſit dari circuitus.

182 Nota poſtremo ex relata formula ſententiæ, quòd etſi Eymer. eam ſemper ponat in lingua latina, tamen laudabili vſu, vt eam omnes intelligant, receptum eſt, quod feratur in lingua vulgari, vt dixi infra q. 28. n. 6.

Vidimus in hac q. quales iudex, compilato proceſſu, ferre debeat ſententias, ſed qualem ferre debeat, quando certa iudicis ſcientia eſſet compilationi proceſſus contraria, & proinde conſcientia eum remorderet ſi ſententiam ex probatis in proceſſu ferret, dicemus in queſt. ſeq.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

Sententiam iudex an ferre debeat ſecundum acta, & probata, etiamſi in ſua conſcientia certò ſciat, acta, & probationes non continere veritatem, num. 1. & ſeqq. Concluditur, quod debet iudicare ſecundum acta, & probata, num. 4. & ſeqq. num. 18. & ſeqq. num. 37. & ſeqq. Neque poteſt propter eius priuatam ſcientiam modificare ſententiam ferendam, num. 20. Et quid agere debeat antequam proferat ſententiam ex falſis teſtibus, nu. 45. & ſeqq. Et qui iudices poſſint iudicare ſecundum ſuam conſcientiam, num. 54.

Medicus omnia debet facere ſecundum regulas artis, & ita iudex ſecundum leges, & conſtitutiones, alias debet puniri, &c. ſub num. 4.

Conſcientia inanis non excuſat iudicem, ſub num. 4.

Iniuriam facit legi iudex, qui vult videri melior ipſa lege, ſub num. 4.

Conſcientia iudicis non debet proficiſci de ſinu, & pectore iudicis, ſed de vtero, ac ſinu legis, ſub num. 4.

Peccare non dicitur iudex, qui iudicat ſecundum acta, & probata, licet ſecundum veritatem, ſibi ſoli in conſcientia notam, aliter deberet iudicare, ſub num. 4. & 7. Dummodo in conſcientia credat, ſe debere iudicare ſecundum acta, & probata, eod. num. 7. & 42. Alias ſi credat ſe peccare, iudicando ſecundum acta, & probata, peccaret; quãuis recte iudicaret, & ideo debet prius deponere iſtam credulitatem, nu. 8. & 42. Et quid facere debeat, ſi non poſſet deponere ſcrupulum conſcientiæ, num. 50.

Peccat qui agit contra ſuam conſcientiam, quia non dicitur agere ex fide, ſub num. 7.

Ignorantia iudicis plerunque eſt calamitas innocentiæ, quomodo hoc dictum ſancti Auguſt. intelligatur, num. 9. & 10.

Teſtes falſi ſunt lupi rapaces rerum, vel vitæ, & dicuntur homicidæ, & prædones, nu. 12.

Iudex licet in conſcientia ſciat, teſtes eſſe falſos, & accuſatum eſſe innocentem, tamen, ſequendo dicta teſtium, & condemnando innocentem, non offendit innocentem, neque dicitur miniſter illorum teſtium, ſed dicitur miniſter iuris, num. 13. 14. & 15.

Probationes quomodo dicantur media ordinata ad finem veritatis innoteſcendæ, & ius ſuum cuique reddendi, num. 16. & 17.

Excommunicatio eſt medicina animæ peccatricis, ſi excommunicatus obediat; ſecus ſi contemnat, ſub num. 17.

Abſoluere nocentem ex falſis probationibus debet in iudice habere minorem ſcrupulum conſcientię, quàm condemnare innocentem, num. 18.

Temperare rigorem legis an poſſit iudex ex aliqua cauſa, num. 21.

Abſolutio diffinitiua reorum in cauſis criminalibus quare receſſerit ab aula, & introducta ſit abſolutio, rebus ſtantibus, ſeu ab obſeruatione iudicij, num. 22. 23. & 24.

Peccat tã in foro exteriori, quàm in interiori iudex, qui fert ſententiam iniuſtam in foro exteriori, licet ſit iuſta quoad Deum, & in foro interiori, num. 25.

Iuſtificari non poteſt ſententia ex actis poſt ſententiam, num. 26. & ſeqq. num. 30. & ſeqq. Limitatur, num. 36.

Legibus obtemperandum eſt, etiam in caſu, quo ex inobedientia non læderetur finis legum, imo etiam in caſu, quo res melius gereretur, nu. 28. & ſub num. 30. & 31.

Duci belli, qui non paret, punitur pœna capitis, ſub num. 27.

Captura conceſſa ſine indicijs, & ideo iniuſtè,

non

non iuſtificatur ex indicijs ſuperuenientibus, ſub num. 30.

Captus male, retinetur bene, ſi eſſet denuo capiendus, ſed tamen iudex, qui conceſſit capturam, male fecit, & eſſet puniendus, ſub num. 30.

Inquiſitio formata, non præcedente informatione apud acta de diffamatione, non iuſtificatur ex eo, quia verè adeſſet diffamatio, num. 32.

Tortura illata ſine præcedentibus legitimis indicijs, non iuſtificatur ex indicijs ſuperuenientibus, &c. num. 33.

Interlocutoria non poteſt iuſtificari, aut confirmari ex nouis actis, num. 35.

Sententia diffinitiua iudicis à quo iuſtificari poteſt ex nouis probationibus coram iudice ad quem, & ea iuſtificata, ſi confirmetur, erunt duæ conformes, licet ex iſta confirmatione non tollatur, quòd iudex à quo pronunciauerit iniuſtè, num. 36.

Sententia diffinitiua quomodo poſſit diuerſo modo eſſe iniuſta, & iuſta quoad iudicem à quo, ſub num. 36.

Sententiam iudex ferre debet, ſequendo dicta teſtium iuris, & non teſtimonium ſuæ propriæ ſcientiæ contra communem Doctorum opinionem, num. 38. & ſeqq.

Opinionem communem quando iudex ſequi debeat, & quando non, num. 39. & 40.

Subſcribere ſententiæ Collegarum debet Collega ſimpliciter, vel non ſubſcribere, num. 43. & 44.

Iudex, qui certò ſcit in ſua conſciẽtia, reũ, conuictum falſis teſtibus, eſſe innocentem, qua diligentia vti debeat, ne eum condemnet, n. 45. & ſeqq. Et quando debeat potius dimittere officium, quàm eum condemnare, num. 50.

Pilatus priuſquam traderet Redemptorem noſtrum Iudæis crucifigendum, multa vſus fuit diligentia, ne traderet, num. 46. & 47. Sed tamen adhuc is grauiter peccauit, & quare, num. 51. & ſeqq.

Cruci, in qua fuit affixus Redemptor noſter, fuit appoſitus titulus, & quare Pilatus noluit, illum titulum detrahi, num. 47. & 48.

Princeps, qui habeat poteſtatem condendi legem, quales ſunt Papa, & Imperator, poteſt iudicare ſecundum ſuam conſcientiam, num. 54.

Princeps, qui contra acta, & probata vult ex ſua priuata conſcientia ſententiam ferre, quid debeat obſeruare, num. 55. & 56.

1 QVAERO octauo, an iudex debeat ferre ſententiam ſecundum acta, & probata, etiam in caſu, quo ipſe ex propria, & indubitata ſcientia ſciat, probationes illas eſſe falſas, vel debeat potius ſententiam ferre ſecundum veritatem, ſibi in conſcientia certò notam, credatque propterea, peccatum eſſe, ſententiam aliter ferre.

Quia hæc quæſtio eſt celebris, peruulgata, & admodum grauis, & dupliciter periculoſa; videlicet, in foro exteriori, præſertim criminali, conſiderato periculo reorum, & in foro interiori, conſiderato peccato, cuius timore boni iudicis conſcientia anxia, & perplexa; mirum in modũ agitatur; ideo Theologi, & Iuriſperiti in ea ſe valde contorquentes, in contrarias iuerunt opiniones, multiplices addiderunt diſtinctiones, quas omnes ſi quis hodie diligenter vellet colligere, & recenſere cum ſuis primis anteſignanis, & vlterius eaſdem diſcutere, crederem certe, quòd lectori, ſeu auditori antequam reſolutionẽ afferret, ſtomacum faceret; qui tamen mihi non crederet, delibet tantum quæ copioſa perplexitate congeſſerunt Abb. in cap. 28. paſtoralis. §. quia vero. num. 8. & Felyn. num. 23. & ſeqq. de offic. & poteſt. iud. deleg. Caiet. ad S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 2. Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. q. 4. art. 2. Abulen. ſuper exod. 23. q. 6. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 1. & Mich. Sal. ad S. Thom. dicta q. 67. art. 2. per totum.

His ego monitus, opiniones breuiter referam, relatis, eligam, & vtilia proſequar.

2 Prima ergo ſit opinio, quòd iudex, neglectis falſis probationibus, debeat iudicare ſecundum veritatem ſibi extra acta certò notã, prout ad ita iudicandum ſibi dictat conſcientia; hancq. opin. tenuit Hug. prout eum citant, ſed non ſequuntur Gl. in dicto cap. 28. paſtoralis. §. quia vero. in verbo, tenetur eandem. & Abb. nu. 8. & prout eundem in l. prætor. ff. de iuriſ. omn. iud. citant, & non ſequuntur Sot. dicto art. 2. fol. mihi 450. col. 2. verſus finem, & Mich. Sal. dicto art. 2. verſ. ſecunda opinio. fol. 423. tenuit etiam Martin. iuris ciuilis antiquus interpres, prout eum citant, ſed non ſequuntur Gl. vnica, in l. 6. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. Couar. di-

cto

cto cap. 1. ſub num. 3. verſ. octauo hæc. & Mich. Sal. in loco hic ſupra proxime citato. & vtrunque Hug. ſcilicet, & Martinum citat, & in effectu videtur ſequi Luc. de Pen. in l. 2. quicunque. ſub num. 5. & 6. maxime iuncto num. 2. in fine, C. de tabul. ſcrib. &c. lib. 10. inter Theologos ita explicite contra S. Thom. citatum infra pro tertia opinione tenuerunt Nic. de Lyr. in Exod. 23. in illis verbis, *inſontem & iuſtum non occides*, in littera E. fol. 172. par. 1. & alij, quos citant ſed non ſequuntur Sot. dicto art. 2. in prima opinione. fol. 450. col. 2. verſus finem, Couar. & Mich. Sal. in locis ſupra proxime citatis; quare hæc opinio præter Hug. & Martin. paucos habet ſequaces.

Rationes, & argumenta huius opinionis ſunt illa, ad quæ reſpondeo infra num. 7. & ſeqq.

3 Secunda opinio diſtinguit, & quaſi conciliat opiniones, vt hæc prima opinio procedat in criminalibus, in quibus agitur de vita hominis, & ſequens tertia opinio, quæ eſt primæ contraria, procedat in ciuilibus; & hanc opin. ſi vera eſt relatio, quam nobis faciunt Sot. dicto art. 2. in ſecunda opin. fol. 450. in fine, & 451. initio, & Mich. Sal. dicto art. 2. verſ. eſt tertia opinio. fol. 424. in fine, & 425. initio, tenuerunt quidã Rodulph. antiquus Iuriſperitus, Iniol. & nonnulli alij Iuriſconſ. in l. à diuo pio. ff. de re iud. Sum. Roſel. & ſupplementum, in verbo, iudex. & placuit Adriano in quolibet. q. 6. art. 3.

4 Tertia opinio eſt ſimpliciter contraria primę, vt iudex teneatur ſententiã ferre, & iudicare, non ſecundũ propriam conſcientiã, informatam de certa veritate extra acta, ſed ſecundũ acta, & probata; quãuis illæ probationes ſint falſiſſimę; & hãc opin. ex Legiſtis tenuerunt Gl. in dicta l. 6. illicitas. §. veritas. & Bar. ff. de offic. præſid. Cyn. in l. 1. ſub n. 3. ibi, aut queritur de iudice qui eſt ſub lege. C. vt quę deſ. aduoc. Bal. in l. 2. hac lege. ſub num. 15. & num. 16. verſ. quid ergo. C. de ſenten. ex peric. recitan. dicens ex Io. Monac. quòd iudex debet facere id, quod medicus, quia omnia debet facere ſecũdum regulam artis, ideſt, ſecundum leges, & conſtitutiones, alias punitur, nec excuſat eum inanis conſcientia, ideſt, prętenſa, nam iniuriam facit legibus, qui vult videri melior ipſis legibus, & in l. 1. ſub num. 19. verſ. item allegatio. C. ſi plures vna ſent. &c. dicens, quòd ſecreta conſcientia de ſinu iudicis, & de ſecretis pectoris ipſius non debet proficiſci, ſed de vtero, ac ſinu legis; verum Io. Monach. quem citat Bal. non loquitur, prout Bal. eum citat, ſed loquitur, prout nos eum retulimus infra q. 19. ſub num. 126. & hęc eadem, quæ ſcribit Bal. ex Ioan. Monach. refert ex Bologn. Prob. in addit. ad Io. Monach. in cap. 1. nu. 1. de ſent. excom. in 6. fol. 365. & hanc tertiã opinionem tenẽt etiam Alber. de ſtatut. par. 3. q. 53. fol. 63. tom. 2. Iaſ. in §. ſi minus. nu. 15. Inſtit. de action. ex Canoniſtis Gloſ. in dicto cap. 28. paſtoralis. §. quia vero. in verbo, tenetur eandem. & in effectu reſidet ibidem Abb. ſub num. 8. verſus finem, de off. & poteſt. iud. deleg. ad quem locum ſe remittit in cap. 1. num. 8. & 9. de offic. ordin. Lanfran. de Orian. in cap. quoniam contra. ſub n. 541. de probat. inter Reper. tom. 3. fol. 268. Nauar. in cap. 4. ſi quis autem. ſub nu. 121. in 6. argumento, & num. 128. & 129. diſtin. 7. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 1. num. 3. in fine, verſ. ex oppoſito. & ſub num. 7. verſ. ex hac ſane opinione. & alij, quos ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 80. nu. 1. ex Criminaliſtis Clar. & Moder. quos ſecutus ſum ſub eod. num. 1. ex Theologis S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. verſ. ad tertium. & q. 67. art. 2. verſ. ſed contra. & ibi late Caiet. verſ. ratio autem allata. & Mich. Sal. verſ. variæ ſunt. fol. 423. Abulenſ. in Exod. 23. q. 6. fol. 442. Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. q. 4. art. 2. in tertia opinione, fol. 451. col. 1. cui Soto Carolus Cæſar ſuæ propriæ conſcientiæ iudicium, & examen generaliter maxima totius Reip. fœlicitate commiſit, vt refert Couar. dicto cap. 1. ſub num. 2. in ſecundo argumento, & tenent alij quamplures Theologi antiquiores, quos citant Caiet. Sot. & Mich. Sal. in locis ſupra proxime citatis, & non peccare iudicem, qui condemnat ſecũdum probata illum, quem ſcit innocentem, & ita dicere Theologos, etiam inſpecto iure diuino, & audiuiſſe ita definiri in diſputationibus publicis per Fratrem Aegidium Magiſtrum Theologiæ ordinis Eremitarum, ſcribit Cyn. in dicta l. 1. in fine, & hanc eſſe communem opin. (vltra quod patet ex prædictis) teſtantur, & ſequuntur Sot. Mich. Sal. & Nauar. in locis ſupra proxime citatis, & Couar. dicto cap. 1. ſub num. 6. in 6. argumento, & nos dicto cap. 80. num. 1. & eſſe communem poſitionem Theologorum, Canoniſtarum, & Legiſtarũ teſtatur, ſed nõ videtur ſequi Luc. de Pen. in loco citato ſup. n. 2. in 1. opinione.

Ratio

5 Ratio huius communis opinionis, omiſſis quæ ab alijs copioſius allegantur, eſt, quia iudex debet eſſe ſolum iudex, & non iudex, & teſtis ſimul, per ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 10. num. 25. verſ. confirmatur. & num. 41. & ſeqq. & non debet ei ſoli credi, quia de iure diuino habemus, quòd in ore duorum, vel trium ſtat omne verbũ, vt patet ex auctoritatibus, à me citatis in meo tract. de commerc. §.1.q.7. par.2.ampl.19.num.42. quod cum ita ſit, non poteſt iudex ex ſola ſua priuata ſcientia ſententiam ferre; idque ſciunt omnes, & ſeruatur vbique, & ipſa Redẽptoris noſtri actio nos docuit, dum in Io.8.num. 10.& ſeqq. quamuis ipſe, cui nota ſunt omnia, ſciret, mulierem fuiſſe adulteram, tamen, vt nos doceret iudicare, quia non conuincebatur de adulterio, noluit eam condemnare, & voluit apertè nobis oſtendere, quòd ipſe ſciret, eam fuiſſe antea peccatricem, dum illi dixit, *vade, & iam amplius noli peccare* & quòd eam noluerit condemnare, quia non conuincebatur de adulterio, ſcripſi etiam ſupra lib. 1. cap. 80. ſub num. 1. & dicta ampl. 19. num. 34. & 35. docuit etiam nos, quando dixit Apoſtolis, quòd vnus ex ipſis erat eum traditurus, quamuis certò ſciret, quis eſſet ille, vt ad hoc ipſum propoſitum allegaui infra q. 15. nu. 32. vnde quem alium volumus teſtem, ſeu auctorem huius opinionis?

6 Ratio rationis eſt, quia alias, ſi, neglectis probationibus, poſſet iudicare ex ſua propria, priuataque ſcientia, offerretur ei occaſio, dareturque poteſtas vindicandi odia priuata, & proprias iniurias occultas, & reo auferretur facultas ſe defendendi, vt ſcripſi ead. ampl. 19. num. 34. & 35. & è conuerſo daretur eidem facultas, vt delinquẽtes poſſet dimittere impunitos, quia, neglectis probationibus, poſſet dicere, ſe habere certiſſimam ſcientiam, quòd, is, quem dimittit, eſt innocens, quod ſanè eſſet Reipublicæ magnum detrimentum.

Confirmantur hæc tertia opinio, & dicta in ea ex his, quæ ſcripſi infra hac ead. gl. quæſt. 15. num. 31. verſ. ratio. & ſeqq.

7 Retenta hac tertia opinione, quę eſt communis, eſt in ore omnium, ſeruatur, & debet ſeruari propter rationes adductas.

Non obſtat primo, quòd pro prima opinione, huic contraria, allegatur, videlicet, eſſe peccatum, quicquid non eſt ex fide, & id dici, non eſſe ex fide, quod fit contra cõſcientiam, vt poſt alios argumentatur Couar. dicto cap. 1. num. 1. & dixi dicta ampl. 19. num. 59. & conſequenter peccare iudicem, ſi iudicet ſecundum acta, quando habet cõſcientiam in contrarium; quia reſpondeo, diſtinguendo: aut iudex iudicat ſecundum acta, & probata, & in ſua conſcientia credit, ſe ita debere iudicare, non obſtante ſua priuata ſcientia in contrarium; & tunc dico, quòd rectè iudicat, & non peccat, quia non iudicat contra conſcientiam, ſed ſecundum conſcientiam, cum credat, ita poſſe iudicari ſine

8 peccato; & ita procedit hęc tertia opinio: aut credit, ſe peccare, ſi iudicet ſecundum acta, & probata; & tunc dico, quòd quamuis rectè iudicet, tamen peccat, & ita procedit allegatio; & proinde iudex iſto caſu, quando conſcientia ſibi contradicit, debet priuſquam iudicet, illam deponere, quia conſcientia etiam erronea ligat, vt ſcripſi ead. ampl. 19. ſub num. 59. verſ. corroboratur. & verſ. confirmatur primo. & ita in hac facti ſpecie ſcripſit etiam Bal. in l. 2. hac lege. num. 15. in vltimis verbis, & nu. 16. verſ. quid ergo. C. de ſent. ex peric. recit. hæcquè eadem in effectu colliguntur ex eo, quod ex Adrian. ſequitur Nauar. in cap. 4. ſi quis autem. num. 132. & ſeqq. diſt. 7. tom. 1. & hæc diſtinctio videtur habere faciliorẽ traditionem, & eſſe magis ſatiſfactoria, quàm illa, qua vtuntur Sot. dicto art. 2. ibi, ad quartum. fol. 453. Couar. dicto cap. 1. ſub num. 6. verſ. non obſtant. & Mich. Sal. dicto art. 2. verſ. nunc ad argumenta. fol. 417. in caſu tamen, quo non poſſet deponere conſcientiam, vide infra num. 50.

9 Non obſtat ſecundo, quòd S. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 19. cap. 6. tom. 5. à ſcientia, & ignorantia iudicis videatur metiri totam iudicij humani conditionem, & reſolutionem, dum', huius iudicij miſeriam plorans, ſcribit: *quid ipſa iudicia hominum de hominibus, quæ ciuitatibus in quantalibet pace manentibus deeſſe non poſſunt, qualia putamus eſſe, quàm miſera, quàm dolenda, quandoquidem hi iudicant, qui conſcientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt? vnde ſæpe coguntur tormentis innocentium teſtium, ad alienam cauſam pertinentem, quærere veritatem; quid cum in ſua cauſa quiſque torquetur, & cum quæritur, vtrum ſit nocẽs, cruciatur, & innocens luit pro incertiſſimo ſcelere certiſſimas pœnas, non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur? ac per hoc ignorantia iudicis plerun-*

que

quæ eſt calamitas innocentis: &c. quod eſt intolerabilius, magiſque plangendum, rigandumque, ſi fieri poſſet, fontibus lacryma-
10 *rum, &c.* † Quia reſpondeo, quòd iſte locus S. Auguſtini intelligitur de ſcientia, & ignorantia iudicis, manifeſta ex actis, prout requiritur ad iudicandum, & non de ſcientia priuata iudicis, quia notiſſimum erat S. Auguſtino, quòd iudex non poteſt eſſe teſtis, & iudex.

11 Addo hic obiter: ſi deplotanda eſt miſeria iudicij humani, eò quia iudex, ignorans veritatem facti, ſæpè innocentes cogitur torquere, dicat idem Sanctus, quantò magis deploranda ſit, quando cum ignorantia facti concurrit ignorantia iuris, quantòque maior tunc ſit calamitas innocentis: calamitas, procedens ex ignorantia facti, hac ratione mulceri videtur, quòd tota illa facti, & veritatis incertitudo à quadam Dei permiſſione videtur emanare, cui reſiſtere non poſſumus, & cui iraſcamur, niſi ſtultè, non habemus: at calamitas, quæ procedit ab ignorantia iuris, ea ratione mulceri non poteſt, quia, cum in iure certa ſint omnia; innocens fert grauiter damnũ, à iudicis ignorantia illatum.

12 Non obſtat tertio, quòd teſtes, quibus contra veritatem innocens conuictus damnandus eſt, veniant in veſtimentis ouium; & intrinſecus ſint lupi rapaces rerum, vel vitæ, ac per hoc, ſi iudex, certus de innocentia, iuxta eorum dicta iudicat, miniſter eſt homicidarum, aut prædonum; & ſic non excuſatur; ſcriptum enim eſt, neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, verumtamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit, vt argumentatur Caiet. in S. Thom. 2. 2. quæſt. 67.
13 art. 2. verſ. arguitur poſtremo. † quia, vt reſpondet idem Caiet. ibidem, verſ. ad poſtremum: negatur, quòd iudex ſit miniſter illorum teſtium, ſed eſt miniſter iuris; & propterea non incurrit reatum ſequelæ, nec per ipſum venit ſcandalum, ſed per illos teſtes,
14 qui abutuntur iure, & iudicis officio: † vel, reſpondendo plenius, dico, quòd ſi ſupponamus, quòd miles aduerſus hoſtes Reip. & fidei Chriſtianæ habeat in manibus promptum tormentum bellicum, vt eos vel offendat, vel ab eis ſe defendat; & ſupponamus etiam, quòd veniat aliquis vnus, qui militis brachium inuiti, & violentia irreparabili coacti, vertat, & illud tormentũ exoneret aduerſus nõ hoſtem, ſed amicũ Reip. illumque, dolente milite, interficiat, vtique miles non diceretur illum interfeciſſe, ſed ille, qui tormentum exonerauit: ſic in propoſito; iudex eſt armatus publica auctoritate aduerſus malefactores, veniunt teſtes falſi, & cogunt ipſum inuitum vti illa auctoritate contra innocentem; certè non iudex, ſed teſtes malè agunt, Abulen. in Exod. 23. quæſt. 6. in ſolutione ſecundæ obiectionis, fol. 443.
15 col. 1. † hincque eſt, quòd de damno, quod alicui infert ſententia, lata ex depoſitione falſorum teſtium, non tenetur iudex, qui ſententiam tulit, ſed tenentur illi teſtes falſi, vt aduertit Mich. Sal. ad S. Thom. 2. 2. quæſt. 67. art. 2. verſ. ſequitur ſecundo, fol. 427. col. 1.

16 Non obſtat quarto, ſi dicas, quòd finis, & medium ordinatum ad finem ſic ſe habent, quòd ſi media ducant ad contrarium finis, non ſunt media ad finem, nec à ſapiente executioni mandantur, vt patet in ſanitate, & medicinis: ſi enim conſtaret, medicinas inducere infirmitatem, contrariam ſanitati intente, fatuus eſſet proſequens illas, propter canones omnium medicorum: ſed probationes in iudicio ſunt media ordinata ad finem veritatis innoteſcendæ, & ius ſuum vnicuique reddendi: ſi ergo conſtat, quòd eiuſmodi media ducunt ad contrarium veritatis, & iuris reddendi, conſequens eſt, vt ad ſapientem iudicem ſpectet, non proſequi talia media contra finem, & ſic malè faceret, ſi iudicaret ſecundum acta, & probata: idque confirmatur, quia licet iudex debeat iudicare ſecundum leges ſcriptas, tamen quando recta ratio dictat aliquid circa eas, poteſt, vt aiunt, vti epicheia, quod eſt temperare rigorem legis, vel mutare pœnam; & proinde poteſt illis probationibus ex aliqua inueriſimilitudine, ſuſpicione, ſeu coniectura non adhibere fidem, ſaltem plenam; facit etiam pro iſta obiectione, quod ſcripſi ſupra gloſ. 9. num. 17. verſ. declara[illegible]

17 Quia huic argumento, quod facit Caiet. dicto art. 2. verſ. additur & his ſextum. & poſt eum Mich. Sal. eodem art. 2. in 11. arg. reſpondeo vna cum Caiet. quòd finis iuſtitiæ publicæ humanæ non eſt veritas facti abſolutè, ſed eſt veritas facti, publica homini; & propterea quantumcumque ſit iudici ſoli manifeſtum, non habetur finis, ſed eſt neceſſaria diſcuſſio, vt perueniatur ad finem, publicam ſcilicet veritatem; conſtat autem, quòd iudicans ſecundum al-

legata, & probata, iudicat ſecundum veritatem, non ſimpliciter, ſed publicam in humanis iudicijs: & ſimili modo dicitur, quòd licet finis iuſtitiæ ſit reddere vnicuique ius verè ſuum; finis tamen iuſtitiæ publicæ humanæ eſt reddere vnicuique ius ſuum, non ſimpliciter, ſed quantum poteſtas, & ſcientia publicæ ſe extendere poſſunt: neque enim plus exigendum eſt ab homine: & huic Caietani ſolutioni conuenit quod ſcribit Ioann. Monach. in cap. 1. ſub num. 1. de ſent. excommun. in 6. dicens, quòd etſi excommunicatio ſit medicina animæ peccatricis, hoc tamen, inquit, eſt verum, ſi excommunicatus obediat, ſecus ſi contemnat; & tunc, inquit, non imputetur medico animæ, ſed contemptui excommunicati; quare, inquit, nec medicus ſemper ſanabit, nec orator omninò perſuadebit; ſed ſi de contingentibus artis nihil omiſerit, illum dicimus ſufficienter habere artem, & in hoc noſtro propoſito Bal. in l. 2. hac lege. num. 16. C. de ſent. ex peric. recit. qui ad hæc allegant verſum: *non eſt in medico ſemper releuetur vt æger*. Ad illud, quod dicitur de epicheia, ideſt, de temperando legis rigore, vide quæ ſcripſi infra num. 21.

Non obſtant demum alia argumenta, quæ adducunt S. Thom. & Caiet. ad eum dicto arr. 2. Sot. dicta quæſt. 4. art. 2. Couar. dicto cap. 1. num. 1. & ſeqq. & copioſius Mich. Sal. dicto art. 2. verſ. ſecundo mendacium. & verſ. ſeqq. fol. 423. col. 2. quia ipſi reſpondent, & hæc omnia cenſeo conſultò eſſe prætermittenda, tum quia non vrerer breuitate, qua ſupra num. 1. in fine. dixi me vſurum, tùm quia modicam habent vtilitatem, tùm demum quia non deſunt quamplura vtiliora.

18 Amplia primo nunc eandem tertiam opinionem, poſitam ſupra num. 4. vt procedat non ſolum quando probationes eſſent pro abſolutione rei, quo caſu minor debet eſſe ſcrupulus conſcientiæ, quia minus malum eſt abſoluere nocentem, quàm damnare innocentem, vt ex Cald. refert, & ſequitur Abb. in cap. 28. paſtoralis. §. quia verò. verſus finem, ſub num. 8. ibi, ſed in hoc diſtinguit. & ex eo, & alijs Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 1. ſub num. 3. ibi, cæterum ex his & alijs. & tenet apertè Nic. de Lyr. in Exod. 23. ſuper illis verbis, *inſontem & iuſtum non occides*. in littera F. verſ. iuſtum. & enixè, lateque nititur oſtendere Abulen. dicto cap. 23. in illis verbis, & iuſtum non occides. fol. 445. ſed amplia dico, vt procedat etiam ſi probationes ſint contra reum; quia nihilominus iudex debet illum condemnare ſecundum acta, & probata, licet ille reus quoad Deum, & quoad priuatam ſcientiam ſuam ſit innocens, & abſoluendus, quia in his terminis loquuntur Doctores citati pro tertia opinione.

19 Quamuis Luc. de Penn. in l. 2. quicunque. ſub num. 6. C. de tabul. ſcrib. &c. lib. 10. diſtinguat: aut quæritur, an iudex poſſit ex ſola ſua ſcientia, & dicto condemnare aliquem ſine alijs probationibus; & inquit, non poteſt, quia hoc ſibi non conſtat, vt iudici, ſed vt priuato; & ita declarat communem opinionem, de qua ſupra num. 4. in tertia opinione: aut quæritur, an iudex debeat condemnare eum, qui falſis teſtibus eſt conuictus de delicto, & ipſe iudex certò ſcit, illum eſſe innocentem; & tunc inquit, iudex non debet illum condemnare contra ſuam conſcientiam; & ita ipſe tenet indubitanter: nam etſi primum huius ſuæ diſtinctionis membrum concordet omninò cum opinione communi; tamen ſecundum membrum, quamuis ſit probabile, & videatur correſpondere religioni Chriſtianæ, & poſſit ſaluari in temperamento, de quo nos infra num. 45. habet poſitionem contra communem opinionem.

20 Amplia ſecundo, vt adeo teneatur iudicare ſecundum acta, & probata, vt debeat omnino abſoluere, vel condemnare, prout indicant probationes, factæ in proceſſu, nulla habita ratione ſcientiæ priuatæ in contrarium; & proinde ſi ex actis, & probatis reus ſit abſoluendus diffinitiuè, ſeu condemnandus abſolutè, iudex, ſi ob ſuam propriam, priuatamque ſcientiam, eum abſolueret ſolum ab obſeruatione iudicij, vel condemnaret mitius, puta, abſoluendo eum ab expenſis, iniuſtè indicaret.

21 Neque aduerſus hanc ampliationem dicatur, quòd iudex poteſt ex rationabili cauſa temperare rigorem legis, & ſic vti epicheia, vt dicebamus ſup. num. 16.

Quia, omiſſa reſponſione, quam dant Caiet. in S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 2. verſ. ad confirmationem. & Mich. Sal. eod. art. 2. verſ. ad vndecimum. cum non ſatisfaciat, ego reſp. quod iudex poteſt vti epicheia, quando iuſta, & rationabilis cauſa, probata in actis, iuridice inclinat eum ad recedendum aliquan-

quantuium, plus, & minus à diſpoſitione, & rigore legis, pro modo, & qualitate cauſæ, vt latè exornat, & explicat Tiraq. in tract. de pœn. tē per. vbi adducit 64. cauſas; quia cū iſtarū cauſarū pōdus, & æſtimatio nulla iuris ſtatera, aut menſura diffiniri poſſint, cōmittitur arbitrio iudicis, qui, vt dixi, cōcurrentibus duobus, videlicet, quòd cauſa ſit probata in actis, & quòd ſit recepta à iure; poteſt vti epicheia: ſecus ſi hæc, aut aliquod iſtorum deficiat: vnde cum priuata ſcientia iudicis non ſit probata in actis, neque probari poſſit, dum eſt iudex, cum non poſſit eſſe iudex, & teſtis ſimul, per ea, quæ ſcripſi ſupra gloſ. 10. num. 25. non poteſt de ea haberi ratio: & dato etiam quòd probarerur in actis, & eius depoſitio admitteretur, tamen lex adhuc clarè diſponit, an debeat abſoluere, vel condemnare, & quomodo: aut enim ſua depoſitio euerteret omnino probationem contrariam; itaut nulla remaneret probatio: aut ſua depoſitio faceret ſemiplenam probationem; & in quouis ſimus caſu, ſeu gradu probationis, lex diſponit, qualis ferri debeat ſententia, à cuius legis diſpoſitione recedi non poteſt: licet enim dicere ſoleamus, quòd probationes ſunt arbitrariæ; tamen poſtquam probatio eſt ſumpta in aliquo gradu, ceſſat vlterius arbitrium iudicis.

22 Reſtringe eandem ampliationem, vt in criminalibus non ſeruetur de conſuetudine, quando reus venit abſoluendus ob defectum probationum, quia tunc non abſolueretur diffinitiuè, ſed ſolum ab obſeruatione iudicij, vt ſcripſi quæſt. præced. num. 151. & 156. verſ. confirmatur. & verſ. infero. maximè, quando iudex ex priuata, & certa ſcientia ſciret, eum commiſiſſe illud delictum, ideoque illas probationes defenſiuas eſſe falſas, vt ex Ant. de Butr. ſecutus ſum eadem quæſt. præceden. num. 157. verſ. amplia primo.

23 Extende hanc reſtrictionem, vt procedat etiam ſi veniret abſoluendus ex defectu probationum, eo quia reus fuerit tortus, &, ſuperatis tormentis, purgauerit indicia, quia adhuc de conſuetudine abſolueretur ſolum ab obſeruatione iudicij, imò quandoque adhuc condemnaretur ad aliquam pœnam extraordinariam, vt dixi eadem quæſt. præced. num. 151. verſ. confirmatur. & num. 158. verſ. amplia ſecundo.

24 Ratio huius reſtrictionis, eiusq. extenſionis eſt, quia, aucto facinoroſorum numero, aucta hominum malitia, & patefacta difficultate, cum qua peruenitur ad conuincendos malefactores; & cognitis damnis, quæ Reſp. patiebatur, dum erat diſputandum, an ſemel abſolutus, poſſet de eodem delicto amplius moleſtari, & an fiſco eſſet neceſſaria reſtitutio in integrū, fuit bono zelo introducta conſuetudo, vt rei deinceps non abſoluantur diffinitiuè, quia, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.

25 Amplia tertio, vt quamuis ſententia lata contra acta, & probata; ſed ſecundum veritatem, in actis non manifeſtatam, ſit iuſta quoad Deū in foro interiori; & ideo condemnatus per ſententiam iudicis, ſi in rei veritate nō eſſet condemnandus, non teneatur in foro interiori ſatisfacere condemnationi, per ea, quæ ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. num. 84. & 86. tamen iudex peccat tam in foro exteriori, quàm in foro interiori, & eſt ſententia iniuſta in foro exteriori, quia ferendo ſententiam contra acta, & probata, facit contra legem, quæ, vt dixi ſupra n. 4. & ſeqq. mandat iudici, vt ſententiam ferat ſecundum acta, & probata, & hæc lex eſt iuſta, quia, ſi nō eſſet iuſta, non eſſet lex, per ea, quæ ſcripſi ead. ampl. 19. nu. 16. & 51. & vlterius quod ſit iuſta, patet, quia eſt cōformis legi diuinę, per ea, quæ ſcripſi ſupra num. 5. ſed, qui facit contra legem, peccat, quia lex obligat in conſcientia, vt late explicaui ead. ampl. 19. num. 47. & ſeqq. & dixi ſupra gl. 9. num. 21. & 22. ampl. 1. & 2. ergo, ferendo ſententiam contra acta, & probata, peccat, & facit iniuſtitiam in foro exteriori.

26 Infero, confirmando, & ſubampliando hanc ampliationem, quòd non per hoc, quòd illa veritas, tempore ſententiæ non manifeſtata in actis, poſtea probetur, iuſtificabitur ſententia; dicetur enim adhuc iniuſte lata; quia non fuit lata ſecundum legem, & ſuperuenientia iuſtitiæ non tollit illam inobedientiam, per ea, quæ dixi num. ſeq.

27 Subinfero, magis confirmando prædicta, quòd cum diſciplina legalis, & diſciplina militaris, ſeu, inquam, contentio iudiciaria, & contentio manu militari æquiparentur, vt oſtendi ſupra gloſ. 9. num. 25. ſequitur, quòd ſicut in re militari, non ſeruans mandatum Ducis belli, punitur, & quidem pœna capitis, l. 3. §. in bello. ff. de re milit. quod fuiſſe ſeruatum in filio Manlij Torqua-

ti,& in pletiſque alijs tetuli ſupta lib. 1. cap. 97. nu. 182. præſertim in alia futura impreſſione, & d. gl. 9. num. 28. & in tantum punitur, vt puniatut etiam ſi hoſtem ſuperauerit, & res fœliciter ſucceſſerit, vt inſœliciter accidiſſe dicto filio Manlij Torquati, & alijs, retuli in loco ſupra proximè citato.

28 Ita etiam vbicunque lex aliquid mãdat, & miniſter non obtẽperat, prout lex ordinat, licet per ſuam negligentiam non lędatur finis, ad quẽ eſt facta ordinatio, & licet res melius geratur per eiuſmodi inobedientiam, tamen perinde punitur, ac ſi omnino contrafeciſſet, & finis læderetur, Franc. Niconit. in cap. quoniam contra. par. 1. num. 306. de probat. inter Repeten. tom. 3. fol. 312. & faciunt ad hoc ea omnia, quæ ad oſtendendum, quòd diſpoſitio legis non ceſſat, & eſt ſeruanda etiam eo caſu, in quo ceſſaret eius ratio, ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. ſub num. 507. & 508. & ſub num. 510. verſ.

29 prima. & num. 513. & ſeqq. † Imò, ſi puniendus eſt non parens Duci belli, non bene forſan pręcipienti, multo magis puniri debet non parens iuſtis legis præceptis, vt dixi etiã ſupra lib. 1. cap. 94. ſub num. 1. verſ. neque

30 obſtat. in fine; † & quòd factum non parentis legi nõ iuſtificetur ex poſtea ſecutis, & oſtenſis, & non parẽs erret, & puniri debeat, quãuis res fœliciter ſucceſſerit, ſicut diximus in re militari, probatur ex multis: primo, quia captura, nulliter, & iniuſte conceſſa ob non præcedentem legitimam informationem, non iuſtificatur ex ſuperuenientibus indicijs poſt capturam, & conſequenter iudex adhuc teneretur in ſyndicatu, vt ſecutus ſum dicto cap. 94. ſub num. 1. verſ. ſi in ſecundo. & licet dicere ſoleamus, quòd malè captus, benè retenrus, quando ſuperueniunt ea, ex quibus eſſet denuo capiendus; tamen non per hoc tollitur, quin fuerit malè captus; prout dixi ſub eod. num. 1. verſ. neque ob-

31 ſtat. † ſimiliter licet ſi quis fuerit mortiſere vulneratus, & Poreſtas, credens eum mortuum, decapitauerit percuſſorẽ; & quia vulneratus tandem eſt mortuus, ſententia poſſit iuſtificari ex morte ſubſecuta; ſi apud naturam, & iudicem, cauſæ cognitorem, certum erat, vulneratum fuiſſe moriturum, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 38. ſub nu. 6. tamen huius condemnationis præcipitatio non eſt laudanda, & toleratur, quia condemnato nullum fuit illatum damnum, per ea, quę dixi infra num. 36. verſ. neque huic.

32 ſecundò, † quia inquiſitio, formata non pręcedente diffamatione apud acta, non iuſtificatur ex eo, quòd iudex deinde oſtenderet, quòd tempore inquiſitionis vere aderat diffamatio, Viral in clem. appellanti. num. 65.

33 de appell. † tertio, quia tortura illata, non præcedentibus legitimis indicijs, eſt iniuſta, & iudex propterea tenetur in ſyndicatu, etiam ſi poſtea ſuperuenerint indicia, ex quibus eo modo, quo fuit tortus, fuiſſet torquendus, vt ſecutus ſum eod. cap. 94. ſub num. 1. verſ. ſi in ſecundo. in fine, & cap. 97. ſub num. 181. & ſupra hoc eod. cap. gl. 13. nu. 8.

34 imò † eſſet iniuſta, & teneretur iudex in ſyndicatu, etiam ſi illa tortura fœlicem habuiſſet euentum, nempè quia tortus faſſus ſit delictum, vt ſecutus ſum in eiſdem locis, ſupra proximè citatis; parendum enim eſt

35 duci legis, & iuſtitię: † quarto quia id in interlocutoria eſt ſingulariter receptum, vt ex nouis actis non poſſit iuſtificari, & conſequenter neque confirmari, per ea, quæ dixi cap. ſeq. quæſt. 11. num. 89.

36 Neque huic illationi, & ſubillationi obſtat, quòd ſententia diffinitiua iudicis à quo videatur iuſtificari ex nouis probationibus, quę fiunt coram iudice appellationis, qui propterea illam, vti iuſtam, confirmat, & confirmando, dicuntur duæ ſententiæ conformes; quamuis illa ſententia iudicis à quo ſine iſtis probationibus fuiſſet vti iniuſta reuocanda: quia reſp. quod etſi ita ſit, tamen hoc laudabili vſu receptum eſt in ſententijs diffinitiuis, ex quibus parri nullum eſt illatum detrimentum; & ratio huius vſus eſt, quia ex hoc, quod fiant duæ conformes, & vtraque ex eiſdem iuſtificetur probationibus breuiantur lites, & conſeruatur honor iudicum ſine partium damno, & proinde vſus iſte eſt ſecundum bonos mores; ſed tamen non per hoc tollitur, quin illa ſententia confirmata fuerit, & ſit iniuſta quoad illum iudicem, quia etiam ſententia iniuſta poteſt ex nouis cauſis, ſeu probationibus confirmari, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 11. num. 22. 114. & ſeqq. ſicut è conuerſo licet ſententia iudicis à quo reuocetur per iudicem ad quem ex noua iurium productione, ſine qua illa ſententia iudicis à quo fuiſſet confirmanda, tamen non per hoc dicemus, quòd iudex à quo iniuſtã tulerit ſententiã; & hoc ſufficit illi iudici, & propterea iudex ad quẽ, reuocando ex noua iuriũ productione, debet conſulẽdo illius iudicis honori,

dicere-

Digitized by Google

dicere in ſententia, quòd reuocat ex nouiter productis, vt dixi ead. q. 11. ſub nu. 112. verſ. aduerte. & quia, vt hic dixi, illa ſententia quamuis poſſit iuſtificari, & confirmari ex nouis probationibus, ſemper adhuc quoad iudicē, qui eā ſine probationibus tulit, eſt iniuſta, ſequitur, quod ſi pars propterea ex ea aliquod paſſa ſit damnū, iudex ſit obligatus.

37 Amplia quarto, vt iudex debeat iudicare ſecundum acta, & probata, non ſolum quando profert ſententiam diffinitiuam, vt hucuſque videmur forſan locuti, ſed etiam quando profert interlocutoriam, & proinde licet ipſe clare viderit ſuis proprijs oculis, Meuium occidiſſe Titium; tamen ſi deficiant teſtes, ipſe ex ſua ſola ſcientia non poteſt interloqui, & mandare, vt Meuius torqueatur, quia debet iudicare, & interloqui non ſecundum ſuam conſcientiam, ſed ſecundum allegata, & probata, vt ſecutus ſum ſupra gl. 10. num. 25. verſ. confirmatur.

38 Amplia quinto, vt iudex teneatur ſequi publicam ſcientiam, ideſt, depoſitiones teſtium, neglecta ſua priuata ſcientia, & propria atteſtatione, non ſolum in his, quæ ſunt facti, vt locutus ſum ſupra num. 4. in tertia opin. & eius ampliationibus, num, 18. 20. 25. & 37. ſed etiam in his, quæ ſunt iuris; quia tenetur ſequi dicta aliorum Iuriſconſultorū, & non ſuum proprium, cum debeat, in iudicando, ſequi opinionem communem Doctorum, & non ſuam ſingularem, aliàs ſententia, vti lata contra communem opin. ſi non eſſet nulla, eſſet ſaltem iniuſta, vt retuli infra q. 24. num. 5. & ratio fundamentalis eſt, quia ſi quilibet poſſet propriam ſequi opinionē, ſubuerteretur tota iuſtitia, & fruſtra fierent leges, & omnia ponerentur in arbitrio iudicum, qui naturaliter plerunque diſcordant, vtinam hæc non eſſent.

39 Non obſtat, quod habetur Exod. 23. num. 2. *non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies*; & quod Gl. in cap. 4. iudicet. in verbo, voluntatis. 3. q. 7. dicat, quòd iudex tenetur ſequi potius ſuam opinionem, quàm aliorum, & Luc. de Penn. in l. 2. quicunque. num. 2. in fine, num. 3. & ſeqq. per totam illam legē, C. de tabul. ſcrib. &c. lib. 10. nitatur late oſtendere, quòd iudex debet iudicare ſecundum conſcientiam, inſpecta veritate, & non inſpecto aliorum dicto.

40 Quia reſpondeo, contrarium ſuaderi illo Catonis verſu, *iudicium populi nunquam contempſeris vnus*; & temerarium videri qui recedit à communi opin. ſuadetur ex his, quæ ſcripſi infra q. 24. num. 4. & 5. vnde pro concordia diſtinguo: aut ſumus in articulo, ad vtranque partem probabili, & ideo dubio; & tunc dico, in eo ſtandum eſſe opinioni communi, quia plus vident oculi, quàm oculus, & prudentis eſt adhærere maiori parti; & ſuppono æqualitatem auctoritatis, & doctrinæ, & ita procedit ampliatio; alias, data inæqualitate doctrinæ, & auctoritatis, eſſet attendenda opinio eorum, qui eſſent peritiores, etiam ſi eſſent numero pauciores; per ea, quæ dixi ſupra quæſt. 2. ſub num. 41. verſ. primo quia. & ſunt conſideranda quæ ſcribit Mich. Sal. ad S. Tho. 2. 2 quæſt. 63. art. 4. controu. 2. concl. 4. verſ. eſt hic autem. fol. 333. & vlterius eſt aduertendum, quòd licet Doctor facile teſtetur, & dicat (& hæc eſt opinio communis) tamen nos ei facile credere non debemus, quia vt plurimum teſtatur in cauſa propria, nempe pro ſua opi-

41 nione: aut ſumus in articulo, qui nō eſt dubius, quia conſtat de errore opinionis communis, & tunc dico, recedendum eſſe ab illa communi opinione, vt puta, ſi communis opinio fundatur in vna concluſione, quæ eſt communiter reprobata ab omnibus: tunc enim illa communis opinio reducitur ad nihilum, per ea, quæ de ſententia, lata ex falſa cauſa expreſſa in ipſa ſententia, ſcripſi infra q. 32. ſub num. 45. limit. 6. verſ. extende. ſecundo poteſt quis recedere à communi opinione, quando non loquitur in terminis, de quibus agitur: tertio poteſt, & debet quis recedere ab erronea opinione vulgi, quia vulgus ſecūdum aliquos dicitur à voluendo, quod ſtulte huc, atq; illuc voluatur, & dicitur ab ira, & furore, vt ait Virg. 2. Aeneid. *Sæuitque animis ignobile vulgus. Iamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat*; quare eius opiniones ferè ſemper ſunt falſæ, vt latè ſcripſit Petrarch. de remed. vtriuſque fort. & alijs in locis, & veritatis peſſimus eſt interpres, vt dicit Senec. de vit. beat. cap. 2. ſeu num. 40. & in his terminis intelligere debemus Exod. quando ſcilicet conſtat de errore, quia tunc non eſt acquieſcendū plurimorum ſententię, vt deuiemus à vero: ſupponendum enim eſt, quòd illud verum ſit ita euidens, vt etiam ſententia plurimorum ſit euidenter erronea.

42 Intellige eādem ampliationem, vt iudex,

ſequendo communẽ opin. debeat prius deponere ſcrupulum conſcientiæ, cuius ſcrupuli depoſitio conſiſtit in hoc, quòd credat, ſe debere potius iudicare ſecundum opinionem comm. quàm ſecundum ſuam, & conſequenter cōſcientia ſibi non remordeat, alias ſi iudicaret, non depoſito ſcrupulo conſcientiæ, peccaret, vt dixi ſupra num. 7. verſ. non obſtat primo.

43 Inſero, ſubampliando banc ampliationẽ, quòd ſi plures collegialiter proferant ſententiam, & ſubſcribant, poteſt is, qui diſcordat à Collegis, ſubſcribere illi ſententiæ, ſi tamen conſciẽtiæ ſcrupulum deponat, quia, eo depoſito, non peccat; verum tamen eſt, quòd ſi pars fuerit læſa ex illa ſententia, ipſe, qui ſententiæ ſubſcripſit, tenetur vna cum Collegis ad emendandum læſionem; nec excuſabitur eo, quòd ſecutus ſit aliorum opinionem.

44 Subinfero ex hac illatione, quòd illa ſubſcriptio, qua Rotæ Florentinæ Auditor, diſcrepans ab aliorum opinione, ſubſcribit ſuũ nomen cum iſtis verbis (ſecutus aliorum opinionem) eſt bona, quatenus deponat conſcientiam ſuę opinionis, ſed quatenus non deponat, & illa ſubſcriptio baberet vim ſubſcriptionis affirmatiuæ, prout video, quòd habet, nō eſſet tuta in foro animæ: vnde, non depoſita cōſciẽtia, deberet, ad fugiẽdũ peccatũ, ſumi pro nō ſubſcriptione, ſeu pro ſubſcriptione negatiua; ſed melius eſſet, quòd ab eiuſmodi ſubſcriptione omninò abſtineret, quia ſubſcribẽs, aut in cōſcientia ſua credit, ſententiam eſſe iuſtam, & tunc, propriam ſecutus conſcientiam, debet ſimpliciter ſubſcribere: aut in ſua conſcientia credit iniuſtam, & tũc nullatenus debet ſubſcribere: aut eſt anceps, & tũc ſi aliam dilationem petere ſaltem ſine ſuo dedecore non poſſit, poteſt ſimpliciter ſubſcribere, quia in dubio plurimorum ſententiæ eſt adhærendum: ſed ſunt aliqui iudices, qui inanis glorię cupiditate ducti, vt alijs doctiores videantur, facilè diſcordant, & diſcordiam buiuſmodi ſubſcriptione modeſtè nituntur oſtendere: alij vero ſunt, qui etſi aliter iudicaturi fuiſſent, tamen, vt alijs complaceant, ſimpliciter, vel cum præfata ſubſcriptione ſubſcribunt; & tam primi, quàm ſecundi faciunt male: primi quia non iuſtitiæ zelo, ſed inanis gloriæ deſiderio pertinaciter diſcordant; ſecundi verò quia, vt alijs complaceant, à vero declinant, cum, iuſtitiæ zelo etiam multorum ſententiæ malè iudicantium deberent conſtanter diſſentire; & repugnare, vt aduertit Abulen. Exod. cap. 23. quæſt. 2. verſ. magna. fol. 437.

45 Tempera primo nunc, ſeu limita eandem tertiam opinionem, poſitam ſupra num. 4. vt iudex, priuſquam damnet eum, qui eſt teſtibus conuictus, ſed ipſe certò ſcit, illum eſſe innocentem, & conſequenter depoſitionem illorum teſtium non eſſe veram, debeat vti omni diligentia, & cura, vt eum liberet; & in hoc concordant omnes ſub diuerſis verbis, & cautelis: nam, quòd prius debeat diſtrictius diſcutere probationes inductas, vt earum defectũ poſſit reperire, ſcribit S. Thom. 2.2. q. 67. art. 2. verſ. reſpondeo. in fine: quòd debeat, pręmiſſis omnibus pręmittendis, manifeſtare populo, quare non poteſt inquiſitum damnare, & illis relinquere curam, ſcribit Caiet. ibidem, verſ. in hac quęſtione. & verſ. ad hoc deducitur. quòd iudex in iſta perplexitate debeat laborare ad inquirendum veritatem, quam ſi habere non poſſit, debeat inſtare, vt exoneretur ab obligatione iudicandi, ex Io. And. refert Abb. in cap. 28. paſtoralis. §. quia vero. ſub num. 8. de offic. & pot. iud. deleg. quòd iudex, quantum ei poſſibile eſt, debeat ſe exonerare ab onere ſententiandi, &, ſi poteſt, cauſam alteri delegare, vel inſtare apud ſuperiorem, vt eum remoueat, vel ſaltem exoneret à dicta cauſa, vel ſaltem, maxime in cauſa capitali, tractet cum parte, quòd ipſum recuſet, allegando cauſam, quòd intendit ipſum iudicem producere in teſtem, quia hęc eſt iuſta cauſa remotionis, refert Iaſ. in §. ſi minus. ſub nu. 15. verſus finem, Inſtit. de action. quòd debeat ſuo ſe ingenio iuuare in examinandis tam inſtrumentis, quàm teſtibus, ob idque inſtantius debeat interrogare teſtes, diſtrictiusque ſcrutari horam, locum, & formam, quia difficile eſt, quòd non detegatur falſitas, vt in teſtibus cōtra Suſannam: quòd debeat coram populo iurare, illum eſſe innocẽtem, & reddere cauſam ſuæ ſcientię; & demum, ſi profururum cerneret, debeat in tempus exuere perſonam iudicis, & coram ſuperiore agere perſonam teſtis; quinimo, ſi citra ſcandalum, optimaque diſſimulatione id fieri poſſet; liceret ei carceres apertos ſecretò dimittere, vt innocẽs fuga ſe ſaluet, ſcribit Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. q. 4. art. 2. in ſecunda concluſ. fol. 450. col. 1. verſus finem; quòd melius ſit, vt ipſe cauſam alij

com-

committat, explicando illi commiſſario veritatem,ne, illam ſupprimendo, adhuc ipſe committens teneatur; vel negotium referat Principi, ſcribit Luc. de Penn. in l. 2. quicumque.ſub num. 14. C. de tabul. ſcrib. &c. lib. 10. quòd alij conſulant, vt iudex ab eo munere abſtineat, alij vero opinentur, iudicem debere pronunciare, ſibi de cauſa non liquere,hoc ipſum iuramento aſſeuerantem, refert Couar.var.reſolut.lib.1.cap.1. ſub nu. 3. verſ. octauo hæc eadem. ibi,alij denique. & ſub num.9.verſ.ſeptimo ſunt.quòd debeat præfatis remedijs vti, adducit etiam Mich. Sal.ad S. Thom.2.2.q.67. art.2. verſ.cæterum cum nõ poſſit.fol.424.quare hæc omnia ordinatè debet adhibere remedia,vt innocẽtẽ liberet:primo in limine cauſæ, & cũ primũ actor accuſat, debet eum monere,vt deſiſtat, & priuatim arguere,& cum iuramento affirmare veritatem: ſecundo loco,ſi id conſequi nequeat, debet aliqua via illorum teſtium dicta recuſare,quòd ſi nequeat, attentiſſimè tunc debet illos ſeorſim interrogare,& multoties de circumſtantijs loci,temporis, & ſimilium,eoſque debet etiam facere admoneri à viro fideli: tertio, quando hęc non ſufficiãt, poterit coram toto populo iurare innocentiam illius accuſati, & cauſam ſuę ſcientiæ reddere: quarto, aperire carceres: quinto remittere cauſam ad ſuperiorem: ſexto exuere perſonã iudicis, vt hæc retuli ex Sot. & quòd index,qui non habet tutam conſciẽtiam exequendi ſentẽtiam,vt puta,quia ſibi, vti priuato, conſtaret, illum condemnatum eſſe innocentem,debeat abſtinete ab executione, & interim conſulere Principem, ſed cauere,ne illum dimittat,quia grauiter erraret,ſcripſi ſupra lib.1.cap. 97. ſub num. 159.

46 verſ.nec obſtat.†&quòd etiam Pilatus priuſquam condemnaret,ſeu traderet Redemptorem noſtrum iudęis crucifigendũ,multa vſus ſit diligẽtia,ne eum cõdemnaret, ſed dimitteret, patet ex his, quæ ſcribunt Matth. 27. Marc.15.Luc.23.& expreſſim Ioan. 19. nu. 12.& aduertit in eo Io.Chryſoſt. homil. 83. littera F. in illis verbis, *quid eſt veritas*.fol. 134.tom.3.& S. Auguſt.tract. 116.littera D. ibi,exinde ergo.fol. 174.col.1. rom.9.& notat Luc. de Penn. in dicta l.2. num.11.C.de tabul. ſcrib. &c.lib.10. nam proteſtatus fuit, quod nullam in eo inueniebat cauſam, & lauit manus,& dixit,quòd erat innocẽs,vt hęc omnia habentur apud Euangeliſtas in locis

47 ſupra citatis; † imò in cruce inſcripſit titulum hebraicè, græcè, & latinè, quòd erat rex iudæorum, & licet Pontifices iudęorum nollent hanc inſcriptionem, ramen Pilatus dixit (quod ſcripſi ſcripſi) vt habetur in Io. eod. cap.19.nu. 20. & ſeqq. ſic enim Pilatus ſcripſit,tum vt Iudæos vlciſceretur,tum vt Chriſtum excuſaret,vt latius enarrat Io.Chryſoſt. in eod.cap.19. homil.84.in illis verbis, ſcri-

48 pſit autem.fol.135.tom.3.†hæc ratio, adducta à S.Io. Chryſoſt. eſt pia, & amica veritati; ego tamen addo aliam; videlicet quia illa inſcriptio erat veluti pars acceſſoria ſententię, quam iudex non poteſt corrigere, vt late explicaui infra q. 17.nu. 1.& ſeqq.

49 Declara hoc temperamentum poſitum ſupra num. 45. & dicta in eo, vt ſi, adhibitis diligentijs, non poſſit innocentem liberare, neque poſſit illum remittere, ſeu cauſam alteri delegare,neque ſe poſſit ab onere iudicandi eximere, vt puta,quia Princeps,nullo ex his remedijs admiſſo, reſcribat ei, quòd ipſe cauſam expediat;declara inquam,vt tũc poſſit, & debeat cum mœſtitia illum condemnare, & in his terminis loquitur communis opin. relata ſupra num. 4. in tertia opinione,& ita procedũt rationes pro ea adductæ, & reſponſiones allatę ad contraria.

50 Subdeclara vlterius hanc declarationem, vt ante condemnationem debeat non ſolum pręmiſiſſe præfatas diligentias, ſed debeat etiam depoſuiſſe ſcrupulum cõſcientię,quia, eo non depoſito, peccaret, ſi illum contra conſcientiam condemnaret, quãtumuis omnes prędictas diligentias exactiſſime pręmiſiſſet,vt dixi ſupra num.8. quòd ſi contingeret, vt ſcrupulum conſcientiæ non poſſet deponere, quia in effectu ſibi conſcientia remorderet,& crederet,ſi condemnaret,ſe peccare, debet tunc deponere officium, & illud renunciare, & abſtinere omnino à condemnatione, & pati potius omnia mala,vt refert Abb. in dicto §. quia verò. ſub num. 28. ibi, ſed ſi non poteſt aliquo modo conſcientiam ſuam ſic informare &c. & firmat Luc. de Penn. in l. 2. quicunque. ſub num. 14. ibi, alias diſponat potius omnia mala pati. C.de tabul.ſcib.&c. lib.10.licet enim ipſe non loquatur ſub iſta conſideratione; ſi conſcientiã nõ deponat, ſed loquaturſimpliciter, tamen ita debet intelligi, dũ dicit, quòd debet omnia mala pati, potius quàm contra conſcientiam agens intrare in gehennam: nam ego dico, quòd ſi conſcientiam deponat, non agit contra conſcientiam.

Infero

51 Infero ex hac ſubdeclaratione, quòd licet
Pilatus vſus ſit omnibus iſtis diligentijs, ta-
mē grauiter peccauit, quia ipſe non depoſuit
ſcrupulum conſcientiæ, cuius depoſitio erat
neceſſaria, vt dixi, & quòd non depoſuerit,
patet, quia lauit manus, & proteſtatus fuit,
quòd erat innocens, & tamen illum tradidit
crucifigendum; imò non ſulùm non depoſuit
conſcientiam, ſed neque poterat deponere,
quia videbat etiam, quòd ex actis erat abſol
uendus: nam qui contra IESVM depone-
bant, erant accuſatores, & vlterius Pilatus
cognoſcebat, quòd accuſabant per inuidiā,
vt patet ex dictis ab Euangeliſtis in locis ſu-
pra proxime citatis, & ideo cognoſcebat,
quòd non poterat condemnari, ſicut habe-
tur in Luc. 23. num. 14. in illis verbis: *obtu-
liſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem
populum, & ecce ego coram vobis interrogans,
nullam cauſam inueni in homine iſto ex his, in
quibus eum accuſatis*; & tamen eum tradi-
dit, vt crucifigeretur. Vlterius teſtes, quos
52 examinauit, potuiſſet facile repellere.† Con-
ſidero etiam, quòd dum dicebat, ſe habere
poteſtatem crucifigendi, & dimittendi, ini-
què loquebatur, tum quia ſibi poteſtatem,
quam non habebat, vſurpabat, vt dixi ſupra
gl. 1. q. 1. num. 11. verſ. hinc. tum quia hæc
verba non conueniunt iudici, quia is non ex
poteſtate, ſed ex æquitate iuris, & ſecundum
præcepta legis debet iudicare, vt dixi ſupra
hac ead. gl. q. 1. num. 6. illat. 3. tùm quia
non debebat hac mēdaci aſſertione procede-
re, cum iudex non debeat vti mendacijs, per
ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 86. ſub num.
53 35. verſ. hancque. & ſeq.† Et demum fuit ini-
qua ſententia, quia condemnauit, ne diſpli-
ceret Cæſari, vt aduertūt omnes Doct. eccle-
ſiaſtici, & ſcribit Mich. Sal. ad S. Tho. 2. 2. q.
67. art. 2. verſus finem, verſ. ad duodecimum.
& verſ. ſeq. fol. 428. vtinam etiam hodie non
reperiantur iſti Pilati, qui nolunt diſplicere
Cæſari; mirabitur forſan quiſpiam, quòd in
iſto temperameto, & illatione nihil mutuo
acceperint à Lud. Montal. in tract. de reprob.
ſent. pilat. ſed deſinat mirari; quia nihil in
eo inueni, quod mihi in hoc ſatisfecerit.

54 Tempera ſecundo, vt non procedat in
ſupremo Principe, qualis eſt Papa, & Im-
perator, quia is poteſt ſupplere de facto, &
iudicare ſecundum ſuam conſcientiam, Cyn.
in l. 1. ſub num. 3. C. vt quæ deſ. adu. & qua-
lis eſt Princeps, qui habeat poteſtatem con-
dendi leges, & conditis derogandi, Iaſ. in
§. ſi minus. num. 15. in fine, verſ. duo tamen.
Inſtit. de act. & Couar. var. reſolut. lib. 1. cap.
1. num. 7. verſus finem, & quilibet dominus,
cuius dictum habeatur pro lege in territo-
rio ſuo, Bar. in dicta l. 1. in fine, num. 4. & Fe-
lyn. in cap. 28. paſtoralis. §. quia vero. ſub nu.
23. limit. 2. de offic. & poteſt. iud. deleg. di-
cens, quòd ſolus princeps poteſt dicere, fa-
cias ſic; alij vero, facias iuſtitiam.

Ratio huius temperamenti eſt, quia licet
alij inferiores à principe debeant iudicare
ſecundum allegata, & probata, tamen Prin-
ceps poteſt iudicare ſecundum verā, & iuſtā
conſcientiam, quia is præcipue Dei ſimilitu-
dinem gerit, dum agit in Regno, quod Deus
in mundo, & propterea cauere debet Prin-
ceps, ne ſua conſcientia ſit male informata,
Franc. Lucan. Parmen. tract. de fiſc. & eius
priuileg. par. 1. ſub num. 139. fol. 9. tom. 12.
55 Ego huic temperamento libenter acquie-
ſco, quando conſcientia, & ſcientia Prin-
cipis eſt de innocentia accuſati, vt tunc, non
obſtantibus teſtibus, qui accuſatum conuin-
cerent de delicto, poſſit eū liberare, quia cer-
tò ſciat, eum eſſe innocentem, nam ſi Prin-
ceps poſſet illi, etiam ſi verè eſſet delinquēs,
facere gratiam, (& non ſolemus dicere, quòd
Princeps, faciendo gratiā, faciat iniuſtitiam,
licet debeat ſe abſtinere ab iſtis gratijs, in
quibus adſunt accuſatores de iniuria graui)
quanto magis poterit, quando is eſt certus
56 de innocentia; & de falſitate teſtium? † ſed
ſi mandaret, ſuſpendi innocentem, diceretur
facere iniuſtitiā, & hoc nunquā faciunt Prin-
cipes; quare ſatis tolerabile videtur, quòd
Princeps ex ſua priuata ſcientia poſſit conui-
ctum de delicto abſoluere; & tamen Caiet.
ad S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 2. verſ. ad ea au-
tem. videtur adhuc ei dare conſilium, vt co-
ram populo iuret, & conetur quantum po-
teſt, vt placet populum, & mitiget par-
tem.

Sed quando conſcientia, & ſcientia Prin-
cipis eſt contra reum, tunc durum videtur,
quòd Princeps ex ſua ſola aſſertione poſſit
illum damnare ad mortem; & durius vide-
tur, quando reus per teſtes probaret inno-
centiam, & quamuis Doct. citati ſupra n. 54.
in iſto temperamento, comprehendant vtrū-
que caſum, videlicet abſolutionis, & cōdem-
nationis; tamen magna eſt differentia inter
vnum, & alterum caſum; & ego nunquam
conſulerem Principi, vt ex ſua ſola aſſertio-
ne condemnaret reum, præſertim quando
reus

reus habet teſtes pro ſe:nam generaret ſcandalum,ſeque exponeret murmurationi,quòd condemnaret ob aliquam particularem paſſionem.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO IX.

SVMMARIVM.

Puniri an debeat iudex, qui iniuſtè, & ſcienter condemnat abſoluendum, & abſoluit condemnandum,num.1. & ſeqq.& nu.12. & ſeqq.

Iuſtum eſt, quicquid fit ex iudicio, & prouidentia Dei, num.2. Declaratur, num.14.

Diuina prouidentia etſi omnia gubernentur, & diſponantur, ſub num. 1. & num. 3. Et hac ratione videantur etiam ex diuina prouidentia committi mala, & flagitia, ſub dicto num. 1. Tamen flagitia, & crimina à Diuina prouidentia prohibentur, ſub num. 15.

Mala omnia, quæ hominibus accidunt, iuſto Dei iudicio veniunt, ſub num. 3.

Aduerſa ſæpe veniunt propter peccata, nu. 4.

Vineam Deus auſert à malis agricolis, ſub num. 5.

Malum fieri non poteſt illi, qui ſecundum Dei iudicium non meretur pati malum, etiamſi totus mundus conaretur illi nocere, num. 6.

Deus eſt cauſa cauſarum, ſub num.6.11. & ſub num. 15.

Regnant quandoque mali ex permiſſione Dei propter peccatum populi,num.7.

Dæmones ſunt miniſtri Dei in his, qui male operantur, num.7.

Principis cor eſt in manu Dei, ſub num. 7.

Principes quomodo omnia videantur gerere de voluntate Dei, ſub num. 7. Non tamen debent abuti poteſtate, ſub num. 15.

Sententiæ iudicum quamuis aliquando ſint iniuſtiſsimæ,qua tamen ratione videantur iuſtæ, num. 8. & 9.iunctis nu.præceden.

Dei ſunt omnia, & noſtrum eſt nihil, nu. 10.

Deus licet ſit cauſa cauſarum, tamen non eſt cauſa peccati, num.11.

Peccat iudex, iniuſtam ferendo ſententiam, num.12. Et etiam iniuſtè dimittendo delinquentem, num. 13. Et vnde procedat hoc peccatum, & quid agere debeat, ne peccet, ſub num. 15. illat. 2.

Voluntas Dei eſt duplex, præceptiua, & permiſſiua, & vtraque eſt ſemper iuſtiſſima, num. 14.

Peccans licet peccet ex permiſſione Dei, tamen Dei permiſſio eſt iuſtiſsima,& peccans, peſſime agit, & debet puniri, ſub num. 14.

Peccatum quomodo ſit pœna peccati, ſub num. 14.

Gratię diuinę auxilium perdere,eſt pœna precedentis culpæ, ſub num. 14.

Iniuſtitia patienter eſt ferenda,& quare, ſub num.15.illat.3. & ſub num.16.

Mala in hoc mundo quas ob cauſas patiamur, ſub num. 16. & ſeqq.

Dei ne obliuiſcamur, ideo quandoque habemus aduerſa,num.17.

Iudicibus quare peculiariter contingat, vt ab alijs Iudicibus iniuſtitias recipiant, numero 18.

Fœlicitatem compoſitam quomodo nemo habeat in terra,ſed omnium vita ſit ærumnoſa, ſub num.18.

Miſeria, ſeu Calamitas } vitæ humanæ incipit ab initio, & qualis, quantaue ſit, num. 18. & ſeqq. & num.30.

Mors in tot miſerijs vitæ humanæ putatur non pœna, ſed remedium, num. 20.

Pyraterium eſt vita noſtra, ſub num.20.

Vitia,& Mala } vnde originem trahant, & quot, & qualia ſint, num.21.

Boni, & pij viri, qui Deo chariſſimi ſunt, omni acerbitatum genere vexantur, &c. num.21. in fine, ſub num.22. verſ. ſecunda. & num.26.

Bonis mala ſunt bona, nu. 22. & verſ.tertia. & num. 23. & ſeqq.& num.38.

Patientia quomodo magna, & præcipua ſit virtus, ſub num.22. verſ. prima.

Iniuſtus quare debeat habere poteſtatem ſuper iuſtum, & ſapientem, ſub num. 22. verſ. prima.initio,& in fine.

Bono viro quare nihil mali accidere poſſit, ſub num.22. verſ. tertia.

Fortis viri animum aduerſarum rerum impetus non vertit, ſub num 22. verſ.tertia.

Bonus poteſt dici, ſed non eſſe, miſer, ſub num. 22. verſ.tertia.

Aduerſa virum oſtendunt, ſub num. 22. verſ. tertia.& num. 23.

Mala malis, ſub num.22. verſ. tertia.

Mala,& Aduerſa } bonis ſunt bona, & proſpera, ſub num. 22. verſ. tertia concluſio, & num: ſeqq.

Sa-

Sapiens, & Iuſtus } *quare debeant eſſe ſub poteſtate iniuſti, ſub num. 22. verſ. prima.*

Appetuntur aliqua, quæ quandoque quos delectauerunt, per voluptatem necant, n. 24.

Tribulationis lucrum, ſub num. 25.

Potentia efficimur inflati, omnibus inimici, & iracundi, cum deficit potentia, efficimur manſueti, & humiles, num. 27.

Gaudium, & Lætitia } *magna reprehenduntur, numero 28.*

Mœſtitia laudatur, num. 28.

Mens noſtra ſi compoſita eſſet, & ſe bene haberet, nobis tranquillè ſemper liceret agere, ſed cum male ſe gerat, omnem vitam in mœrore ducimus &c. num. 29.

Iniuſtitiæ, & Oppreſſiones } *quotidie committuntur, num. 30.*

Iudices, qui ad reprimendas iniurias conſtituuntur, pernicioſiores ipſi committunt, num. 31.

Mali, & improbi exaltantur, Boni, & honeſti viri deprimũtur } *ſub nu. 31.*

Bono viro nihil poteſt nocere, num. 32. & ſeqq.

Equi magnificentia, & bonitas quæ ſit, n. 33.

Vineæ bonitas quæ ſit, num. 34.

Hominis bonum in quibus conſiſtat, num. 35.

Fœlices qui nobis vidẽtur, miſeri ſunt, nu. 37.

Curiales, & Seruitores } *Prælatorum ſi quæ ſuſtinent mala, & incommoda, ſuſtinerent amore Dei, beati ipſi, ſub num. 38.*

Bonis quare Deus quandoque det diuitias, & alia terrena munera largiatur, num. 39.

1 QVAERO nono: Iudex, inſpecto, foro tam interiori, quàm exteriori, iniuſtam, & iniuſtè fert ſententiam, videlicet, ſcienter, & mala intentione, motus amore, aut odio, vel alia turpi paſſione: nunquid peccat indiſtinctè, mortaliter, & cum obligatione emendandi damna?

Pro huius quæſtionis magnitudine, & excellẽtia moneo, vniuerſam quæſtionẽ hãc pẽdere ab illa graui, & ſeria inter antiquos philoſophos controuerſia: an quæ inter nos hic ſub cœlo aguntur, diuina gubernarentur prouidentia; etenim licet Deus ſit cauſa cauſarum, vt dixi etiam infra ſub num. 6. tamen tot flagitia, & alia nefanda crimina, quę in dies committuntur, nefas videtur dicere, quòd a diuina proficiſcantur prouidentia; quare, & dum bonis viris multa accidere videantur mala, & multa malis euenire bona, dicendum videbatur, hęc omnia caſu potius contingere, quàm diuina diſponi prouidentia: & ex his controuerſia magni erat momenti.

Hoc monito, venio ad noſtræ quęſtionis ſpeciem, & quò ſolidiorem habeamus reſolutiones, formabo ad vtramque partem argumenta.

Poſſet quiſpiam igitur ad dubitandum pro negatiua triplici forſan moueri argumento.

2 Primum argumentum, quia quicquid fit ex iudicio, & prouidentia Dei, non poteſt eſſe niſi iuſtum, Tob. 3. num. 2. *iuſtus es Domine*, Iob. 37. num. 23. *magnus fortitudine, iudicio, & iuſtitia*, Sapien. 15. num. 3. *noſſe enim te, conſumata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam, & virtutem tuam radix eſt immortalitatis*, & hoc non eſt reuocandum in dubium.

3 Sed Dei nomine feruntur ſententiæ, vt late explicaui ſupra gl. 1. q. 1. num. 1. & ſeqq. quia iudicare pertinet ad Deum, ſed quia Deus non communicat tali modo cum hominibus, tradit iudicium hominibus, qui eius nomine iudicent, vt late ſecutus ſum dicta q. 1. num. 1. & ſeqq. & num. 8. imò Dei prouidentia geruntur omnia, Matth. 10. nu. 29. & 30. *nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? veſtri autem capilli omnes numerati ſunt*, & Sapien. 14. num. 3. *tua autem pater prouidentia gubernat, quoniam dediſti in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam*, & Eccleſ. 11. num. 14. *bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honeſtas à Deo ſunt*, Lactan. Firm. lib. 1. de falſa relig. cap. 2. & latiſsime Senec. in loco citato infra ſub num. 7. vnde infirmitates, ceteraque mala, quę hominibus accidunt in corpore, & mors ipſa violenta, iuſto Dei iudicio infliguntur, vt ſcripſi lib. proxime præced. cap. 9. num. 1899. & 1900. & cætera omnia, quę nobis accidunt in rebus, nempè in animalibus, frugibus, & ſimilibus, Dei iu-
4 dicio veniunt; † & ſæpe hæc mala patimur tanquam pœnas noſtrorum delictorum, nam propter peccata veniunt aduerſa, cap. 22. nabuchodonoſor. 23. q. 4. cap. 47. ſi quos igitur. 24. q. 4. Abulen. par. 5. ſuper Matth. cap. 21. q. 116. verſ. dicendum quod quantumcumque. & verſ. tertio quia. fol. 433. & latius ſuper Geneſ. cap. 13. q. 687. fol. 401.

& qua

& qualia facimus, talia patimur, vt ex poetis, ex gentilibus moralibus, ex iureconſultis, ex iure diuino, & ex theologis oſtendimus
5 infra q. 18. ſub num. 22. † & ideo hæc aduerſa non accidunt caſu, idem Abulen. ſuper Leuit. cap. 20. q. 3. in illis verbis (& interficiam illum de medio populi ſui) fol. 356. & late Senec. in loco citato infra ſub num. 7. quapropter cum res non ſolum pereunt, aut deteriorantur, ſed quandoq. à nobis omnino auferuntur, id accidit, quia Dominus à malis agricolis aufert vineam, & alijs locat, qui reddant ei fructum temporibus ſuis, & regnum aufert, & dat genti facienti fructus eius, Matth. 21. num. 41. & 43. & Abulen. ſuper eo, quæſt. 191. in 5. par. fol.
6 477. † & è conuerſo ſi eſſet aliquis homo, qui nec nocuiſſet proximo, nec ſecundum iudicium Dei mereretur, aliquod malum ſibi inferri; impoſſibile eſſet, quòd malum ſibi inferretur, etiam ſi totus mundus conaretur illi nocere, quia aliàs euacuaretur prouidentia Dei, idem Abulen. in defenſ. part. 2. cap. 34. verſ. nam ſi daretur. fol. 51. & de hac ſecunda propoſitione legendus eſt Senecę liber, cuius titulus eſt, *quare bonis viris mala accidant*: is namq. de hac re ita copioſè, doctè, & eleganter ſcripſit, vt nihil vltra deſiderari poſſit, & in noſtra ferè ſpecie lib. 1. initio, de clement. Cæſarem, cui ex omnibus mortalibus ſumma data eſt iuriſdictio, ſic ſibimetipſi loquentem adducit: (ego vitæ, necisq. gentibus arbiter: quid cuiq. mortalium fortuna datũ velit, meo ore pronũciat) vnde & ſententiã iniuſtè latam à Principe, tribui debere fortunæ, ſcribit idem Sen. lib. 2. de ira cap. 30. dum inquit, Rex eſt, ſi nocentem punit, cede iuſtitiæ; ſi innocentem, cede fortunæ, & quamuis iſtæ Senecæ auctoritates loquantur de fortuna, & ſeruiãt, ac ſi loquerentur de Deo, quia in hoc fortuna, & Deus ſumi poſsint pro eodem, vt ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. nu. 106. tamen, abiecto fortunæ nomine, prout illud abiecit S. Auguſt. quem retuli ead. q. 1. n. 84. verſus finem in addit. non deſunt auctoritates, quæ loquuntur de Deo, & aiunt, Regis, & Principis cor eſſe in manu Dei, vt retuli ſup. gl. 1. q. 1. nu. 83. qui ſunt iudices ſupremi, vt dixi ead. q. 1. num. 17. & ſeqq. & vlterius dicunt, leges per ora Principũ diuinitus promulgari, vt retuli d. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. num. 50. ex quibus videtur concludendũ, quòd quicquid agit Rex, & alius iudex inferior, agit, prout Deus diſponit cor eius.

Et accedendo propinquius ad quæſtionem noſtram, dico, quod Deus eſt cauſa cauſarum, vt ſcripſi ſup. gl. 1. q. 1. num. 71 & omnis poteſtas eſt à Deo, vt dixi eadem
7 q. 1. num. 7. ſub num. 10. 91. & ſeqq. † qui permittit quandoque regnare malos propter peccatum populi, cap. 13. ex merito. 6. q. 1. cap. 18. audacter. 8. q. 1. & cap. 4. quod culpatur. 23. q. 1. Gemin. in cap. qui reſiſtit. n. 1. 11. q. 3. & ſic Deo miniſtrant non ſolum boni, qui adiuuant, ſed & mali, qui redire nolentes, grauant, vt ſcribit Nic. de Lyra in Paralipom. cap. 18. litt. A. ibi, vidi dominũ. fol. 226. col. 1. initio, & concordant quæ ſcribit S. Hier. relatus in cap. 27. non ſolum. 23. q. 5. dicens, quòd non ſolum homines ſunt miniſtri Dei in his, qui malum operãtur, ſed etiam contrariæ fortitudines, quę appellantur furor, & ira Dei, id eſt, vt ibi explicat Gl. dæmones, & quæ ſcribit S. Io. Chryſ. homil. 41. in Matth. cap. 22. litt. F. fol. 350. col. 1. tom. 2. & ex eo refert Abulẽſ. in eod. cap. 22. q. 67. verſ. tertiò accipiũt. par. 6. fol. 30. & ita intelligẽdo quæ ſcribit Lud. Arioſt. nõ videtur male locutus, dum ait, Il giuſto Dio &c.

8 Ergo ſententiæ iudicum, quæ nobis videntur iniuſtæ, & iniquæ, ſunt iuſtę, quia non poſſunt proferri, iuſto Dei iudicio non permittente, & conſequenter iudices non videntur peccare, & ſic non videntur punĩdi, quia ſunt executores diuinæ voluntatis; hincq. ſi vnus iudex iniuſtè aliquem condẽnaret ſententia, isq. poſtea ab alio iudice in alia cauſa iniuſtè condemnaretur, videretur iniuſtam iuſtè ex Dei iudicio pati ſententiã, quia quod fecit, paſſus eſt, vt dixi ſup. n. 4. & ab hac conſequentia non videtur diſcrepare quod ſcribit Abulẽ. d. cap. 34. citato ſup. n. 6. dũ nititur oſtendere, quòd, cum omnia mala, quę homines in hoc ſeculo patiuntur, veniãt iuſto Dei iudicio, iudex iuſtè iudicat, licet is, qui condemnatur, iniuſtè condemnetur, dicens, quod hæc duo poſſunt ſimul ſtare, quòd ille, qui condemnatur, iniuſtè condẽnetur, & quòd iudex iuſtè illum cõdemnet, & quòd non valet conſequentia, iſte iniuſtè condemnatur à iudice, ergo iudex iniuſtè condemnat; nam inquit, ſæpe quis alteri nocet iniuſtè, & tamen illi iuſtè nocetur; quare licet vnus homo iniuſtè noceat alteri, quia nullam habet cauſam nocendi illi, tamen iuſtè nocetur illi, quia ille meretur, illud nocumentum ſibi inferri ſecundum Dei iudi-

iudicium pro multis, quæ ipſe commiſit cō-
tra legem Dei, licet nihil commiſiſſet contra
illum, qui ei nocet, nec contra legem huma-
9 nam: † ſed eſt aduertendum, quòd Abulen-
ſis dictum procedit, quando iudex iuſtam
fert ſententiam condemnatoriam, quia iudi-
cat ſecundum acta, & probata, ſeu ſecūdum
præſumptionem legis, & proinde licet illa
probatio, ſeu præſumptio legis ſit falſa, tamē
condemnatio, facta à iudice, eſt iuſta in foro
exteriori, qui ſpectat ad ipſum; ſecus eſt, in-
ſpecto foro interiori, quia, eo inſpecto, eſt
iniuſta, vt in caſibus, de quibus latè ſcripſi
in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. part. 2.
ampl. 19. ſub num. 83. & ſeqq. & ſic Deus
permittit, vt iudex iuſtè condemnet eum,
qui quoad illam cauſam, ſeu delictum erat
innocens: ſed iſte caſus eſt extra termi-
nos noſtros, & in eo Abulen. cum pręfata
diſtinctione duplicis fori ſtatim fuiſſet intel-
lectus: caſus enim noſter ſupponit ſententiā
iniuſtam in vtroque foro, & quęrimus, an
adhuc iudex, qui eam tulit, poſſit excuſari,
& ideo quantum ad caſum noſtrum inuertē-
dus eſt modus, quo locutus eſt Abulen. de-
bemus enim dicere, quòd licet iudex iniu-
ſtam ferat condemnationem, tamen qui eā
recipit, iuſtè eam recipit; hoc eſt, licet iudex,
inſpecta cauſa, cuius eſt iudex, malè & in-
iuſtè condemnet, cum deberet potius abſol-
uere, tamen inſpecta alia cauſa, Deo nota,
iuſta eſt illa pęna, quam condemnatus pati-
tur, & conſequenter iuſto Dei iudicio puni-
tur tunc inquiſitus; & ex his firma videtur
concluſio, quòd condemnatio, facta à iu-
dice, remanet iuſta in condemnato.
10 Secundum argumentum, quia omnia, nē-
pè corpus, membra, & vita ipſa; quam ha-
bemus, ſunt Domini noſtri, hæcq. omnia nos
ab eo precario poſſidemus, Pſal. 23. *Domini
eſt terra, &c.* & Leuit. 25. nu. 23.
Igitur ipſe de re ſua poteſt diſponere ad
ſuum libitum, quia quilibet eſt ſuæ rei mo-
derator, & arbiter, l. in re mandata. C. mand.
& conſequenter in eis iniuſtum nō patimur.
11 Tertium, quia ſi iudex, ferendo ſentētiam
iniuſtam, peccaret, Deus videretur cauſa
peccati, per ea, quę, motiuādo difficultatem,
ſcribit S. Thom. in ſum. 1. 2. q. 79. art. 1. nam
ipſe eſt cauſa cauſarum, & ad ipſum refertur
omne cauſatum, vt dixi ſup. gl. 1. q. 1. n. 71.
12 His non obſtantibus, concludo indubitā-
ter, quòd iudices iniuſtas ferētes ſententias,
peccant, & grauiter, quia debent facere iu-
ſtitiam, Sapien. 1. num. 1. *diligite iuſtitiam,
qui iudicatis terram,* & 6. num. 5. *quoniam
cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iu-
dicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, &c.
horrendè, & cito apparebit vobis, quoniam
iudicium duriſsimum his, qui præſunt, fiet,*
& Eccleſ. 10. num. 8. *& regnum a gente in
gentem transferetur propter iniuſtitias, &c.*
& multa ad huius concluſionis ornatum ſu-
mi poſſunt ex his, quæ ſcripſi ſup. lib. 1.
cap. 86. ſub num. 3. verſ. debet igitur.
& cap. 90. ſub num. 1. & non eſt ſuper
eius veritate laborandum, quia eſt cuique
notiſsima; quare ſi iudex innocentem iniu-
ſtè condemnet, grauiſſimè peccat; ſimiliter
ſi nocentem abſoluit, quia non ſine cauſa
gladium portat, qui ſcelera dijudicat: eſt
enim conſtitutus propter latrones, homici-
das, raptores, vt & illos damnet, & alios
ſuo timore compeſcat, cap. 39. ſunt quædā.
23. q. 5. vnde iudices debent illos punire, &
puniunt, & puniendo, rem gratam faciunt
Deo, cap. 47. ſi quos. 24. q. 4. Lud. Montal.
de reprob. ſent. pil. poſt art. 4. in verbo, & hęc
ſufficiant. num. 49. fol. 19. tom. 14. & ſcripſi
13 lib. prox. pręced. cap. 6. nu. 11. † alias ſi iudex
reum impunitum dimitteret, non ſolum pec-
caret, & grauiter, vt dixi, ſed eſſet etiam
eadem pœna puniendus, qua puniri debebat
reus, vt ſcripſi ſup. gl. 4. q. 1. ſub n. 26. exēpl. 3.
14 Ad primum argumentum reſp. quòd licet
omnia fiant iuſto Dei iudicio, & ex eius di-
uina voluntate, tamen duplex eſt eius volun-
tas; quędam enim eſt præceptiua, & hæc
concurrit in his, quæ bona ſunt; quædam
verò eſt permiſſiua, non impeditiua, & hęc
concurrit in his, quę malè geruntur; & licet
hęc mala ſint, tamen permiſſio Dei eſt iuſtiſ-
ſima, & conſequenter ſtant ſimul hęc duo,
quòd permiſſio Dei in operante malum ſit
iuſtiſſima, quia Deo nihil iniuſtè placet, S.
Auguſt. quem retuli ſupra gl. 1. q. 1. nu. 177.
& quia iam liberum dedit arbitrium in his,
quæ pertinent ad animę ſalutē; & ſtat etiam,
quòd operans malū facit malum, & iniuſtum
quoad ſe, vt dixi etiam ſupra gl. 1. q. 1. ſub
num. 210. & quia facit malum, debet puni-
ri, tam in alio ſeculo, quam in iſto; & ratio
quare permiſſio Dei ſit iuſtiſſima eſt, quia
permittit affligi, vexari, offendi, ſeu iniu-
ſtè condemnari eum, qui talia meretur in
punitionem, & pœnam præcedentium pec-
catorum, vt ſcripſi infra num. 16. & ratio
quare puniri debeat etiam ille, qui vexat
offen-

offendit, ſeu iniuſtè condemnat, eſt, quia iſte propter præcedentem ſuam culpam amiſit gratiam Dei, qua amiſſa, incidit in alia ſcelara, & delicta iuxta illud Pſal. 41. num. 8. abyſſus abyſſum inuocat; & ſic peccatū erit pœna peccati: nāl icet peccatū per ſe de ſui natura non poſſit eſſe pœna peccati; tamen per accidens poteſt eſſe pœna peccati, videlicet ex parte cauſæ, quę eſt remotio prohibentis; paſſiones enim, tentatio Diaboli, & alia eiuſmodi ſunt cauſæ, inclinantes ad peccatum, quę cauſę impediuntur per auxilium diuinę gratiæ, quæ ſubtrahitur per peccatum; vnde cum iſta ſubſtractio gratiæ ſit quædam pœna, & a Deo, ſequitur, quod per accidens etiam peccatum, quod ex hoc ſequitur, dicatur pœna præcedentis peccati, quia ſcilicet deſerti homines ab auxilio diuinæ gratiæ vincuntur à paſſionibus, vt explicat S. Thom. 1.2. quæſt. 87. art. 2. verſ. reſpondeo. hęc enim eſt quandoque diuina vltio in eos, qui peccant in alios peccatores, vt ſuorum inimicorum inſidias vertat in ſeipſos, Paralip. 2. cap. 20. num. 22. & Dei inimici caſtigentur ab ipſius Dei inimicis, ſiquidem etiam dæmones ſunt miniſtri Dei in vltionem malorum, & ſic inimicos ſuos caſtigat cū inimicis ſuis, vt patet ex his, quę ſcripſi ſupra num. 7. & hęc reſponſio mihi ſatisfacere videtur magis, quam illa, quam tradit Abulen. in defenſ. pat. 2. cap. 34. fol. 51. vbi inter alia ſcribit, quòd licet propter peccata veniant aduerſa, iuſto Dei iudicio permittente, tamen quando illa aduerſa habent mixtum factum hominis, ille homo nocens alteri, non agit, vt inſtrumentum Dei, nec, vt ſuſcipiens ab eo mandatum nocendi, ſed ex deſiderio ſuæ voluntatis.

Ad ſecundum reſp. quòd licet omnia ſint Dei, & ipſe de omnibus poſſit diſponere, tamen nego hanc conſequentiam, quòd nos, faciendo malum, faciamus bonum.

Ad tertium bene reſpondet S. Tho. dicta q. 79. art. 1. oſtendendo, quòd cauſa peccati non poſſit reflecti in Deum.

15 Infero primo ex iſtis, quòd licet quicquid aduerſum nos mali Principes moliuntur, Deus fieri permittat, tamen iniuſtiſſimi perſecutores non ſe putent impune laturos, quia fuerint quaſi miniſtri eius indignationis aduerſus nos: Dei enim iudicio punientur, qui accepta poteſtate ſupra humanum modum fuerint abuſi, &c. Lactan. Firm. de iuſtit. lib. 5. cap. 24. fol. 479. & proinde iudex iniquus, latro, homicida, & ſimiles flagitioſi debent erubeſcere, ſi ad ſuam defenſionem velint dicere, quòd non malè egerunt, & quod propterea non ſunt puniendi, quaſi quicquid fecerint, fuerit ab eis factum de voluntate Dei, qui eſt iuſtiſsimus: ſi enim hoc quiſpiam auderet dicere, deliraret, quia Deus hæc omnia prohibuit, Exod. 20. nu. 14. & ſeqq. Deuter. 5. num. 17. & ſeqq. Leuit. 19. num. 11. & ſeqq. Matth. 15. num. 19. & 20. & alijs in locis, & nihil Reip. ac humanæ ſocietati perniciofius aſſerere poſſet: deteſtabilē, ac execrabilem vomeret hæreſim: homicidia enim, rapinas, raptus, adulteria, inceſtus, ſacrilegia, & ipſam diuinæ maieſtatis offenſionem, & quoduis flagitij genus, iuſtum fore profiteretur, & conſequenter eius aſſertio tenderet ad euertendum totum ius, & iuſtitiam, & ad ſubuertendum Vrbes, & Regna, & diſſipandum religionem.

Infero ſecundo quod iudex, qui iniuſtam tulit ſententiam, lapſuſque eſt in iniuſtitiæ errorem; ideoque peccauit, firmiter opinari debet, id ſibi accidiſſe, quia ob propriā ſuam culpam deſtitutus fuit auxilio diuinę gratię, vt dixi ſup. n. 14. vnde ad eā ſibi reconciliandam, debet dolere, pœnitere, & quamcumque pœnam, quam pateretur, patienter, vti iuſtam, ferre, & vitam, & mores in melius reformare: ſunt enim iudices in non leui periculo, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra gl. 4. q. 1. ſub num. 26. & ſeqq. & num. 60.

Infero tertio, quòd etiā is, qui à iudice fuit inique, & iniuſte condēnatus, debet credere, quòd, iuſto Dei iudicio permittente, fuerit ob aliquam ex infraſcriptis iuſtis cauſis ita condemnatus, & ſic debet libenter iuſtę Dei permiſsioni acquieſcere.

16 Declāra has duas illationes, vt in ſecunda pręcedēti illatione vna à nobis conſideretur cauſa in iudice, qui inique iudicat, ſeu in quouis, qui delinquendo, alteri nocet, ſeu aliter male agit, nempè quia is ob præcedentem ſuam culpam eſt diuinæ gratię auxilio deſtitutus, vt dixi in præcedenti ſecunda illat. ſed in tertia illatione, in qua loquimur de eo, qui iniuſte condemnatur, ſeu iniuſte etiam ſine facto hominis affligitur, & offenditur, plures poſſint conſiderari cauſæ, inter quas recenſeo ſequentes. Prima poteſt eſſe propter præcedentia ſua peccata, vt ſcripſi ſupra n. 14. & lib. proxime præced. cap. 9. ſub num. 1901. in tertia, & quinta cauſa.

17 † Secunda eſt, vt Dei oblitus, recordetur: nam tunc maximè Deus ex hominum memoria elabitur, cum beneficijs eius fruentes,

Tt hono.

honorem dare diuinæ indulgentiæ debent:at
verò ſi qua neceſſitas grauis præſſerit, tunc
Deum recordantur; ſi belli terror infremue-
rit; ſi morborum peſtifera vis incubuerit; ſi
alimenta frugibus longa ſiccitas denegaue-
rit, ſi ſæua tempeſtas, ſi grando ingruerit,
ad Deum confugiunt, ab eo petitur auxi-
lium; Deus vt ſubueniat, oratur; ſi quis in
mari, vento ſæuiente, iactatur, Deum inuo-
cat;ſi quis aliqua vi afflictitarur, eum proti-
nus implorat: nunquam igitur Dei memini-
mus, niſi dum in malis ſumus, Lactan. Fir-
mian. lib.2.de origin. error. cap. 1. Tertia
cauſa eſt, vt virtus cuſtodiatur. Quarta, vt
in meritum creſcat, de quibus, & alijs ſcri-
18 pſi dicto cap. 9. ſub num. 1901. † Quinta
cauſa (& hæc eſſet peculiaris in Iureconſul-
tis,qui,publicè ſcripturi, de iudicum iniuſti-
tia nihil dixiſſent) quia Deus permitteret
forſan, vt ipſi in cauſis proprijs magnas
tunc paterētur iniuſtitias, vt hinc incitati,ac
quaſi impulſi ſubtili, & ſtudioſo ingenij
acumine excitato,eorum (non tamen nomi-
natim) iniuſtitias efficaciter oſtenderent, &
malas artes, quibus capi ſolent, pateface-
rent, ſicque illi in poſterum pudore deſi-
ſterent, & alij, iniuſtitiæ turpitudine ſibi
oſtenſa,eam perpetuò abhorrerent, hincque
præter ipſorum ſcribentium cogitationem
hac etiam via ad Reipub. vtilitatem ſcribe-
rent, ſiquidem mulra contra iudices monita,
& à nobis partim ex ſacra ſcriptura, & par-
tim ex S. Auguſt. S. Io. Chryſoſ. & ex alijs
ſunt relata ſupra gloſ. 4. q. 1. ſub num. 26.
& 60. & hac eadem q. infra num. 31. quaſi
ab hominum memoria iam cecidiſſent, & in
Iuriſconſultorum manibus non verſarentur,
nihil hodie aduerſus iniuſtitias proficerent:
vel poſſet forſan cauſa eſſe, vt ſi ipſi Iurecon-
ſulti quandoque iudicādi munere functi eſ-
ſent,& non iuſtè iudicaſſent, quod feciſſent,
paterentur,argum. text.in l. 12.ſed & patro-
nus.§. 1. ff. de eo quod met. cauſ. conueni-
ret enim, vt iniuſtitias, quas poſſe fieri fa-
ciendo docuiſſent, poſtea paterentur, vt de
facientibus iniurias ſcribit Senec. quem re-
tuli infra q. 18.ſub num.22. & dixi ſupra ſub
num.8. ſed hæc cauſa non pertinet magis ad
eos, qui publicè ſcribunt, quam ad non
ſcribentes, & ideo prima eſt propria, & pe-
culiaris. Sexta cauſa ſit, quia poſt primi pa-
rentis lapſum orta ſunt bella, captiuitates,
& vitia, vt ſcripſi in meo tract. de commerc.
§. 1.q.1.ſub nu.49. & 68.& bella ſunt etiam
in ſe ipſo,adeo quòd nemo eſt tàm compoſi-
tæ fœlicitatis,vt aliqua ex parte cum ſui ſta-
tus qualitate non rixetur: huic enim, cui
cenſus exuberat, ſanguis degener eſt pudor:
hic,quem nobilitas notum facit, anguſtia
rei familiaris incluſus, mallet eſſe ignotus:
ille vtraque circumfluus,vitam cœlibem de-
flet: ille nuptijs fœlix,liberis orbus, alieno
cenſum nutrit hæredi: alius prole ditatus,
filij,filięue delictis mœſtus illachrymat:ineſt
ſingulis, quod inexpertus ignorat, exper-
tus exhorret, Boet. lib. 2. de conſolat. proſ.
4. quare vita noſtra ſemper vexatur, ſemper
eſt dubia,& ſemper ærūnoſa,eā enim humo-
res tumidāt, dolores extenuāt,ardores exic-
cant,aera morbidant,eſcæ inflāt,ieiunia ma-
cerāt,ioci diſſoluūt,triſtitię conſumūt,ſolici-
tudo coarctat,ſecuritas hęberat,diuitię iacti-
tāt,paupertas deijcit,iuuentus extollit,ſene-
ctus incuruat, infirmitas frangit, & mœror
deprimit, vt hęc, & alia retuli lib. proxime
19 pręced.cap.8.n.259.& ſeqq.† & multò plura
de miſeria,& calamitate noſtrę vitę ſi vis le-
gere, vide S. Auguſt. in infra citato cap.22.
vnde miſerabilis eſt humanæ conditionis
ingreſſus, culpabilis progreſſus, & damna-
bilis egreſſus: ſanè formatus eſt homo de
terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam,
agit praua, quæ non licent, turpia,quæ non
decent, & vana, quę non expediunt,Innoc.
20 de vilit. condit. hum. † ex quibus ſatis con-
ſtat, quòd hęc vita data eſt homini, non ad
quietem, ſed ad laborem,hoc eſt, vt hic la-
boret,& in poſterum requieſcat; hic autem
requies nulla eſt: tantis enim malis hęc vi-
ta repleta eſt, vt verè vocari poſſit pyrate-
rium,& comparatione eius mors putetur eſ-
ſe remedium, non pœna; & ideo breuem il-
lam Deus fecit, vt moleſtiæ eius quia pro-
ſperitate non poterant, temporis exiguita-
te finirentur, S.Amb. in ſerm. ſuper cap. 7.
Iob.col.647.tom.2. † hęc autem mala vene-
runt ab illa erroris, & peruerſi amoris re-
rum vanarum radice, cum qua omnis filius
Adam naſcitur, hinc enim mordaces curę,
perturbationes, mœrores, formidines, inſa-
na gaudia, diſcordiæ, lites, bella, inſi-
diæ, iracundię, inimicitiæ, fallaciæ,
adulatio, fraus, furtum, rapina, perfi-
dia, ſuperbia, ambitio, inuidentia, homi-
cidia, parricidia, crudelitas, ſæuitia,nequi-
tia, luxuria, petulantia, impudentia, im-
pudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta,
& contra naturam vtriuſque ſexus tot ſtu-
pra, atque immunditiæ, quas turpe etiam
eſt dicere, ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ,
per-

periuria, oppreſſiones innocentium, calumniæ, circumuentiones, præuaricationes, falſa teſtimonia, iniqua iudicia, violentia, latrocinia, vt hæc omnia ſcribit S. Auguſt. de ciuit. Dei lib. 22. cap. 22. fol. 236. tom. 5.

Sed ſi vis copioſè perſcrutari cauſas omnes, ob quas Deus pios viros, quoſque ipſe apertiſſimis ſignis ſibi chariſſimos eſſe declarat, plerũque omni genere acerbitatum agitari, vexarique patitur, vide S. Io. Chryſoſt. & Senec. in locis citatis infra, num. 24. & 25. quas cauſas ex S. Io. Chryſoſt. ſummatim, ſed diſtinctè recenſet M. Ant. Muret. in oratione habita, cũ eſſet interpretaturus lib. Sen. de prouidentia Dei, num. 2. & ſeqq. fol. 267.

22 Subdeclara eandem declarationẽ, vt mala, quę conſiderãtur actiuè ex parte eius, qui illa committit, & in ſe continent vitium, & peccatum, vt ſunt committere homicidium, furtum, & alia id genus, ſemper reſpectu agentis, ideſt committentis, dicantur, & ſint verè mala, & ei nociua, vt dixi ſupra num. 12. & ſeqq. tamen mala, quæ conſiderantur paſſiuè in eo, qui ea patitur, vt ſunt paupertates, afflictiones, mœrores, dolores, tormenta, & aliæ paſſiones, ſunt mala malis, bonis autem ſunt bona, & proinde ſi tu, cui hæc contingũt, es bonus, non erunt mala, ſed bona; hæc enim aduerſa, ſeu mala tolerare ſapienti virtutis exercitium, inſipienti præuaricationis eſt occaſio, S. Ambr. in loco citato, ſupra num. 20. in fine; quare tres in hac ſubdeclaratione firmandę ſunt concluſiones.

Prima concluſio eſt, quòd is, qui iniurias, contumelias, damna, & alia mala, quæ ſibi aut inferuntur, aut accidunt, cum æquanimitate patitur, dicetur virtute præditus, quia magna, & præcipua virtus eſt patientia, & ideo neceſſe eſt, vt iuſtus, & ſapiens vir ſit in poteſtate hominis iniuſti, vt capiat patientiam, qua carebit omnino, ſi nihil patietur aduerſi: vnde qui in rebus proſperis agit, impatiens eſt, & virtute maxima caret: impatientem dico, quia nihil patitur; & conſequenter etiam qui patientia caret, innocentiã ſeruare nõ poteſt, quę & ipſa iuſto, & ſapienti viro propria virtus eſt: nam impatiens nocet ſæpe, concupiſcit aliena, & rapit quę cupierit per iniuriam; quia virtutis expers, vitio, peccatoq. ſubiectus eſt; dominari affectat in liberos, quia temperantiam non habet, & fragilitatis oblitus; animo inſolenter eleuato, tumet: vnde iniuſti, ac Deum neſcientes, & diuitijs, & potentia, & honoribus florent: hæc enim iniuſtitiæ præmia ſunt, quia & perpetua eſſe non poſſunt, & per cupiditatem, violentiamque quæruntur: iuſtus verò, ac ſapiens; quia hæc omnia humana ſunt, ſua bona diuina iudicat, nec alienum quicquam concupiſcit, ne quem contra ius humanitatis lędat omnino; ſcit enim eunctos ab eadem Deo, & eadem conditione generatos, iure fraternitatis eſſe coniunctos; ſed & ſuo contentus, & paruo, quia fragilitatis ſuę memor, non amplius quærit, quàm vnde vitam ſuſtentet, & ex eo ipſo, quod habet, impertit etiam non habenti, quia pius eſt; pietas autem ſumma virtus eſt, & ex his contemnit etiam caducas, vitioſaſque voluptates, quarum cauſa opes appetuntur, quoniam continens eſt, ac libidinum victor: cum ergo qui patientiæ virtute præditus eſt, iniuriam nulli faciat, aliena non cupiat, nec ſua quoque, ſi vi auferantur, defendat, cum ſciat etiam illatam iniuriam moderatè ferre, neceſſe eſt, iuſtum hominem ſubiectum eſſe iniuſto, & contumelijs affici ab inſipiente ſapientem, vt & ille peccet, quia iniuſtus eſt, & hic in ſeruitutem abeat, quia iuſtus eſt, prout hæc omnia præclarè ſcripſit Lact. Firm. de iuſtitia, lib. 5. cap. 23. fol. 474. & ſeq.

Secunda concluſio eſt, quòd Deus homines pro liberis habet: ſed corruptos, & vitioſos luxurioſè, ac delicatè patitur viuere, quia non putat ſua emendatione dignos; bonos autem, quos diligit, caſtigat ſæpius, & aſſiduis laboribus ad vſum virtutis exercet, nec eos caducis, ac mortalibus bonis corrumpi, ac deprauari ſinit; quare cum vexamur, ac premimur, tunc maxime gratias agere debemus indulgẽtiſſimo patri, vt hæc omnia ſapienter, ac penè diuinitus tractauit Senec. in libro, cui titulus eſt, quare bonis viris mala accidant. & ſimilia ex eo retuli lib. proxime præced. cap. 9. ſub nnm. 1901. verſ. prima cauſa.

Tertia concluſio eſt, quòd hæc, quæ nobis videntur aſpera, & mala, ſunt mala malis, bonis autem ſunt bona, vt dixi ſupra in ſubdeclaratione, quia bono viro nihil mali accidere poteſt, cum contraria non miſceantur, & proinde ſicut tot amnes, tantum ſuperne deiectorum imbrium, tanta mediterraneorum vis fontium non mutant ſaporẽ maris, nec remittunt quidem; ita etiam aduerſarum impetus rerum viri fortis non vertit animum: manet in ſuo ſtatu, & quicquid euenit, in ſuum trahit colorem: eſt enim omnibus externis potentior, quare boni viri

nunquam miſereamur, quia poteſt dici miſer, ſed non poteſt eſſe: nec iſta voces contra te, ſed dicas, eſſe pro te: nam vnde poſſum ſcire quantum aduerſus paupertatem tibi animi ſit, ſi diuitijs diffluis? vnde quantum aduerſus ignominiam, & infamiam, odiumq; populare conſtantiæ habeas, ſi inter plauſus ſeneſcis; ſi te inexpugnabilis, & inclinatione quadam mentium pronus fauor ſequitur? Gubernatorem in tempeſtate,
23 in acie militem intelligas: † igitur ne mireris, ſi hæc, quæ dicis eſſe aduerſa, dixerim eſſe pro te, quia ſi mireris, miraberis, quoſdam ferro, & igne curari, ac fame, & ſiti: ſed ſi cogitaueris tecum, remedij cauſa quibuſdam & radi oſſa, & legi, & extrahi venas, & quædam amputari membra, quæ ſine totius corporis pernicie hærere non poterant, hoc quoque patieris probari tibi, quædam incommoda pro his eſſe, quibus accidunt,
24 † ſicut è contra patieris, tibi probari, quædam, quæ laudantur, & appetuntur, contra eos eſſe, quos delectauerunt, ſimillima cruditatibus, ebrietatibusque, & cæteris, quę necant per voluptatem: demum quid miramur, bonos viros, vt confirmentur, concuti? nó eſt arbor ſolida, nec fortis, niſi in quam ventus incurſat: ipſa enim vexatione conſtringitur, & radices certius figit; hæc omnia habes in Sen. lib. quare bonis viris mala accidant. cap. 2.3. & 4. in fi. ſub n. 40. 30. 40. & 50. fol. 270. & ſeqq. & hoc vltimum retuli d. cap. 9. num. 190. & quòd ſpes eorum, qui incommoda, & tormenta paſſi ſunt, ſit plena immortalitate, & quid è conuerſo accidat his, quibus in hoc mundo proſpera contigerunt, ex Sap. &
25 Iob retuli ſupra gl. 1. q. 1. num. 218. † his ſimilia de toleranda tentatione, & tribulatione ſcripſit S. Io. Chryſoſt. homil. 4. de patientia & tolerantia, tom. 5. fol. 190. niſi, inquit, tentatio, nec corona; niſi certamina, nec brauia; niſi ſtudia, nec honores; niſi tribulatio, nec remiſſio; niſi hyems, nec æſtas; ſeminemus lachrymas, vt metamus exultationem: & quemadmodum aratrum immittens deorſum, terram aperit, tutam ſeminibus cuſtodiam parans, ne iacta in ſuperficie remaneant, ſed in ipſos terræ ſinus immittantur, & in tuto radices figant; ſic etiam nos, tanquam aratro, tribulatione vtéres, cordis profundum ſcindere debemus; vt ſi qua doloſa herba, & improba cogitatio nobis ineſt, radicitius eam vellamus, & puras pietatis ſeminibus terras exhibeamus, &c. non igitur de hac triſtitia doleamus, ſed Deo gratias agamus; multum enim de tribulatione lucrũ, &c.
26 & † lib. 2. de prouidentia Dei, eod. tom. 5. fol. 390. col. 2. in vltimis verbis ait, quòd ſi examinabimus diligentius eos, qui fuerunt nominatiſſimi, videbimus, omnes primo aduerſitatibus probatos, ita demum diuina familiaritate dignos habitos fuiſſe, & ab iſtis non diſcrepant ea, quæ ſcribit Senec. de prouid. Dei, fol. 273. n. 20. dicens, quòd ſicut in caſtris periculoſa fortiſſimis imperantur, & Dux lectiſſimos mittit, qui nocturnis hoſtes aggrediantur inſidijs, aut explorent iter, aut præſidium loco deijciant, & nemo eorum dicet; male de me Imperator meruit, ſed benè iudicauit; ita etiam quicunque iubentur pati, timidis, ignauiſque flebilia, digni viſi ſunt Deo, in quibus fortia, & difficilia expe-
27 riretur; † rurſus S. Io. Chryſoſt. homil. 54. cõtra eos, qui delicijs vacant. fol. 303. col. 3. in fine, ait, homines ex rebus ſecũdis pleruq; effici inflatos, omnibus inimicos, iracundos, cum adeſt potentia, cum verò fuerit ablata, manſuetos, & humiles euadere, & in propriæ
28 naturæ cognitione venire; † reprehendit ead. homil. initio, magnum, & effuſum gaudium, quia debet eſſe gaudium, & lætitia in domino, dicens, eſſe valde turpe, & ſtolidum, cum quis eſt valde gaudens, & lætus, & effuſus; cum verò quis eſt dolens, & mœſtus,
29 quid, inquit, eſt ſapiẽtius? † & in primo ſermone de prouidẽtia vel fato, eod. tom. 5. fol. 53. oſtendit, inquietudines, perturbationes, & moleſtias non tàm à rerum euentu eſſe, quàm à nobis ipſis, & mente noſtra, quæ ſi ſe benè haberet, & compoſita foret, ſemper nobis tranquillè liceret agere, ſed cum malè ſe gerat, omnem vitam in luctu, ac mœrore deſides tranſigimus: deplorat enim alius egeſtatem, alius aduerſam valetudinẽ, alius curarum, adminiſtrandęque rei domeſticę moleſtias, alius in educandis pueris difficultatem, contra alius orbitatem: & tamen non ſolũ triſtes ſumus, cum res ita ſe habent, ſed & cũ mutantur, contrarioq. modo eueniunt, non minus plerique triſtes ſumus; & plura ſimilia, ad oſtendendum, quòd nocere nobis vera noxa nemo alius poteſt, niſi noſmeripſi, ſcribit homil. 9. quòd nemo læditur niſi à ſemetipſo, eod. tom. 5. fol. 161. & ſeqq.
30 nã † etſi quotidie videamus, quamplurimos & affligi, & opprimi cum omni iniuria, humiles, & infimos à potentibus, & fortibus; & pauperiores à ditioribus inuadi; & ſicut non eſt poſſibile numerare fluctus, & vndas maris; ita nec hi, qui affliguntur, & in-

& iniuriam patiuntur, poſſunt numero comprehendi, quibus neq; leges vllę ſubueniunt, neque iudicum metus, neque vlla vis alia morbum hunc, ac perniciem poteſt cohibere; quinimo & augetur per dies ſingulos, fletusque, & gemitus malorum ſemper in-
31 creſcit: † ipſi enim iudices, qui ad hęc reprimēda conſtituti ſunt, grauiores tempeſtates, & pernicioſiores ſuſcitant morbos; & intantum labes mali huius augetur, vt nonnulli infœlices, & ſtulti in id inſaniæ proruperint, vt etiam diuinam pro his prouidentiam culpent, videntes eum quidem, qui honeſtum, & placidum vitæ propoſitum gerit, interdum trahi ad iudicia, vinciri, & perturbari, & pati extrema omnia; proteruū verò, & improbum, & peſſimi propoſiti virū augeri diuitijs, potentia, & honoribus cumulari, terribilem omnibus fieri, & innumeris modis excruciare, & affligere, ac pedibus, vt ita dicam, conterere bonos, & honeſtos viros: hæcque iniqua, atque iniuſta inæqualitas, non ſolum in vrbibus, ſed & in agris; & non ſolum in terra, ſed & in mari committitur, & exercetur, vt hęc omnia ſcribit S. Io Chryſ. vbi ſupra; & de hac proterui exaltatione, & proſperitate querimoniam mouet Iob, à me relatus ſup. gl. 1. q. 1. n. 217.
32 Tamen, † vt ſequitur idē S. Io. Chryſ. hęc omnia prudenti viro non nocent, nec animi virtutem poſſunt corrumpere: ſciendum enim eſt, quòd licet rubigo lædat ferrum, tinea lanam, ouium greges lupus, grando vineam, virgulta, ac diuerſa plantaria locuſtæ, ac bru-
33 chi exercitus vaſtent; † non tamen paupertas, damna, calumniæ, alięq. calamitates hominem lædere poſſunt; quia ſicut equi magnificentiam, & bonitatem, non ex argenteis fręnis, pulchriſque tapetibus, ac ſericis flammulis, phaleriſq. gemmatis, iubaque aureis intexta funiculis iudicamus; ſed ex curſus velocitate, fortitudine pedum, greſſuſque cautela, ac pectoris firmitate, cæteriſquè, quæ aut conficiendo itineri apta ducuntur, aut prçlijs peragendis, vt vel interritus hoſtem petat, vel in aduerſis perniciter proprium poſſit ab exitio liberare ſeſſorem, di-
34 gnoſcimus: † item ſicut ſi vineam probare velimus, nō inſpicimus, ſi latos habeat pampinos, aut flagella diffuſa, ſed an denſior ei ſit fructus, & vua fœcundior: ſimiliter & de oliua, & alijs ſimilibus arboribus con-
35 templamur: † ita etiam in hominis bonitate, magnificentia, & virtute non computamus diuitias, non ſanitatem, non famam humanam, nec vitam hanc communem, neque libertatem, quia ſi hęc computarentur, paupertatem, languorem, hominum maledicta, mortem, & ſeruitutem metueret, ſed computamus, & æſtimamus ſolum animi virtutem, quæ eſt rectè ſentire de Deo, & rectè inter homines agere: illa nāque omnia, quę ſupra diximus, auferri ab homine poſſunt, etiam ſi nolit; hęc verò ſi habeat, auferre ab eo nullus omnino, nec ipſe diabolus poteſt, niſi ipſe, qui ea poſſidet, velit perdere; & conſequenter non læditur homo, niſi lædatur in virtute, & in ea lędi non poteſt, niſi ipſemet ſe lędat: in eandem ſententiam vide, quę ex Senec. loquente de ratione, quæ eſt optimum in homine, retuli cap. ſeq.
36 q. 17. limit. 40. num. 12. † hæc ſunt, quibus hortamur ad bonitatem, ad ſuſtinēdas ęquo animo iniuſtitias, afflictiones, perturbationes, cæteraſque aduerſitates, cum ſint pro
37 nobis, non contra nos; † quinimo hos, qui nobis fœlices videntur, miſeros eſſe oſtendit doctiſſimus Senec. epiſt. 80. hodierno. fol. 151. num. 50. & fol. 152. cuius verba ſunt hæc: *horum, qui fœlices vocantur, hilaritas ficta eſt, aut grauis, & ſuppurata triſtitia, & quidem grauior, quia interdum non licet, palam eſſe miſeros; ſed inter ęrumnas cor ipſum exedentes, neceſſe eſt agere fœlicem, &c. omnium iſtorum perſonata fœlicitas eſt: contemnes illos ſi deſpoliaueris*: & deinde, loquendo de equo, de quo ex S. Io. Cryſ. locuti ſumus ſupra, inquit, *equum empturus, ſolui iubes ſtratum, detrahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem inuolutum æſtimas? Mangones, quicquid eſt, quod diſpliceat, aliquo lenocinio abſcondunt: itaque ementibus, ornamenta ipſa ſuſpecta ſunt: ſiue crus alligatum, ſiue brachium aſpiceres, nudari iuberes, & ipſum tibi corpus oſtendi. Vides illum Scythiæ, Sarmatiæuè regem inſigni capitis decorum? ſi vis illum æſtimare, totumque ſcire qualis ſit, faſciam ſolue, multum mali ſub illa latet; quid de alijs loquor? ſi perpendere te voles: ſepone pecuniam, domum, dignitatem; intus te ipſum conſidera: nunc qualis ſis, alijs cre-*
38 *dis*. † Vidimus iam ex prędictis quomodo S. Io. Chryſ. & Sen. oſtendunt, aduerſa eſſe pro nobis, non contra nos: nunc ego aliud hoc oſtenſionis genus addo: omnis iuſtitia naturalis, diuina, & humana poſtulat, vt debitor teneatur ſoluere debitum; & hoc eſt ita

certum, & neceſſarium, vt potius caderent ſydera, quàm hæc deficeret iuſtitia: certiſſimum quoque eſt, nos plurimum debere Redemptori noſtro, tum quia nos redemit, tùm quia ipſum poſtea ingrati multipliciter offendimus; ſiquidem ſepties cadit iuſtus in die, & ignotum non eſt, quòd hoc debitum non ſoluimus pecunijs, aut alijs rebus, quibus ſoluimus debita, inter nos contracta, ſed ſoluimus ſolum, dum lacrymis pœnitentiam agimus, dum incommoda, ęrũnas, paupertatem, iniuſtitias, iniurias, contumelias, & ſimilia patiẽter toleramus: indubitatiſſimum eſt etiam, quòd Redemptor noſter ijs, qui admittuntur ad ſoluẽdum in hoc ſeculo, magnam debiti partem remittere ſolet; ij verò, qui adeo mali ſunt debitores, vt ad ſoluendum in hoc ſeculo non admittantur, ad aliud remittuntur ſeculum, vbi pœnæ in inferno ſine remiſſione pro menſura peccati exiguntur: conſideremus queſo nũc ſtatum eorum, qui nobis hic fœlices videntur, eo quia nullas luũt pœnas, ſed ſuo modo viuunt, & conſidetent ipſi, quia ſi vere conſiderauerint, mutabunt vitam, vt mutent ſtatum; ij verò, qui affliguntur, & pœnitentiam agunt, ſi conſiderauerint lucrũ infinitũ, & ineffabile, quod faciunt, dum lacrymis, & incommodis expiant commiſſa, quantam ſumere debent lætitiam, imò ſi incommoda ab ijs fugerent, nonne contriſtarentur, & nonne ea inſectarentur, vt apprehẽderent, & haberent? Hæc cum ita ſint, Curiales Prælatorum, quia multa ſuſtinent incommoda, inæqualitates, & demum futuram paupertatem; ſiquidem plerunque moriuntur in paleis, niſi de gratia ſpeciali decedãt in hoſpitali, ſi ea omnia ſubſtinerent amore Dei, & propter regnum cœlorum, verum poſſet eſſe, quòd admittuntur in paradiſo ſine examine etiam inter martyres, vt refert Prob. in addit. ad Io. Monach. in cap. vbi periculum. num. 5. in fine, de elect. in 6. fol. 63. verum quia forſan ea omnia ſuſtinent propter ambitionem, & ſpem inanẽ rerum huius mũdi, quia, vt dicit verſus, *Curia curarum genetrix, nutrixq. malorum, &c.* erit dictum ſolum ad illudendas vanas ſpes omnium Curialium.

39 Neq. prędictis obſtat, quòd Deus ſoleat bonos etiam viros magnis, multisq. implere muneribus, & proinde non videatur verum, quòd omnes, qui ſunt boni, nituntur q. vitam conſequi ęternam, multis ęrumnis, multiſque incommodis, afflictionibus, & tribulationibus vexentur, vt oſtendere videmur conati.

Nam reſpondeo, quòd Deus etiam bonis viris ſolet hæc terrena munera largiri, vel quia bene illis vtantur, iuxta ea, quę ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 61. & 62. vel ne ij, qui Deum credunt propter vitam ęternam eſſe colendum, opinarentur, ſublimitates, & regna terrena poſſe neminẽ conſequi, niſi dęmonibus ſupplicaret, quod hi ſpiritus in talibus multũ valerẽt: hęc enim opinio quã falſa ſit, voluit Deus nobis oſtẽdere, dum Conſtantinum Imperatorem, non ſupplicantem dæmonibus, ſed verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet; ſiquidem conceſſit ei, vt Ciuitatem conderet Romano Imperio ſociam, veluti ipſius Romæ filiam, ſed ſine aliquo dæmonũm templo, aut ſimulacro: hic Conſtantinus diu imperauit, vniuerſum orbem Romanum vnus Auguſtus tenuit, & defendit; in adminiſtrandis, & gerẽdis bellis victoriſſimus fuit; in tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt: grandæuus ægritudine, & ſenectute functus eſt, filios imperantes reliquit, S. Auguſt. de Ciuit. Dei, lib. 5. cap. 25. fol. 48. tom. 5. & quàm ob aliam cauſam Deus bonis & malis conceſſerit regna dixi ſup. gl. 1. q. 1. nu. 215. & 216.

Demum, omiſſo iſto longo diſcurſu, habito circa mala, quæ patimur, concludo, quòd debemus acquieſcere libenter volũtati Dei, voluntas autem Dei eſt, vt ille inſanabili laboret morbo, hic paupertate præmatur, tu iniuſtis vexeris litibus, & ego iudicium affligar iniuſtitijs: omnes dicere debemus: fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO X.

S V M M A R I V M.

Sententia an ſit neceſſaria pro executione inſtrumentorum, &c. num. 1. & ſeqq.

Citatio, & iudicis decretum ante executionem ſemper ſunt neceſſaria, licet obligatio, ex qua datur executio, ſit arctiſſima, in forma cameræ, &c. ſub num. 1. Et quid ſeruetur Florentiæ, num. 6.

Liquidum non eſſe inſtrumentum, poteſt opponi

ni aduerſus obligationem cameralem, n.2.

Adimplere ſi omiſit actor ex parte ſua, repellitur ab agendo, etiamſi agat vigore obligationis Cameralis, num.3.

Exceptiones, procedentes à ventre contractus, poſſunt opponi aduerſus quamcumque obligationem, num.4.

Camerali obligationi quæ exceptiones obſtent, num.5.

Executio guarintigiæ, aut alterius ſcripturæ exequibilis Florentiæ fit ſine citatione, & ſine auctoritate iudicis, num. 6. & 7.

Tactus, qui fit cõtra debitorem in Curia Florentina, quomodo, & cuius auctoritate fiat, num. 6. & 7.

Grauamentum, quo vtitur Curia Florentina, fit ſuper mobilibus, & ſine auctoritate iudicis, num. 6.

Mercatorum Curia in Ciuitate Florentiæ eſt iudex cauſarum executiuarum, num.9.

Romæ, & Florentiæ } ſtyli in cauſis executiuis quomodo differant, num. 10.

Executiuè vt procedere poſſit creditor contra debitorem, qui ſecum non contraxit, debet in Ciuitate Florentiæ præmittere proteſtationem, num.11. & 12.

Legatarius in Curia Florentina poteſt conuenire hæredem via executiua, nu.13. & 16.

Inhibere iudex in Curia Florentina non debet creditori volẽti procedere executiuè, licet ſit creditor, qui proteſtationẽ debeat præmittere, & licet debitor proteſtationi contradixerit, ſub num.13. & ſeqq. Nam hæc inhibitio cogeret creditorem ad agendum via ordinaria, etiamſi iudex in mẽte ſua inhiberet ad effectum videndi, an creditor poſſit agere via executiua, quia hoc non poſſet videre, niſi per viam ordinariam, ſub num. 15.

Proteſtatio, quam aliqui creditores præmittere debent in Curia Florentina, quid ſit, ad quid ſeruiat, & in quo conueniat cum monitione vrbana, num.14. & 21.

Admittere debet iudex iura partium cum clauſula (ſi & in quantum) ſub num. 14.

Eligenda eſt via, qua vtrique parti ſit conſultum, ſub num.14.

Præuentio, quam facit obligatus via executiua, non mutat viam executiuam, num.22. & ſeqq.

Via executiuæ, non obligatus, ſed creditor poteſt renunciare; num.23. & 24.

Diffamationis iudicium non inducit præuentionem, neque pendentiam litis, neque mutat forum originarium cauſæ principalis, & ideo non mutat perſonam rei in perſonam actoris, aut è conuerſo, num. 25.

Nullitatis iudicium, ſeu exceptio, an & quando retardet, & impediat executionẽ rei iudicatæ, & guarintigiæ, num. 26. & ſeqq.

Actio realis procedit ab obligatione rerum, & bonorum, & quotuplex procedat, nu.31. & num. 33.

Actio realis executiua datur contra eum, qui fecit obligationem, num. 32. Sed an detur contra tertium poſſeſſorem, num.35. & 36.

Tenutario iudicio ad conſequendum lucrum ſtatutarium creditor agere non poteſt ſine iudicis auctoritate, num.37.

Tenuta datur etiam contra tertium poſſeſſorẽ, debitore principali non excuſſo, num.38. & ſub num.40. Et quot, & quæ ſint differentiæ inter tenutam cõtra principalem debitorem, & tenutam contra tertium poſſeſſorem, num.39.

Tenuta ad effectum lucrandi quinque pro cẽtenario non datur pro ſumma illiquida, & ideo non datur pro non facto, nu. 41.

Tenuta non parit quinque pro centenario, niſi infra annum moueatur iudicium adiudicationis bonorum inſolutum, num.42.

1 QVAERO decimo, an pro executione guarintigiæ, rei iudicatæ, vel alterius ſcripturæ exequibilis requiratur ſententia iudicis, & qualis. Reſp. diſtinguendo duos caſus. Primus eſt quando agitur actione perſonali. Secundus quando agitur actione reali

Capio primum caſum, quando agitur actione perſonali; & concludo, quòd etſi debitor arctiſſime ſe obliget, vt creditor poſſit contra eum procedere, nullo iuris ordine adhibito, & abſque citatione, & ſtatuta, & ſtyli locorum concedant paratã executionem contra debitores, qui ſe obligãt per inſtrumenta publica, præſertim ſub certa forma, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 62. q.10. num.23. verſ. contrariã. tamen ad executionis actum non debet contra debitorem deueniri ſine auctoritate, & decreto iudicis, tum quia actus executionis eſt actus iuriſdictionis, quæ priuatorum pacto dari non poteſt, tum quia eſſet contra quietem, & bonũ publicum, ſi homines poſſent ius auctoritate propria ſibi dicere, C. ne quis in cauſa ſua, & ſcripſi ſup. gl. 4. q.7. num. 2. & ita ſeruatur Romæ;

Romę;nam licet agatur executiuè vigore ar-
ctiſſimę obligationis cameralis,tamen debi-
tor,ſeu reus ſemper auditur,& numquā con-
tra eum deuenitur ad aliquē actū executio-
nis ſine decreto iudicis , & quin, reo ſemper
citato, ſeruatus ſit ordo proceſſus executiui,
vt patet ex his,quę ſcripſi ſup.lib. 1. cap.62.
q.4.nu.17. & cap.96.nu.32. & breuiter hoc
eod.lib.cap.ſeq.q.17.limit.9. num.5. verſus
finem , & ita ſeruatur in toto ſtatu Eccle-
2 ſiaſtico : † nam licet contra executionem
obligationis in forma cameræ,& inſtrumen-
torum publicorum nulla poſſet opponi ex-
ceptio , tamen multa ſunt,quæ executionem
poſſunt impedire , & eneruare , & ideo op-
ponuntur per viam exceptionis: primo enim
impeditur executio, ſi obligatio, ſeu inſtru-
mentum non ſit liquidum , quia ante execu-
tionem facti debet liquidari , vt explicaui
3 cap. ſeq. dicta limit. 9. num. 24. † ſecundo
poteſt opponi,quòd actor non adimpleuit ex
parte ſua , vt late ſecutus ſum in meo tract.
de commerc. §. 1. quęſt. 1. num. 350. &
4 ſeqq. quia † reus poteſt opponere omnes
exceptiones , procedentes à ventre inſtru-
menti,& contractus , vt dixi ſupra lib. 1.cap.
63. ſub num. 1. verſ. ſed nimis . & explica-
ui eod.lib. 1. cap.62. ſub num.30.verſ.decla.
5 ra.in alia futura impreſſione: † tertio contra
obligationem in forma cameræ poſſunt op-
poni illæ tres exceptiones,de quibus dixi di-
cto cap.62.n.17.verſus finem,& hoc eod.lib.
cap.ſeq.q.17. limit.9. num.52.& in eiuſmo-
di executionibus vidi ſæpe diu diſputari , &
cauſam in longum protrahi .

6 Contrarium ſeruatur Florentię ; nam ibi,
ſuppoſita ſcriptura exequibili, cui ſcilicet ibi
detur executio parata ex diſpoſitione ſtatu-
torum,fit executio contra debitorem,non ci-
tatum,ideoq. non auditum; imo & ignoran-
tē,& (quod magis eſt)ſine iudicis auctorita-
te, & tota hæc executio,& modus proceden-
di reducitur ad hanc diſtinctionem:aut enim
creditor vult exequi ſuper bonis mobilibus
ipſius debitoris,& tunc ipſemet creditor dat
ſatellitibus ordinem in ſcriptis vt N. ſuum
debitorem grauēt in bonis pro tanta ſumma;
& ſatellites grauant , faciendo executionem
ſuper mobilibus , quam factam ſolent ex
ciuili ſtylo deponere penes aliquem tertiū :
7 † aut vult exequi perſonaliter , & tunc dat
illis ordinem , vt illum tangant pro tanta
ſumma , & illi tangunt,& in tactu requirun-
tur ſemper duo ſatellites, quorum vnus tan-
git,& alius eſt præſens , & cùm tetigerint,
referunt miniſtris , qui illum tactum ſcri-
bunt in libro particulari tactorum; & hic ta-
ctus eſt initium capturę , & habet ſuos effe-
ctus,de quibus nō eſt hic agendum,& eſt in-
iurioſior executio,quàm grauamentum : aut
creditor vult agere iudicio tenutario contra
ipſummet debitorem ex actione perſonali
ſuper bonis ſtabilibus , ab ipſo poſſeſsis ad
acquirendum ſuper illis bonis quinque pro
centenario ; & tunc licet requiratur auctori-
tas iudicis , tamen non requiritur citatio,
neque alia ſolemnitas , vide infra num. 37.
& ſeqq. & hæc paratiſſima executio guarin-
tigiæ procedit, & iuſtificatur ex his, quæ ſe-
cutus ſum ſupra lib. 1. cap. 62. quæſt. 9. ſub
num. 22. præſertim verſ. ſecundo quia . vbi
apparet,paratiorem deberi executionem pro
guarintigia , quàm pro obligatione in forma
camerę.

8 Ratio iſtorum eſt,quia cū in iſtis executio-
nibus nullū fere contineatur præiudiciū, po-
tuit ſtatutū dare actori prædictā facultatem :
nam hæc omnia ; niſi actor faciat confirma-
ri à iudice,ſeruatis ſeruandis;euaneſcunt , &
ideo antea nullum in eis continetur iudi-
cium;& in his omnibus executiuis licet pro-
cedere ſoleat Curia mercatorum,tamen poſ-
ſunt etiam procedere iudices quarteriorum ,
& pręſertim in tenuta ; vnde etiam in Rota
poteſt peti executio rei iudicatę coram iudi-
ce quarteriorum.

9 Sed quia de materia huius quæſtionis ;
an obligatio penes acta , & inſtrumenta pu-
blica habeant executionem paratam,& quo-
modo in eis procedatur , ſatis ſcripſi dicto
lib. 1.cap. 62. per totum , & cap. 96. num.
32. pluribus non inſiſto ; duas ſolum addam
declarationes circa modum procedendi exe-
cutiuè in curia Florentina .

10 Declara primo igitur, quod ętſi guarinti-
gia,res iudicata, & aliæ ſcripturæ exęquibi-
les apud Florētinos paratiorē habere videā-
tur executionem,cum ad eam procedatur, vt
dixi , ſine citatione , & ſine auctoritate iu-
dicis , præterquam in executione tenutę,ta-
men , inſpecto exitu , non eſt ita , quia illæ-
met exceptiones , & diſcuſsiones , quæ Ro-
mę fiunt ante executionem , Florentię fiunt
poſtea , ſuſpenſa ſemper executione , quam
vocant grauamentum , ſeu tactum , vt dixi ,
& non ſolum tunc auditur reus grauatus , &
diſcutitur de viribus executionis , & de ex-
ceptionibus, ſed à pronunciatione, quam iu-
dex

dex faceret, confirmando grauamentum, idest, executionem, datur appellatio ſuſpenſiua, & proceditur, ac ſi cauſa eſſet ordinaria, ſalua ſolum breuitate inſtantię: at Romę non fit poſtea alia diſcuſsio, & ab illa executione, quam iudex, præuia diſcuſsione, decernit, & relaxat, denegatur appellatio ſuſpenſiua, vt latè ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 9. num. 1. 4. & ſeqq. & limit. 10. & 11. & proinde executio apud Florentinos eſt promptior, & celerior in primo motu: ſed poſtea lentè, & gradatim procedit; imò cum re iudicata vtuntur ad faciendum tenutam, tunc executio illius rei iudicatæ confirmatur ſolū in tenuta, qua facta, proceditur via ordinaria, & deuenitur ad adiudicationē bonorum infra annum, alias illa tenuta euaneſcit, & cum fuerit deuentum ad adiudicationem bonorum, poſtea deuenitur ad brachium militare: ex quibus omnibus ſatis conſtat, quòd executio, quam habent guarintigia, aliæque ſcripturæ exequibiles, & res ipſa iudicata in Curia Florentina, eſt executio, quæ reſpicit ſolum primum actum executionis in rebus, vel in perſona eo modo, quo ſupra expoſuimus; nam cætera, quæ ſunt neceſſaria ad acquirendum dominium, & titulum in re capta pro executione, & ad acquirendum plenum ius in exactione contra perſonam, peraguntur ſeparatis iudicijs ordinarijs: at executio, quam inſtrumenta executiua, & res iudicata habent Romæ, & alibi ſecundum ius commune, eſt executio vltima, & finalis, quæ ad conſtituendum ius, & dominium exequentis non requirit aliud iudicium diſtinctum, & ſeparatum, ſed omnia ſucceſſiuè, & executiuè peraguntur, tanquam vnico iudicio executiuo.

11 Declara ſecundo, vt quando is, qui poteſt conueniri executiuè, non contraxit verè, & propriè ipſe illam obligationem, tunc creditor, volens agere executiue, debeat illi proteſtari, vt ſoluat, ſeu ſatisfaciat, quia alias procedet ad executionem; qua proteſtatione facta; ſi is, cui eſt facta, tacet per certos dies, poteſt creditor procedere ad executionem; alias, ſi creditor, omiſſa hac proteſtatione, procederet ad executionem, reuocaretur executio, & condemnaretur ad

12 expenſas: † ſi verò is, cui facta eſt proteſtatio, contradicat, & dicat, proteſtationem non afficere, & requirat iudicem, vt proteſtanti inhibeat; tunc iudex, adhibita cauſæ cognitione, deliberabit, vt hæc omnia in ſequenti exemplificatione explanabo.

13 Exemplifica igitur hanc declarationem, quando legatarius vult agere contra hęredem, quia etſi de iure communi ſit controuerſum, an pro legato competat via executiua, vt ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 37. num. 1. & 2. tamen ex diſpoſitione ſtatutorum Ciuitatis Florentiæ lib. 2. rubr. 31. de execut. legati, ceſſat controuerſia, quia diſponunt, poſſe procedi executiue; & cum in facti contingentia coram me legatarius faceret hanc proteſtationem contra hæredem, & hęres huic proteſtationi cōtradiceret, vt ſupra; ego admittebam proteſtationem cum clauſula, prout de iure, & denegabam inhibitionem, & mouebar ex pluribus.

14 Primo, quantum ad admittendam proteſtationem, mouebar, quia, cum proteſtatio ſit veluti quædam monitio iudicialis, cōueniens cum vrbana monitione, quia ſicut illa fit ad effectum, vt reus teneatur etiam ad expenſas primæ citationis, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 9. num. 2. ita etiam hæc proteſtatio fit, vt teneatur ad omnes expenſas, & differt in eo, quòd monitio vrbana fit extraiudicialiter, vt dixi eodem cap. 9. item, cum hęc proteſtatio ſit animi, & propriæ voluntatis explicatio ad conſeruandum ius ſuum, iuxta ea, quę ſecutus ſum dicto lib. 1. cap. 30. num. 34. non poteſt quis prohiberi, ne faciat hanc monitionem, & proteſtationem: quo verò ad addendam in admiſsione clauſulam iuſtificatoriam (ſi & in quantum prout de iure) mouebar; quia, cum proteſtatio ex meritis futuri proceſſus poſsit apparere iuſta, aut iniuſta, ſunt interim vtriuſque partis iura ponenda in tuto, itaut, ſi proteſtatio apparuerit iuſta, intelligatur admiſſa, & conſequenter valida ſit futura executio, & oriatur obligatio ad omnes expenſas, ſecus eſt ſi appareret iniuſta, & ſic iudex in re dubia, & præſertim in iurium admiſsione debet eligere viam, quę vtrique parti ſit minus oneroſa, & per quam vtrique parti ſit cōſultum, argumento tex. in §. fin. Inſtit. de donat. & §. contra autem. Inſtit. quibus alien. lic. vel non, & ex Paul. de Caſtr. Alex. Gail. Neuiz. Felyn. Vital. & alijs ſecutus ſum dicto lib. 1. cap.

15 102. in fine, num. 7. † Ad non declarandum, proteſtationem non afficere, prout optabat, & petebat hęres conuentus, mouebar, quia hęc declaratio, prout tendiſſet ad eum abſoluendum diffinitiuè in meritis, fuiſſet notoriè

toriè iniuſta, quia fuiſſet facta ſine cauſę cognitione, & tuliſſem ſententiam ante fabricatum proceſſum; prout verò hęc declaratio tendiſſet ad abſoluendū ipſum à iudicio executiuo, fuiſſet etiam iniuſta, quia creditorem actorem priuaſſem via, & proceſſu executiuo, nulla apparente iuſta cauſa priuationis: & ita eluderetur ſemper diſpoſitio ſtatuti Florentini, de quo ſupra num. 13. quia hęres debitor ſemper contradiceret proteſtationi: quare ex his non poteram concedere inhibitionem petitam, quia quando iudex inhibet ad effectum, vt pronunciet, an proteſtatio afficiat, nec ne, tota illa cognitio, & pronunciatio eſt facienda cum curſu inſtantię iudicij ordinarij, & ſic, mutata natura iudicij executiui in naturam iudicij ordinarij, contemneretur ius municipale, quod actori concedit viam executiuam, & conſequenter grauaretur actor.

16 Mouebar ſecundo loco ad non faciendam prędictam declarationem, & ad non inhibendum, quia iudex non debet eſſe clementior lege; imò eam, quamuis eſſet dura, debet ſeruare: ſed lex non dicit, quòd iudex poſsit ad inſtantiam hęredis conuenti via executiua, facere prędictam declarationem, & concedere illi inhibitionem, & ita retardare viam executiuam, imò mandat, vt legatarius poſsit procedere executiue, vt dixi ſup. nu. 13. nam licet hęres, qui tenetur ſoluere legatum non teneatur ex propria ſua obligatione, niſi in quantum, adeundo hęreditatem, videtur contrahere cum creditoribus hereditarijs; tamen ſtatutum vult, contra eum procedi executiuè, & proinde ſicut is, qui propriè ſe obligauit executiue, non poteſt per hanc proteſtationem euadere iudicium executiuum, ita neque poteſt hę-

17 res, conuentus pro legato: † ſi ergo ita diſponit lex, non debet iudex, quaſi ſit clementior lege, & ea plus ſapiat, aliter iudicare.

18 Mouebar tertio, quia hęres conuentus petebat inhibitionem generaliter, tam quoad perſonam, quàm quoad bona, & ſic erat minus conceſsibilis, quàm ſi eam petijſſet ſolum quoad perſonam.

19 Nec ab iſtis motiuis remouebar ex eo, quòd hęredis Aduocatus dicebat, quod cum hæres prętenderet, ſe non teneri ad ſolutionem prædicti legati, licuit ei petere remiſſionem dictæ proteſtationis, ſeu petere, vt declararetur, dictam proteſtationem non afficere, vt ſcribit Alex. conſ. 70. num. 2. lib. 7. per tex. in l. de pupillo. §. ſi is cui. & §. qui remiſſionem. & ibi notata per Bar. ff. de nou. oper. nunciat.

20 Quia reſpondebam, quòd licet reus poſſit comparere, & petere remiſſionem dictæ proteſtationis, & declarari contractum, ſeu actum nullum, vt dicit Alex. tamen videndum eſt, ſi id poſſit facere iudex, quia is non debet ex voluntate rei, cuius eſt fugere, ſubuertere viam executiuam competentem

21 actori; † quare illa proteſtatio actoris eſt quędam monitio vrbana, quę non præiudicat viæ executiuæ, quam habet, imò iuuat reſpectu expenſarum, & validitatis executionis, vt dixi ſupra num. 11. & 14. & illa contradictio, & proteſtationis remiſsio, quam petit reus executiue obligatus, non tollit

22 viam executiuam competētem actori; † quinimo etiamſi obligatus, præueniendo, compareret in iudicio, & peteret, declarari guarintigiam nullam, & inexequibilem, & creditor citatus peteret, guarintigiam, vti validā, mādari executioni, in ea ſum opinione, quòd iudex deberet procedere executiuè ad inſtantiam creditoris citati, quia præuentio non conſideratur ex parte debitoris, ſed ex parte creditoris, vt ex Veſtr. & Luc. Pær. ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 22. num. 14. vnde quando inter creditorem, & debitorem eſt controuerſia de modo procedendi per viam executiuam, vel per viam ordinariam, iudex debet ſequi viam, quam elegit creditor, & ita alias ſecutus ſum in alijs cauſis, vt patet ex noſtra deciſ. ...... verſ. tertio quia, ſab. 6. Iunij. 1620. & ven. 28. maij. 1621. clariſsimus. num. 21.

23 Confirmatur primo hæc mea opinio de qua num. præcedenti, quia ſi debitor ſe obligauit via executiua ad fauorem creditoris, ſolus creditor poteſt renunciare huic fauori, quia fauori is poteſt renunciare, cuius gratia eſt inductus, vt late dixi ſupra gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 172. & non ille, contra quem eſt inductus, imò debitor cogitur ſtare ſuæ promiſsioni.

24 Confirmatur ſecundo, quia alias eſſet in poteſtate debitoris elidere viam executiuā, de qua creditor ſe prouidit in contractu, vt conſiderat Veſtr. à me citatus in dicto cap. 22. num. 14. & ſic aperiretur via illis diuerticulis, fraudibus, & fallacijs, quas contra eos, qui dant comiſsionem iactationum, conſiderat Mandoſ. tract. de comiſs. in commiſs. 5. iactationum, in verbo, vexare. ibi, at plerun-

rinque. fol. 49. licet ipſe non eneruet hanc difficultatẽ, imò foueremus ingratitudinem debitoris, & confutaremus clementiam creditoris, itant debitori prodeſſet mora in non ſoluendo, & calliditas in præueniendo cum ingratitudine: creditori autem clementia, & dilatio noceret.

25 Confirmatur tertio ex conſtitutione municipali, lata de anno 1572. *ſopra libelli diffamatorij*, qua ita cauetur, *che i libelli, & rimedij diffamatorij non s'intendino indurre, quanto al giuditio principale, preuẽtione, pendenza di lite, ò altro, che poteſſe torre al creditore, & à quel, che doueua ſoſtenere nel vero giuditio la perſona d'attore, la elettione del foro, à lui dalle leggi cõmuni, ò ſtatuti di Fiorẽza conceſſa, &c. di modo che, facendo il diffamante aſſerto creditore la ſua petitione, ò domanda ordinaria ſopra quello, che pendeua la cauſa della diffamatione auanti vno de giudici competẽti, s'intenda ſubito la diffamatoria eſtinta, &c.* hæcque conſtitutio, de qua locutus ſum etiam ſupra gl. 7. q. 1. ſub nu. 27. nõ diſcrepat à diſpoſitionę iuris communis, vt patet ex his, quæ ſcripſi ead. q. 1. num. 26. ſi diffamatio, & iactatio habetur pro extincta: ergo creditori remanent integra, & ſalua iura ſua.

26 Neque huic noſtræ opinioni, de qua ſupra ſub num. 22. obſtat, ſi dicatur, quod ſicut rei iudicatæ executio retardatur, quando in ea condemnatus, pręueniendo, agit de nullitate rei iudicatę, & proceditur via ordinaria ſuper nullitate ſecundum vnam opinionem, quę etiam practicatur Florentię, & ego eam retuli cap. ſeq. q. 19. rem. primo, concl. 4. num. 2. ita etiam via ordinaria, executione retardata; procedi debeat ſuper nullitate, quam debitor, pręueniendo, intentat aduerſus guarintigiam, qua eſt obligatus; cum guarintigia ęquiparetur rei iudicatæ, vt ex Bened. de Barz. & Anton. de Canar. ſecutus ſum dicto cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 10. nu. 8. verſus finem.

27 Quia reſpondeo dupliciter: Primo quòd magis communis, & verior opinio tenet contra pręfatam opinionem practicatam Florentię, vt retuli, & ſecutus ſum ead. concl. 4. num. 1. & ſub num. 2. verſ. retenta. & ſeqq.
28 & concl. 5. num. 1. † Secundo reſpondeo, quòd dato, quòd illa opinio, practicata Florentiæ ſit vera, tamen nego ęquiparationem quoad hunc effectum inter rem iudicatam, & inſtrumentum, habens executionem paratam, quia videmus, quòd reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam retardat executionem, vt ſequutus ſum dicta quęſt. 19. remed. 2. num. 64. & ſeqq. & tamen non retardat, ſi ſit petita aduerſus publicum inſtrumentum, Barz. & Lancell. quos ſequutus ſum eod. remed. 2. num. 117. & ego nondum vidi, contrarium fuiſſe practicatum: & demũ tota hęc diſputatio ceſſat in caſu, quo legatarius creditor præuenerit.

29 Minus obſtat, ſi diceretur, quòd ſicut condemnatus per rem iudicatam poteſt excipere de illius nullitate, & retardare executionem; ita etiã debeat poſſe debitor obligatus in forma guarintigiæ, cum res iudicata, & guarintigia, ſeu aliud inſtumentum, habens executionem paratam, ęquiparentur, vt dixi ſupra num. 26.

30 Quia reſpondeo, retorquendo, quòd ſicut exceptio de nullitate aduerſus rem iudicatam non facit, vt ſuper executione rei iudicatę procedatur via ordinaria, neque retardat executionem illius, niſi probetur incontinenti, ita vt non requirat altiorem indaginem, vt late ſequutus ſum dicta quęſt. 19. remed. 1. concl. 5. ſub num. 3. 4. & ſeqq. in quibus explicaui; ita etiam exceptio nullitatis aduerſus inſtrumentum executiuum non retardat illius executionem, niſi ſit ita notoria, vt poſſit incontinenti probari, ſecus ſi requirat indaginem, & conſequenter debet in eodem iudicio executiuo oſtendi iudici nullitas notoria; alias debet procedere ad executionem: & dato quòd iudex ex aliqua iuſta cauſa mandaret ſuperſederi in executione, tamen non debet iudicium executiuum mutare in ordinarium.

31 Capio ſecundum caſum, quando agitur actione reali: & iſto caſu pręmitto, quòd actio realis non procedit à ſimplici obligatione ſoluẽdi, dãdi, tradendi, ſeu faciendi, ſed debet procedere à nominatim obligatione rerum pro adimplemẽto promiſſorum, & ideo, ſi debitor nõ obligaſſet res, creditori deficeret actio realis, vt dixi ſupra q. 7. num. 7. hęcque rerum obligatio ſi ſit ſimplex, datur creditori actio pignoratitia, ſeu hypothecaria, aut ſaluianum interdictum, iuxta ea, quę copioſè ſcripſit Neguſ. tract. de pignor. & multa nos ſcripſimus dicta quęſt. 7. num. 8. & ſeqq. vſque ad num. 32. & cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 88. & ſeqq. ſi verò obligatio rerum non ſit ſimplex, ſed contineat amplius, puta, quia debitor conſtituerit,

ſe poſ-

ſe poſſidere nomine creditoris, ſeu precario, ideoq. dederit creditori licentiā ingrediendi propria auctoritate poſſeſſionem rerum obligatarum; tunc creditor poterit exercere illa pacta iuxta diſtinctionem, de qua infra.
32 hoc † præmiſſo, diſtinguo: aut creditor agit contra debitorem, qui obligauit bona: aut contra tertium poſſeſſorem: ſi contra principalem debitorem, qui obligauit, concludo, quòd poteſt agere executiue, prout agere poſſet, ſi ageret actione perſonali, quia nihil eſt impedimēto, vt executiuè non agat, dummodo tamen probet neceſſaria in actione hypothecaria, de quibus ſcripſi ſupra q. 7. num. 7. & ſeqq. quia via executiua ſeruit, vt non ſit procedendum cum ſolemnitate iudicij, ſed non tollit ea, quę ſunt neceſſaria, vti de natura illius actionis: & quę etiam probanda ſint in ſaluiano interdicto, & de differentijs inter hypothecariam, & ſaluianum interdictum vide ead. q. 7. num. 23. & ſeqq.
33 & † in caſu, quo creditor vltra ſimplicem rerum obligationem, & pignorationem, ſeu hypothecam haberet earundem rerū poſſeſſionem conſtitutariam, ſeu precariam, cum licentia, & facultate ingrediendi quādocunque auctoritate propria actualem poſſeſſionē, poſſet ſine vllo iudicis miniſterio coram notario, & teſtibus reuocare precariū, & declarare, ſe velle vigore pacti ingredi, & poſſidere rē obligatā, & deinde poſſet eā ingredi, & cū fuerit ingreſſus; ſi voluerit occurrere, ne deinceps debitor eandē poſſeſſionem recuperet, aut moleſtias ſibi in poſſeſſione inferat, poterit adire iudicem competentem, & ab illo obtinere inhibitionem, cum clauſula, ſi ſenſerit, &c. † vel, ſi ab initio ſuſpicetur futuram rixam, aut futura ſcandala, poterit ad ea euitanda ante ingreſſum implorare à iudice aſſociationem ſuę familiæ, Galleſ. ad form. camer. oblig. rubr. quęſtionum poſt proceſ. incident. in fine, ſub nu. 41. fol. 356.
35 tom. 6. par. 2. † Si agit contra tertium poſſeſſorem, denuo diſtinguo: vel agit actione hypotecaria, ſeu ſaluiano interdicto; & concludo, quòd non poteſt agere executiuè, quamuis agat Romæ vigore obligationis cameralis, & Florentiæ vigore guarantigiæ, quia tertius non contraxit, ideoque non ſe obligauit executiuè; & ideo contra eum eſt procedendum via ordinaria, ſeruatis ſeruandis, & probatis requiſitis in hypotecaria, & ſaluiano interdicto, de quibus ſcripſi in locis ſupra proxime citatis, & non repeto:

36 vel † agit vigore aliorum pactorum executiuorum contentorum in inſtrumento, puta, vigore conſtituti, ſeu precarij; & tunc Doct. ſunt in controuerſia; nam aliqui tenent, quod creditor poſſit hoc pactum exercere etiam contra tertios poſſeſſores, nulla præuia citatione, & nulla facta crediti liquidatione, quod pro mirabili ponit Galleſ. in loco ſupra proxime citato: contrarium tamen tenuerunt alij, & ſeruare videtur ſtylus, vt retuli ſupra lib. 1. cap. 62. ſub num. 24. verſ. hac difficultate. & verſ. ſeqq. præſertim in alia futura impreſſione, vbi videbis de iſtis pactis, & de alijs, quia latius diſtinxi.
37 Supereſt, vt breuiter dicamus aliqua de ſtylo Curiæ Florentinę, quando creditor agit iudicio tenutario ſuper bonis ſtabilibus, præſertim quādo ex illa tenuta intēdit conſequi quinque pro centenario iuxta diſpoſitionem ſtat. lib. 2. rubr. 58. ibi, *& quòd ille, cui data fuerit, &c.* quia ſtatutū, ſeu cōſuetudo poteſt diſponere, vt miſſus in poſſeſſionē ex primo decreto actione perſonali lucretur fructus ad rationem quinque pro centenario, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 4. ſub num. 126. in ſecundo & tertio caſu, vbi etiam dixi, quòd iudex poteſt mandare in ſententia, vt lucretur iſtos fructus: & quamuis creditor, agendo ad grauamētum in rebus mobilibus, ſeu ad tactum perſonę, committat executionem ſua auctoritate, vt dixi ſupra nu. 6. & 7. tamen in iſto iudicio tenutario debet adire iudicem, qui, debitore non aliter citato, tenutam pronunciat, & concedit;
38 imò † eā concedit etiam contra tertium poſſeſſorem, principali debitore non excuſſo,
38 Verum † in hoc iudicio tenutario, quo vtuntur Florentiæ, ſunt quatuor aduertenda: Primo eſt aduertendum, duplicem eſſe differentiam inter tenutam, quę fit contra ipſummet debitorem, & eam, quæ fit contra tertium: prima enim differentia eſt, quia contra principalē debitorē poteſt fieri tenuta etiam ex ſola actione perſonali, & ſic quamuis debitor non obligauerit bona, ſed contra tertium non poteſt fieri, niſi creditum ſit cum obligatione bonorum debitoris: ſecunda differentia eſt, quia, ſi tenuta fiat contra debitorem principalem, poſſidentem bona, illa quinque pro centenario debentur à die tenutę; ſed ſi fiat contra tertium poſſeſſorem, non debentur, niſi à die, quo tenuta fuerit confirmata, & ratio eſt, quia illa tenuta ſeruit de vento, & ideo ſunt ipſi faciēda præcepta

cepta de diſgombrãdo, vt dixi ſup. gl. 11. ſub num. 14. in primo caſu; quibus pręceptis ſi ipſe non contradicit, per non contradictionem remanet confirmata; ſi verò contradicit, tunc creditor debet vlterius procedere, vt iudex eam confirmet, &, ſecuta confirmatione, acquirit illa quinque pro centenario; hæcque confirmatio fit ab eodem iudice, &
40 ab hac confirmatione datur appellatio: † Secundo eſt aduertendum, quòd creditor poteſt contra tertium venire ad tenutam hac alia longiori via, vt prius contra eum agat actione hypothecaria via ordinaria, & cum contra eum obtinuerit ſententiam, qua iudex declarauerit, bona eſſe obligata creditori, & conſequenter condemnauerit ipſum tertium ad ea relaxanda, prout dixi ſupra q. 7. num. 7. tunc quia per hanc ſententiam non lucratur illa quinque, cum non ſimus in tenuta, poteſt, poſtquam illa ſententia tranſierit in iudicatum per non interpoſitam appellationem, vel per aliam conformem, aut per deſertionem, facere tenutam in illis bonis hypothecatis, vigore huius rei iudicatæ, cum ſit ſcriptura exequibilis, & ſic ac-
41 quiret illa quinque pro centenario: † Tertio eſt aduertendum, quòd iſta quinque pro centenario non dantur ex tenuta pro non facto;
42 cũ illa fiat pro re illiquida: † Quarto eſt aduertendum, quòd hæc quinque pro centenario non debentur, niſi creditor vltra tenutam factam mouerit poſtea infra annum iudicium adiudicationis bonorum in ſolutum, nam, non moto hoc iudicio, illa tenuta euaneſcit, vt in lege edita anno Domini 1547. *ſopra le tenute, & beni in pagamento.* 1

Cæterum ſi quid aliud vltra hæc, quæ ſummatim hic ſcripſi circa hanc tenutam, & eius lucrum, à ſtatuto conceſſum, volueris videre, poteris legere aliquas dubitationes poſitas, & reſolutas à Neguſ. tract. de pign. in 2. memb. 3. part. q. 9. num. 12. & ſeqq. vſque ad n. 20. excluſiue, fol. 216. tom. 6. par. 1. & poteris videre quod ſcripſimus ſupra gl. 11. n. 14. verſ. explica primo.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XI.

S V M M A R I V M.

Executio ſententiæ quando detur, num. 1. Et quot modis peti poſſit, num. 2.

Executio rei iudicatæ ſi petatur, implorato iudicis officio, non requiritur aliquis ordo, quia tunc debetur executio parata, ſub num. 2. Et quomodo procedatur, num. 29. remiſſiuè, & num. 40. Et quomodo procedatur in Curia Florentina, n. 30. & ſeqq.

Executio ſentẽtię quãdo petitur, implorato iudicis officio, debet peti corã eodem iudice, qui ſententiam tulit, num. 3. & ſeqq. An cum eius litteris hortatorijs peti poſſit coram alio, num. 11. & ſeqq. & num. 5. Et qui dicatur idem iudex, num. 6. Et qui non dicatur idem iudex, ſed alius, num. 7.

Executor ſententiæ quot modis remaneat idem iudex, qui eam tulit, num. 8. & ſeqq.

Succeſſor in officio dicitur idem iudex cum eo, cui ſucceſſit, num. 6.

Collateralis Capitolinus non exequitur ſententiam alterius Collateralis, num. 7.

Florentiæ Auditor vnius quarterij, non exequitur ſententiam alterius, num. 7. Et Auditores ſecundarum appellationum, quamuis confirment ſententiam, tamen eam non exequuntur, num. 10.

Exequi ſententiam vnius iudicis poteſt alius iudex, implorato officio, & habitis litteris ſubſidialibus, num. 11. Hoc procedit in ciuilibus, num. 12. Et quid in criminalibus, num. 13. & ſeqq. Et quibus caſibus exequatur etiam ſine litteris hortatorijs, num. 23. & ſeqq.

Lucenſia ſtatuta diſponunt, vt condemnatus ad certã pœnam, in eãdem banniatur, n. 16.

Exequi ſententiam alterius iudicis ſi aliquis iudex litteris hortatorijs ſit requiſitus, an poſſit executionem recuſare, & an poſſit petere, vt ſibi exhibeatur proceſſus ad effectum cognoſcendi, an ſententia ſit iuſta, num. 17. & ſeqq. Quòd ſi iudex requiſitus, iniuſtè recuſet, quod aduerſus eum detur remedium, num. 19.

Rota Rom. nunquam exequitur ſententiam alterius tribunalis, niſi, exhibito toto proceſſu, prius cognouerit, ſententiam illam eſſe iuſtam, num. 20. Præſertim ſi ſententia eſſet lata in cõtumaciã, quo caſu neque alij iudices exequerẽtur ſentẽtias ipſius, n. 22. Verum Rota ſui tribunalis ſententiã ægrefert, quòd alij iudices non exequãtur, n. 21.

Auditor Cam. eſt iudex ſententiarũ, &c. n. 26.

Iudex Curiæ Mercaturæ in Ciuitate Florentiæ procedit in executiuis, num. 27.

Executionis rei iudicatæ petitio non habet inſtantiam, nu. 38. Et quando habeat, n. 42.

Executio rei iudicatæ illiquidæ, contra quam

 poteſt

poteſt opponi, non poteſt peti officio iudicis, ſed actione in factum, num. 39. Et an in ea requirantur libellus, litis conteſtatio, &c, eod. num. 39. 44. & ſeqq.

Executio rei iudicatæ quando peti debeat actione in factum, num. 39. & ſeqq. Et quo ordine in ea procedatur, n. 46. & ſeqq. Et licet iſte modus petendi executionem per actionem in factum non vtatur breuitate litis, tamen in eo conſiderari poſſunt tres vtilitates, num. 47. & ſeqq.

Expenſarum, & fructuum taxatio fit ſine nouo ordine proceſſus, ſub num. 45. declar. 2.

Exceptiones contra rem iudicatam quæ opponi poſſint, & quæ non, num. 51. & ſeqq.

Debitorem non conueniri niſi in quantum facere poteſt, quid ſit, ſub num. 51. verſ. primo quid.

Debitores, qui non poſſunt conueniri, niſi in quantum facere poſſunt, qui ſint, ſub num. 51. verſ. ſecundo quæro. Et quando eis denegetur hoc priuilegium, ibidem, verſ. tertio quæro.

Renunciare an quis poſſit priuilegio, quod habet, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, & an iuramentum habeat vim renunciationis, & an ſufficiat renunciatio generalis, &c. ſub num. 51. verſ. & primum. & ſeq.

Executionem rei iudicatæ non debet iudex retardare, eo quia condemnatus dicat, ſententiam eſſe nullam, & iniuſtam, ſub nu. 54. verſ. dubitatur. & num. 55. Limitatur, num. 56. & ſeqq.

Nullitatis notoriæ exceptio contra rem iudicatam impedit illius executionem, ſi notorietas ſit clara, ſecus ſi ſit turbida, ſub num. 56. & num. 58.

Condemnatus non dicitur, ſi detegitur non rite condemnatus, ſub num. 56.

Notorium dicitur, quod apparet ex inſpectione actorum, num. 57.

Iniuſtitia notoria dicitur, quando ſententia non iuſtificatur ex actis, & ideo impedit executionem rei iudicatæ, num. 59. Secus eſt ſi iniuſtitia ſit turbida, num. 60.

Nullitas, & Iniuſtitia } notoria æquiparantur, ſub num. 59.

Nullitas ſemper in ſe continet iniuſtitiam, num. 56. in fine.

Nullitas cum detegitur, ſemper eſt notoria, & donec non detegitur, non dicitur nullitas, num. 62. 63. & 66.

Sententia, lata ex peritorum iudicio, quando poſſit retractari, non obſtante re iudicata, num. 64. & 65.

Rotæ Rom. eminentia, &c. ſub num. 66. & 70.

Iniuſtitiam lex potius tolerat, quàm litium frequentiam in his, quæ ſine varietate opinionum diffiniri non poſſunt, num. 67.

Nullitatis notoriæ, & nullitatis non notoriæ differentia an reperiatur, ſub num. 62. 63. 68. & 69.

Arbitrium iudicis quale eſſe debeat, & in quibus habeat locum, num. 71.

Sententia, lata ad fauorem eius, qui eſt aduocatus, ſeu procurator iudicis, an ſit nulla, &c. num. 72. & 73.

Reſtitutio in integrum peti debet infra quadriennium, num. 74.

Quadriennium, quod lex concedit ad petendam reſtitutionem in integrum, incipit à die cauſatæ læſionis, num. 75. Et habet tempus continuum, num. 76.

Inſtantia cauſæ reſtitutionis in integrum, quando incipiat, & quantum duret, numero 77.

Reſtitutio in integrum, vt concedatur aduerſus lapſum terminum, quid ſit probandum, num. 78.

Reſtitutio in integrum non plus reſtituit, quàm abſtulerit læſio, &c. num. 79. & 80.

1 QVAERO vndecimo de executione ſententię, & rei iudicatæ: & prima pars huius quæſtionis erit quomodo petatur executio, ſeu qua via agatur ad eius executionẽ: ſecunda pars erit, quæ exceptiones, & remedia dentur poſt rẽ iudicatã. Suppoſita igitur sẽtẽtia, quæ de ſui natura, vel propter rem iudicatam, ſit inappellabilis, quia alias de eius executione non poſſet tractari, videndum eſt quomodo procedatur ad illius executionem:
2 & † dico, quòd duos in iure habemus modos petendi executionem, vt oſtendit Spec. tit. de execut. ſenten. § breuiter. num. 1. & ſeqq. & ſignanter ſub num. 3. verſ. ſed dices. ibi, quòd autem hic. lib. 2. fol. 181. primus modus eſt, vt petatur officio iudicis: ſecundus verò eſt, vt petatur actione iudicati, ſeu, quod idem eſt, in factum, vt ſcribunt Spec. Bar. Alex. Iaſ. & alij citati num. ſeqq.

Capio

Capio primum modum petendi executionem, implorando officium iudicis: & concludo, quòd tunc executio dicitur petita ſummarie, & ideo in tali petitione, implorato iudicis officio, non requiritur libellus, neque litis conteſtatio, quia officium iudicis eſt latiſſimum, & poteſt mittere in poſſeſſionem rei iudicatę, & ipſa executio tunc conſiſtit in facto, & ideo in ea iudex non debet iudicis partes aſſumere, ſed ſolum executoris, quia agitur pro ſententia exequenda, non ventilanda, Spec. tit. de execut. ſent. §. breuiter. initio, lib. 2. fol. 181. quem ſequuntur Bar. in l. 7. intra dies. ſub numero 1. Iaſ. ſub num. 3. & Rip. ſub num. 4. ff. de re iud. Luc. Per. in pract. capit. lib. 3. cap. 7. num. 1. & ex alijs ſecutus ſum cap. ſeq. q. 11. ſub num. 165. reſtr. 2. & ſub nũm. 184. concl. 1. & quod hęc ſit cõmunis opinio, teſtantur Imol. in dicta l. intra dies. Alex. ſub nu. 4. Iaſ. d. nu. 3. verſus finem, & Rip. ſub d. num. 4. & quod inſtrumentum ſententiæ, ſeu rei iudicatæ habeat executionem paratam; quando intentatur officium iudicis, ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 62. num. 12.

Ratio etiam quare tunc non requiratur libellus, eſt, quia iſta executio eſt quędam compulſio, quę petitur in principio litis in libello, in quo petitur, reum condemnari, & compelli, Bal in l. 2. ſub num. 2. C. de execut. rei iud. Affl. deciſ. 346. in quadam. nu. 9. in fine, & Aſin. in prax. iudic. initio, cap. 3. ſub nũm. 50. & 51.

3 Declara primo hanc concluſionem, vt petens executionem rei iudicatæ officio iudicis, debeat illud implorare ab eodem iudice, qui tulit ſententiam, & non ab alio, ſic enim implicite, & neceſſariò ſentiunt Bar. Alex. Iaſ. & Spec. citati infra, num. 11. reſtr. 1. & aperte Felyn. in cap. 28. paſtoralis. §. pręterea. ſub num. 14. verſ. gl. in verbo. de offic. & poteſt. iud. deleg.

4 Ratio huius declarationis eſt duplex: prima, quia licet hoc officium iudicis ſit nobile, & non mercennarium, quia, ſi eſſet mercennarium, lata ſententia, expiraret, & licet, cum ſit nobile, ſuccedat loco actionis, tamen non poteſt intentari coram alio; quia, cum veniat in conſequẽtiam primæ actionis, debet expediri ab eodem iudice, ne diuidatur continentia cauſę: ſecunda ratio eſt, quia conuenit, vt is concedat executionem ſententiæ, qui eſt informatus de viribus illius ſententiæ, & vt ſit finis litium, Bar. in l. 15. à diuo pio. §. ſententiam. ſub num. 2. Alex. ſub num. 5. verſ. & ſi diceretur. & Iaſ. ſub num. 4. verſ. ſucceſſiuè. ff. de re iud.

5 Infero ex hac declaratione, quòd ſi feratur ſententia in Ciuitate Florentię, & victor cum ſola ſententia ſine litteris iudicis eat Piſtorium, ibique petat executionem bonorum, ibi exiſtentium, eſt repellendus, quia non portauit litteras iudicis, & ita, conſulente Cyno, fuiſse ſeruatum, refert Bal. in l. penult. cum quædam. num. 2. in fine, ff. de iuriſd. omn. iud. & ex eo Iaſ. in dicto §. ſententiam. num. 4. ff. de re iud. ſed Cynum, quem Bal. citat, non reperio in libro meo ſcripſiſſe ſuper dicta l. cum quędam. nec id alibi ab eo fuiſſe ſcriptum, & Iaſ. vbi ſupra de ſua liberalitate refert ex Bal. illam executionem fuiſſe factam, & annullatam, quod Bal. non dicit, ſed loquitur, vt eum hic retuli.

6 Subdeclara primo hanc declarationem, vt idem iudex ad hunc effectum dicatur non ſolum is, qui tulit ſententiam; ſed etiam is, qui in eius locum ſucceſſit per aliquam vacationem, Bar. in l. 15. à diuo pio. §. ſententiam. ſub num. 1. Alex. ſub num. 5. verſ. quærit bar. & Iaſ. ſub num. 4. verſ. ſucceſſiuè. ff. de re iud. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 63. ſub num. 6. verſ. ſi verò ſententia. verſus finem.

7 Subdeclara ſecundo, vt alius iudex dicatur non ſolum is, qui eſt in alio territorio, ſed etiam is, qui eſt in eodem; imò in eadem Curia, & in eodem tribunali, vt ſunt Poteſtas, & Capitaneus eiuſdem Ciuitatis, Collaterales Curiæ Capitolinæ, Iudices Quarteriorum Ciuitatis Florentiæ, & ſimiles habentes ſeparatam iuriſdictionem, quia coram iſto alio non poteſt peti executio officio iudicis, Bar. & Alex. in locis ſupra proxime citatis, Paul. de Caſt. in eod. §. ſententiam. n. 3. & Iaſ. n. 10. verſ. ſecundo quęrit. & ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 63. ſub nu. 6. verſ. ſi vero ſententia. in fine.

8 Subdeclara tertio, vt iudex, qui tulit ſententiam, & corã quo, eius implorato officio, peti poteſt ſummariè executio, vti ſuæ propriæ ſententiæ executore, remaneat executor vno ex his modis: primo enim remanet executor, quando à ſententia non eſt appellatum, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 11. num. 166. ſecundo remanet executor quando fuit appellatum, ſed fuit deſerta proſecutio appellationis, prout declaraui ead. quęſt. 11. num. 167. & ſeqq. in quibus locutus

ſum etiã extẽſiue: tertio remanet executor, quãdo appellans renũciauit appellationi corã iudice appellationis, & corã eodẽ promiſit parere ſentẽtiæ, quia tũc vterque poteſt ſententiã exequi, & ratio quare etiam iudex appellationis poſſit exequi, eſt, quia ei liquet ex illa promiſſione, corã ſe facta, quod ſententia meretur executionem, quoniã pars ad hoc ſe obligauit; ſecus eſt quando pars ſimpliciter renunciaſſet appellationi, quia tunc idem eſt, ac ſi per lapſum temporis confirmaretur ſententia, quo caſu executio petenda eſſet coram iudice, qui tulit ſententiam, Bar. in l. 15. à diuo pio. ſub num. 15. ibi, quandoque pars ſua ſponte. Alex. num. 13. verſ. ſi autem fuit conſenſu. & Iaſ. ſub num. 26. verſ. extra gl. in tertio caſu, ff. de re iud. ſed omnes loquuntur intricate, & Alex. magis quam alij, & Felyn. in cap. 28. paſtoralis. §. præterea. ſub num. 14. in 3. concluſ. de off. & poteſt. iud. deleg. recitat opiniones; & niſi dicamus, quòd tacitè videatur ſequutus vltimam, non aliter declarat ſuam, nos ſimplicius tranſiuimus cap. ſeq. q. 11. num. 165. quarto demum dico, quòd remanet ſemper executor, ille, qui vltimam tulit ſententiam, quia illa eſt, cui dari debet executio, quare ſi ſecundus iudex, qui eſt iudex primæ appellationis, confirmauit, vel reformauit ſententiam primi iudicis, is erit executor ſuæ ſententiæ vno ex tribus relatis modis, ſi vero ſit tertius iudex, qui eſt iudex ſecundæ appellationis, & is confirmauit, vel reformauit ſententias præcedentes, is erit executor vno ex prædictis modis, & ſic deinceps, ſi daremus vlteriorẽ iudicẽ, vt breuiter ſcripſi ead. q. 11. num. 171. & latius num. 162. licet enim iudex appellationis confirmet ſententiam iudicis à quo, tamen agi debet non ex ſententia confirmata, ſed ex ſententia confirmante, vt ſcripſi eod. num. 162. in fine, quia effectus primæ ſenteotiæ fuit per appellationem extinctus, Aſin. in prax. iudic. §. 31. cap. 7. ſub num. 1. & Flam. Cartar. deciſ. 10. fuit. num. 5. & 6.

9 Et quid in iſto quarto modo in cauſa criminali, vide quę ſcripſi ead. quęſt. 11. num. 183.

10 Sed iſte quartus modus non ſeruatur in Rota Florentina, quia ibi licet iudices ſecundarum appellationum coofirmẽt ſententiam iudicis à quo, & agatur ex ſententia confirmante, tamen victor petit executionem, quã vocant brachium militare, coram iudice quarretiorum, qui tulit primam ſententiam, vt dixi infra ſub num. 30. verſ. ſubdeclara.

Non procedo vlterius ſuper hac tertia ſubdeclaratione, quia reliqua neceſſaria, loquendo etiam de iudicibus delegatis, & de ſtylo Curię Romanę, late proſecutus ſum ead. q. 11. num. 162. & ſeqq.

11 Reſtringe primo eandem declarationem, vt non procedat, quando petens executionem ſententię coram alio iudice, habet litteras hortatorias, ſeu, vt vocant, ſubſidiarias, quibus iudex, qui tulit ſententiam, requirat illum iudicem pro executione ſententiæ, quia tunc poteſt coram eo petere executionem, implorato eius officio, Bar. in l. 15. à diuo pio. §. ſententiam. ſub num. 1. & 3. Alex. num. 5. verſ. quęrit bar. & Iaſ. num. 3. & 10. ff. de re iud. Bal. in l. 2. nu. 2. verſus fine, ibi, item eſt vtile. C. de execut. rei iudic. & alij, quos ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 63. ſub n. 6. verſ. ſi verò ſentẽtia. vbi de opin. cõmuni, & ita videtur reſidere Spec. tit. de execut. ſent. §. nunc dicendum. ſub num. 14. verſ. ex pręmiſsis. lib. 2. fol. 179. nam quando iudex ordinarius tulit ſententiam contra ſuum ſubditum, & non reperiuntur bona in ſuo territorio, in quibus poſſit exequi ſentẽtiam, & iſte ſubditus habeat bona in alieno territorio, in quo iudex, qui vult exequi ſuam ſententiã, non habet iuriſdictionem, & ideo non poteſt ad illum locum mittere ſuum nuntium ad exequendum ſuper illis bonis, poteſt ſcribere iudici illius territorij, rogando eum, vt committat executionem ſuis famulis, Paul. de Caſtr. in l. vlt. num. 3. ff. de iuriſd. omn. iud.

12 Explica hanc reſtrinctionem, vt procedat in ciuilibus, Bar. in dicto §. ſententiam. num. 3. & Iaſ. num. 10. & in his terminis loquuntur communiter Doct.

13 Extende hanc explicationem, vt habeat locum indiſtinctè etiam in criminalibus, quando condemnatus non eſt bannitus, quia tunc iudex, qui eam ſententiam condemnatoriam non tulit, non tenetur eam exequi ſine litteris iudicis, qui condemnauit; militat enim eadem ratio, de qua ſupra num. 4. & ideo omnia, quæ hucuſque diximus, loquendo de cauſa ciuili, habent locum etiam in eiuſmodi cauſa criminali.

14 Secus eſt, quando condemnatus eſt etiam cõtumax, & bannitus in eã pœnã, pro qua eſt con-

condemnatus, quia tunc diſtinguo: aut loquimur de alio iudice, qui ſit ſub eodem Principe;& tūc iſte alius iudex poteſt, & debet illud bannum exequi, etiam ſine litteris iudicis,qui banniuit, Bar.& Iaſ.in locis ſup. proxime citatis,& ſcripſi ſupra lib.1.cap.63. ſub num.6 in tertia difficultate; & ideo bannitus ab vno loco, poteſt impunè offendi in alio loco eiuſdem dominij, vt ſecutus ſum ſupra gl.7.q.4. ſpec.2. num.64.& 65. & hoc procedit etiam quando iſte alius iudex eſt in loco confœderato, per ea, quę ſcripſi dicto
15 num.65. & dicto cap.63.ſub num.6.† aut loquimur de alio iudice, qui ſit ſub alio Principe; & tunc dico, quod iſte non tenetur exequi ſine litteris iudicis, qui condemnauit,per ea, quæ ſcripſi eod.cap.63. ſub num. 6.& pręſertim verſ. ſi verò ſententia. vbi videas, quia ſcripſi etiam in caſu, quo iudices ſunt ſub eod. Domino, ſed ſub diuerſis Præſidibus.

16 Tempera primo hanc extenſionem, vt in primo ſui membro ſit vana in illis locis, in quibus non condemnatur quiſpiam, qui non banniatur, vt in Rep.Lucenſi,vbi omnes,qui condemnantur extra carceres,& præſertim contumaces vna cum cōdemnatione ad pœnā banniuntur in eam pœnam,ita vt bānitus pro ſumma quingentarum librarum bonæ monetæ, vel maioris ſummæ, poſſit impunè offendi vſque ad mortem incluſiuè; bannitus verò infra dictam ſummam librarum 500. non poſſit occidi, ſed poſſit offendi diuerſimodè ſecundum quantitatem librarum, prout diſponunt ſtat. lib. 4. cap. 22. & Additio ad illud, & retuli ſupra lib. 1. cap. 93. num.2. in fine, verſ. dubitatur. in alia futura impreſſione; quare hæc extenſio in Rep. Lucenſi poteſt cōſiderari ſolum in 2. memb.

17 Tempera ſecundo tā eandem extenſionē, quàm præcedentem reſtrictionem, dum in eis dixi, quod alius iudex non tenetur exequi ſententiam, niſi iudex, qui ſententiam tulit, requiſiuerit eum per litteras; tempera inquam, vt non propterea, quod eſt requiſitus per litteras, teneatur ſententiam ſtatim,& immediatè exequi; quia an, & quando iudex, requiſitus pro executione ſententię criminalis, debeat exequi ſententiam ſine aliqua cauſæ cognitione,& quādo non,& an debeat ei vna cū ſententia exhiberi totus proceſſus,vt videat,an illa ſententia ſit iuſta; & quid ſi ſententia ſit lata ab Inquiſitore cōtra inquiſitum de hæreſi,& quid ſi ſit lata pro alia ſpecie delicti, & quid ſi vterq; iudex ſit ſecularis, & quid ſi iudex eccleſiaſticus requirat ſecularem, & quid è contra, & quid ſi delictum ſit eccleſiaſticū, aut mere ſeculare, aut mixtum,vide quæ de his omnibus ſcripſi ſupra lib. 1. cap.63. num.7. & 8. & ſub nu. 6. verſ. ſi vero alter.ibi, ſi ſecundo caſu. & reliqua,quæ deſideras,vide infrà num.51. & ſeqq. & de executione ſententiæ in cauſa hæreſis vide eod. cap.63. ſub num. 6. verſus finem, verſ. ſi verò ſit.

18 De executione ſententiæ, latæ à delegato, vide quæ ſcripſi ſupra gloſ.4.quæſt. 6. num. 33. & ſeqq.

19 Cæterum, ſi, exhibita ſententia cum proceſſu, & cum litteris iudicis, qui ſententiam tulit, iudex ſine rationabili cauſa recuſaret eam exequi, poſſet requirens adire ſuperiorem illius iudicis requiſiti, & ſimiliter ſi iudex, qui ſententiam tulit, recuſaret dare litteras ſubſidiarias, vt ſcripſi eod. cap. 63. num. 9. & facit quod ſcripſi eod. lib. 1. cap. 40. num. 7.

20 Amplia hoc temperamentum,vt illud præcipue ſeruet Rota Rom. quæ iudicat cauſas ciuiles, quia ſententiam, latam in quouis alio tribunali, nunquam exequitur, niſi exhibito toto proceſſu, & diſputato dubio, an illa ſententia mandari debeat executioni,cognouerit,ſentētiā eſſe iuſtā, Contar.in l. vnica,quęſt.1. num. 47. verſ. hic tamen.C. ſi de momen. poſs. & ratio eſt in omnibus, quia ſententia ſine actis non probat, per ea, quæ ſecutus ſum in locis hic citatis ſupra num. 17. & cap. ſeq.q.20.num.20.

21 Secus tamen vult ſeruari in ſententijs,à ſe latis,ſeu in Curia Romana,quia, ſi ſententiæ præſententur ab Vrbe Roma alicui iudici, puta,Senatui Mediolanenſi,& ab eo petatur brachium ſeculare pro executione; & Senatus iuberet, partem citari, Pontifex forſan ægrè ferret, prout eum iratum fuiſſe,&, tanquam denegata iuſtitia, conceſſiſſe repræſalias contra mercatores Mediolanenſes, & minatum fuiſſe, ſe alias cōceſſurum pro pleniori ſatisfactione ſummæ, contentæ in ſententijs,quamuis legatus Cęſaris multā feciſſet inſtantiam, vt redderentur repræſaliæ, quia Senatus non negabat iuſtitiam,ſed imò volebat exequi ſententias, ſed prius volebat intelligere, refert Boſs.tract. crim.tit.de for. compet. num. 88.

22 Subamplia hanc ampliationem,vt maximè procedat,quādo ſentētia eſt lata in cōtumaciam,

ciā,ſeu,vt dicūt,citato lapide, quia tūc multò minus Rota Rom.exequeretur ſententias, neque Senatus Mediolanenſis exequeretur ſententias Curiæ Romanę, Boſs.dicto tit.de for. competen.num.94. & ſcripſi ſupra lib.1. cap.97. ſub num. 131. verſ. quod non tranſeat.

23 Reſtringe ſecundo, vt non procedat in iudice ordinario,lata ſententia ab eius delegato, quia poteſt eam exequi etiam ſine litteris delegati, vt ſcripſi eod cap. 63. ſub nu. 6. verſ. ſi vero ſententia.verſus finem.

24 Reſtringe tertio, vt non procedat in iudice ordinario, lata ſententia ab arbitris iuris, ſeu electis ex neceſſitate ſtatuti, quia ordinarius exequitur eorum ſententiam, vt retuli in loco hic ſupra citato.

15 Reſtringe quarto, vt non procedat in iudice deputato vel à iure communi, vel ex forma legis muncipalis ad exequēdum, quia is exequitur ſententias, latas ab alijs, Bar.in l.15. à diuo pio. §. ſententiam. ſub num. 1. Alex. ſub num. 5. & Iaſ. initio dictæ legis, ſub num.3. verſ. quarto diligenter.ff. de re iud. & ſcripſi dicto cap.63. ſub num. 6. verſ. ſi vero ſententia. verſus finem.

26 Exemplifica primo hanc reſtrictionem in Auditore Cameræ, qui eſt deputatus executor ſententiarum, latarum in Vrbe vigore obligationis cameralis, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap.22.ſub num.15.

27 Exemplifica ſecundo in iudice Curiæ mercatorum in Ciuitate Florentiæ, quia ſi lata ſit ſententia in Rota Florentina,& ſit res iudicata,& victor velit petere executionem illius rei iudicatę,poteſt eam petere etiam coram iudice Curiæ mercatorum,vt dixi etiam quæſt. præced.num.9.

28 Scripſimus multa,an, & quando iudex requiſitus eum litteris iudicis, qui tulit ſententiam, teneatur exequi ſententiam.

Sed quid dicendum,quando iudex requirit alium iudicem pro remiſſione cauſæ, vel rei,& iudex non vult remittere, & an remiſſio debeatur, vide ſupra gl. 7. quæſt. 3. limit. 5.num. 25. & num.24.& limit.4.num. 116. & ſupra lib. 1.cap. 12. num. 71. & ſeqq.& ſub num. 79. verſ. ſed fruſtra.in alia futura impreſsione, & in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 207. & 208.

29 Declara ſecundo eandem concluſionem, vt in ſententię executione quæ fit,implorato iudicis officio, procedatur executiuè, vt dixi infra num. 40. eo modo,quem latę explicaui cap. ſeq.q.11. num.184.& ſeqq. vſque ad num. 201. incluſiue, vbi late loquutus ſum etiam de ſtylo Curię Rom.& hic non repeto. Et quomodo procedatur in Curia Capitolina ſcripſi ibidem num. 189. Et coram A. C. ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 22. num. 15.

30 Subdeclara hāc declarationē,vt ſi ex iure municipali,ſeu cōſuetudinario alius ſit agēdi præſcriptus modus, ille ſeruari debeat: nam in Curia Florētina executio rei iudicatę poteſt peti ſicut executio guarintigiæ, quia res iudicata habet eandem paratam executionem, quam habent guarintigiæ, & aliæ ſcripturæ exequibiles, vt dixi q. pręced.nu.6.& ſeqq.& n.10. & vltima executionū executio ſuper bonis immobilibus petitur, implorato brachio militari, cuius inſtantia licet ſit 30. dierum vtilium, & ſic ſit medietas inſtantiæ ordinarię,quę eſt 60.dierum vtilium; tamen in hoc brachio militari ſeruantur idē ordo,& termini ſubſtantiales, qui ſeruantur in cauſa ordinaria; & quamuis imploretur vigore rei iudicatę, & ideo de iure communi eſſet implorandum coram vltimo iudice confirmante ſententiam, iuxta ea, quę ſcripſi ſupra num.8. in tertia ſubdeclaratione; tamen imploratur, tanquam noua cauſa, coram ordinario primarum inſtantiarum. à cuius ſententia datur appellatio, ac ſi eſſet cauſa ordinaria: quod videtur alienum à ratione,quia ab executione rei iudicatæ non datur appellatio,per ea, quæ dixi cap.ſeq.q. 17. limit. 10. num. 1. & ſeqq. & brachium militare non eſt aliud,quàm executio rei iudicatæ: ſed ſuper hac ratione non eſt laborandum,quia ibi ſeruatur contrarium; & non ſolum datur appellatio à ſententia,lata ſuper brachio militari,ſed etiā à ſentētia lata ſuper pręcedenti iudicio adiudicationis bonorum, quod etiam eſt executio rei iudicatę:& demū cum ſentētia in iudicio brachij militaris fuerit cōfirmata per iudicē, ſeu iudices primarū, ſeu ſecūdarum appellationum, tunc immiſſio in poſſeſſionem bonorum vigore rei iudicatę ſuper brachio militari datur ab iſtis iudicibus cōfirmantibus,quia iſta reputatur executio, & ideo petitur coram iudice confirmante, vt dixi ſupra ſub dicto num. 8.

31 Verum antequam deueniri poſſit ad hanc brachij militaris implorationem, per viam actionis perſonalis, multa requiruntur iudicia, inſtantiæ, & ſententiæ: aut enim loquimur in cauſis ordinarijs; & tunc primum iudicium, & prima ſententia diffinitiua erit

ſuper

Digitized by Google

ſuper negotio principali, quo deciſo per ſententiam, & rem iudicatam, tunc illa res iudicata aperit viam ad agendum executiue, quia ſumitur tanquam ſi eſſet guarintigia, vel alia ſcriptura exequibilis, & ideo eius vigore poteſt in bonis immobilibus fieri tenuta, & in bonis mobilibus grauamentum, & in perſona tactus, vt dixi etiam q. præcedenti num. 6. & ſeqq. qua tenuta, grauamento, ſeu tacto confirmato ab eodem iudice in ſuis caſibus, in quibus requiritur confirmatio, poteſt à confirmatione appellari, donec confirmatio ſit deciſa per rem iudicatam, finito iudicio confirmationis, inſtituitur ſecundum, vti de noua cauſa, coram eod. iudice ordinario primarũ inſtantiarum ſuper adiudicatione bonorum in caſibus, in quibus requiritur adiudicatio, & in iſto etiam iudicio, lata ſententia ſuper adiudicatione, admittuntur appellationes vſque ad rem iudicatam; qua ſecuta, inſtituitur aliud iudicium, ſimiliter vti de cauſa noua, coram eodẽ iudice ordinario primarum inſtãtiarum pro imploratione brachij militaris in caſibus in quibus requiritur, & in iſto etiã admittuntur appellationes vſque ad rem iudicatã, quâ ſecuta, datur miſſio in poſſeſſionem ex vi prædicti brachij militaris, vt dixi num. præ-
32 ced. † & hæc ſi ſit actum actione perſonali, & via ordinaria: Sed iſte ſtylus de confirmando grauamento, & de admittenda appellatione ab illius confirmatione mihi nunquam placuit, quia, cum grauamentum ſit executio rei iudicatæ, ſuperflua eſt illius confirmatio, & multò magis ſuperflua eſt appellatio; quare, facto grauamento, deberet grauato immediatè fieri præceptum ad releuendũ, vt dixi inf. ſub n. 37. ſimiliter quando eſt facta tenuta ſuper ſtabilibus, quę diceretur pignus iudiciale, nõ eſſet admittenda appellatio ab adiudicatione bonorũ, & ab immiſſione in poſſeſſionẽ per viam brachij militaris, ſed cauſidici aliter ſeruant in illa Curia, quia ita ſeruant in executione guarintigiæ,
33 cui æquiparant rem iudicatã: † aut loquimur in cauſis executiuis vigore guarintigię, & tũc, omiſſo illo primo iudicio ordinario ſuper negotio principali, quia adeſt guarintigia, fiunt tenuta, grauamentum, vel tactus, &, ijs factis, proceditur ad alia iudicia modo, & forma, vt dixi hic ſupra, & hęc quando agi-
34 tur actione perſonali: † Si verò ſit actũ actione reali, puta rei vendicatione, tunc, terminato negotio rei vendicationis per rem iudicatam, non inſtituitur iudicium adiudicationis bonorum, quia victor iam eſt dominus, ſed inſtituitur ſolum iudicium brachij
35 militaris, vt dixi ſupra: † Quòd ſi ſit intentata actio hypothecaria, & ſententia, ſuper ea lata, fecerit tranſitum in rem iudicatam, quia vel non ſit appellatum, vel non ſit proſequutum, vel ſit confirmata, & actor velit ſolutionem conſequi ex fructibus, inſtituet iudicium brachij militaris, vt actualem, & plenam poſſeſſionem conſequatur, ſed ſi velit conſequi dominium rei, tunc prius inſtituet iudicium adiudicationis bonorum, & poſtea iudicium brachij militaris, modo, & forma, vt dixi hic ſupra.

36 Inferre licet ex iſtis, quod res iudicata, guarintigia, & ſimilia inſtrumenta in Curia Florentina habent promptum, & paratiſſimum ſolum principium executionis, & in eo celeris eſt modus; ſed, initiata executione, poſtea ipſa executio incepta habet appellationes ſuſpenſiuas, & alia remoramenta, & requirit plura iudicia, & in ea proceditur via ordinaria, ſicut in quauis alia cauſa ordinaria, breuiato ſolum tempore inſtantiæ, vt dixi etiam q. præcedenti num. 10.

37 Aduerte circa prędicta, quòd iudicium adiudicationis bonorum, & implorationis brachij militaris habet locum ſolum in tenuta, ſeu hypothecaria, quæ fiunt ſuper rebus immobilibus: ſecus eſt in grauamento, quod fit ſuper rebus mobilibus, & in tactu, qui fit in perſona, quia in iſtis non habent locum illa iudicia adiudicationis bonorum, & implorationis brachij militaris: nam in grauamento ſuper rebus mobilibus, cum fuerit confirmatum vſque ad rem iudicatam, fit præceptum grauato, vt infra tot releuet grauamentum, quo non releuato, actor remanet dominus: & in executione tactus nullatenus prædicta poſſunt applicari.

38 Declara tertio, vt ſicut in ſententię executione, quæ petitur, implorato iudicis officio, non requiritur libellus, neque litis conteſtatio, ita etiam non ſit neceſſaria inſtantia cauſæ, Bal. in l. 1. §. is videtur. ſub nu. 3. verſ. in ea gl. ibi, nil inuenitur. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & alij, quos diſtinguendo ſecutus ſum cap. ſeq. quęſt. 15. num. 249. & hîc non repeto.

39 Declara quarto, vt executio ſententiæ nõ poſſit peti per implorationem mercenarij officij iudicis, quando ſententia non eſt omnino liquida, & ideo poteſt contra eam aliquid

quid opponi, tunc enim debet peti actione in factum, & ideo requiritur libellus, & litis conteſtatio,ſecundum ea,quæ ſcribit Bal. in l.2. num.2. verſus finem, ibi, reſpondeo quòd officium iudicis, C.de execut.rei iud. quem ſecuti ſunt Affl.deciſ. 346. in cauſa, ſub num. 11. & Afin. in prax. iudic. initio, cap.3. ſub nu.51.& 52. & quòd iudex etiam in executiuis, ſi quantitas non eſt liquida, debeat remittere creditorem ad proceſſum ordinarium, videlicet, oblato libello,& conteſtata lite, ſequitur Matth. Coler. tract. de proceſ. execut. par. 3. cap.1. ſub num.33.& 34. & & cap.5. num.25. & quod in non liquidis ceſſet via executiua,late deducit Bal. in dicta l.2,num.9. & ſeqq. verſ. pone dicit, & num.11.& ſeqq. & quod propterea liquidatio ſit facienda, parte ſolemniter citata, libello oblato, & lite conteſtata, ſcribit Bar. in l. 3.creditores. q.3.num.15.verſ. ſed qualiter. C. de pign. in ſecunda lect. quem ſequitur Surd. deciſ. 27.dominus. nu.8.

40 Ratio huius differentię inter ſententiam liquidam, & ſententiam non liquidam, eſt quia quãdo ſententia eſt liquida,tunc forma executionis eſt, quòd iudex pręcipiat reo, quòd obediat ſententiæ, latæ contra eum, Bal. in dicta l. 2. ſub num. 2. ibi, forma autem ſententiæ. & Affl. dicta deciſ.346.num. 11. & conſequenter nulla alia requiritur cognitio, cum ſit executio quędam facti, vt

41 ſecutus ſum ſupra ſub num. 2.† ſed quando non eſt liquida, non poteſt ſeruari iſta forma, quia de eo, cui parendum ſit, non conſtat; & executio, prout eſt quid facti; fieri non poteſt ante liquidationem, per ea, quę late ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 17. limit.9.num. 24. & ſeqq.& num.28.& conſequenter tunc requiritur cognitio cauſæ cum ordine iudiciario.

42 Confirmatur primo hæc declaratio, dum dicimus, in petitione executionis ſententiæ non liquidæ requiri libellum, quia quando iudex habet aliquid aliud pronunciare vltra executionem ſententię, tunc requiritur inſtantia cauſæ, vt ex Bal. Affl. & Afin. ſecutus ſum cap.ſeq. quęſt.15. num. 249. verſus finem: ſi requiritur inſtantia: ergo requiritur ordo.

43 Confirmatur ſecundo, quia ſi actor non liquidauerit, quod petebat, iudex non debet ſententiam ferre incertam, ſed debet abſoluere reum, quia actor non probauit, vt ſcribit Io. Fab. à me relatus infra q.15. n.24.& lata abſolutoria, actor non tractaret de executione, & multò minus de eius liquidatione,ſed tractaret de appellando,& de probando non probata: cum ergo iudex grauauerit reum, quia eum,cum deberet abſoluere, condemnauit, non debet iterum grauari in hoc, vt illa condemnatio liquidetur ſine ordine.

44 Contra hanc declarationem, quòd enim non ſit neceſſarius proceſſus ordinarius in executione ſententiæ non liquidæ, quando ſententia habet rem iudicatam, ſeu proceſſum eſt via executiua vigore ſtatuti, reprobatis adductis in contrarium, firmaui cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 9. num. 24. & ſeqq.& num.34. & 35.

45 Retenta tamen declaratione,ſi alicui ea placeret.

Subdeclara primo, reſtringendo eam, vt ſit vera, ſi reus petat, libellum ſibi offerri, alias, ſi non petat, officium iudicis patrocinatur indiſtinctè, Bal.in l.2.num.2. verſus finem,C. de execut.rei iud. & Affl.deciſ. 346. in cauſa. num. 11. verſus finem.

Quamuis Bal. quem de verbo ad verbum ſequitur Affl. modo loqui videatur non de ſententia illiquida, ſed de ſententia, inſtrumento,quod caſu eſſet deperditum, ideoque teſtibus eſſet probandus tenor ſententę;quia tunc ait, reo nõ petente libellum ſibi offerri, officium iudicis patrocinaretur; & modo videatur loqui etiam de ſententia, quia loquitur generaliter, dicens, quòd, reo non petente offerri ſibi libellum, officium iudicis indiſtinctè patrocinatur.

Subdeclara ſecundo reſtringendo, vt non ſit vera in fructibus, & expenſis, qui ſunt acceſſorij;& moueor duplici ratione,prima, quia ſicut iſtorum condemnatio ſi ſit omiſſa, poteſt addi eadem die, vt dixi infra q. 17. num. 16. ita etiam, ſi non ſit omiſſa, debet poſſe addi taxatio,quę tamen erit iuſta,ſi iuſtificabitur ex liquidata quantitate; ſecus ſi non iuſtificabitur: ergo ſi taxatio fiat poſt illam diem, ſufficit, quòd pars audiatur ſine nouo ordine proceſſus: ſecunda, quia in taxatione, ſeu liquidatione expenſarum proceditur quodam modo ſummarijſſimo, ſeruato iure naturali, quod eſt, vt detur notula expenſarum, & citetus pars ad dicendum contra, &c. & ita practicatur: ergo idem etiam videtur dicendum in taxatione intereſſe,& in liquidatione,& taxatione fructuũ, quatenus hæc omnia ſunt acceſſoria.

Capio

46 Capio ſecundum modū petendi executionē ſententiæ per viam actionis in factum, ſeu iudicati: & concludo, quòd in iſto modo proceditur via ordinaria, cum libello, & ſeruatis ijs omnibus, quę ſeruāda sūt in iudicio ordinario, vt teſtātur ijdem Spec. Bar. Alex. Iaſ. & alij, quos ſecutus ſum ſupra ſub num. 1. verſ. capio, & concluſiue ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 11. ſub num. 84. & ideo aduocati, eligendo hunc modum, multum errare conſueuerūt, vt ſcribit Spec. citatus ſupra ſub dicto num. 2. & hi aduocati, qui hunc modum tenent, ſunt in Tuſcia, & in prouincia eius, qui facit additionem ad Spec. in loco citato; & quidem quantum ad Aduocatos, ſeu procuratores Tuſciæ habemus teſtimonium ex his, quæ ſcripſi ſupra num. 30. & 31. cum, vt ibi dixi, implorent brachium militare per viam ordinariam, breuiato ſolo tempore inſtantiæ.

47 Et licet iſte modus agendi, inſpecta diuturnitate litis, ſit omittendus, tanquam inutilis, quia, ad quid prodeſt ſententia, cum eodem modo poſſet intentari prima actio, quę per ſententiam non fuit nouata? tamen plures poſſunt in eo conſiderari vtilitates:
48 Prima † eſt, quia, ſi ageretur prima actione, poſſent opponi exceptiones perēptorię, quę non poſſunt opponi, quando agitur actione
49 iudicati: † Secunda vtilitas eſt, quia imploratio officij iudicis non datur niſi coram eodem iudice, qui ſententiam tulit, vel per eius litteras, vt latè explicauimus in primo pręcedenti modo; ſed actio iudicati poteſt intentari coram alio iudice, prout hæc omnia refert, & ſequitur Rip. in l. 7. intra dies. verſus finem, ſub num. 4. ff. de re iud. & quòd poſſit intentari coram alio, ſcribunt Bat. in l. 15. à diuo pio. §. ſententiam. ſub num. 2. Alex. ſub num. 5. & Iaſ. num. 3. ff. de re iud. Bal. in l. 2. num. 2. verſus finem, ibi, item eſt vtile habere. C. de execut. rei iudic. Felyn. in cap. 28. paſtoralis. §. præterea. ſub num. 14. verſ. gl. in verbo. de offic. & poteſt. iud. deleg. & communiter omnes ſine
50 difficultate: † Tertia vtilitas eſt, quia per actionem iudicati petuntur vſurę centeſimę, & ipſa ſors, Spec. tit. de execut. ſent. §. breuiter. num. 3. verſ. ſed dices. lib. 2. fol. 181. ſed de materia huius tertiæ vtilitatis vide, quæ ſcripſi infra quæſt. 31. num. 2. & ſeqq.

Abſoluta prima parte quęſtionis, de qua ſupra initio quæſtionis.

51 Venio ad ſecundam partem quæſtionis, quæ ſcilicet remedia, & exceptiones habeat condemnatus per rem iudicatam; & conſiderando hęc remedia, ſeu exceptiones in triplici ſpecie, me paucis expediam, quia de iſtis remedijs generatim extra caſum, de quo agemus, ſatis copioſe ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 19.

Prima ſpecies ſunt exceptiones, quibus non impugnatur iuſtitia rei iudicatæ, & conſequenter neq; illius executio, ſed impugnatur, vt loquuntur, exceſſus executionis, vt puta, cum victor vult à condemnato exigere totam condemnationem, & condemnatus excipit, ſe eſſe de perſonis, quę non poſſunt cōueniri vltra quam facere poſſunt; & agendo de iſta exceptione, & de ſimilibus, concludo, eas poſſe opponi, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 10. num. 49. & hęc confirmantur ex his, quę ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 133. ſimiliter ſi condemnatus probet, eum, cui eſt condemnatus, recepiſſe id, quod furto videbatur amiſiſſe, quia aduerſus iudicati agentem, poterit, doli exceptione oppoſita, ſe tueri, l. 1. C. de re iudic.

Sed pro maiori intelligentia primi exempli de exceptione, vt debitor non conueniatur vltra quam facere poteſt, dubitatur de pluribus.

1 Primo quid ſit, debitorem non conueniri, niſi in quantum facere poteſt.

Reſp. hoc eſt, quòd debitor ſibi retineat quantum ſibi ſufficit ad victum, & veſtitum, Surd. tract. de alimen. tit. 1. quæſt. 78. ſub num. 1.

Secundo quęro, qui ſint hi debitores, qui non poſſunt conueniri, niſi in quantum facere poſſunt.

Reſp. eos colligit Surd. dicta quęſt. 78. num. 3. & ſeqq. & aliquos nos obiter numerauimus ſupra gl. 7. quęſt. 3. limit. 4. num. 213. & inter eos numeratur donator, cui datur facultas deducendi, ne egeat, Surd. ead. quęſt. 78. num. 11. & 12. maximè ſi donaſſet Eccleſię; cap. 30. quicunque. 16. q. 7. & Surd. dicta quęſt. 78. num. 23.

Tertio quæro, an ſint aliqui caſus, in quibus præfatis debitoribus denegetur hoc priuilegium.

Reſp. quòd iſtos caſus, ſeu multos eorum collegit Surd. dicta quæſt. 78. num. 25. in fine, num. 26. & ſeqq.

Et primum caſum ponit in eo, qui eſt debitor cum iuramento, quem Surd. dicto

num.

num. 26. & 27. refert, & ſequitur, propter iuramentum obligari præciſe, &c.

Contrarium tamen placuit nobis ſupra gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 52. & in noſtro tract. de commerc. §. 7. gl. 5. ſub num. 125.

Alius caſus eſt, quando debitor renunciauit in genere, & multò magis, ſi renunciauit in ſpecie; & ſine dubio, quando renunciauit cum iuramento, Rot. diuerſ. deciſ. 485. dominis. num. 1. & 2. par. 2. in vlt. recentiori recollect. anno 1618.

Nos tamen contrarium diximus dicta limit. 4. num. 213. in fine, quod contrarium, ſi loquamur de priuilegio euitandi carceres, intelligo eſſe verũ in quolibet debitore priuilegiato; ſed ſi loquamur de priuilegio retinendi ſibi neceſſaria ad victum, & veſtitum intelligo eſſe verum, ſolum in his debitoribus, quibus creditores tenentur ad alimenta.

Hac exceptionum ſpecie oppoſita, retardatur executio, & probata, denegatur.

52 Secunda ſpecies ſunt exceptiones, quibus condemnatus impugnat ſententiam in meritis cauſæ: & agendo de iſtis, concludo, condemnatum ita excipientem regulariter non eſſe audiendum, ſed eſſe procedendum ad executionem, per ea, quæ ſcripſi ead. limit. 10. num. 48.

53 Limitatur hæc ſecunda concluſio, vt non procedat quando hæc exceptio includeret iniuſtitiam notoriam ſententiæ, quia tunc excipiens eſſet audiendus cum retardatione executionis, vt dixi infra num. 59.

54 Tertia ſpecies ſunt exceptiones, ſeu remedia, quibus condemnatus agit, ſeu excipit de nullitate, ſeu iniuſtitia rei iudicatæ, & quia, vt dixi ſupra, de iſtis remedijs ſcripſi cap. ſeq. quęſt. 19. & aliqua infra q. 32. num. 21. 31. 40. & ſeqq. & multa etiam de iudice, ad quem ſpectat executio rei iudicatæ, ſcripſi cap. ſeq. q. 11. num. 148. & ſeqq. vſque ad finem illius quęſt. ideo hic vltra ea, quę colligi poſſunt ex dictis in dicta q. 19. ſtricte indagabo, ſed breuiter, quam facultatẽ habeat iudex, cui Signatura iuſtitię committit executionem rei iudicatę iuxta ea, quę ſcripſi eadem q. 11. num. 172. 175. & ſeqq. & nõ prætermitto, quod Signatura ſub vario reſcripti genere committit, vt dixi ead. q. 11. num. 182. & hodie ſolet etiam reſcribere iuxta commiſſionis petitionem, quòd iudex condemnato pręfigat aliquem breuem terminum ad tranſportandum acta, quo termino elapſo, & non tranſportatis, procedat ad executionem, qua commiſſione ſtante.

Dubitatur, an tranſportatis actis, iudex poſſit indiſtinctè audire condemnatum excipientem de nullitate, & de iniuſtitia rei iudicatæ, & ſic retardare executionem; &, quando ei videatur, eam denegare, & reuocare ſententiam, ſeu ſententias; maximè ſi ad inſtantiam condemnati ſit poſtea ſignata alia commiſſio ſubrogatoria in perſonam iudicis defuncti, ſeu abſentis, cui erat commiſſa cauſa appellationis antea interpoſitæ, & ob non proſecutionem, poſtea deſertæ.

55 Conſtituo regulam negatiuam, quòd iudex, cui commiſſa eſt executio rei iudicatæ, non debet condemnatum audire ad effectum retardandi executionem; & moueor ex pluribus: primo ex his, quæ firmaui cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 5. num. 1. & 3. ſecundo quia; cum res iudicata habeatur pro veritate, faciat de albo nigrum, falſum mutet in verum, & ideo non ſit vlterius curandum qualiter ſe habeat veritas, per ea, quæ ſcripſi ſupra q. 2. ſub num. 7. iſtę exceptiones pręſumuntur calumnioſę ad effugiendam executionem: tertio quia, quantum ad commiſſionem condemnati, dico, quòd illa habet hanc interpretationem, vt in ea procedatur, quatenus non extet res iudicata.

Extende hanc regulam, vt procedat indiſtinctè, quoad facultatem reuocandi rẽ iudicatam, quia ſi ſint lapſa fatalia, & ſit perempta inſtantia cauſę reſtitutionis in integrum, vt ſupponimus, commiſſio condemnati, ſubrogatoria, ſeruit de vento, quia is, cui commiſſa fuerat cauſa appellationis, nõ poſſet, parte opponente, procedere ſuper meritis, niſi nulliter poſt lapſum fatalium, & lapſum inſtantiæ cauſę reſtitutionis in integrum, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 15. nũ. 117. 118. 199. & 201. ita etiam non poteſt ſubrogatus in locum illius.

Minus etiam poſſet reuocare ex capite cõmiſſionis ſuper nullitate, quia, dato etiam, quod inſtantia cauſę nullitatis eſſet perpetua, de quo poteſt dubitari ex his, quę ſcripſi infra q. 19. num. 97. in fine, non videtur quòd delegatus ad cognoſcendum de nullitate ſententiæ poſſit cognoſcere de meritis cauſę, per ea, quę dixi ead. q. 19. num. 97. in fine; quare ex iſto capite poſſet declarare, ſententiam nullam, & ex iſto capite reuocare, ſed nõ ex capite iniuſtitię etiã notorię.

Limita

56 Limita primo eandem regulam quoad facultatem procedendi ad executionem in vim commiſſionis executorialis, vt non procedat, quando excipiens dicit de nullitate notoria, quia tunc iudex debet audire exceptionem, &, dum audit, ſuperſedere in executione,& vbi cognoſcat,nullitatem eſſe notoriam, debet negare executionem, vt latè ſecutus ſum dicta quæſt. 19. rem. 1. concl. 4. num. 25. & 86. & concl. 5. num. 23. & ſeqq. quia, ſi res iudicata eſt notoriè nulla, deficit res iudicata, & conſequenter non poteſt peti executio rei iudicatæ: condemnatum enim intelligimus eum,qui eſt ritè condemnatus; at is, qui non eſt ritè condẽnatus,nõ dicitur condemnatus,per ea,quæ ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 97. ſub nu. 193. & ſeqq. quare ſi iudex nimis propere, ordine non ſeruato, & nondum lata ſententia, iuſſerit capi, & diſtrahi pignora,poterit aduerſus executionem dici de nullitate, l. 1. C. de execut. rei iudic. & in hac limitatione conueniunt omnes.

Secus eſt, ſi nullitas non ſit notoria, ſed requirat altiorem indaginem, quia tunc non conuenit, vt res iudicata, quæ habet executionem paratam,retardetur exceptione, quæ altiorem requirit indaginem, & ſic iudex debet procedere ad executionem, & condemnatus,qui fuit reiectus in iudicio executiuo, poterit nullitatem deducere agendo in alio iudicio, vt dixi ſupra quæſt. 2. num. 11. & cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. ... nu. ...

Confirmatur hęc limitatio in prima ſui parte, quia notoria iniuſtitia impedit executionem rei iudicatæ, vt dixi infra num. 59. ſed nulla eſt maior iniuſtitia, quàm nullitas, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 19. ſub num. 4. verſ. ſed notoria. nam nullitas ſemper procedit ab aliquo defectu ſubſtantialiũ, quæ lex exiſtimauit media neceſſaria ad veritatem, & conſequenter ad iuſtitiam: ergo, cum in nullitate includatur iniuſtitia, ſequitur,quod nullitas habeat duplicem vim ad impediendam executionem.

57 Declara iſtam limitationem, vt quamuis difficile ſit explicare quid ſit notoriũ, vt deduxi ſupra gl. 4. q. 6. num. 48. & ſeqq. & infra q. 19. ſub num. 108. & 109. tamen difficultas iſta videtur ceſſare, quando aliquid apparet ex inſpectione actorum, quia illud dicitur notorium, vt ſcripſi infra q. 19. ſub d. num. 108. & ſupra lib. 1. cap. 97. num. 34. & hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 4. ſub num. 33. 36. & multis alijs in locis.

58 Reſtringe hanc declarationem, vt non procedat, quando id, quod apparet ex actis, ſiue aliunde, non eſt clarum, ſed turbidum, puta ſi de legitimatione perſonæ litigantis non ſit doctum ante litis conteſtationem, ſed poſtea, & aduerſarius antea ſemper oppoſuerit, nihil fieri, niſi legitimatis perſonis, & ideo nunc dicat de nullitate proceſſus, & ſententię, & aduerſarius contendat, ſufficere doctum fuiſſe de legitimatione perſonæ poſt litem conteſtatam; puta etiam; ſi de legitimatione ſuæ perſonæ docuerit per indicationem inſtrumenti in actis eiuſdem notarij, ſub certo determinato tempore, & aduerſarius contendat, indicationem non ſufficere, eo quia requireretur formalis productio vna cum citatione, ad dicendum contra iura producta, & repetita, & ſuper his ſit controuerſia inter Iuriſinterpretes, quia in iſtis, & ſimilibus articulis controuerſis nullitas diceretur turbida, & ideo non retardaret executionem,per ea, quæ dixi cap. ſeq. quæſt. 19. rem. 1. concl. 4. num. 72. & concl. 5. ſub nu. 6. ibi, ſecunda qualitas. imò non obſtaret rei iudicatæ, quia res iudicata ſuperat difficultatem, vt ſecutus ſum eod. cap. ſeq. q. 17. limit. 1. num. 62.

59 Limita ſecundo, vt non procedat, quando condemnatus diceret de notoria ſententię iniuſtitia, quam diceret apparere ex actis; puta quia ſententia non iuſtificetur ex actis, quia, cum nullitas, & notoria iniuſtitia æquiparentur, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 1. num 62. & limit. 19. ſub num. 4. verſ. ſed notoria. & q. 19. rem. 1. concl. 7. in fine; ſequitur, quod ſicut iudex debet audire exceptionẽ nullitatis notoriæ, & interim ſuperſedere, &, ea cognita, denegare executionem, vt dixi ſup. nu. 56. ita etiam debeat audire, & ſuperſedere in exceptione iniuſtitiæ notoriæ, eaque probata, denegare executionem.

60 Reſtringe hanc limitationem, vt procedat quãdo iniuſtitia eſt clara; ſecus ſi ſit dubia, quia tunc non diceretur notoria; ſufficit enim, quod poſſit habere dubitationem, & diſputationem ad effectum, ne impediat executionem, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 4. n. 71. in fi. & n. 72. imò quando articulus, ſuper quo eſt lata ſententia, eſſet hinc inde inter iuriſinterpretes valde ambiguus, iniuſtitia non ſolum non diceretur notoria, ſed res iudicata ſuperaret ambiguitatem, ita vt res iudicata æſtimaretur iuſta, vt dixi cap. ſeq. dicta limit. 1. num. 62.

Non

61 Non obſtat primò, quod ſententiæ ſint ferendę de conſilio Iuriſperitorum, & ita latæ nunquam tranſeant in rem iudicatam, & conſequenter Prælatus, cui Signatura iuſtitię committit executionem rei iudicatę, poſſit ex ſapientiorum Iuriſperitorum conſilio non ſolum illam nō exequi, ſed imò eam retractare, & reuocare, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra quæſt. 2. ſub num. 41. & ſeqq. & ſub

62 num. 45. † & quòd propterea Rota Rom. cum ſuum tribunal ſit magiſtrale, & ſupremum, vt dixi infra q. 24. ſub num. 3. & iure exiſtimet, ſuum iudicium eſſe iudicio cæterorum Iuriſconſultorum ſapientius, non habita ratione regulę, de qua ſupra num. 55. & nulla habita cōſideratione rationis, in ea adductæ, & nulla inter notoriam, & non notoriam iniuſtitiam conſtituta differentia, de qua nos ſupra nu. 56. & 59. & neglecta demum tota doctrina, à nobis relata ſupra dicto nu. 55. & ſeqq. indiſtinctè audiat exceptionē nullitatis, & iniuſtitiæ, & à rei iudicatæ executione non ſolum ſe abſtineat, ſi cognoſcat, ſententiam eſſe nullam, ſeu iniuſtam, ſed imò nunquam eam exequatur, niſi prius cognò-

63 uerit, eſſe iuſtam, vt dixi ſup. n. 20. † & ſic iniuſtitiā, quā ipſa cognoſcit in ſententia, ſemper ęſtimet notoriā, ſeu, vt dixi, reijciat differentiā inter notoriam, & nō notoriā, prout patet ex his, quę ſcribit ipſamet Rot. diuerſ. deciſ. 134. prætendebant. num. 2. & 3. deciſ. 151. fuit reſolutum. num 3. & deciſ. 492. fuit lata. ſub num. 1. & ſeqq. par. 1. in vlt. recent. recoll. de anno 1618. & ex Mant. retuli ſupra quæſt. 2. ſub num. 45. & ita etiam apud Cæſ. de Graſ. deciſ. 3. reſolutum. num. 3. & 4. de reb. eccl. non alienan. quæ deciſio eſt illamet Seraphini in Rot. diuerſ. deciſ. 311. par. 2. quæ terminatur in verſ. quoad melioramenta. licet deciſio Cæſaris de Graſ. progrediatur vlterius; imò non ſolum Rota, ſed etiam alij iudices, & Prælati inferiores præfatam reijciant differentiam, ita vt quicquid ipſi ęſtiment eſſe iniuſtum, illud ſemper æſtiment clarè iniuſtum; & quod apud iuris interpretes, eſt dubium, illud apud eos ſemper fiat certum, clarum, & reſolutum. Et quando etiam ſententia, lata de iuriſperitorum conſilio, tranſiret in rem iudicatam, ideoque non poſſet retractari, tamen adhuc non tranſeat, quia ratione iniuſtitiæ in qualibet ſententia vertatur animæ periculum, ideoque quælibet ſententia debeat poſſe retractari, vt dixi ſupra q. 2. num. 44. & 45.

Quia ad hęc omnia reſpondeo.

64 Quantum enim ad id, quod diximus, ſententias, latas de Iuriſperitorum conſilio non tranſire in iudicatum, ideoque quandocunque ex ſapientiorum conſilio poſſe retractari, reſpondeo dupliciter. Primò dico, id poſſe eſſe verum, ſi de retractatione ſententię ageretur coram iudice ſuperiore, qui adiri potuerit per viam querelæ, aut reſtitutionis in integrum, vt dixi ead. quæſt. 2. ſub num. 41. ſed iudex, cui committitur executio rei iudicatę, ſeu alius, qui non poſſit adiri vna ex prędictis vijs, non habet iſtam facultatem, & conſequenter ipſe nunquam poteſt cognoſcere de iniuſtitia rei iudicatæ, ad effectum reuocandi ſententiam, ſed ſolū poteſt cognoſcere, an iniuſtitia ſit notoria, & tunc ad effectum ſe abſtinendi, & denegandi executionem, vt dixi ſupra num.

65 59. & hæc reſponſio poteſt ſufficere. † Secundo reſpondeo diſtinguendo duos caſus. Primus eſt, quando periti iudicium fuit adhibitum, non ſuper articulo iuris, ſed ſuper articulo facti, puta, an vulnus ſit lethale, vel an partus potuerit perfectè naſci in ſeptimo menſe, vt in l. 12. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. homin. & habita periti relatione fuerunt ſuper illa, vti vera, latæ tres ſententiæ conformes: & iſto caſu, ſi ex peritioris iudicio conſtaret, periti conſilium, ſuper quo eſt fundata res iudicata, eſſe erroneum, ſententia eſſet retractanda, vt dixi dicta quæſt. 2. ſub num. 41. maxime quia ſententia videretur lata ſuper depoſitione vnius teſtis, cum in effectu ille peritus ſit teſtis; quòd ſi non vnus peritus, ſed tres, vel ſaltem duo conteſtes retuliſſent, tunc ad aliorum peritorum conſilium non eſſet ita de facili procedendum, ne res abiret in infinitum, & conuenire videretur tunc quod habetur Eccleſiaſtes, 7. num. 17. *noli eſſe iuſtus multum*, niſi manifeſtè conſtaret de errore conſilij illorum peritorum. Secundus caſus eſt, quando periti conſilium fuit adhibitum ſuper ſententia ferenda, & ſic ſuper articulo iuris, prout etiam locuti ſumus dicta quæſt. 2. ſub num. 41. & iſto caſu diſtinguo rurſus duo membra: Aut error Iuriſperiti eſt manifeſtus, & conſequenter conſilium iſtius, qui facit, cognoſci ęrrorem illius, eſt conſilium peritioris; & tunc dico, ſententiam, tanquam notoriè erroneam, & iniuſtam, eſſe retractandam: Aut error non ſit manifeſtus, & ſic non conſtat euidenter, quòd is, cuius con-

conſilium adhibetur, ſit ſapientior, & tunc dicerem, ſententiam non eſſe retractandam.

66 Quantum ad Rotam, & alios iudices, qui quicquid opinantur contra aliorum ſententiam, illud opinantur eſſe iuſtum, & quod eſt contra eorum opinionem, illud eſſe notoriè iniuſtum, & non eſſe conſtituendam differentiam inter notorium, & non notorium, quia quælibet nullitas, cum detegitur, fit notoria, & donec nõ detegitur, dicitur, ſed nõ apparet nullitas: reſpondeo dupliciter. Primo, quòd nos non quęrimus quid fiat, ſed quid fieri debeat. Secũdo reſpondeo, quod etſi ea, quę apud inferiores iudices ſunt in iure dubia, & obſcura, apud Rotam propter eius eminentiam, ſingularem doctrinam, & longam experientiam, poſſint eſſe certa, clara, & notoria, & hac ratione, quando reuocat ſententias, poſſit dici, quòd eas reuocat, quia ſibi conſtet de notoria illarum iniuſtitia, & eius iudicio ſit ſtandum, quia ſuperiorem nõ habet, qui eius reformet ſententiam; tamen hoc non conuenit alijs iudicibus, qui propterea debent obſeruare pręfatam diſtinctionem, an iniuſtitia ſit, vel non ſit notoria; imò ſi eandem diſtinctionem obſeruaret Rota, crederem, quòd rem gratam faceret legibus; & moueor ex ſequentibus fundamentis.

67 Primo, quia lex tam canonica, quàm ciuilis totum ſuum adhibet ſtudium, vt homines contineantur in virtute, & aliquid inter eos non admittatur iniuſtum, & ideo curat, ne vnus locupletetur cum alterius iactura, ſed cuique reddatur ius ſuum; & tamen iſtæmet leges, ſi iniuſtitia non ſit notoria, ſeu damnum non ſit manifeſtum, & certum; tolerant, potius fieri iniuſtitiam, quàm ſuper ea admitti tota die homines ad litigandum, ideoque in odium litium pro modica læſione denegant actionem; quinimo tolerant, vt contrahentes ſe inuicem potius decipiant infra dimidium iuſti pretij, quàm de ea litem ineant, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 10. nu. 1. & ſub num. 41. & hoc non alia maiori ratione, niſi quia infra dimidium propter varias hominum opiniones in ęſtimatione rerum, iniuſtitia pretij non eſt notoria, & certa, ſed quando læſio exceedit dimidium, tunc, quia iniuſtitia pretij, ſeu valoris rei, eſt certa, & notoria, eam minimè tolerant, per ea, quæ dixi ead. ampl. 10. ſub num. 44. verſ. verum quia. num. 56. verſus finem, & num. 78. ſi ergo lex, cum iniuſtitia non eſt notoria, ſed eſt locus varijs hominum opinionibus, prohibet initiari litem, quanto magis, ſi lis per ſententias, & rem iudicatam fuerit extincta, & de notoria non conſtabit iniuſtitia, prohibebit, ne iterum initietur?

68 Secundo, quia, ſublata differentia inter notoriam, & non notoriam iniuſtitiam, antiqui, & moderni Doctores, qui in iſtomet articulo faciunt hanc differentiam, vt patet ex his, quæ late ſcripſimus cap. ſeq. quæſt. 19. rem. 1. concl. 5. num. 23. & ſeqq. & concl. 4. nu. 25. communiter erraſſent, & errarent; quod non eſt facilè dicendum, quia cum vna probatio poſſit eſſe clarior alia, & plures in probationibus reperiantur gradus, inter quos eſt gradus notorietatis, nunquam hæc differentia deſeretur: vlterius ſubuerterentur multæ aliæ concluſiones, quæ, attenta hac differentia, fundata in auctoritate iuris, ſunt à Doctoribus communiter, & vtiliter receptæ, qualis eſt illa, de qua ſcripſimus ſupra gl. 4. quæſt. 6. num. 16. iunctis num. 14. & 48.

69 Tertio, quia, reiecta iſta differentia, ſeu diſtinctione, lata aperiretur via iudicibus contra rem iudicatam, ſiquidem quilibet poſſet, quicquid eſt contra ſuam opinionem, arbitrari eſſe notoriè iniuſtum, & ſic eſſet in poteſtate cuiuslibet minimi, & ignorantis iudicis vulnerare, & lacerare ex ſua ceruice res iudicatas, quod Reip. eſſet valde perniciosũ iuxta ea, quæ in alio propoſito ſcripſi ſupra quæſt. 8. num. 6.

70 Præterea ſi Rota ipſa quandoque ſibimet non conſtat, recedendo à ſuis deciſionibus, & mutando ſuas opiniones, vt aduerti infra quæſt. 24. num. 17. aſſertio, quòd quicquid Rota cognoſcit, dicatur certum, & notorium, ita vt aliter ſe res habere non poſſit, non videtur vera, quia etſi, conſiderata Rotæ eminentia, iudicium ipſius quoad nos ſit aliorum ſapientius in his, quæ iuris ſunt; tamen ipſamet eſt ſibi teſtis, quòd aliquando iura partium cognoſcit eſſe turbida, & ideo Auditores ipſi inter ſe diuiduntur: vnde ego Rotæ auctoritati obſiſtere non audeo, & ab hac opinione, quòd vbi iura hinc inde videantur diſputabilia, ſeu turbida, ſit aliquid tribuendum rei iudicatæ, vt dixi ſupra num. 58. & 60. vtrobique in fine, cenſeo non eſſe recedendum, ſed eam eſſe in odium litium ſeruandam.

71 Non obſtat ſecundo, ſi dicatur, quòd hæc omnia noſtra fundamenta redduntur vana, quia ad vſum reduci non poſſunt, cum in effectu quid ſit notorium relinquatur arbitrio iudicis, vt dixi ſupra gloſ. 4. quæſt. 6. num. 51. & infra quęſt. 19. num. 109. & conſequenter iudex poſſit ex ſuo arbitrio æſtimare, iniuſtitiam eſſe notoriam, & ſic praxis docuerit, quòd nos vane quærimus determinationem eius, quod ius non determinauit, ſed reliquit arbitrio iudicis.

Nam reſpondeo, quòd & ſi relinqueretur arbitrio iudicis, tamen arbitrium non debet eſſe doloſum, ſed debet eſſe regulatum à præceptis iuridicis, & à ratione; quare ſi daremus ſententiam, quæ nullo gradu cuniunctum, ſed omnino extraneum, & remotum, nullo iuris ordine ſeruato, admitteret ad ſuccedendum ab inteſtato alicui viuenti, & ageretur de iniuſtitia huius ſententiæ, an eſſet notoria; vtique iudex non poſſet ex ſua ceruice arbitrari, nō eſſe notoriā: Similiter ſi daremus ſententiam, quæ filiū admitteret ad ſucceſſionem patris, qui deceſſerit ab inteſtato: & contingeret dubitari de iuſtitia huius ſententiæ, an eſſet notoria, vtique iudex non poſſet arbitrari, non eſſe notoriam, quia vtroque caſu arbitriū eſſet re ipſa doloſum: Idem dico, ſi quid appareret ex actis, quia illud, quod appareret, diceretur notoriè apparere, vt dixi ſupra num. 57. & ideo iudex aliter arbitrari non poſſet, & quando aliter arbitraretur, iudex ad quem arbitrium, tanquam notoriè iniuſtum, reuocaret; quare erit iudicis arbitrio commiſſum quid ſit, vel non ſit notorium, quando non eſt clarum an ſit, vel non ſit notorium, & proinde formanda eſt hęc diſtinctio: aut clare, & notorie conſtat, quid eſſe, vel non eſſe notorium; & tunc non committitur iudicis arbitrio, quia ſicut in his, quæ à iure ſunt definita, ceſſat arbitriū, vt ex Bar. & alijs ſecutus ſum lib. proxime præced. cap. 9. num. 331. & infra hac ead. gl. quæſt. 23. ſub num. 2. & ſeqq. & cap. ſeq. quęſt. 14. num. 35. ita in his, quæ ex ſe habent manifeſtam, & claram notorietatem, non poteſt iudex arbitrari; quare ſi teſtator inſtituerit duos hæredes pro æquis portionibus, & in eius hæreditate non adeſſent niſi ſcuta centum in pecunia numerara, & iudex pronunciaret, vni dari 90. & alteri 10. vtique de iniuſtitiæ notorietate ita conſtaret, vt ſuper illa notorietate nullus eſſet locus arbitrio; & quòd à iudicis arbitrio circa notorietatem excipiantur aliqui caſus, ſcripſi infra quæſt. 19. num. 110. aut non clare conſtat, ſed eſt probabilis dubitatio, an ſit, vel non ſit notorium; & tunc eſt locus arbitrio, quia ſicut ea, quæ in iure non ſunt ſtatura, & determinata, ſubduntur arbitrio iudicis, vt ſecutus ſum dicta quæſt. 23. ſub num. 1. & 6. ita etiam vbi remanet probabilis dubitatio, an quid ſit, vel non ſit notorium, cenſetur commiſſum iudicis arbitrio, vt in his terminis ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 76. num. 5. in fine, & facit quod de arbitrio ſuper magnitudine, vel paruitate cauſæ ſcripſi ſupra quæſt. 7. num. 70. verſus finem, & ex his dico, quòd ſicut iudici inferiori eſt commiſſum, vt arbitretur, an res iudicata ſit notorie iniuſta, ita etiam iudici ſuperiori eſt commiſſum, vt cognoſcat, an inferior doloſe, vel cum exceſſu ſit arbitratus; & conſequenter habuit arbitrium, ſi recte arbitratus fuerit; alias non: & licet Rota ſuperiorē non habeat, qui de eius iudicet arbitrio; tamen debet ipſa illud regulare: & quando iudex arbitrio vſus eſt regulato, iudex ad quem non debet contrarium arbitrari, etiam in re probabiliter dubia.

72 Sed ſi iudex ſententiam tulerit ad fauorem ſui aduocati, ſeu procuratoris, & nec de ſententię iniuſtitia, neque de alia eius nullitate conſtet, nunquid ex iſto capite, quòd iudex erat cliens, & ſub patrocinio illius, pro quo ſententiam tulit, ſit ipſo iure nulla, vel ſaltem reſcindenda, ſine alia cauſę cognitione?

Crederem quòd ſic, quia valet argumentum à contractu ad iudicium, ſed lex prohibet aduocato, ne ineat contractum cum cliente, quia lex pręſumit, quòd cliens timore litis omnia daret, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. ſub num. 557. exemp. 5. & quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 124. ergo prohibet etiam iudici, ne ferat ſententiam ad fauorem ſui procuratoris, ſeu aduocati, quia ſi cliens timore litis daret de ſuo, multo magis daret de alieno.

73 Et hanc opinionem tunc maximè probabiliorem crederem, quando aduerſarius illius procuratoris ignoraſſet hoc intereſſe clientelæ, & ideo conſenſiſſet in illum iudicem, quem ante conſenſum potuiſſet declinare: & quicquid etiā eſſet de veritate huius opinionis, cōſulerē ſemper iudici, vt cauſam remit-

remitteret ad Principem, præſertim quando aduerſarius, penetraro hoc intereſſe, mode-ſtè iudici ſignificaſſet ſuſpicionem, quam in eo habebat, alias, non remittendo, in primis conſcientiam ſuam exponeret periculo, & eius iudicium, quod eſſet pro patrono ſuarum cauſarum, eſſet ſuſpectiſſimum; vnde apud graues viros non laudaretur.

De reſtitutionis remedio aduerſus executionē rei iudicatę ſcripſimus cap. ſeq. quæſt. 19. rem. 2. num. 64. & ſeqq. ſed circa idem remedium occurrunt aliquæ difficultates, de quibus ibi non ſcripſi, & non ſunt prętermittendę, quia, cum agitur de executione rei iudicatæ, ſolent excitari.

74 Prima difficultas eſt: infra quantum tempus peti debeat reſtitutio in integrum? Dico breuiter, in omni negocio petendam eſſe infra quadriennium, l. fin. C. de temp. reſt. in integ. & hoc eſt expeditum, & ſcitur ab omnibus.

75 Secunda difficultas: quando incipiat hoc quadriennium. Reſpondeo, quòd incipit ab ea die, qua cauſata eſt læſio, clem. vnica, & ibi Gl. in verbo, à tempore. Card. Zabar. num. 29. quęſt. 24. & ſub num. 25. quęſt. 21. & Vital. num. 3. 4. & 7. de reſtit. in integr. & ita admittunt omnes ſine controuerſia; quare ſi læſio cauſetur ex pręſcriptione 30. annorum completa, lęſus debet reſtitutionem petere infra quadriennium à die complerę pręſcriptionis, quia ab illa die incipit læſio; ſi quis eſt læſus per ſententiam, à qua non detur appellatio, quadriennium incipit à die latæ ſententiæ.

76 Tertia difficultas: an tempus huius quadriennij ſit continuum. Dic, quòd ſic, l. fin. C. de tempor. reſt. in integ.

77 Quarta difficultas: quantum duret inſtantia cauſæ reſtitutionis in integrum, & quando incipiat. Reſpondeo, quòd durat per illud idem quadriennium, quia infra illud debet peti reſtitutio, & expediri eius cauſa, dicta l. fin. & aperte in clem. vnica, & ibi Gl. & Doct. de reſtit. in integr. & ſic incipit inſtantia ab ea die, qua petitur reſtitutio, & durat per totum illud tempus, quod remanet de quadriennio, dato ad petendam reſtitutionem; hincque aduertebam errorem cuiuſdam cauſidici, qui inſtantiam qnadriennij cauſæ reſtitutionis in integrum calculabat à die petitæ reſtitutionis in integrum, cui calculo annuebat iudex, non aduertens, quòd idem quadriennium eſt datum ad petendam reſtitutionem in integrum, & ad finiendam eius cauſam; & proinde ſi quis aduerſus ſententiam inappellabilem peteret reſtitutionem in integrum poſt triennium, & vndecim menſes, & viginti nouem dies, à die latæ ſententiæ, remaneret vnus dies de inſtantia cauſæ.

78 Quinta difficultas: impetrata commiſſione cauſę reſtitutionis in integrum, ſeu petita reſtitutione in integrum coram ſuo iudice aduerſus lapſum fatalium, ſeu aduerſus lapſum alterius termini, ſeu temporis, quid eſt probandum ad obtinendam reſtitutionem petitam?

Reſpondeo, qui eam petit, debet probare legitimum impedimentum, & quantitatem impedimenti, quo, & qua probatis, reſtituetur ad totum illud tempus, quo durauit impedimentum, & non ad plus, Odd. tract. de reſtit. in integr. quęſt. 44. num. 10. & ratio eſt, quia reſtitutio in integrum non plus reſtituit, quàm læſio abſtulerit, clem. vnica, in fine, & ibi Vital. num. 5. de reſt. in integ. & Odd. dicta quęſt. 44. num. 7. nam reſtitutio in integrum de-
79 bet efficere, vt † lęſio non obſtet, non quòd proſit: non probato autem legitimo impedimento, videtur neganda reſtitutio ad illud tempus.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

Sententia inter alios lata alijs non nocet, nu. 1. Ampliatur hæc regula, num. 12. 14. 30. 46. 47. 49. ſub num. 51. & 52. Limitatur, num. 63. 102. 110. 111. 114. 119. 121.

Res inter alios acta alijs non nocet, ſub numero 1.

Sententia lata contra vnum ex litigatoribus, non nocet alijs paribus competitoribus, num. 2.

Aſinus intumeſcit, ſi viderit, ſe per comparem apprehendi, ſub num. 2.

Tertio non præiudicat ſententia inter alios

 lata,

lata, quia neque tanquam pars, neq; aliter erat ſubiectus liti, num. 3.

Præiudicari ex facto alterius non debet illi, qui illum alterum prohibere non poterat, ne faceret, num. 4. & ſub num. 7.

Geſta reſtringuntur ad ſuos auctores, num. 5.

Prægrauari non debet quis facto alterius, num. 6.

Conditio iniqua vni per alterum inferri non debet, num. 7.

Diſpoſitio facta ad certum finem, non debet alium operari, ſub num. 7.

Colluſioni via non eſt aperienda, num. 8.

Contractus, & Iudicium à pari procedunt, numero. 10.

Argumentum à contractu ad ſententiam valet, num. 10.

Acta nocent, & proſunt ijs, quibus nocet, & prodeſt ſententia, num. 12. & 13.

Sententia, lata contra eum, cuius intereſſe eſt ſecundarium, non nocet illi, cuius intereſſe eſt principale, num. 14. & 122. Fallit quando inter eos vnus habet cauſam ab altero, & habens intereſſe principale, patitur litem agi cum eo, qui habet intereſſe ſecundarium, num. 17.

Sententia, lata contra legatarium ſuper falſitate teſtamenti, non nocet hæredi, nu. 14.

Sententia, lata contra vaſallum, non præiudicat domino directo, num. 15.

Sententia, quæ non eſt lata cum legitimo contradictore, non præiudicat alijs, num. 16. & 122.

Sententia lata ſuper pignore contra creditorem hypothecarium agentem, an & quando noceat debitori, num. 18. & num. 22. & ſeqq. Et quid ſi fuerit lata contra debitorem an noceat creditori, num. 27. & 28.

Sententia lata ſuper re dotali contra vxorem, ſeu ſocerum, quando noceat marito, num. 18. Et quid ſi ſententia ſit lata contra maritum, ſub num. 29.

Sententia lata contra venditorem, quando præiudicet emptori, num. 18. & ſeqq.

Pandectæ antiquæ olim erant Piſis, nunc ſunt Florentiæ, ſub num. 27. & 28.

Sententia, lata pro creditore hæreditario contra vnum ex hæredibus, pro illius hæredis ratha, non nocet alijs cohæredibus, numero 30.

Sententia lata contra vnum legitimum contradictorem, non præiudicat æquali contradictori, num. 31.

Sententia lata in cauſa filiationis cum aliquo ex linea tranſuerſa, non præiudicat alijs agnatis, num. 32.

Sententia lata ſuper admiſſione ad cap. odoardus. an noceat alijs creditoribus non citatis, num. 33.

Ceſſio bonorum facta cum vno creditore, an præiudicet alijs creditoribus non citatis, num. 33.

Sententia, lata in cauſa ſtatus, an faciat ius quo ad omnes, num. 34.

Tutor ſi quis pronuncietur cum aliquo, an illa pronunciatio faciat ius quoad omnes, n. 35.

Sententia, qua emptor condemnatur ad dimittendam rem actori, agenti de euictione, an, & quando noceat venditori, ſeu tertio poſſeſſori bonorũ venditoris, n. 36. & ſeqq.

Tertius, ſeu Succeſſor ſingularis poteſt docere de iniuſtitia ſententiæ latæ contra alium, num. 43.

Sententia, lata cõtra vnum ex habentibus iura æqualia, non nocet alijs, num. 30. Etiam ſi ſciuerint, cauſam agi, num. 44. Et quando non dicantur habere iura æqualia, n. 45.

Coniunctus, ſeu Conſaguineus licet admittatur ad agendum pro conſanguineo, ſeu ad eum defendendum, tamen geſta per ipſum, illi non nocent, num. 46.

Sententia lata contra vnum in contumaciam non nocet alijs, num. 47.

Sententia lata in contumaciam præſumitur lata potius propter contumaciam quàm propter iuſtitiam, num. 47. & 48.

Contractus geſtus inter aliquos, non præiudicat alijs, num. 49. & ſeqq.

Hypotheca, quam emens cenſum, ſeu loca montium conſtituit ad fauorem alicuius ſui creditoris, nõ nocet debitori, qui vendidit cenſum, ſeu loca montium, quin poſſit redimere cenſum, & diſſoluere hypothecam, nu. 49.

Hypothecæ ius quomodo ſit diuiduum, ſub num. 50. verſ. ratio.

Hypotheca, cõſtituta ab vno ex ſocijs pro parte ſua ſuper re communi indiuiſa, facta diuiſione inter ſocios, non reſtringitur ad partem, quæ illi obtingit, &c. num. 50.

Fiſcus pro publicis penſitationibus habet ius contra emptorem, quamuis inter venditorem, & emptorem fuerit conuentum, quòd ad eas teneatur emptor, num. 51.

Sententia criminalis, lata contra vnum ex connexis correlatiue, non nocet alteri, ſub num. 51. ampl. 7. & ſub num. 109.

Res inter alios acta, alijs prodeſſe non debet, num. 52.

Abſo-

Digitized by Google

Abſolutoria ſententia, lata pro vno, non prodeſt alijs, num. 52. & ſub num. 57. Niſi eſſet omnium eadem defenſio, num. 55. 59. & 60. Et niſi abſolutoria ſit lata in crimine adulterij, dicto num. 57. in fine.
Condemnatio ad mortem, & executio condemnationis contra reũ, falſis teſtibus conuictum, non liberat eum, qui verè illud delictum commiſit, num. 56.
Confeſſio delicti, falsò facta contra ſe, non liberat eum, qui delictum commiſit, num. 56. in fine.
Abſolutoria ſententia lata pro mandatario, non prodeſt inquiſito de mandato, num. 57.
Renunciatio facta hæreditatis paternæ à filia vni ex fratribus, non prodeſt alijs fratribus, num. 58.
Renunciatio eſt ſtricti iuris, & ideo non ſe extendit niſi ad expreſſa, &c. ſub num. 58.
Inofficioſum eſſe teſtamentum ſi fuerit pronunciatum, illa pronunciatio prodeſt venientibus ab inteſtato, etiam ſi pronunciatio fuerit facta ad inſtantiam eius, qui non ſuccedit ab inteſtato, num. 59.
Excuſſio contra debitorem, facta ad inſtantiam vnius creditoris, prodeſt etiam alijs, num. 60.
Res inter alios acta, alijs potius prodeſt, quàm noceat, num. 62.
Sententia lata cum legitimo contradictore, nocet etiam alijs habentibus ius conſecutiuum, num. 63.
Sententia, qua inter vxorem, & maritum contendentes cuius ſit filius naſciturus, iudex pronunciat eſſe filium mariti, facit ius quoad omnes, &c. num. 64.
Sententia lata inter eum, qui ſe facit verum dominum ſerui, & eum qui ſe facit verum patronum liberti, alio contradictore non exiſtente, facit ius quoad omnes, num. 64. illat. 2.
Ignobilitas patris ſi fuerit per ſententiam declarata an præiudicet filijs, nu. 65. Et quid in ignobilitate fratris, num. 66.
Sententia lata ſuper nobilitate, vel ignobilitate facit ius quoad omnes, num. 67. & 68.
Sententiæ, quæ faciunt ius quoad omnes, reducuntur ad tria, &c. num. 69.
Fideiuſſori de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, etiam non citato, nocet ſententia lata contra debitorem principalem, num. 70. Et ita nocet, vt contra eum etiam non citatum, & ſine nouo proceſſu poſſit procedi ad executionem, num. 71. & 72. Secus eſt ſi ſit fideiuſſor contractus, num. 74. Et quid in fideiuſſore dato pro cauſa criminali, & dato in contractu pacis, & promiſſionis de non offendendo, num. 75. & 76.
Fidecommiſſarius poteſt appellare à ſententia lata contra hæredem, num. 83. & ſeqq.
Legatarijs nocet ſententia, lata contra hæredem, &c. num. 78. & 88.
Subſtituto denunciatio ventris non eſt neceſſariò facienda, ſed ſufficit facta hæredi inſtituto, num. 79. & 88. in fine.
Subſtituto nocet ſententia, lata contra pupillam, quæ poſtea abſtinuit ab hæreditate paterna, num. 80. & 90.
Fideicommiſſario, etiã non citato, nocet ſententia lata contra hæredem, num. 77. & ſeqq. Contrarium, quòd ſit neceſſaria citatio ſaltem per proclama, num. 81. & 82. Et alias non præiudicet, num. 87. An hæc citatio per proclama ſufficiat ſi fideicommiſſarius nondum erat natus, num. 85. & 86. Præcedens contrarietas conciliatur, num. 88. & 89.
Teſtes recepti ad perpetuam memoriam, propoſito generali proclamate, faciunt fidem etiam cum illis, qui tunc non erat nati, ſi illi teſtes ſint mortui, & repeti non poſſint, ſub num. 85. verſ. nec obſtat, & verſ. ſeq.
Teſtes examinati cum eo, qui deceſſit ſine hærede, non poſſunt publicari ſine citatione, ſub num. 85. verſ. nec obſtat. & verſ. ſeq.
Sententia, lata contra hæredem, eſt valida, licet in ea non fuerint citati fideicommiſſarij, & ſubſtituti, num. 87.

Legatarijs, *Subſtitutis, &* *Fideicommiſſarijs*	*etiam non citatis, nocet ſententia lata contra hæredem, qua declaratum eſt, teſtamentum eſſe nullum, falſum, aut inofficioſum, num. 88. Secus eſt quando non agitur contra teſtamentum, neque ad vniuerſam hæreditatem, num. 89.*

Agnatis non citatis an noceat ſententia, lata contra vaſallum fœudatarium, num. 91. & 92.
Res iudicata eo modo, quo nocet ei, contra quam eſt lata, eodem modo nocet eius ſucceſſori vniuerſali, vel particulari, num. 93. Etiam ſi iſte ſucceſſor ante ſucceſſionem habuiſſet ſententiam fauorabilem, num. 94. Et nocet etiam ei, qui ſuccedit in adminiſtratione, num. 95. & ſeqq. Quamuis iſte, quod ſuccedit, non fuerit citatus, & fue-

& fuerit ignorans, num. 98. Quinimo huic ſucceſſori præiudicat etiam contractus, num. 99.

Appellare an poſſit tertius à ſententia, à qua non poteſt appellare is, contra quem eſt lata, ſi ſententia ex natura cauſæ præiudicet huic tertio, etiam non citato, num. 101.

Sententia, lata cum vno, qui præoccupauit, ex his, quibus ius cauſæ competebat in ſolidum facit ius quoad omnes alios, num. 102.

Mandatum ad accuſandum de delicto populari, ideſt publico, omnes de populo habent in ſolidum, ſed expirat, &c. ſub n. 102.

Sententia lata pro vno ſocio ſuper re communi, prodeſt etiam alijs ſocijs, num. 103. Hoc procedit quando eiſdem competit idem ius, & eadem ratio; ſecus ſi competat diuerſum, num. 104. Item procedit in actione reali; non autem in actione perſonali, nu. 105.

Appellatio vnius ex litis conſortibus prodeſt etiam alijs non appellantibus, ſub nu. 103. verſ. confirmatur.

Sententia, lata pro vno, ſeu contra vnum ex correis credendi, indiſtinctè nocet etiam alijs, num. 106. Et quid ſi ſententia ſit lata pro, vel contra vnum ex duobus reis debendi, num. 108. & 109.

Sententia, lata contra vnum ex collegatarijs, ſeu confideicommiſſarijs, quando noceat etiam alteri, num. 107.

Sententia, lata de falſo contra vnum ex duobus reis ſtipulandi, vel contra notarium, non nocet alteri, ſub num. 109.

Sententia, lata pro vno ex conſortibus ſuper re indiuidua, prodeſt etiam alijs, nu. 110.

Succeſſori, ſeu creditori, qui rem, ſeu hypothecam ſuper illa re habuit ab eo, contra quem iam erat lata ſententia ſuper illa re, nocet indiſtinctè illa ſententia, num. 111. Imò nocet etiam ſi rem, ſeu hypothecã habuerit pendente iudicio, num. 112. Procedit hoc quando iudicium pendebat ex actione reali, ſecus ſi ex actione perſonali, num. 113.

Confiſcationis bonorum ſententia lata contra homicidam nocet illius hæredibus, nu. 114. Et nocet illi, qui emit poſt commiſſum delictum, ſed ante contumaciam, ſub num. 124. & 125.

Sententia lata contra occiſores an præiudicet hæredibus, qui mortem non vindicarunt, num. 115.

Sententia, lata contra delinquentem, præiudicat illis, in quibus delinquens alienauit bona poſt commiſſum delictum, ſi prohibita erat alienatio, num. 116.

Sententia, lata contra ſeruum delinquentem præiudicat domino, num. 117.

Sententia, lata contra filium delinquentem, præiudicat patri, ſtante ſtatuto, quod pater teneatur ſoluere pœnam pecuniariam, pro filio &c. num. 118.

Res, inter alios acta, poteſt alijs aliqualiter præiudicare, num. 119.

Probationes inter maritum, & vxorem receptæ ſuper vergentia mariti ad inopiam, an creditoribus noceant, num. 121.

Sententia, lata cum eo, cuius principaliter non intererat, &c. non nocet ei, cuius principaliter intereſt, num. 122.

Fraus, ſeu Colluſio } ſi interuenerit in ſententia, illa ſententia alijs non præiudicat, num. 123.

Contumax ſi non defenderit cauſam, & fuerit condemnatus, illa condemnatio alijs non præiudicat, num. 124.

Sententia, lata contra aliquem propter culpam defenſionis, non nocet alijs, nu. 126.

Sententia, cuius iuſtitia iuſtificatur in cõdemnato ſeu abſoluto, non nocet, ſeu non prodeſt alijs, in quibus non iuſtificatur, num. 127.

Sententia, lata per iniuriam iudicis, non nocet alijs, &c. num. 128.

Sententia, quæ apparet iniqua, non nocet alijs etiam ſi eſſet lata à principe, num. 129.

Conſecutiuum ius ab alio qui dicantur habere, num. 130.

1 QVAERO duodecimo, an ſententia, lata inter certos litigantes, noceat alijs, qui liti non interuenerunt, neque ad eam fuerũt citati. Reſp. firmandam eſſe concluſionem negatiuam, quod non noceat, ex vulgata regula, rem inter alios actam alijs non nocere, C. res inter alios acta, &c. &C. quib. res iud. non noc. & præſertim in l. 2. ibidẽ, & l. 63. ſæpe. ff. de re iudic. l. 1. ff. de excep. re iud. cap. 25. quãuis de ſent. & re iud. Oſaſch. deciſ. 156. dominus. num. 7. Tiraq. in dicto tit. res inter alios acta. initio, verſ. hinc illud. Surd. deciſ. 256. in quodam. num. 3. in fine, verſ. in contrarium. num. 4. & 5. & nos lib. proxime præced. cap. 11. num. 206. & facit quod ſcripſi ſupra quæſt.
2 4. num. 23. verſ. extende tertio. † cuius regulæ ratio multiplex reddi poteſt: Prima, quia

Digitized by Google

quia ſententia, lata contra vnum ex litigato-
ribus, non nocet alijs paribus competitori-
bus; vt puta, ſi ſit lata contra vnum ex fra-
tribus, vel vnum ex patronis, quia quando
ſunt pares competitores, vnus non habet
ius in aliũ, & ideo aſinus intumeſcit, ſi vide-
rit ſe per comparem apprehendi, Bal. in l. 25.
ingenuum. nu. 3. verſ. quæro ergo. ff. de ſtat.
3 hom. † Secunda ratio eſt, quia ille alter non
erat ſubiectus primæ liti, tanquam pars, ne-
que tanquam adhærens, vel inſtruens cau-
ſam, Bal. in l. 2. ſi vteris. num. 2. not. 3. C. de
4 fid. inſtr. † Tertia ratio eſt, quia eſſet incon-
ueniens, quòd facto alterius, quem non poſ-
ſum prohibere, ne agat, fiat mihi præiudi-
cium, dicta l. ſæpe. verſ. cur autem. & ibi Alex.
ſub num. 57. verſ. ſed certe puto. ff. de re iu-
5 dic. † Quarta, quia geſta debent reſtringi ad
ſuos auctores, ſeu tutores, & non extendi ad
alios, Alex. in dicta l. ſæpe. num. 9. verſ. item
6 nota. † Quinta (& omnes in effectu ſunt eę-
dem) quia non debet quis facto alterius præ-
grauari, l. tranſactione matris. C. de tranſact.
7 cum alijs, citatis ab Oſach. vbi ſupra: † vel
ſi vis ferę omnes conglutinare; dic, rationem
eſſe, quia vni per alterum non debet inferri
iniqua conditio; & res diſpoſita ad certum
finem, non debet alium effectum operari;
cum enim ſententia ſit dicta inter litigan-
tes ſuper eorum iure, nec ſit ibi diſcuſſum
de iure tertij, nec etiam de alterius iure li-
cuit ſine mandato diſceptare; ſententia non
debet alijs, qui non fuerunt in iudicio, obeſ-
ſe: & vlterius cum agentem de iure ſuo non
valeam à iudicio remouere, indignum eſſet,
ſi ex facto ſuo mihi pręiudicium generare-
tur, quia, eum, qui culpa caret, in damnum
vocare non conuenit, Abb. in cap. 25. quam-
8 uis. num. 1. de ſent. & re iud. † Sexta (& in-
fertur ex præcedentibus) quia ſi noceret,
aperiretur via ſupponendi in lite aliquem
vnum, cuius non intereſſet, & ideo, inita col-
luſione, libenter ſuccumberet, vt hac fraude
ſuus ſimulatus aduerſarius ſuperet eum; cu-
ius principaliter intereſt negotium illius li-
tis, & quem aliter non ſuperaſſet, ſi cum eo
litem egiſſet; hancque colluſionem, & frau-
dem conſideraui etiam ſupra gl. 11. ſub num.
9 38. † Et quamuis hæc regula ex prædictis ra-
tionibus, ſatis naturalibus, ſit omnibus no-
ta, & euidentem præſeferat iuſtitiam, &
ęquitatem, tamen non deſunt caſus, in qui-
bus res inter alios acta, ſeu ſententia, lata
contra vnum, nocet illi vni, & etiam alteri,
qui non interuenit in lite, quos caſus colli-
gunt breuiter Gloſ. 1. in dicta l. 2. C. quib.
res iudic. &c. & in dicto cap. quamuis. in ver-
bo, res inter alios. de ſent. & re iudic. &
poſt Gloſ. ſparſim de ijs ſcripſerunt Doct. in
locis infra citatis, & ob iſtos caſus materia
huius regulę eſt ampliſſima, & extenſa mi-
rabiliter, vt ſcribit Felyn. in d. cap. quamuis.
initio, de ſent. & re iudic. & de eius ampli-
tudine conſtat ex ſolemniſſima repetitione,
quam ad dictam l. ſæpe. fecit Alex. & ex his,
quæ in ead. reg. ſcripſit Tiraq. ſupra cita-
tus; verum nos, vt quæſtionem faciliori,
breuiorique methodo explicemus, de his ca-
ſibus, ampliando, & limitando agemus.

10 Confirmatur hæc concluſio, quia valere
debet argumentum à contractu ad ſenten-
tiam, cum in iudicio quaſi contrahatur, &
ideo, quod operatur contractus in volentes,
operatur ſententia in inuitos, vt dixi quæſt.
ſeq. num. 21. verſ. tertio quia.

11 Sed contractus, facti inter alios, non de-
bent nocere alijs, quàm ipſis contrahentibus:
ergo idem dicendum eſt de ſententia, alijſ-
que actis iudicialibus.

12 Amplia primo igitur hanc concluſionem,
ſeu regulam, vt procedat non ſolum in ſen-
tentia, ſed etiam in alijs actis, quia atteſta-
tiones, & alia ſimilia non nocent alijs: regu-
lantur enim ſecundum ſententiam; vide
quibus prodeſt, vel nocet ſententia, proſunt,
vel nocent acta, Abb. in dicto cap. quamuis.
num. 4. q. 4. quem ibidem ſequitur Felyn.
ſub num. 1. verſ. ad quartam quæſtionem. &
quod his, quibus non nocet ſententia, lata
inter alios, minus noceant probationes, ſe-
quitur Surd. deciſ. 256 in quodam. num. 4. in
fine, & num. 5. & ſatis probatur ex gene-
13 ralitate regulę, res inter alios acta, &c. † &
quòd illis, quibus nocet ſententia lata inter
alios, noceant etiam probationes, puta, te-
ſtes recepti ad ęternã rei memoriam, & alia
acta, referunt, & ſequuntur Alex. in dicta l. ſę-
pe. num. 125. verſ. quæro an illis. ff. de re iu-
dic. & Peregr. tract. de fideicom. art. 53. nu.
31. verſ. circa quintum.

14 Amplia ſecundo, vt procedat, quando res
eſt acta, ſeu ſententia eſt lata contra eum,
cuius intereſſe eſt ſecundarium, quia tunc
ſententia non poteſt nocere illi, cuius inte-
reſſe ex principale, & in capite; vnde ſenten-
tia, lata contra legatarium ſuper falſitate
teſtamenti, nõ nocet hæredi, Alex. in l. 63. ſę-
pe. num. 25. verſus finem, & ſub nu. 30. verſ.

& ex

Digitized by Google

& ex prædictis. ff. de re iud. & ſentit aperte Ant. de Butr. in cap. 7. cum cauſam. il a. ſub num. 15. verſ. credo quod ſit. qui fil. ſint legit. & ſcribit clare Peregr. tract. de fidiecō. art. 53. num. 45. in quinta concluſione; hæcque ampliatio videtur probari ex l. 1. ff. de excep. rei iudic. & ita à contrario ſenſu ſentiunt omnino ij, quos citaui infra nu. 17.

15 verſ. reſtringe. † & quod ſententia, lata contra vaſallum, non præiudicet domino directo, ſequitur Caputaq. deciſ. 331. ſeu 6. executionem. par. 2.

16 Ratio eſt, quia lis non dicitur acta cum legitimo contradictore, Alex. dicta l. ſępè. ſub num. 77. verſ. circa primum.

17 Reſtringe hanc ampliationem, vt non procedat, quādo inter habentē intereſſe principale, & habentē intereſſe ſecundarium, vnus eorum habet cauſam ab altero, & habens intereſſe principale, ſcit, & patitur, litem, & cauſam agi cum eo, qui habet intereſſe ſecundarium, quia tunc ſententia lata contra habentem ſecundarium intereſſe, pręiudicat habenti intereſſe principale, Alex. in dicta l. ſępe. nu. 20. verſ. item nota. & Couar. pract. qq. cap. 13. num. 7. verſ. his igitur. in fine & bene colligitur ex dicta l. ſæpe. & expreſſe habetur in dicto cap. quamuis.

18 Infero, confirmando hanc reſtrictionem, quòd ſi debitor experiri paſſus ſit creditorē de proprietate pignoris, aut maritus ſocerū, vel vxorē de proprietate rei, in dotem acceptæ, aut emptor venditorē de proprietate rei emptę, ſententia lata ei nocebit, quia ex voluntate ſua iudicatū eſt de iure, quod ex perſona agentis habuit, l. 63. ſæpe. & ibi Alex. num. 84. ff. de re iud. & cap. quamuis. de ſent. & re iud. & ibi Gl. in verbo, res inter alios. & Tiraq. in tit. res inter alios acta. limit. 20.

19 Ratio huius illationis videtur eſſe, quia creditor non poteſt, inuito debitore, mouere litem, vel motam defendere ſuper proprietate pignoris, ſatis namque eſt creditori contendere, & oſtendere, quòd res ſibi pignorata, eo tēpore erat in bonis debitoris, licet non probet, tūc tēporis debitorē dominiū rei habuiſſe; vnde ſi creditori non eſt neceſſariū experiri de proprietate pignoris, & debitor eum experientē non impedit, dicitur conſentire, & tacite renunciare huic iuri ſuo, hæcque ratio videtur aperte colligi ex dicta l. ſępe. hancque rationem latius adducunt, & ab impugnationibus defendere nituntur Ant. de Butr. & Abb. in cap. 25. quamuis. ſub num. 8. de ſent. & re iud.

20 Verum hęc ratio multipliciter impugnatur à Couar. dicto cap. 13. ſub num. 7. verſ. cæterum aduerſus. & non videtur ſolida, pręſertim, quia creditor debet probare dominium debitoris, quando agit contra titulo poſſidentem, Couar. ſub eod. num. 7. verſ. primum equidem,

21 Ratio igitur eſt, quia debitor, ſciens litem, debet aſſiſtere, & in ea probare de ſuo dominio; etiam creditore inuito, ne alias ſententia ſibi noceat, Paul. de Caſtr. in dicta. l. ſæpe. ſub. num. 1. verſus finem.

22 Extende primo hanc illationē, vt creditor dicatur experiri, tā ſe defendēdo, quàm agēdo, & ideo ſententia, contra eum lata, præiudicat debitori ſcienti, & patienti; ſiue creditor in eo iudicio eſſet reus conuentus, ſiue eſſet actor, Bar. in dicta. l. ſæpe. num. 3. q. 1. & Alex. dicto num. 84. ff. de re. iud. & Couar. pract. qq. cap. 13. verſ. primum equidem.

23 Extende ſecundo explicando eandem illationem, vt ſententia, lata contra creditorem ſuper proprietate pignoris, adeo noceat debitori, qui ſciuit, & paſſus eſt, creditorē experiri, vt cōtra ipſum debitorem faciat ęque rem iudicatam, ſicut contra creditorē, Gloſ. in d. cap. quāuis. in verb. res inter alios.

24 Declara primo eandem illationem, & extenſionem, vt procedant quando cum creditore actū eſt ex cauſa dominij, vt loquitur illatio, ſecus ſi fuiſſet actū ex alia cauſa; quare ſi ſententia ſit lata, eo quia obligatio non valuit, vel ex alia cauſa, quæ non reſpiciat dominiū; quod idem dico, ſi creditor ſuccubuit, quia non probauit dominium, tunc ſententia non pręiudicat debitori, quin poſſit agere rei vendicatione, etenim, cū ſit actum ex diuerſo iure, non adeſt res iudicata, Bar. in dicta l. ſæpe. ſub num. 3. q. 1. Paul. de Caſtr. ſub num. 1. & Alex. ſub num. 84. ff. de re iudic. qui teſtatur de communi, ſecus ſi eſſet actum ex eodem iure, ſeu ex eadem cauſa, ſed ad diuerſum finem, quia adhuc obſtaret exceptio rei iudicatæ, Alex. ſub eod. nu. 84. ibi, ſed aduerte quia non puto. quem, vti ſolum in hac opinione, videtur ſequutus Felyn. in cap. 25. quamuis. ſub num. 6. verſ. poſtea in quantum. de ſent. & re iudic.

25 Declara ſecundo, vt procedat, quando de dominio fuit plenè cognitum, alias non pręiudicaret debitori ſcienti, Bar. in loco ſupra proxime citato.

26 Declara tertio, vt procedat, quando debitor

bitor ſciuit,reum conuentum à creditore aſſumpſiſſe in ſe onus probandi ſe eſſe dominum, ſecus ſi ſciuerit ſimpliciter,creditorem litigare ſuper hypotheca ; & hęc quando creditor eſt actor ; ſed ſi ſit reus conuentus, non eſt diſtinguendum , quia ſententia pręiudicat debitori ſcienti litem, eo quia, tradendo creditori pignus , videtur eidem promiſiſſe defenſionem , Bar. in dicta quęſt. 1. num. 3. in fine .

Si tu recte conſideras, hę tres declarationes videntur deſtruere illationem.

17 Vidimus in hac illatione , an & quando ſententia,lata contra creditorẽ agentẽ , ſeu defendẽtẽ pignus,noceat debitori in dominio,iuxta dictã l.ſępe.ſecundum litteram Piſanam,& prout Gl.in hoc habuit reſpectum ad pandectas antiquas , in quibus ſunt originalia legum, quę pandectę olim erant Piſis,hodie verò ſunt Florentię : nunc reſtat videndum quid è conuerſo ſecundum aliam litteram,quę habet oppoſitum,quando ſcilicet creditor patitur , debitorem experiri de proprietate pignoris, an ſententia, lata contra debitorẽ ſuper re pignorata, noceat creditori, vide Bar.in dicta l. ſępe. num.7. q. 5. & Alex. nu.82.verſus finem,verſ.item vltra prędicta. & num.85.verſ.circa ſecundum. ff. de re iud. Abb.in cap. 25. quamuis.num. 9. & Felyn.num.6.verſus finem,ibi,quando autem ſententia.de ſent.& re iud.Couar. pract. qq. cap.13.ſub num.7. verſ. cęterum aduerſus.ibi,tertium quod eſt.& verſ. ſeq. ex quibus. & Surd.deciſ. 256 in quodam.num. 6. qui communiter dicunt, quod pręiudicat creditori ſcienti, non autem creditori ignoranti litem motam, & loquuntur de ſenten-
28 tia lata poſt contractum pignus.†Sed in ſententia, lata ante pignus,dicunt, quòd pręiudicat indiſtinctè , ſiue creditor ſciuerit , ſiue ignorauerit , vt retuli , & ſecutus ſum infra num. 111. limit.4. & hanc diſtinctionem ſecutus ſum cap.ſeq.q.5.num.59. & de prędictis duabus lecturis , ſeu litteris contrarijs in dicta l.ſępe.mentionem,quam retuli, faciunt Abb.&Couar.in locis ſupra proxime citatis, & Gloſ. in dicto cap. quamuis . in verbo , res inter alios.& ibi Apoſtillator,& Abb. teſtatur ſe dictas pandectas vidiſſe Florentię , & ego etiã ibi eas vidi in Palatio veteri Sereniſs. Magni Ducis ſcriptas in mẽbrana, & charactere maiuſculo ſine interuallo verborũ;& ideo magna cum difficultate leguntur.

9 Alias qq. de ſententia , lata contra maritum, vel vxorem: contra proprietarium , vel vſufructuariũ,& ſimiles,an,& quãdo noceant alteri, vide apud pręfatos Doct. pręſertim in d.l.ſępe.vbi eſt materia,& in cap.25.quãuis. de ſent. & re iud. & de ſententia lata contra maritum in re dotali, agendo, vel defendendo,quòd noceat,& præiudicet vxori, niſi dolo ſuccubuerit, & non ſit ſoluendo,vide Gomez. ad leg.taur.l.40.ſub num.73.q.19. ibi, confirmatur. & de ſententia lata contra vxorẽ,quòd non poſſit exequi in bonis dotalibus poſſeſſis à marito, etiamſi ſciuerit cauſam agi, conſuluit Io. Bapt.Lader.conſ.180. etſi . num.1.lib. 1.

30 Amplia tertio, vt procedat etiã in habentibus iura ęqualia,& proinde ſententia , lata pro creditore hęreditario contra vnum ex hęredibus pro illius hęredis ratha , non nocet alijs cohæredibus , ſeu alteri cohæredi, ſunt enim ęquales competitores,Bal.in l.25. ingenuum.n.3.ff.de ſtat. homin. quem retuli ſupra num.2. Ant.de Butr. in cap. 7. cauſam.il ſecondo,verſus finem,ſub nu.25.verſ. credo quod ſit . qui fil.ſint legit. Alex.in dicta l.ſępe.num.25.verſ. item talis ſententia. & num.30.in fine, Oſaſch.deciſ.156. dominus. ſub num.16.& 17. & Peregr. tract. de fideicom. art.53.n.40. & clare patet ex ſubampl.infra num.44.

Ratio ſecundum Pereg. dicto num.40.eſt quia,vt obſtet exceptio rei iudicatę , triplex neceſſariò requiritur identitas,videlicet,perſonarum, cauſę, & rerum , vt diximus etiam nos ſupra q. 2.num.9.

31 Infero primo confirmando hanc ampliationẽ,quòd ſententia,lata contra vnum legitimum cõtradictorem in cauſa ingenuitatis , non pręiudicat ęquali contradictori prętendenti,hominem eſſe ſeruum ſuum, ſeu libertinum, per ea, quę ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §.7. gl. 5. ſub num.139.

32 Infero ſecundo , quòd ſententia , lata in cauſa filiationis, non cum patre, quem iſta cauſa pręcipue , & primo loco tangit ; ſed cum aliquo ex tranſuerſa linea,non præiudicat alijs agnatis,quos ęque principaliter negotium tangit , per ea , quæ ſcripſi ead. gl. 5.num.138. in fine.

33 Infero tertio , quòd ſententia , lata ſuper admiſſione ad cap.odoardus.in fauorem clerici , litigantis cum vno ex ſuis creditoribus: & ſimiliter ceſſio bonorum , facta cum vno creditore , non præiudicat alijs creditoribus non citatis, habentibus ex ſe æquale ius, per ea,

Digitized by Google

ea, quæ ſcripſi ead.gl.5. num.137. & remouendo obiectiones, explicaui ibidem, num. 143. & ſeqq.

34 Infero quarto demum, quòd ſententia, lata in cauſa ſtatus, non facit ius, ideſt, non præiudicat eis, qui habent ius æque principale, etiamſi ſit lata cum legitimo contradictore, & ideo ſunt citandi, Vinc. de Franc. deciſ.523.prolata. num.10.& ſeqq. & deciſ. 524. in præcedenti. num. 1. & ſequor in futura impreſſione dicta gl.5.ſub num.140.

35 Hinc valdè dubito, an verum ſit, quod ſcribit ſimpliciter Alex.in l. 63. ſæpe. num. 63.ff. de re iud. dicens cum Bal.quòd ſi pronuncietur, aliquem eſſe tutorem, illa pronunciatio facit ius quoad omnes: ego enim admitto, quòd dum iudex ſuper tutela interponit decretum, & pronunciat, aliquem eſſe tutorem, illa pronũciatio facit ius quoad omnes; ſed quando oritur poſtea lis de validitate illius tutelæ, & illam non eſſe validam, æque, & principaliter intereſt duorum habentium etiam cauſam ſeparatam, ego dubito de dicto Alexandri.

36 Infero quinto, quòd licet aliquis hodie vendat vni vnum prædium, & pro cautela eidem emptori obliget omnia ſua bona pro euictione in forma, & cras vendat alicui alteri vnum aliud prædium cum ſimili obligatione, & poſtea is, qui fuit primus emptor, & conſequẽter anteriorem habet hypothecam, patiatur euictionẽ prædij empti, & propterea agat contra ſecundum emptorem, poſſidentem aliud prædium, ſeu contra alium tertium illius prædij poſſeſſorem, habentem cauſam ab ipſo ſecundo emptore; tamen huic ſecundo emptori, & multò minus alteri tertio poſſeſſori non præiudicabit ſententia euictionis, quã paſſus eſt primus emptor, etiam ſi iſte primus emptor notificauerit litem venditori, ita vt venditor, à quo ſecundus emptor habet cauſam prędij empti, & obligati primo emptori in generali bonorum obligatione, nihil poſſit obijcere de iniuſtitia illius ſententiæ, ex quò lis fuit ſibi notificata: imò illa ſententia non nocebit huic ſecundo emptori, etiamſi ante ſecutam euictionẽ deceſſerit venditor ſine hęrede, & propterea primus emptor litem, ſibi motam, notificauerit hæreditati iacenti, & vlterius ipſi ſecundo emptori, & ita iudicaui, vt in mea deciſ..... lun.29. nouembris 1621. & pro clara huius illationis praxi, & intelligentia; & ad oſtendendã eius veritatem, diſtinguo duos caſus, ex quibus emanabunt rationes, quibus hæc illatio fulcitur.

37 Primus caſus eſt, quando emptor litem, ſibi motam, notificauit venditori iuxta ea, quæ de hac notificatione facienda in diuerſis caſibus ſcripſi ſupra lib.1.cap.30. num.7. 11. & ſeqq. præſertim in alia futura impreſſione, & latius in dicta mea deciſ......num.. & ſeqq. & facta notificatione, & ſequuta euictione, vult agere contra venditorem: & iſto caſu concludo, quòd, agendo actione perſonali, & via ordinaria, quia forſan euictio ſibi non eſt promiſſa per ſcripturam exequibilem, dabit libellum, in quo narrabit omnia, & concludendo petet, venditorem condemnari ad reſtitutionem pretij, & in termino probatorio producet inſtrumentum vẽditionis, & ſententiæ euictionis, quia ex ea probabit eueniſſe caſum reſtitutionis pretij; ex qua probatione iudex cõtra venditorem

38 proferet ſententiam.† Quod ſi emptor emerit per inſtrumentum publicũ, ſeu aliam ſcripturam exequibilẽ, & in ea aderit promiſſio de euictione, vt fit communiter, tunc emptor, ſi ageret Romę, & executiuè, citaret venditorem ad dicendum contra iura producta, & repetita iuxta ſtylum tribunalis, in quo ageret, & iudex, viſis illis inſtrumentis, & ſententia euictionis, decerneret mandatum executiuum pro liquidis: & in Curia Florentina poſſet facere grauamentum, tactum, ſeu tenutam, vt dixi ſupra quæſt. 10. num. 6. & ſeqq. verſ. contrarium. & ſic illa ſententia, quæ fuerit lata cum emptore, nocebit ipſi emptori, & nocebit venditori, quia probabit plene caſum euictionis contra venditorem, & eidem, quia fuit ei facta denunciatio, prę- cludet viam dicendi tunc de iniuſtitia illius ſententiæ; & hæc quando emptor litem

39 ſibi motam notificauit. † Si verò eam non notificauit; tunc illa ſententia probabit quidem, euictionem eſſe ſecutam, & quoad hanc probationem nocebit venditori, ſed non probabit, euictionem fuiſſe iuſte ſecutam, & conſequenter, niſi emptor doceat de iuſtitia euictionis in illomet iudicio cum venditore, non poteſt obtinere contra venditorem, quia illa ſententia, niſi iuſtificetur, non præiudicat venditori; cum autem fuerit iuſtificata, venditor tenebitur de euictione, non obſtante, quòd ſibi lis non fuerit notificata, quia ex illa iuſtificatione reſultat, quòd venditoris non intereſt, ſibi non fuiſſe factam notificationem, cum, etiam ea facta, ſecu-

ta

ia fuiſſet euictio,&exceptio,tua non intereſt, repellit excipientem, vti calumnioſum; & quòd emptor debeat iſto caſu docere de iuſtitia euictionis, ſcribunt, citatis multis, Caball. tract. de euict. §. 3. num. 73. & 74. limit. 3. fol. 86. & §. 5. num. 18. fol. 94. & in addit. ad dictū §. 3. verſ. euincentis. fol. 100. in fine, & Surd. deciſ. 22. deduxit. num. 8. & 9. & poſſet emptor de hac iuſtitia euictionis docere in eodem iudicio executiuo, dummodo negocium principale non ſit probandum
40 per teſtes. † Si autem emptor vellet agere actione hypothecaria contra bona eiuſdem venditoris, ſeruabit ſubſtantialia requiſita in iudicio hypothecario.

41 Secundus caſus (& hic eſt caſus noſtræ illationis) eſt, quando primus emptor, ſeu quiuis creditor vult agere contra ſecundum emptorem, ſeu tertium poſſeſſorem; & iſto caſu facio plures concluſiones.

Prima concluſio eſt, quòd is non poteſt agere actione perſonali, ſed ſolum actione hypothecaria: & hæc nullam habet difficultatem, quia tertius poſſeſſor nihil promiſit emptori, & ad aliquid ei ſe non obligauit.

42 Secunda concluſio eſt, quod propterea non poteſt agere executiue, etiam ſi ageret in Curia Florentina, quia etſi poſſet executiuè contra eum facere tenutam, tamen ſecuta cōtradictione in præcepto de diſgombrando, illa tenuta euaneſcit, niſi fuerit per iudicem confirmata, & in confirmationis iudicio proceditur via ordinaria, vt dixi ſup. quæſt. 10. num. 8. & ſub nu. 10. verſus finem.

43 Tertia concluſio eſt, quòd primus emptor, ſeu alias creditor non dicitur probare ſuam intentionem, eo quia producat ſententiam euictionis; ſed debet probare, eam fuiſſe iuſte latam, quia ſi hanc iuſtitiam debet probare, agendo contra venditorem, quando ei litem non denunciauit, vt dixi hic ſupra num. 39. multò magis eam debet probare, agendo contra tertium, qui, etiam ſi ei litem notificaſſet, non tenebatur eam ſuſcipere, neque illum defendere, cum ipſe non promiſerit ei de euictione, neque cauſam habeat ab ipſo tertio; quare multò minus poſſet obtinere, ſi iſte tertius doceret de iniuſtitia euictionis, vt erat in caſu dictæ noſtræ deciſionis: & quidem tertius moleſtatus poteſt docere de iniuſtitia ſententię, etiam ſi debitor principalis, à quo ipſe tertius habet cauſam, fuiſſet condemnatus in actione perſonali per rem iudicatam, & ideo de iniuſtitia dicere non poſſet, quia nihilominus ſi creditor pro toto credito, ſeu pro illius reſiduo, quod à principali debitore conſequi non potuiſſet, ageret hypothecaria contra tertiū poſſeſſorem, poſſet iſte poſſeſſor docere, creditū contentū in ſententia, non eſſe verum, ſeu aliter non deberi, Vinc. de Franc. deciſ. 524. in præcedenti. par. 1. nam tertius pro ſuo intereſſe poteſt allegare, & probare omnia, quæ omiſit allegare, & probare principalis, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 4. ſub num. 50. quia alias tertius, qui pro ſuo intereſſe admittitur ad appellandum à ſententia lata contra alium, vt dixi in locis citatis infra hoc eod. nu. in fine, fruſtra admitteretur; & licet actor nō ſoleat admitti ad dandum de iure tertij, per ea, quæ dixi lib. proxime præceden. cap. 7. num. 405. & ſeqq. tamen reus admittitur, vt dixi eod. cap. 7. num. 423. & ſeqq. & ſi poteſt ita ſe defendere, appellando à ſententia, lata contra alium, multo magis poterit ita ſe defendere, quando moleſtabitur ipſe, quia tunc dicitur magis prouocatus ad ſui defenſionem: imò ſententia lata contra auctorem non nocet ſingulari ſucceſſori, non citato, niſi cum hac diſtinctione. Aut qui ſucceſſit, & habuit cauſā à venditore, ſucceſſit poſt motam litem ſuper re vendita contra venditorem, & tunc ſententia nocet etiam ſingulari ſucceſſori, Surd. conſ. 189. quamuis nu. 8. & num. 45. in fine, & ſub num. 46. lib. 2. & ſcripſi ſupra num. 28. & infra, num. 111. & 112. Aut ſucceſſit non ſolum ante ſententiam, ſed etiam ante motam litem, & rurſum diſtinguo; vel ſciuit cauſam agitari; & tunc nocet, vt ſecutus ſum ſup. n. 27. & qualis requiratur ſcientia, vide Surd. dicto conſ. 189. num. 49. & dixi aliquid ſupra num. 26. vel ignorauit; & tunc firmo concluſionem; quòd non nocet, non ſolum in actione perſonali, vt loquitur Bar. in l. ita ſuperatus. ff. de pign. ſed neque in actione reali, Surd. dicto conſ. 189. num. 46.

Ratio, quare ſententia non noceat ſecundo empori, ſeu tertio poſſeſſori, etiamſi in ea ſententia declararetur, omnia bona venditoris, poſſeſſa à tertijs poſſeſſoribus, eſſe primo emptoti, ſeu creditori obligata, eſt, quia ſententia lata cum vno, non præiudicat alteri, habenti ius ęquale, per ea, quæ dixi ſupra num. 30. in ampliatione; ſed tertius poſſeſſor in re, quā poſſidet, eſt ęqualis cōpetitor, & ideo dicitur in ea habere ius æquale.

Sub-

Subinfero ex dictis in fine huius illationis in tertia concluſione, quòd ſententia, lata in actione perſonali contra auctorem, non poteſt exequi contra illius ſucceſſorem ſingularem, non citatum, per ea, quæ dixi ſupra hoc eod.num.& infra num.113.

Et aduerte, quòd quamuis ſententia in prędictis caſibus faceret plenũ prȩiudicium ſucceſſori ſingulari, tamen ipſe poteſt appellare, vt ſcripſi cap. ſeq. q. 5. num. 59. ſed de hoc articulo, an, & quando tertius poſſit appellare, vide dicta q. 5. num. 36. & q. 12. num. 154. & q. 17. limit. 6. memb. 4. num. 42. & ſeqq. & infra hac ead. quæſt. num. 83. 84. 93. & 101.

44 Subamplia eandem tertiam ampliationem poſitam ſupra nu. 30. vt procedat etiam ſi iſte, habens ius æquale, ſciuerit, cauſam agi, quia nihilominus ſententia, cum altero lata, ſibi non præiudicabit, l. 63. ſæpè. ff. de re iudic. Couar. pract. qq. cap. 13. num. 7. verſ. his igitur. Oſaſch. deciſ. 156. dominus. num. 17. & Peregr. dicto art. 53. num. 40. in fine.

45 Declata eandem ampliationem, vt procedat in terminis, in quibus loquitur, videlicet, quando habent ius æquale, ſecus ſi inęquale, vt puta quia vnus ſit inſtitutus pure, & alius ſub conditione, prout declarat Alex. quem videas in dicta l. ſæpè. num. 15. verſ. item in quantum.

46 Amplia quarto, vt iudicium, agitatum ſuper iure meo per conſanguineum meum, mihi non noceat, & ideo geſta ab eo, non valent, niſi ſequatur mea ratihabitio, quapropter oportet, quòd coniunctus, volens agere pro coniuncto caueat de rato, & tunc adhuc non admittitur, tanquam procurator, ſed ipſe remanet obligatus ad ratihabitionem, Abb. in cap. 25. quamuis. num. 5. & Felyn. ſub num. 2. verſ. ad quintam quæſtionem. de ſent. & re iudic. & loquendo tam de coniuncto, quàm de amico, latius ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 101. num. 48. & ſeq. vbi videas.

47 Amplia quinto, vt habeat locum quando ſententia eſt lata in contumaciam, quia tunc eò minus præiudicat alteri, præſumitur enim potius lata propter contumaciam, quàm propter iuſtitiam, latè Felyn. in cap. 18. cum bertoldus. num. 20. de ſent. & re iud. & faciunt quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 93. num. 1. & cap. 97. ſub num. 126. verſ. tertio ex eo. & verſ. ſeq. & verſ. non obſtat tertium. vbi citauimus eundem Felyn. vbi ſupra.

48 Sed ad huius ampliationis declarationem vide limitationes, poſitas ab eodem Felyn. in loco citato, & quæ ſcripſimus nos ſub dicto num. 126. verſ. non obſtat tertium. & vide infra num. 76. & 124.

49 Amplia ſexto, vt regula, res inter alios acta &c. procedat non ſolum in iudicialibus, vt huſque locuti ſumus, ſed etiam in extraiudicialibus; imò in eis multò magis, vt ſequentibus oſtendam illationibus.

Infero primo, quòd licet qui emerit cenſum redimibilem, ſeu loca montium, obliget poſtea ſuo creditori omnia ſua bona generaliter; imò ſpecialiter dictum cenſum, & loca montium; tamẽ illa obligatio non prȩiudicat debitori cenſus, & locorum mõtiũ, quin poſſint quandocunque ad eorum libitum, ſoluendo eidem emptori pretium, redimere cenſum, & loca montium; & conſecutiue deſtruere obligationem, & hypothecam conſtitutam ad fauorem creditoris; operabitur tamen iſta hypotheca, vt emptor cenſus non poſſit illum alteri cedere in prȩiudicium primi creditoris.

50 Infero ſecundo in caſu alicuius difficultatis, quòd ſi quis communis rei partem pro indiuiſo dederit hypothecę, diuiſione facta cum ſocio, non vtique eam partem creditori obligatam eſſe, quæ ei obtingit, qui pignori dedit, ſed vtriuſque partis pro indiuiſo pro parte dimidia manebit obligata, l. 17. ſi conſenſit. §. vlt. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. & l. 6. ſi quis putans. §. ſi fundus communis. ff. de com. diuid. Neguſ. tract. de pign. in tertio memb. 2. par. nu. 43. tom. 6. par. 1. fol. 200.

Ratio eſt, quia cum creditor acquiſiuerit hypothecam pro indiuiſo, & in communi pro media parte quando ſocij erant in communi; diuiſio poſtea facta inter ſocios ſine creditore, non debet creditori præiudicare; alias poſſent ſocij in fraudem creditoris diuidere: vnde errant hi, qui ex citatis iuribus credunt colligi, ius hypothecæ eſſe indiuiduum; hoc enim eſt falſum, quia hypotheca poteſt diuidi, ſed requiritur, quòd diuiſio fiat interuenientibus ijs, qui in ea habent intereſſe.

51 Infero tertio, quòd pactum, quo emptor, & venditor conueniunt, vt venditor remaneat obligatus ad ſoluẽdum publicas penſitationes fundi venditi, eſt illicitum quoad fiſcum, cui debentur publicæ penſitationes,

quia

quia fiſcus habet ius pro illis penſitationibus cõtra poſſeſſorẽ,& ideo res acta inter emptorẽ, & venditorẽ,non debet fiſco prçiudicare, ſed quoad eos illud pactũ remanet licitum,& ideo emptor cũ ſoluerit illas publicas pẽſitationes, poterit actione ex empto, vel præſcriptis verbis agere, & repetere à venditore, l. vlt. & ibi Gl. in verbo,retinere. C. ſine cenſ. vel reliqu. &c.

Amplia ſeptimo, vt procedat, etiam in delictis connexis correlatiue,quia ſententia lata contra vnum, non nocet alteri, Gomez. var. reſolut.tit. de delict.num.89. in fine, verſ. ſententia. & ſecutus ſum etiam infra num.109.& maxime in crimine adulterij, vt dixi ibidem.

Subamplia hanc ampliationem, vt maxime procedat in delictis non connexis, Gomez. dicto tit. de delict.num.88.

52 Amplia octauo,cõuertẽdo regulã,vt ſicut res,inter alios acta,alijs nõ debet nocere;ita è conuerſo non debet prodeſſe, vt ſeruemus aliam regulam æqualitatis, vt qui non vult ſentire incommodum, non ſentiat commodum; hanc ampliationem ponunt Abb. in dicto cap. quamuis. q.4. num.4.in fine, de ſent.& re iud.& Surd. deciſ.209.in quodam. num.9. & eſſe veritatem, & magis communẽ opin. quòd nec abſolutoria, lata pro vno, prodeſt alteri, nec cõdemnatoria lata contra vnum,nocet alteri, etiam in connexis, teſtatur, & ſequitur Alex. in l.63. ſæpe. num.36. verſ. an autem. in fine, ff. de re iudic.

53 Non obſtat,quòd Ang. & Guid. Pap.in locis à me citatis cap.ſeq. q. 12. num. 77.& q.17. limit. 6.memb.4.ſub num.114. not.3. dicant, quòd regulariter victoria vnius prodeſt etiam alijs, hancque regulam ponant etiam in cauſis criminalibus, ex quò in eis proceditur ad inſtar ciuilium; & hanc eſſe communem opin. admittat Auguſt. ad Ang. in loco à me citato ſub dicto nu.114.not.3.

54 Quia reſp. tripliciter. Primo, magis communem opinionem eſſe in contrarium, vt ex Alex.retuli in hac ampliatione. Secundo reſpondeo,quòd Auguſt. in eod. loco à me citato,dubitat de iſta communi opin.dicens, quòd ſi ſunt plures condemnati de homicidio, & vnus eorum appellat, poteſt fieri

55 executio contra alios. † Tertio reſp. quòd iſta regula, ſeu communis opinio, de qua Ang. Guid. Pap. & Auguſt. tot habet fallentias, vt ſaluetur ſolum in vno caſu, qui eſt, quando omnium reorum eadem eſt defenſio,vt per contrarium ſenſum colligitur ex tertia fallẽtia, quã ponunt Ang.&Guid.Pap. vbi ſupra; in cęteris verò caſibus, qui ſunt quatuor,victoria vnius non prodeſt alijs: ergo regula ſumenda eſt ex plurirate caſuum, & non ex vnico caſu: vltra quod dico, quòd rarò dabitur iſte caſus, pręſertim in cauſis capitalibus, vt ſit omnium eadem omnino defenſio.

56 Infero primo confirmando hanc ampliationem, quòd licet accuſatus de homicidio, & falſis teſtibus conuictus, vel tormentorum cruciatu, & dolore confeſſus falsò, fuerit condemnatus ad mortem, & condemnatio executioni demandata; tamen, ſi poſtea detegatur quis fuerit homicida, iſte homicida detectus erit puniendus, & ſibi non proderit condemnatio,& executio, facta cõtra alium, quia geſta cum alio ſibi non proſunt, Abb. in cap. 25. quamuis. num. 6. quæſt. 7. de ſent.& re iud.Alex.in l.63. ſæpe.ſub num.35. verſ. etiam iuxta hoc. ff.de ſent. & re iud. & Gomez.var.reſolut.de delict. in fine, ſub nu. 90. in quarta concluſione, & probatur ex l. 21. qui ſeruum.ff. de inter act. vbi licet quis confeſſus ſit, ſe occidiſſe ſeruum, tamen hæc confeſſio non liberat eum qui occidit.

57 Infero ſecundo, quòd ſententia abſolutoria, lata in fauorem inquiſiti de delicto, vti mandatarij, non prodeſt inquiſito, vti mandanti fieri delictum, Bar. in l. 17 denunciaſſe. §. ſi eo tempore. num. 2. ff. ad l. iul. de adult.& Alex.in dicta l.ſępe. nu. 43. verſ. & per pręd icta. & quod ſententia abſolutoria, lata pro vno ſocio criminis, non proſit alteri, etiam ſi ſint delicta connexa, in quibus requiratur neceſſariò ſocius eiuſdem criminis,præterquam in ſententia abſolutoria, lata in crimine adulterij cum muliere nupta, ſcribit Bar. in dicta l. denunciaſſe. §.quæritur.in fine,& §. ſi eo tempore. verſus finẽ,& notaui lib. proxime præced. cap. 11. ſub nu.215.& hanc illationem ſequitur Gomez.var.reſolut.tit.de delict.ſub num. 88. in ſecunda concluſ.& dixi infra nu.109.in fine.

58 Infero tertio,quòd quietatio paternæ hęreditatis, facta per ſororem vni ex fratribus, non prodeſt alijs, & propterea poteſt ſoror, ea non obſtante, petere ab alijs ſuam portionem, ſicut etiam renunciatio prodeſt ſolum ei, cui eſt facta, & non alijs, Surd. deciſ. 209. in quodam. ſub num.9. & 10.quia renũciatio nõ inducitur,niſi in expreſſis, cum ſit ſtricti iuris, Rot.diuerſ.deciſ.115.ſub n.9.

& non cenſetur facta ex aliquo actu, niſi ex illo inferatur per neceſſe, ead. Rot. deciſ. 471. num. 5. & debet ſumi omnis interpretatio ad excludendum iuris proprij renunciationem, ead. Rot. deciſ. 636. num. 6. par. 1. & ideo debet intelligi, vt quominus fieri poteſt dicatur renunciatum, ead. Rot. deciſ. 782. nu. 4. & 5. par. 2. in hac vlt. & recent. recoll. de anno 1618. & ſecutus ſum lib. proxime præced. cap. 5. ſub num. 163. vbi cumulaui alia quędam.

59 Reſtringe primo eandem octauam ampliationem, vt non procedat, quando illud idem ius eſt notorie in alijs, quia tunc ſententia, lata pro agente, prodeſt omnibus, quorum intereſt, quamuis in iudicio non fuerint, & quamuis agens, pro quo eſt lata, ſit talis, vt eius non interſit, caſus eſt ſingularis in l. 6. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoff. teſtam. vbi habetur, quod ſi lata, ſit ſententia de inofficioſo teſtamento ad inſtantiam eius, qui ab inteſtato non ſuccedit, illa ſententia reſciſſoria proderit his, qui habent ſucceſſionem ab inteſtato, & notant ſingulariter Innoc. in cap. 4. in noſtra, num. 8. verſus finem, verſ. ſi vero aliqui. de procur. & Alex. in l. 63. ſæpe, num. 31. ff. de re iudic.

60 Infero ex hac reſtrictione, quòd ſi ad inſtantiam vnius ex creditoribus ſit facta excuſſio de bonis debitoris cõtra vnum tertium poſſeſſorem, & iudex pronunciauerit, debitorem non eſſe ſoluendo, pronunciatio iſta proderit etiam alijs creditoribus, agentibus contra alios tertios poſſeſſores, ne teneãtur excutere bona debitoris, quia notorium eſt ex eodem iure, debitorem non eſſe ſoluendo, Bal. in auth. hoc ita. in fine, num. 5. verſ. quęrit etiam. C. de pign. & hypot. Neguſ. tract. de pign. in 1. memb. 8. partis, num. 38. tom. 6. par. 1. fol. 254. & Flam. Cart. deciſ. 45. hieronimus ferræ. n. 4. & ſeqq.

61 Reſtringe ſecundo in caſibus ſequentium limitationum, & præſertim in caſibus illationum ſumptarum ex ſecunda limitatione, num. 103. & ſeqq.

62 Reſtringe tertio, vt quamuis vires rei, inter alios actæ, non ſe extendant ad nocendum, vel iuuãdum alios, vt dixi in ampliatione, tamen ſi extendi poſſent, extenderentur potius ad iuuãdum, quàm ad nocendum, vt ſcripſi, & oſtendi lib. proxime præcedenti, cap. 11. num. 215.

63 Et hæc ſufficiant de ampliationibus.

Limita primo nunc eãdem concluſionem, & regulam, poſitam ſupra ſub num. 1. vt non procedat quando ſententia eſt lata cum legitimo contradictore, ideſt, cũ eo, cuius principaliter intereſt, & à quo alij ius habent conſecutiuũ, quia tunc illa ſententia facit ius quoad omnes, etiã non interuenientes, & non citatos, per ea, quæ cumulatiſſime ſcribit Tiraq. in tract. res inter alios acta, &c. in 1. limit. verſ. ſed hæc multis. & verſ. ſeqq. & ſcribit breuiter Peregr. tract. de fideicom. art. 53. n. 44. in quarta concluſione, vbi eam ponit in ſeqq. illationibus, ex quibus clarius patebit, & pro hac ead. limit. faciunt allegata per Surd. deciſ. 256. in quodã. nu. 1. 2. & 3.

64 Infero primo, confirmando hanc limitationem, quòd ſi mulier poſt diuortium, infra 30. dies denunciauerit marito, ſe eſſe ex eo prægnantem, marituſque id negauerit, & iudex, cauſa plene cognita, & diſcuſſa, pronunciauerit, eſſe filium mariti, illa ſententia faciet ius non ſolum quoad maritum, ſed etiam quoad omnes, & ſic ille erit conſanguineus fratribus quoad ius filiationis, & erit legitimus quoad omnes, quia cauſa eſt peracta cum legitimo contradictore, à quo alij habent ius conſecutiuum, l. 1. §. fin. & l. 2. & 3. ff. de liber. agnoſc. Couat. pract. qq. cap. 13. ſub num. 5. verſ. ſecundo prænotandum. & ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. ſub num. 138.

Infero ſecundo, quòd ſententia, lata cum eo, qui ſe facit verum dominum ſerui, & cum eo, qui ſe facit verum patronum liberti, alio æque legitimo contradictore non exiſtente, facit ius quoad omnes alios, cum omnium ius pendeat, & deducatur ex iure illius domini, ſeu patroni, l. 25. ingenuum. ff. de ſtat. homin. & l. 27. diui fratres. §. 1. & ibi Gl. in verbo, neque hæres. ff. de liber. cauſ. & ſcripſi dicta gl. 5. num. 139.

65 Infero tertio, quòd ſententia, lata ſuper ignobilitate patris, loquendo de ignobilitate ſanguinis, & originis, præiudicat filio, quia impoſſibile eſt, patrem eſſe ignobilem, & filiũ nobilem, vt oſtendit Io. Arz. de nobilit. hiſpan. in 2. par. 3. par. princip. cap. 8. num. 1. & ſeqq. tom. 16. fol. 242. vbi procedit, diſtinguendo, & in cap. ſeq. 9. tractat, an filius poſſit ſe opponere pro ſuo intereſſe in lite, quæ agitur cum patre ſuper nobilitate, vel ignobilitate; poteris tu eum, ſi placet, videre.

66 Contrarium tamen, quòd ſententia lata ſuper ignobilitate fratris, & probationes cõtra eam receptę, non noceant fratri, ſequitur Menoch.

Menoch. conſ.648. de prima . ſub num. 17. & 18. lib. 7.

67 Et quòd ſententia, qua quis eſt declaratus nobilis, vel ignobilis, faciat ius quoad omnes, ſentit Io.Fab.in §. prçiudiciales.num. 18.verſ. ſed quid in cauſa nobilitatis. Inſtit. de act. & ex eo ſequitur Tiraq. in tract. res inter alios acta, &c. limit. 18.

68 Ratio omnium eſt quia ſententia lata in cauſa ſtatus, regulariter facit ius quoad omnes, Alex.in l. 63. ſçpe.num.62.verſ.iuxta hoc. ff. de re iudic. & dicunt præfati, & communiter omnes, & ſcripſi, declarando, in meo tract.de commerc. §. 7. gl. 5. n.140.

Declara hanc tertiam illationem, & dicta in ea, vt procedant in nobilitate, & ignobilitate, impropriè ſumptis ſecudum communem, ſed erroneum vſum; non autem in ignobilitate, & nobilitate propriè ſumptis, nobilitas enim propriè ſumpta conſiſtit in propria virtute, vt hæc omnia late explicaui ſupra gl. 4. quæſt. 1. ſub num.53.verſ.quantum. & num. ſeqq. quia in hac nobilitate illatio, & dicta in ea non ſunt vera, cum nobilitas, & ignobilitas vnius non proſit, aut noceat alteri, per ea, quæ dixi ſub dicto num.53. verſ. quantum.

69 Infero quarto, quòd ſunt multç aliç ſententiæ, quç faciunt ius quoad omnes, & vbique locorum, quas breuiter recenſet Bal. in l.25. ingenuum.ſub num. 1. & ſeqq. ff. de ſtat.homin. & de quibus ſcribunt Alex. in l. 63. ſæpè. ff.de re iudic. & Canoniſtç in cap. 25.quamuis.de ſent. & re iud. & eas Bal.vbi ſupra num.2. compendiosè reducit ad tria, quç nos habemus, videlicet, vitam, libertatem, & ciuitatem.

70 Infero quinto, quòd ſententia, lata contra debitorem principalem, nocet eius fideiuſſori, etiam non citato, ſi eſt fideiuſsor datus in iudicio de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, Bar.in l.1.n.1. & ſub n.2.ibi, quid dicemus.ff.iudic. ſolu. Alex. in dicta l. ſæpè. num. 16. verſus finem, verſ. ſed ang. Rip. in l.2.iſ apud.num.34.C.de eden.Ferd.Loazes in l. filiusfam. §. diui. ſub nu.128. verſ. ad vnum tamen. ibi, ſecus tamen ſi prçiudicium. ff. de leg. 1. fol. 221. inter Repeten. Natt. conſ. 345. conſtantinus. ſub num. 2. ibi, niſi eſſet talis fideiuſſor.lib.2. Tiraq.in tract. res inter alios acta,&c. limit. 1. verſus finem, verſ. & id quidem. ibi, ex quo infert quod ſententia. Vrſil. in annot. ad Affl. deciſ. 182. quia regia. num.2.& Aſin.in prax. iudicior. §. 31. in ampliatione ampliationis 22. ſub num. 9. & 10. fol. 174. & ita ex his, & alijs ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit.6. memb. 4. num.112.& quod ſententia lata contra principalem debitorem, vel pro principali debitore, noceat, & proſit fideiuſſori, ſcribit indiſtinctè, & multis probat argumentis Menoch. conſ. 795. propoſitis. ſub num. 22. in 6. argumento, & ſeqq. lib.8.

Ratio huius illationis eſt eadem cum alijs duabus ſeqq. infra num. ſeq. & num.73.

71 Extende hanc illationem, vt ſententia lata contra debitorem principalem, in tantum prçiudicet fideiuſſori de iudicatum ſoluendo, vt contra eum poſſit ex illa ſententia procedi executiue ſine nouo proceſſu; nam ita loquuntur Doct. citati in illatione, & late Io.Bapt.Lader.conſ.69.& ſi non multum. ſub num.1. & ſeqq.lib.1.

Ratio eſt, quia ſi requireretur nouus proceſſus, poſſet dari proceſſus in infinitum, ſecundum conſiderationem, quam facit Bar. in dicta l.1.num.2.

72 Subextende, declarando hanc extenſionem, vt proceſſus executiuus conſiſtat in hoc, quòd poſſit procedi ad executionem contra fideiuſſorem ſine citatione, ideſt, eo aliter non citato, & ita videtur ſentire aperte Rip. in loco ſupra proxime citato, & ſcripſi dicto memb. 4. ſub num. 112. verſ. quare poterit. & verſ. ſeq. vbi videas; & ideo in praxi in eodem mandato, quod datur contra debitorem principalem, continetur etiam fideiuſſor, vt creditor poſſit exequi contra vtrumque, & ita ſeruatur.

73 Ratio omnium eſt, quia fideiuſſor iam eſt certus de lite, cum fideiubeat poſt litem conteſtatam, vt conſiderat Ferdin. Loazes in loco ſupra proximè citato; & ideo debet liti aſſiſtere, ſi vult, cum ſciat tractari de re, cuius ſolutio in illo iudicio ſpectat ad ſe.

74 Reſtringe eandem illationem, vt procedat in terminis, in quibus loquitur, nempe in fideiuſſore iudicatum ſolui: ſecus namque eſt in fideiuſſore contractus, quia ſententia, lata contra debitorem principalem, non poteſt exequi contra hunc fideiuſſorem ſine nouo proceſſu, & noua ſententia, cum illa ſententia ei nõ noceat, Bar. Papienſ. Natt. & Tiraq. in locis ſupra proxime citatis, & ex his, & alijs, teſtantibus de communi opinione ſecutus ſum dicta limit.6.memb. 4. num. 113.

75 Cçterum in cauſis criminalibus ſententiam

tiam, etiam contumacialẽ, latam contra delinquentem, ideoque debitorem principalem, plenè probare, & præiudicare fideiuſſori, quando delinquens condemnatus habet modum releuandi fideiuſſorem à ſolutione pœnæ, quia tunc ceſſat præiudicium fideiuſſoris, ſcribit Proſp. Farin. in qq. crimin. tit. de var. ac diuerſ. cri. q. 107. limit. 2. n. 110. Et quicquid ſit de hoc in puncto iuris, ſtat. Vrb. lib. 2. cap. 25. in fine diſponit, quòd ſententia lata contra fractorem pacis, indiſtinctè noceat fideiuſſori, & hoc generalius procedit, attenta bulla Pij. IV. in ordine 128. fol. 870. par. 1. Bullarij, vide Farin. dicta q. 107. num. 111. & 113. vbi quòd præfata bulla, ſeu motus proprius habet locum non ſolum in fideiuſſore pacis, ſed etiam in fideiuſſore de non offendendo; & hæc ſententia contumacialis, lata contra delinquentem, nocet fideiuſſori, non ſolum ſi delinquens ſit contumax verus, ſed etiam ſi ſit contumax fictus, & an habeat locum non ſolum quando agitur de pœna conuentionali, applicanda fiſco, ſed etiam quando agitur de applicanda parti, vide Farin. dicta q. 107. num. 112. 114. & ſeqq. & retuli hęc eadẽ lib. proxime pręced. cap. 11. ſub n. 219.

76 Non obſtat, quòd infra nu. 124. ſublimit. 3. dixerim, quòd ſententia, quæ de ſui natura eſſet nocibilis etiã alijs, nõ noceat, ſi ſit lata in contumaciã, prout dixi etiam ſupra n. 47. quia reſp. id eſſe verum, quando lex, ſtatutum, bulla, ſeu motusproprius conſiderat veritatem facti, & conſequenter iuſtitiam, & ita procedit illa ſublimitatio; ſecus eſt, quando conſiderat ſolum actum ſententię, vt puta, ſi diſponat, quòd pater teneatur pro cõdemnatione facta contra filium, quia tunc ſententia, lata contra filium, quamuis ſit contumacialis, nocet patri, Alex. in l. 63. ſæpe. nu. 80. verſ. item ſecundo limita. ff. de re iud. & ita interpretamur dictum ſtatutum, & motum proprium, vide etiã infra n. 118. illat. 4.

77 Infero ſexto, quòd ſententia lata contra hæredem, nocet fideicommiſſario etiã ignoranti litẽ, & nõ citato, vt ex Ang. Imol. Raph. & alijs ſequitur, & teſtatur eſſe communem opin. Rip. in l. 117. filiusfam. §. diui. ſub num. 60. & teſtatur etiam ibidem Ferdin. Loazes ſub n. 126. iuncto n. 125. verſ. venio nunc ad quæſtionem. fol. 221. ff. de leg. 1. inter Repet. & ex eis ſequitur Couar. pract. qq. cap. 13. ſub n. 6. verſ. tertio hoc in tractatu. ibi, & ideo ex aduerſo. vbi in fine ait, quòd ſibi magis placet hæc opinio, & quòd eam exiſtimat eſſe magis cõmunem, & hanc opin. ſecutus eſt Felyn. in cap. 25. quamuis. nu. 16. verſ. ſi fertur ſententia. de ſent. & re iudic. & videtur inter dentes tenuiſſe Alex. in dicta l. ſæpe. ſub n. 15. verſ. item in quantum. ibi, & ſimiliter ſententia lata contra hæredem. & ſub nu. 16. ibi, ſed certè cõtrariũ. ff. de re iudic. & cũ ea videtur trãſire Tiraq. in tract. res inter alios acta. in 1. limit. verſ. ſed hæc multis. & verſ. & id quidem vſque. eãdem opinionem abſolute accepit Pereg. tract. de fideicom. art. 53. ſub n. 52. verſ. ſed quod his. & num. 53.

78 Confirmatur primo hæc illatio ex l. 8. papinianus. §. vlt. ſi ex cauſa. & l. 29. ſi ſuſpecta. ff. de inoffic. teſtam. l. 3. ſi ſuperatus. ff. de pign. & hypoth. l. 53. ſi ſeruus plurium. §. 1. ff. de leg. 1. l. 55. ſi patronus. §. fin. ff. ad ſenatuſc. trebell. ex quibus ll. Doct. communiter videntur colligere, quòd ſententia, lata contra hæredem, ſeu contra teſtamentum, noceat etiam legatarijs.

79 Confirmatur ſecundo ex l. 1. §. denunciari. ff. de ventr. inſpic. vbi denunciatio ventris fieri debet his, quos prima ſpes ſucceſſionis contingit; vt puta, primo gradu hæredi inſtituto, non etiam ſubſtituto.

80 Confirmatur tertio ex l. 44. ex contractu. ff. de re iudic. vbi ſententia, lata contra pupillum, qui poſtea abſtinuit ab hæreditate paterna, nocet, & habet executionem contra ſubſtitutum.

81 Contrariam opin. aduerſus hanc illationẽ tenuerunt, firmantes, ſententiã, latam contra hęredem, non nocere fideicommiſſario, non citato ſaltem per proclama, Alex. in l. 47. de vnoquoque. ſub n. 17. ver. item fallit. ff. de re iudic. dicens, quòd licet ſententia, lata contra hęredem, ſit valida, quamuis non fuerit citatus fideicommiſſarius, tamen non præiudicat fideicommiſſario, niſi fuerit citatus ſaltem per proclama, Socc. Iun. conſ. 181. de duobus. n. 89. & 97. lib. 2. Put. deciſ. 91. die 23. ſub n. 1. & 2. lib. 3. Achil. de Graſs. deciſ. 3. alias 215. n. 1. & ſeqq. de ſent. & re iudic. Seraph. deciſ. 1241. cũ in hoc. nu. 1. & deciſ. 1314. domini cẽſuerunt. n. 1. & 2. Oſaſch. deciſ. 156. dominus. n. 8. & 14. Gabr. conſ. 42. laudũ. n. 4. & ſeqq. lib. 1. Vincen. de Franch. deciſ. 523. num. 14. Peguer. deciſ. 119. n. 1. & ita fuiſſe iudicatũ Florentię ſcribit Marzar. in epitom. fideicommiſ. par. 3. q. 72. verſ. ſed aduertendũ. & ab hac opinione non eſt auſus diſcrepare Bar. in dicto §. diui. num. 9. licet titu-

titubãter, ſub verbo, forſan:nã dat ibi hæredi, cui prohibita eſt alienatio contemplatione certæ perſonæ, remedium, vt faciat, ab aliquo amico moueri ſibi litẽ euictionis, & patiatur, fundum vendicari, & ſic ſuccumbat, quia talis ſententia præiudicabit illi, cuius contemplatione eſt prohibita alienatio, & conſequenter ex prohibitione alienationis inductũ eſt fideicõmiſſum, & poſtea ſubdit, quòd ſi detegeretur colluſio, illa ſententia euictionis non noceret illi fideicommiſſario; item, inquit, forſan non præiudicaret talis ſententia, niſi ille fuiſſet citatus, imò in hanc contrariam ſententiam videtur iuiſſe Ferdinan. Loazes, citatus à Couar. pro illatione; nam is cum late firmauerit illationem pro communi opin. deinde num. 128. dicit, eſſe aduertendum, quod licet non ſint citandi illi, quorum non intereſt principaliter, ſed ſecundario, tamen, inquit, ad minus debent citari per proclama, ad hoc, vt illis prçiudicetur; hancq. candẽ opin. tenent in effectu Io. Crot. in eod. §. diui. vbi cum num. 38. multipliciter firmet concluſionem cum illatione, quòd ſententia lata contra hæredem noceat ſubſtituto non citato, poſtea nu. 39. limit. 1. fol. 233. eam deſtruit, vt procedat, dummodo fuerit citatus, ſaltem per proclama, & latius ibidem Socc. Iun. qui ſimiliter cum ſub num. 132. verſ. ſed contrarium. &. num. ſeqq. teſtetur, illationem magis communiter teneri, & eam latiſſime comprobet, poſtea num. 137. limitat, vt ſupra, vt procedat reſpectu citationis particularis, quã ait nõ eſſe neceſſariam, ſed reſpectu citationis generalis per publicũ proclama ait eſſe citandum, & licet ipſe ibidem dubitet de hac limitatione, quia ſententia debeat nocere, vt in illatione, nullius generis citatione requiſita, tamen non debemus çſtimare, quòd per id, quod adducit dubitãdo, voluerit recedere ab eo, quod ſimpliciter firmauit, & ſic ſe ſtatim corrigere: etenim ſolemus aliquid firmare, quamuis apud nos remaneat aliqua dubitatio; idque eſt peculiare Mariani Socc. vt in eius commentarijs ſemper videatur remanere dubius, & ſine reſolutione.

82 In hac controuerſia pro eius clara, ampliori, & diſtincta reſolutione plures diſtinguo concluſiones.

Prima concluſio eſt, quòd licet in puncto iuris illatio ſit valde probabilis, & multas habeat auctoritates, & rationes; tamen com-munis, ſeu magis communis æſtimari debet hæc opinio contraria, quç tenet, quòd ſententia lata contra hçredem, nõ noceat fideicommiſſario, ſeu ſubſtituto, niſi is ſit citatus ſaltem per publicum proclama, emiſſum contra omnes ſua intereſſe putantes: nam hçc opinio non ſolum videtur in effectu magis communiter recepta à Doct. ſed Rota ſemper eam canonizauit, adeo quod temerarium videretur hodie ab ea recedere: vltra quòd eſt tutior, & hac ratione çquior; quia quòd agens contra hçredem, teneatur citare etiam fideicommiſſarium, qui ex illo iudicio lædi poteſt, non eſt agentis præiudicium, aut ſaltem eſt modicum; at præiudicium, quod ſentit fideicommiſſarius ex ſententia, lata contra hçredem, eſt magnum; & ideo in dubio tutius eſt ſequi opinionem, quæ excludit maius prçiudicium, vt diſcurrit etiam Gabr. dicto conſ. 42. num. 22. lib. 2.

83 Secunda concluſio eſt, quòd etſi hæc communis opinio velit, eſſe neceſſariam citationem, ſaltem per proclama, vt dixi; tamen hçc citatio generalis per proclama non auferet fideicommiſſario facultatem appellandi ab iſta ſententia quandocunque à die ſcientiæ, quamuis ab iſta facultate eſſet ex quauiſ cauſa excluſus hæres, contra quem lata eſt ſententia, Rip. in dicto §. diui. num. 62. Io. Crot. ſub num. 39. fallen. 2. Oſaſch. dicta deciſ. 156. dominus. num. 13. Gabr. dicto conſ. 42. num. 23. & conſequenter illa citatio per proclama operabitur, vt ſententia ita noceat fideicommiſſario, ſicut hçredi, reſeruata ſolum prçdicta differentia circa appellabilitatem.

84 Non obſtat, quòd Couar. pract. qq. cap. 15. ſub num. 3. & Peregr. tract. de fideicom. art. 53. ſub num. 56. verſ. ſed cum. ſcripſerint, legatarium, fideicommiſſarium, & ſubſtitutum non poſſe appellare à ſententa, à qna non poſſet appellare hæres condemnatus, cum ex propria natura cauſæ ſententia lata contra hæredem noceat etiam ipſis, quamuis ignorauerint cauſam, vt loquitur Couar. & quamuis ab hærede cauſam non habeant, vt loquitur Pereg.

Quia reſp. de Couarruuiæ, & Peregrini ſcriptis in hoc articulo non eſſe curandum, quia ipſi in ea ſunt opin. quòd ſententia, lata contra hçredem, noceat abſolutè fideicommiſſario, prout nocet ipſi hçredi, vt ex eis retuli ſupra num. 77. in illatione, & conſequenter, dum in hac ſunt opinione, ratio-

nabiliter tenent hanc aliam; verum ſicut illam opinionem improbauimus ſupra num. 81. ita nunc debemus improbare iſtam.

85 Tertia concluſio eſt, quòd ſententia, lata contra hæredem, præmiſſa etiam citatione generali per proclama contra omnes ſua intereſſe putantes, non nocet fideicommiſſario, qui tempore illius citationis nondum erat natus, & conſequenter is non ſolum poteſt appellare, ſed lapſo tempore ad appellandum, numerando à die ſcientiæ; adhuc ſententia ei forſan non nocet, & conſequenter, omiſſa appellatione, cauſa cum eo eſſet ab initio inchoanda: nam ſi ipſe non poteſt comprehendi in illa citatione generali, quia impoſſibile eſt citare eum, qui non eſt in rerum natura; & ſententia, lata contra hæredem, non nocet fideicommiſſario, non citato, ſaltem per proclama iuxta communem opin. de qua ſupra, num. 81. ſequitur neceſſariò, quòd noua cum eo requiratur ſententia, & cum nouo proceſſu, & ita videtur ſentire Gabr. conſ. 42. laudum. ſub num. 24. & ſeqq. lib. 2. vbi ita videtur tenere non ſolum in fideicommiſſario nondum nato, ſed etiam in minori, vt ei illa ſententia, lata, præcedente generali proclamate, non præiudicet, ex Achil. deciſ. 46. quę in impreſſis eſt deciſ. 6. alias 136. de dol. & contum.

Nec obſtat, quòd Bal. in l. 10. neque natales. ſub num. 5. verſ. tertia ſcriptura. C. de probat. & in l. vlt. num. 12. verſ. ſed pone. C. de re iudic. ſcribat, quòd teſtes, recepti ad æternam rei memoriam, propoſito generali proclamate, faciunt plenam fidem etiam cum illis, qui tunc temporis non erant nati: & quòd teſtes, examinati cum eo, qui deceſſit ſine hęrede, poſſint publicari ſine citatione, quia non extat aduerſarius, qui citari poſſit, & vbi conſtat, non adeſſe aduerſarium, citatio non ſit neceſſaria.

Nam reſpondeo, quod doctrina Baldi in primo caſu de examine teſtium ad perpetuã memoriam poteſt intelligi, vt ſit vera, ſuppoſito, quòd illi teſtes ob mortem, vel aliud ſimile impedimentum non poſſint amplius repeti, & examinari; quo caſu parendum eſt neceſſitati, & in alio caſu de publicatione teſtium dico, quòd ex eius dicto nihil colligitur neceſſariò aduerſus hanc concluſionem, quia licet Bal. dicat, quòd potuit fieri publicatio ſine citatione, tamen non dicit, quòd ſi ſuperuenerit hęres, nõ debeat denuo fieri, eo citato: pręterea Bal. videtur eo loci loqui in aere, quia ſi litigator deceſſit ſine hęrede, debet eius aduerſarius litem proſequi cum curatore, quem debet facere dari hæreditati iacenti.

86 Hoc, quod dixi in hac concluſione de faciendo nouo proceſſu cum fideicommiſſario nato poſt latam ſententiam, non aſſero pro conſtanti; nã exiſtimo ſatis probabiliter poſſe teneri aliam opinionem, quòd is, expleta minori ætate, poſſit ſolum appellare infra legitima tempora à die ſcientiæ.

87 Quarta concluſio eſt, quod ſententia lata contra hæredem, eſt valida, quamuis in ea non fuerint citati fideicommiſſarij, & ſubſtituti; ſed hæc ſententia illis non citatis non pręiudicat, Socc. Iun. conſ. 181. de duobus. num. 97. verſ. ſecundo poteſt dici. lib. 2. Oſaſch. deciſ. 156. dominus. num. 9. & alij, quos citat, & ſequitur Surd. deciſ. 256. in quodam. ſub num. 14. verſ. & non obſtat. & num. 15.

Quamuis hanc communem concluſionem ſeu intelligentiam impugnent Tiraq. in tract. res inter alios acta, &c. limit. 1. verſ. & id quidem. Couar. pract. qq. cap. 13. nu. 6. verſ. ſunt vero. & Peregr. tract. de fideicom. art. 53. num. 52. in fine, verſ. ſed quod his. ſed hi neceſſario debent impugnare hanc intelligentiam, quia iam tenent illationem poſitam ſupra num. 77. quòd ſententia pręiudicet etiam non citatis.

88 Quinta concluſio erit, quòd, admiſſa hac opinione contraria illationi, & confirmationibus, de quibus ſupra nu. 77. & ſeqq. poteſt inter eas dari diſtinctio; quo mediante, conciliantur, & ſoluuntur prima, & ſecunda confirmatio, adductę pro illatione; eſt igitur ita diſtinguendum. Aut agitur contra hęredem ad effectum, vt teſtamentum reſcindatur per querelam inofficioſi teſtamẽti, ſeu declaretur nullum, vel falſum, & conſequẽter vniuerſa hæreditas auferatur hæredi ſcripto, & fideicommiſſum remaneat indebitum; & iſto caſu poteſt procedere illatio, in qua diximus, quòd ſententia, lata contra hæredem, nocet legatarijs, fideicommiſſarijs, & ſubſtitutis, quamuis non citatis, & ignorantibus, Alex. in l. 63. ſæpe. num. 25. verſ. iuxta hoc. & ſub num 82. verſ. item vltra. ibi, aut nos loquimur in alijs caſibus. ff. de re iudic. Socc. Iun. conſ. 181. de duobus. num. 95. & 96. verſ. non obſtant. lib. 2. Oſaſch. deciſ. 156. dominus. num. 9. & ſeqq. & ſi-

& ſignanter num. 16. & Gabr. conſ. 42. laudum. nu. 5. in vltimis verbis, & nu. 6. & 7. qui reſpondendo ad iura, allegata in prima, & ſecunda confirmatione pro illatione, dicunt, quòd loquuntur in iſtis terminis, in quibus etiam principaliter fundat illationẽ Peregr. tract. de fideicom. art. 53. num. 49.
89 verſ. in hærede. & verſ. ſeq. † Aut agitur contra hæredem non pro vniuerſa hæreditate, neque contra teſtamentum, ſed agitur pro re particulari; & iſto caſu dicunt procedere opinionem contrariam, quæ tenet, quòd ſententia, lata contra hæredem, non nocet fideicõmiſſario, ſeu legatario: in his enim terminis loquuntur Bar. Socc. Iun. Oſaſch. & Gabr. quos ſecutus ſum ſupra num. 81. verſ. contrariam. & hic num. præcedenti.

Ratio differentiæ inter primum, & ſecundũ caſũ huius diſtinctionis videtur eſſe, quia in primo caſu, quando annullatur teſtamentum, deſtruitur fundamentum vna cum toto ędificato, & conſequenter principale, & pręcipuum intereſſe videtur eſſe hæredis, &, eo ſublato, videntur corruere cætera omnia; at in ſecundo caſu, quando remanet teſtamentum validum, fideicommiſſarius habet ius magis radicatum, quia remanet teſtamentum; vnde ſibi ius competit ad dependentia à teſtamento: ſi hæc ratio non ſatisfacit, meliorem non reddunt.

90 Ad tertiam confirmationem ex l. ex contractu. ff. de re iudic. vbi non quadrat diſtinctio adducta num. præced. quia in illa l. non agebatur de tota hæreditate, & tamen ſententia, lata contra hæredem, nocet eius ſubſtituto: reſpondeo, quòd in caſu illius legis poteſt conſiderari duplex ſubſtitutio, videlicet, pupillaris, & vulgaris, & quamuis conſideremus, ſententia lata contra hęredem, debet nocere eiuſmodi ſubſtituto: ſciendum enim eſt, quòd hæres in caſu illius legis fuit reſtitutus in integrum aduerſus aditionẽ hęreditatis, &, ſi non fuiſſet reſtitutus, ſubſtitutio fuiſſet pupillaris, & ſubſtituto pupillariter nocet ſententia, lata cõtra pupillũ: quia eſt hęres illius; contra quem eſt lata: verum quia hęres, vt dixi, fuit reſtitutus in integrũ, ceſſauit ſubſtitutio pupillaris, & factus fuit locus ſubſtitutioni vulgari, quæ iam expirauerat per aditionem hæreditatis, & conſequenter ſubſtitutus non habet ius conſiderabile, cum ſucceſſerit mediante illo iure ſpeciali, videlicet, quia hæres fuit reſtitutus aduerſus aditionem; vnde cum eius ius non ſit ita conſiderabile, prout eſſet ſi ſucceſſiſſet mediante iure communi, mirũ non eſt, quòd ſententia lata contra hæredem, facilius ei noceat, vt conſiderat Gabr. dicto conſ. 42. nu. 16. & ſeqq.

Abſoluta controuerſia, an ſententia, lata contra hęredem, noceat fideicommiſſario.

91 Extende eandem controuerſiam ad ſententiam, latam in fœudo antiquo contra præſentem vaſallum fœudatarium, nunquid noceat alijs agnatis non citatis, & neſcientibus litem, qui ad illud idem fœudum eſſent vocati ex prouidentia primi acquirentis?

Affirmatiuam enim opin. quòd noceat agnatis, etiam non citatis, & ignorantibus, tenuerunt ij, quos ſequuntur Alex. in l. 63. ſepe. ſub num. 110. verſ. ſed ang. &c. ff. de re iud. Gomez. ad leg. taur. l. 40. ſub nu. 73. quæſt. 19. Couar. pract. qq. cap. 13. ſub num. 6. verſ. tertio hoc. ibi, & ideo exaduerſo. & Peregr. tract. de fideicom. art. 53. ſub num. 51. verſ. ſed horum opinio. & iſti tenentur tenere hanc opinionem, quia ſequuti ſunt illationem ſupra num. 77. quæ habet neceſſariam conuenientiam cum iſta: & facit etiam extenſio ſecunda, de qua infra num. 95. vbi hoc idem diximus de ſententia lata contra Regem, vt præiudicet primo genito.

92 Negatiuam opin. quòd non noceat agnatis, non citatis, & ignorantibus litem, tenuerũt breuiter Andr. de Iſern. in vſib. fœud. tit. ſi de fœud. defunct. milit. ſuer. controuerſ. &c. §. ſi vaſallus de fœudo. ſub num. 9. verſ. conſtitutio regni Sicilię. & Prępoſ. in eod. §. ſi vaſallus. l. vlt. verſus finem, verſ. quæro ab extra. qui ſcribunt, quòd ſi, ipſis agnatis ſcientibus, fuerit diſceptatum de iure omnium agnatorum, ſententia præiudicat; hanc eandem negatiuam ſequuti ſunt Aluar. Afflict. Curt. Zaſ. & alij, & eſſe opin. communem teſtatur, & ſequitur Dec. & maximam habere ęquitatem, ſcribit Alex. quos omnes ſequutus eſt Senat. Pedemont. vt teſtatur, & ſequitur Oſaſch. deciſ. 156. dominus. ſub num. 6. verſ. quibus, & in fine deciſionis.

Et ab hac opinione nos non poſſumus recedere, quia in illa priori controuerſia in fideicommiſſo, ſecuti ſumus hanc opin. negatiuam.

Quicquid ſit in ſententia lata contra Regem, de qua infra n. 95. in ſecunda extẽſione.

Infe-

93 Infero ſeptimo, quòd res iudicata, quæ nocet, & excludit eum, qui in ea ſuccubuit, nocet etiam eodem modo, & æqualiter eius ſucceſſoribus, & hęredibus, tam vniuerſalibus, quàm particularibus, habentibus cauſam ab eo, Innoc. in cap. 25. quamuis. num. 2. verſus finem, de ſent. & re iudic. Alex. in l. 63. ſæpe. num. 69. verſ. vna eſt. ff. de re iudic. Surd. deciſ. 256. in quodam. num. 2. & Peregr. tract. de fideicom. art. 53. num. 34. & 46. in 6. concluſ.

94 Extende primo hanc illationem, vt procedat etiam ſi ſucceſſor ſit ille, qui habuerat ſententiam fauorabilem, quia cum ſucceſſerit illi, contra quem fuerat lata, dicetur lata etiam contra ipſum, Peregr. d. art. 53. ſub nu. 34. licet Bal. & Iaſ. quos citat, hoc non dicant in libro meo.

Ratio eſt, quia (loquendo de hærede) is reputatur eadem perſona cum defuncto, & idem eſt in ſucceſſore ſingulari quoad id, in quo ſucceſſit; & conſequenter ceſſant concluſio, & regula, quia loquuntur non in eo, contra quem eſt lata ſententia, ſeu cum quo acta eſt res, ſed loquuntur in alio; ſed ſucceſſor non eſt alius, ſed dicitur idem, & conſequenter etiam non poſſunt duo contraria ſtare in eodem ſubiecto, vt ſententia ſit in eadē re, & eodem reſpectu pro ſe, & cōtra ſe.

95 Extende ſecundò, vt procedat etiam ſi diceremus, quòd ſucceſſor non habet cauſam ab eo, cui ſuccedit, dummodo ſuccedat in eadem adminiſtratione, quam legitimè habebat is, cui ſucceſſit; quia ſententia, lata contra illum primum legitimum adminiſtratorem, pręiudicat omnino huic ſecundo, nam licet ſecundus non eſſet propriè hęres primi, tamen quoad hoc, habetur loco hęredis, & proinde ſententia, lata contra patrem Regem in Regno, nocet primogenito, vt conſuluit Oldr. conſ. 94. eleganter. in tertio dubio, num. 18. & 19. verſ. ex omnibus igitur. & ita ex pluribus argumentis, & rationibus motus firmat Tiraq. tract. de iur. primog. q. 35. num. 17. verſ. ex quibus. & poſt eum, & alios Menoch. conſ. 630. & ſi adeo. num. 23. & ſeqq. lib. 7. & conſ. 732. cum hęc controuerſia. num. 47. lib. 8.

96 † ſimiliter ſententia lata contra Epiſcopum, Rectorem, ſeu alium Pręlatum Eccleſię, nocet ſucceſſori in illo epiſcopatu, & eccleſia, Abb. conſ. 62. illud de iure. nu. 2. verſus finem, ibi, & maximè prędicta procedunt. lib 1. Crauer. conſ. 10. antonia. num. 8. & Triraq. ead. q. 35. ſub nu. 18.

97 verſ. & videri. † nam ſi ſententia, lata contra turorem, aut curatorem legitimè conſtitutum, pręiudicat minori, multo magis ſententia, lata contra legitimum Rectorem eccleſię, debet nocere eccleſię, in qua Rector maiorem habet poteſtatem, quàm tutor in bonis pupilli: pręterea ſi ſententia lata contra Prælatum, ſeu Rectorem eccleſię, non noceret ſucceſſoribus, non eſſet opus diſputare, an eccleſia poſſit reſtitui in integrum, probata lęſione: demum ſi Rectores eccleſiarum ſemper poſſent indiſtinctè venire contra ſententias latas contra prędeceſſores, iam eccleſia non eſſet amplius cultrix iuſtitię, ſed iniuſtitię, & iniquitatis, quia nullum imponeret finem litibus, Crauet. conſ. 10. antonia. num. 8. verſ. non obſtat.

98 Subextende primo hanc extenſionem, vt pręiudicet ſucceſſoribus etiam non citatis, & ignorantibus, & æqualiter tranſeat in iudicatum contra eum, contra quem eſt lata, & contra eum, qui ſuccedit: in his enim terminis loquuntur Doct.

99 Subextende ſecundo, vt non ſolum pręiudicet ſententia, ſed pręiudicent etiam contractus facti, & celebrati à ſuis prędeceſſoribus, ſi ſint celebrati nomine dignitatis, quam habent, Abb. in dicto conſ. 62. num. 3. & Tiraq. dicta q. 35. ſub num. 18. & ſeqq. ſed de materia huius ſubextēſionis, an, & quando Princeps, ſeu Prælatus poſſit ex ſuo contractu obligare ſucceſſores, nō eſt, vt hic agamus; tu; ſi vis, in caſu occurrenti poteris legere eos, quos citat Tiraq. dicta q. 35. num. 23. verſ. quod ſi plenius. & num. ſeqq.

100 Et an & quando contumacia Prelati, ſyndici, tutoris, ſeu curatoris, item eorundem, & aliorum adminiſtratorum. confeſſiones pręiudicent eccleſię, pupillo, minori, & alijs, quorum bona adminiſtrantur, vide quę ſcripſi lib. pręced. cap. 1. num. 270. & ſeqq. q. 23. vbi etiam ſcripſi quomodo cum iſtis agatur in iudicio.

Pro maiori explicatione materiæ huius ſeptimæ illationis vide diſtinctionem quatuor caſuum, quam facit Menoch. conſ. 501. cum grauiſſima. num. 1. & ſeqq. lib. 6.

Declara eandem ſeptimam illationem, de qua ſupra num. 93. dum loquitur etiam in ſucceſſore ſingulari, vt tunc procedat cum diſtinctione, an ſucceſſor ſucceſſerit ante, vel poſt moram litem, prout ſecutus ſum ſupra ſub num. 43. vbi vide.

101 Infero octauo, quòd quoties ſententia

ex

ex natura cauſæ præiudicat alicui abſque eo, quòd fuerit citatus in iudicio, vel ſciuerit, cauſam agi, tunc illi non eſt permiſſum appellare, niſi & reo principali ſit conceſſum, Io. Bapt. Lader. conſ.69. etſi non multum. num.2. verſ. quinto quoties. & nu. ſtq. lib. 1. vbi declarat, & adde, quæ ſcribit Menoch. conſ.501. cum grauiſſima. ſub nu. 11. verſ. octauo admiſſa. & num. 12. & ſeqq. lib.6.

Quamnis contra hanc illationem facere videatur quod ſcripſi ſupra num.83. verſ. ſecunda concluſio.

Et de materia huius illationis multa nos ſcripſimus cap. ſeq. quæſt. 5. num. 32. & 36. & quæſt. 12. num. 154. & queſt. 17. limit. 6. memb.4. nu.42. & ſeqq. & nu. 112. & ſcripſi etiam infra hac eadem quæſt. num. 121.

Et hęc de prima limitatione, poſita ſupra num.63.

102 Limita ſecundo, vt non procedat, quando ius, ſeu actio ad agendum competit pluribus in ſolidum; quia tunc ſententia abſolutoria rei conuenti, ſeu alia ſimilis ſententia, lata cum eorum vno, qui præoccupauerit ius agendi, faciet ius quoad omnes alios, quibus æque in ſolidum competebat illa actio, vt in actione populari, Gl. 1. in l. 2. C. quib. res iudic. nõ noc. Innoc. in cap. 25. quãuis. ſub n. 2. de ſent. & re iudic. Alex. in l. 63. ſæpe. num. 33. verſ. aliam fallentiam. ff. de re iudic. & Pereg. tract. de fideicom. art. 53. num. 41. concl. 1. quare ſi quis fecerit populo iniuriam, vt puta, quia ſepulchrum, vel eccleſiam, vel viam publicam violauerit, aut album prętorium corruperit, quilibet de populo poteſt eum accuſare, argumento eorum, quæ habentur in l. 3. & ſeqq. ff. de popul. action. ſed vno accuſante, & cauſa cum eo bona fide, & ſine colluſione per ſententiam terminata, naſcitur ex illa ſententia ius vniuerſale quoad omnes de populo, quia omnes videntur conſtituti procuratores in ſolidum, vt habetur in dictis ll. ff. de popul. act. & ideo iudicio cum eo, qui actionem præoccupauit, terminato, finitum eſt omnium mandatum, ſecundum ea, quæ ſcribunt Innoc. Alex. & Peregr. in locis ſupra proxime citatis, & habetur in l. 30. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. & de pluribus procuratoribus conſtitutis in ſolidum, an, & quomodo ſit admittendus ille ſolus, qui litem occupauit, vide quæ ſcripſi lib. proxime præced. cap. 8. num.698.

103 Infero primo ex hac limitatione, quòd ſententia, lata pro vno ſuper re, quam habet in communi cum alio, prodeſt etiam illi alij, Alex. conſ. 186. viſis. in fine, lib. 2. & Crauet. conſ.45. quidam. ſub num. 2.

Confirmatur hęc illatio, tùm quia appellatio vnius ex litis conſortibus prodeſt etiam alijs non appellantibus; dummodo cauſa ſit communis, & vna eademque omnium defenſio, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q.5. num.58. & q. 12. num. 77. tum quia etiam ipſa ſententia, & victoria, quam iſte vnus obtineret, prodeſt etiam alijs litis conſortibus, vt dixi eod. num.77.

104 Declara primo reſtringendo hanc illationem, vt procedat quando eſt eadem cauſa defenſionis; ſecus ſi ſit diuerſa, vt ſecutus ſum infra num. 127. ſublimit.5.

105 Declara ſecundo, vt procedat in ſententia lata ſuper actione reali, vt loquitur illatio, ſecus ſi ſit lata ſuper actione perſonali, prout explicat Neguſ. tract. de pignor. in 2. memb. 5. par. ſub num. 37. fol. 229. tom. 6. par. 1.

106 Infero ſecundo quod ſententia, lata pro vno, ſeu contra vnum ex correis credendi, indiſtincte nocet alijs, Bar. in l. 16. ex duobus. q. 4. num. 18. ibi, tertio eſt videndum. ff. de duob. reis conſtituen. Alex. in l. 63. ſæpe. ſub num. 42. verſ. per prædicta. ff. de re iudic. & Peregr. tract. de fideicom. art. 53. num. 42. verſ. idem quoque. nam vnus ex correis credendi, lite conteſtata, perimit ius alterius, vt in dicta l. 16. ex duobus. & ibi Bar. in ſummario.

107 SubInfero ex hac illatione, quòd ſententia lata contra vnum primo agentem, & litem conteſtantem ex duobus collegatarijs, ſeu confideicommiſſarijs, re coniunctis, nocet etiam alteri, Pereg. in loco ſupra proxime citato.

108 Hæc illatio, in duobus reis credendi, an habeat locum etiam in duobus correis debendi, vide Bat. in dicta l. 16. ex duobus. nu. 17. ibi, ſecundo videndum eſt. vbi indiſtincte tenet contrariũ, videlicet quod ſententia, lata contra vnum ex duobus reis debendi, non noceat alteri, & in ſententia, lata pro vno ex reis debendi, an proſit alijs, late diſtinguit ibidem, num. 16. q. 4. ſed communem eſſe opin. quod non proſit, ex Apoſtil. ad Bar. & ex Roncagal. expedite refert, & ſequitur Surd. conſ. 20. franciſcus. num. 24. in fine,
109 & num. 25. lib. 1. † & de ſententia, lata contra reum in cauſis criminalibus, putaſi con-

Digitized by Google

contra vnum ex duobus reis ſtipulandi feratur ſententia de falſo, eo quia vſus ſit inſtrumento falſo, quòd non præiudicet alteri correo, qui vſus ſit eodem inſtrumento, loquendo quoad effectum criminalem, ſcribit Bar. in l. 17. denunciaſſe. §. queritur. num. 1. in fine, ff. ad l. Iul. de adult. & ſequitur Alex. in dicta l. ſæpè. num. 42. verſ. per prædicta. ff. de re iudic. & quod propterea ſententia, lata ſuper crimine falſi contra notarium, non noceat parti, refert, & ſequitur Surd. deciſ. 135. paris. ſub num. 2. & id in criminalibus videtur regulariter receptum, vt quamuis delictum ſit inſeparabiliter connexum, tamen ſententia, lata contra vnum ex delinquentibus, non nocet alteri; vnde condemnato vno de adulterio, non dicitur condemnatus alter, Bar. in dicto §. quæritur. initio, & Gomez. var. reſolut. tit. de delict. num. 89. in fine, verſ. ſententia. ſimiliter ſententia, lata contra mandatarium delinquentem, non nocet mandatori, & lata contra homicidam, non nocet inquiſito de ope, & auxilio, Alex. in dicta l. ſæpe. num. 44. verſ. & ſimiliter. & è conuerſo ſententia abſolutoria lata pro vno ſocio criminis, regulariter non prodeſt alteri ſocio, per ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 57. etiam ſi eſſemus in delictis connexis, puta in crimine inceſtus, ſtupri, ſodomiæ, & ſimilibus, excepto crimine adulterij, Gomez. var. reſolut. tit. de delict. nu. 88. in fine.

110 Limita tertio (ſi verum eſt, quod ſcribunt aliqui) vt non procedat in ſententia, lata ſuper re indiuidua, quia lata pro vno ex conſortibus, prodeſt etiam alijs; vide, quæ ſcribunt Alex. in l. 63. ſæpe. num. 48. verſ. ſecundus caſus. ff. de re iud. Peregr. tract. de fideicom. art. 53. num. 43. in 3. concluſ. & Surd. conſ. 190. quęſtio. num. 12. in fine, & nu. 13. & conſ. 231. non recte. num. 6. lib. 2. & lata contra vnum, nocet etiam alijs, non vocatis, vide Tiraq. in tract. res inter alios acta & c. limit. 23. hæcq. limitatio fraterniżat cum ijs, quæ de connexis ſcripſimus num. præcedenrib. & adde quę in connexis ſcripſi lib. proxime præced. cap. 11. num. 219.

111 Limita quarto, vt non procedat in ſententia, lata contra eũ, qui, vti dominus, poſſidebat rem, & deinde, lata ſententia, rem illam, in qua fuit victus, alteri obligauit, ſeu illius rei poſſeſſionē in alium tranſtulit, quia tunc ſententia antea lata, indiſtinctè nocebit huic tertio, cui res illa eſt obligata, ſeu in quem illius rei poſſeſſio eſt tranſlata, quamuis is non fuerit vnquam citatus, neque aliter ſciuiſſet litem, Alex. in dicta l. ſępe. ſub nu. 85. verſ. circa ſecundum. & Surd. deciſ. 256. in quodam. num. 6. & ſub num. 17. verſ. non etiam. & ſcripſi cap. ſeq. q. 5. nu. 59. in fine.

112 Extende hanc limitationem, vt procedat etiam quando res fuiſſet alienata, pendente iudicio, quia tunc ille tertius poſſeſſor, in quem fuiſſet alienata, diceretur intruſus, & non haberetur pro poſſeſſore, ſeu ſententia illa æſtimaretur lata contra ipſum, vt late explicaui cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 4. num. 91. & ſeqq. & idem dico, ſi, pendente iudicio, eam alteri obligauit.

113 Declara hanc extenſionem, vt procedat, quando fuit actum actione reali, ſicque quando fuit alienata res ipſa, petita in iudicio, ſecus ſi fuerit actum actione perſonali, quia iſto caſu licet reus conuentus, pendente lite, alienauerit aliquam rem in fraudem creditoris, & dolo deſierit poſſidere, tamẽ ſententia, contra eum lata, nõ præiudicat huic tertio poſſeſſori, & ideo erit agendum actione reuocatoria, probando fraudem debitoris, qui alienauit, Rol. à Val. conſ. 5. videtur. ſub num. 10. lib. 2. & hanc eſſe magis communem, & iuridicam opinionem, vt executio in re alienata non poſſit fieri, niſi prius ſit reuocata, teſtantur, & ſequuntur Couar. pract. qq. cap. 15. ſub num. 7. verſ. imo ex hac. & Surd. deciſ. 256. in quodam. ſub num. 6. verſ. tertio quia .. & num. 7. & ſcripſi dicto memb. 4. num. 95.

114 Limita quinto, vt non procedat, quando delictum eſt commiſſum ab vno principaliter, & pœna bonorum peruenit ad alium, quia tunc ſententia, & condemnatio principalis nocet in conſequentiam illi, qui tenetur in conſequentia, vt declarat Bar. in l. 49. cum filiusfamilias. ſub num. 3. verſ. quandoque. ibi, ſi verò reſpicit vtilitatem publicam. ff. de verb. oblig. dicens, quod ſententia lata contra homicidam habet effectum confiſcationis bonorum contra hæredes ſine alio nouo proceſſu, & eſſe communem opin. teſtatur, & ſequitur Gomez. var. reſolut. tit. de delict. num. 90. in tertia concl.

115 Infero primo ex iſta limitatione, quod ſententia lata contra occiſores, nocet, & pręiudicat hæredibus, qui mortem non vindicarunt, ſed quia hæc illatio eſt controuerſa, vide conciliationem quam ex Corn. ſequi videtur Gomez. ſub dicto n. 90. in 1. illat.

Infero

116 Infero ſecundo, quòd ſi delictum eſt tale, ex quo prohibetur alienatio bonorum à die commiſſi criminis, ſententia lata contra delinquentem, præiudicat poſſeſſoribus, in quibus bona reperiuntur alienata, Bar. in dicta l.cū filiusfamilias. ſub nu. 3. verſ. quandoque. ibi, item habet. ff. de verb. oblig. & Gomez. ſub dicto num. 90. verſ. primo infertur. ibi, ſecundo.

117 Infero tertio, quòd ſententia, lata contra ſeruū, qui cōmiſit aliquod delictum capitale, nocet, & præiudicat domino non citato, nec vocato, & poteſt mandari executioni contra ſeruum, Gomez. ſub dicto num. 90. in tertia illatione.

118 Infero quarto, quòd ſi ex forma legis, vel ſtatuti pater tenetur ſoluere pœnam pecuniariam filij, quatenus tangit legitimam ſuam, ſententia, lata contra filium, nocet, & præiudicat patri non vocato, nec citato, Gomez. ſub dicto num. 90. in quarta illat.

119 Limita ſexto, vt non procedat quoad aliquod præiudicium, quia res inter alios acta, poteſt alijs aliqualiter nocere, & præiudicare, vt loquendo de probationibus, & de ſententia, inter certas perſonas, quòd faciant, ſi non ſemiplenam, ſaltem leuem, & aliqualem probationem, ſeu præſumptionem inter alias perſonas, latè ſecutus ſum lib. proxime præcedenti cap. 11. num. 207. & ſeqq. in quibus per viam limitationum declaraui quando ſemiplenè, & quando etiam plenè præiudicent.

120 Et an, & quomodo ſentētia, lata inter maritum, & vxorē ſuper vergentia ipſius mariti ad inopiā, & probationes, inter eos receptę, & factæ, poſſint nocere creditoribus, & tertijs poſſeſſoribus non citatis, vide quę ſcripſi in meo tract. de cōmerc. §. 7. gl. 5. nu. 86. & ſeqq.

121 Limita ſeptimo, ſeu potius facias ex hac præcedenti illationem, quòd quamuis ſententia, inter alios lata, regulariter alijs non noceat, per ea, quę dixi ſupra ſub num. 1. in concluſione, tamen poteſt aliquale prçiudicium afferre ratione alicuius connexitatis, vel dependentię, & propter iſtud aliquale prçiudicium conceditur illi, cuius intereſt, vt ab ea poſſit appellare, vt patet ex his, quę latè ſcripſi cap. ſeq. q. 5. num. 31. & ſeqq. quia appellatio à ſententia cuilibet permittitur etiam ratione leuis prçiudicij, ſeu intereſſe, imo ratione ſolius humanitatis, vt ſecutus ſum lib. proxime prçcedenti cap. 11. num. 216.

122 Sublimita primo nunc eaſdem limitationes, in quibus diximus, ſententiam, latam inter alios, nocere etiam alijs, non vocatis, & ignorantibus, vt non procedant, quando ſententia non fuit lata cum legitimo contradictore, quia requiritur, quòd cauſa fuerit defenſa ab eo, cuius principaliter intererat, alias ſi ſit lata cum eo, cuius intereſt ſecundario, non nocet alijs non vocatis, & ignorantibus, Alex. in l. 63. ſępe. ſub num. 76. verſ. primum. & dixi ſupra num. 14. & declaraui num. 17.

123 Sublimita ſecundo, vt non procedant, quando ſententia eſſet lata per colluſionem, quia tunc alijs non noceret, l. 30. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. & l. 1. & tot. tit. ff. de colluſ. detegen. Alex. ſub eod. num. 76. verſ. quartū poſt ſentētiam. Couar. pract. qq. cap. 15. ſub num. 2. verſ. nocet equidem. & num. 3. verſus finem, Surd. deciſ. 74. in indicijs. num. 13. & 14. & deciſ. 256. in quodam. num. 11. in vltimis verbis, & num. 12. Menoch. conſ. 501. cum grauiſſima. num. 9. lib. 6. & Peregr. tract. de fideicom. art. 53. num. 58. & dicitur, ſeu præſumitur lata per colluſionem quando victus non adhibuit omnem diligentiam, ſed detegitur eius culpa, & negligentia, puta quando non appellat à ſententia, ſed illi acquieſcit, & multo magis, ſi addit confeſſionem, per ea, quæ ſcribit Menoch. dicto conſ. 501. ſub nu. 9. & ſeqq. & conſ. 688. de multis. num. 37. lib. 7. fraus enim, & dolus nemini patrocinari debent in alterius prçiudicium, & ideo ſententia lata per colluſionem, habetur pro non ſententia, ſeu alijs non nocet, quamuis, ſublata colluſione, noceret, Surd. dicta deciſ. 74. num. 13.

124 Sublimita tertio fortius, vt neque procedant, quando ſententia eſt lata contra contumacē, non defendentem cauſam, quia eiuſmodi ſententia alijs non prçiudicat, Alex. in dicta l. ſæpè. ſub num. 76. verſ. ſecundum, & late num. 78. & ſeqq. verſ. circa ſecundum. Couar. dicto cap. 15. ſub n. 2. & nu. 3. paulò ſupra finem, & Peregr. dicto art. 53. nu. 57. & quòd ſententia, quæ de ſui natura eſſet alijs nocibilis, non noceat, ſi non fuit à parte viriliter defenſa, referunt, & ſequitur Menoch. conſ. 501. cum grauiſſima. num. 8. verſ. ſeptimo ſuffragatur. lib. 6. & conſ. 688. de multis. num. 35. verſ. quarto accedit. lib. 7. & Surd. deciſ. 256. in quodam. ſub num. 13. & 14. & quod ſententia cōfiſcationis bonorum in

in contumaciam contra delinquentem, lata virtute ſtatuti, quòd contumax habeatur pro confeſſo, non noceat illi, qui à delinquente emerit poſt patratum delictum, ſed ante contumaciam, etiã ſi confiſcatio eſſet impoſita ipſo iure, conſuluit Io. Bapt. Lader. conſ. 6. doctores. num. 4. lib. 1.

125 Declara tamen, & reſtringe hanc ſublimitationẽ, prout declarat, & reſtringit Alex. ſub dicto num. 78. 79. & 80. & prout ex eo retuli ſupra num. 76.

126 Sublimita quarto, (& eſt eiuſdem farinę cum prçcedenti) vt non procedat, quando ſententia eſt eo modo lata, propter culpam defenſoris, Peregr. tract. de fideicom. art. 53. num. 59.

127 Sublimita quinto (& habet connexitatem ſeu dependentiam à præcedentibus) vt non procedant, quando ius ſententiæ non fundatur in rationibus, procedentibus à natura cauſæ, quæ idcirco ſint communes omnibus habentibus intereſſe in cauſa, & ita militent contra vnum, ſicut contra alium; ſed fundatur in aliqua particulari ratione, ſeu cauſa, procedente a facto illius, contra quem fertur ſententia, quia tunc præiudicat illi, & non alijs, vt puta, ſi ſententia cõtra eũ feratur, eò quòd ipſe renũciauerit liti, aut cõſenſerit, aut confeſſus ſit, aut iuramentũ retulerit, aut omiſerit, neglexeritq. probare; nam hic non poteſt facto ſuo prçiudicare iuri aliorum, Peregr. eod. art. 53. num. 60. & ſeqq. & quod licet ſententia, lata ad fauorem vnius ſocij, proſit alteri conſocio; tamen hoc non procedat quando inter ſocios diuerſa eſt cauſa defenſionis, ſequitur Rot. diuerſ. deciſ. 132. licet. num. 18. & 19. verſ. aduerſus. par. 2. quia ſententia, cuius iuſtitia iuſtificatur in vno, non procedit in alijs, in quibus non iuſtificatur.

128 Sublimita ſexto, vt non procedat quando ſententia eſſet lata per iniuriam iudicis, etiam ſi fuerit prouocatus à defenſore cauſę, quia hæc ſentẽtia, quæ de ſui natura eſſet nocibilis etiam alijs, nõ nocebit, Couar. pract. qq. cap. 15. ſub num. 2. & 3. verſus finem, quem vide, quia declarat ad quem effectum non noceat alijs.

129 Sublimita ſeptimo, vt non procedat, quando ſententia apparet iniqua, quia tunc alijs non nocet, etiam ſi ſimus in caſu, quo alijs noceret, Menoch. dicto conſ. 501. cum grauiſſima. num. 7. lib. 6. & conſ. 688. de multis. num. 38. lib. 7.

Et dicitur iniqua, quando apparet eſſe latã ex falſa, ſeu erronea cauſa, in ea expreſſa, Menoch. ibidem: etiam ſi ſit ſententia Principis, Menoch. eod. conſ. 501. ſub num. 32. quia licet ſententia Principis habeat vim legis, & poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, & ſic faciat ius quoad omnes, & ideo præiudicet alijs, Menoch. eod. conſ. 501. nu. 27. & dixi infra quæſt. 24. nu. 57. decl. 5. tamen non habet vim legis, quando conſtat de eius iniquitate, & iniuſtitia, Menoch. eod. conſ. 501. num. 29. & probatur ex his, quæ ſcripſi ſup. gl. 4. q. 1. ſub n. 24. dum dixi quod lex iniuſta non dicitur lex.

130 Declara nunc dum ſupra num. 63. in prima limit. dixi, quòd ſententia, lata cum legitimo contradictore, facit ius quoad omnes alios, habentes ius conſecutiuũ, declara, inquam, vt per excellentiam ij dicantur habere ius conſecutiuum, qui non habent ius priuatum, & intereſſe particulare, ſed habent ſolum ius publicum, reſultans ex intereſſe particulare illius legitimi contradictoris, vt explicaui in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 141. & qui dicantur habere ius non conſentiuum, ſed æquale, vide ibidem, num. 142.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

Sententia, in parte iniuſta ſeu nulla, an ſit iniuſta, & nulla in totum, num. 1. & ſeqq. & num. 79. & ſeqq.

Sententia nulla in vna parte, poteſt remanere valida in alijs, ſi capita ſint ſeparata, ſub num. 1. & ſeqq. Secus ſi ſit vnicum caput, ſeu vnica ſumma, aut vnica res, n. 5. & ſeqq. Contrarium, nempe, quòd adhuc remaneat valida in parte, num. 10. & ſeqq. & num. 30. Et quare hoc contrarium non procedat in ſententia lata in iudicio fam. erciſcun. num. 22. Neque in ſententia, quæ habet nullitatem reſpicientem totam ſententiam, num. 79.

Vtile per inutile non vitiatur, num. 1. in fine. Et quando vitietur, num. 8. & 19. Et vnde procedat quòd hæc materia ſit brochardica, num. 28. Et quid agendum, ne vitietur, num. 12.

Appel-

Appellabilis an fiat ſententia ex eo quòd in ea continetur ſumma appellabilis, licet coaceruata ex ſeparatis ſummis inappellabilibus, num. 4. 9. & 29.

Error calculi in ſententia an faciat ſententiam nullam in totum, num. 6. & 22.

Datio in ſolutum, facta pro maiori ſumma, reſcinditur in totum, ſub nu. 6. Quomodo, ſeu quando hoc procedat, declaratur n. 17. verſus finem, n. 25. 34. 35. 36. 39. & ſeqq.

Minus quomodo non inſit in maiori, contento in ſententia, num. 7. & 26.

Sententia eſt indiuiſibilis, num. 7.

Confeſſio ſi non poteſt ſuſtineri in tota ſumma confeſſata, minus poteſt ſuſtineri in parte, num. 7. in fine.

Ari, & Lex imitantur naturam, tanquam magiſtram non errantem, num. 11. & ſub num. 58.

Separanda eſt pars corrupta, ne ſincera trahatur, num. 12.

Bartolum Iaſon exiſtimat tãquam ſemideum in legibus, ſub num. 55.

Diuiduorũ materiã aliter tractãt Metaphyſici, & Geometri, & aliter Legiſtæ, ſub. n. 55.

Diuidi quæ poſſint, & quę non, ſub num. 15.

Corporale, quod tangi poteſt, eſt diuiſibile, ſub num. 15.

Punctus mathematice ſumptus non recipit diuiſionem, ſub num. 15.

Iuriſprudentia non verſatur circa abſtractiones, ſed circa res, &c. num. 56.

Diuiſibilitas apud Iureconſultos non conſideratur ex parte verborum, & vnitatis ſententiæ, ſed ex parte rerum, & iuſtitiæ, num. 17. & ſub num. 58.

Stipulationes non diuiduntur, ſi res in ſtipulationem deducta non ſit diuiſibilis, ſecus ſi ſit diuiſibilis, ſub num. 17.

Aqua quomodo conſideretur indiuidua, ſub num. 17.

Diuidi quod poteſt ſecundum naturam, non ſemper eſt etiam diuiſibile ſecundum iuſtitiam, num. 18.

Fingere aliquando debet iudex ad inueniendam veritatem, ſub num. 18.

Salomon iudicauit ex præſumptione, n. 18.

Forma vitiata, vitiatur totum formatum, num. 19. & 79.

Tenuta quę datur vigore pacti executiui, licet ſit facta pro maiori ſumma, tamen remanet valida pro ſumma debita, nu. 50.

Tenuta nulliter conceſſa, ſi denuo eſſet concedenda, non eſt reuocanda, num. 20.

Donatio nõ inſinuata ſuſtinetur pro ea sũma, pro qua inſinuatio non eſt neceſſaria, n. 21.

Sententia qua ratione nõ poſſit pro parte valere, & pro parte nõ valere, n. 6. 7. 22. & 23.

Sententia, ſeu Executio excedens ſummam debitam, eſt valida in tota ſumma, ſed in parte, in qua excedit, dicitur iniuſta, ſub num. 30. & ſeqq. Et quando annullanda ſit in totum, num. 35. & 36.

Error, & Incertitudo an, & quando excludãt conſenſum, & ideo vitiẽt actũ, n. 32.

Conſecratio hoſtiarum an, & quando vitietur ex errore ſacerdotis in earum numero, num. 32.

Poſſidere rem in communi cum alio nemo eſt cogendus, ſub num. 18. 35. & 36.

Mandatum, ſeu Executio Auditoris Cam. licet excedat debitum, tamen ſuſtinetur pro ſumma debita, num. 37.

Carceratus pro ſumma, excedente debitum, debet remanere carceratus pro ſumma debita, num. 34. Et ita diſponunt ſtatuta Genuæ, num. 38.

Decretum interpoſitum partim ex cauſa vera, & partim ex cauſa falſa, an, & quando ſit validum, & quando nullum, n. 40. & ſeqq. vſque ad num. 47. excluſiuè. Et an decretum ſit indiuiduum, nu. 45. & 46.

Condictio indebiti cui detur, &c. ſub num. 40. verſ. quia.

Adiudicatio bonorum an ſit facta ante, vel poſt litem conteſtatam, multi refert, num. 41. & 42.

Sententia, & Decretum differunt in eo, quod ſententia, lata contra ius litigatoris, valet, ſed non decretum, & quæ ſit ratio differentiæ, num. 43. & 44.

Adiudicatio bonorum licet propter exceſſum eſſet reuocanda in totum, tamen non eſſet in totum reuocanda ſententia, num. 47. Imò ſi ſententia contineat ſummam debitam, adiudicatio remanet valida, quamuis eſſet facta vltra ſummam debitam, nu. 48. Et multò magis tenet adiudicatio, quando exceſſus non eſt in ſententia, neque in adiudicatione, ſed ſolum in æſtimatione rei, num. 49.

Executio, ſeu Miſſio in poſſeſſionem ex actione reali, tenet, licet res, in cuius poſſeſſionem facta eſt miſſio, longe excedat ſummam debitam, num. 51.

Diuidi poteſt res, cuius vna pars retinetur ex cõſenſu domini, & altera ſine cõſenſu, n. 52.

Excommunicatio reputatur indiuiſibilis, &

ideo non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, num. 53.

Expenſarum partem proportionatam vero debito an condẽnatus reficere teneatur actori creditori, qui ſententiam, ſeu mandatum obtinuit vltra ſummam debitam, nu. 54. & ſeqq. Et quid ſeruet Curia Florentina, num. 64. Et quando vterque litigator ſit condemnandus ſecundum vtriuſque victoriam, & ideo quandoque vterque abſoluendus, ſub num. 64. verſ. prima. & ſub num. 65. verſ. declara. Et quare ſtatuta, & ſtylus, quod victus victori teneatur in expenſis, non contradicant prædictis, n. 65.

Expenſas reficere tenetur victus victori, nu. 67. Et qua ratione, num. 68.

Damnum qui infert, tenetur illud emendare, & dicitur inferre tam ille, qui immediate infert, quam is, qui eſt cauſa damni, & conſiſtit tam in amiſſione rei acquiſitæ, quàm in amiſſione rei acquirendæ, nu. 68.

Expenſæ, & Damnum } an differant, num. 69.

Expenſarum condemnationem non euadit qui ſuccubuit, quamuis iuſtã habuerit cauſam litigandi, & ita diſponunt ſtatuta Vrbis, & apertius ſtatuta Genuæ, & ſeruat Rota Rom. num. 70. & 75. Et quæ ſit ratio, num. 71. & 72. Et qui tenuerint contrarium, num. 74. Et quomodo concilientur, num. 76. & ſeqq.

Dãnum tenetur emendare qui illud dedit, etiã ſi dederit propter iuſtam ignorantiã, n. 72.

Expenſas, ad quas actor nulliter agendo, fuit condemnatus, non recuperat ex eo, quod poſtea, valide agendo, reportauerit victoriam cum condemnatione aduerſarij ad omnes expenſas, & damna, num. 73.

Nullitas ſententiæ quomodo ſit indiuiſibilis, num. 79. & ſeqq.

Confeſſio, & Notorietas } ſunt venenatæ nullitatis remedium, num. 81.

Sententia quando poſſit in parte ſuſtineri, & quando non, num. 82.

Sententia quando dicatur iniuſta, & quando nulla, num. 83. & ſeqq.

1 QVAERO decimotertio, an ſententia, quæ ratione partis eſt iniuſta ſeu nulla, & inualida, ſit nulla ſeu inualida in totum, & ſic etiam in ea parte, in qua de per ſe fuiſſet iuſta, & valida; ita vt vtile per inutile vitietur?

Reſp. quòd Doct. videntur in effectu conſiderare duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando ſententia continet partes, & capita ſeparata, in quorũ vno eſt iuſta, & valida, & in alio iniuſta, & inualida; & iſto caſu Doct. videntur communiter concludere negatiue, quòd ſententia non ſit nulla in totum, & quod propterea valeat pro parte, & pro parte non, vt ſecutus ſum lib. proxime præced. cap. 7. num. 693. quia quot ſunt capita ſententiæ, tot reputantur ſententiæ, Rimin. Iun. conſ. 71. obijcitur. num. 2. & ſeqq. lib. 1. Contar. in l. vnica, in 1. limit. num. 38. & 31. C. ſi de momen. poſſ. Surd. conſ. 101. declarauit. nu. 40. & conſ. 150. verba. num. 113. lib. 1. & ſcripſi eod. cap. 7. num. 706. & eſt concluſio ſeruanda in praxi, tum quià eſt æqua, & iuſta, & ideo vera, tum quia eſt vtilis Reip. ad ſuccidendas lites, tum quia habet regulam pro ſe, quòd vtile per inutile non vitietur, cap. 37. vtile. de reg. iur. in 6.

2 Amplia hanc concluſionem, vt ſine difficultate ſit vera, quando capita ſunt ſeparata in petitione, & procedunt nõ ab vnica actione, ſed à diuerſis, quia tunc etiam ſi agatur cum vna ſola perſona, ſententia poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, etiam ſi attendamus ea, quę ſcribit Hier. Gabr. conſ. 56. quęſtio. num. 1. & 2. lib. 1. cum is dicat, ſententiam non poſſe pro parte valere, & pro parte non valere, quãdo plura capita, ſeu plures ſummę petuntur ex eadẽ actione.

3 Subamplia hanc ampliationem contra Gabr. vt procedat etiam ſi plura capita, ſeu ſummæ comprehendãtur vnica actione, quia adhuc ſententia poteſt valere in vno capite, ſeu vna ſumma, & non in alio.

4 Confirmatur hæc ſubampliatio, quia ſi ego vnico libello petiero diſtinctè tres annuas penſiones rei locatæ, quarum quælibet ſumma de per ſe ſit inappellabilis, & ſimul iunctæ ſint appellabiles, & iudex vnica ſententia condemnet ad totam ſummam omnium trium, tamen adhuc erunt inappellabiles, quamuis ſint petitæ ex vnica actione,
5 quia nihilominus reputantur tres ſententiæ, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 17.

Quamuis cõtra hanc ſubãpliationẽ faciat, quia de diametro contra hãc confirmationẽ dicimus, quòd plures ſummæ diſtinctè petitæ ex eadem actione coaceruantur ad pariendam appellabilitatem, vt retuli eod. memb. 9. num. 25. & 26.

Secun-

Digitized by Google

5 Secundus caſus eſt, quando ſententia non continet plura capita ſeparata, ſed vnum cõtinet caput, ſeu vnicã ſummmam, vel vnicam rem; & iſto caſu Doct. videntur ſe torquere, & quando caſus occurrit; hinc inde adducunt regulas, & doctrinas propter illas perplexas diſputationes; an vtile per inutile vitietur; quæve dicantur connexa; quæuè ſeparata; item an ſi quod ago, vt ago, non valet, valeat, vt valere poteſt; & an tenuta, nulliter conceſſa, ſit reuocanda, ſi denuo eſſet concedenda: affirmatiuam tamen opin. quod ſententia ſit nulla in totum, quia non poſſit pro parte valere, & pro parte non valere, tenent Moderni, quos ſequitur Cyn. in l. 1. ſub nu. 5. q. 2. C. de error. calc. & tenent etiam Surd. deciſ. 74. in iudicijs. nu. 8. & 9. Flam. Cart. deciſ. 39. quidam. nu. 12. Rot. diuerſ. deciſ. 135. domini. num. 9. & deciſ. 359. fuit reſolutum. in fine num. 8. par. 1. & deciſ. 630. poſſeſſio. nu. 3. par. 2. in vlt. recolleƈt. de anno 1618. Put. Rot. diuerſ. Vant. & alij communiter, vt ſecutus ſum lib. proxime præced. cap. 7. num. 701. & 706. & cap. 11. num. 312. hancque communem opin. ex profeſſo in fortioribus terminis, de quibus ſupra num. 2. tenet Gabr. ibi citatus, huiuſque communis opinionis fundamenta videntur plura.

6 Primum, quia ſententia, quæ continet expreſſum errorem calculi, eſt nulla in totum, quamuis error ſit in quãtitate diuidua, Cyn. in loco ſupra proxime citato, & ſcripſi infra q. 30. num. 2. & quæſt. 32. ſub num. 45. verſ. ſecundus caſus. item quia l. 28. in hoc iudicio. ff. fam. ercisc. quam citaui etiam ſupra quęſt. 4. num. 8. dicit ad litteram, quòd ſententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, & l. 26. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condic. indeb. dicit, quod datio fundi in ſolutum, facta creditori pro ſcutis 200. à debitore, qui debebat ſolum ſcutos 100. reſcinditur in totum, & remanet idem debitum de ſcutis 100. pro quibus creditori licet retinere eundem fundum, donec ſibi ſoluatur pecunia.

7 Secundum, quia in ſententia minor ſumma non ineſt maiori, cum ſententia ſit indiuiſibilis, & ſic non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, Iaſ. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ſub num. 9. limit. 5. ff. de iuriſd. omn. iud. & Put. deciſ. 323. ad inſtantiam. num. 1. & 2. lib. 1. & ex profeſſo Gabr. dicto conſ. 56. ſub nu. 4. & ideo ſententia, ſi ſit lata in ſumma, excedẽte iuriſdictionem iudicantis, non ſolum non valet quoad illã ſummam excedentem, ſed neque valet quoad illam minorem non excedentem, Gl. vlt. in l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iudic. & Bal. in l. certi condictio. §. quoniam. ſub num. 3. verſ. extra noto. ff. ſi cer. pet. hincque aliqui dicunt, quod confeſſio, quæ in tota ſumma confeſſata non poteſt ſuſtineri, minus etiam poteſt ſuſtineri in parte, in qua de per ſe ſuſtinebatur, quia dicitur continere quoddam integrale, quo vitiato in aliquo, corruit in totum, Rot. diuerſ. deciſ. 626. in iſta. ſub num. 2. 3. & 4. par. 1.

8 Tertium, quia in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, Flam. Cart. dicta deciſ. 39. nu. 11. & latius ſecutus ſum lib. proxime pręced. cap. 11. num. 1121. & ſeq.

9 Quartum, quia plures ſummæ contentæ non ſolum in ſententia, ſed etiam in petitione, reputantur vna indiuidua quoad appellabilitatem, ſi procedant ab vnica actione, vt dixi ſupra ſub num. 4. verſ. quamuis.

10 Verum & ſi hæc concluſio affirmatiua ſit hucuſque communiter recepta, & Rota ſine controuerſia cum ea paſſim tranſeat; ego tamen, vt ad Reip. vtilitatem euitaretur litium multitudo, & renouatio, vellem, ſi poſſibile eſſet, contrariam negatiuam perſuadere, aut ſaltem multipliciter explicare affirmatiuam; ſed rem aggredior difficilem; Deus auxiliabitur; quare, reiecta in primis præfata duorum caſuum conſideratione, firmo regulam negatiuam, quòd ſententia non reputetur nulla in totum, ſed remaneat tanquam valida pro parte; quamuis vnum contineat caput, ſeu vnicam ſummam; &, quãdo etiam ſubtilizando, diceremus eſſe nullam in totum, tamen, cum deuenimus ad actum, debet ſuſtineri in ea parte, in qua conſtat, fuiſſe iuſtam, ſi in ea ſola parte fuiſſet lata; & proinde Doct. non bene quæſtionem hanc tractare videntur ſub diſtinctione plurium capitum, & vnius capitis, & ſic ſub diſtinctione diuiſibilitatis, & indiuiſibilitatis, cum eam tractare debeamus ſub diſtinctione, an ex ſeparatione, & non ſeparatione remaneat, vel non remaneat iniuſtitia, vel iuſtitia, ad quam, vti nautæ ad cynoſuram, reſpicere debemus; hæc enim eſt recta totius iuriſprudentiæ menſura, & ab hac pendent leges, & reſponſa prudentum, ſicut ab illis duobus mandatis Saluator noſter dixit pendere leges, & prophetas, vt in

Digitized by Google

Matth. 22.nu.40.& ad huius regulæ veritatem patefaciendam multis vtor argumentis.

11 Primo,quia lex, & ars debent imitari naturam, tanquam magiſtram non errantem.

12 Sed nullibi reperitur, quòd natura non conſeruet,quod poteſt, imo artifex ipſe à natura edoctus, ſi ex tota maſſa partim corrupta,& partim incorrupta,poſſet incorruptam ſeparare, & ſic eam à corruptione ſaluare, & non ſepararet, aut eſſet ſatuus, aut hebes; quare & prudens medicus putridũ abſcindit mẽbrum,ne illud ſana corrũpat;vnde verſus. *Sed immedicabile vulnus Enſe recidendum, ne pars ſincera trahatur*,vt latius retuli ſupra lib. 1. cap. 56. ſub num. 2. & in meo tract. de commerc.§.1. q. 7. par. 2.ampl. 19. ſub num. 40. & ſtultus nonne eſſet horologij artifex,qui ob aliquod paruulum ferrum, quod in horologio foret, vel nimis aſperum, vel nimis molle, totum horologij artificium, & cætera in eo contenta abijceret, vt aliud integrum conſtrueret, ſi illud ſolum paruulum

13 ferrum poſſet temperare, vel reficere?† Ergo iudex, coram quo agitur de negorio, deciſo in ſentẽtia,ſi videat, ſententiã fuiſſe in parte iuſte prolatam, nõ debet eam partem reſcindere,ſed debet eam ſuſtinere, quia ſi,vt ſupponimus,ſibi nororie cõſtat, nototietas facit ſeparationem, tollitq. diſputationem,& ordinem, quia in notorijs ordo eſt non ſeruare ordinem,vt ſecutus ſum remiſſiuè ſupra gl.9. num. 18.

14 Nec contradicendi ſtudio dicant, totum hoc argumentum procedere in ſententia diuiſibili, qualis eſt ſententia plurium capitum ſeparatorum, non autem in ſententia vnius capitis, quæ dicitur indiuiſibilis.

Quia, ſi hoc dicerent, ſibimet ipſis contradicerent, nam ego quæro ab eis, quomodo igitur loquimini in quęſtione de hac ſententia per partes, ſi non eſt diuiſibilis? & quomodo non eſt diuiſibilis, ſi ſupponimus, quòd ſi fuiſſet lata non de toto, ſed de parte,

15 fuiſſet iuſta, & valida?† Vlterius, omiſſa diſputatione potius metaphyſica, ſeu geometrica, quàm legali circa diuiduorũ cognitionem, & circa varias eorum partes, & conſequenter non aliter diſcuſſis his,quæ ſcribit Bar.infra citatus,cuius veſtigia ſequitur Iaſ. in l. 72. ſtipulationes. num. 2. in fine, ff. de verb. oblig. dicens, quòd eum ſemper adorat in legibus, tanquam ſemideum, & multo magis neglecta longa cenſura, quam ſuper his contra eundem Bar. in loco infra citato,facit Eguin. Baron. tract. de diuid. &c. cap. 2. ſub num. 3. & ſeqq. fol. 367. tom. 6. par. 2. & ſequens morem philoſophi, qui ſi poſſet mallet oſtendere, quàm loqui, breuiter ſine verborum fuco oſtendo diuiſibilitatem; & dico quod licet prędium, domus, ſeu ſumma vnius partitæ pecuniarum, aut quid ſimile contineatur in ſententia, vt quid vnum, tamen eſt vnum corporale, quod tangi poteſt, Inſtit. de reb. corpor.& incorpor.& ideo eſt diuiſibile & ſecundum naturam,& ſecũdum diſpoſitionem iuris, Bar. in dicta l.72. ſtipulationes.nu.18. verſ. veniamus. ff. de verb. oblig. quia eſt vnum, quod recipit partes multiplicatiuas, puta dimidiam, tertiam, vel quartam, & ſic pro indiuiſo, vel habet partes diſcretas, Bar. ſub. eod. num. 18. & non eſt vnum incorporeum numerale, ſeu tanquam punctus mathematice ſumptus, qui diuiſionem non recipiat; nam puncto, ita ſumpto, conuenit indiuiſibilitas, quam in eo conſiderant Bar. in dicta l. ſtipulationes. ſub. num. 18. & Eguin.Baron.dicto cap.2.num. 2. & hæc cuiuſque ſenſui cum quotidiana experientia patent; vnde ego valdè miror, quomodo nos quandoque iſtis cauilloſis ſubtilitatibus à rerum veritatę,& à proprio ſenſu clam rapti diſtrahamur, & non video ad quid ſeruiat redigere ſententiam ſub conſideratione indiuiſibilitatis,niſi, vt diuturniores fiant lites, & cum litigantium detrimento differatur iuſtitia; & ad quid omittere ſeparationẽ, niſi, vt, quod ante oculos nunc habemus, alibi poſtea cum difficultate denuo quæramus, & à loco, in quo iam ſumus, diſcedamus, vt ad eundem cum labore reuertamur: ſunt hæc puerorum nugæ, ſeu,vt in alio propoſito Liberalis ille vir optimus apud Senec. de benefic. lib. 6. ſub num. 40. fol 51. ait, ſunt Iuriſconſultorum

16 acutæ ineptiæ; † etenim Iuriſprudentia, vti præcipua pars totius philoſophiæ moralis, non verſatur circa abſtractiones, ſed circa res ipſas, prout dirigunt, & diriguntur ad bonos mores,cum quibus præcipue conuenit

17 iuſtitia;†& conſequenter Iureconſultus diuiſibilitatem non ex parte verborum, & vnitatis ſententiæ, ſed ex parte rerum, & iuſtitiæ circa eas conſiderat, & indiuiduitatem eatenus inſpicit in ſententia, quatenus ſine iſta inſpectione locus fieret iniuſtitiæ, vt dixi paulò ſupra, ſub num. 10. volumus etiam ex ipſius Iuriſconſulti teſtimonio agnoſcere,

quòd

quòd diuiduitatem, & indiuiduitatẽ ſumere debeamus à re ipſa? videamus l. 72. ſtipulationes. ff. de verb. oblig. vbi Iureconſ. ait, ſtipulationes non diuidi earum rerum, quæ diuiſionem nõ recipiunt, & quòd promiſſio indemnitatis, ſeu defenſionis ſit indiuidua, ſi contineat rem indiuiduam, & ſit diuidua, ſi contineat rem diuiduam, ſequitur Surd. conſ. 150. verba. num. 76. lib. 1. & volumus videre, quòd etiam diuiduitatem, & indiuiduitatem ipſarum rerum metiri debeamus à iuſtitia? reſpiciamus l. 1. §. item quæritur. & §. ſeq. trebatius. ff. de aq. quot. & æſtiu. vbi Iureconſ. duplicem format ſeruitutis caſum. Primus eſt, quando quis habet ius appulendi ad aquam certum pecoris numerum, & is maiorem appulit numerum. Secundus caſus eſt, quando quis habet ius ducendi certam aquam per riuum, & is aliam admiſcet aquam: in primo caſu reſpondet, quòd appulenti maiorem numerum, non poteſt prohiberi tota appulſio, ſed ſolum illa pars, quę excedit numerum, quia pecora ſeparari poſſunt: in ſecundo verò caſu reſpondet, totam aquæ ductionem poſſe prohiberi, quia non poteſt fieri vis aquæ in parte, quin fiat in tota aqua; cum tunc ſit inſeparabilis; hincque Aeſopus tutò luſit, & ſpopondit, ſe potaturum totam aquam maris; nam cum vniuerſus populus ad hanc potationem inſpiciendam acceſſiſſet, ipſe dixit, eſſe neceſſarium, quòd prius ſepararentur aquæ, quæ mare ingrediebantur, quia ipſe ſpopondit de aqua maris, & non de omnibus aquis: ecce quòd in hac aquæ ſeruitute non conſideratur vnitas ſeruitutis, ſed conſiderantur res, contentæ in ſeruitute; imo reſpiciamus illum met §. ſi centum. exaduerſo citatum, vbi ſi adiudicatio ſit facta vltra debitum de toto fundo, reſcinditur tota adiudicatio, quia eſſet iniuſtum, quòd debitor inuitus remaneret in communione fundi cum creditore; ſecus ſi adiudicatio ſit facta in oleo, quia reſtitui debet ſolum illud oleũ ſuperfluũ: ecce, quòd eadẽ ſententia, ſeu adiudicatio recipit, & non recipit diuiſionẽ, prout ex diuiſione, & nõ diuiſione remanet, vel non remanet iuſtitia in rebus, contentis in ſententia adiudicationis, & cum hac menſuratione iuſtitię concordat quod ſcribit Surd. d. conſ. 150. ſub num. 76. dicens, quod promiſſio defenſionis eſt indiuidua, ſi præſtatio partis non affert tantam vtilitatem in parte, quantam affert præſtatio totius in toto, & è contra eſt diuidua, quando præſtatio partis præſtat tantam vtilitatem in parte, quantam præſtatio

18 totius præſtat in toto, † & proinde non ſemper, quod eſt diuiſibile ſecundum naturam, eſt diuiſibile ſecundum iuſtitiam, nam ſapientiſſimus Salomon, pueri ſectionem, quæ poterat naturaliter fieri, ideoque faciendam cautè finxerat, vt inde veritatem deprehenderet, poſtea, veritate comperta, ſectionem, vti iuſtitiæ pernicioſam, etiam ſi veritatem non deprehendiſset, iuridice reuocauit, cap. 2. afferte. de præſumpt. & ab hoc eodẽ iuſtitiæ fonte emanabit, vt ſi ex tenore, & verbis ſententiæ veniret diuidendus equus, diuiſio fieret per æſtimationem, & non in corpore, ne ſententia redderetur ſtulte iniuſta, Vinc. de Franc. deciſ. 228. per ſententiam num. 1. & ſeqq. quare licet naturaliter non poſſit conſiderari pars hominis, ſeu equi, permanente ſuo ſubiecto, vt ad oculum patet, & ideo neque ſecundum legem poſſit cõſiderari, neque deduci in contractu, vel obligatione, quia quod non poteſt fieri ſecundum naturam, non poteſt fieri ſecundum legem poſitiuam, tamen eſt aduertẽdum, quod obligatio non tendit ad hoc, quòd executio, & eius effectus habeant locũ in parte diſcreta, & ſeparata à ſuo ſubiecto, ſed tendit ad hoc, vt virtualiter, & effectiue in parte pro indiuiſo, non corrupto ſubiecto, maneat obligatio, quod fieri commode poteſt per æſtimationem, Gomez. var. reſolut. tom. 2. cap. 10. de indiuiduis. ſub nũm. 6. verſ. ſed attende? & vt ad ſententiæ indiuiduitatem, à qua ſumus digreſſi, reuertamur, dico, quòd connexitas, & ſeparatio non conſideratur in verbis, aut in ſtructura orationis, ſed cõſideratur in rebus, ſeu ex parte rerum, licet ſententia propter vnitatem chartæ, & temporis ſit vna, vt, loquendo de appellabilitate, ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 36. nec eſt nouum, quòd lex non imponitur verbis, ſed rebus, vt, loquendo de indiuiſibilitate confeſſionis, explicaui lib. proxime præced. cap. 7. num. 457. & cap. 11.

19 num. 375. † bene verum eſt, quòd tam in materialibus, quàm in non materialibus quandoque, vitiata parte, etiam minima, vitiatur effectus totius: patet in materialibus, quia horologium, ſi ei deficiat quid minimum, totam perdit operationem; patet etiam in non materialibus, quia ſententia, ſi ei deficiat condemnatio, vel abſolutio, aut deficiant teſtes, aut deficiat aliquid

 aliud,

aliud, quod ſit de forma, & certitudine ſententiæ, tota ſententia dicitur nulla, & inualida, quia ex parte rerum non poteſt aliquo modo conſiſtere in parte, ideoque opus eſt nouo proceſſu, aut ſaltem noua ſententia; idque locum habet generaliter in omni diſpoſitione, quæ ſi, ſuadente iuſtitia, tota cenſeatur eſſe de forma, non poteſt conſiſtere, niſi tota conſiſtat.

Ex hoc itaque noſtro argumento conſtat quomodo procedere poſſit eorum opinio, cui valde innititur Gabr. conſ. 56. quæſtio. num. 8. ſub num. 9. & num. 10. lib. 1. dicens, quod quamuis ſumma, contenta in ſententia, ſit diuidua, tamen ſententia eſt indiuidua, quia ea non conſideratur ratione materiæ, quę eſt diuiſibilis, ſed ratione formæ, quæ eſt indiuiſibilis.

20 Secundo quia dato etiam, quòd ſententia, lata ex proceſſu, ſeu modo inepto, ſit nulla, ſeu iniuſta ſaltem in parte, tamen ſi notorie conſtet, quòd eadem ſentẽtia eſſet ferenda ſaltem in parte, vtique non eſt tota reuocanda, per ea, quæ de tenuta nulliter conceſſa, quòd non ſit reuocanda, ſi denuo eſſet concedenda, ſcribunt Alex. & Iaſ. in l. 15. à diuo pio. §. in venditione. num. 12. ff. de re iudic. Neguſ. tract. de pign. in ſecundo memb. 3. par. num. 23. fol. 217. tom. 6. par. 1. & Flam. Cart. deciſ. 14. num. 14. & multa diſputando congerit Petr. Pech. tract. de iure ſiſtẽd. cap. 17. num. 1. & ſeqq. vnde etiam dicimus, quòd male captus, bene retentus, quando eſſet denuo capiendus, vt ex Paul. de Caſtr. Pat. de Put. Marſ. Gozad. & alijs ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 94. ſub num. 1. verſ. neque obſtat. quia dolo quis petit id, quod ſtatim debet reſtituere, & euitandi ſunt inutiles litis circuitus; quare tantam habet vim nototietas, vt poſſit ſeparare, & decernere ſine noui ordinis, aut proceſſus impenſa, cum ordo in notorijs ſit non ſeruare ordinem, vt dixi ſupra num. 13. & hac ratione cõfeſſio ſanat omnem defectum proceſſus, vt ſæpe ſecutus ſum in locis citatis ſupra q. 7. num. 39. & qui aliter ſeruaret, ſeu diceret, non eſſet Iuriſprudens, ſiquidem agere actum, & quod ex iuſtitia poteſt conſiſtere, deſtruere, vt denuo fiat, non eſt ſecundum prudentiam, ſed contra prudentiam.

21 Tertio, quia donatio mille aureorum eſt vnica donatio, & continet vnicam ſummam, & ex vnica cauſa, puta, propter beneuolentiam, & ſic ſecundum ea, quæ de ſententia indiuiſibili ſcribunt Doctores contrarij, eſt indiuiſibilis, & tamen ſuſtinetur vſque ad ſummam, in qua poterat valere ſine inſinuatione, & pro reliqua ſumma remanet inualida, & nulla, vt ſecutus ſum lib. proxime præcedenti cap. 11. num. 311. & in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 20. num. 19. & ſeqq. in quibus habes alia ſimilia. Ergo ruit eorum fundamentum, & tantò certius, quia à contractu ad ſententiam debet valere argumentum, cum in iudicio quaſi contrahatur, & proinde quod partes nolunt ſponte contrahere, contrahunt inuitæ per ſententiam, quia ita contrahentem obligat contractus, ſicut ſuccumbentem in lite obligat ſententia.

22 Quarto quia adducta in contrarium, facilè ſoluuntur.

Ad primum enim fundamentum, poſitum ſupra num. 6. de nullitate ſententiæ propter expreſſum errorem calculi: reſpondeo quòd l. 1. ff. quę ſent. ſine, &c. non dicit, ſententiam eſſe nullam in totum, ſed dicit, corrigendum eſſe errorem ſine prouocatione, quaſi dicat, quòd idem iudex, ſeu alius corrigat errorem, & firma remaneat ſententia in reliquis, quod eſt illud idem, quod diximus nos ſupra num. 10. Ad l. 28. in hoc iudicio. omiſſa reſponſione, quam refert, & ſequitur Gabr. cõſ. 56. quęſtio. n. 17. lib. 1. quia non ſatisfacit; reſp. quòd in iudicio fam. erciſcun. ſententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, quia cum in eo iudicio ſit aſſignãda pars vni, nõ poteſt illi aſſignari, niſi ſint vocati alij, quibus vel præſentibus, vel contumacibus aſſignetur ſua, alias iniuſta eſſet aſsignatio facta vni, ſicque non poteſt pro illo vno valere, & pro alijs non valere, & hoc eſt, quod dicit illa l. in hoc iudicio. quòd ſententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, & quòd ita ſit, patet, quia Doct. & nos cum eis ſupra q. 4. num. 8. illam l. allegauimus ad probandum, quòd ſententia non valet, niſi

23 decidat totum negotium: † vel reſpondendo generaliter, & clarius, diſtinguo duos caſus. Primus eſt, quando ſententia deficit in definiendo totum negotium, puta, totam ſummam ex eadem cauſa petitam, quia definit vnam partem, & aliã omittit: & iſto caſu ſententia non poteſt valere pro ea parte, quam definit, & pro alia, quam non definit, non valere; tum quia iudex dicitur aſſumptus

ptus ad ferendam ſententiam de tota ſumma, & ideo niſi de tota eam tulerit, non dicitur tuliſſe, per ea, quæ ſcripſi ſupra ead. q. 4. n. 6. & ſeqq. verſ. infero primo. tum quia pars non deciſa, vel non eſt amplius decidenda, & tunc eò minus videtur ſententiam tuliſſe, quia illa pars iret in fumum, & ſic colligeretur iudicis imprudentia, & ex imprudentia nullitas, de qua quiſque litigantium poſſet opponere, vel pars non deciſa remaneret decidenda ab alio iudice, & tunc ſententia, lata à primo iudice ſuper parte, debet eſſe nulla, quia alias diuideretur continentia cauſæ, & poſſent ferri ſententiæ contrariæ (quod plerunque contingeret) ita vt non valeret prima, nec ſecunda; & hoc caſu procedit communis doctrina, quòd ſententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, & huic caſui quadrat diſpoſitio illius l. in hoc iudicio. quia ſententia non diuidit

24 totum inter omnes. † Secundus caſus eſt, quando ſententia definit totum, ſed poſtea conſtat, quod in parte fuit iuſta, & in alia fuit iniuſta, & huic caſui, qui eſt caſus noſter, non applicantur dicta in caſu præcedenti, & conſequenter ab illo caſu ad iſtum non bene ſu-

25 mitur argumentum. † Et ad §. ſi centum, reſpondeo, quod ibi adiudicatio, ſeu datio in ſolutum annullatur in totum, non ratione indiuiduitatis, vt Doct. arbitrantur, ſed ratione iniuſtitiæ, quæ ſequeretur, cogendo debitorem ad manendum in communione, vt dixi infra num. 36. verſ. ratio. & conſequenter illæ ll. non probant eorum concluſionem, ſed probant noſtram, dum dicimus, conſiderandam eſſe iuſtitiam, & iniuſtitiam, quæ ſequeretur ex diuiduitate, & ſeparatione, quę fieret, vel non fieret in ſententia.

26 Ad ſecundum fundamentum poſitum ſupra num. 7. reſp. quòd Iaſ. Pur. & cæteri, qui cõmuniter mouentur ex doctrina illius Gloſſæ, & aliorum, dicentium, ſententiam latam à iudice, non habente iuriſdictionem in illa quantitate, non valere etiam in quantitate minori, in qua potuiſſet iudicare, non bene mouentur, quia iuriſdictionem, quæ datur iudici vſque ad certam quantitatem, metimur non ex quantitate deciſa, & terminata, ſed ex quantitate, quæ ſecundum libellum poterat decidi, & terminari, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 7. alias iuriſdictio ſemper ſtaret in ſuſpenſo vſque ad ſententiam incluſiue, penderetque à futuro ſententię euentu, & (quod eſt abſurdius) eſſet in poteſtate iudicis facere ſe iudicem, & adhuc interim non diceretur certus de ſua iuriſdictione, & conſequenter proceſſus, & quicquid ageret, poſſet argui de nullitate, per ea, quæ dixi ſupra gl. 4. q. 4. num. 2. & q. 5. num. 1. & ſeqq. vnde non eſt mirum, quòd iſto caſu ſententia non ſubſtineatur in parte, quia etiam in ea parte dicitur lata ſine iuriſdictione; at ſententiam, de qua nos loquimur, ſupponimus vna cum Doctoribus talem, vt in vna parte poſſit eſſe valida, imo Spec. tit. de ſent. §. iuxta. ſub num. 8. fol. 172. lib. 2. videtur tenere, quòd ſi iudex datus ad cognoſcendum de x. pronunciauerit de xx. non vitietur tota ſententia, ſed ſolum in quantum iudex exceſſerit.

27 Non obſtat huic reſponſioni, quòd Gabr. in citato conſ. 56. num. 3. lib. 1. dicat, quòd ſententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, & quòd ideo eſt nulla in totum, etiamſi iudex, qui, actore petente quinquaginta, condemnauitque ad ſexaginta, habuiſſet iuriſdictionem, tam in ſumma petita, quàm in ſumma condemnata.

Quia reſpondeo, quòd ſuppoſitis terminis noſtræ quæſtionis, quòd ſententia ſit iniuſta, prout in tota ſumma, & ſit iuſta in parte ſummę, nos ſupra num. 10. verſ. verum, iam firmauimus opinionem contra Gabr. & dictum eius conſiliũ eò minoris æſtimamus, quia ipſe eod. conſ. num. 5. & ſeqq. auſus eſt dicere, quòd ſententiæ, quarum vna condemnat in maiori ſumma, non ſunt conformes in minori ſumma, quod dictum eſt contra communiter receptam opinionem, de qua ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 1. num. 32. vnde etſi Gabr. ſit acutus, ſubtilis, & plurimę eruditionis, tamen eſſe nimis audacem in veterum opinionibus conuellendis, ſcribit, ſumpta occaſione ab iſto conſ. 56. Io. Bapt. Lader. conſ. 173. quidam. ſub num. 1. lib. 1.

28 Ad tertium fundamentum poſitum ſupra num. 8. reſpon. in primis illud aſſumptum, quòd in indiuiduis vtile per inutile vitietur, eſſe brochardicum propter perplexam indiuiduorum, & cõnexorum determinationem: vnde variæ de connexis, & ſeparatis ſunt opiniones, & adeo eorum materia eſt varia, & indeterminabilis, vt propterea omnium opinionum tutior videatur illa, quę tenet, quòd relinquatur arbitrio iudicis, quæ dicantur connexa, prout late retuli lib. proxime

Digitized by Google

xime precedenti cap. 11. ſub num 362. & ſeqq. & num. 376. & multæ hinc de varijs articulis contrariæ inuicem ſunt inter Doct. opiniones, vt patet ex his, quæ ſcripſi eod. cap. 11. num. 1120. & ſeqq. & in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 20. nu. 6. & ſeqq. huicq. materiæ ſæpe aſſociatur ille alius perplexus articulus; an ſi quod ago, vt ago, non valet, valeat, vt valere poteſt, de quo articulo ſcripſi ead. q. 7. par. 3. limit. 7. ſub nu. 5. & ſeqq. ſecundo loco dico, quòd huic tertio fundamẽto ſatis conradicit, quod ſcripſi ſupra num. 21. in tertio argumento, demum reſpondeo, in hac quæſtione non eſſe conſiderandam indiuiduitatem, ſed eſſe conſiderandam iuſtitiam, & iniuſtitiam, quæ ex diuiſione, & non diuiſione oritetur, vt dixi ſupra num. 18.

29 Ad quartum, omiſſa omni alia reſpõſione, dico, retorquendo fundamentum, quòd vnica ſummarum ſit coaceruatio, ne iudici, vel actori iniuſte per hanc ſummæ diuiſionem aperiretur via decipiendi, fraudandique aduerſarium appellatione; quæ deceptio, fraus, & iniuſtitia non poteſt conſiderari in diuiſione ſententiæ, ſi ſuſtineatur in parte iuſta; imò in caſu quo non ſuſtineretur in ea parte, in qua apparet iuſta, fieret iniuſtitia, & iuriſprudentia non eſſet prudentia, per ea, quæ dixi ſupra num. 20. hocque, quod dixi de facienda, vel non facienda coaceruatione ſummarum ad excludendam fraudem in appellatione, dico etiam ad excludẽdam fraudem in iuriſdictione, quare ſummæ ſeparatæ ex diuerſis actionibus non debent coaceruari ad excludendam iuriſdictionem iudicis, l. 11. ſi idem. ff. de iuriſd. omn. iud.

30 Firmata hac concluſione, ſeu regula negatiua, quòd ſententia non reputetur nulla in totum, ſi poſſit valere in parte.

Declara nunc magiſtraliter eandem concluſionem, diſtinguendo duos caſus, ex quibus veniunt reformandi termini, in quibus Doct. ſunt locuti, & nos, ne ab initio difficultatem, quæ deterreret, augere videremur, eos huc uſque immutare noluimus, & de primo caſu agemus nunc, & de ſecundo infra num. 79. & ſeqq.

Primus caſus eſt, quando ſententiam, ſeu executionem reputamus nullam, eo ſolo quia continet maiorem ſummam, ſeu exceſſum, ſicque condemnat vltra debitum: & iſto caſu, in quo Doct. communiter loquuntur de hac concluſione, inepte de ea videntur diſſerere ſub iſtis terminis, an poſſit pro parte valere, & pro parte non valere, cum tota ſit valida: nam ille exceſſus condemnationis reddit ſententiam iniuſtam, eo quia non probatur tanta debiti quantitas, ſed non reddit nullam; ſiquidem probationes non ſunt neceſſariæ ad validitatem iudicij, per ea, quæ ſcripſi infra q. 20. num. 1. & ſeqq. & aliud eſt iniuſtitia, aliud nullitas; ſicque ſententia poteſt eſſe valida, quamuis ſit iniuſta: quare iſto caſu de hac concluſione videtur diſſerendum ſub terminis, an ſententia, quæ partim eſt iniuſta, & partim iuſta, debeat in totum reuocari, vel pro ea ſola parte, in qua apparet iniuſta, reiecta diſtinctione, an ſententia ſit diuiſibilis, nec ne, quia hæc diſtinctio poteſt conſiderari in caſu ſequẽti, vt videbimus: & nos iſto primo caſu de ſenrentia iniuſta cõcluſimus negatiue, quod nõ debeat in totum reuocari propter argumẽta, quæ ſupra adduximus, & propter ea, quæ dicimus infra: & quando etiam eam aliquo reſpectu vellemus dicere nullam, eo quia exceſſiſſet ſummam petitam, tamen adhuc ſuſtinenda eſſet in ſumma petita, ſi in ea appareret iuſta, vt dixi infra num. 33.

31 Extende primo concluſionem huius primi caſus, vt procedat etiãſi appareret, quòd iudex in ea parte ſententiæ, quæ eſt iniuſta, errauerit, quia adhuc remanebit valida pro ea parte, in qua eſt iuſta, & in qua non errauit, & moueor ex argumentis, adductis ſupra num. 10. & ſeqq.

32 Nec obſtat, quòd error in parte idẽ operetur, quòd error in totum, nempe excluſionẽ conſenſus, vt, loquendo de errore in transactione, ſcribunt Cæſ. de Graſ. deciſ. 14. alias 1. num. 1. & ſeqq. & num. 8. & Seraph. deciſ. 275. num. 10. & ſeq. & quòd error excludat conſenſum, & pariat incertitudinem, &, remoto conſenſu, & data incertitudine, corruat actus, vt loquẽdo de datione in ſolutum, in qua pars, vel iudex errauerit, credendo, quòd debitor deberet centum, cum deberet ſolum quinquaginta, ſcibit Surd. conſ. 39. executionem. num. 26. & 27. vbi refert, & ſequitur, quòd ſi ſacerdos habeat vndecim hoſtias, & gerat in animo conſecrare decem tãtummodo, & ſuper omnibus proferat verba conſecrationis, tunc, quia incertum eſt, quæ ſint illæ decem, quas voluit conſecrare, nulla ex his erit conſecrata.

Quia reſp. dupliciter. Primo retorquendo

do argumentum de cõſecratione, dico, quod ſi ſacerdos crederet, hoſtias, quas conſecrat, eſſe vndecim, & eſſent tantummodo decem, illę decem remanerent conſecratæ, quia ceſſat incertitudo, & error non vitiaret: ergo idem eſt dicendum in ſententia. Secundo reſpõdeo, quòd licet in ſacramentalibus incertitudo vitiet, quia in his non conſideratur iuſtitia, qua inſpecta, poteſt corrigi error, tamen in ſententia error remouet conſenſum ab ea parte, in qua eſt error, & parit incertitudinem, quando non conſtat in qua parte, ſeu quotā ſit erratum: ſed quado conſtat, tunc remanet conſenſus in alia parte, & ceſſat etiam in ea incertitudo, & hęc eſt optima reſponſio, ſuppoſito, quòd ſententia, non obſtante illo errore, remaneat valida, vt arbitror, in parte; ſecus eſſet ſi diceremus, ſententiam eſſe nullam, per ea, que dixi infra in ſecundo caſu, num. 79.

33 Extende ſecundo, vt pariter non ſit in totum reuocanda executio, facta pro maiori ſumma vigore illius iniuſtæ ſententiæ, ſed ſit reuocandus ſolus exceſſus, & ſuſtineri debeat pro ea parte, pro qua eſt iuſta; & moueor ex iiſdem argumentis, adductis ſupra num. 10. & ſeqq.

34 Reſtringe declarando hanc extenſionem, vt ſit vera in executione, cuius communio, ſeu diuiſio poteſt fieri ſine damno, & incommodo debitoris, vtputa, ſi ſit executio perſonalis per capturã, & carcerationẽ debitoris, quia debet remanere captus, & carceratus pro ſumma debita, & nõ debet annullari captura in totum: ſimiliter ſi debitor metu mãdati executiui, ſeu captus metu carceris ſoluiſſet plus debito, nõ debet creditor cogi ad reſtitutionẽ totius, ſed ſolũ ad reſtituendum illud plus: item ſi creditori fuiſſet in ſolutum plus debito datũ vinum, vel oleum, aut quid ſimile, quod in genere ſuo functionem recipiat, vt loquitur Bar. in l. 26. ſi non ſortem. §. ſi centum. in ſummario, ff. de condict. indeb. quia tunc creditor debet ſolum reſtituere illud plus, dicto §. ſi centum.

35 Secus eſt, ſi executio ſit facta in re, quę veniret poſſidenda communiter, ſeu alias diuidi non poſſet ſine damno, & incommodo debitoris, quia in ſpeciebus ratione partis indebitè ſolutæ totum repetitur, Bar. in dicto §. ſi centum. in ſummario, & ſic executio veniret annullanda in totum, remanente creditori iure crediti, & retentionis, donec ſibi ſit ſatisfactum de ſuo credito, vt in eod. §. ſi centum. cum quo concordat l. 85. cum amplius. ff. de reg. iur.

36 Ratio eſt duplex. prima quia nemo inuitus compellitur ſtare in communione, vt in dicto §. ſi centum. & ibi Doct. & Tiraq. de retr. lignag. §. 23. gl. 1. num. 26. verſ. quibus. ſecunda, quia in ſpeciebus non valet tantum pars ſeparata à toto, quantum ſi eſt vnita toti, Bar. in eod. §. ſi centum. num. 5. vnde non poteſt ſuſtineri in parte, quia debitor iniuſte læderetur.

37 Infero primo ex hac reſtrictione in prima parte, quòd licet mandatum executiuum, relaxatum ab A. C. & executio illius excedant debitum, tamen debet ſuſtineri pro ſumma debita, & ita vidi ſeruatum; & qui aliter ſeruant, videntur nutrire lites, & facere per plura, quod poſſunt facere per pauciora.

38 Infero ſecundo, quòd ſtatutum Ciuitatis Genuæ lib. 1. cap. 2. verſ. habeant. concordat cum iure communi, de quo nos ſupra num. 34. in hac reſtrictione, dum diſponit, quòd ſupremi ſyndicatores non poſſint annullare detentiones factas pro maiori ſumma, quàm ſit verum debitum, niſi pro ſuprapluri; ſed detentio, etiam facta pro maiori ſumma veri debiti, valeat pro vero debito.

39 Infero tertio, quòd in prima parte eiuſdem reſtrictionis videntur erraſſe Bar. in dicto §. ſi centum. ſub num. 5. ibi, tenementi. Paul. de Caſtr. num. 2. not. 1. & Iaſ. num. 1. Alex. in l. iuſte. num. 20. verſ. vbi autem. ff. de acquir. poſſ. Affl. deciſ. 358. in cauſa inter nobilem. in fine, num. 7. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 3. & vlt. princip. in verbo, poſt omnia aduertatur circa executionem. num. 20. verſ. nota tamen. fol. 522. Ioſ. Cum. in ritib. Sicil. cap. 17. n. 156. & cap. 9 t. nu. 14. & Flam. Cart. deciſ. 39. quidam. ſub n. 8. verſ. in contrarium. & nu. 9. & ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ. 33. concluſum. num. 6. par. 2. & alij communiter, quos iſti citant, & ſequuntur; & latius Tiraq. de retr. lignag. §. 23. gl. 1. num. 26. dum ſcribunt ſimpliciter, quòd datio in ſolutum plus debito vitiatur in totum: Imò Bar. Paul. de Caſtr. Iaſ. & cæteri in lecturis non videntur erraſſe, quia in primis diſtinguunt inter vnam, & alteram ſpeciem dationis in ſolutum, vnde licet poſtea ſimpliciter dicant, dationem annullari in totum, etiam ſi excedat in vno nummo, ſeu in aliquo minimo; tamen ſunt intelligendi, vt loquantur iuxta diſtinctionem, de datione

ſpeciei

ſpeciei ; & conſequenter communis opinio, quę tenet, executionem, ſeu adiudicationem, & dationem in ſolutum annullari in totum, ſi ſit facta vltra debitum, debet reſtringi ad dationem ſpeciei, vt explicauimus: & in his terminis loquitur Iaſ. in l. 22. ſi is ad quę. nu. 17. verſ. amplia notabiliter. ff. de acquir. hęred. dicens, quòd ſi iudex daret aliquam domum, vel fundum alicui in ſolutum, & datio in aliqua parte eſſet plus debito, prout tota die contingit, tunc talis datio in ſolutum eſſet nulla in totum, & ideo fructus medio tempore percepti erunt reſtituendi, vel computandi in ſortem, & ideo tale decretum quamuis eſſet interpoſitum partim ex cauſa vera, & partim ex cauſa falſa; tamen eſſet in totum ipſo iure nullum.

40 Non obſtat primo, quòd Alex. in dicta l. iuſte. num. 20. dicat, quòd decretum in cauſu, de quo agimus, quando debitor cogitur ſoluere maiorem ſummam, quàm ſit verum debitum, dicatur interpoſitum ex cauſa partim vera, & partim falſa, & conſequenter ſit nullum, vt retuli etiam infra quæſt. 32. num. 25.

Quia reſpódeo multipliciter. Primo nego, quòd ſit nullũ, & moneor ad negãdum, quia ſi eſſet nullũ, non haberet vim transferendi dominium, quia ex actu nullo non acquiritur dominium; ſed per dationem in ſolutum factam partim ex cauſa vera, & partim ex cauſa falſa, transfertur dominium, & ideo debitori datur condictio indebiti ad repetẽdã rem datã in ſolutum, vt in l. 26. ſi non ſortẽ. §. ſi centũ. ff. de condict. indeb. quæ condictio ei non daretur, ſi non eſſet tranſlatũ dominiũ in creditorem; cum domino non detur hæc condictio, ſed detur rei vendicatio, vt ex Raph. Cum. refert Alex. vbi ſupra: ergo de-

41 cretum non eſt nullum. † Secundo reſpódeo, diſtinguendo: aut decretũ adiudicationis interponitur ante litem conteſtatam, & ſic adiudicatio ſit per interlocutoriam, & tunc dico, quòd ſi Prætori fuit obreptũ, & ideo illud decretũ ex falſa cauſa interpoſuit, poteſt illud retractare quandocunque appareat de falſitate cauſæ, etiam ſi illud interpoſuiſſet ex cauſa partim falſa, & partim vera, & huiuſmodi decreta immiſſionis in poſſeſſionẽ, & adiudicationis ante litem conteſtatam fieri ſolent contra contumaces, per ea, quæ

42 ſcripſi ſupra q. 7. ſub num. 1. & nu. 107. † aut decretum adiudicationis interponitur poſt litem conteſtatam, & ſic diſcuſſo negotio, & tunc illa adiudicatio dicitur facta per ſententiam diffinitiuam, quæ non poteſt retractari; quãuis condẽnatus velit docere de indebito, Cyn. in l. conſentaneum. in fine, n. 6. C. quom. & quan. iud. & Alex. in loco ſupra proxime citato, niſi per viam appellationis, interpoſitæ ab ipſa ſententia diffinitiua, antequam trãnſierit in iudicatum, ſed poſt tranſitum in iudicatum firma manet, quamuis eſſet lata ex falſa cauſa, vt dicunt Cyn. & Alex. hic ſupra, & ex Gul. de Cun. quem citat Bar. refert, & ſequitur idem Alex. in ead. l. iuſtè, ſub num. 8. & ſcribit Abb. in cap. 1. ſub num. 20. verſ. quæro quid in decreto. de ſent. &

43 re iudic. † & ratio differentiæ, quare ſententia, lata contra ius litigatoris, valeat, & decretum non valeat, eſt, quia decretum expeditur mero iudicis officio nobili, & per id pars non eſt in aliquo obligatã, quia quicquid iudex agit, mero ſuo officio agit, & ideo quandocunque ei videbitur æquũ, poteſt illud interponere, & vbi nõ reperitur quid iure cautum, poteſt decidere, quare quicquid agitur officio iudicis, debet eſſe fundatum in æquitate, & conſequenter ſi eius decretum careret æquitate, non poſſet ſubſiſtere,

44 tanquam carens principali fundamento, † at ſententia fertur, non inſpecta æquitate principaliter, ſed inſpecto quodam iuris rigore, ita vt ſit ferenda in ſcriptis à iudice, ſedente pro tribunali, & ſeruato prius ordine ſubſtãtiali iudicij, vnde de eodem iuris rigore debet valere, etiam ſi ſit lata contra ius litigatoris, & etiam ſi ſit lata ex falſis probationibus, & forſan etiam ſi ſit lata ex dolo partis, vt totam hanc differentiam adducunt Alex. in dicta l. iuſte. num. 11. verſ. ſecundo iuxta. & Socc. num. 6. & ſeqq. vſque ad num. 11. incluſiue in vltima lectura, & latè ſecutus ſum infra q. 32. num. 3. & ſeqq. & num. 16. & de differentia, & de ratione differentiæ inter decretum, & ſententiam diffinitiuam vide infra dicta q. 32. num. 21. & ſeqq. Tertio, omiſſis his duabus reſponſionibus, reſpondeo breuius, & facilius, quod nos non diſputamus hic de decreto adiudicationis an ſit validum, vel nullum, ſed ſupponimus validum, quamuis iniuſtum, vt dixi ſupra ſub num. 30. & ideo quando eſſet nullum, tunc videnda ſunt, quæ ſcripſi infra num. 79. in ſecundo caſu.

45 Non obſtat ſecundo, quòd Bal. in l. certi condictio. §. quoniam. ſub. nu. 3. in ſecundo caſu, Dec. ſub. num. 4. not. 3. ff. ſi cert. pet.

Aff.

Affl. in deciſ. 218. petita. num. 4. Surd. deciſ. 74. in iudicijs. num. 8. & 9. & Simoncel. quem retuli lib. proxime præceden. cap. 11. num. 1122. dicant, quòd iudicis decretum eſt indiuiduū, & ideo, ſi in parte ſit verum, & in parte ſit falſum, ruat in totū, quia vtile per inutile vitiatur in indiuiduis, & quod idem Bal. in l. 26. ſi non fortè. §. ſi cētum. ff. de condic. indeb. dicat, quod cum decretum iudicis non poſſit pro parte valere, & pro parte non valere, adiudicatio facta partim propter debitum verum, & partim propter debitum falſum, non poteſt in aliquo valere, & in hoc decretum differat à contractu, quia per contractum transfertur dominium, non obſtante falſa cauſa, ſed per decretum ex falſa cauſa non transfertur dominium; & ad probandum decreti indiuiduitatē communiter allegent text. in l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei.

46 Nam reſpondeo dupliciter. Primo dico, ſummam, ſeu quantitatem contentam in ſententia, ſeu decreto adiudicationis, eſſe diuiduam, & ad eam correſpectiuari decretum, & non è conuerſo; quia nos debemus attendere diuiduitatem, & indiuiduitatem non ex parte verborum, ſed ex parte rerum, per ea, quæ ſcripſi ſupra ſub num. 15. & 17. & ideo in primis nego indiuiduitatem decreti, nec quicquam facit text. in dicto §. hæc verba. communiter allegatus, quia non loquitur de miſſione in poſſeſſionem partim ex credito vero, & partim ex credito falſo, prout eſt caſus noſter; ſed loquitur de eo, qui fuit miſſus in poſſeſſionem ob falſum creditum, quo caſu inquit Iuteconſ. quòd huic miſſo in poſſeſſionem non debet prodeſſe illud edictum, ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionē miſſus eſt, & certe nemo aliter reſponderet. Secundo reſpondeo, adductum pro obiectione poſſe procedere in decreto adiudicationis ſpeciei, & non in adiudicatione eius, quod recipit functionem in genere ſuo, per ea, quæ dixi ſupra, num. 35. 36. & 39.

47 Explica primo vlterius ſecundam partem eiuſdem reſtrictionis, dum diximus, adiudicationem ſpeciei reuocari in totum, vt quamuis reuocetur tota adiudicatio, non tamen eſt in totum reuocanda ſententia, ſed ſolum erit procedendum ad aliam adiudicationem pro ſumma debita, quia nihil eſt impedimento, quare ſententia non debeat ſuſtineri pro ea parte, & ratha, in qua notoriè apparet iuſta, vt dixi ſupra num. 10. & ſeqq.

48 Explica ſecundo, vt quamuis adiudicatio ſpeciei pro maiori ſumma, quàm ſit ſumma veri debiti, reſcindatur omnino, & in totum, vt dixi ſupra nu. 35. & 36. tamen ſi ſupponeremus ſententiam iuſtam, quæ condemnaret ſolum ad ſummam veti debiti, ſed pretium totius ſpeciei venditæ, vel adiudicatæ creditori de mandato iudicis, longè excederet ſummam debitam creditoti, venditio, ſeu adiudicatio adhuc teneret, Alex. in l. iuſte. num. 23. verſ. ſed pone. ff. de acquir. poſs. quia non poteſt reperiri res, quæ punctualiter valeat tanti, quantum debetur creditori; ideo illud plus reſtituetur, ſeu ſoluetur debitori, & ſic neuter erit in damno, vel in lucro, quia ſuſtinetur pro ea parte, quæ proportionatur debito, iuxta conſiderationem, quā facit Socc. in ead. l. iuſte. n. 13. verſus finē, ibi, aliquando & ſecundo. & quā in caſu ſequentis tertię explicationis facit Surd. cōſ. 39. executionem. ſub num. 28. in ſecunda reſponſione: imò crederem, hanc explicationem eſſe verā, etiam ſi ſententia eſſet iniuſta, vt, quia condemnaret ad maiorem ſummam veri debiti; quia nihilominus ſi adiudicatio fieret pro ſumma veri debiti, & non vltra, & ſpeciei pretium excederet ſummam debiti, illud plus reſtitueretur, vt dixi, debitori.

49 Explica tertio, vt multò magis ſuſtineatur ſentētia, & adiudicatio, ſi error maioris ſummę non ſit in ſententia, neque in decreto adiudicationis, ſed ſit in viliori ęſtimatione, eo quia res valoris ſcutorum 150. fuerit data creditori, ſeu oblatori pro ſcutis 100. quia tunc adiudicatio non reſcinditur in totum, ſed ſuſtinetur pro quātitate veri debiti, & reliquum repetitur, Bal. in cap. quoniam frequenter. §. fin. num. 2. vt lit. non conteſt. Iaſ. in l. 26. ſi non fortem. §. ſi centum. num. 2. ff. de condict. indeb. Affl. deciſ. 358. in cauſa inter nobilem. in fine, ſub num. 7. Surd. dicto conſ. 39. num. 27. in fine, & num. 28. Flam. Cart. deciſ. 39. quidam. num. 15. & ita ſentiunt Paul. de Caſtr. in dicto §. ſi centum. num. 3. dicens, quod ſi pars ipſa dederit in ſolutum, & errauerit non in ſumma debita, ſed errauerit in æſtimatione tei, quia rem tanti æſtimauerit, nihil ei teſtituitur, ſed ſi, inquit, errauerit iudex, dando in ſolutum, tunc ſe remittit ad l. fin. C. de iure domin. impetr. & Alex. in eod. §. ſi centum. num. 3. qui recenſet verba formalia Pauli de Caſtr. & in hoc ſenſu aperte eos citant Iaſ. Surd. in locis citatis, & alij alibi.

Expli-

50 Explica quarto, vt procedat in adiudicatione, per quam trãsfertur dominiũ, vt locuti ſumus; ſecus eſt in tenuta, quæ datur vigore pacti executiui, quia licet ſit facta pro maiori ſumma, tamen remanet valida pro ſumma debita, Franc. Aret. in l. 1. §. penul. ff. de verb. oblig. Iaſ. in dicto §. ſi centum num. 2. in fine, Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 3. & vlt. princip. de execut. ſenten. num. 21. fol. 522. & Ioſ. Cum. ſuper ritib. ſicil. cap. 17. num. 159. & cap. 91. num. 18.

51 Explica quinto, vt non habeat locum in actione reali, ſeu hypothecaria, quia licet creditor in actione perſonali mittatur in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati, quatenus ſcilicet illa bona, in quorum poſſeſſionem mittitur, veriſimiliter aſcendunt ad illã ſummam debiti, tamen non ſic eſt in actione hypothecaria, quia mittitur in poſſeſſionem omnium rerum hypothecatarum, inſtar miſſionis in poſſeſſionem ex actione reali, quæ miſſio fit in rem petitam, & non attenditur in his quantitas debiti, ita teſtando de magis communi opin. ſcribit, & ſequitur Alex. in l. 3. poſſideri. §. vlt. genera. num. 22. verſ. pro quo adduco. ff. de acquir. poſs. quem citant, & ſequuntur Maran. in dicto 3. & vlt. actu, de execut. ſub num. 21. limit. 2. & Ioſ. Cum. in dicto cap. 17. num. 160. & cap. 91. num. 19.

52 Explica ſexto, vt non procedat in executione extraiudiciali, procedente ex conſenſu partium, quia illa ſuſtinetur pro parte vera, vt in l. 1. §. ſi duæ. ff. quor. legat. vbi ſi vna pars rei legatę occupetur ex voluntate teſtatoris, & altera non ex voluntate, vna pars ſola per interdictum auferetur, & in l. vlt. §. ſin autem minus. & §. ſeq. & ne ex communione. C. de iur. domin. impetr. vbi habetur, quòd creditor poteſt vendere pignus, cum onere reſtituendi debitori quantitatem, quæ excedit creditum.

53 Limita primo nunc eandem concluſionem primi caſus, poſiti ſupra ſub n. 30. vt non procedat in ſententia cenſurarũ, puta excommunicationis, quia excõmunicatio reputatur indiuiſibilis, & ideo nõ poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, ſed tota eſt nulla, Galleſ. ad form. camer. oblig. rubr. quæſtionũ poſt proceſ. inciden. n. 36. fol. 364. tom. 6. par. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 626. in iſta. nn. 2. in fine, par. 1. & deciſ. 221. fuit per dominos. num. 1. par. 2.

Ratio eſt, quia excommunicatio non verſatur circa res diuiſibiles, prout verſatur executio, ſed eſt tanquam vulnus illatum in animam excommunicati, quod vulnus illatum non poteſt diuidi.

54 Limita ſecundo, ſeu verius declara, vt quamuis ſententia, ſeu mãdatum executiuũ, illiusque executio ſuſtineatur pro parte veri debiti in ijs, quæ functionem recipiunt in genere ſuo, vt explicaui ſupra num. 17. verſus finem, & ſub num. 34. tamen quoad expenſas madati, ſeu ſententiæ, & executionis debet tota ſententia, & illius executio haberi pro iniuſta, ita vt debitor partem expẽſarum actori reficere non debeat; nam vel iudex ex ſua ceruice condemnauit, & etiam fieri fecit executionem vltra petita, & tunc condemnatus non tenetur ad aliquas expenſas, tum quia forſan ſententia, & eius executio poſſent hac ratione eſſe nullæ, quod nunc non firmo, & quando eſſent nullæ, nullum remaneret dubium, quòd nulliter condemnatus non tenetur ad expenſas, ſed ad eas teneretur iudex, qui poſſet etiam vexari in ſyndicatu, per ea, quę allegat Aſin. in prax. iudicior. §. 32. cap. 2. amlp. 39. num. 1. fol. 201. tùm qnia, ſi non eſſent nullæ, adhuc non tenetur, per ea, quæ dixi num. ſeqq. vel iudex condemnauit, & executionem fieri
fecit, iuxta petita per actorem, & tunc multę
adhuc vrgent rationes pro condemnato, ne
55 teneatur ad aliquas expenſas. † Prima ratio
eſt, quia in re ambigua, & æqualis contro-
uerſię reſpondendum eſt pro reo, vt dixi ſu-
pra q. 7. num. 82. & infra q. 21. ſub num.
55. in ſecunda regula, † ſed an, actore pe-
56 tente plus debito, poſſit reus licitè negare
totum, eſt adeo ambiguum, & cõtrouerſum,
vt vix diſcerni poſſit, quæ opinio ſit magis
communis, vt ex Gabr. retuli lib. proxime
pręced. cap. 7. num. 696. & 697. vbi poſui
controuerſiam, & opiniones; prout etiam
ſatis cotrouerſum eſt, an reus poſſit negare
totam poſitionem ratione partis falſæ, vt pa-
tet ex his, quæ latè ſcripſi eod. cap. 7. n. 689.
& ſeqq. vbi poſui quæſtionem, opiniones,
57. & reſolutionem: † ergo in iſta ambiguitate
reſpondendum eſt pro reo, vt poſſit totum
licite negare, & litigare, & conſequenter, fa-
ciendo licitum, non teneatur ad pœnam ex-
penſarum, quia ſi teneretur ad expenſas, in
neceſſarium antecedens diceremus, quod
58 non potuiſſet licite totum negare. † Secun-
da ratio eſt, quia in iudicijs, vt ſeruetur
æqualitas, culpa cum culpa, & mora cum

mora

mora compenſatur, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 201. & 202. ſed creditor fuit moroſus in nō petendo ſummam debitam ſine exceſſu, vel ſaltem fuit in culpa, petendo ſupra debitum: ergo debitori licuit eſſe in culpa, negando infra debitum, quia licet clauum clauo trudere, & fallere fallentem, fraudemque repellere fraude, per ea, quę dixi ſupra lib. 1. cap. 51. num. 12. & infra q. 18. nu. 22. nam ſi licuit actori aſtutè plus petere, vt conſequatur iuſtum, quod eſt minus, ſolet enim quis vt conſequatur modicum, petere multum, licuit etiam reo eadē aſturia negare totum,
59 vt ſoluat partem iuſtam.† Tertia, quia victus tenetur victori ad expenſas, vt dixi infra nu. 67. verſ. ſecunda ſpecies. ſed iſto caſu actor eſt victus in parte debiti non veri, & reus eſt victus in parte debiti veri, ergo expenſę neutri debentur, quia propter mutuam victoriā inuicem compenſantur, ſecundum ea, quæ confuſe adducit Bal. in auth. hodie. §. cautione. n. 3. & 4. verſ. modo quæritur. C. de appel. & aperte Abb. in cap. 1. in fine, n. 17. verſ. & per prædicta. de plus petit. & ita videtur reſidere Gabr. in concl. lib. 2. tit. de expenſ. cōcl.
60 2. nu. 13. & 16. † Quarta, quia debitor, qui habet iuſtam cauſam litigandi, excuſatur à refectione expenſarum, ſecundum vnam opin. quam retuli infra num. 74. verſ. contra. & reus, à quo actor petit plus debito, habet iuſtam cauſam litigandi ſuper toto, niſi actor offerret, ſe recepturum partem, vt ſcripſi ſu-
61 pra lib. 1. cap. vlt. 103. ſub num. 2. † Quinta ratio eſt, quia illa regula ſeparandi debitum verum à debito non vero, quam ſeparationem diximus poſſe ſeruari quoad capitale contentum in ſententia, vt ſententia ſuſtineatur pro parte veri debiti, vt dixi ſupra num. 10. & ſeqq. non poteſt ſeruari in debito expenſarum, vt eodem modo debitor ſit condemnandus ad expenſas proportionatas vero debito, & ſic ad partem expenſarum; quia debitum capitalis remanet clarum, & nulla culpa, aut cauſa dicitur ſublatum, ſeu obſcuratū, nullumq. reperitur ius, quod creditori illud adimat, & debitori cōcedat, neq; debitor eſt in aliqua alia parte creditor; ita, vt ſit hinc inde capitale compenſabile, ſed debitum expenſarum ſit ipſius creditoris culpa obſcurum, & reducitur ad non debi-
62 tum, per ea, quæ dixi hic ſupra. † Sexta, quia in caſu quo eædem expenſæ, factæ pro tota ſumma petita, fuiſſent faciendæ etiam pro ſola parte debiti non veri, oritur perplexitas expenſarum, quia non poteſt dici, quod ſint factæ magis pro parte debiti veri, quàm pro parte debiti non veri, & in perplexis vnum vitiat alterum, & totum redditur inutile, vt loquendo de ſententia perplexa, ſcripſi infra quæſt. 15. num. 9. quare ex deductis in prima, & ſecunda ratione, quòd reo propter partem falſam liceat negare totum, illatiue, & breuiter lib. proxime præced. cap. 7. num. 704. ſecutus ſum hanc limitationem, quòd reus, condemnatus ad partem debiti, non poſſit condemnari in expenſis, & eandem limitationem ſecuti ſunt alij, quos citat Gabr. dicta concluſ. 2. num. 10. limit. 2.

Imò aliqui tenuerunt, quòd non ſolum reus ſit abſoluendus ab expenſis, ſed ad eas ſit condemnandus actor, per ea, quæ refert Gabr. ead. concl. 2. num. 11.

63 Contra hanc limitationem: quòd enim reus teneatur ad expenſas eò, quia negauit partem veram, cum deberet eam fateri, & offerre, tenent ij, quos citat Gabr. dicta concl. 2. num. 15. & vltra eos Rebuff. tract. de expenſ. damn. & inter. art. 1. gl. vna, num. 21. & 22. fol. 439. tom. 3. dicens, ita ſeruari in Curijs Franciæ, quia temerarius eſt litigator, ſi non offert quod debet.

64 In hac contrarietate quamuis hinc inde ſint probabilia argumenta, & Curia Florentina vt plurimum ſeruet limitationem, quia vel vtrumque litigatorem abſoluit ab expenſis, & bene, ad ſuccidendas lites, vel vtrunque condemnat pro ratha victoriæ, & prudenter, quia nemo videtur grauatus; tamen ego pro pinguiori reſolutione, & ad minuendas difficultates, & controuerſias diſtinguerem duplicem ſpeciem victoriæ.

Prima ſpecies victoriæ eſt illa, quæ eſt diuiſa inter actorē, & reū, quia reus partim condemnatur, & partim abſoluitur; & in iſta ſpecie concludo, condemnandum eſſe vtrunque cōſiderata vtriuſque victoria, & ſecundum illius proportionē, per ea, quæ allegat Aſin. in prax. iudic. §. 32. cap. 2. ampl. 71. num. 1. fol. 209. nam iuſtitia, & ęquitas requirit, vt cum vterque ſit victus in parte, vterque debeat condemnari in expenſis, per ea, quæ dixi infra nu. 67. in ſeq. ſecunda ſpecie.

65 Extende hanc concluſionem, vt procedat, etiam ſuppoſitis ſtatutis, & Rotæ obſeruantia, de quibus infra num. 70. verſ. extende. quia hęc concluſio non eſt con-

tra illa ſtatuta , cum aliud ſit abſoluere victum ab expenſis propter iuſtam cauſam litigandi, quod prohibent illa ſtatuta , & aliud condemnare vtrunque pro ratha victoriæ,quod eſt ſecundum ius commune , & ſecundum illa ſtatuta.

Declara,reſtringendo eandem concluſionem , vt in caſu , in quo æqualis eſſet victoria , poſſet vterque propter mutuam compenſationem abſolui ab expenſis.

66 Sed quia actores facile incidunt in hos laqueos , vt non obtineant in toto , & ideo iudices facile abſoluant reum ab expenſis iuxta prædicta ; idcirco inuentę ſunt clauſulę ſalutares, ne perdant expenſas,de quibus clauſulis ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 50. ſub num. 32. verſ. alij addunt.& verſ. ſeq. in alia futura impreſſione.

67 Secunda ſpecies victoriæ eſt , quando vnus ſolus obtinet totam victoriam , puta quia reus condemnatur in totum , vel abſoluitur in totum ; & in hac ſpecie concludo ſimpliciter , quòd victus eſt condemnandus ad expenſas , l. 11. properandum. §. ſin autem alterutra , & ibi Bar. & cęteri C. de iudic. Canoniſtę in cap. 5. finem. de dol. & contum. latè Couar. pract. qq. cap. 27. num. 1. & ſeqq. & latiſſime Aſin. in prax. iudic. §. 32. cap. 2. num. 1. & ſeqq. fol. 196. qui ponunt ampliationes , & limitationes , apud quos magnus Doctorum numerus pro hac concluſione eſt citatus , ideo in allegatione non inſiſto.

68 Ratio huius concluſionis eſt , quia inferens damnum alicui,tenetur illud tam de iure diuino , quam humano emendare,per ea , quæ ſcripſi in meo tract.de commerc. §. 1. q. 7.par. 2.ampl. 8.num. 96.ſicut furans tenetur rem furatam reſtituere,& pœnitere non ſufficit,per ea,quę ſcripſi,& declaraui ead.par.2. ampl. 19. nu. 63. & dicitur quis damnum inferre non ſolum quando illud infert immediate,ſed etiam quando ipſe eſt cauſa, vt ille dãnum accipiat, vt ſcripſi ead. ampl.8.ſub n. 96.verſ.ratio quare.& dicitur cauſam damni dare non ſolũ quando cauſat, vt patrimonium illius,cui cauſam dat , diminuatur, ſed etiam quando cauſat , ne ille patrimonium augeat ; vnde dicimus , quod debitor moroſus tenetur ad intereſſe tam damni emergentis,quã lucri ceſſãtis,vt late ſcripſi ead.ampl. 8.num. 269.& ſeqq. & conſequenter debitor ſi, non ſoluendo debitum, dat creditori cauſam faciendi expẽſas litis, & ſic dat creditori cauſam, vt litis impenſis minuat patrimonium,tenetur illud damnum emendare.

69 Nec obſtat , quòd auctoritates,à me adductę in locis citatis in hac ratione, non loquantur de expenſis,ſed loquantur de damno dato, quod differt ab expenſis,cap.8.in noſtra. & ibi Gl. 1.de iniur. & damn. dat. & alij, quos citat,& ſequitur Boer.deciſ.52.latum fuit.num. 7. verſ. ſic è contra.

Quia reſp. quod etſi vnum non ſit alterũ, & ideo in renunciatione, ſeu remiſſione, quę eſt ſtrictiſſime intelligenda,vnum non veniat appellatione alterius , vt in dicto cap.in noſtra.tamen in iuris diſpoſitione,quæ ex iuſtitia obligat generaliter omnes , qui lædunt alium,§.iuris præcepta. Inſtit.de iuſt. & iur. ita comprehenditur lędens vno modo, ſicut lædens alio modo,& cõſequenter illæ auctoritates , quæ reſpiciũt lęſionis emendationẽ, ita comprehendũt lædentem per viam damni dati, ſicut lædentem per viam expenſarũ, vnde æquè obligant ad intereſſe , quod procedit à damno emergente , & ad intereſſe , quod procedit à lucro ceſſante,vt dixi dicta ampl. 8. num. 269. & ſeqq.

70 Extende hanc concluſionem, vt procedat indiſtinctè,& ſic etiam ſi victus habuiſſet iuſtam cauſam litigandi , quia adhuc debet condemnari in expenſis , vt videtur voluiſſe ſtat. Vrbis lib. 1. cap. penult. dum mandat, quod victus victori reficiat expenſas , etiam ſi condemnatio expenſarum ſit omiſſa in ſententia, de quo ſtat. locutus ſum etiã cap. ſeq.q. 17.limit. 21.in fine,& prout ſeruat Rota,quę, nulla facta differentia, an victus non habuerit, vel habuerit iuſtã cauſam litigandi, indifferenter condemnat ad expenſas, vt, citatis Lud.Gomeſ. & Rotę deciſionibus,referunt Couar.pract.qq. cap.27.ſub n.3.verſ. iudices vero.& Flam.Cart.deciſ. 1.num.4. & ſcripſi cap.ſeq.dicta limit. 21.ſub n.49. verſ. hoc temperamentũ.& prout expreſſe,& prudenter diſponit ſtat.Genuę lib.3.cap.5.mandans,quòd ſuccumbens in cauſa per ſententiam,teneatur ad expenſas , & ad eas ſit ipſo iure condemnatus,& ab eis abſolui non poſſit per magiſtratum etiam propter iuſtã cauſã litigãdi, & ita iudicatũ fuiſſe Genuę propter expreſſam dicti ſtatuti diſpoſitionem , ſcribit Flam.Cart. deciſ. 1. ſub num. 5.verſ. ſed & in hoc. & ita propter ſimile ſtatutum Politianum fuiſſe iudicatum Florentię,teſtatur Aſin.in prax. iudic. §. 32.cap.2.ampl.3. n.8.& de eodem ſtatuto loquitur eod.cap.2. initio,

Digitized by Google

initio, n. 1. in fine, & n. 2. & quòd iuſta cauſa litigandi non excuſet ab expenſis, quando pro eis datur actio, vt quando ſtatutum mandat, victum condemnari in expenſis, & ideo idem ſit in expenſis conuentionalibus, quia pro eis datur actio, ſequitur Surd. tract. de alimen. tit. 6. quæſt. 3. num. 26. & ſequentibus.

71 Moueor ad hanc extenſionem, quia debitor, non ſoluendo, & ideo cauſando, vt creditor faciat expenſas litis, dicitur eũ lędere, & ei damnum dare, vt dixi ſupra n. 68. in fine.

72 Sed qui dat damnum, non excuſatur à debito emendationis, & reſtitutionis, eo quia ignoranter, ſeu propter iuſtam ignorantiam damnum dederit, quia iuſta ignorantia poteſt eum excuſare à pœna, à peccato, & à reſtitutionis debito, ſi propter impotentiam non reſtituat; ſed non excuſat, ſi ceſſat impotentia, quia patiens damnum, ita illud patitur, ſi ei inferatur ſcienter, ſicut ſi inferatur ignoranter: quare inter inferentem damnum ſcienter, & inferentem propter iuſtam ignorantiam, nulla remanet differentia: quoad obligationem reſtitutionis, data facultate reſtituendi, ſed remanet, non data facultate reſtituendi, vt is, qui damnum dedit propter ignorantiam, ſit excuſatus etiam à peccato, ſecus eſt in eo, qui damnum intulit ſcienter; quia is remanet in peccato, & tenetur de eo pœnitentiam agere, quamuis deſideraret reſtituere, & propter impotentiam non poſſet, vt ſecutus ſum eod. tract. de commerc. §. 2. gl. 3. in fine, num. 134.

Et hanc videri magis communem ſententiam in terminis ſtatuti, mandantis victum victori eſſe condemnandum in expenſis, poſt citatos multos teſtatur Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de expenſ. concl. 1. in fine initij.

73 Confirmatur hæc extenſio, quia demus caſum, quòd actor optimum foueat ius, iuſtamque moueat litem, ideoque tandem in fine reportet victoriam in omnibus, & per omnia, & conſequenter obtineat, reum condemnari etiam in omnibus expenſis, damnis, & intereſſe; & demus etiam caſum, quòd iſtemet actor in eadem cauſa, ex quò ab initio nulliter agebat, ideoque poſt litem conteſtatam mutauit libellum, fuerit condemnatus ad reficiendas reo expenſas, per ea, quæ ſecutus ſum cap. ſeq. quęſt. 11. nu. 36. & ſub num. 33. verſ. ad adducta. vbi reddidi rationes, & quòd eas refecerit; tamen eas non recuperabit, ſicque ab eis non erit excuſatus, quamuis hodie, ſecuta victoria in negotio principali, conſtet, quòd habebat iuſtiſſimam litigandi cauſam, & ita ſeruatur: ergo iuſta cauſa litigandi non excuſat ab expenſis.

74 Contra hanc extenſionem, quòd enim victus non teneatur ad expenſas, ſi iuſtam habuerit cauſam litigandi, & ſic excuſetur ab earum refectione, ſcribit obſcurè Bal. in auth. hodie. §. cautione. num. 2. verſ. ſubſequenter. C. de appell. & ita, citatis multis, & teſtando de opin. communi, ſequuntur Couar. dicto cap. 27. num. 3. verſ. ſexto condemnatio. Aſin. dicto cap. 2. limit. 1. num. 1. & ſeqq. fol. 209. & Flam. Carr. dicta deciſ. 1. num. 3. moti præcipue ex l. 80. qui ſolidum. §. etiam. ff. de leg. 2. & cum hac opin. concordat ſtat. Florent. cuius verba refert Aſin. dicto §. 32. initio, fol. 195. quod tamen mandat, tunc cauſam abſolutionis exprimendam eſſe in ſententia, hancque contrariam opin. procedere, etiam ſi ſtatutum mandaret ſimpliciter, victum victori eſſe condemnandum in expenſis, quia debeat recipere interpretationem à diſpoſitione iuris communis, ſcribunt idem Bal. in l. terminato. verſus finem, num. 21. verſ. porrò vt illud. C. de fruct. & lit. expenſ. Io. de Amic. conſ. 11. facti ſeries. num. 15. in fine, verſ. adducitur. & num. 16. & hanc eſſe veriorem, æquiorem, & magis communem, refert, ſequitur, & late comprobat Aſin. dicto cap. 2. limit. 3. ſub num. 4. verſ. contrariam vero. & ſeqq. & ſub nu. 8. verſ. pręterea. & ex eo ſequitur Flam. Cart. dicta deciſ. 1. num. 5. & hanc forſan ſecutus eſt, citatis etiam multis, Gabr. dicta concl. 1. verſ. contrarium.

75 Ego non diſcedo ab extenſione, tum quia videtur verior propter rationes, à me adductas, tũ quia videtur ſalubrior Reip. nã, aperta hac via, vt iudex abſoluat ab expenſis propter iuſtam cauſam litigandi, facilè hic articulus reducatur ad arbitrium iudicis, cum tanta naſcatur controuerſia, quando dicatur iuſta cauſa litigandi, vt in iure non videatur deciſum.

Non obſtat §. etiam. quia reſpon. quòd cum illius textus deciſio quoad expenſas litis ſit ſatis mutilata, & ideo obſcura, debet intelligi, quando victor ipſe dediſſet iuſtam cauſam litigandi, iuxta ea, quæ dixi infra num. 77.

Pro conciliatione tamen opinionum, & concordia contrarietatis ego diſtinguerem. Aut victus habuit iuſtam cauſam litigandi à caſu, fortuna, & facto aliorum ſine culpa, & malitia victoris; & tunc procedit extenſio, & procedunt ſtatuta, vt victus debeat condemnari ad expenſas, & ita procedit ratio, in qua ſunt fundata extenſio, & ſtatuta.

77 Aut † habuit iuſtam cauſam litigãdi ob malitiam victoris, vt puta, quia victus, vti hęres extraneus, creditũ ignorãs actoris, requiſiuit eũ in iudicio, vel extra, vt ſibi oſtẽderet creditũ, quod petit, quia erat paratus ſatisfacere, & actor recuſauit oſtendere, ideoq. ſeruatis ſeruandis, proſecutus eſt litẽ, & cũ diutius differre nõ poterat, produxit ius ſui crediti, quo viſo, reus obtulit ſe paratum ſatisfacere: & iſto caſu dico, quod victus ob iſtam iuſtam cauſam non tenetur ad expenſas, quarum victor ſibi ipſi cauſam dedit:

78 nam † ſicut ſi ego ignoranter ſoluerem tibi reprobam monetam, quam ab alio, etiam ignoranter accepiſſem, teneret nihilominus tibi probam ſoluere, vt ſecutus ſum in meo tract. de cõmerc. §. 2. gl. 3. n. 134. ſed ſi eandem à te prius habuiſſem, non tenerer; ita etiam damnum, quod victor nũc ſentit, ſi ipſe prius victo dediſſet, non debet à victo illius perere emendationem; & iſto caſu procedunt opinio contraria, & ſtatutum Florentinum: cæteræ autem cauſæ, quæ non procedunt à culpa victoris, quantũuis iuſtiſſimæ ſint, non excuſant à refectione expenſarũ, & hæc ſufficiant de hac limitatione, & eſt abſolutus primus caſus poſitus ſup. ſub n. 30.

79 Secundus caſus eſt, quando ſententia non ſolum eſt iniuſta, eo quia condemnat vel vltra debitum, vel ad impoſſibile; ſed eſt etiam nulla, eo quia eſt lata ſine citatione, aut caret teſtibus, aut eſt in ſe ipſa contraria, ſeu continet perplexitatem: & iſto caſu concludo, quòd ſententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, ſed erit nulla in totum, vt dixi ſupra num. 19. & ita in ſententia, quæ ſit etiam nulla, procedit communis opinio, de qua ſupra num. 5. verſ. ſecundus. quia ſicut vulnus lethale, in aliquam corporis partem illatum, totam adimit vitam, & venenum, quod aſpis, aut vipera mordicus in anguſtum immittit vulnuſculum, omnes penetrat partes, & totum inficit corpus, ita etiam nullitatis vitium, ſi in vna proceſſus, aut ſententiæ reſideat parte, in vniuerſum ſerpit proceſſum & ad totam diſtenditur ſententiam.

80 Non obſtat, quòd ſententia, lata contra citatos operetur ſuum effectum contra eos ſolos; ſed non contra non citatos: quia reſpondeo, ſententiam eſſe validam in ſe ſimpliciter quoad citatos, & ſic quoad eos non poteſt pro parte valere, & pro parte nõ valere, ſed quoad non citatos dico eſſe nullã in totum eadem ratione, quòd non poſſit valere pro parte, & pro parte non valere, quare ſumuntur tanquam duæ ſententiæ.

81 Tempera iſtam concluſionem; vt nullitas, qua inficitur ſententia, non attendatur, quando notoriè per condemnati confeſſionem, ſeu per aliam notorietatem conſtaret, ſententiam eo modo, quo eſt nulliter lata, eſſe, ſublato proceſſu, & velo leuato, denuo ferendam, quia notorietas eſt venenatæ nullitatis antidorum, aut ad ſanandum ſalubre remedium, vt dixi etiam ſupra num. 20.

82 Infero primo ex omnibus huc uſque dictis (ſi ea amplectamur) conſtare, quòd, facta materiarum ſeparatione, remouentur perplexitates, confuſiones, & ſcriptorum multitudo, quæ poſterioribus laborioſiorem generat explicationem: etenim nos iam oſtendimus, quod hæc quæſtio breui hac terminorum diſtinctione deciditur, vt ſententia partim iuſta, & partim iniuſta debeat ſuſtineri pro parte iuſta, ea vero, quæ eſt partim nulla, tota remaneat nulla.

83 Infero ſecundo, difficultatem, quam non vidi excitatam, ſurgere, quando ſententia dicatur partim iuſta, & quando partim nulla, ſeu ſimpliciter nulla: & agendo breuiter diſtinguo aliquas facti ſpecies.

Prima ſpecies eſt, quando ſententia condemnat vltra petita: & in hac ſpecie poteris videre quæ ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 11. ſub num. 33. & ſupra hoc cap. gl. 10. num. 70. ſed vltra ibi dicta; concludo hic, ſententiam dici iniuſtam, & ideo poſſe ſuſtineri pro parte iuſta: & moueor, quia licet conteſtatio litis ſit de ſubſtantia, & eſſentia, tam ſententiæ, quàm totius iudicij, ita vt iudex procedere non debeat, & multo minus ſententiam ferre, niſi partes prius litem ſuper certa differentia deliberatè congrediantur, quem congreſſum conteſtationem litis vocamus, ne alias iudex, hac conteſtatione omiſſa, litem non extantem introducat, aut eluſoriè decidat, tamen ſi poſtquam litem congreſſæ ſunt, iudicando excedat, iudicium non dicetur nullum ex defectu con-

conteſtationis litis, ſed poterit dici iniuſtum propter exceſſum, imò neque forſan diceretur iniuſtum, ſi exceſſus iuſtificaretur ex actis, præſertim in cauſis ſummarijs, & ſimilibus, vt ſecutus ſum ead. q. 11. ſub nu. 34. verſ. cōtraria. & hic infra q. 16. n. 22. & ſeqq.

84 Secūda ſpecies eſt, quando ſententia non condemnat vltra petita, ſed condemnat vltra probata: & in hac ſpecie facilius concludimus, ſentētiam dici ſolū iniuſtā, quia probationes ſunt de ſubſtantia iuſtitiæ, ſed non de ſubſtantia iudicij, per ea, quæ dixi infra q. 20. num. 1. & ſeqq.

85 Tertia facti ſpecies eſt, quando ſententia patitur defectum iuriſdictionis, vel proceſſus, aut ſubſtantialium, ſeu formæ ipſius ſententiæ: & in hac ſpecie concludo, totam ſententiam poſſe dici nullam, per ea, quæ dixi ſupra num. 19. ſub num. 26. & 79.

Pro exactiori huius 13. quæſtionis intelligentia vide quæ ſcripſi ſupra quæſt. 4. num. 6. illat. 1. an ſententia, quæ non decidit totum, poſſit valere in parte deciſa.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XIV.

S V M M A R I V M.

Sententia conditionalis an valeat, num 1. & ſeqq. num. 17. & ſeqq. num. 24. & ſeqq. num. 33. & ſeqq. Et quòd ſecundum legem Ciuitatis Florentiæ ſit nulla, num. 58. Sed lex illa male ſeruatur, num. 59. Et quando illa lex non habeat locum, num. 63.

Appellari poteſt à ſententia, lata ſub conditione, ſub num. 1.

Appellari debet à ſententia conditionali infra decem dies, numerandos non à die exiſtentis conditionis, ſed à die latæ ſententiæ, ſub num. 1. & num. 5. Alias tranſit in iudicatum, num. 2. Siue conditio ſit intrinſeca, ſiue extrinſeca, eod. num. 2.

Delegati iuriſdictio expirat etiam quando decernit mandatum, niſi ad primam diem cum intimatione, num. 3.

Appellari poteſt etiam à ſententia nulla, num. 4.

Interlocutoria circa executionem faciendam an poſſit eſſe conditionalis, num. 6. 7. & 8. Et quid in alia interlocutoria, num. 13.

Sententia diffinitiua conditionalis an, & quando teneat, num. 9. & ſeqq. 33. 45. 56. & 60.

Conditio ex ſe non inficit ſententiam, ſed inficit quando ſententia ex ea redditur incerta, & ideo non dirimit controuerſiam, num. 12.

Papa, ſeu Princeps } conſultus ſuper aliqua differentia, de qua coram eo non ſit proceſſus, reſcribit iudici ſub conditionibus, & modis, ſub num. 14.

Sententia lata ſub conditione, ſi probabitur, an valeat, num. 15. 16. 56. & ſeqq.

Sētentiam latam ſub conditione, ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca, eſſe validam, qui teneant, num. 17. & ſeqq. Et qui teneant, non eſſe validam, num. 31. Et quid concludamus nos, num. 33. & ſeqq. num. 45. & ſeqq. num. 57. & ſeqq. num. 60. & ſeqq.

Intrinſeca, & Extrinſeca } conditio in ſententia quæ ſint, num. 18. & 19.

Sententia, lata ſub conditione extrinſeca, non valet, & quare, num. 33. Imò eſt ſtulta, num. 34. & 42. Quamuis contrarium ſuaderi poſſit ex his, quæ habentur, nū. 35. 36. & 37.

Sententiam ferre ſub conditione extrinſeca, eſt litem exponere ludo, & melius foret litem ludo decidere, quàm ſententia ſub conditione extrinſeca, ſub num. 33. & 34.

Sortis iudicio rem valde dubiam quandoque decidere oportet, num. 35. Et hoc iudicio vtimur in rerum diuiſione, num. 38. Et quo caſu S. Aug. reſponſum dederit, quòd decideretur ſorte, num. 39. Et in ambagibus iudicium ſortis reputatur voluntas Dei, num. 40. & 41.

Conditio extrinſeca ſiue conſideretur in ſententia, ſiue habeatur pro non adiecta, ſemper vitiat ſententiam, num. 43. & 44.

Sententia, lata ſub cōditione intrinſeca de præterito, non valet, ſi quæſtio eſt ſuper facto, nu. 45. & ſeqq. 48. & ſeqq. Secus ſi quæſtio eſt ſuper facto & ſuper iure, num. 55.

Sententia, quæ ex ſe apparet incerta, an, & quando ſit valida, ſub num. 45. & ſeqq.

Sententia, lata ſub conditione intrinſeca, quæ reſpicit factum, & ſic incerta reſpectu facti, ſed certa reſpectu iuris, poteſt valere, num. 55.

Conditionem quæ dictiones importent, ſub num. 55.

Sententia lata ſub conditione intrinſeca de futuro, quando ſit nulla, & quando valida, num. 56. & ſeqq.

Conditio intrinſeca de futuro (ſi probaueris) tunc maxime vitiat ſententiam, quando probatio foret indiſcreta, num. 57.

Florentiæ conſtitutio ſuper nullitate ſententiæ conditionalis, num. 58. Male ſeruatur, num. 59. Declaratur, num. 63.

Sententia lata ſub conditione intrinſeca de futuro, quæ poteſt incontinenti, & ſine dubio apparere, eſt valida, num. 60. Exemplificatur, num. 61. & ſeqq.

Conditio, quæ reſoluitur in certum ordinem, non vitiat ſententiam, num. 60.

Scire non eſt memoriæ cuſtodire, & pendere ab exemplari, num. 64.

Senem Iureconſultum non decet ſapere ex commentario, ſed debet de ſuo proferre, nu. 64.

1 QVAERO decimoquarto, an ſententia conditionalis, ideſt lata ſub conditione, ſit valida? laciniosa enim eſt de ea inter Doct. controuerſia, ego breuiter referam argumenta pro vtraque parte antequam ad meam deueniam opinionem.

Affirmatiua, quòd ſententia ſit valida, his ſuadetur argumentis.

Primo, quia à ſententia, lata ſub conditione, debet apppellari infra decē dies, ſicut à ſententia, lata ſine conditione, & quidem debet appellari non à die exiſtentis conditionis, ſed à die prolationis ſententiæ, l. 1. §. biduum. & ibi Doct. ff. quan. appel. ſit. & cap. 29. biduum. 2. quęſt. 6. Franch. Card. Alex. Tiraq. & alij, quos ſecutus ſum cap. ſeq. quęſt. 12. num. 111. & ſupra lib. 1. cap.
2 97. num. 66. † Et text. in dicto §. biduum. & Doct. non diſtinguunt, an conditio ſit intrinſeca, vel extrinſeca: ſi debet appellari: ergo ſententia ſine appellatione tranſiret in rem iudicatam: ergo ſententia non eſt nulla, quia ſi eſſet nulla, non tranſiret in iudicatum, & conſequenter appellatio non eſſet neceſſaria, l. 12. ſi conſtat. ff. de appell. & l. vnica, C. qui pro ſua iuriſd. iud. dar. &c. Socc. Alex. Maran. & alij, quos citaui cap. ſeq. q. 17. limit. 19. num. 1.

3 Et ex hoc argumento credo, deduci opinionem, & praxim, quam ſeruant hic in Curia Rom. vt iudex delegatus, qui decernit mandatum, niſi ad primam diem cum intimatione, non poſſit, intimato etiam comparente, illud reuocare, quia ab iſto decreto poteſt appellari, & quia eſt definitiuum, functus eſt officio ſuo, quamuis decretum ſit conditionale, & dixi cap ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 43.

4 Huic argumento, ſi teneremus negatiuam, reſpondetur, quòd etiam à ſententia nulla poteſt, & debet appellari quoad quoſdam effectus, vt latè explicaui ead. limit. 19. nu. 2. & ſeqq. & num. 8. & ſeqq. vbi poſui effectus, ad quos appellatio à ſententia nulla eſt neceſſaria; & proinde non tenent conſequentię, adductę in argumento.

5 Secundo quia dum text. in dicto §. biduū. dicit, ſententiam non eſſe ferendam ſub conditione, ſed ſi fuerit lata, eſſe vtile, vt tempora ſtatim debeant computari ad appellandum; dicit quidem, ſententiam non eſſe ferendam ſub conditione, ſed ſi fuerit lata, videtur ſentire, quòd ſit valida, & ideo eſſe appellandum, &c.

Huic argumento reſpondetur, quòd validitas non rectè infertur ex eo, quòd vtile ſit ſtatim appellare, quia, vt dixi in præcedenti reſponſione, eſt vtile appellare etiam à ſententia nulla.

6 Tertio, quia Iureconſ. in l. 15. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. dicit, quod iudices interloqui ſolent, quòd ſi nō extant mobilia, capiantur immobilia, &c. & hanc interlocutionem non improbat, & tamen eſt conditionalis. Ergo apparet ex illo textu, quòd ſententia conditionalis valet, & eſt vſu recepta.

7 Huic textui reſpondeo dupliciter. Primo, quod loquitur in interlocutoria, quę poteſt ferri ſub conditione intrinſeca de præſenti, quę nullam poſtea recipit diſputationē: ſed in ſententijs non interlocutorijs, & latis ſub alia conditione, ille textus non procedit, per
8 ea, quę dixi infra, num. 11. 16. & 48. † Secundo reſpondeo & melius, quòd ſententia poteſt ferri ſub conditione, quę reſoluitur in ordinem, qui ex iuſtitia debet ſeruari, & poteſt certitudinaliter apparere.

9 Quarto quia Imperator in l. 11. cum iudex. C. de ſent. & interl. omn. iud. dicit, quòd ſi iudex in ſententia diffinitiua mandet, iuramentum pręſtari; & non addat, quid ex recuſatione, vel præſtatione ſacramenti fieri oporteat; eiuſmodi ſententia, inquit, nullam vim obtinet, & ſic ex tacito contrario ſenſu manifeſtè ſentit, quòd ſententia vim obtinet, ſi additum ſit, quid ex recuſatione, vel pręſtatione fieri oporteat: vnde ex iſto textu apparet contra præcedentem

tem primam reſponſionem, de qua ſupra num. 7. quòd conditio de futuro poteſt ſtare etiam in ſententia diffinitiua.

10 Reſponderi poteſt huic textui, quòd conditio, quæ ita immediate oritur poſt ſententiam, vt videatur eſſe cum ſententia, & tantam parit certitudinem; vt ſententia remaneat ſine vlla ambiguitate, & ideo nullum aliud indicium, ſeu declarationem poſt ſe requirat, vt cum iudex condemnat, ſeu abſoluit, ſi actor, vel reus inrauerit, iuxta l. 12. generaliter. & ibi not. C. de reb. cred. non reputatur conditio in materia decidendi litem, & conſequenter ſententia iſto caſu valet, vt refert, & ſequitur Oſaſch. deciſ. 146.

11 ſtante. ſub num. 11.† ſecus eſt quando conditio haber neceſſariò tantum ſeparationem à ſententia, vt ſententia per aliquod tempus debeat remanere in ſuſpenſo, & (quod peius eſt) debeat remanere incerta, etiam poſt adimpletam conditionem, eo quia ſuper adimplemento ipſius conditionis alia requiratur ſententia; vt cum iudex condemnat reum; ſi actor probauerit, & abſoluit; ſi non probauerit, quia ſuper ipſis probationibus poſtea eſt diſceptandum, & pronunciandum, an ſit, nec ne probatum.

12 Ratio huius reſponſionis eſt, quia conditio ex ſe non eſt mala in ſententia, niſi ex eo, quòd facit, vt ſententia ſit incerta, & non dirimat controuerſiam: ergo quando conditio non facit ſententiam incertam, & non auſert deciſionem rei controuerſæ, non reputatur conditio, ſeu talis conditio non aduerſatur ſententiæ.

13 Quinto, quia Pontifex in cap. 6. cum veniſſent. de inſtitut. orta differentia inter Archiepiſcopum, & Archidiaconum ſuper inſtitutionibus perſonarum, & cuſtodia Eccleſiarum vacantium, interlocutus eſt, Archidiaconum eſſe tuendum in plena poſſeſſione, donec probatum legitimè fuerit per Archiepiſcopum de iuribus ſuis; quæ interlocutio continet conditionem intrinſecam, vt ſi Archiepiſcopus non doceat de iure ſuo; Archidiaconus maneat in poſſeſſione; & tamen non dubitatur, hanc interlocutionem valere, & in cap. 10. in noſtra. de ſepult. inter Hoſpitalarios, & Priorem Eccleſiæ Montis Ferrādi diffinitiuè pronunciauit, quòd Hoſpitalarij vniuerſa, quæ iure ſepulturæ habuerunt de bonis parrochiani Prioris, reſtituant præfato Priori, niſi probauerint, quòd ille parrocchianus ſepulturam elegerit apud ipſos Hoſpitalarios, & ſic Pontifex tam interlocutoriè, quam definitiuè pronunciauit ſub conditione futuræ probationis.

14 His iuribus, omiſſa reſponſione Oſachi dicta deciſ. 146. ſub num. 8. & 9. quòd ſit ſpeciale in Principe, vt poſſit ſententias ſub eiuſmodi conditionibus ferre, & omiſſis alijs reſponſionibus, quas idē innuit ſub n. 7. verſ. & tenendo. ego reſpondeo, quòd quādo Papa, ſeu Princeps cōſulitur ſuper aliquo caſu, ſeu facto, de quo coram eo non formatur proceſſus, tunc Papa, vt conſulentes plene inſtruat, non poteſt reſpondere, niſi ſub eiuſmodi conditionibus; ſed ſi coram Principe formiter fabricaretur proceſſus, & cauſa plenè inſtrueretur, vtique Princeps non decideret ſub conditionibus. Igitur neque ſub conditione debet decidere iudex, coram quo cauſa fuit plene inſtructa, & dati fuerunt omnes termini ad probandum.

15 Sexto, quia probationes non ſunt de ſubſtantia iudicij, & ideo licet ſententia, lata ſine probationibus, ſit iniuſta, & iniqua, tamen eſt valida, vt, late explicando, ſcripſi infra quæſt. 20. num. 1. & ſeqq. & ita argumentatus eſt Oſaſch. dicta deciſ. 146. num. 16. verſ. ſecundo pro hac parte.

16 Huic ſexto argumento reſpondeo, quòd ſentētia, lata ſine probationibus, quamuis ſit iniqua, & iniuſta, valet, quia definit, & eſt certa, & hoc requiritur ad eſſentiam, & validitatem ſententiæ; cætera verò reſpiciūt iuſtitiam, & iniuſtitiam ſententiæ, & non validitatem; at ſententia, quæ fertur ſub futura conditione probationum, ſeu ſub ſimili conditione, quæ ſuſpendat deciſionem cauſæ, ipſamque ſententiam reddat incertam, & expectet poſt ſe aliam ſententiam, caret propria natura, & eſſentia ſententiæ, & ideo non eſt bonum argumentum à ſententia ſine probationibus ad ſententiam fundatam in probationibus futuris, quia illa definit, iſta non definit.

17 Septimo, quia hanc affirmatiuam videntur communiter tenere Doct. primo enim, (loquēdo de cōditione intrinſeca in præſens, vel præteritum tempus) ſententiam ſub eiuſmodi conditione valere, tenent Doct. communiter, vt teſtatur, & ſequitur Oſaſch. dicta deciſ. 146. ſub num. 10. ibi, attamen communis. quare ſententiam admittere conditionem de præſenti, quia iſta non ſuſpendit, & non dicitur propriè conditio, ex Bar. refert, & ſequitur Alex. in l. 15. à diuo pio. §. in

in venditione. ſub num. 16. verſ. omiſſa prima. ff. de re iudic. & ſcribit Oſaſch. dicta
18 deciſ. 146. num. 9. † & eſt aduertendum; quòd Doct. conditionem intrinſecam communiter vocant eam, quę pertinet ad negotium, de quo agitur, & ex actis, & probationibus debet pendere, vt puta, condemno reum, ſi actor iurauerit, vel probauerit,
19 ſeu ſi eſt probatum, & ſimilia; † extrinſecam verò vocant eam, quæ habet factum omnino ſeparatum, & nihil commune habet cum meritis, & cum iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ; vt puta, cum iudex condemnat, vel abſoluit, ſi nauis ex Aſia venerit, ſi craſtina die pluebit, vt, citatis ijs, qui ita declarant,
20 explicat Oſaſch. ead. deciſ. 146. num. 1. † ſecundo (loquendo de eadem conditione intrinſeca, non in præſens, vel præteritum, ſed in futurum) ſententiam valere, tenent ij, quos citat, &, loquendo de ſtricto iure, veriorem eſſe opinionem, teſtatur Oſaſch. ead. deciſ. 146. ſub num. 14. verſ. contrariam; & num. 15. & ſub num. 16. verſ. quid dicendum. & ſeqq. & vltra citatos per Oſaſch. addo pro eadem opin. Iaſ. in l. 31. admonendi. num. 61. & ſeqq. verſ. primo habes. ff. de
21 iureiur. in prima lectura. † tertio maximè eſt vera hæc opinio; quando conditio intrinſeca de futuro poteſt impleri incontinenti, antequam diuertatur ad actus extraneos, vt cum iudex condemnat reū, ſi actor iurauerit;
22 per ea, quæ dixi ſupra num. 10. † (loquendo etiam de conditione extrinſeca) ſententiam adhuc valere, licet ſit iniqua, & ferri non debuiſſet, & ideo eſſe appellandum, vt iudex appellationis eam reſcindat, ſcribunt, & ſequūtur, communem eſſe opinionem Alex. in dicto §. in venditione. ſub num. 16. verſ. omiſſa prima. ibi, tamen dicatis quòd communiter. & Oſaſch. dicta deciſ. 146. num. 6. 7. & 8. & ſub num. 15. ibi, primo quia valet.

23 Huic argumēto ſumpto ab auctoritate Doctorum, qui faciunt partes in contentione, reſpondeo, quòd dum de vna re diſputamus, non tàm attendendum eſt, quid in ea re aliqui dixerint, quàm quid dicere debuiſſent, vt in alio propoſito dicit tex. in l. 12. ſed licet. ff. de offic. proconſ. & ex eo refert Andr. de Iſern. in vſib. fœud. in prælud. ſub num. 28. & in ſpecie ad auctoritatem Speculatoris; qui de hoc dubio loquitur in tit. de ſentent. §. iuxta. num. 17. verſ. ſed ecce. lib. 2. fol. 173. & prius eod. tit. §. ſpecies. num. 6. verſ. quid ſi iudex. fol. 164. reſpondeo quòd Spec. more ſuo ambulat ſuper ſpinis, & non figit pedes, & hæc reſponſio latius continetur in his, quæ ſcripſi infra quæſt. 24. num. 8.

24 Negatiua opinio, quòd ſententia, lata tam ſub conditione extrinſeca, quàm ſub conditione intrinſeca de futuro, quę non poſſit incontinenti adimpleri, non valeat, ſed ſit nulla; hæc habet argumenta.

Primum (loquendo de ſententia, lata ſub conditione extrinſeca) quia ſuper illa conditione, in qua eſt fundata tota ſententia, non fuit cœptum, neque agitatum iudicium: ergo ſententia, vti impertinens, & lata ſuper eo, de quo non fuit controuerſum, dicitur extra petita, & ideo nulla; vt argumentatur Oſaſch. dicta deciſ. 146. ſub nu. 2. verſ. primo per. & faciunt quæ ſcripſi infra q. 16. num. 1. & ſeqq.

25 Secundum (& tendit in idem) quia ſententia debet eſſe conformis libello, & fatuus eſt iudex, qui condemnat ad aliud, quam ad illud, quod fuit petitum, vt ſcripſi infra q. 16. num. 1. & ſeqq. ſed ſententia, lata ſub conditione extrinſeca, non eſt conformis libello: ergo. & ita argumentatur Oſaſch. dicta deciſ. 146. num. 4.

26 Tertium, quia eiuſmodi ſententia poteſt dici lata abſque cauſæ cognitione, & ſine deliberatione, vt ſe ipſam demonſtrat, cum ſit fundata in conditione, quæ nihil commune habet cum his, quæ erant cognoſcenda, & deliberanda pro iuſtitia ipſius ſententiæ: ergo eſt nulla, vt ſcripſi ſupra gl. 13. num. 4. imò eiuſmodi ſententia videtur ludibrio, aut à iudice non ſanæ mentis lata.

27 Iſtis argumentis, tenendo aliam opin. reſpondet, & non male Oſaſch. d. deciſ. 146. ſub num. 6. verſ. non obſtant. & num. 7. & 8. quod imò ſententia fuit lata ſuper negotio, de quo erat controuerſia, & illud terminauit, condemnando, ſeu abſoluendo reum; ſed, quod iniuſte determinauerit, fundando eam ſuper conditione extrinſeca, hoc non reſpicit validitatem, ſed reſpicit iniuſtitiam ſententiæ: ſimiliter, inquit, ſententiam ſatis eſſe conformem libello, cum pronunciet, condemnando, vel abſoluendo ſuper eo, in quo fuit lis conteſtata: demum ait, non poſſe dici, ſententiam eſſe latam ſine cauſæ cognitione, & abſque deliberatione, cū clare decidat negotium litis, & cum non probetur, iudicem fulminaſſe ſententiam, eo, quòd non habuerit tempus videndi, & conſide-

ſiderandi proceſſum, præſumitur eum adhibuiſſe cauſæ cognitionem.

28 Quartum argumentum (loquendo de conditione intrinſeca de futuro, quæ non poſſit incontinenti adimpleri) eſt, quia iudex certam ferre debet ſententiam: ſed hæc ſententia non poteſt dici certa; imò eſt omnino incerta, cum ſe referat ad probationes futuras, pendentes ab incerto euentu; ergo non valet, per ea, quæ citat Oſaſch. dicta deciſ. 146. num. 12.

29 Quintum argumentum, quia ordo iudiciarius exigit, vt probationes fiant ante ſententiam, durante inſtantia; & non poſtea, quia eſſet præpoſterare ordinem, de qua ordinis præpoſteratione, & de omiſſione poteris videre, quę copioſe ſcripſimus ſupra gl. 9. num. 1. & ſeqq. num. 13. & ſeqq. & num. 24. ergo ſententia non valet, Oſaſch. ead. deciſ. 146. num. 13.

30 Sextum, quia hæc ſententia non potuit ferri cum plena cauſę cognitione, cum in meritis non fuerit inſtructa, & ſic de eis, quę ſunt neceſſaria, non potuit iudici liquere; & ideo eſt nulla, per ea, quæ argumentando, citat Oſaſch. dicta deciſ. 146. num. 14.

31 Septimum, quia hanc negatiuam opin. in conditione extrinſeca tenent ij, quos citat Oſaſch. dicta deciſ. 146. num. 2. & in conditione intrinſeca de futuro, quę non poſſit incontinenti impleri, tenet maior pars Doctorum, adeo quòd hęc opinio videtur verior, & communis, ſeu magis communis, vt patet ex allegatis per Oſaſch. dicta deciſ. 146. num. 11.

32 Sed iſtis etiam argumentis poſſet reſponderi: nam ad quartum, quintum, & ſextum reſpondeo, quòd ex illis argumentis deprehendimus qualem iudices ferre debeant ſententiam, vt ſit plenaria, & fructuoſa ad ſummum, quia debet omnia controuerſa, plenè, & clarè decidere; ſed ſi non plenè omnia decidat, & ideo non adeo ſit fructuoſa, non per hoc perdit nomen ſententię, ſeu deſinit eſſe ſententia: eſt quidem ſententia, ſed non habet plenũ fructum, iuxta ea, quæ ſcripſi q. ſeq. ſub nu. 27. & ſupra q. 4. n. 9. 12. & ſeqq.

Ad ſeptimum reſp. prout ſupra num. 23. reſpondi ad ſeptimum contrarię partis.

Quid dicendum? vndique verſamur in incertis: incerta enim dicitur ſententia, quæ eſt conditionalis, & incertam continet reſolutionem quęſtio de ea: breuiter ſermo certas, & reſolutas concluſiones in qualibet ſpecie ſententię conditionalis.

33 Concludo primo itaque, ſententiam, latam ſub conditione extrinſeca, ſiue de præterito, ſiue de præſenti, ſiue de futuro, eſſe nullam: moueor ad ita concludendum, quia hæc ſententia, iura, & bona litigantium, quæ, probatis probandis, vel datis dilationibus ad probandũ, poſſunt eſſe in tuto, & certa, etiãſi non conſtet de iure actoris, quia, actore non probante, & in dubio, reus eſt abſoluendus; exponeret caſui, fortunæ, ſorti, & quaſi ludo: omnia namque, quæ pendent ab incerto, & futuro euentu, dicuntur expoſita fortunæ, & caſui, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 84.

34 ſed † ſtultum eſt ſupponere ſe caſui, & fortunæ, vbi poteſt quis aliter ſe prouidere, Caccialup. tract. de lud. ſub nu. 10. fol. 156. tom. 7. & ſcripſi dicta quæſt. 1. num. 86. ergo ſtulta eſt eiuſmodi ſententia, quæ litigantium bona, & iura, quæ poſſunt eſſe certa, & clara, exponit ludo, & fortunę: & certè ego eiuſmodi iudices, qui has ferrent ſententias, iudicarem aut ſtultos, aut ebrios, & conſequenter eorum ſententiam exiſtimarem ita nullam, ac ſi fuiſſet lata à ſtulto, vel ebrio, qui carent intellectu; miſerabilis ſanè eſt litigantium conditio, ſed profectò quantò miſerabilior eſſet, ſi eiuſmodi ſententia exanthlatis laboribus, & impenſis remedio appellationis foret reſcindenda? vlterius addo, ſi lites, & cauſę ludo, & ſorte eſſent terminandę, ad quid iudices, ad quid tantus ordo, non ne partes ipſæ poſſent ſtatim ludere, & ſpondere? iudices ipſi nonne hac via ab omni labore, & moleſtia ſe eximerent? imò non ne per iocum ſententias ferrent?

35 Quòd ſi tu contra iſta diceres, in re valde dubia licitum eſſe recurrere ad iudicium ſortis, vt explicaui ead. quęſt. 1. ſub num. 170. & aliqua ſcripſi hoc eod. lib. cap., ſeq. quęſt. 16. limit. 6. num. 1. in fine, & num. 2.

36 & † adderes, pleraque hodie apud noſtros Iureconſultos eſſe ita controuerſa, & dubia iuxta ea, quę ſcripſi ead. quęſt. 1. num. 44. vt iudex, qui ſententiam ſub conditione profert extrinſeca, non ſolum non ſit ſtultus, ſeu ebrius, ſed imò ſit valde prudens, † quia

37 cum in omnibus ſit caſus, vt ex Eccleſiaſ. retuli ead. quęſt. 1. num. 43. in fine, & ideo litis euentus ſoleat eſſe incertus, ſiquidem vt plurimum pendet à iudicum opinionibus, quę ſunt varię, & ſępe contrarię, & proin-

de

de remanet quaſi ſub caſu, & fortuna opinionum, prudenter facit Iudex, ſi cauſam non huic opinionum caſui exponat, ſed extrinſecæ conditionis fortunę ſubmittat, quia ad illum caſum ſine multa temporis iactura, & ſine magnis impenſis, & diuturnis laboribus non deuenitur, at fortunam iſtam extrinſecæ conditionis ſine laboribus, ſine vigilijs, & ſine expenſis facilè litigantes experiuntur.

38 Ego reſpondeo, laudabile eſſe iudicium ſortis in aliquibus caſibus, qui aliter dirimi non poſſunt; prout eſt caſus diuiſionis terũ, in quo ſæpe vtimur iudicio ſortis, nam licet iſte modus diuidendi, ſeu verius aſſignandi partes per ſortem non eſſet forſan ſecundum ius canonicum, ſeu opinionem canoniſtarum, tamen placuit iuri ciuili, placuit ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 101. placuit etiam Pontifici, & Rotæ in diuiſione ſtatus Dominorum de Vrſinis, vt apud Creſcen. deciſ. 3. alias, 210. de arbitr. & ego ſecutus ſum lib. proxime præced. cap. 9. ſub n. 195. verſ. comprobatur. placuit etiam legibus Moſaicis, vt, ijs citatis, oſtendit Tiraq. de iur. primog. quæſt. 17. in 1. opin. ſub num. 2. fol. 367. & demum placuit antiquioribus Ethnicis, vt ſcri-
39 bit Tiraq. ead. 1. opinione, num. 3. † Et prout fuit caſus, in quo conſultus reſpondit S. Auguſt. epiſt. 179. Honorato Epiſcopo, littera A. & B. fol. 242. tom. 2. relatus etiam à Gl. in cauſ. 26. quæſt. 2. quod autem. in verbo, ſortes. in fine, & à Tiraq. dicta quęſt. 17. in prima opinione, num. 12. nam cum Ciuitas quædam eſſet obſeſſa, & Clerus dubitaret, qui deberent aufugere, quique remanere in Ciuitate obſeſſa, S. Auguſt. reſpondit, ſorte eſſe dirimendum, quia in his ambagibus melius iudicat Deus, quàm ho-
40 mines, † & ratio quare in his recurrendũ ſit ad iudiciũ ſortis, eſt, quia iudicium ſortis ſumere debemus pro iudicio, & volũtate Dei, vt dixi cap. ſeq. q. 16. limit. 6. n. 1. in fine; nã, vt habetur Prouerb. 16. in fine, nu. 33. *ſortes mittũtur in ſinũ, ſed à Domino temperantur.*
41 & † ideo ſortitio ſedat contradictiones, & definit inter potentes, vt in Prouerb. 18. n. 18. *contradictiones comprimit ſors, & inter poten-*
42 *tes quoque iudicat.* † Sed in cæteris caſibus, in quibus poteſt apparere de iure vnius, & de non iure alterius, ſtultum eſt, vt dixi, eos decidere iudicio fortunæ.

43 Nec etiam dicat aliquis aduerſus hanc primam concluſionem cum Vant. tract. de nullit. tit. de null. ex def. proceſ. num. 113. tom. 4. fol. 418. quòd illa conditio (ſi nauis ex Aſia venerit) habetur pro nõ adiecta, & ſic ſententia remanet ſimplex, & ideo valida, dummodo iuſtificetur ex actis, ſiquidem conditio impoſſibilis de facto, vel de iure, vel contra bonos mores, non vitiat, ſed vitiatur, & reijcitur, firmo remanente actu, cui fuit adiecta, per ea, quę ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 57. num. 6.

44 Quia reſp. dupliciter. Primo, nos non verſari in conditione impoſſibili, aut contra bonos mores, prout locutus ſum dicto cap. 57. num. 6. & ideo fuit obiectum, ſumptum ex Vantio. Secundo reſp. quod ſiue dicatur conditio poſſibilis, ſiue impoſſibilis, ſententia debet continere duo capita; primum eſt condemnatio rei in caſu euenientis conditionis, & ſecundum eſt eiuſdem abſolutio in caſu nõ euenientis conditionis, alias ſententia ſi non contineret vtrumque caput, eſſet nulla, quia non eſſet lata ſuper toto, vt ex Bal. ſequitur Oſaſch. in ſæpe citata deciſ. 146. ſub n. 10. non enim licet Oſaſchum ſuo labore fraudare; ſublata ergo cõditione, ſententia remanet perplexa, & incerta, quia ad eam reducitur formam, vt condemnet, & abſoluat reum, & ſic continet repugnantiam, & conſequenter non valet, per ea, quæ dixi cap. ſeq. q. 19. tem. 1. concl. 4. nu. 57.

Et licet primæ reſponſioni poſſet replicari, quòd conditio extrinſeca eſt contra bonos mores iudiciciorum, & ideo habetur pro non adiecta; & ſecundæ poſſet replicari, quòd conditio conſideratur ſolùm in ea ſententiæ parte, quæ eſt expreſſa, & non in parte contraria, quæ tacitè infertur, & ſic ceſſat perplexitas, & conſequenter ruit argumentum Oſaſchi, & ſuſtinetur validitas ſententiæ: tamen ego adhuc firmiter dico, eſſe nullam, quia illa conditio extrinſeca nihil commune habet cum iuſtitia, & ideo eſt veluti ſtulta, & inficit iuſtificationem ſententiæ.

45 Concludo ſecundo, ſententiam, latam ſub conditione intrinſeca de præterito, vt puta (condemno te, ſi eſt probatum, & abſoluo, ſi non eſt probatum) eſſe nullam, ſed cum diſtinctione duorum caſuum.

Primus caſus eſt, quando lis non eſt ſuper quæſtione iuris, ſed ſolum ſuper quæſtione facti, vt puta actor petit à me centum, quę dicit à me ſibi deberi ex mutuo; & ego, conteſtando litem, dico, quòd ego deberem illi,

illi, ſi probaret mutuum, quod ego nego; & iudex, datis dilationibus, & ſeruatis ſeruandis, condemnat, & abſoluit, vt ſupra: & iſto caſu dico, ſententiam eſſe nullam, quia eſt omnino inanis; & ad ita dicendum moueor ex pluribus.

Primo, quia licet ſententia, quæ ex ſe ipſa apparet incerta, ſit valida, ſi per relationem ad acta, fiat certa cum notoria certitudine, per ea, quæ ſcripſi quæſt. ſeq. nu. 11.
46 † licet etiam ſententia, quæ ex duobus, ſeparatim contentis in libello, vnum definit, & aliud omittit, ſit valida, quia dicitur lata quoad illud, quod definit, & non quoad illud, quod omittit, per ea, quæ ſcripſi ſupra quæſt. 4. num. 10. & ſeqq. cap. ſeq. quæſt.
47 17. limit. 21. ſub num. 38. † licet ſimiliter de quantitate, ſeu alia re incerta, & illiquida poſſit fieri petitio, & libellus, & ad illam incertam, & illiquidam quantitatem, ſeu rem petitam poſſit reus condemnari, reſeruata liquidatione, facienda in alio iudicio, ſeu in executione illius ſententię condemnatoriæ, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 32. quęſt. ſeq. nu. 21. & 25. & cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 9. num. 24. & ſeqq.

48 Tamen ſecus eſt, quando ſuper toto eo, de quo eſt lis, tota ſententia eſt incerta, & illiquida ſuper re certa, & liquidò petita, & neque per relationem ad acta, neque ex aliquo adimplemento poteſt incontinenti fieri certa, ſed requiritur alia ſententia, quia tunc, cum ſit omnino inanis, & inutilis, & nihil prorſus definiat, dicitur omnino nulla, & eiuſmodi eſt ſententia concepta ſub conditione (ſi eſt probatum) quia nihil definit, & alia iudicialis requiritur ſententia.

49 Secundo, quia ſi eiuſmodi ſententia valeret, non video, quare iudex, dormiendo, & nullo ſibi oſtenſo proceſſu, non poſſet ſententias ferre, condemnando reum, ſi eſt condemnandus, & abſoluendo, ſi eſt abſoluendus, prout de iure.

50 Tertio, quia licet quando imminet lapſus inſtantiæ, & iudex vel cauſarum multitudine, vel alio iuſto impedimento detentus, non poteſt proceſſum percontari, aut forſan quia eſt ignorantia impeditus, toleretur, vt tunc poſſit eiuſmodi abortiuas ferre ſententias (abſoluo abſoluendum, & condemno condemnandum) ſeu (abſoluo reum, ſi ex probationibus factis apparet abſoluendum, & condemno, ſi apparet condemnandum) & ſimiles, de quibus in cap. ſeq. q. 15. ſub num.
51 292. 293. & ſeqq. † Tamen eſt aduertendum, quòd etſi ob iſta impedimenta permittatur ei, vt eas ſic ferat ad euitandam ſtatuti pœnam, quam incurreret, niſi eas ferret intra inſtantiam, nihilominus eiuſmodi ſententię ſunt nullæ, vt ſcripſi ead. q. 15. nu. 295. in fine, & nu. 296. & patet hic ex præcedentibus, & ſeqq.

52 Quarto, quia nullum dicitur illud, quod nullius eſt roboris: ſed ſententia ſub pręfata conditione eſt nullius roboris, quia dato, quòd vtraque pars illi acquieſcat, tamen neque actor ex illa quicquam poteſt conſequi, neque reus ex illa perpetuam conſequitur liberationem; ſed ſolum eam conſequitur liberationem, quam conſequeretur, & haberet, etiam ſi iudex non eſſet locutus, ſeu nullam protuliſſet ſententiam.

53 Nec dicatur, quòd ſententia, quę condemnat ad damna, & intereſſe, eſt valida, & tamen eſt eiuſdem farinæ cum præcedenti; quia reſpondeo, imò eſſe diuerſę farinæ, quia ſi reus, condemnatus ad damna, & intereſſe, non appellat, remanet ad ea condemnatus, & tamen forſan ad ea non teneretur; vnde actor, qui ad conſequendam plenam victoriam, duo debet obtinere, nempe, reum eſſe obligatum ad damna, & damnorum quantitatem eſſe tantę ſummę; obtinuit primum, de quo, ſtante re iudicata ob non interpoſitam appellationem, non eſt vlterius quęrendum: at ex ſententia conditionali (ſi eſt probatum) nec actor, nec reus quicquam prorſus conſequitur, cum vterque remittatur ad aliud iudicium, ſeu alium iudicem, qui ſententiam proferat certam, & ab illa, tanquam à prima, licebit appellare: nam licet ius condemnet homicidam ad mortem, & debitorem ad ſoluendum, tamen cum iudex declarat, hunc eſſe homicidam, & illum eſſe debitorem, tunc homicida, tunc debitor poteſt appellare, tanquam à prima ſententia, per ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 22. num. 36. & 37. & limit. 23. num. 3.

54 Quinto moueor, quia ſi eiuſmodi ſententia conditionalis admitteretur pro valida, & ſic faceret numerum, daretur caſus, quòd cognitio vnius ſolius iudicis faceret rem iudicatam, & ſic vnica ſentẽtia haberet numerum trium; nam ſi ſub eadẽ conditione, qua iudicat primus, iudicaret ſecundus, & hæ eſſent duę ſententię conformes, & tertius iudex, condemnando, vel abſoluendo ſimpliciter,

citer, ſicque expreſſe, vel tacite declarando, eſſe, vel non eſſe probatum, faceret rem iudicatam, ſicque diceretur tuliſſe tertiam ſententiam conformem; vtique ipſe ſolus cognouiſſet de meritis, & ab eius ſola cognitione de meritis (quia alij non cognouerũt) penderet res iudicata; quod eſt abſurdiſſimũ, & contra expreſſam diſpoſitionem legis, tam humanæ, quam diuinæ, quæ in omni negotio requirit duos, vel tres teſtes, vt ſcripſi lib. proximè præceden. cap. 9. num. 383. ſed iudices ſunt teſtes iuris ad probandum, quis litigantium iuſtiora induat arma, vt dixi ſupra q. 2. num. 46. ergò non vnius teſtimonio, ſed plurium, qui ſint conteſtes, decidenda eſt cauſa, vt dixi ibidem.

55 Secundus caſus eſt, quando quęſtio, & cõteſtatio litis eſt generalis tam ſuper facto, quàm ſuper iure, cum dentur lites, in quibus actor non debet obtinere, etiam ſi probet factum: & iſto caſu dico, ſententiam, ſub prędicta forma conceptam, quia definit eam partem litis, quæ eſt ſuper iure, poſſe eſſe validam cum declarationibus, prout explicaui ſupra q. 4. ſub num. 9. & ſeqq. & ita procedunt quę ſcripſi hic ſupra num. 45. 46. & 47. quate cum auus maternus nepoti ex filia ſpuria, ſeu naturali donaſſet aliqua bona, & orta controuerſia ſuper validitate donationis, iudex ſententiaſſet (bona donata pertinere ad donatarium, quatenus ex liquidatione facienda in executione ſententiæ appareat, bona non exceſſiſſe vnciam bonorum donantis) & donatarius inſtaret, ſe mitti in poſſeſſionem bonorum donatorum, ſaltẽ pręſtita fideiuſſione de reſtituẽdo quicquid fuerit iudicatũ: & ſic iſta ſententia eſſet conditionalis, quia illa dictio (quatenus) importat conditionem, cum idem ſit dicere (quatenus appareat) vel (dummodo appareat) cuius dictionis (dummodo) natura, quando apponitur ei, quod venit implendũ ante perfectionem actus, importat conditionem, & dictio, vſquequo, donec, quandiu, dum, quoad, quouſque, quatenus, & ſimiles, quę ſignificant temporalitatem, ideſt, limitationem temporis, important conditionem, quando apponuntur ad inchoationem alicuius beneficij; tamen ſuper iſta ſententia conditionali non vidi dubitari de eius validitate, ſed ſolum, an ad eius executionem poſſet procedi, non facta prius prędicta liquidatione, vt patet ex allegatis per Surd. conſ. 186. conſului. num. 1. & ſeqq. & num. 14. & ſeqq. lib. 2. ratio validitatis ſententiæ eſt, quia ſufficit, quòd definiat vſque ad quam quantitatem valeat donatio, licet non definiat ad quam quantitatem aſcendant bona donata.

56 Concludo tertio, ſententiam, latam ſub conditione intrinſeca de futuro (ſi probauerit) eſſe ſimiliter nullam cum eadem diſtinctione duorum caſuum, & quantum ad primum caſum quando ſententia eſt omnino inutilis, ſatis ſufficiunt ea, quæ ſcripſi ſupra num. 48. & ſeqq. quo vero ad ſecundum caſum, quando ſententia definit quæſtionem iuris, ſufficere poſſunt quę ſcripſi ſupra num. 32. & ſub num. 45. 46. & 47. & ſupra q. 4. num. 9. & ſeqq.

Retenta ea concluſione, in qua diceremus ſententiam latam ſub conditione intrinſeca de futuro (ſi probauerit) eſſe nullam.

57 Amplia primo, vt præcipue procedat, quando conditio (ſi probauerit) eſſet de probatione indiſcreta, & impoſſibili, vt puta quia facies terreni, de cuius valore, & fructuum quãtitate hodie ageretur, eſſet mutata quinquaginta ab hinc annis, cum olim eſſet aratorium, & hodie ſit vitatum, & vbi erat incultum, hodie eſt cultum, vel è conuerſo, & iudex condemnaret ſub iſta conditione, ſi ex facie, & aſpectu loci appareret, quòd tunc temporis ſupra quinquaginta annos valuerit certo pretio, & tot redderet fructus: nam hæc probatio eſt impoſſibilis, quia quod oculus non vidit, non poteſt teſtificari, & veritas, quæ fugit ab hominum oculis per præſentem aſpectum, non poteſt enunciari, Bal. in l. 2. ſub num. 25. verſ. etſi æſtimatores. C. de reſcind. vendit.

58 Amplia ſecundo eaſdem concluſiones, in quibus diximus, ſententias conditionales eſſe nullas, vt in Ciuitate Florentiæ procedant etiã ex lege municipali, lata ſuper reformatione Rotæ de anno 1595. quam non vidi, ſed, vt audio, expreſſe prohibet iudicibus, ne proferant tales ſententias conditionales, quæ prohibitio, quamuis non habeat clauſulam annullatiuam, tamen cum loquatur prohibitiue, debet ſeruari ad vnguem, alias factum contra legem prohibentem eſt ipſo iure nullum. l. 5. non dubium. & ibi Doct. C. de legib. Bal. in l. ordo. n. 8. verſ. nota tamen. C. de execut. rei iudic. Alex. conſ. 24. num. 3. lib. 4. & Oſaſch. deciſ. 165. num. 8. & 9.

59 Declara hanc ampliationem, vt iudices eam male obſeruent, quia paſsim ferunt ſen-

ten-

tentias conditionatas; vel enim non poſſident factum cauſæ, vel non ſunt reſoluti de articulis iuris; & ratio huius malę obſeruantiæ eſt, quia propter multitudinem cauſarum & breuitatem inſtantię, aut proceſſus non eſt integrè compilatus, aut iudex non eſt integrè reſolutus.

60 Concludo quarto, validas eſſe ſententias, latas ſub conditione intrinſeca, de futuro, quę poteſt incōtinenti, & ſine dubio apparere, per ea, quæ, diſputando ſimpliciter, ſcripſi ſupra nu. 9. & ſub conditione, quæ reſoluitur in certum ordinē, qui ſeruari debet ex diſpoſitione iuris, & habet euidentem certitudinē, vt dixi ſupra num. 6. & 8. & infra, nu. 62.

61 Confirmatur primo hæc concluſio, & pręfata tertium, & quartum argumenta, de quibus ſupra nu. 6. & 9. quia ſententia, qua reus condemnatur ad amputationem manus, niſi ſoluerit centum infra decem dies, iuxta diſpoſitionē ſtatuti, eſt valida per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de cōmerc. §. 2. gl. 5. n. 306.

62 Confirmatur ſecundo, quia ſententia in cauſa hæreſis contra non relapſum fertur ſub conditione, dummodo abiuret, vt ſcripſi ſupra, q. 7. n. 176. 177. & 179. illa enim conditio reſoluitur in certum ordinem, & modum, vt dixi ibidem, num. 181.

63 Infero primo ex hac concluſione declarationem ad dictam legem Florētinam, de qua ſupra num. 58. vt illa lex non habeat locum in caſibus huius quartæ concluſionis, quia ſententia ſub eiuſmodi conditionibus poſſet ferri etiam in Ciuitate Florentiæ.

Infero ſecundo, hinc in cauſis ſummarijs, & executiuis iuſtificari ſtylum, quo vtuntur A. C. alijque iudices eccleſiaſtici, dum ad inſtātiam actoris, qui, productis iuribus citato reo, iuſtificauit intentionem ſuam, decernunt mandatum executiuum, niſi ad primam diem, vel infra alium breuem terminum, ſoluerit, vel docuerit de ſuo bono iure.

64 Et ita abſoluo hanc quæſtionem, in qua omiſi Bartoli, Bal. Paul. de Caſtr. Iaſ. & aliorū teſtimonium, tum quia ij inter ſe ſunt varij, vt patet ex relatione, quam facit Oſaſch. in dicta deciſ. 146. tum quia vbi loquitur ratio, nō eſt neceſſaria Doctoris auctoritas, addo, ſi cirra iactantiam referri poteſt; quod ſcribit Senec. epiſt. 33. verſus finem, turpe eſſe ſeni, aut proſpicienti ſenectutem ex commentario ſapere, debemus enim aliquid de noſtro proferre; qui aliena referunt, nō auctores, ſed interpretes ſunt, ſub aliena vmbra latentes, nunquam auſi facere, quod diu didicerūt: ſcire, non eſt memoria cuſtodire, ſed eſt ſua facere, & non ab exemplari pendere, & toties ad magiſtrum reſpicere.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XV.

S V M M A R I V M.

Sententia generalis, obſcura, & perplexa non valet, num. 1. & ſeqq.

Certam ſententiam iudex ferre debet etiam ſi de incerta quantitate ſit actum, num. 1. & late, num. 23. Quia lex mandat ei, vt certam ferat ſententiam, num. 2. Et quando iudex ſit omnino inexcuſabilis, ſi incertam ferat ſententiam, num. 8.

Omnimodo) dictio quid importet, ſub nu. 2.

Debet) verbū importat neceſſitatem, n. 2.

Legis præceptum ſi iudex non obſeruat, quod facit contra legis præceptum, non tenet, num. 2. in fine.

Sententia ferri debet, vt habeat executionem, & remoueat diſcordias, num. 3.

Sententia certa tunc præcipuè ferri debet, quando libellus eſt certus, nu. 5. Imo etiam ſi libellus eſſet incertus, dummodo fiat certus in proceſſu, num. 6. & 7. & latius, ſub num. 23.

Sententia perplexa eſt nulla, num. 9.

Incertitudinis ſpecies quot, & quæ ſint, & quæ vitient ſententiam, & quæ non vitient, num. 10. & ſeqq.

Certum dicitur etiam illud, quod non eſt certum in ſe ipſo, ſed poteſt ſtatim fieri certum per relationem ad aliud, num. 11.

Sententia vt dicatur certa per relationem ad acta, an debeat habere relationem ad acta probatoria, vel ſufficiat, quòd relationem habeat etiam ad acta non probatoria, nu. 12. & ſeqq. Sed ſi ſententia non habeat relationem ad acta, ſed tamen poſſit certificari ex actis, tunc debent eſſe acta probatoria, quia ordinatoria eam non redderent certam, num. 16. & 17.

Sententia quibus caſibus debeat eſſe generalis aut alternatiua, & generalitatem ſeu alternatiuam tollere non debeat, alias non valeat, num. 21

Sententia generalis, ſeu incerta admittitur vbicūque admittitur libellus ſeu petitio generalis, & quæ ſit praxis, ſub nu. 21. & 22.

Libellus, ſeu Petitio } *in quibus caſibus debeat eſſe generalis, & alternatiuus, & alias non valeat, ſub num. 21.*
Sententiã ſi certam iudex ferre non poſſit, quia actor non certificauerit, ſeu non liquidauerit quantitatem, ſeu rem, an iudex debeat nihilominus condemnare reum ad incertam quantitatem, liquidandam in executione, ſeu aliter, vel potius debeat reum diffinitiue abſoluere, nu. 23. & ſeqq.
Sententiam poteſt iudex ferre ſuper re certa, & incertum reſeruare, num. 27. & 28.
Incertum dicitur quandoque reſpectu iuris, num. 29. Quandoque reſpectu perſonæ, num. 30. Et quandoque reſpectu facti, num. 33.
Similia habent ſimile, ſeu idem ius, quia procedimus de ſimilibus ad ſimilia, num. 29.
Sententia contra incertam perſonam ferri poteſt, num. 30.
Iudam quare Chriſtus non manifeſtauerit, quando dixit Apoſtolis, quòd vnus eorum erat ipſum traditurus, num. 32.
Sententia nec ferri, neque ſuperior conſuli poteſt, quando ignoratur factum, num. 33.

1 QVAERO decimoquinto, an ſententia incerta generalis obſcura, & perplexa valeat.

Conſtituo regulam negatiuam, quòd non valeat, l. 3. & 4. & ibi Doct. C. de ſent. quæ ſin. cer. quant. Spec. tit. de ſent. §. qualiter autem. nu. 7. verſ. item debet. lib. 2. fol. 166. Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. ſub n. 574. de probat. fol. 269. tom. 3. inter Repet. Alex. cõſ. 109. viſo proceſſu. ſub n. 1. & ſeqq. lib. 5. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. ſeu ord. num. 101. fol. 417. inter tract. diuerſ. tom. 4. Rol. à Vall. conſ. 30. viſo proceſſu. ſub num. 19. verſ. tertio principaliter. & nu. 20. lib. 2. quare curare debet iudex, vt omnino, quantum poſſibile ei ſit, certæ pecuniæ, vel rei ſententiam ferat, etiam ſi de incerta quantitate apud eum actum ſit, §. curare. Inſtit. de action.

2 Ratio quare ſententia incerta non valeat, eſt, quia eſſet lata contra præceptum, & monitionem legis, ſiquidem lex in dicto §. curare. dum mandat iudici, vt certam ferat ſententiam, vtitur verbo (debet) quod importat neceſſitatem, & obligat eum generaliter, dum vtitur dictione (omnimodò) cuius natura eſt importare generalitatem, vt norat Iaſ. in dicto §. curare. num. 3. & 4. & ideo, quod iudex faceret contra præceptum legis, non teneret, Io. Fab. in eod. §. curare. ſub num. 12. verſ. primo caſu. & ad cognoſcendum quando actus ſit ipſo iure nullus, vide Vant. quem citaui gl. præced. num. 11. verſ. & ad cognoſcendum.

3 Ratio rationis, quare lex pręcipiat iudici, vt certam ferat ſententiam, eſt, quia ſententiæ ferendæ ſunt, vt habeãt executionẽ, qua mediãte ius ſuũ cuique tribuatur, & tributo, tollatur diſcordia, vt inde inducatur pax, & concordia inter ciues; alias ſententiæ, vti fruſtratoriæ, & inutiles non eſſent ferendæ: ſed ſententia incerta nullam poteſt habere executionem. ergo.

4 Ratio, circumſcripta omni lege, quare ſententia incerta ſit nulla, eſt, quia ſententia dicitur à verbo (ſentio) vt dixi ſupra q. 1. nu. 1. vnde ſi ſententia eſt incerta, & ſic non apparet, quid iudex ſenſerit, non dicitur ſententiam tuliſſe.

5 Amplia primo hanc regulam, vt procedat quando libellus eſt certus, Io. Fab. in dicto §. curare. ſub num. 11. verſ. reſtat videre. & num. 12. verſ. primo caſu. & Lanf. de Orian. in cap. quoniam contra. ſub. nu. 576. verſ. procedit ergo. de probat. inter Repet. tom. 3. fol. 269. & ratio eſt, quia ſententia debet eſſe conformis libello, vt ſcripſi q. ſeq. n. 1. & ideo, ſi libellus, ſeu petitio eſt de certa re, ſeu de certa quantitate, de re certa, & de quantitare certa ferri debet ſententia, ſiue condemnatoria, ſiue abſolutoria.

6 Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi libellus, ſeu petitio eſſet incerta, dummodo in proceſſu certificetur, nam iudex ferre debet ſententiam de certa pecunia, ſeu re, etiam ſi de incerta quantitate actum ſit, vt in dicto §. curare. Inſtit. de action. & quãdo agitur principaliter ad rem, & acceſſorie petitur intereſſe, ſufficit illud certificari in proceſſu, vt explicat Io. Fab. in dicto §. curare. num. 5.

7 Et licet hæc ampliatio videatur inepta, & falſa, quia libellus debet eſſe certus, & clarus ad hoc, vt reus poſſit deliberare, an velit cedere, vel contendere, & deliberando contendere, poſſit ſe defendere, per ea, quæ motiuando ſcribunt Io. Fab. in dicto §. curare. initio, & Iaſ. num. 7. not. 3. & quę ſcripſimus nos ſupra lib. 1. cap. 50. num. 13. 14. & ſeqq. vſque ad num. 19. excluſiue, & cap. 51. num. 34. & 35.

Tamen

Tamen an, & quando admittatur petitio incerta, late declarant Io. Fab. in dicto §. curare. initio, & num. 1. & ſeqq. & Iaſ. dicto num. 7. not. 3. & num. ſeqq. & Rol. à Vall. conſ. 30. viſo proceſſu. verſus finem, ſub nu. 20. lib. 2. & nos in locis ſup. citatis diximus, libellum generalem, & obſcurum admitti, parte non apponente, & dummodo non ſit tanta obſcuritas, quæ reo auferat defenſionem, & in ampliatione ſupponimus, vt ſupponere debemus terminos habiles.

8 Amplia tertio, vt ſi ex actis ſit probata certa res, ſeu certa ſumma, tunc quia poſſibile eſt, vt certa feratur ſententia, ſi iudex eam ita tulerit incertam, vt ex actis, & probatis non recipiat certitudinem, iuxta ea, quę ſcripſi infra num. 10. verſ. prima. is erit omnino inexcuſabilis, prout explicaui infra nu. 23.

9 Amplia quarto, vt pręcipue procedat, quando ſententia eſt incerta ratione perplexitatis, & contrarietatis, quia ſententia perplexa eſt nulla, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 4. num. 57.

10 Declara pro tota huius regulę intelligentia ſex ſpecies incertitudinis.

Prima ſpecies incertitudinis eſt illa, quæ tantam vndique habet verborum, & ſermonis obſcuritatem, & ambiguitatem, vt nec per relationem ad aliud poſſit fieri certa in toto, vel in parte, neque per aliquã interpretationem, ſeu declarationem poſſit reddi clara, vt puta, quia declarationi omnino aduerſentur verba ſententiæ, ita vt declaratio, ſeu interpretatio haberet vim nouæ ſententiæ, & non declarationis, per ea, quę dixi inf. q. 17. num. 55. & ſeqq. huiuſmodi namque incertitudo vitiaret omnino ſententiam, per ea, quæ dixi ſupra num. 1. in regula. & num. 4.

11 Secunda ſpecies incertitudinis eſt illa, quę eſt obſcura, & incerta ex ſe ſola, ſed per aperturã libri, ſeu alterius ſcripturæ, ad quem, ſeu ad quam ſententia haberet relationem, poteſt incõtinenti fieri clara, & certa: & in hac ſpecie concludo, ſententiam eſſe validã, per ea, quę habentur in l. 3. C. de ſenten. quæ ſin. cert. quant. & tenent Io. Fab. in dicto §. curare. ſub n. 12. verſ. quid ſi condemnet. & Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proc. ſeu ord. nu. 103. fol. 418. nam ſatis certum dicitur id, quod habet relationẽ ad illud, quod eſt certum, & manifeſtum, vt ex Abb. Dec. & alijs ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 48. ſub num. 7. verſ. contrariam. & cap. 102. ſub num. 5. & in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 117. nam cum relatum dicatur eſſe in referente, verè, & propriè cum omnibus ſuis qualitatibus, vt ſecutus ſum eod. §. 7. gl. 3. ſub nu. 28. ſententia dicitur habere illãmet certitudinẽ, & hinc eſt, quòd licet in aliquo actu requiratur expreſſio, tamen ſufficit expreſſio per relationem ad aliud, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 4. num. 32. quicquid ſit in expreſſione iuramẽti, requiſita pro forma, de qua ſcripſi eod. §. 7. gl. 6. ſub num. 21. & conſequenter ſententia dubia declaratur ex actis, cum ad ea refertur, vt ſequitur Menoch. conſ. 110. primæ. num. 5. verſ. tertio comprobatur. lib. 2.

12 Declara hanc cõcluſionem, dum dixi, ſententiam, quæ habet relationem ad aliquod certum, dici certam, & ideo valere, vt ſit vera, quando illud, ad quod habet relationem, eſt de actis, quia fuit productum; ſecus ſi non ſit de actis, Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. nu. 543. de probat. inter Repet. tom. 3. fol. 268. Alex. conſ. 109. viſo proceſſu. nu. 3. verſ. quòd ſi iudex. lib. 5. & Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. ſeu ordin. nu. 103. & 104. inter tract. diuerſ. tom. 4. fol. 418.

13 Extende hanc declarationem, vt procedat etiam ſi iudex ſe referret ad acta ordinatoria, ſeu aſſertoria, & enunciatiua, qualia ſunt libellus, articuli, poſitiones, & ſimiles, quia ſententia adhuc diceretur certa, puta per relationem ad libellum, & ideo valeret, Bal. in l. hęc ſententia. ſub num. 1. C. de ſent. quæ ſine cert. quantit. & quòd ſententia incerta certificetur per certam quantitatem in actis expreſſam, ſcribit Spec. tit. de ſent. §. qualiter autem. ſub num. 7. verſ. quandoque verò. lib. 2. fol. 166.

14 Neque obſtat, quòd Lanfr. & alij, à me citati infra num. 17. verſ. reſtringe. dicant, quòd relatio debet eſſe non ſolum ad producta, ſed etiam ad acta probatoria, & non ad acta, quæ non probant, quia ſi relatio ſit ad iſta, ſentẽtia adhuc eſt nulla, tanquã incerta.

15 Quia reſpon. quòd ſententia, quę ſe refert expreſſe ad aliquod certum in actis, non poteſt dici nulla ex capite incertitudinis, quia per expreſſam relationẽ habet certitudinem: neque poteſt dici nulla ex defectu probationum, quia probationes non ſunt de ſubſtantia iudicij ſecundum communẽ opin. quam retuli infra q. 20. num. 1. ſed poteſt ſolum dici iniuſta; at in ſententia, quæ non habet certam relationem, nos nõ debemus ſupplere aliam relationem, quàm eã, ſecundũ quam eſſet iuſta, nempe ex actis probatorijs, & non

ex actis aſſertorijs, ad quæ ſi volebat habere relationem, debebat exprimere.

16 Amplia hanc cōcluſionē, ita declaratam, vt ſententia poſſit ex actis recipere certitudinem, etiam ſi iudex expreſſim non habuerit relationem ad acta, quia ſufficit, vt dixi, quòd ex actis ſit certa, l. 3. C. de ſent. quæ ſin.cer.quant. Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra.num.577.verſ.attendite tamen. de probat.inter Repet.tom.3.fol. 269. Alex. conſ.109. viſo proceſſu.ſub nu.1.lib.5. Vant. tract.nullit.rub.de null.ex def.proceſ. ſeu ordin. ſub num.104.verſ. præmiſſa. & nu.105. fol. 418. inter tract. diuerſ. tom. 4. & quod ſententia generalis reſtringatur ad proſecuta ſecutus ſum cap.ſeq. q.17.limit.6. memb. 6. num. 8. in ſecundo caſu,& proinde ſi ego petieto à te cētum, & produxero inſtrumentum,in quo tu promiſiſti, & te obligaſti ſoluere dicta centum, & iudex te condemnaret ad id,in quo tu es mihi obligatus, hæc ſententia diceretur valida,& certa, ſecūdum ea,quæ ſcribit Alex.dicto conſ. 109. num.1. in fine,dicens per contrarium, quòd ſi iudex ſuper aliqua petitione,producta in poſſeſſorio, pronunciat per hæc verba, (vti poſſidetis ita poſſideatis) ſententia non valet, tanquam incerta, niſi in aliqua parte actorum, & probationū appareat qualiter poſſidebāt.

Confirmatur hæc ampliatio, quia imò ſi ſententia eſſet ambigua, & varias reciperet interpretationes, eam recipere deberet potius à proſecutis, quam à libello, ſeu illius concluſione, vt ſecutus ſum dicta limit. 6. memb. 6. num. 60. quia proſecutio præualet libello, & eius concluſioni, vt dixi eod.memb.6. ſub num.59.

17 Reſtringe, declarando hanc ampliationē, vt ſit vera,ſi ſentētia reddatur certa ex actis probatorijs; & in his terminis loquuntur auctoritates citatæ; ſecus ſi reddatur certa ſolū ex actis aſſertorijs,puta ex libello, quia ſententia nō poteſt fieri certa ex iſtis, Lanfr. de Orian.& Alex.in locis ſupra prox.citatis, & Vant. dicta rubr.de null.ex def.proceſ.ſeu ord.ſub n.105.verſ.ſed ſi quantitas.fol. 418. quare debent eſſe acta,quæ ſententiā reddāt certam cum iuſtificatione ipſius ſententiæ.

18 Tertia ſpecies eſt illa, quæ habet incertitudinem reſpectu eius,quod in ſententia eſt omiſſum: & in hac ſpecie concludo, ſententiam poſſe valere, ſecundum ea,quæ,declarando hanc materiam, ſcripſi ſupra quæſt. 4.num. 6. & ſeqq.

19 Quarta ſpecies incertitudinis eſt illa,quæ pendet à futuro quodam euentu, ideoque huiuſmodi ſententia eſt conditionalis: & in hac ſpecie ſatis ſcripſi q.præced. vide ibi.

20 Quinta ſpecies incertitudinis eſt,quæ procedit à generalitate verbi, quo ſententia eſt lata,vt puta, quia iudex condemnauit reum in amputatione manus, & non declarauit,an ſit amputanda manus dextera, vel ſiniſtra, vel condemnauit in centum ſcutos, & non declarauit de qua moneta; & ſimilia: & in hac ſpecie concludo, ſententiā eſſe validam, & ideo poſſe iudicē declarare de qua manu, & de qua moneta intellexerit, vt explicaui infra q.17. ſub num. 54. declar. 2.

21 Sexta ſpecies eſt illa, quæ procedit à generalitate obligationis, ſeu rei, ſuper qua ferenda eſt ſententia, vt puta ſi peterem hominem promiſſum in genere; vel procedit ab obligatione alternatiua, vt ſi peterem conſeruationē indemnitatis aduerſus Remp. vel aliquem, cui poſſem teneri, forte ex adminiſtratione, vel alias; quam conſeruationem tu mihi promiſiſti: & in eiuſmodi ſpecie concludo,ſententiam incertam valere, & vlterius dico,quòd ſi actor his caſibus peteret certum,caderet;quare his caſibus iudex non habet curare, quod certā ferat ſententiam, Io.Fab. in dicto §. curare. ſub num. 12. verſ. ſecundo caſu. Inſtit. de action. & cum iſtis concordant quæ ſcribit Spec.tit.de ſenten.§. qualiter autem. ſub num. 7. verſ. item debet. lib.2.fol.166. dicens, quod ſi petantur decem,vel Stichus in actione noxali, iudex poteſt eo modo pronunciare, quod dētur decem, vel Stichus pro noxa, & faciūt quæ ſcripſi ſupra lib.1. cap.50.ſub num.9.& 10. ſub hac ſpecie continetur etiam ſententia,lata ſuper actione generali, puta tutelæ, pro ſocio, & negotiorum geſtorum:nam in iſtis actionibus ſicut admittitur petitio generalis,& incerta, ita etiam valet ſententia generalis;ſi enim petitio cōtineat,quod quis compellatur reddere rationem de adminiſtratione, ſufficere debet,quòd ad hoc condemnetur, & poſtea fiet liquidatio, quo facta, iudex certam feret ſententiam, & in ſumma certa condemnabit, Io. Fab. in eod. §. curare.num.13.verſ.quid in actionibus. & Iaſ. num.8. ſub hac etiam ſpecie continebitur ſententia, lata ſuper iudicio vniuerſali, (vt petitione hereditatis) & ſuper acceſſorijs, puta ſuper fructibus, & expenſis,prout aduertit Vant.tract.nullit.rubr.

de

de null. ex def. proceſ.ſeu ordin. num. 106. fol. 418. inter tract. diuerſ. tom. 4. & latius expreſſit Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. num.575. 576. & 578. de probat. inter Repet. tom. 3. fol. 269. & quòd ſi petatur eccleſia cum pertinentijs, tunc ſententia incerta valeat, ſcribit Spec. tit. de ſenten. §. qualiter autem. ſub num. 7. verſ. item debet. in fine, lib. 2. fol. 166. & ſententia lata ſuper intereſſe, vt explicaui cap. ſeq. q. 17. limit. 9. num. 24.

Extende hanc concluſionem, vt hæc ſententia generalis, & incerta ferri poſſit tàm in iudicio executiuo, vt late explicaui dicta limit. 9. num. 24. quàm in iudicio ordinario.

Et qualis ſit praxis, & modus procedendi ad ſententiam, & ad liquidationem, dixi eod. num. 24. & ſeqq.

22 Infero ex dictis in hac ſexta ſpecie, quòd in illis caſibus, in quibus admittitur libellus incertus, in illis poteſt ferri ſententia incerta, & ita lata valet, quia ſententia debet eſſe conformis libello, Lanfr. in dicto cap. quoniam contra. ſub num. 574. & dixi q. ſeq. & qui ſint caſus, in quibus admittitur libellus generalis, dixi num. præced.

23 Declara, ſeu tempera hanc illationem, vt non procedat, quando petitio, quę fuit incerta, fuiſſet certificanda de natura rei, vel obligationis, ſed tamē fuit admiſſa incerta, vel de voluntate partium, vel quia certificari non poterat, quo caſu admittitur, quia iſto caſu iudex curare debet quātum poteſt, vt ferat certam ſententiam, quamuis de incerta quantitate, ſeu incerta re actum ſit, & ita procedit text. in §. curare. Inſtit. de act. vt ibi admonet Io. Fab. num. 14. verſ. in tertio caſu. quod ſi, adhibita poſſibili cura, non potuerit certificari, puta, quia teſtes id ignorabant, vel quid ſimile, tunc ex eod. §. curare. videtur dicendum, quòd iudex poſſit ferre ſentētiam incertā, quia text. dicit, quod iudex debet curare, quantum ei poſſibile eſt: ergo, ſi ei non fuerit poſſibile, debet poſſe ferre incertā; & ita planius admittunt Spec. tit. de ſenten. §. qualiter autem. ſub num. 7. verſ. quandoque verò. lib. 2. fol. 166. dicens, quòd quandoque quantitas eſt incerta, & tamen fertur ſententia, ſed non mandatur executioni, donec quātitas fuerit certificata, & Lanfr. de Orian. in d. cap. quoniā cōtra. ſub n. 575. de probat. inter Repet. tom. 3. fol. 269. dicēs, quòd admittitur libellus incertus, quando aliquid in principio non eſt certum, ſed in proceſſu iudicij venit certificandum, & ſi non eſt certificatum, valet, inquit, ſententia incerta, quia poſtea debebit certificari in executione: ſi autem, inquit, facta eſt certificatio in proceſſu, tunc ferri debet ſententia certa, alias non valet, & dat exemplum in petitione ſuper intereſſe, dicens, quòd ſi intereſſe fuerit liquidatum in proceſſu, debet ferri ſententia certa, alias non valet, ſi autem non erit liquidatum in proceſſu, valebit ſententia incerta condemnatoria ad intereſſe, ſed poſtmodum hoc, inquit, intereſſe debebit liquidari in executione, vt dicimus in expenſis, & fructibus; & ita ex Cagn. ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 242.

24 † Verum aliter loquitur Io. Fab. dicto num. 14. & ſeqq. & magis ſenſare in puncto iuris, dicens, quòd licet, adhibita poſſibilitate, non potuerit certificari quantitas, ſeu res, tamen iudex non poteſt ferre ſententiam incertam, quia textus hoc non dicit, vnde, inquit, ſi tu petebas centum libras, & non declarabas monetam, iudex in ſua ſententia debet eam declarare, vel petebas legatum ſaluo eo, quod eſt per falcidiam detrahendum, iudex debet hoc declarare quantum eſt ſibi poſſibile, ſi autem non ſit poſſibile, tunc, inquit, debet abſoluere reum, quia actor non probauit: & dat aliud exemplum, concludens, quod præterquā in actionibus, & caſibus, in quibus ex dolo datur iuramentum in litem, ſi actor non certificauerit, ſeu liquidauerit, reus debet abſolui.

25 Sed † quicquid dici poſſet in puncto iuris, & quicquid confuſe, & forſan corrupte ſcripſerit in libro meo Alex. in l. in ſumma. ſub num. 3. ff. de re iudic. vſus tribunalium communiter receptus ſeruat, vt, probata aliqua incerta re ſine certa quantitate, fiat condemnatio ad illam incertam rem, reſeruata liquidatione facienda in executione, vt in condemnatione ad intereſſe, ad expenſas, vel ad fructus; & qui eiuſmodi ſententias impugnaret, fereret in arena.

26 Ad quam quantitatem poſſit aſcendere intereſſe, ſeu vſque ad quam quantitatem poſſit liquidari, vide quæ late ſcripſi dicto meo tract. de commer. §. 7. gl. 2. n. 63. & ſeqq. vbi de ſent. quæ pro eo quod intereſt.

27 Infero primo ampliatiue ex hac declaratione, dum dixi, poſſe ferri ſententias incertas in eo, quod eſt incertum, quòd iudex poteſt ſententiam ferre ſuper re certa, & in-

certum reſeruare, & ideo ſi ei conſtat, quòd quis habet in aliqua eccleſia ius epiſcopale, & dubitat de aliquibus capitulis, prudenter facit, ſi dicat in ſententia (adiudicamus tale ius epiſcopale in tali eccleſia, talibus capitulis, de quibus non conſtat ad plenum, exceptis) Spec. tit. de ſent. §. qualiter autem. ſub num. 7. verſus finem, lib. 2. fol. 166. & in caſu huius illationis procedit quod ex Abb. retuli ſupra q. 4. num. 14. & poteſt ex hac illatione defendi illa praxis, de qua dicta q. 4. num. 16.

28 Infero ſecundo, quòd iudex poteſt decernere omnem collationem factam per talem, & ſententiam latam irritam: & poteſt etiam ſententiando dicere: iudicamus omnes proceſſus irritos: reducimus te ad ſtatum, in quo eras tempore appellationis; condemno te ad expenſas faciendas, ſi in probatione defeceris: & ſimilia, Spec. eod. §. qualiter autem. n. 8. verſ. item nota inueniti. lib. 2. fol. 166.

29 Sunt etiam alia genera incertitudinis extra, & intra ſententiam.

Quandoque enim eſt incertum ius; & tamen ſen tentia poteſt ferri certa, quia proceditur de ſimilibus ad ſimilia, Spec. tit. de ſent. §. qualiter autem. ſub num. 7. verſ. quandoque verò ius. lib. 2. fol. 166.

30 Quandoque eſt incerta perſona, contra quam fertur ſententia, ſed factũ eſt certum, & ideo ſententia fertur in genere, & non nominatim, vt puta, cum quis damnum ab aliquo accepit, & petit iuſtitiam coram Epiſcopo, ſeu ſacerdote contra eum, qui damnum dedit, & ſacerdos pro certo ſcit, qui eſt reus illius damni, ſeu criminis, quia vel vidit, vel delinquens ipſe confeſſus eſt, & non vult emendare: nam tunc ſacerdos, niſi iudiciario ordine ille delinquens cõuincatur, non debet illum nominatim excommunicare, ſed in genere, hoc modo, excommunico quemcunque, qui fecit tale factum: & debet poſtea in ſecreto illum admonere, ne ingerat ſe communioni ipſius ſacerdotis, cap. 2. ſi ſacerdos. de offic. ordin.

31 Ratio, quare non poſsit eum arguere, ſeu excommunicare nominatim, eſt, quia iudex non poteſt eſſe iudex, & teſtis, & quod ſciuit in confeſſione, ſiue ſacramentali, ſiue non ſacramentali, ſed extraiudiciali, non nouit, vt iudex fori exterioris, in quo ſententiam excommunicationis debet ferre ſecundum acta, & probata, & non ſecundum conſcientiam, per ea, quæ ſecutus ſum ſupra gl. 10. num. 25. verſ. confirmatur. & hac ead. gl. quæſt. 8. num. 4. verſ. tertia opinio.

32 Confirmatur hæc ratio, quia Chriſtus ſciebat, Iudam eſſe illum, qui ipſum traditurus erat, ſed tamen, quia non erat manifeſtus, ſed erat ſibi ſoli notus, non nominauit eum, ſed dixit (vnus veſtrum me traditurus eſt) vt in Euangeliſt. Matt. 26. num. 21. Marc. 14. num. 18. Luc. 22. num. 21. & Ioan. 18. num. 2. & 5. & propterea neque eum remouit à communione, ex qua Chriſti actione docentur iudices, vt quod ſciunt in conſcientia, ſeu in foro interiori, non iudicent, neque propalent in foro exteriori, cum iudices debeant iudicare non ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum acta, & allegata, vt late ſcripſi ſupra quæſt. 8. & de non remouendis à ſacramento corporis Domini peccatoribus occultis, vide S. Tho. in ſumm. par. 3. q. 8. art. 6. verſ. reſpondeo.

33 Quandoque incertum eſt factum, & tunc non debet ſuper eo ferri ſententia, neque conſuli ſuperior, quia, ſi ignoratur factum, non poteſt illud, prout ignoratur, decidi, neque ſuper eo conſulendus eſt ſuperior, cuius eſt reſpondere de iure, & non de facto, Spec. tit. de ſenten. §. qualiter autem. ſub num. 7. verſ. quandoque vero ius. lib. 2. fol. 166. adde quę de non ferenda ſententia ſuper facto incognito, & non intellecto, latè ſcripſi infra quæſt. 23. num. 60.

GLOS. XIV. *Sententiamus, &c.*

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

Sententia debet eſſe conformis libello, num. 1. Alias eſt ipſo iure nulla, num. 3. Et quare ſit nulla, num. 2. Et quando dicatur conformis, num. 6. & ſub num. 11. Et quando ſententia poſſit ferri non conformis libello, num. 9. & ſeqq. & num. 36.

Stultus videtur iudex, qui iudicat de alia re quàm de petita, & ſententia quam fert eſt ipſo iure nulla, num. 1. & 2. Declaratur, num. 35.

Mutuatarius ſi condemnetur ad reſtituendum eadem decem ſibi mutuata, an condemnatio ſit nulla, & quid ſi actor petat maſ-

Digitized by Google

maſſam, & iudex condemnet ad pecuniam, num. 4. & 5.

Libellus non eſt neceſſario inſerendus in ſententia, num. 7. & 8.

Libellus, & Sententia } licet non ſint conformes, tamen ſententia valet in ſequentibus caſibus. Primo ſi ſententia ſit interlocutoria, num. 9. Secundo ſi ſententia condemnet in minus, num. 10. & 12. Tertio ſententia poteſt ferri non conformis concluſioni libelli, quia debet ferri conformis actis, & probatis, num. 11. Quarto quando generalitas, & incertitudo libelli fuit certificata in proceſſu, num. 13. Quinto ſi diuiſio rei, petita in libello, eſſet vtrique damnoſa, debet iudex non diuidere rem, ſed alter vtrique ſatisfacere, num. 14. Sexto poteſt eſſe difformis in concomitantijs, ſed cum diſtinctione, num. 16. & ſeqq. Septimo in cauſis ſummarijs, num. 22. Octauo etiā in cauſis ordinarijs, num. 23. & ſeqq. Nono in cauſis criminalibus, & hæreticalibus, num. 31. & 32. Decimo in ſententia lata à Papa, vel Principe, num. 33. Vndecimo in libello inepto, num. 34. Imò valet in omnibus caſibus, num. 36.

Leges accuſare non debemus, vt ijs non pareamus, & de ijs diſputemus, ſed, vt dicamus quod oporteret eas mutari, &c. num. 19. 20. & 21.

Sententia debet hodie iuſtificari potius ex actis, & probatis, quàm ex libello, & petitione, num. 22. & ſeqq. num. 35. & 36.

Rotæ Rom. praxis, vt eadem die, qua ferenda eſt ſententia, formetur petitio ſecundum deducta, & probata, non eſt neceſſaria, num. 25. Et in quo ſit fundata, num. 24.

Libellus ſuppletur ex actis, & ex ſequentibus probationibus declaratur, ſub num. 23.

Libellus nullus melior, quam illa iudiciaria contentio, quam partes habent in proſecutione cauſæ, num. 27.

Litis conteſtatio videtur conſiſtere in diſceptatione eorum, de quibus partes contendunt in tota cauſa, num. 27.

Summariè hodie cognoſci debent cauſæ, num. 28.

Cauſidici improbi vituperantur, & valde reprehenduntur, num. 29.

Inquiſitionis libellus, ſeu certa formula non eſt amplius in vſu in cauſis criminalibus, num. 30. & 31.

1 QVAERO decimoſexto, an ſententia debeat eſſe conformis libello.

Conſtituamus regulam affirmatiuam, quia iudicis poteſtas non debet excedere id, quod in iudicium deductum eſt, l. 18. vt fundus. ff. com. diuid. alioquin iudex, condemnando ad aliud quàm ad id, quod eſt petitum, videtur ſtultus, l. fin. C. de fideicom. libert. Affl. deciſ. 3. extat. num. 1. verſus finem, & cum hac regula concordant quæ ſcribunt Bar. in l. 2. num. 3. verſ. quòd libellus. C. de ſent. ex peric. recitan. & Bal. in dicta l. fin. ſub num. 1. & num. 6. verſ. item quæro. & quæ ſcripſimus nos cap. ſeq. q. 11. nu. 33. & ſupra lib. 1. cap. 51. ſub num. 25. & debere eſſe conformẽ libello ſequitur Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. num. 563. de probar. inter Repeten. tom. 3. fol. 268. & ſententiam latam ſuper eo, quod non fuit petitum in libello, & ideo ſuper quo lis non fuit conteſtata, eſſe ipſo iure nullam, ſequitur Menoch. conſ. 345. exiſtimo. ſub nu. 31. verſ. tertio nullitas. & num. 32. & 33. lib. 4. & dixi ſupra q. 14. num. 24. & 25. & ita regulam conſtituit Iaſ. in §. curare. num. 28. verſ. in hoc procedam. Inſtit. de action. & hæc eadem ſequitur Surd. conſ. 273. relatio. num. 11. lib. 2.

2 Ratio huius regulæ eſt, quia in re, non petita, non fuit lis, & conſequenter in ea non fuit data defenſio, & multò minus fuit lis conteſtata, ſine qua non poteſt ferri ſententia diffinitiua, cum conteſtatio litis ſit fundamentum iudicij, vt ſcripſi cap. ſeq. dicta q. 11. num. 33. & quod ſi in ſententia mutetur res, ſiue cauſa, ſiue actio, dicatur lata, lite non conteſtata, ſcribit Bal. in dicta l. fin. num. 1. C. de fideicom. libert.

3 Infero ex iſta regula, & ratione ipſius, quòd ſententia, lata non conformis libello, eſt ipſo iure nulla, Bal. vbi ſupra, & Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. nu. 96. verſus finem, fol. 417. tom. 4. & ſcripſi eod. cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 19. & ſcribunt Menoch. & Surd. in locis ſupra proxime citatis.

4 Subinfero quòd ſentẽtia, quæ ad inſtantiā mutuatoris, agentis ad reſtitutionem decem mutuatorum condemnat mutuatarium ad reſtituendum eadem decem, videtur nulla, quia mutuator petijt decem, vt petere debebat in genere, & iudex condemnauit in ſpecie:

cie: ſed contrarium determinat Bal. in dicta l. fin. num. 3. verſ. quæro mutuaui. C. de fideicom.liber. vbi idem dicit, ſi quis petat maſſam, & iudex condemnat in pecunia.

5 Ratio ſecundum Bal. in primo caſu de mutuo, eſt, quia genus, & ſpecies non differunt in materia generali, & ſic libellus prædicatur de hoc ſubiecto per poſſibile non per neceſſe, & in ſecundo caſu eſt, quia non videtur aliud, quod vice illius fungitur, quia eſt æquipollens;ſed ego, omiſſa iſta dialectica Baldi, dicerē,in primo caſu rationem eſſe, quia ſententia iudicis intelligit eadem decem numero, & bonitate, & non in indiuiduo, & in ſecundo dicerem, ſententiam non eſſe difformem libello, ſi condemnet ad æſtimationem rei petitæ, quia æſtimatio non eſt res omnino extranea, & ideo conſueuit ſuccedere loco ipſius rei, vt dicit idem Bal. in ead. l. fin. ſub num. 1.

6 Declara eandē regulā,vt ſententia debeat eſſe conformis libello in tribus;primo in re, ſecundò,in cauſa,tertio in actione,ſecundum Bal. in l.fin.num. 6. verſ.item quæro.C.de fideicom. libert.& apertius in l. 1.n. 11.verſ. extra oppono. C. ſi plur. vn. ſent. &c. & ex eo refert Iaſ.in §. curare.num. 32.verſ.quarto prædictam. in fine,Inſtit. de action. & latius hoc ſequitur Lanſ.de Orian.in cap.quoniam contra. ſub num. 563. de probat. inter Repeten. tom. 3.fol.268.

7 Amplia eandem regulam, vt in tantum ſit recepta, vt libellus, ſeu ipſius tenor inſeri debeat in ſententia,ſecundum Spec.& alios, quos citaui ſupra gl. 9. num.31. & quòd communiter obſeruetur, vt libellus inſeratur in ſententia, quamuis ſententia non propterea vitiaretur,quia non eſſet inſertus,ſcribit Bar in l. 2. num. 2. in fine, & num.3. C. de ſent.ex peric. recit.

8 Verum hæc ampliatio non eſt vera, vt patet ex his, quæ ſcripſi d. gl. 9. ſub eod. num. 31.& obſeruantia,de qua teſtatur Bar. de inſerendo toto tenore libelli in ſententia, receſſit ab aula; Romæ enim, & multis alijs in locis nullum fit verbum in ſententia de libello, ſed Florentiæ vtuntur ante tenorem ſententiæ inter alia viſa, ponere initio, (viſa petitione ſiue libello)

9 Limita primo declarando hanc regulam, vt procedat in ſententia diffinitiua, & condemnatoria, ſecus in interlocutoria, quæ fertur ſuper emergentibus, Bal. in l. vlt. ſub num. 1. C. de fideicom. libert. & Aret. in §.curare. Inſtit.de action. quos ſequitur ibidem Iaſ. num. 31. limit.3.

10 Limita ſecundo, vt non procedat in condemnando, quia iudex poteſt modificare libellum, Bal. Aret.& Iaſ.in locis ſupra proxime citatis, & patet ex his, quæ ſcripſi infra num. 12.

11 Limita tertio declarādo,vt ſentētia debeat eſſe conformis libello quantum ad cauſas,& res petitas: ſecus quantum ad concluſionem libelli, quia iudex & contra, & præter concluſionem libelli debet ſequi acta, & probata, in quibus ſtat ſubſtantia deciſionis cauſæ, Bal. in l. vlt. ſub num. 6. verſ. item quæro.C. de fideicom. libert. Iaſ. in §. curare. num. 32. limit. 4. Inſtit. de action. vel magis declarando dicas, quòd ſententia debet eſſe conformis libello in tribus, ſcilicet in re, cauſa, & actione, Bal. in l. 1. num. 11. verſ. extra opp. C. ſi plur. vna ſent. &c. ſed in reliquis non eſt neceſſarium, quòd ſit conformis.

12 Infero ex dictis in hac limitatione, quòd ſi ſim creditor duorum meorum debitorum in ſolidum in ſcutis centum, & ideo petiero, quemlibet eorum condemnari in ſolidum,ita tamen quod vna ſolutio ſufficiat (quia alias libellus non procederet) & iudex ſimpliciter eos condemnauerit in centum, nec dixerit quemlibet in ſolidum, & conſequenter videtur quemlibet condemnaſſe in quinquaginta, ſententia adhuc erit valida, & dicetur conformis libello, quia ego non petebam, niſi centum,& in centum eſt lata,licet non eo modo, quo petij,ſcilicet cōtra quēlibet in ſolidū(nā hoc inſolidū)eſt potius accidētale, quam ſubſtātiale, & ideo non facit,ſententiā non eſſe conformē libello; quia ſatis eſt, quod ſit lata in tota quantitate petita, quamuis non ſit lata eo modo, quo eſt petita, quia hoc non habet vitiare ſententiam,l.1. & 2.& ibi Paul.de Caſtr.verſus finem, ſub num.3. ibi,reſpondetur quòd. C. ſi plures vna ſent. &c. & quòd ſententia dicatur lata ſuper toto, & ideo ſit valida, ſcripſi ſupra q.4.num.18.& ſeqq.

13 Limita quarto, vt non pocedat in libello, continente incertam quantitatem, ſeu rem, quia nihilominus iudex, quantum ei poſſibile erit, debet ferre certam ſententiam, vt dixi q. præced. num.23. hancque limitationem poſuit Aret. in dicto §.curare. Inſtit. de act. ſed eam ibidem vti limitationem,reprobat

bat Iaſ. num. 27. in quarto not. dicens, non eſſe verum, quòd iſto caſu ſententia non ſit conformis libello, quia, inquit, iudex iſto caſu ſi condemnat ad certum intereſſe, ſeu ad certam quantitatem, liquidatam in proceſſu, vtiq; condemnat ad intereſſe petitum, ſed illud declarat, & qui declarat, nihil dat de nouo, & conſequenter ſententia non dicitur difformis libello:& vere loquitur per ea, quæ ſcripſi q. ſeq.num.31.

14 Limita quinto, vt non procedat in his rebus, in quibus ſententia ad commodiorem vſum, & vtriuſq; partis vtilitatem eſt ferenda alio modo, quam actum ſit; vt puta ſi rei diuiſio, quæ petitur, eſſet damnoſa, quia tunc iudex debet eam vni adiudicare,eumq. ad ſoluendũ alteri æquiualens pretiũ partis condemnare,§.vlt.Inſtit. de off.iudic.Bal. in l. vlr.num.10. verſ. opp. & videtur. C.de fidcicom.libert. & bene concluſio hæc probatur ex his, quæ ſcripſi ſupra q. 13. ſub num. 18. & lib.proxime præced. cap. 9. nu. 1194.

15 Ratio eſt, quia etiam huic modo agendi ineſt tacite hæc natura, vt ſententia poſſit ita ferri; vnde ſi peto, ſententiam declarari iniqnam, quæ tamen eſt æqua, ſed eſt nulla propter non ſeruatum ordinem, iudex poteſt eam pronunciare nullam, quia natura cauſę appellationis fundatur ex toto proceſſu, qui propterea totus videtur intentatus,& ſic non extra narrata in libello, Bal. vbi ſupra, vel tu, & melius meo iudicio, dicas, quòd nullitas eſt ſpecies iniquitatis,& iniuſtitiæ, imò, nulla maior eſt iniuſtitia, quàm nullitas, vt retuli cap. ſeq.q.17. limit. 19. ſub num. 4. verſ. ſed notoria. & dixi hic ſupra q. 11.ſub num. 56. verſ. cofirmatur. nullitas enim ſemper habet maculam ſublatę, aut non ſeruatę iuſtę defenſionis, ſiquidem ordo litigandi, quo omiſſo, oritur nullitas,eſt inuentus, vt partes ſe defendere valeant, &, vt inueniatur veritas, & conſequenter ſub illa petitione poteſt includi nullitas, & comprobatur hæc noſtra ratio ex his,quæ ſcripſimus ſupra dicta quæſt. 11. ſub num. 56. & infra dicta limit.19.ſub nu.5.verſ.ſecundus caſus.

16 Limita ſexto, vt non procedat quoad cõcomitantia, quia ſententia poteſt in illis eſſe difformis, ſed cum diſtinctione:aut enim agitur in genere, puta quia petitur aliquid iure dominij, non ſpecificata aliqua cauſa,& tunc ille, qui agit,non tenetur probare de concomitantijs,quia ad ea ſe non adſtrinxit; & vbi petitio eſt generalis, omnis ſpecies in ea habitu continetur, quia omnis ſpecies habitu cõtinetur in genere,licet genus contineatur actu in ſpecie; & conſequenter cum lis conteſtatur ſuper libello generali, videtur conteſtata ſuper omni re, omni cauſa, & omni actione pręſenti, & futura, & ſpecies non poteſt eſſe, nec intelligi tanquam quid ſeparatum à genere,loco, & tempore: quare ſi dico, mihi aliquem obnoxium, & ipſe litem conteſtando, negat omnem obnoxietatem, & ego probo vnam obnoxietatem, etiã emergentem poſt litem conteſtatam, dicor probare intentum, quia hic non eſt conſideranda menſura temporis, vel loci, quia genera certis loco, & tempore non menſurantur: † aut agitur ſpecificata cauſa, vt puta ex donatione talis Regis, quod de neceſſitate habet adhærentiã loci, & concomitantiã tẽporis,& tunc oportet probare,iſtas concomitãtias præceſſiſſe litiscõteſtationẽ, vel tẽpore litis cõteſtatę,quia hoc modo ſententia erit cõformis libello,ſed ſi cauſa,nẽpe,donatio ſuperuenit poſt litẽ cõteſtatã,tũc reus debet abſolui, non quia non debitor, ſed quia non intentatũ, ita ex copioſa ratiocinatione, qua vſus eſt Papa Innoc. IV. in cap. 3. abbate.de ſent.& re iud. in 6. declarat ibidem Io. Monach. num. 15. & ſeqq. quam declarationem refert Bal. in l. 1. ſub num. 12. verſ. modo quæro. C. ſi plur. vna ſent. &c. dicens, quòd iſta fuit ſubtilitas Innocentij, quam Io. Monach. probat eſſe veram per ſuam dialecticam,quare & Prob.ad Io.Mon. ibidem, num. 27. refert, & ſequitur, quod Aduocatus debet eſſe cautus in capitulando, vt concludat ius, ex quo agitur, competijſſe actori ante litem conteſtatam, alias ſuccumberet.

17

18 Contra primum huius diſtinctionis membrum inſurgit Bal. in dicta l.1. num.19.verſ. or modo.dicens, in eo contineri dialecticam Innocentianam, quę apud Legiſtas, qui conſiderant realitatem, eſt ambages; & in effectu concludit, quòd petitio generalis,ex qua eſt ferenda ſententia, non continet eas ſpecies, quæ non ſunt tempore litis conteſtatæ, quia illud eſt genus, quod per veritatem poteſt ad aliquam ſpeciem deduci,alias eſt genus falſum, & genus, ſub tempore prolatũ, non includit ſpecies, quę tunc non ſunt in rerum natura, & conſequenter ex iſtis infert, quod ſi in petitione generali actu non extat tempore litis conteſtatæ ſpecies aliqua, ex ea, quæ ſuperuenit poſtea, non poteſt

poteſt ad fauorem actoris ferri ſententia, ſed debet abſolui reus.

19 In hac ſubtilizata controuerſia ego non intendo diſputare de auctoritate, & doctrina Papę, prout fecit Bal. quia videret face-
20 re iniuriam legumlatori;† neque tãta eſt aperienda via, vt nobis liceat etiam cum legislatore congredi: leges inſtitutas, & formatas ſi accuſare velimus, opus eſſet, vt mutentur, dicimus, non autem, vt ijs, non mutatis, non pateamus, quod etiam animaduerti cap. ſeq. q. 17. limit. 48. ſub num. 11.
21 †etenim ſine legum accuſatione adhuc nimis magna eſt inter Doctores controuerſia, & diſputatio, quod ſi etiam contra leges arma ſumere liceret, diſputatio eſſet ſine vllo fine, & omnia magis, quam ſint, eſſent incerta, quare; quicquid diſputando dici poſſet; cum lata ſit materia an, & quando ius ſuperueniens conualidet iudicium, vt patet ex his, quæ cumulaui cap. ſeq. q. 5. ſub num. 27. verſ. ſecunda. & ſeqq. concludo, quòd vſus inualuit, vt Iudex indiſtinctè debeat iudicare ſecundum acta, & probata, vt ſcripſi infra num. 23. limit. 8.

22 Limita ſeptimo, vt non procedat in cauſis ſummarijs, quia in eis poteſt deueniri ad ſententiam ex alia cauſa legitima, & probata, quàm ex ea, quæ fuit intentata in petitione, & poteſt ferri ſententia etiam iuxta non petita per partem agentem, quia in iudicio ſummario venit etiam non petitum, dummodo ex actis quoquomodo reſultet, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 11. ſub num. 33. verſ. tamen ſecus. & quia in Regno Neap. poteſt procedi ſummariè, &c. ideo poteſt ferri ſententia ſuper probatis, etiam non conformis libello, vt dixi ead. q. 11. ſub num. 30. verſ. ſecundo reſpondeo. & demum hodie ſententia debet iuſtificari potius ex actis, & probatis, quàm ex libello, & petitione.

23 Limita octauo, ſeu extende hanc limitationem, vt etiam in cauſis ordinarijs poſſit ferri ſententia ex probatis, etiam non conformis libello, quia iudex poteſt ex officio ſuo ſupplere ad vtilitatem partis in his, quę ſibi conſtant ex actis, quia quod conſtat ex actis iudicij, eſt notorium iuris, & in omni notorio iudex procedit ordine non ſeruato, & ſupplet de facto, & libellus vel non eſt neceſſarius, vel ſuppletur ex actis, ſeu ſequens probatio illum declarat, & ideo ſententia eſt proferenda ſecundum probata, & proſecuta, & petitio non eſt conſideranda, & conſequenter ſententia, licet non ſit conformis libello, tamen non eſt nulla, ſi ex proſecutis & probatis poſſit iuſtificari, hincque cenſeo ſuſtineri, quod iudex cauſarum criminalium, condemnado reum ad pœnam, poſſit eundem etiam ſine partis inſtantia condemnare ad intereſſe ciuile, debitum parti, ſi de illo intereſſe conſtet ei ex actis, vt ſcribit Crauet. conſ. 14. procurator. num. 5. in vltimis verbis, & ſub num. 6. quem ſecutus
24 ſum infra q. 19. num. 53. † & ex his cenſeo ortam eſſe praxim Rotæ Romanæ, vt eadem die, qua proferenda eſt ſententia, formetur petitio ſecundum deducta, & probata, & ſuper tali petitione fertur ſententia, vt ſecutus ſum ead. q. 11. ſub nu. 34. verſ. contrariam. &
25 verſ. ex his. † quæ tamen praxis minime eſt neceſſaria: & quando eſſet neceſſaria poſſet de ea dubitari, quia nullibi reperitur, quod hodie formetur petitio, & detur ſententia, niſi ſententiam ſuſtinerẽ velimus tanquam
26 tunc feratur ſuper notorio:† & hæc limitatio meo iudicio eſſet ſcribenda litteris aureis, & Principes vbique mandare deberent, vt iudices eam ſeruarent, prout ſatis mandant Summi Pontifices, dum motu proprio diſpoſuerunt, vt aliæ non attendantur nullitates, quàm tres, nempe, citationis, mandati, & iuriſdictionis, & prout ordinatum eſſe in Regno Neapolit. dixi in limit. præced. &
27 ita ſeruare ſolent boni iudices, † quia nullus eſt melior libellus, quàm contentio ipſa, quam partes habent in proſecutione cauſæ, & nulla certior litis conteſtatio, quàm ea, in qua actor nititur probare, vt ſuper probatis condemnationem rei obtineat, & reus in eiſdem optatam nititur conſequi abſolutionem: nec obſtant l. vt fundus, & l. fin. adductæ, ſupra num. 1. in regula, quia reſpondeo, quòd deductum in iudicio, vt loquitur l. vt fundus. dicitur illud, quod eſt in diſcuſſione cauſę agitatum, petitũ vero, vt loquitur l. fin. dicitur illum, de quo copioſius ex actis,
28 & geſtis apparet in proceſſu; † & iſta ſunt quæ iudex excedere non debet, & excedendo eſſet ſtultus; canonizanda eſſet hæc limitatio, quia hodie litium materia, & opinionum, ac cauillationum numerus adeo creuit, vt merito procedi debeat ſummarie, &c. ne ex lite lites in infinitum propagentur, & litigantium malitia, & calumnia in dies au-
29 geatur;† ſciant enim iudices, Deo nihil gratius in tribunalibus fieri, quàm ius ſuum vnicuique reddi, & deinde temere litigantium

tepri-

reprimi calumniam, ſiquidem ſunt aliqui nebulones, & improbi cauſidici, imò iuſtitiæ conturbatores, quotum ingenium cum ſit ignobile, & rude, nihil alud addiſcere valent, quam artiunculam quandam friuolam ad probos viros improbe vexandum, vt hi laborum, & expenſarum calumnioſa vexatione defeſſi, quod ſuum eſt perſequi non valeant, vel, quod non debent, coacti ſoluant, non ne iſti ſunt fures, & latrones? non ne agunt, quaſi animam, & conſcientiam non habeant, & proinde, neglecto etiam huius mundi honore, non ne ſunt viles, & infames? qui etſi, vt arbitror, ſint pauciſſimi, tamen iudices, ſi iſtis, cum poſſunt, non obuient, videant quæ ſcripſi infra quęſt. 18. num. 12.

30 Confirmatur hęc limitatio, quia, etſi in cauſis criminalibus, in quibus, vti maioris im portantiæ, & pręiudicij, cautius eſt procedēdū, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 87. nu. 8. iudices loco libelli ſerioſam formarent inquiſitionem, vt dixi eod. lib. 1. cap. 86. ſub num. 16. cui inquiſitioni, veluti libello, reus tenebatur reſpondere, hanque inquiſitionē elicerent ex informationibus, quas prius aſſumebant in inquiſitione generali, vt ſcripſi eod. lib. 1. cap. 85. & 86. num. 1. 6. & ſeqq. tamen cum poſtea ex diuturno vſu, qui eſt rerum magiſter, cognouerint, totam illam inquiſitionis formationem non ſolum non eſſe vtilem, ſed damnoſam ad inducendas difficultates, & iuſtitiæ adminiſtrationem pendere, non ex libellis, & inquiſitionibus, ſed ex probationibus, factis in proceſſu cum debitis defenſionibus, illam inquiſitionem penitus dimiſerunt, vt dixi eod lib. 1. cap. 85. num. 4. verſus finem, & cap. 86. ſub num. 16. relicto ſolo in aliquibus locis illo primo veſtigio (hæc eſt quædam inquiſitio) quod eſt potius ridiculum, quam neceſſarium. ergo quomodo libellus poteſt eſſe neceſſarius in cauſis ciuilibus?

31 Limita nono in cauſis criminalibus, tum quia in eis modus procedendi via libelli receſſit ab aula, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 51. ſub num. 15. verſ. in propoſito. & num. 27. & concluſio ipſa libelli non eſt neceſſaria, & licet accuſans, ſeu querelās concluderet, tamen iudex, non attenta illa concluſione, condemnat prout ſibi iuſtum videbitur, Iaſ. in §. curare. num. 30. limit. 2. Inſtit. de action. & late ſcripſi dicto cap. 51. num. 25. tum, & generalius, quia iudex in criminalibus procedit arbitrario modo, & ſola facti veritate inſpecta, ſeruatis ſolum ijs, quę reſpiciunt defenſionem, per ea, quæ ſcripſi dicto cap. 51. ſub num. 29. 30. ſub num. 32. verſ. & prima. ſub num. 39. verſ. ègo tamen. & verſ. quod ſi. & num. 41. & 42.

32 Extende hanc limitationem, vt per excellentiam procedat in crimine hæreſis, in quo ſpecialiter proceditur ſummariè, &c. vt ſcripſi eod. lib. 1. cap. 52. num. 1. & ſeqq. & ideo ſuccedunt quæ ſcripſi ſupra limit. 7.

33 Limita decimo, vt non procedat in Papa, vel Principe, quia hi poſſunt valide ſententiam ferre non conformem libello, vt refert & ſequitur Iaſ. in dicto §. curare. num. 29. verſ. iſta regula. Inſtit. de action. & iſta limitatio non indiget auctoritate, quia ſufficit ratio, quod coram eis proceditur ſummariè, &c. & in ſummarijs poteſt ferri ſententia etiam non conformis libello, vt dixi ſupra limit. 7.

34 Limita vndecimo, vt non procedat in libello inepto, quia tunc iudex non ſolum non debet ſententiam ferre conformem libello, ſed imo, illo dentibus lacerato, debet reum abſoluere ab obſeruatione iudicij, & condemnare actorem in expenſis, vt ſcripſi ſupra quæſt. 7. ſub num. 36. & ſeqq.

35 Declara demum notabiliter eandem regulam, poſitam ſupra num. 1. vt iudicis poteſtas dicatur non excedere quod in iudicio deductum, ſeu petitum eſt, quoties ſententia, quam fert, non excedit id, quod eſt inter partes contentioſè probatum in proceſſu, & ad illud, quod Doct. dicunt ſententiam debere eſſe conformem libello, dic, eſſe verum, ſuppoſito, quòd probationes non diſcrepent à libello, quia ſi diſcrepent, tunc ſententia debet iuſtificari non ex libello, ſed ex actis, & probatis, vt dixi ſupra num. 27. & 28. & ita ſerues, & non errabis.

36 Infero ex omnibus iſtis limitationibus, ſatis conſtare quam vanum ſit hodie dicere, ſententiam eſſe nullā, eo quia non ſit conformis libello, & quia tangat id, quod eſt extra petita, ſiquidem nullus eſt caſus, in quo ſententia pro ſui validitate debeat eſſe conformis libello, dummodo eius difformitas iuſtificetur ex actis, ſcio tamen, quòd etiam vſque ad hodie non deſunt qui hanc impugnationem acertime adducunt.

GLOS.

GLOS. XIV. Sententiamus. &c.

QVAESTIO. XVII.

SVMMARIVM.

Declarare an poſſit iudex ſententiam, num. 1. & ſeqq. num. 30. & ſeqq. & num. 93.

Iudex, cum ſententiando functus eſt officio ſuo, deſinit eſſe iudex, num. 1. Siue ſit delegatus, ſiue ordinarius, num. 3. 7. & 8. Et quando non dicatur functus officio ſuo, num. 11.

Notarius non poteſt corrigere errorem inſtrumenti, nu. 2. Poteſt tamen corrigere falſam latinitatem, ſeu grammaticam, nu. 13. Et declarare verba ambigua, num. 35.

Succeſſor non poteſt reuocare ſententiam, latam à ſuo anteceſſore, num. 5.

Corrigere debet quilibet ex ſe ipſo ſuum errorem, & non expectare, quòd corrigatur ab alio, ſed qua prudentia ſe gerere debeat in corrigendo, num. 6. Fallit in iudice, qui diffinitiuam tulit ſententiam, num. 7. & 8.

Corrigere ſuum errorem in ſe ipſo eſt ſpecies charitatis, ſub num. 6.

Philippus Macedonum rex cum iniuſte quendam ad ſoluendum condemnaſſet, condemnationem non reuocauit, ſed de proprio ſoluit, num. 9.

Reuocare poteſt iudex ſententiam interlocutoriam, num. 10.

Latinitatem, & verba ſententiæ, non mutata ſubſtantia, poteſt iudex corrigere, num. 12.

Sententiam ſi iudex nulliter tulerit, & pars incidenter de nullitate dicat, iudex poteſt iterum ſententiare, num. 14. Si tamen is iudex ſit ordinarius, ſecus ſi ſit delegatus, num. 15.

Iudex non poteſt, lata ſententia, illi quidquã addere, vel de ea aliquid minuere, nu. 4. 7. & 8. Poteſt tamen in ſequentibus caſibus corrigere, mutare, minuere, vel addere. Primo ſi ſententia non eſt diffinitiua, ſed interlocutoria, num. 10. Secundo quoad latinitatem, & verba, num. 12. Tertio quoad nullitatem, &c. num. 14. & 15. Quarto quoad acceſſoria, quia iudex poteſt illa addere eadem die, num. 16. Hic caſus extenditur, & reſtringitur multipliciter, num. 18. & ſeqq. Quinto in Ciuitate Genuæ, num. 28. Sexto in condemnatione ad ſoluendum, num. 29. Septimo quando quod additur vel minuitur eſt declaratio ſententiæ, num. 30. & ſeqq. Octauo in ſententia lata contra hæreticum non relapſum, & pœnitentem, num. 87. & ſeqq. Demum poteſt ſupplere ea, quæ ſunt de natura actionis, num. 43.

Incontinenti dicitur fieri quod fit eadem die, num. 17.

Fructuum, & Expenſarum } condemnatione omiſſa in ſententia, poteſt iudex addere eadem die, num. 16. Addere non poteſt ſequentibus caſibus. Primo ſi in ſententia diffinitiua abſoluiſſet, & idem ſi condemnaſſet, vel expenſas taxaſſet, num. 20. Secundo ſecundum aliquos, ſi hanc facultatem ſibi in ſententia reſeruaſſet, num. 21. & 23. Sed alij contra, num. 22. Tertio quando lapſa eſt dies latæ ſententiæ, nu. 25. & 26. Quarto ſecundum aliquos ſi partes non eſſent præſentes, num. 27. Contrarium, num. 28. & 29.

Declarare poteſt iudex ſententiam, dummodo declarando non addat, neque minuat, num. 30. Quare eam poteſt declarare Princeps, num. 38. Præſes, Procurator Cæſaris, Prætor, Præfectus præt. & Senatus, num. 39. Iudices maiores ordinarij habentes merum imperium, num. 40. Et quid ſi non habeant merum imperium, ſub eod. nu. 40. & 41. Poteſt iudex eam declarare, etiam ſi ab ea ſit appellatum, & pendeat appellatio, num. 42. Poteſt addere ea, quæ ſunt de natura actionis, num. 43. Et poteſt verbum ſeu orationem dubiam declarare etiam in præiudicium iuris interea quæſiti, dummodo declaratio ſit propria, ſub num. 43. extenſ. 6. Declarare ſeu interpretari non poteſt delegatus, num. 44. Excepto delegato Principis, num. 45. Item declarare non poteſt arbiter, num. 46. Neque ordinarius, cuius iuriſdictio expirauit, per depoſitionem officij, num. 47. Et quid in Rota Florentina, num. 50. Quid in ſucceſſore in officio, num. 48. & 49. Et quid in camera Imperiali, num. 51.

Declarans, nihil facit de nouo, ſeu ſaltem nihil dat de nouo, num. 31. Quare declaratio, quæ actum nullum faceret validum, non valet, num. 59.

Procurator poſtquam deſiit eſſe procurator an poſſit declarare quod geſſit, vti procurator, num. 47.

Declarare ſeu Interpretari } ſuam ſententiam iudex poteſt ſemel tantum, quare eum decla-

declarauerit, non poteſt declarationem reuocare, num. 52. Fallit in ſententia interlocutoria, ſub num. 54.

Interpretari poteſt pluries actum ille, qui actum poteſt deſtruere, & reuocare, num. 53.

Declaratio, ſeu Interpretatio } *non debet excedere limites interpretationis, num. 55. & ſeqq.*

Nouem boues non poteſt iudex interpretari in nonum bouem, ſeu in nouum bouem, num. 56.

Declarare, ſeu Interpretari } *poteſt iudex ſuam ſententiã etiam contra regulas iuris, dummodo declaratio non ſit contra veram, & propriam ſignificationem verborum, ſed tamen ſi interpretatio non iuſtificetur ex actis, poteſt ab ea appellari, ſub num. 54. declar. 2.*

Declaratio, ſeu Interpretatio } *habet locum in actu valido, non autem in actu nullo, num. 59.*

Libellus, qui eſt nullus, non poteſt emendari, num. 60.

Declaratio, ſeu Interpretatio } *debet eſſe verbi, & orationis dubiæ congrua expoſitio ſine verborum violentia, num 61. Debet eſſe talis, vt tollantur abſurditas, & iniuſtitia, etiam ſi talis interpretatio contineret improprietatem, &c. num. 62. 64. & ſeqq. Et debet eſſe laudabilis, veroſimilis, & non diſſona, num. 67.*

Interpretari debemus ſententias iudicum, ne mereantur reprehendi à ſapientibus, num. 63.

Appellari licet à mala interpretatione ſententiæ, num. 68. Infra quantum tempus liceat appellare, num. 69. & 70. Et ſublata appellatione à ſententia, an cenſeatur ſublata ab illius declaratione, num. 71.

Declaratio, ſeu Lex declaratoria } *quando retrotrahatur ad tempus actus declarati, ſeu legis declaratæ, & quando non, ſub num. 70.*

Deciſio, ſeu Motiuum } *eſt pars ſententiæ, qualis debeat eſſe deciſio, aduertendo ne ſit contra ſententiam, num. 72.*

Interpretatio ſententiæ quot modis fiat, n. 73.

Rotæ deciſio vel præcedit ſententiam, vel ſententia præcedit deciſionem, num. 73. & 74.

Corrigere ſententiam diffinitiuã ferendam, & dum fertur, poteſt iudex indiſtinctè, latam verò in ſua vltima forma non poteſt, nu. 76. & ſeqq. & num. 82.

Emendationis libellorum materia vbi tractetur, num. 92.

Correctio, & Contrarietas } *quomodo differant in ſententia, num. 86.*

Incertitudo in ſententia, puta (condemnamus Titium in centum, & ſi condemnatio eſt facta in plus, vel minus, quàm fieri debeat ex forma ſtatutorum, illam reducimus ad debitam quantitatem ſtatutorum) an vitiet ſentẽtiã, & illa aditio (& ſi condemnatio) an aliquid operetur, n. 79. & 80. Et quid ſi verbum (condemnamus) ſit poſitum in fine, eod. nu. 80. 84. & 85. Et quid ſi incertitudo procedat ab alternatiua, puta (condemno vel abſoluo) ſub n. 86.

Contrarietas in ſententia, puta (condemno, & abſoluo) vitiat ſententiam, num. 86.

Inquiſitor poteſt minuere, & mitigare pœnas, quas impoſuit contra hæreticum pœnitentem, &c. num. 87. Sed non poteſt minuere, ſeu mitigare illas, quę ſunt impoſitæ ipſo iure, nu. 90. Et in Hiſpania Inquiſitores priuati mitigare non poſſunt, inconſulto generali Inquiſitore, num. 91.

1 QVAERO decimoſeptimo, an iudex poſſit declarare, & interpretari ſuam ſentẽtiam: nam cum ſupra q. 15. ſcripſerim, an, & quando ſententia generalis, obſcura, & incerta valeat, operepretium eſt, vt nunc videamus, an, & quando iudex poſſit eam declarare.

Et quò pleniorem habeamus reſolutionem, latius amplector quæſtionem, diſtinguendo in primis duos caſus principales.

Primus caſus eſt: quando iudex vult declarare in eodem iudicio.

Secundus eſt: quando vult declarare in alio iudicio, & alia inſtantia, & de hoc agemus infra num. 93.

Capio primum caſum, & firmo regulam negatiuam, quòd non poteſt, quia cum iudex ſemel functus ſit officio ſuo, ſiue bene, ſiue male, deſinit eſſe iudex in illa cauſa, l. 46. actorum. l. 55. iudex. & l. 42. paulus. ff. de re iudic. Mar. Soc. in cap. 17. qualiter. nu. 63. & 64. & Felyn. num. 23. in ſecundo articulo principali, de accuſat. Franc. Marc. deciſ. 670. iudex an. ſub num. 2. 4. & ſeqq. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 116. num. 1. & 3. ſcripſi ſupra quæſt. 4. ſub nu. 36. in 1. effectu, & ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 132.

132. verſ. contraria.& Surd.conſ. 288. in recognitione.ſub num.20. verſ.his vero..& num. 21.lib.2.referens illud, quod in diffinitiua euolat emiſsũ ſemel irreuocabile verbum:& quia eſt regula omnibus nota; non inſiſto; adde præclarum exemplum, de quo infra num.9.illat. ſecunda.

2 Confirmatur hęc regula, quia notarius etiam non poteſt corrigere errorem inſtrumenti, quando illa correctio poſſet nocere parti, ſiue error ſit commiſſus in pertinentibus ad partes, ſiue in pertinentibus ad ſolemnitates inſtrumenti, quia notarius dicitur functus officio ſuo, vt latè explicauì lib. proxime præced.cap.11.num.1229.num.1212. 1214. & ſeqq.

3 Amplia primo hanc regulam, vt procedat non ſolum in delegato, cuius iuriſdictio eſt infirmior, ſed etiam in ordinario, Socc.& Felyn.vbi ſupra, & probatur ex iuribus ſupra citatis.

4 Amplia ſecundo explicando, vt procedat quãdo interpretaretur, addẽdo, vel minuẽdo de ſententia, quia nõ poſſet, dicta l.55.iudex. & l.1.C.ſent.reſcin.nõ poſ.Bar.in l.4.ab executore.ſub n.7.q.2.ff.de appell. & in l.2. hac lege.ſub n.4.ibi, aut circa alia.Salyc.ſub n.4. Bal.ſub nu.9.C.de ſent.ex peric.recit.dicens, quòd non debet aliquid addere, vel detrahere, variando ſubſtantiam, quem etiam refert, & ſequitur Felyn. in dicto cap. qualiter. ſub num.25.in ſecunda limitatione, Gabr..in ſuis concl.lib.6.tit.de reg. iur. concl.3. num.14. illat.6.quare, iudicem debere, cauſa cognita, & cum matura deliberatione procedere ad ſententiam, latè ſcripſi gl. præced. nu.2. & ſeqq.& n.29.& ſeqq.quia in eo habet locum illud (quod ſcripſi, ſcripſi) de quo mẽtionem feci ſup. q.8. n.47.& ſup.lib.1.cap.53.n.33. & hanc ampliationem, etiam in ſententia iniuſta, ſine partium damno egregie ſeruauit Philippus, Macedonum Rex, vt retuli infra num. 9. illat. 2. & habet etiam locum illud poeticum (nam volat emiſſum ſemel irreuocabile verbum) de quo dixi ſupra lib. proxime præced. cap. 7. num. 589. in fine, & hic ſupra num. 1. in fine.

5 Amplia tertio, vt propterea ſententia, qua iudex ſententiam ſuam, vel ſui anteceſſoris reuocaret, ſit nulla ipſo iure, ideoque appellatio non ſit neceſſaria, l.1.C.ſent. reſcin. non poſſ.

6 Infero primo ex hac regula, & ampliationibus, quod etſi iudex, & quælibet honeſta perſona debeat corrigere errorem ſuum, & cautius, quam poteſt, quia ſi in aliquo errauerit, non debet fateri ſponte ſuũ errorem, ne vileſcat eius auctoritas, nec debet cũ pertinaciter defendere, quia incideret in multa incõuenientia, & diceretur pertinax, & nõ ſapiẽs, & magis eſt pudẽdũ permanere in falſa ſentẽtia, quã ſe ipſum corrigere; & melius eſt corrigere ſe ipſum, quã expectare, vt ab alio corrigatur, vt refert, & ſequitur Felyn. in dicto cap. 17. qualiter. ſub num.6.not.3. de accuſ. & ſcripſi cap. ſeq. quęſt. 17. limit.47. memb. 1. num. 33. & tanto magis, quod correctio eſt opus charitatis, quę debet incipere à ſe ipſo, vt deducit idem Felyn. vbi ſupra, & qua cautela vti debeat, vt honeſtè ſine ſua turpitudine, & ſine detrimento ſuę auctoritatis corrigat ſuũ errorẽ, tradit Socc. dicto cap. 17.qualiter. num.137.de accuſat.

7 Tamen hoc non procedit in iudice, qui ſententiam tulit diffinitiuam, quia is ſe corrigere non poteſt, per ea quæ dixi ſupra ſub num.1. & ſeqq.

8 Ratio in iudice eſt, quia ſibi à lege eſt adempta facultas ſe corrigendi, & ratio rationis eſt, tũ ne alias ſententia, quę eſt actus iuſtitiæ, appareat in eodem incõſtans, & variabilis, tũ quia ſi vna pars vellet in ſui fauorem corrigi, & iudex corrigeret, altera etiam pars vellet, rurſus eam corrigi, quia in eo, qui errat, non debet pręſumi, quòd magis errauerit in primo actu, quàm in ſecundo.

9 Infero ſecundo, quòd propterea Philippus Macedonum Rex, cum dormitabundus iniuria condemnaſſet quendam Machetem, isque ad ipſum Philippum recurriſſet, Philippus, errore cognito, ſententiam non reſciſſit, ſed pecuniam, ad quam Machetem condemnauerat, perſoluit, vt retuli cap. ſeq. quæſt. 19. remed. 3. ſub num. 3. verſ. infero. quæ quidem actio fuit egregia, & digna Philippo, tum quia turpe eſt, apparere errorem in Principe, & capite, tùm quia ita efficacius inſtruxit iudices non ad perſoluendas condemnationes, quas iniuſte facerent, quia hoc nunquam diſcerent; ſed ad non reuocandas ſententias, à ſe latas, & conſequenter ad eas cum matura deliberatione ferendas.

Quamuis hæc illatio in Principe non ſit neceſſaria, quia is poteſt ſuam ſententiam interpretari, etiam corrigendo, vt dixi infra num. 38. extenſ.1.

Limita

10 Limita primo declarando eandem regulam, vt ſit vera in ſententia diffinitiua, quia iudex illi addere, vel minuere non poteſt, cum ſit functus officio ſuo, & ita procedunt ſuperius adducta, ſecus eſt in ſententia interlocutoria, quia iudex poteſt eam in parte, & in totum reuocare, & aliam ferre, Mar. Socc. in cap. 17. qualiter. nu. 33. & ſeqq. & Felyn. ſub num. 6. verſ. venio igitur. de accuſ. Surd. dicto conſ. 288. ſub num. 20. verſ. his tamen. & num. 21. & hanc eſſe communem opin. teſtatur Socc. & regulam affirmatiuam facit Felyn. in locis ſupra citatis, & quòd iudex poſſit, etiam appellatione pendente, reuocare interlocutoriam, à qua fuit appellatum, latè ſcripſi cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 1. nu. 30. & ſeqq. & quòd ipſe poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ interlocutoriæ, & eam declarare nullam, & aliam ferre, latè ſcripſi eod. cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. ſub num. 2. verſ. capio. & num. 3. & ſeqq. in quibus locis copioſe ad prædictos effectus examinaui materiam; & iudicem, qui errauit in proceſſu, poſſe ſuum errorem corrigere, ſcribunt Abb. in dicto cap. 17. qualiter. ſub num. 4. & Io. de Anan. ſub num. 3.

1 Ratio huius limitationis eſt, quia per interlocutoriam iudex non dicitur functus officio ſuo, & ideo non deſinit eſſe iudex in illa cauſa, Surd. dicto conſ. 288. ſub num. 20. verſ. his verò. & num. 21.

2 Limita ſecundo, vt non procedat quoad latinitatem, & verba, ſine aliqua mutatione ſubſtantię ſententiæ, quia poteſt in verbis corrigere ſuam ſententiam, Bar. in l. 2. hac lege. ſub num. 3. & num. 4. C. de ſent. ex peric. recit. Abb. in cap. 17. qualiter. ſub num. 4. Io. de Anan. ſub num. 3. & Socc. ſub num. 90. fallen. 6. de accuſat. & Franc. Marc. deciſ. 670. iudex an. num. 14. & deciſ. 745. notarius. ſub num. 4.

Confirmatur hæc limitatio, quia etiam notarius poteſt corrigere falſam latinitatem, ſeu grammaticam inſtrumenti, vt ſecutus ſum lib. proxime præcedenti, cap. 11. num. 1227.

Limita tertio in ſententia diffinitiua, cuius nullitas intentaretur incidenter, vt puta, ſi petam, iterum ſententiari, & reformari ſententiam ex eiſdem actis, habita prima pro nulla, quia iſto caſu idem iudex, qui ſententiam tulit, cognoſcet, vt late retuli, & declaraui dicta quæſt. 19. rem. 1. concl. 6. ſub num. 87. & dixi infra q. 26. num. 7. in ſecundo caſu.

15 Sublimita hanc limitationem, vt procedat in iudice ordinario, ſecus in iudice delegato, quia is nec ſententiam nullam poteſt reuocare, neque de ea cognoſcere, is enim dicitur omnino functus officio ſuo, vt ſecutus ſum ead. concl. 6. num. 91. & ſeqq. in quibus ampliaui, & limitaui.

16 Limita quarto, vt non procedat in acceſſorijs, quia iudex poteſt ea eadem die addere, l. 42. paulus. ff. de re iud. Bar. in l. 2. hac lege. ſub num. 4. C. de ſenten. ex peric. recit. & in l. 4. ab executore. ſub num. 7. quæſt. 2. ff. de appell. Abb. in cap. 17. qualiter. ſub num. 4. Io. de Anan. ſub num. 3. & Socc. ſub num. 126. & 127. in 15. fallen. de accuſ. Surd. conſ. 288. in recognitione. num. 5. lib. 2. quare ſi iudex condemnauerit in principali, nec aliquid dixerit de fructibus, vel expenſis, poterit eorum condemnationem addere eadem die, Socc. dicto num. 127. & ita in acceſſorijs, & expenſis ſcribunt Franc. Marc. deciſ. 670. iudex. nu. 5. & 18. & Carauit. ſuper rit. 297. num. 5. in fine, verſ. ſecundo ſucceſſiue. & num. 6.

17 Ratio huius limitationis eſt, quia quod fit eadem die, dicitur fieri incontinenti, & quæ fiunt incontinenti, dicuntur ineſſe, vt loquendo de admittenda reuocatione confeſſionis eadem die, ſcripſi lib. proxime præcedenti cap. 7. num. 668. & ſeqq. & præſertim num. 675.

18 Extende primo hanc limitationem, vt iudex non ſolum poſſit pronunciare ſuper iſtis acceſſorijs eadem die, vt dixi, ſed teneatur pronunciare, quia l. 42. paulus. ff. de re iud. dicit, quòd iudex debet ſupplere eodem die, prout hanc l. ita ponderauit Socc. dicto cap. qualiter. num. 130. & ſeqq.

19 Extende ſecundo, vt procedat etiam in delegato, & in arbitro, ſecundum Io. de Imol. teſtantem, hanc extenſionē eſſe veriorem, & ita de facto in practica ſe obſeruaſſe, vt ex eo refert, & ſequitur Socc. dicto cap. qualiter. ſub num. 134. & ſeqq.

20 Sublimita primo eandem quartam limitationem, vt non procedat, ſi in ſententia diffinitiua condemnaſſet ad expenſas, vel abſoluiſſet, vel expenſas taxaſſet, quia poſtea circa id, quod pronunciauit de expenſis, non poſſet vllo modo ſententiā diffinitiuam mutare, Socc. ſub eod. n. 127. & ex Franch. ſecutus

tus ſum cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. ſub num. 24. & dixi ibidem num. 70.& 71.

21 Sublimita ſecundo, vt non procedat, ſi iudex in ſententia diffinitiua ſibi reſeruaſſet facultatem condemnandi ad expenſas, quia hanc reſeruationem ſibi facere non poſſet, tum quia officium mercẽnatium eſt conſumptum, tum quia poſt ſententiam non durat inſtantia, Bal.in cap. finem litibus. num.2. & 8. de reſtit. ſpoliat. & ideo, lata ſententia diffinitiua, non poſſet etiam eadem die condemnare ad expenſas; & proinde facultatẽ, quam habet, amittit, quia eam ſibi reſeruat, Carauit. dicto rit. 297. ſub num.5. in ſecundo caſu, & apertius ſub num. 6.

22 Contrarium ſentiunt Abb. in eodem cap. qualiter. num. 4. verſus finem, & Io. de Anan. ſub num.3. de accuſ. dum tractando, an iudex, lata ſententia diffinitiua, poſſit vlterius diſponere, ſcribunt, quòd poteſt circa effectum ſententię, ſi ſibi reſeruauit poteſtatem iterum pronunciandi, & ita videtur firmandum ex his, quę refert, & ſequitur ibidem Felyn.num.31. verſus finem, verſ.& ad l. iudex. dicens, quòd ſi reſeruatio eſt de expreſſe deciſis in ſententia, ita quod eſſet implicatio contrariorum, talis reſeruatio non teneret, puta, ſi iudex ſibi reſeruaret facultatem ſuper pœna, in quam condemnaſſet ſecundum formam ſtatuti; ſecus, inquit, ſi reſeruatio non eſt ad correctionem ſententiæ, ſed ad declarationem, vel ad alia non ſubſtantialia, ſed ſuper quibuſdam accidentalibus, & acceſſorijs, quia tunc reſeruatio tenet, & hoc contrariũ latius ex Goffr. videtur ſecutus Socc.dicto cap.17.qualiter. ſub nu. 128. dicens, quod, lata ſententia diffinitiua, expitat iudicis officium in acceſſorijs, & ideo videtur, quòd non poſſit ſupplere; niſi ex quodam fauore eadem die, vel niſi dicat iudex in ipſa diffinitiua ſententia (differo de fructibus iudicare) quia tunc poterit etiam ex interuallo iudicare de fructibus, qui veniunt officio iudicis mercennario, & idem etiam ſi nihil dixerit de fructibus, dummodo ſint tales, qui debeantur iure actionis principalis, vel per officium iudicis, quod ſuccedit in locum actionis principalis; nam etſi inſtantia ſit finita ſoper principali, tamen non eſt finita ſuper fructibus, qui ęquè principaliter petuntur: his relatis, Socc.nihil firmando, ſe remittit ad iura, & Doct. per ipſum citatos: ſed hoc contrarium, adductis prius contrarietatibus, aperte ex Goffr. & Spec.ſequitur Alex.in dicta l.41.paulus. ſub num.6.ibi, ſpec.verò.& num.7.ff.de re iudic. ego tamen, his non aliter diſcuſſis, dico ſolum, mihi admodum videri durum, vt quod poſſem facere ſine reſeruatione, non poſſim, quia illud faciendum mihi reſeruaui.

23 Quicquid ſit de controuerſia huius ſublimitationis; iudex, condemnando in ſententia diffinitiua ad expenſas, poteſt earum taxationem ſibi reſeruare, quia taxatio eſt quædam executio condemnationis, Bal. dicto cap.finem litibus.n.2.& ita paſſim quotidie ſeruamus, quicqdid etiam in hoc videatur dubitaſſe Soc.d. cap. qualiter.n.129.

Imò dico amplius, quod licet condemnatus appellauerit à ſententia, tamen iudex à quo poteſt, appellatione pendẽte, taxare expenſas, ſecundum aliquorum opinionẽ, quam tamen non ſequor, per ea, quæ ſcripſi cap. ſeq.q.3.ſub num.54. 55.& 56.

24 Et hęc in expenſis, quæ debentur officio iudicis mercennario, ſed in expenſis, quæ veniunt officio iudicis, ſi daremus hanc diſtinctionem, vide Bal. in cap. 1. in fine, n.14. de ſequeſ.poſſeſ.vbi tenet, quod poſſit reſeruare ſibi condemnationem.

25 Sublimita tertio, vt poſt illam diem non poſſit, Socc. dicto cap. 17. qualiter. num. 128. & Carauit. dicto rit.297.ſub num.6.

26 Extende hanc ſublimitationem, vt procedat etiã in locis, in quibus iudices tenentur poſt latam ſententiam facere deciſionem infra certum tempus, puta in Ciuitate Florentiæ infra xx. dies, quia poſt diem latæ ſententiæ non poſſunt in deciſione addere acceſſoria.

Quamuis aliqui iudices Rotæ Florentinæ hoc male forſan ſeruent, vſurpantes ſibi facultatem addendi non ſolũ infra 20.dies, ſed etiam poſtea, cum ſępe faciant deciſiones poſt 20.dies, & adhuc in eis addant.

27 Sublimita quarto, vt procedat, ſi partes fuerint pręſentes; ſecus ſi receſſiſſent, quia tũc illa additio, facta, parte non vocata, non teneret ſecundũ Carauit. ſuper rit.297.n.6.in fine.

28 Contrarium credo verius, quia illa additio habetur, ac ſi eſſet in ipſa ſententia, cum fiat eadem die.

29 Nec obſtat, quod Bar. in l. 4. ab executore. num. 8. verſ. quæro qualiter. ff. de appell. dicat, quòd in ſententiæ interpretatione, quam iudex faceret, requiritur citatio. Quia reſpondeo, hoc eſſe contra ea, quæ in repetitione teſtis ad declarandam depo-

depoſitionem, tenent Doct. quos citaui remiſſiue infra num. 33. confirm. 2. & aduertequòd in omnem caſum, in quo requiritur citatio, non ſunt neceſſariæ aliæ ſolemnitates, quę requiruntur in ſententia, Bar. vbi ſupra, & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 29. illat. 8.

Limita quinto tu, qui verſaris in foro Genuenſi, quia habes ſtatutum lib. 3. cap. 2. de meliorandis ſententijs, quo diſponitur, vt iudices Rotæ ciuilis, & alij iudices, ibi deſcripti, poſſint infra octo dies meliorare ſententiam, dummodo etiam melioratio contineat condemnationem, vel abſolutionem, & proinde partes non reponat in priſtinum.

Limita ſexto, vt non procedat, quando iudex condemnauit reum ad ſoluendum, quia eadem die, qua tulit ſententiam condemnatoriam, poteſt addere diem ſolutionis faciendę, vt ex Bar. ſequitur Alex. in l. 42. paulus. num. 9. verſ. item per hanc. ff. de re iudic. ſuper qua limitatione cogitabis, ego nihil firmo.

30 Limita ſeptimo, vt non procedat in declaratione, quę ſententię non addat, neque minuat, ideoque eam nullatenus mutet in effectu, aut ſubſtantia, quia iudex poteſt ſententiam ſic declarare, Bal. in l. 2. hac lege. ſub num. 9. verſ. quęro nunquid. & Salyc. ſub num. 4. C. de ſent. ex peric. recit. Mar. Soc. in cap. 17. qualiter. num. 65. & ſeqq. in 1. fallen. & Felyn. ſub num. 23. fallen. 1. & ibidem cæteri Canoniſtę, per eum nuncupatim citati, de accuſat. Lanfr. in cap. quoniam contra. num. 560. de probat. fol. 268. tom. 3. inter Repeten. Franc. Marc. deciſ. 670. iudex an. num. 7. & latè Gabr. in ſuis concluſ. lib. 6. tir. de reg. iur. concl. 3. num. 14. illat. 6. & eſt de mente Gloſſæ in l. 4. ab executore. in verbo, præſes prouinciæ. & ibi expreſſe Bar. ſub num. 5. verſ. veniamus ad ſecundam. & apertius ſub num. 7. quæſt. 2. ff. de appell. & ita tenent omnes, ſaltem adhibitis ſublimitationibus, declarationibus, & illationibus, de quibus infra num. 44. & ſeqq. prout de communi teſtatur etiam Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 116. ſub num. 3.

1 Ratio huius limitationis eſt, quia qui declarat, nihil facit de nouo, ſeu ſaltem nihil dat de nouo, ſed datum explicat, late Gabr. in ſuis concl. lib. 6. tir. de reg. iur. concl. 3. num. 1. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 116. ſub. num. 3. Surd. conſ. 288. in recognitione. ſub num. 4. verſ. rurſus. & num. 10. lib. 2. & ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 3. ſub num. 29. & in terminis huius limitationis ſcribunt Bar. in dicta l. ab executore. ſub num. 7. quæſt. 2. ff. de appell. Soc. in dicto cap. 17. qualiter. num. 67. & Felyn. ſub num. 23. fall. 1. de accuſ. & Surd. vbi ſupra, & generaliter qui innouat rem antiquam, non dicitur nouam facere, Felyn. ibidem.

32 Confirmatur primo hæc limitatio, eiúſque ratio, quia licet articuli, fluxo termino ad probandum, non admittantur, tamen, ſi ſint dati in termino, & ſint obſcuri, poſſunt etiam eo fluxo declarari, vſque ad concluſionem in cauſa, Bal. in l. 9. ttes denunciationes. in fine, verſ. extra quęritur. num. 8. C. quom. & quan. iud. & ex eo Myſing. in ſingul. obſer. cent. 1. obſeru. 34. vulgo. num. 3. qui etſi verbis loquatur de poſitionibus, & non de articulis, tamen re, & effectu loquitur de articulis, & non de poſitionibus, de quibus loquitur poſtea nu. 4. & ex Oldr. ſequitur Felyn. in dicto cap. qualiter. ſub num. 23. fallen. 1. & ex eo, & Felyn. Boer. deciſ. 172. dominus. num. 23. & ex alijs latius Surd. conſ. 288. in recognitione. num. 11. lib. 2. quare licet quis non poſſit facere poſt terminum, tamen poteſt declarare, Gab. in ſuis concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 6. illat. 2. & Flam. Cart. deciſ. 16. ex ſtatuto. num. 22. & ſeqq.

33 Confirmatur ſecundo, quia licet teſtis ſit examinandus, parte citata, tamen, ſi eſſet repetendus pro declaratione ſuę depoſitionis, poſſet repeti parte non citata, Bal. Paul. de Caſtr. & alij, quos citaui lib. proxime pręcedenti cap. 8. num. 386.

34 Confirmatur tertio, quia licet teſtis examinandus debeat deponere cum iuramento, tamen quando repeteretur ad declarandum ſuam depoſitionem, iuramentum non eſſet neceſſarium, ſi iurauit in depoſitione, vt ſcripſi dicto cap. 8. num. 387. & 388.

35 Confirmatur quarto, quia licet notarius non poſſit minuere contractum, tamen poteſt declarare verba ambigua, Soc. in cap. 17. qualiter. nu. 66. de accuſ. & poteſt extendere clauſulas ceręratas.

36 Confirmatur quinto, quia prohibitus emendare, vel diminuere, poteſt declarare, vt ex Bal. ſequitur Felyn. eod. cap. 17. qualiter. ſub num. 23. fallen. 1. & ex pluribus

alijs Gabr. in ſuis concluſ. lib 6. tit. de reg. iur. concl. 3, num. 3. verſ. ex qua regula.

37 Confirmatur ſexto, quia ſtante ſtatuto, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella; ſi de contractu ſoluta ſit gabella, & poſtea feratur laudum, per quod declaretur cõtractus, non erit denuo ſoluenda gabella, licet ſecus ſit in alio laudo, vt ex eod. Bal. ſequitur Felyn. in loco ſupra proxime citato, & Gabr. dicta concl. 3. num. 40. illat. 9.

38 Extende primo hanc ſeptimam limitationem, vt procedat in Principe, Bar. in l. 4. ab executore. ſub num. 5. ff. de appell. & Felyn. in cap. 17. qualiter. nu. 29. not. 4. de accuſat. & ſtultum eſſet de hac extenſione dubitare, quia Princeps poteſt etiam eam reuocare, Bar. in ead. l. ab executore. num. 7. q. 2. Soc. in dicto cap. 17. qualiter. num. 86. & 87. & Felyn. num. 36. fallen. 7. & quod poſſit interpretari ſua priuilegia ſcribit dicto num. 29. not. 4. & qod hac ratione Conſilium Neap. potuerit interpretari ſuam ſententiam, quia Princeps poteſt eam interpretari, etiam corrigendo, ſcribit Affl. deciſ. 215. ſexdecim. ſub num. 3. imò ſecundum Surd. quem retuli infra num. 40. in fine adeo eſt vera hęc extẽſio, vt ſolus Princeps, & nullus alius eo inferior poſſit interpretari ſententiam, quod tamen eſt falſum per ea, quæ dixi in ſeqq. extenſionibus.

39 Extende ſecundo, vt procedat in Præſide, vel Procuratore Cæſaris, qui poſſunt ſuam ſententiam in melius interpretari, Gl. 1. in l. 6. ſi vt proponis. C. de execut. rei iud. in Prętore, argumen. textus in l. 42. paulus. ff. de re iud. & l. 1. in fine, ff. de prætor. ſtipul. & ſcribit Bar. in dicta l. ab executore. ſub nu. 5. & in Præfecto prætorio, & Senatu, Soc. in eod. cap. qualiter. ſub num. 85. fallen. 4.

40 Extende tertio, vt procedat in iudicibus maioribus, ſeu ordinarijs, habentibus merũ imperium, Bar. in dicta l. 4. ab executore. num. 5. in fine, & num. 6. ff. de appell. & in l. 2. hac lege. ſub num. 4. ibi, ſi vero quæris. & Bal. num. 9. verſ. quæro nunquid. & Salyc. ſub num. 4. C. de ſent. ex peric. recit. Abb. in cap. 17. qualiter. ſub. num. 4. de accuſ. ſecus in alijs ordinarijs, non habentibus merum imperium, Bar. & Salyc. vbi ſupra, & ſentit Abb. ſub dicto num. 4. & videtur ſentire Gabr. in ſuis concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 27. verſ. limita. poſt illat. ſeptimam, & vti magis comm. opinionem tenet aperte num. 19. verſ. limita hanc. & num. 20. verſ. tenendo. & quod ſolum maiores iudices, qui habent merum imperium, non autem minores, vt ſunt municipales iudices, poſſint ſuam interpretari ſententiam, imò poſſit ſolus Priunceps, & nullus eo inferior, videtur ſecutus Surd. dicto conſ. 288. num. 1. & ſub num. 20. verſ. his vero.

41 Contra ſecundam partem huius extenſionis, quod enim hæc extenſio procedat etiam in iudicibus ordinarijs, qui non habent merum imperium, & ſic etiam in minoribus, tenent ſub verbo, forſan. Io. de Anan. dicto cap. qualiter. ſub num. 3. & titubanter Soc. fallen. 1. num. 67. in fine, & aperte firmat Felyn. fallen. 1. num. 24. in fine, verſ. ſed aduerte. & perplexe Bal. in dicta l. 2. ſub nu. 9. quare decipitur Surd. dicto conſ. 288. ſub num. 1. dum Felynum allegat pro ſecunda parte extenſionis.

42 Extende quarto, vt iudex poſſit declarare ſententiam, etiam ſi ab ea ſit appellatum, & pendeat appellatio, Gabr. in ſuis concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 55.

Sed ego hoc non firmo, per ea, quæ de taxatione expenſarum dixi cap. ſeq. q. 3. ſub num. 55. verſ. contra. & num. 56.

43 Extende quinto, vt iudex poſſit in executione ſententiæ ſupplere, & addere ea, quæ ſunt de natura actionis, quamuis non ſint petita, & ſint omiſsa in ſententia, & ideo victor in interdicto retinendę, licet in libello non petierit cautionem de non moleſtando in futurum, & etiam in ſententia fuerit omiſſum, tamen poteſt id petere in executione ſententiæ, & iudex debet ita declarare, quia venit ex ipſa actionis natura, & ideo parui refert, quod in libello non ſit petita, & in ſententia fuerit omiſſa, quia ſufficit, quod tacite inſit, & taciti, & expreſſi par ſit vitus, Gail. in pract. obſern. lib. 1. obſeru. 116. num. 4. & ſeqq.

Extende ſexto, vt iudex veram, & propriam declarationem circa aliquod verbum, ſeu orationem dubiam, poſſit facere etiam in pręiudicium iuris interea quæſiti, & ſic quamuis illa declaratio pręiudicet tertio, & tollat ius queſitum, nam videtur ita dictum à principio, quo tempore non erat ius quęſitum: ſecus eſt, ſi declaratio ſit impropria, quia tunc procedit, quod paſſim Doctores dicunt, declarationem non trahi ad principium actus in pręiudicium iuris medio tempore quęſiti, & proinde pater, qui ſimpliciter promiſit dotem filię, non poteſt cum ex in-

ex interuallo dotem ſoluit declarare in filię prędiudicium, quod promiſit dotem de bonis maternis,per ea,quę ſequitur Surd.conſ.288 in recognitione. nu.29.& ſub num.6. lib. 2.

44 Sublimita primo eandem ſeptimam limitationem, vt non procedat in delegato,quia is non poteſt ſuam ſententiam diffinitiuam interpretari, Bar. in l. 4. ab executore. num.6. & 11. ff. de appell. Soc. in cap. 17. qualiter. ſub num. 67. ibi, hęc fallentia. de accuſat. & faciunt quę, loquendo de validitate, & inualiditate, & nullitate ſententiæ, latæ à delegato, ſcripſi cap. ſeq. q.19. rem. 1.concl. 6. num. 91.

Ratio eſt, quia iuriſdictio delegati, lata ſententia diffinitiua, expirat, & dicitur functus ita officio ſuo, vt aliud tanquam iudex agere non poſſit,vt ſecutus ſum dicta concl. 6. num.91. ſecus eſt in ordinario, quia adhuc remanet iuriſdictio vniuerſalis.

45 Reſtringe hanc ſublimitationem, vt non procedat in delegato Principis, ſecundum ea, quæ adducit Soc. in loco, ſupra proxime citato, ſed quatenus materia huius reſtrictionis non diſcrepet à materia cognitionis de nullitate ſententię, vide quæ ſcripſi dicta concl.6.num.93. & 94.

46 Sublimita ſecundo, vt non procedat in arbitro, quia is, lata ſententia, dicitur ſimiliter functus officio ſuo, per ea, quæ, loquendo de nullitate ſententię, ſcripſi ead. concl. 6. num. 96. & ſeqq. vbi vide, quia diſtinxi inter arbitros, & arbitratores.

47 Sublimita tertio, vt non procedat in ordinario, cuius iuriſdictio per officij depoſitionem expirauit,quia etſi procurator etiam poſtquã deſijt eſſe procurator, poſſet declarare, quod vti procurator geſſit, vt refert Gabr. in ſuis concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 24. tamen, quicquid ſit in procuratore, de quo nihil firmo, iudex non poteſt ſententiam, quam, dum eſſet in officio, tulit, interpretari, Gabr. ead. concl.3.

48 num.23. limit. 3. † & ideo Doct. dubitant, an eius ſucceſſor in officio poſſit eam interpretari, in quo dubio Bal.in l.2. hac lege. num.10. verſ. ſed nunquid. C. de ſenten. ex peric. recitan. motiuat, quòd non poſſit, quia interpretatio pertinet ad animum, & plures alios, ita tenentes, allegat Felyn. in cap. 17. qualiter. num.26. in tertia limit. de accuſ. & ratio videtur eſſe, quia voluntatem, & intentionem facientis actum debet declarare illemet, qui fecit actum, & proinde quando dubitatur de intentione alicuius, ſtatur illius dicto, cum enim ſecretum intentionis noſtræ Deo, & nobis ſolis pateat,nullus præter nos mentem noſtram poteſt interpretari,vt,citatis multis,ſequitur Surd. conſ. 288. in recognitione. num. 8. & 9. lib. 2. licet is loquatur de interpretatione facienda ab eodem, qui tulit ſententiam, & non conſideret terminos huius ſublimitationis.

49 ſed † ego credo,contrarium eſſe probabilius, prout tenet Bar. in l. 4. ab executore. ſub num. 9.10. & 11. ff. de appell. motus ex eo, quòd delegans poteſt interpretari ſententiã ſui delegati,quia eſt idem tribunal,& ſucceſſor in officio poteſt taxare expenſas,quarum taxationem ſibi reſeruauit anteceſſor in ſententia: verum contrarietas iſta poteſt concordari ex diſtinctione,quam tradit Felyn.in dicto cap.qualiter.nu.27. verſ. ſed aduerte. dicẽs,quòd opinio negatiua, quòd nõ poſſit, procedit in interpretatione,ſeu declaratione, quæ fieret ex mera volũtate iudicis, affirmatiua autem procedat in interpretatione, quæ fieret ex legis diſpoſitione, & ex actis; ex qua diſtinctione concludo,quòd ſucceſſor in officio,declarans ſententiam,non habet tantã facultatẽ,quantam haberet illemet iudex, qui tulit ſententiam,nam ille poſſet eam declarare ex ſua voluntate,dummodo declarationi ex propria verborũ ſignificatione conuenirent verba ſententiæ,licet declaratio eſſet cõtra regulas,& diſpoſitionẽ iuris; vnde ſi in ſẽtẽtia vſus eſſet verbo generali,quod poſſet referri ad plura, & de iure in dubio eſſet referendum ad minus,poſſet declarare,quod intellexit de eo,quod eſt maius, vt volũt Felyn.& alij communiter,& ſcripſimus inf. ſub nu.54. decl. 2.at ſucceſſor in officio,ſeu alius habens poteſtatem,non poteſt eam interpretari,niſi ex propria verborum ſignificatione, & prout de iure;& licet Gabr. in concluſ. d. concl.3. nu.85. verſ. pro concordia. ſcribat, quòd poteſt interpretari etiam ex veriſimili mente anteceſſoris;ego tamẽ nõ admitterẽ.

50 Reſtringe hanc ſublimitationem, dum dixi,ordinarium, expirata iuriſdictione,non poſſe declarare ſententiam, vt non procedat in declaratione, quę in Curia Florentina fit per viam motiui,quia ſi cõtingat, Rotę Auditorem vltima ſui officij die ferre ſententiã; poterit illam in motiuo declarare infra viginti dies,quos habet ad faciendũ motiuum; niſi velimus dicere quòd de ſentẽtijs latis in fine officij non tenetur facere motiuum.

Subli-

51 Sublimita quarto,vt non procedat in Camera imperiali ſecũdum ea,quæ refert Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſer. 116.in fine,dicens, quod etſi in Camera ſæpe hæc declaratio petita ſit, nunquam tamen meminit factam fuiſſe, ne detur occaſio cauillationibus, & nouis diſputationibus, ſed poſtea concludit,poſſe fieri declarationem, receditque ab iſta ſublimitatione.

52 Declara primo nunc eandem ſeptimam limitationem ita extenſam, & ſublimitatam, vt iudex non poſſit, niſi ſemel, & non bis interpretari, & ſic interpretationem, quam ſemel fecit, non poteſt reuocare, Bal. in l. 2.hac lege. num.11. verſ.ſed nunquid. C.de ſent. ex peric. recit. Felyn.in cap.17. qualiter.ſub num.27.limit.4.de accuſat. & quamplures alij, quos cumulant, & ſequuntur Tiraq. in l.boues.§. hoc ſermone.num.40.& 42. ff. de verb. ſigni.tom.4. fol.212.& Surd. conſ. 228.in recognitione.num.19. lib.2.

53 Non obſtat primo, quòd ille, qui poteſt deſtruere, & reuocare actum, poſſit ne dum ſemel, ſed pluries illum interpretari, vt ex Ang. ſequuntur Felyn.in cap. 17. qualiter. ſub num.17. fallen.7. verſ. ſed contrariam. de accuſat. & Gabr. in ſuis concluſ. lib.6. tit. de reg. iur. concl. 3.num.92. verſ. ſublimita proximam. in 8. limitatione.

Quia hoc admitto, ſed iudex non poteſt deſtruere, & reuocare ſententiam diffinitiuam.

54 Non obſtat ſecundo, quòd iudex poſſit ſuam interlocutoriam pluries reuocare, vt ſecutus ſum cap.ſeq.q.17.limit.47.memb.1. num. 31. & ſeqq. & q. 19. rem. 1. concl. 6. num.13. & 63.

Quia admitto in declaratione interlocutoriç,ſecus in declaratione ſententiæ diffinitiuæ,Gabr.d.concl.3.n.95.verſ. pro concordia.declaratio enim ſentẽtiæ diffinitiuç licet poſſit dici quodammodo interlocutoria, tamen eſt vna ex illis interlocutorijs, quas iudex non poteſt reuocare, & ratio eſt manifeſta, quia cenſetur pars ſententiæ diffinitiuç, & cenſetur illi ineſſe, vt dixi infra ſub num. 70. & ideo non poteſt reuocari, per ea, quæ de expenſis dixi ſupra num.20.

Declara ſecundo, vt iudex ambigua, & obſcura verba ſententiæ poſſit declarare etiã contra diſpoſitionem, & regulas iuris,dummodo declaratio non ſit contra veram, propriamque ſignificationem verborum, quare licet in pœnalibus, & in obſcuris interpretatio debeat eſſe pro mitiori parte, & pro eo, quod eſt minus, l.32. ſi præſes. in fine, & l. 42. interpretatione. ff. de pœn. l. 9. ſemper in obſcuris. & l. 35. ſemper in ſtipulationibus. ff. reg. iur. tamen ſi iudex condemnauerit in amputationem manus,poterit declarare, quod intellexit de dextera, ſimiliter,ſi condemnauit in centum libras,ſeu in centum ſcutis, poterit interpretari, quod intellexit de libris,ſeu ſcutis maioris valoris, vt ex Ang. & Imol. ſequitur Surd.conſ.288. in recognitione. ſub num. 24. lib. 2. & ita ſcripſi ſupra ſub num. 49. & poteſt ita interpretari etiam ſi extaret conſuetudo, vt moneta intelligeretur de ea, quç eſt minoris valoris:hancq. interpretationẽ cõtra regulas iuris tũc prçcipue poſſet facere quãdo.iuſtificaretur ex ſubiecta materia,puta,quia condẽnatio in amputatione manus ſit facta pro delicto,pro quo ſit à iure arbitrio iudicis impoſita pœna mortis naturalis,vel abſciſſionis manus: idẽ dico,ſi rei pretiũ, ad quod iudex condemnat, non eſſet iuſtum, niſi eſſet de moneta maioris valoris, per ea, quç ſcribit Cagn. in dicta l. ſemper in ſtipulationibus. num. 4.

Subdeclara hanc declarationem, vt licet iudex poſſit interpretari contra regulas iuris, vt ex Surd. retuli ſupra; tamen ſi interpretatio non iuſtificetur, vt dixi, ſed ſit iniqua, datur remedium appellationis, ſicut à cæteris malis interpretationibus, vt dixi infra num. 68.

55 Declara tertio, vt interpretatio non debeat excedere limites, & fines interpretationis, quia ſi excederet, tranſiret in correctionem, quæ vel adderet, vel minueret, contra ea, quæ ſecuti ſumus ſupra num. 4. ampl. 2.

56 Infero primo,exemplificando hanc decla-
rationem, quòd ſi iudex in ſententia con-
demnaſſet reum in nouem boues, non poſ-
ſet interpretari (in nouum bouem) ſeu (in
nonum bouem)Gloſ.in l.4. ab executore. in
verbo, an iure. & ibi Bar.num. 7. q. 2. ver-
57 ſus finem, ff. de appell. item ſi quis habeat
ſexdecim perſonas obligatas in ſolidum ad
ſibi ſoluendum ſcuta 400.& ex his ſexdecim
perſonis conueniat quatuor ad ſoluendum
ſibi dictos ſcutos 400.& iudex illos quatuor
ſimpliciter condemnet ad ſoluendum dictos
ſcutos 400.non poſſet poſtea declarare,quòd
quilibet ex illis quatuor condemnatis intel-
ligitur condemnatus ad ſoluendum decimã
ſextam partem ſcutorum 400.& non ad ſol-

uen-

uendum ſcutos centum pro quolibet, quia hanc interpretationem poſſet facere ſolus Princeps, & ij, qui eius nomine ſentẽtias fe-
58 runt, Affl.deciſ.215.ſexdecim.ſub nu.3. † ſimiliter ſi quis Tholoſç condemnaſſet ad ſoluendum decem aureos, non debet interpretari de aureis ſolis, cum de conſuetudine intelligantur aurei parui ſecundum ea, quę retuli cap. ſeq. q. 17. limit. 10. num. 52. in fine, niſi hęc interpretatio iuſtificaretur ex ſubiecta materia, puta ex valore rei, ſed de hoc exemplo vide quæ ſcripſi ſupra ſub nu. 54. decl. 2. & ſub num. 49.

59 Infero ſecũdo, quod declaratio debet eſſe de actu valido, & non de actu inualido; quia ſicut actus inualidus eſt inutilis, ita etiam inutilis eſſet illius declaratio, niſi velimus, quòd illa declaratio conualidet actum (quod non poſſumus velle) quia non eſſet interpretari, ſed eſſet dare, ſeu facere de nouo, vide quos citat Gabr. in ſuis concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 3. num. 36. limit. 3.

60 Cõfirmatur hęc illatio, quia emendatio non cadit in libello nullo, cum ſubſtantia libelli non remaneat ſalua, nam fieret tranſitus de nihilo ad aliquid, & ſic non eſſet emendatio, Cagn. in l. edita. num. 84. in fine, verſ. ex quibus. C. de eden.

Subinfero ex hac illatione, quòd ſi iudex in ſententia mandet præſtari iuramentum, & non addat, quid ex recuſatione, vel præſtatione iuramenti fieri oporteat, ſententia eſt nulla, vt dixi ſupra q. 14. num. 9. & iudex poſtea declarando hoc addere non poſſet.

61 Infero tertio ad maiorem declarationis intelligentiam, quòd interpetatio debet eſſe verbi, & orationis congrua expoſitio, & ideo non debet vim verborum diſtrahere, vel offendere, Felyn. in cap. 17. qualiter. ſub nu. 25. limit. 2. de accuſat. quia quando verba poſſunt operari effectum ſuum, non eſt illis inferenda vis, & violentia, Franch. in cap. 53. paſtoralis. ſub num. 2. verſ. ex quò. de appell. & quòd interpretatio poſſit fieri, quando verba ſunt dubia, ſecus quando ſunt clara, ſequuntur Gabr. in ſuis concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 25. & 28. Franc. Marc. deciſ. 670. iudex an. ſub. num. 7. & 18. & Menoch. conſ. 110. propoſitæ. num. 48. verſ. non obſtat tertium. lib. 2.

62 Tẽpera hanc illationẽ, vt ſi verba ſententiæ poſſint intelligi proprie, & improprie, ſeu ſtrictè, & largè, debeât intelligi, prout remouetur abſurditas, & iniuſtitia à ſententia, etiam ſi ſumerentur improprię, & largo modo, Gloſ. in l. 16. & puto. in verbo, non communicari. ff. fam. erciſc. & Felyn. in cap. 17. qualiter. ſub num. 25. verſ. facit optimè. de accuſ. dicens hanc impropriationem tolerari, dummodo non mutet naturam verbi, & Gabr. in ſuis concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. num. 89. in 6. limitatione.

63 Ratio huius temperamenti eſt, quia ſententiæ iudicum ſunt ita interpretandæ, vt nõ mereantur reprehendi à ſapientibus, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 2. num. 28. & lib. proxime præced. cap. 11. num. 126. & ideo ſententia debet intelligi ciuiliter ſecundum terminos iuris communis, ita vt iudex noluerit derogare iuri communi, quòd facere non poteſt, quia inferior legem ſuperioris tollere non poteſt, & ideo non eſt pręſumendum, quod iudex in ſententia ſua voluerit aliquid impoſſibile apud ipſum iudicẽ, Crauet. conſ. 10. antonia. num. 2. & debemus ſemper interpretari, vt actus valeat, vt ſcripſi eod. cap. ſeq. q. 2. num. 29. q. 3. ſub num. 4. quæſt. 7. ſub. num. 5. & quæſt. 15. num. 225. in fine.

64 Non obſtat, ſi aduerſus hoc temperamentum dicatur, quòd ſententia, cum ſit ſtricti iuris, & non importet vltra quam de neceſſitate poſſit importare, eſt intelligenda ſecundum naturam verborum, per ea, quæ ſcripſi infra q. 22. nu. 13. & ſeqq. & cap. ſeq. q. 17. lim. 6. memb. 9. nu. 11. præſertim in ſecunda confirmatione, & non ſecundum naturam actionis, ſuper qua eſt lata, per ea, quæ dixi infra dicta q. 22. num. 2. & ſeqq. & tamen, ſi intelligeretur lata ſecundum naturam actionis, eſſet magis iuſta, & verba poſſent ita interpretari ſaltem per viam extenſionis.

65 Quia reſpondeo, quòd tunc non eſt interpretanda ſecundum naturã actionis, quãdo natura verborum non admittit illam interpretationem, præſertim ſi ſententia adhuc remaneat valida, & non iniuſta, vt explicaui dicta q. 22. num. 3. & ſeqq. ſecus ſi illam interpretationem admitteret.

66 Subinfero ex omnibus dictis in hac tertia illat. quod abſolutio, lata à iudice, quandoque eſt interpretanda, vt ſit diffinitiua, quandoque non, per ea, quæ ſcripſi ſupra q. 7. num. 47. 146. & 150.

67 Infero quatro, quòd interpretatio debet eſſe laudabilis, & veroſimilis, & non diſſona,

na, Felyn. in dicto cap. 17. qualiter. ſub nu. 25. in 2. limit. de accuſ. prout erat diſſona, & vituperanda illa, quam ex Portugalenſi ad cap. omnis. de pœnit. retuli lib. proxime præced. cap. 2. ſub num. 566. verſ. limitarem. debet enim iudex interpretari in melius, vt ex Gloſ. retuli ſupra, num. 39. extenſ. ſecunda.

68 Subinfero primo ex iſtis illationibus, quòd, ſi iudex malè interpretaretur ſententiam, daretur appellatio à mala interpretatione, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 10. nu. 52. & proinde licet quis non appellaret à ſententia, poſſet tamen appellare ab illius mala declaratione.

69 Sed hæc appellatio quo tempore interponenda ſit, diſtinguo: Aut declaratio fit eadem die, qua fertur ſententia, vt in acceſſorij additione, quam fieri eadem die, dicebamus ſupra num. 16. limit. 4. & tunc dicerem, eſſe interponendam infra illudmet tempus,

70 datum ad appellandum à ſententia: † Aut fit poſtea; & tūc dicerem appellationem eſſe interponendam infra tempus, datum ad appellandum, numerandum non à die latæ ſententiæ diffinitiuę, vel factę declarationis, parte non citata, ſed à die notitiæ declarationis: nec obſtat quòd Gabr. in ſuis concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. nu. 9. illat. 3. referat, & ſequatur, quòd declaratio ineſt actui declarato, & ideo declaratio retrotrahatur ad tēpus principalis diſpoſitionis, & lex declaratoria trahatur ad præterita, vt ex Bar. Bal. Iaſ. & alijs ſecutus ſum in mea deciſ. ... in cauſa retract. nu... verſ. contrarium. die . Decembris 1620. & quod additio, facta eadem die in ſententia, habeatur ac ſi eſſet in ipſa ſententia, vt dixi ſupra nu. 28. verſ. contrarium. & quod deciſiọ, quę fit poſt ſententiam, dicatur pars ſententiæ, vt dixi infra, num. 72. quia reſp. declarationis retrotractionem fieri ſimpliciter, & dici ineſſe actui declarato, quando declaratio non eſt appellabilis, qualis eſt declaratio, facta à lege, ſeu à Principe, & qualis eſt declaratio, quæ per viam appellabilis eſt confirmata per rem iudicatam, & ita procedunt allegata; ſecus eſt in declaratione à qua admittitur appellatio, quia tunc ad effectum admittendæ appellationis non fit retrotractio ad diem latæ ſententiæ, ſed nulla facta retrotractione, attenditur ſolum temporis notitię, habitę de declaratione: alias, ſi fieret retrotractio ad diem latæ ſententię, ſequeretur, quòd ſi iudex declararet poſt decennium à die latæ ſententię, appellatio remaneret excluſa; hæcque ſequela maximè haberet locum in Ciuitate Florentię vbi Iudices ex obligatione dant deciſiones, quas vocant motiua, infra xx. dies à die latę ſententię, ſic iubente lege, edita de anno 1560. in limitationibus §. alli reformatori. cognita autem cauſa appellationis, ſi declaratio fuerit confirmata, tunc habebit omnes ſuos effectus, tanquam ſi ineſſet ſententię declaratę.

71 Sed nunquid, ſublata appellatione à ſententia diffinitiua, puta, à ſententia, lata per tres Iudices Rotæ Florentinæ, ſit ſublata etiam à declaratione, quam ijdem facerent: & quando non ſit ſublata, ad quem iudicem deuoluatur, cum non habeant alium ſuperiorem, quàm Sereniſſimum Magnum Ducem.

Crederem, appellationem non eſſe ſublatam, quia in ſententia diffinitiua pars fuit citata, & audita, ſecus in declaratione; ſi autem eſſet citata, & audita, crederem, pariter eſſe ſublatam, dummodo interpretatio non mutet ſententiam; ſecus ſi mutaret, ſicq. reuocarent eam, quia tunc appellatio eſſet adhuc admittenda, quia, cum functi fuerint officio ſuo, nō poſſunt ſententiam diffinitiuā, quā tulerunt, reuocare, per ea, quæ dixi ſupra in regula, & ampl. 2. ſub num. 1. & num. 4. &, appellatione non ſublata, crederem, eam eſſe cognoſcendam ab alijs iudicibus ex delegatione ſuæ Celſitudinis Sereniſſimę, quæ propterea ante appellationis admiſſionem, & cauſæ delegationem debet ſuis Conſiliarijs iuſtitiæ committere, vt ſibi referant de qualitate interpretationis ad effectum deliberandi, an debeat appellationem admittere, & delegare.

72 Subinfero ſecundo, quòd etſi verſati iam in Curia Florentina, & qui verſantur hodie, communiter dicere ſoleant, motiuum eſſe partem ſententiæ, citatis Socc. Iun. conſ. 181. de duobus. n. 79. lib. 2. & alijs nonnullis, & citata etiam lege, edita de anno 1560. quæ mandat, vt iudices Rotæ debeant infra 20. dies facere motiua ſententiarū: tamen, vt poſſit eſſe pars ſententiæ, quale eſſe debeat, cognoſcimus ex prædictis; nam debet continere rationes, quibus iudex motus eſt ad eo modo ſententiandum, ita vt ex rationibus, quas adducit, facile colligi poſſit declaratio, quæ forſan deſideraretur in ſententia: aduertendo, ne motiuum tendat potius ad deſtruen-

deſtruendum, quàm ad declarandum ſententiam, quia motiuum non poteſt eam deſtruere.

73 Declara quarto, vt ſententię interpreta-
tio poſſit fieri tribus modis. Primo enim po-
teſt fieri per deciſioné, quę ſolet fieri vel an-
tequã feratur ſententia, prout ſeruat tribunal
74 Rotæ Romanæ; † vel poſt latam ſententiam,
vt communiter ſeruant alia Tribunalia;
nam ſi circa ſententiam latam aliquid indi-
gere videatur declaratione, illud potuit de-
75 clarari in deciſione. † Secundo poteſt fieri
poſt ſententiam per interlocutoriam, quę ex-
plicat ambiguitatem ſententiæ, & de hoc
ſecundo modo ſatis locuti ſumus num. præ-
76 cedentibus. † Tertio fit in prolatione ipſius
ſententiæ, cum iudex in ſententia dicit,) con-
demno, imò abſoluo) quia talis ſententia
tenet, & attenditur vltimum verbum, quod
eſt correctorium primi, Gloſ. in cap. 64. præ-
dicator. in verbo, imò verò. 16. q. 1. Mar.
Socc. in cap. 17. qualiter. ſub num. 98. & 99.
& latiſſime Felyn. num. 30. fallent. 2. de ac-
cuſat. & correctio, quę fit incontinenti ante
perfectum actum, admittitur, Soc. dicto cap.
qualiter. ſub num. 97. & 98. & Felyn. ſub nu.
31. verſ. ſed hanc fallentiam, & Vant. tract.
nullit. rubr. de null. ex def. proceſs. &c. num.
92. in fine, verſ. & ſi diceret. fol. 417. tom. 4.
& maxime quia cum ita incõtinenti corrigi-
tur, reputatur error ex lapſu linguę, qui de-
bet eſſe corrigibilis, cum non ſit proprie er-
ror, vbi errat non iudicium, ſed lingua.

Quicquid in contrarium referat, & forſan ſequatur Franc. Marc. deciſ. 670. iudex an. ſub num. 16. quia illud poteſt procedere in terminis ſequentis ſubdeclarationis.

77 Subdeclara primo hanc declarationem in iſto tertio modo, vt poſtquam iudex tulerit ſententiam in ſua vltima ſolita forma, non poſſit eam corrigere, etiam ſi vellet eam corrigere eadem die, & ſtatim, Felyn. in eod. cap. qualiter. ſub num. 31. verſ. ſed hoc vltimum. de accuſ. quem retuli etiam infra num. 83. & facit quod ſcripſi ſupra num. 4. in ſecunda ampliat. ſolum enim in acceſſorijs poteſt iudex eadem die, & ſic incontinenti addere, vt ſcripſi ſupra num. 16. limit. 4. & in terminis huius ſubdeclarationis poteſt procedere quod ſcribit Franc. Marc. in loco ſupra proxime citato.

78 Subdeclara ſecundo, vt ante abſolutam ſententiam poſſit eam corrigere non ſolum in eodem contextu orationis, ideſt, in ipſomet capite ante diuerſionem ad aliud caput, vt in exemplo, de quo in dicto tertio modo, ſed etiam poſt diuerſionem ad aliud caput, quia correctio ſemper admittitur vſque ad abſolutam ſententiæ prolationem, vt ſequitur Felyn. in eod. cap. qualiter. ſub num. 31. verſ. ſed in hoc eſt aduertendum. & dixi infra num. 80. in fine, num. 81. & 82.

79 Hæc ſubdeclaratio videtur reddi ſatis dubia, & incerta propter illam difficilem, & controuerſam quæſtionem, an valeat ſententia, quam iudices maleficiorum ferunt ſub hac formula (condemnamus Titium in centum, & ſi condemnatio eſt facta in plus, vel minus, quam fieri debeat ex forma ſtatutorum, illam reducimus ad debitam quantitatem ſtatutorum) quæ quęſtio contrarias habet Doctorum opiniones, & multis eſt agitata difficultatibus, propter quas Socc. in dicto cap. 17. qualiter. ſub num. 92. & ſeqq. vſque ad num. 119. de accuſ. referendo, & diſcutiendo eas, multum ſe inuoluit, & licet tandem ſub num. 118. teneat generaliter, ſententiam valere, dummodo illius mutatio, ſeu correctio fiat antequam ſententiæ prolatio ſit abſoluta, & perfecta, prout ex eo refert etiam ibidem Felyn. ſub num. 31. verſ. non obſtat illud de teſte. tamen à difficultatibus, quibus quęſtionem eſſe agitatam oſtendit, non videtur bene ſe extricaſſe.

80 Verum, his non obſtantibus, & reiecta in primis illa diſtinctione, quam tradit Bar. in l. 55. iudex. num. 5. quæſt. vlt. ff. de re iud. & ex eo, & alijs refert Socc. vbi ſupra, dicens, quod illa additio poſt verbum (condemno) vt in relata formula, nihil operatur, ex quo verbum (condemno) eam pręcedit, ſecus ſi verbũ (condemno) ſequatur in fine, dicendo (quia nobis conſtat, delictum eſſe commiſſum per Titium, ideo ſi ex tali delicto debet condemnari in pœnam ſcutorũ centũ ſecundum formam ſtatutorum in eam ipſam condemnamus) quia, inquit, talis ſententia valet, etiam ſi nulla ſit impoſita pœna; ſufficit enim, iudicem declaraſſe, quòd delictum eſt commiſſum, & poſtea in executione liquidabitur pœna: Ego, his, inquam, omnibus reiectis, non recedo à præfata ſecunda ſubdeclaratione, pro cuius maiori intelligentia, & pręfatarum difficultatum ſolutione tria ſunt aduertenda.

81 Primo, quòd praxis oſtendit ſubdeclarationis veritatem: nam aut iudex ſcribit in

thala-

thalamo ſententiam ſub illis formulis correctorijs, & poſtea illam correctam legit, & profert, ſedens pro tribunali; & tunc nulla poteſt conſiderari correctio ſententiæ latę, ſed ſolum potuit conſiderari correctio ſententię ferendæ; quæ correctio in ſententia ferenda eſt ſemper, & indiſtinctè permiſſa, quia iudex in thalamo, dum componit ſententiam, poteſt illam ſemel, & pluries lacerare, mutare, & corrigere:† aut iudex, dum, legendo, & ferendo ſententiam in ſcriptis, ſiſtit, & corrigit verbum (condemnò) quia dicit (imò abſoluo) & ita ſcribit in ſententia, & poſtea ſequitur illius recitationem, & prolationem: & dico ſimiliter, quod poteſt, quia non eſt differentia, an ita eam corrigat in thalamo, vel in tribunali ante abſolutam ſententię prolationem, pręſertim ſi fuiſſet error ex lapſu calami ſine cõſenſu intellectus, per ea, quæ ſcripſi ſupra, num. 76. & poteſt corrigere, etiam ſi fuiſſet error cum conſenſu intellectus; ſed hæc correctio videretur ſine prudentia, quia fieret ſine cauſæ cognitione, & non ſine magna ſui verecundia, quod diuturna deliberatione firmaſſet, præcipitata feſtinatione infirmaret:† aut vult eam corrigere poſtquam eam ſolemniter recitauit in ſcriptis, & ita cauſam abſoluit; & non poteſt, etiam ſi ſtatim vellet corrigere, per ea, quę dixi ſupra num. 4. ampl. 2. & ita in hoc vlt. membro reſidet Felyn. in dicto cap. qualiter. ſub num. 31. verſ. non obſtat illud. dicens, quòd iudex poteſt corrigere, dummodo ſententia non ſit habita pro perfecta, ſecus, inquit, ſi iam actus ſententiandi ſit perfectus, quia non diceretur amplius incontinenti.

82

83

84 Secundo eſt aduertendum, quòd non videtur vera illa concluſio, quòd illa ſententia valeat, quia remanet delictum declaratum, & poſtea in executione liquidabitur pœna, nam quomodo poteſt liquidari pœna in executione, ſi non adeſt condemnatio, ſed ſolum adeſt declaratio, delictum eſſe commiſſum?

85 Tertio eſt aduertendum, quòd illa diſtinctio, & conſideratio, quando proferatur verbum (condemno) videtur acuta, ſed eſt inepta, nam, dummodo appareat ſenſus clarus condemnationis, vel abſolutionis, non eſt inſpiciendum, vbi ſit poſitum verbum (condemno) vel (abſoluo) ſed eſt inſpiciendum, an conditiones, incertitudines, & perplexitates, vitient ſententiam, quia leges imponuntur rebus, & non verbis, de quibus conditione, incertitudine, & perplexitate, locuti ſumus ſupra q. 14. & 15.

86 Subdeclara tertio, vt in ſententia aliud ſit declaratio, id eſt, correctio, de qua hucuſque locuti ſumus; aliud contrarietas, ſeu contradictio: nam correctio non vitiat ſententiam, quia ſententia remanet certa, ſed contrarietas vitiat, & facit ſententiam nullam, quia remanet omnino incerta, & vnum contrarium non cedit alteri, & ſic ſe innicem conquaſſant; vt puta cum dicit (condemno, & abſoluo) Gloſ. in cap. 101. ſi is qui pręeſt. in verbo, cogi non poſſunt. 11. quæſt. 3. quam ſequitur Felyn. in cap. 17. qualiter. ſub num. 31. in ſecunda limit. de accuſ. cæterum ſi duæ ſentẽtię contrariæ proferantur ex interuallo, poteſt vtraque valere, ſed ſi Prælatus, ſententiando, diceret (excommunicò te, vel abſoluo) ſententia eſſet omnino nulla, & iſte Prælatus haberetur pro fatuo, Gloſ. vbi ſupra.

87 Limita octauo eandem concluſionem, poſitam ſupra ſub num. 1. dum diximus, quòd iudex, lata ſententia, functus eſt officio ſuo, & quod ideo non poteſt mutare ſententiam, limita inquam, vt non procedat in ſententia, lata contra hęreticum non relapſum, & nõ impœnitẽtem, quia Inquiſitor poteſt eam mitigare, cap. 12. vt commiſſi. & ibi Gl. in verbo, vel mutandi. & Franch. num. 4. de hæret. in 6. Albert. in cap. 1. quæſt. 12. num. 13. de hęret. in 6. inter Repeten. tom. 5. fol. 460. & quòd Epiſcopus, & Inquiſitor cum condemnato ad carcerem perpetuum valeant poſtmodum diſpenſare, ſcribit Eymer. in direct. Inquiſit. par. 3. q. 96. fol. 696. & ita de iure communi tranſit ibi Pegn. comment. 145. & ſupra comment. 108. verſ. poſtremo de commutatione. fol. 638.

88 Non obſtat, quod Arch. in eod. cap. vt commiſſi. num. 3. in fine, in verbo, mutandi. quem ſequitur ibidem Gemin. in §. nec non. in fine, dixerit, quod ideo licet mutare, quia ſententia non fuit diffinitiua, ſecus ſi fuiſſet diffinitiua.

89 Quia reſpondeo, quod etiam ſi illam condemnationẽ ad perpetuum carcerẽ ſumeremus, vti interlocutoriam, adhuc iudices in alijs cauſis illam mitigare non poſſent, nam licet iudex poſſit eadem die, qua condemnat reum diffinitiue, addere condemnationem fructuum, ſeu expenſarum, vti acceſſoriam, vt dixi ſupra num. 16. limit. 4. tamen vibi eam

ſimul

ſimul cum diffinitiua protulerit, ſeu addiderit, non poteſt eam mutare, teſtibus his, quos citaui ſupra num. 20. & tamen Inquiſitor in cauſis fidei condemnationem ad perpetuum carcerem poteſt mitigare, etiam ſi illam tulerit in eadem ſententia, vel poſtea; quod nobis eſt argumento, quòd Inquiſitor in hac mitigatione non ligatur regulis, quibus ligantur iudices in alijs cauſis; & ideo poteſt eam mitigare alia ratione, quam ea, quia non ſit diffinitiua; imò ſi poſſet hac ratione, nihil ſpecialitatis eſſet in cauſis fidei, quia quilibet iudex poteſt corrigere, & mutare interlocutoriam, vt ſecutus ſum ſupra num. 10. limit. *1*.

90 Sublimita primo hanc limitationem, vt non procedat quoad pœnas, impoſitas ipſo iure contra hæreticos, quia Inquiſitor eas non poteſt mutare, per ea, quæ allegat Io. Roy. tract. de hæret. aſſert. 47. ſub num. 380. & 381. fol. 232. tom. 11. pat. 2.

91 Sublimita ſecundo, vt non procedat in Inquiſitoribus priuatis Hiſpanię, quia hi non poſſunt, inconſulto Inquiſitore generali eorũ regnorũ mitigare, aut mutare pœnas; ad ipſũ enim pertinet hæc diſpẽſatio, Simâc. de cath. inſtit. tit. 16. de cuſtod. reor. nu. 20. fol. *1*38. & Io. Roy. de hęret. aſſert. 48. n. 383. fol. 232. & Peg. ad Eymer. direct. p. 3. cõmẽ 145. fol. *696*.

De materia huius ſublimitationis, vide quę latius ſcribit Simâc. dicto tit. 16. n. 21. & ſeq.

92 Si vberius indagare deſideras, quando ſententia dicatur corrigi, & emendari, poteris videre quæ de emendatione libelli ſcribunt Doct. in l. 3. edita. vbi inter alios Cagn. num. 84. & ſeqq. verſ. quærit itaque. C. de eden. & hæc ſatis circa primum caſum.

93 Capio ſecundum caſum, quando iudex vult in alio iudicio, & per aliam inſtantiam declarare ſuam ſententiam, & concludo, quòd poteſt, ſi agens ad declarationem agat per vias, & modos legitimos, nempè, per viam reſtitutionis in integrum, aut per viam ſupplicationis, aut per viam propoſitę exceptionis in caſibus, in quibus exceptiones poſſunt opponi poſt ſententiam, Bar. in l. 2. hac lege. ſub num. 4. ibi, aut circa alia. C. de ſenten. ex peric. recit. & idem dico, ſi agat per viam nullitatis; nam horum iudiciorum definitione declarari poteſt ſententia nulla, reſcindi, & in melius reformari, & quia de nullitate, reſtitutione in integrum, & ſupplicatione plene ſcripſi cap. ſeq. q. 19. tem. 1. & ſeqq. hic non immorabor.

GLOS. XIV. Sententiamus &c.

QVAESTIO XVIII.

S V M M A R I V M.

Sententia, lata per fraudem, aut non valet, aut eſt reſcindenda, num. 1. & ſeqq. Et quomodo valeat, num. 26. & ſeqq.

Fraus, & iuſtitia non poſſunt ſimul habitare, num. 1. & 2.

Fraus omni iure eſt prohibita, num. 3.

Contractus non valet, vel eſt ipſo iure nullus, ſi in eo ſit admixtus dolus, num. 5.

Sententia, quã quis ideo obtinet, quia doloſe procurauit occultationẽ ſcripturæ ſibi nociuę, reſcinditur abſq. reſtitutione in integrũ, n. 7.

Fraus, Dolus, Machinatio, Colluſio, Malitia, & Sordes } *ſunt germanæ, & quid ſit fraus, & in quo differat à dolo, num. 8. Et quòd omnis fraus ſit turpis, nu. 9. Et quòd fraudes ſint innumeræ, num. 10.*

Fraudi, & malitiæ debet iudex obuiare, n. 11. Et nõ obuiando, peccat, nu. 12. & ſub nu. 13.

Fraus eſt radix iniuſtitiæ, & continet furtum, num. 13. 15. & 16. Et quomodo fraus differat à rapina, & à furto, nu. 14.

Dolus, & Fraus } *propria nemini patrocinantur, nu. 17. & ſeqq. Imò debent contra fraudulentum retorqueri, num. 22. Et poteſt retorqueri non ſolum ad vtilitatem eius, contra quem parata fuit fraus, ſed etiam ad vtilitatem alterius, contra quem non fuerat parata, num. 23.*

Spoliatoris malitia, ſeu colluſio, qui, ne reſtituat poſſeſſionẽ, ſponte ſuccũbit cũ alio agẽte petitorio, non debet ſibi prodeſſe, n. 20. & 21.

Simulate quod agimus magis, quam quod vere concipimus, attenditur, quando ſimulatio habet in ſe fraudem, num. 24.

Retrahens rem, venditam à conſanguineo, debet reſtituere eam partem pretij, quam emptor in inſtrumento aſſeruit ſe ſoluiſſe pro pretio, non autem eam, quam aſſeruit ſe venditori donaſſe, &c. num. 24.

Sententia quam victor obtinet per colluſionem, non nocet tertio non citato, num. 25.

Fraudãs licet debeat dimittere, & reſtituere, quod obtinuit per fraudem, tamen poterit deducere expenſas neceſſarias, quas feciſſet in re, quam reſtituit, num. 27.

Illicitum ſeparari debet à licito, num. 28.

Fraus quæ dicatur, num. 29.

Solertia, & prudentia non ſunt fraudes, n. 29.
Fraus, & non fraus quomodo cognoſcantur, num. 29. & 30.
Repudiare hæreditatem poteſt debitor in fraudem, & deſpectum creditorum, num. 31.
Permutatio quando non dicatur facta in fraudem retractus, num. 32.
Fraudem facere non dicitur indiſtinctè qui alij nocet, vt ſibi proſit, num. 33.
Charitas ordinata incipit à ſe ipſo, num. 34.
Chriſtus, ſi perdendo animam propriam, potuiſſet ſaluare totum genus humanum, eam tamen noluiſſet perdere, ſub num. 34.
Dolus, & Deceptio } *qui non repugnant naturæ contractus, non ſunt prohibiti, n. 35.*
Dolus, Gratia, Odium, Metus, Fraus, Colluſio, Sordes, & Coruptio } *non vniformiter, ſeu æqualiter inficiunt, deſtruunt, ſeu nocent ſententiæ, num. 36.*

1 QVAERO decimooctauo, an ſententia, lata per fraudē, valeat. Firmo regulam negatiuā, quod aut non valet, aut debet reuocari, & reſcindi, quia fraus, & iuſtitia non poſſunt ſimul habitare, cum iuſtitia non poſſit fallere, decipere, lædere, furari, aut rapere: fraus verò non alio tendit, niſi, vt fallat, decipiat, lędat, furetur, & rapiat, vt dixi infra nu. 13.
2 verſ. ratio.† Sed in ſententia debet eſſe inſeparabiliter fixa iuſtitia, ſicut in homine rationabilitas: alias non eſſet ſententia; Ergo ſcientia, lata per fraudem, non valet, Imò non eſt ſententia, per ea, quę loquendo de Principe Tyranno, & de iudice iniuſto, ſcripſi ſupra gl. 4. q. 1. num. 23. & 24.

3 Confirmatur primo hęc regula, quia fraus eſt prohibita non ſolum de iure diuino, vt in Marc. 10. num. 19. *ne fraudem feceris.* ſed etiam de iure humano, tot. tit. ff. de dol. & ff. de his, quę in fraud. cred. & in Decretal. tit. de colluſ. deteg. & multis alijs in locis, & ratio prohibitionis eſt, quia fraus eſt radix iniuſtitię, &c. vt dixi infra num. 13. verſ. ratio. Ergo prohibita eſt etiam ſententia, quæ ferretur per fraudem.

4 Confirmatur ſecundo, quia argumentum à contractu ad iudicium, & è contra eſt validum, quia in iudicio quaſi contrahitur. Euer. in ſua cent. in loco, à contractibus ad iudicia, num. 1. & 2.

5 Sed contractus, ſi in eo ſit admixtus dolus, vel non tenet, ſeu eſt nullus ipſo iure, vel ſaltem debet reſcindi, vt retuli in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. num. 8. & 9. & num. 7.

Ergo idem eſt dicendum in ſententia, de qua tamen vide, quæ remiſſiue ſcripſi infra, num. 36. declar. 5.

6 Exemplifica primo hanc regulam quādo actor inueniſſet reum, eique quaſi ciuiliter agens, volenſq. eum decipere, dixiſſet, ſe eū citaturum ad videndum productionem certorum iurium, & reo, interroganti quę iura eſſet producturus, reſpondiſſet ſe producturum non aliud, quàm talem ſcripturam, ipſi reo iam notiſſimam, & reus, ſciens, quod illa ſcriptura ſibi non obſtabat, neglexit comparere ad vidēdum illius productionem; verum actor, decepto reo, produxit non illam, ſed aliam ſcripturam reo valdè præiudicialem, contra quam potuiſſet validè opponere, ſed confiſus in verbo actoris, nihil oppoſuit, & actor in vim illius ſolius ſcripturę ſententiam obtinuit: certe iſto caſu ſententia vel eſſet nulla, vel eſſet reſcindenda.

7 Exemplifica ſecundo, quādo aduerſarius hęredis teſtamentarij doloſe procurauit, teſtamentū occultari, & ex hac doloſa occultatione obtinuit ſententiā contra hęredē teſtamentariū, quia tunc, ſtante dolo, ſententia retractatur, etiā ſine reſtitutione in integrū, Surd. conſ. 268. egit. ſub n. 37. verſ. tertio in præſenti. & num. 38. lib. 2.

Exemplifica tertio quādo reus intra terminum probatoriū dixit iudici, extare publicum inſtrumentum pacti de non petendo, vel ſimilem ſcripturam authenticam, omnino releuantē, ſed pro illius gabella, & copia authētica fore neceſſariam impēſam ſcutorum 30. & quia cauſa non eſt magni momenti, & ipſe cum maxima difficultate poſſet facere iſtā impenſam, & iura actoris non plene probant, vellet, ſi poſſet, effugere hāc impenſam; & iudex, egre ferens, quod illam produceret ſcripturam, quia in gratiam actoris, ſui amici deſiderabat illum cōdemnare, clarè ei dixit, quòd illam impenſam non faceret, quia non erat neceſſaria, ex quò iura actoris non concludebant, & ita reus in verbo iudicis omiſit producere iura ſua, & poſtea iudex eum condemnauit.

Amplia

Digitized by Google

8 Amplia primo declarando hanc regulam, vt procedat non ſolum in ſententia, lata per fraudem, ſed etiam in ſententia, lata per dolum, machinationem, malitiam, colluſionem, & ſordes: nam etſi controuerſia ſit; an fraus, & dolus ſint idem, & in quo differant, de qua re Doct. in l. 7. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. & in l. 80. fraudis. ff. de reg. iur. Abb. in cap. 16. ex tenore. ſub num. 3. de reſcript. Franc. de Arias in cap. porrò. num. 56. & ſeqq. de ſenten. excommun. fol. 433. inter Repeten. tom. 4. & ante eos S. Thom. 2. 2. quæſt. 55. art. 4. & 5. verſ. reſpondeo. vbi videtur firmare, quòd dolus pertineat vniuerſaliter ad executionem aſtutię, ſiue fiat per verba, ſiue per facta; fraus autem magis propriè pertineat ad executionem aſtutiæ, ſecundum quod fit per facta, & Iacob. de Aren. in dicto §. ſed ſi fraudandi. & in dicta l. fraudis. ſcribat, fraudem dici doloſam ſubtractionem iuris, alteri iam quæſiti, & Abb. dicto num. 3. in fine, dicat, (& forſan melius) quòd fraus eſt dolus adhibitus ad commodum proprium, & ad deceptionem alterius.

Tamen nos concludimus, omnia prædicta, nempè fraudem, dolum, machinationem, colluſionem, malitiam, & ſordes eſſe germana, & quadam cognatione coniuncta, præſertim in terminis huius quæſtionis, prout in alijs terminis germana eſſe dolum, & fraudem, ſcribit Tiraq. de retr. lign. §. 26. gl. 1. num. 36. verſ. nam & ſi. fol. 313. & de ſententia, lata per colluſionem, quòd tertio non noceat, ſcripſimus ſupra quęſt. 12. num. 123.

9 Amplia ſecundo, vt procedat quouis modo fraus committatur, quia omnis fraus eſt turpis, vt, ſcribendo multa in fraudis deteſtationem, concludit S. Ambroſ. lib. 3. de offic. cap. 9. verſus finem, col. 75. tom. 4.
10 & † innumeræ ſunt fraudes, ideoque magis intellectu percipi, quàm locutione exprimi poſſunt, vt in alio propoſito loquitur Iureconſ. in l. 13. ratum. ff. de ſolut. imò, loquendo de ſolis fraudibus, quæ cōmittuntur aduerſus ius congrui, eas eſſe tot, & tantas, vt calamus ad ſcribendum non ſufficeret, ait Afflict. in conſtit. ſancimus. §. 4. niſi quis. ſub num. 18. fol. 13. inter tract. diuerſ. tom. 17. & vſurariorum fraudes tot eſſe, vt nō poſſit reperiri prouiſio cōpetens, ſcribit Io. Andr. quę retuli lib. proximè pręced. cap. 9. ſub n. 308.

11 Amplia tertio, vt iudex, agnita fraude, non ſolum nō debeat eam ſententia fouere, ſed debeat ſemper, quantum poteſt, illi obuiare, quia fraudi, & malitiæ eſt obuiandum, l. 8. cum hi. §. ſi cum lis. & ibi Gl. in verbo, ne circumueniatur. ff. de tranſact. Marſ. ſing.
12 177. malitijs. † & iudex, non obuiando, peccat, vt ſecutus ſum cap. ſeq. q. 3. ſub n. 2. ſiquidem facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare, & ſcrupulo occultæ cōſenſionis nō caret, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. ampl. 19. n. 128.

13 Ratio quare fraudi ſit obuiandum, eſt, quia fraus eſt radix iniuſtitię, cōtinet furtū, damnum, & læſionem, & in vniuerſum eſt ſpecies delicti, ideoque dicimus, eam non præſumi, quia delictum non præſumitur; vnde ſi iudex illi nō obuiaret, videretur par-
14 ticeps furti, damni, læſionis, & delicti; † quia etſi fraus diſtinguatur à rapina, & furto, cum rapina fiat, domino ſciente, & inuito ſimpliciter, & furtum fiat, domino ignorante, & inuito; fraus autem, ſeu fraudulentia fiat, non ſimpliciter, inuito & ignorante domino, ſed quodammodo, eo volente, prout ſentit S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. & ibi explicat Caiet.
15 & Mich. Sal. ante dictam q. 77. art. 1. † tamen in effectu, & quoad iniuſtitiam furtum, & fraus ſunt idem; hincq. S. Io. Chryſoſt. in Io. homil. 59. verſus finem, littera K. fol. 97. tom. 3. ait, tàm furem appellari, qui aurum ſurripit, quàm qui in emendis rebus iuſto pretio vendentē defraudat, & Prouerb. 26. num. 18. habetur, *ſicut noxius eſt qui mittit ſagittas, & lanceas in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo.*

16 Infero ex hac ratione, quòd, reducta fraude ad ſpeciem furti, is qui ex ea fraude damnū paſſus eſt, poterit agere cōtra fraudatorē, quamuis fraudator ſecum non contraxerit, neque rem eius poſſideat, ſicque non habeat actionem perſonalem ex contractu, neque realem ex poſſeſſione rei; quare ſi Titius fabricaſſet falſam monetam, eamque ſoluiſſet Meuio, & Meuius eādem bona, vel mala fide ſoluiſſet Sempronio, iſque, non reperto amplius in rerum natura Meuio, à quo habuit, ageret contra Titium, qui illam monetam fabricauit, crederem, quod recte ageret, quia Titius, fabricādo falsā monetā, furatur cuilibet, cui illa moneta fuerit ſoluta, & ideo debet poſſe, tanquam fur, conueniri à quolibet, cuius damno cedit ſolutio illius monetæ.

Digitized by Google

17 Amplia quarto, vt nec ſententia, neque alius actus, ſeu contractus, factus in fraudem, valeat ad vtilitatem, & fauorem fraudulenti, quia fraus propria nemini debet patrocinari, cap.15.ſedes. de reſcript.& l.1. initio, ff.de dol. cap. 28. paſtoralis. §. vlt. de offic. deleg. cap. 13. ſtatuimus. eod. in 6. & cap. 4. dictum. & ibi Gl. in verbo, fallaciam. 30. q. 1. & non debet vnquam fraus cedere lucro,& cōmodo eius,qui fraudem facit, cum iniquum ſit ob ſuum facinus aliquid lucri facere, & ob propriam calliditatem actionem habere, & proprio dolo quemquā releuari, vt, citatis iuribus, ſcribit Tiraq.de retr.lign.§.1.gl.9.ſub n.68.verſ.denique.fol.63.& ſcripſi cap.ſeq.q.8. num.28.

18 Infero primo ex hac ampliatione, quòd ſi fratres poſſideant bona in communi, quę partim ſint libera, & partim inter ſe inuicem ſubſtitutos fideicommiſſaria, & ea omnia, vt fraudem facerent ſuis creditoribus, diuiſerint,tanquam fideicommiſſaria,& poſtea vnus ex ipſis vendat aliquid de parte ſua, quod ſit ex bonis, quæ vere erant libera,&, venditore mortuo,vnus ex fratribus diuidētibus, tanquam ſubſtitutus, agat rei vendicatione, ſeu ex l. fin. C. de edic. diu. adr. toll. contra emptorem, & dicat, quod ipſi diuidendo omnia bona, tanquam fideicommiſſaria,nixi ſunt committere fraudem contra creditores, & non contra ipſum emptorem,& quod propterea ipſe non poteſt excipere de fraude, emptor adhuc poterit replicare,quod non debet audiri,quia ex fraude, in qua fuit particeps, conſequeretur lucrum,quia id, quod eſt vere liberum,& ideo non poſſet vendicare,obtineret ex fraudulē-

19 to fideicommiſſo:† nam de fraude poteſt opponere etiam is, contra quem non fuit commiſſa, vt ſcripſi ſupra nu. 16.& infra n.24.& eſt aduertendū, quòd fraus non cōſiſtit ſimpliciter in eo, quòd fratres diuiſerunt bona libera,tanquam fideicōmiſſaria,quia poterāt de illis facere fideicommiſſum,& factū diuidere,& nemini feciſſent fraudē,quia vſi eſsēt iure ſuo,ſed conſiſtit in eo, quod ea diuiſerūt ſub falſa aſſertione fideicommiſſi antiqui, vt hac fraude excluderent proprios creditores.

20 Amplia quinto, vt fraudulento, ſeu malitioſo non ſolum non debeat prodeſſe ſententia, quā obtinuit iuxta ſuam petitionem, vt hucuſque locuti videmur, ſed neque proſit condemnatio,quam colluſorie,& per malitiam ſponte ſubſtinuit, imò procurauit, & ideo ſi ſpoliator reportauerit contra ſe duas ſententias, & appellauerit, & pendente appellatione, vt euitaret tertiam, colludendo, fecerit contra ſe committi cauſam per tertium ſuper petitorio, &, datis per illum articulis, nihil oppoſuerit, nec à ſententia, in illius fauorem lata, appellauerit, ſicque illi debeantur executoriales, & conſequenter contra ipſum ſpoliatorem non videatur ferenda alia ſententia ſuper ſpolio, cum appareat, poſſeſſionem deberi illi tertio vigore ſuæ ſententiæ, & executorialium; tamen, cognita iſta malitia ſpoliatoris, ferenda eſt adhuc contra eum ſententia ſuper ſpolio, ſaltem ratione fructuum, & expenſarum, vt fuiſſe tentum in Rota, ſcribit Creſcen. deciſ. 2. alias 40. ſpoliator. de ſent. & re iudic. quem citat, & ſequitur Pontan. tract. de ſpol.lib.4. cap.1.num.28. fol.304. tom. 14.

21 Et †licet Rota tūc non determinauerit,quòd illa ſententia ſuper petitorio non prodeſſet illi tertio, qui videtur participaſſe de colluſione, ſeu malitia ſpoliatoris, tamen potuit id determinare poſtea, quia voluit videre quis eorum deberet habere poſſeſſionem: nam ſi conſtaret, quòd ipſe, & ſpoliator ſimul colluſiſſent,ego certe iudicaſſem, quòd illa tertia ſententia mitteretur executioni etiam quoad poſſeſſionem; & dixiſſem, quòd tertius denuo ageret petitorio contra ſpoliatum, quia res inter alios acta,non debet alijs nocere,per ea, quæ dixi ſupra q.12. nu.1. & quia dolo deſinēs poſſidere,habetur pro poſſeſſore, l. 174. qui dolo deſierit poſſidere. & ibi Cagn.n.1.& ſeqq.ff.de reg.iur.& cap.36. pro poſſeſſore.eod.tit.in 6.& facit quod ſcripſi cap.ſeq.q.17.limit. 6. memb.4. num.92.

22 Amplia ſexto, vt fraus non ſolum non debeat prodeſſe fraudulento, ſed ex communi omnium conſenſu bene illi ſtet, ſi incidat in fraudem,quam alteri parauerat: conueniunt enim in hoc Poetæ, *nec lex iuſtior vlla, Quàm necis artifices arte perire ſua. Iudice me fraus eſt cōceſſa repellere fraudem, Armaquè in armatos ſumere iura ſinunt.* & vt latius retuli ſupra lib.1.cap. 51. ſub num. 12.conueniunt etiam Gentiles morales, Senec.epiſt.82. verſus finem,lib.11.alibi epiſt. 81.n.33.fol.153. dicens, quod mala exempla recidunt in auctores, nec vlla miſeratio cōtingit his,qui patiūtur iniurias,quas poſſe fieri, faciēdo docuerūt: conueniūt Iureconſ. in l. 12. ſed & patruus. §. 1. ff. de eo, quod met. cauſ. ibi,quod fecit,paſſus eſt. & ſcripſi lib.

lib. proximè præced. cap. 7. ſub num. 656. conueniunt demum ius diuinum, & Theologi, Pſal. 7. num. 16. *& incidit in foueam, quam fecit.* Eſther. 7. in fine, *ſuſpenſus eſt itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo*, & Eccleſiaſt. 27. num. 30. *facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde adueniat illi.* hincq. S. Thom. 2.2. quęſt. 55. art. 5. in fine, inquit, qui fraudes faciunt, ex eorum intentione non moliuntur aliquid contra ſe ipſos, vel contra animas ſuas, ſed ex iuſto Dei iudicio prouenit, vt id, quod contra alios moliuntur, contra eos retorqueatur.

23 Subamplia notabiliter hanc ampliationem, vt non ſolum is, contra quem fraudulentus parauit fraudem, poſſit ad ſui vtilitatem rerorquere fraudem cōtra fraudulentum, per ea, quæ dixi hic in ampliatione, ſed poſſit eam retorquere etiam alius, contra quem fraudulentus eam non parauetat, & hoc, dummodo retorcutio fraudis cōuenienter applicari poſſit etiam pro iſto alio, vt in caſu ſequentis illationis.

24 Infero ex hac ſubampliatione, quod ſi tu emiſſes fundum centum aureis, & in fraudem domini directi, ad euitandam partem laudimiorum, in eodem inſtrumenro, vel paulò poſt eidem venditori donaſti alios centum propter merita, & veniat conſanguineus venditoris ad retrahendum, velitque ſoluere illos centum aureos, datos pro pretio fundi, & non alios centum donatos, tu, qui emiſti, debes eſſe contentus illis centum, quia ſi diceres, te alios etiam centum ſoluiſſe pro pretio, ſed fuiſſe ſimulate dictum, quòd donabas, vt tanto minus ſolueretur pro laudimio, replicabit cōſanguineus, fraudem feciſti, fraudem patere, iuxta adducta ſupra in ampliatione, Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 18. num. 19. & 20. verſ. quęro. & verſ. quantum. fol. 171. & tamen tu nullam paraſti fraudem contra conſanguineum retracturum, ſed contra dominum directum, qui non habet quid facere in iudicio retractus.

25 Amplia ſeptimo, vt ſicut ſententia non prodeſt victori aduerſus victum, contra quem illam per fraudem, dolum, ſeu ſordes obtinuit, vt dixi ſupra in regula, num. 1. & ſeqq. ita etiam, facta colluſione cum aduerſario, nō proderit aduerſus tertium, quia vel ille tertius erat citādus, & tūc victori nō prodeſt etiam ſi eam obtinuiſſet ſincerè, & ſine vlla colluſione, quia res, inter alios acta, alijs non nocet, per ea, quæ late ſcripſi ſupra q. 12. n. 1. & ſeqq. vel non erat citandus, quia cauſa agebatur cum legitimo contradictore, a quo tertius habebat cauſam; & tunc licet ſi ſententia fuiſſet lata ſine colluſione, ei noceret, tamen ſi fuit lata per colluſionem, non nocebit, per ea, quæ dixi ead. q. 12. num. 123.

26 Declara primo limitando eandem regulā, vt licet deceptus, & paſſus fraudem, poſſit dicere de fraude, & ſic infringere, & annullare ſententiam, per ea, quæ dixi ſupra num. 17. ampl. 4. tamen ſi is voluerit, ſententiam valere, erit valida, inuito fraudulento, quia is non poteſt allegare turpitudinem ſuam; quare ſententia erit nulla, ſeu annullanda, volente decepto, qui paſſus eſt fraudem, ſecus eo tacente, nam poſſet dati caſus, vt ſententia reſultaret in incommodum decipientis, & in vtilitatem decepti; hæcq. declaratio latè probatur ex his, quæ ſcripſi lib. proxime præced. cap. 2. nu. 390. & 384. & ſeqq. & in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. pat. 2. ampl. 10. num. 10.

27 Declara ſecundo, vt non procedat quoad impenſas neceſſarias, quia licet fraus debeat retorqueri conrra fraudulentum: & is ex ſua fraude nunquā debeat reportare cōmodum, ideoque quod obtinuiſſet per fraudem, debeat dimittere, & reſtituere, per ea, quę dixi ſupra in regula, num. 1. & ſeqq. tamen poterit deducere impenſas neceſſarias, quas feciſſet in re, quam obtinuiſſet, quia lex non patitur, vt quis habeat rem alienam, Tiraq. de retr. lign. §. 15. gl. 1. num. 2. fol. 280.

28 Confirmarur hęc declaratio, quia fieri debet ſeparatio liciti ab illicito, ita, vt in his, quę ſunt ſeparabilia, vtile per inutile non vitietur, & ideo licet mutuum vſurarium non teneat, & ſit prohibitum, tamen mutuatori debet reſtitui ſors mutui, quod remanet purgatum, & licitum, & non debet mutuatarius illud retinere, & lucrari cum damno, & iactura mutuatoris, per ea, quæ ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 20. num. 6. & ſeqq.

29 Declara tertio, vt fraus, quam ſupra, nu. 1. & ſeqq. diximus eſſe prohibitam, & ex ea commodum non eſſe quęrendum, intelligatur illa, quæ tendit ad offenſionem, & læſionem, & non illa, quę tendit ad defenſionem, quia illa conceditur, imo illa non dicitur fraus, ſed dicitur ſolertia, & prudentia, l. 1. §. non fuit. ff. de dol. hincque S. Greg. relatus à Luc. de Penn. in l. 13. ſi

minori. ſub num. 2. C. de iut. fiſc. lib. 10. inquit, fraude fallere peſtilentem, , non puto fraudis cõſilium, ſed iuſtitiæ, & virturis iudicium, & bene pro hac declaratione faciunt quæ ſcripſi ſupra num. 22. ampl. 6.

30 Declara quarto, quòd fraus prohibita, de qua ſupra in regula num. 1. & ſeqq. eſt illa, qua quis, abutendo iure ſuo, callidè decipit, & lædit alium; nam ſi cum iuſtitia vteretur iure ſuo, licet ex illius vſu alteri proueniret damnum, tamen non diceretur fraus, per ea, quę ſecutus ſum lib. proxime præceden. cap. 9. num. 334. pręſertim in futura impreſſione, & in meo tract. de commerc. §. 1. quęſt. 7. pat. 1. nu. 73. & in mea deciſ. ... 28. maij, 1621. incipien. clariſſimus. num. 9. & 10.

31 Infero primo hinc confirmando hanc declarationem, quòd debitor poteſt in deſpectum creditorum repudiare hæreditatem, ſibi delatam, & illam repudiationem creditores reuocare non poſſunt, quia debitor habet illud ius repudiandi, vt ſecutus ſum lib. proxime pręced. cap. 2, ſub num. 290. in fine, præſertim in futura impreſſione, vbi etiam poſui limitationes.

32 Infero ſecundo, quòd ſi ſtante ſtatuto, quòd conſanguinei venditoris poſſint retrahere rem venditam, fuerit facta permutatio prædiorum, eo quia is, cui prædium vendendum offerebatur, non habebat pecunias, quibus emeret, ſed habebat prædium, quod aliquis erat ſtatim empturus pro illo eodem pretio: verum ipſe noluit illud vendere, quia ſi emiſſet, & non permutaſſet, conſanguinei vẽditoris retraxiſſent, & ſic vtroque careret prædio; permutatio vtique manebit, & conſanguinei nõ poſſunt dicere, permutationem fuiſſe factam in fraudem, ſiquidem qui ex eo prædiũ acquiſiuit, & liberauit à retractu, dicitur potius vſus eſſe permutatione ex prudentia, vt ſibi proſpiceret, & non, vt fraudem, vel damnum faceret conſanguineis venditoris, Tiraq. de retr. lign. in præfatione, num. 79. & 80. fol. 19.

33 Imò non dicitur in fraudem facere, qui principaliter facit, vt noceat, ſi in conſequentiam ſibi proſit, ſecundum Bal. & alios, quos ſequitur Surd. conſ. 300. non videtur. verſus finem ſub num. 22. nec tenetur aliqua actione qui propter ſuas conſeruandas, alienas merces proijcit, l. 15. qui ſeruandatum. initio, ff. de præſcrip. verb.

34 Ratio eſt, quia charitas ordinata incipit à ſe ipſo, l. pręſes. C. de ſeruit. & aqu. cap. 19. qui vult. de pœnit. diſt. 3. Surd. tract. de alim. tit. 1. quęſt. 39. num. 2. q. 78. num. 34. q. 94. num. 1. tit. 4. q. 18. num. 66. tit. 7. q. 8. num. 2. & dicto conſ. 300. num. 20. in fine, & ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. pat. 1. nu. 73. & plus diligit ſe in vngue pedis, quàm alium in vertice capitis, vt ex Bal. ſequitur Crauet. conſ. 6. plura. num. 25. & conſ. 8. aymo. num. 17. hincq. verſus, de quo Surd. dicto conſ. 300. num. 20. in fine, & Crauet. vbi ſupra, *alpibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum.* hæcq. ratio eſt adeo vera, vt ſi daremus imaginationẽ, quòd Chriſtus, redemptor noſter, perdendo animam propriã, potuiſſet in paradiſo ponere totum genus humanum, non diceremus, quòd voluiſſet eam perdere, quãuis Chriſtus tãta, & feruenti ęſtuauerit charitate, vt nobis mandauerit, vt diligeremus proximum noſtrum, ſicut noſmetipſos, imò diligeremus inimicos noſtros, quod ipſe opere perfecit, dum pro nobis voluit acerbiſſimam mortem pati, & pro ſuæ mortis miniſtris orauerit patrem, vt illis ignoſceret.

Qualis autem debeat eſſe ordo charitatis, ſcripſi aliqua in mea deciſ. .... ſeu vot. plures. num. 85. & 86.

35 Infero tertio, quòd dolus, ſeu deceptio, quę non repugnat naturæ, & moribus contractus, non eſt prohibita, & ideo ex ea non reſcinditur contractus, per ea, quæ latè explicaui in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 10. num. 12. & ſeqq.

36 Declara quinto, vt Doctores de validitate, vel inualiditate ſententię, latę per dolum, vel per gratiam, vel per odium, vel per metũ, vel per ſordes, & corruptionem, vel per fraudem, vel per colluſionem, non ſoleant reſpondere vniformiter, aliter enim reſpondent in ſententia, lata per ſordes, & aliter in ſententia, lata per dolum, vel per metum, vel per colluſionem, vt tu poteris videre apud Doctores citatos per Vant. tract. de nullit. rubr. de nullit. ex def. proceſ. ſiue ord. iudic. &c. num. 135. verſ. de ſententia. & num. ſeqq. vſque ad finem, fol. 419. tom. 4. ego enim pluribus non inſiſtam: addo ſolum, quòd de ſententia, lata per metum, vltra Doctores citatos per Vant. poteris videre Bal. in l. 1. num. 9. verſ. ibi timeat. C. de ſent. ex peric. recitan. & Lanfr. de Orian. in cap. quoniam contra. num. 547. & 548. de probat. fol. 268. inter Repeten. tom. 3. & præſertim Bal. qui loquitur de ſententia, quam iudex eo modo,

do, quo tulit, erat laturus etiam ſine timore, & de ſententia, lata metu; & de lata propter metum, & de metu, qui cadit in conſtantem virum, & de eo, qui non cadit in conſtantem virum; æquiparando metum, & dolum.

GLOS. XIV. Sententiamus. &c.

QVAESTIO. XIX.

S V M M A R I V M.

Præiudicialitatis materia eſt ſingularis, & magnum aduocatis intelligentibus facit honorem, num. 1.

Præiudiciale conſideratur multipliciter, num. 1. & ſeqq.

Præiudiciales actiones quæ dicantur, ſub nu. 1. & ſeqq.

Præiudicialis dicitur eſſe vna cauſa alteri cauſæ dupliciter, num. 6. & ſeqq.

Præiudicialis cauſa dicitur illa, quæ alteri parat exceptionem rei iudicatæ, num. 7. & 22. Et quando vtraque inuicem ſibi parat exceptionẽ rei iudicatæ, illa quæ fuit prius intentata, dicitur præiudicialis alteri, ſub num. 50. verſ. declara.

Præiudiciali cauſa prius non cognita, ſententia, quæ fertur, eſt nulla, num. 9. Imò etiam proceſſus eſt nullus, eod. num. 9. & ſeqq. & num. 14. Declaratur, nu. 15. & ſeqq. Limitatur, num. 94. & ſeqq. nu. 119. & 120.

Præiudicialis articulus reputatur præcipua pars cauſæ, num. 10.

Præiudicialis articulus ſi prius non cognoſcatur, peruertitur ordo naturalis, num 11. Et quot ex iſta peruerſione ſequantur inconuenientia, num. 12. Et quando non peruertatur, num. 94. & ſeqq.

Ordo iſte cognoſcẽdi prius articulum, ſeu cauſam præiudicialem, ſi peruertatur, datur appellatio, num. 18. Et quando non detur, num. 94. & ſeqq.

Præiudicialis cauſa debet prius cognoſci, ſiue introducatur coram eodem iudice per viam exceptionis, ſiue coram alio per viam actionis, num. 19. Similiter ſiue cauſa ciuilis præiudicet criminali, ſiue è conuerſo; ſiue cauſa criminalis præiudicet alteri cauſæ criminali, ſiue ciuilis alteri cauſæ ciuili, num. 20. Declaratur, num. 22. & ſub num. 50. verſ. declara. Limitatur, num. 94. & ſeqq.

Spiritualis quæſtio ſi incidat in cauſa ciuili coram iudice ſeculari, remittitur ad iudicem Eccleſiaſticum, & interim ſuſpenditur cauſa ciuilis, num. 21.

Nullitatis appellationis cauſa debet cognoſci antequam procedatur in cauſa appellationis, num. 23.

Deſertionis appellationis articulus, vti præiudicialis, debet prius cognoſci, quam de nullitate ſententiæ, num. 24. Et quando ſit prius cognoſcendum de nullitate ſententiæ, num. 25.

Petitionis hæreditatis iudicium ſuſpenditur, ſi fuerit oppoſitum, quòd agens prohibuit, fieri teſtamentum, &c. num. 26. Similiter ſi agenti moueatur quæſtio libertatis, num. 27.

Confeſſoriam actionem cumulare non poteſt, qui mouit iudicium rei vendicationis, nu. 28. Et actio rei vendicationis eſt præiudicialis actioni confeſſoriæ, ſub nu. 41. illat. 5.

Fructuum iudicium ſuſpenditur donec terminetur cauſa fundi, ſeu ſortis, num. 29. & ſeqq. Declaratur, num. 33. & ſeqq.

Iuriſprudentia non eſſet iuriſprudentia, ſi quod pendet à determinatione vnius, determinaret, non determinato illo vno, num. 30.

Præiudicialitas, & Cumulatio actionum } ſubalternantur, & habent quandam promiſcuitatem, num. 32.

Cumulatio actionum quando ſit prohibita, ſub num. 32.

Cumulationis materia difficilis, & ampla, ſub num. 32.

Hypothecaria, & Perſonalis actio } an poſſint ſimul cumulari, quamuis hypothecaria ſit acceſſoria, num. 32.

Cumulatio rei cum fructibus an poſſit fieri, plures recenſentur caſus, & diſtinctiones, num. 34. & ſeqq.

Dominij quæſtio præiudicialis eſt accuſationi de plagio, num. 42. Et accuſationi de furto, num. 43.

Poſſeſſor quis ſit, & qui non, eſt quæſtio præiudicialis accuſationi de violentia, & de turbata poſſeſſione, num. 44.

Criminaliter non proceditur Mediolani, quãdo res habet originem à contractu, vel ſapit naturam contractus, num. 45.

Vſurarum quæſtio ſi ciuiliter pendeat in Rota, ſuperſederi debet in cauſa criminali, num. 46.

Stellionatus accuſatio criminalis ſuſpenditur, pen-

pendente cauſa ciuili ſuper actione in factum, num.47. & 48.

Colluſio non præſumitur, num.48.

Ciuilis actio quibus caſibus præiudicet criminali, num.49.

Cumulari quando poſſint, & quando non actio criminalis, & actio ciuilis, num. 51. & ſeqq.

Condemnari quando quis poſſit ciuiliter, etiã parte non petente, num. 51. in fine, num. 53. & ſeqq. & ſub num. 60. verſ. ſubextende.

Iudex inquirens repræſentat Remp. & partem offenſam, ſub num.53. & ſub num.56.

Notoria ſi ſint, quæ emergunt in cauſa, iudex poteſt de eis iudicare etiam parte non inſtante, num. 54. & 55.

Iudex cauſarum criminalium an, & quomodo poſſit procedere in cauſa ciuili etiam parte non inſtante, ſub num. 51. & ſeqq. ſub num. 60. verſ. ſubextende. num 63. & ſeqq.

Inquiſitionis via procedi non poteſt in delictis, quorum accuſatio non eſt publica, ſed priuata, num. 57. & ſeqq. Fallit quando delictum eſſet notorium per confeſſionem, quia iudex poſſet confeſſum condemnare, num. 59.

Adulterij crimen eſt ita priuatum, vt iudex ſuper eo ſine legitimo accuſatore procedere non poſſit, & procedendo grauiter erraret, etiam ſi inquiſitus illud fateretur, num. 60.

Iudex cauſarum criminalium, condemnando reum ad pœnam, quando non poſſit, & quando poſſit eundem condemnare ad intereſſe ciuile debitum parti, num. 64. & ſeqq.

Criminalis cauſa inter accuſatorem, & reum, & ſic inter eaſdem perſonas, an faciat ſuperſederi in cauſa ciuili, quia criminalis, vti maioris importantiæ, debeat terminari prius, quàm ciuilis, quando vna non pendet ab altera, num.71. & ſeqq. Quid ſi vtraque intentetur ab eodem, num. 73. extenſ.1. Quid ſi cauſa criminalis oriatur à cauſa ciuili præcedenti, num.84. & 85. Quid ſi accuſator poſt motum iudicium criminale, moueat iudicium ciuile, num. 74. 75. & 83. Quid ſi accuſatus, pendente accuſatione, velit ex alia cauſa ſeparata conuenire accuſatorem, num. 76. Quid ſi, pendente ciuili, reus accuſet criminaliter actorem, num. 77. & ſeqq. Quid ſi reus conuentus ciuiliter, accuſet de falſo teſtes actoris, num.80. & ſub num.86. illat. 10. & num. 119. Et an vna cauſa criminalis faciat ſuperſederi in alia cauſa criminali ſeparata, nu. 81. Et quid ſi cauſa criminalis, & cauſa ciuilis non ſint inter eaſdem perſonas, ſed inter diuerſas, puta quia fiſcus agat criminaliter, & pars agat ciuiliter, an ſuperſedeatur in ciuili, nu.82.

Accuſatio de maiori crimine an faciat ſuperſederi in accuſatione de minori, num.81.

Perſonarum legitimatio eſt articulus præiudicialis vlteriori proceſſui, num. 87.

Dilatoria, & Declinatoria } exceptio eſt præiudicialis vlteriori proceſſui, num. 88. & 89.

Peremptoria exceptio an ſit præiudicialis vlteriori proceſſui, num. 90. & ſeqq.

Præiudicialis cauſa ſi ſit ordinaria, non præiudicat cauſa executiua, num.94. Declaratur, ſub num. 116. verſ. ſublimita.

Executio inſtrumenti non retardatur à cauſa nullitatis aduerſus inſtrumentum, præſertim ſi executio habeat in ſe poſſeſſionem, num. 95. Et hoc procedit etiam in Ciuitate Florentiæ, dato etiam, quòd dicens de nullitate præueniſſet, num.96.

Manutentionis in poſſeſſione ſunt multæ, & variæ deciſiones, num.97.

Poſſeſſor eſt manutenendus in ſua poſſeſſione, quandiu euidenter non conſtat de iniuſtitia poſſeſſionis, & de bono iure aduerſarij, ſub num.97. verſ. primus.

Nullitati quanto tempore præſcribatur, ſub num.97. verſ. primus.

Nullitatis inſtantia quantum duret, ſub nu. 97. verſ. primus.

Manuteneri non poteſt in poſſeſſione, qui non docet ſe poſſidere, aut docet ſe vitioſè poſſidere, & aduerſarius docet notoriè de ſuo bono iure, num.98. & ſeqq.

Spoliatus, inepte petit manuteneri in poſſeſſione, ſub num.99.

Manuteneri quibus caſibus non debeat quis in poſſeſſione exigendi fructus cenſus, num. 99. 100. & ſeqq.

Poſſeſſio quando non ſit manutenibilis, num. 104. & ſeqq.

Poſſeſſio quando cedat proprietati, num.105. & 107.

Spoliatus quando non ſit reſtituendus, numero 106.

Proprietas quando abſorbeat poſſeſſionem, nu. 107. & ſub num.113.

Res

Res iudicata per tres ſententias conformes non definit notorium, ſed eſt notorij exemplum, quod non reſtringit regulam notorietatis, ſub num. 107. & 108.

Notorium quid ſit, ſub num. 108. Et licet relinquatur arbitrio iudicis, ſub nu. 109. Huic tamen arbitrio adimuntur aliqui caſus, num. 110.

Calumnia habetur loco libelli inepti, num. 111. Et vnde colligatur, num. 112.

Poſſeſſionis cauſa quando ſit præiudicialis cauſæ proprietatis, ſub num. 113.

Spoliator quando audiri non debeat ſuper proprietate, niſi prius reſtituerit poſſeſſionem, ſub num. 113. & 116.

Spoliatus poteſt, inuito ſpoliatore, cumulare petitorium, & poſſeſſorium, num. 116.

Poſſeſſionis, & Proprietatis } cauſæ non poſſunt cognoſci coram diuerſis iudicibus, num. 114. Fallit in executiuis, num. 115.

Ordo congruitatis licet peruertatur, tamen proceſſus, & ſententia valent, num. 118.

Falſi accuſatio an præiudicet alteri cauſæ, nu. 80. ſub num. 86. illat. 10. Et an præiudicet accuſationi de vulnere, num. 119. & num. 121. & 122.

Præiudicialitas cauſæ non attenditur in Regno Neap. num. 121. Declaratur, nu. 121. & 122.

Præiudicialitatis materia eſt tradita confusè à Doctoribus; num. 123. Et quæ ſit ratio, num. 124.

Librorum, præcipue Legiſtarum, nullus finis, num. 125. Et vtilitas librorum, nu. 127.

Legalis diſciplinæ neceſſitas, num. 126.

QVAERO decimonono, an ſententia lata, non cognito prius articulo, ſeu cauſa præiudiciali, ſit nulla, & iniuſta.

1 Priuſquam veniam ad reſolutionem huius quæſtionis, quę habet materiam ſingularem, & facit magnum honorē aduocatis, intelligentibus eā, vt exorditur Bar. in l. 16. fundum. ff. de except. & pręſcrip. & in qua Iaſ. in §. præiudiciales actiones. num. 12. Inſtit. de action. non auſus eſt aliquid decidere, & Canoniſtæ nituntur, & non bene, reſolutionē ſumere ex cap. 19. exhibita. de iudic. & ideo ſe inuoluunt; præmitto, quòd hoc adiectiuum (pręiudicialis) conſideratur dupliciter in iure.

Primo enim conſideratur abſolutè, & de per ſe, prout ſignificat præiudicium magnū, vt cum agitur de ſtatu perſonæ, in quo cum magnum verſetur præiudicium, actiones, quibus de eo diſcutitur, nempe, an aliquis liber, an libertus ſit, vel de partu agnoſcendo, vocantur actiones præiudiciales, quia in eis agitur de re magni præiudicij, §. præiudiciales actiones. & ibi Io. Fab. num. 2. in fine, & Iaſ. num. 13. verſ. tertio principaliter. & num. 39. Inſtit. de act. Bar. in dicta l. 16. fundum. ſub num. 4. Bal. in l. per minorem. ff. de iudic. &c. & Maran. in ſuo
2 ſpec. par. 4. diſt. 20. num. 1. fol. 227. † & ideo liberos noſtros, qui in noſtra ſunt poteſtate, non petimus rei vendicatione, niſi forte adiecta cauſa, ſed petimus aut præiudicijs, aut interdictis, l. 1. §. per hanc. il 1. ff. de rei vendic. prout egregie, & plenè explicat Io. Fab. dicto §. præiudiciales actiones. ſub num. 3. & ſeqq. in quibus agit etiam de alijs perſonis ſubiectis, vel ratione religionis, vel ratione iuriſdictionis, aut alia de cauſa, vt ſub num. 9. & ſeqq. & modo impugnando, & modo explicando Fabrum, proſequuntur ibidem Ang. Aret. & Iaſ. quos omnes tu in caſu occurrenti poteris videre; quia non eſt noſtri inſtituti de iſtis hic agere.

3 Non obſtat prmo, quòd non deſint, qui ſcripſerint, has actiones vocari præiudiciales eo quia ſententia in eis lata, cum reſpiciat ſtatum perſonæ, facit ius quoad omnes, vt dicebam ſupra quæſt. 12. num. 63. & ſeqq. & hac ratione præiudicet alijs, & ideo dicantur actiones præiudiciales, vt referunt Gl. 1. in eod. §. præiudiciales actiones. ibi, alij dixerunt. & Io. Fab. ibidem, num. 15. verſus finem, ibi, redeamus nunc ad alia.
4 Quia † reſpondeo, quod etſi verum ſit, quòd ſententia, lata ſuper ſtatu perſonæ, faciat ius quoad omnes, & ideo præiudicet omnibus, tamen actiones non hac ratione dicuntur præiudiciales, quia ſi attenderetur hæc ratio, omnes actiones, quando ſententia faceret ius quoad omnes, ſeu præiudiciaret alijs, dicerentur præiudiciales, quod eſt falſum, vt dicit Iaſ. in eod. §. præiudiciales actiones. num. 38. verſus finem, quare dico, quod in iſtis actionibus præiudicialibus attendimus præiudicium, quod verſatur circa ſtatum perſonæ, quod eſt magnum; & non attendimus præiudicium, quod infertur ſecundario alijs perſonis, quia illud non eſt conſiderabile, per ea, quæ ſcripſi in meo

meo tract. de commer. §.7. gl.5. num. 141.
& 142.
5 Non obſtat ſecundo, quòd iudicium, ſeu
actio, qua diſcutitur quæſtio ſtatus, ſit
præiudicialis etiam reſpectiue alteri cauſæ,
vt in ſeq. 2. modo, quia quæſtio ſtatus, ſiue
intentetur per modum agendi, ſiue per mo-
dum excipiendi, facit quieſcere omnem aliã
actionem, tam ciuilem, quam criminalem,
vt oſtendit Maran. dicta diſt. 20. num. 7.
verſ. quarto modo. fol. 228. & patet ex his,
quæ ſcripſi infra num. 27. & num. . . . .
Quia hoc admitto, & dico, quòd tunc
quæſtio ſtatus dicitur præiudicialis duplici-
ter, vt admitit etiam Maran. vbi ſupra.
6 Secundo hoc adiectiuum (pręiudicialis)
conſideratur non de per ſe, & ſimpliciter, vt
in pręcedẽti primo modo, ſed correſpectiuè
ad aliud, & hoc modo conſideratur in indi-
cijs, & cauſis, prout vna cauſa pręiudicat
alteri, & hoc etiam duplici modo. Primo
ratione cuiuſdam præeminentiæ, & hic mo-
dus contingit dupliciter: vel quia vna cauſa
eſt maioris importantiæ, qualis eſt cauſa
criminalis reſpectu cauſę ciuilis, qua ratio-
ne criminalis, quamuis ſit ſeparata à cauſa
ciuili, dicitur præiudicialis cauſæ ciuili: vel
quia ſunt cauſæ ſimul ſe contingentes, &
vna eſt maioris auctoritatis, ideoque facit
alteri aliquale præiudicium, prout huius ma-
ioris auctoritatis eſt petitio hæreditatis re-
ſpectu aliarum particularium, quæ propte-
7 rea vocatur præiudicialis. † Secundo modo
cauſa eſt pręiudicialis, quando cauſæ ſe
inuicem contingunt, & ſententia, lata in
vna, parat præiudicium in alia, imò exce-
ptionem rei iudicatæ, & tunc illa, quæ alte-
ri parat hoc pręiudicium, dicitur præiudi-
cialis, & ita non ſub duplici principali mo-
do, prout hic declarauimus nos, ſed ſub
triplici modo (quod recidit in idem) decla-
rauit Bar. in dicta l. fundum. num. 4. quem
ſequitur Iaſ. in dicto §. præiudiciales actio-
nes. in fine initij, & num. 1. & ſeqq. &
dixi infra num. 22.
8 Verum ego, omiſſa prima pręiudiciali-
tatis conſideratione, prout præiudicialitas
ſtat de per ſe, quia hæc non pertinet ad hanc
quæſtionem, & amplectendo ſecundam
conſiderationem, prout præiudicialitas ſtat
reſpectiue ad aliam cauſam, quia hęc reſpi-
cit hanc quęſtionem, & omiſſis etiam diſtin-
ctionibus, quę à Doctoribus, & pręſertim à
Bal. in dicta l. per minorem. & Io Fabr. di-
cto §. pręiudiciales actiones num. 3. tradun-
tur in iſta conſideratione, quia ſunt ſuper-
fluæ, cum omnis cauſa pręiudicialis hanc
habeat naturam, vt pręiudicet alterius cau-
ſę proceſſui, imponendo propterea illi ſilen-
tium vel perpetuum, vel temporaneum, vt
patebit in diſcurſu materię, firmabo vnam
regulam, in cuius explicatione continebun-
tur diſtinctiones, ſub quibus etiam potuiſ-
ſem tractare materiam.
9 Firmo, his igitur præmiſſis, regulam
affirmatiuam, quòd ſententia lata, non
cognito prius articulo, ſeu cauſa pręiudi-
ciali, eſt nulla, & notorie iniuſta, per ea, quę
ſcribunt Bal. conſ. 275. præmiſſo ſtatuto.
ſub num. 1. & 2. lib. 5. Paul. de Caſtr. conſ.
281. in cauſa iſta quinque. ſub num. 5. verſ.
ſecundo quia. & verſus finem, lib. 1. & Cra-
uet. conſ. 79. quondam. num. 7. verſ. tertio
redditur. & conſ. 280. inquietantur. ſub
num. 2. verſ. & adeo. & per rationes, quas
nunc addam, poſtquam Bal. ſupra citatus
videtur locutus per ſaltum, & quaſi tumul-
tuariè, & Paul. de Caſtr. in certa tantum
ſpecie, de qua nos infra num. 23. illat. 1.
& quòd proceſſus ſit nullus quando iudex,
omiſſa exceptione pręiudiciali, procedit ad
vlteriora, ſecutus ſum cap. ſeq. quęſt. 17.
limit. 6. memb. 7. ſub num. 60. verſ. confir-
matur. & limit. 47. memb. 1. num. 99.
10 Prima ratio ad confimandam hanc regu-
lam eſt, quia cognitio cauſę, ſeu articuli
præiudicialis eſt pars principalis totius cau-
ſę cognoſcendæ, & ideo, illa cognitione
ignorata, quod geritur, eſt nullum, argu-
mento textus in l. 3. quęro. ff. de eo qui pro-
tur. & eorum, quę latè ſcripſi ſupra gl. 4. q. 4.
num. 3. & ſeqq. num. 11. 15. & 16. & cap.
ſeq. dicta limit. 6. memb. 7. ſub num. 60.
verſ. confirmatur. & in ſpecie, quòd prius
cognoſci debeat de articulo, ſeu cauſa prę-
iudiciali, patet ex l. vnica. C. quan. ciuil.
act. præiud. crim. & ex alijs iuribus, allega-
tis per Natt. conſ. 138. magnifici. num. 1. &
Crauet. dicto conſ. 280. num. 1. & dixi cap.
ſeq. quęſt. 17. limit. 47. memb. 2. ſub nu.
2. verſ. ſecundo quando.
11 Secunda ratio eſt, quia, neglecta cogni-
tione cauſæ pręiudicialis, peruertitur ordo
naturalis, & quaſi ponitur currus ante bo-
ues, & proinde eluſorium poteſt reddi iudi-
cium, vt aliquando contingit his, qui alta
deliberant infra annum erigere palatia, & in-
fra menſem, vix cœpto ædificio, diem clau-
dunt

dunt extremum, cum de morte nullam haberent cogitationem, quæ tamen omnibus huius ſæculi deſiderijs debet ſemper eſſe præiudicialis.

12 Tertia ratio eſt, quia, ſublato iſto ordine naturali cognoſcendi prius de cauſa præiudiciali, tria ſequerētur inconuenientia: primum, quia ferretur ſententia ſine neceſſaria cauſæ cognitione contra ea, quæ diximus ſupra gl. 13. num. 2. & ſeqq. & conſequenter de facili fieret iniuſtitia: ſecundum, quia vel reo tolleretur neceſſaria defenſio, vel actori amputaretur debita facultas probandi ius ſuum: tertium, quia iuſtitia, & iniuſtitia ſententię penderet à futura ſententia, poſtea ferēda ſuper cauſa præiudiciali, itavt tota illa prior cognitio, & vexatio redderetur ſuperflua, & daretur quidā circuitus inutilis.

13 Confirmantur, & bene hæ omnes rationes ex his, quæ ad oſtendendum, quod iudici, procedenti contra delinquentem, debet in primis, & ante omnia conſtare, delictum fuiſse commiſſum, ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 71. ſub num. 3. verſ. ſi vero delictum.

14 Amplia primo eandem regulam, vt non ſolum ſit nulla ſententia, iuxta prædicta, ſed ſit nullus etiam proceſſus, Crauet. conſ. 79. quondam. num. 7. verſ. tertio redditur. & ſecuti ſumus nos cap. ſeq. in locis citatis ſupra num. 9. verſ. firmo.

15 Declara hanc ampliationem, vt ſit vera, quando iudex procederet, & ferret etiam ſententiam, quia tunc tàm ſententia, quàm proceſſus poſſet eſſe nullus, & de ſententia lata, non cognita prius cauſa præiudiciali, locutus ſum ſupra num. 9.

16 Secus eſt quando iudex in cauſa, quę pręiudicium patitur, procederet vſque ad concluſionem in cauſa, ſed non ferret ſententiā, quia tunc proceſſus eſſet validus, vt ſcibunt Capic. deciſ. 25. in cauſa reuerendi prioris. ſub num. 1. & 2. & Clar. recep. ſent. lib. 5. §. fin. quęſt. 2. verſ. ſed quęro. in fine, & quòd cauſa criminalis faciat ſuperſedere ciuilem quoad illius expeditionē, & ſentētiā, nō autē quoad proceſsū, ſequitur, alijs citatis, Proſp. Farin. in qq. crim q. 100. cap. 2. num. 93.
17 limit. 5. † Sed proceſſum remanere validum ego intelligo eſſe verū, ſi iudex ferret poſtea ſententiam, ſecundum ſententiam, quę feciſſet rem iudicatam in cauſa pręiudiciali, ſeu dummodo ex proceſſu, & re iudicata cauſæ pręiudicialis, ille proceſſus non deſtrueretur, imò crederem, quòd etiam ſententia, quam iudex antea tuliſſet, deberet remanere firma, ſi eſſet talis, qualis fuiſſet ferenda poſt rem iudicatam cauſæ pręiudicialis, quia licet illa ſententia non iuſtificaretur ex actis pręcedentibus, & ideo eſſet nulla, tanquam data ſine neceſſaria cauſæ cognitione, iuxta ea, quę dixi ſupra num. 10. & 12. tamen non eſſet reuocanda, vt eadem ferretur, quia tenuta nulliter conceſſa, non eſt reuocāda, ſi notoriè conſtet, quòd eſſet denuo concedenda, vt dixi ſupra q. 13. num. 20. ſed ſi ſententia, quam tuliſſet antea, vel ferret poſtea, eſſet contra rem iudicatam cauſę præiudicialis; tunc & ſententia, & proceſſus poſſent dici nulli, & iniuſti; & ita procedit ampliatio.

18 Inſero, confirmando hanc regulam, ita ampliatam, quod ſi iudex, peruerſo iſto ordine, procederet, non cognita prius cauſa, ſeu articulo præiudiciali, iuſte appellaretur, Natt. dicto conſ. 138. num. 3. & in hoc concordare omnes ſcribit Crauet. dicto cōſ. 79. quondam. nu. 7. verſ. tertio redditur. in fine, & ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 47. mēb. 1. n. 98. & quòd ab inordinato proceſſu detur appellatio etiā in cauſis, in quibus alias non poſſet appellari, ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 7. nu. 113. & quod ſi poſt oppoſitam exceptionem iudex expreſſe, vel tacitè pronunciaret, eſſe procedendum ad vlteriora, detur appellatio, ſecutus ſum ead. q. 17. limit. 47. memb. 1. nu. 95. & ſeqq. etiam ſi iudex reſeruaret exceptiones in fine litis, vt latius dixi infra ſub num. 89.

19 Amplia ſecundo, vt hæc regula procedat ſiue cauſa præiudicialis ſit introducta coram eodem iudice per viam exceptionis, ſiue coram alio per viam actionis, ſeu accuſationis, quia ſemper militant rationes, ſupra deductæ.

20 Amplia tertio, vt procedat ſiue cauſa ciuilis ſit præiudicialis cauſæ criminali, ſiue è conuerſo, ſiue cauſa criminalis ſit præiudicialis alteri cauſæ criminali, ſiue cauſa ciuilis ſit pręiudicialis alteri cauſæ ciuili, Crauet. conſ. 280. inquietabantur. ſub num. 2. verſ. ex quibus, & verſ. ſeq. Addit. ad Clar. recep. ſent. lib. 5. q. 1. & Proſp. Farin. in qq. crim. q. 100. cap. 2. ſub num. 60. quia militant eædem rationes, & quòd ſicut cauſa criminalis poteſt eſſe præiudicialis cauſæ ciuili, ita etiam ciuilis poſſit eſſe pręiudicialis criminali, latè proſequitur Proſp. Farinac. dicto cap. 2. num. 60. & 61. & dixi infra

Digitized by Google

ſta ſub num. 50. verſ. primus. & quomodo inter ſingulas iſtas cauſas poſſit ſtare præiudicialitas, vt vna ſit præiudicialis alteri, patebit in ſeqq. illationibus.

21 Amplia quarto, vt fortius procedat quando quæſtio ſpiritualis incideret in cauſa ciuili, quia tunc deciſio quæſtionis ſpiritualis remittitur ad iudicē eccleſiaſticum, & interim ſuſpenditur, ac ceſſat iudicium ciuile, qua quæſtione ſpirituali, vti præiudiciali coram ſuo iudice diſcuſſa, faciendum venit quod iuris erit in cauſa ciuili, & ita ſeruatum eſſe in Camera, teſtatur, & ſequitur Myſin. in ſuis obſeru. cent. 1. obſeru. 100. quę eſt vltima, & ſcripſi ſupra gl. 3. quęſt. 2. num. 44. & quod Curia eccleſiaſtica, quando in ea vertitur cauſa ſpiritualis, puta nullitatis matrimonij, inhibeat, ſeu aliter ſignificet iudici ſeculari, ne procedat in cauſa ciuili, ſeu principali petitionis hæreditatis, vel ſimilis, & quod proceſſus iudicis ſecularis ſit nullus etiam ſine inhibitione; & quod iudex ſecularis non poſſit pręcipere iudici eccleſiaſtico, quòd infra certum terminum cauſam expediat, & quòd iudex ſecularis nō poſſit procedere in cauſa, quamuis remiſſus ad Curiam eccleſiaſticam non ſe præſentauerit coram iudice eccleſiaſtico infra terminum ei præfixum ad ſe pręſentandum, vide M. Ant. Genuen. in prax. archiepiſ. cap. 115. num. 1. & ſeqq.

22 Declara eandem regulam, ita ampliatam, vt procedat, quando cauſa eſt ita pręiudicialis, vt excludat alteram, ſeu, dato inter eas concurſu, tollat alterā, vt ſcribit Crauet. d. conſ. 280. n. 1. & conſ. 79. quondam. ſub n. 7. verſ. tertio redditur. & ideo vnius cognitio pendet à neceſſaria cognitione alterius, vt latius diximus ſupra num. 7. & num. 10. & ſeqq. imò ſententia lata ſuper cauſa pręiudiciali parit exceptionem rei iudicatę in alia, Iaſ. in §. præiudiciales actiones. ſub n. 1. Inſtit. de action. & dixi infra in pluribus locis, & pręſertim num. 32. & num. 50. verſ. ſubinfero.

23 Infero primo ex hac declaratione, oſtendendo caſus regulę, quod ſi à ſententia ſuper negotio principali extiterit appellatum, & appellatus dixerit de nullitate appellationis, & ſuper hac nullitate inſteterit prius procedi, & pronunciari, antequam procedatur in negotio principali, & iudex, non aliter cognita cauſa nullitatis appellationis, ſententiam tulerit in negotio principali; iſta ſententia erit nulla, quia nullitas appellationis erat cauſa, ſeu articulus pręiudicialis; ſiquidem, data nullitate appellationis, cauſa ſuper negotio principali non erat deuoluta, & ideo de ea non poterat cognoſcere, Paul. de Caſtr. conſ. 281. in cauſa iſta quinque. ſub num. 5. verſ. ſecundo quia. lib. 1. & alij, quos citat, & ſequitur Crauet. conſ. 103. viſis. num. 5. verſ. circa ſecundam.

24 Confirmatur hęc illatio, quia, delegata cauſa appellationis, ſi appellans velit coram delegato oſtendere ſententiæ nullitatem, de qua delegatus poteſt cognoſcere, prout ſtat incidenter, & acceſſoriè ad cauſam appellationis, vt dixi cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 3. ſub num. 11. & appellatus excipiat de deſertione appellationis, iudex, qui non poteſt cognoſcere de nullitate ſentētię, niſi vigore illius appellationis, qualis eſt iudex delegatus, vel metropolitanus, debet prius cognoſcere de deſertione appellationis, quàm de nullitate ſententię, quia ſi appellatio eſt deſerta, cauſa etiam nullitatis, quę erat incluſa incidenter in appellatione, remanet deſerta, & conſequenter expirat omnino iuriſdictio iudicis, per ea, quæ dixi cap. ſeq. q. 17. limit. 2. ſub num. 131. nec poterit de nullitate cognoſcere principaliter, quia habet limitatam iuriſdictionem, vt ſecurus ſum eod. cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 85. ſecus ſi cauſa appellationis non eſt deſerta, quia tunc poterit cognoſcere de nullitate; vnde articulus deſertionis, vti pręiudicialis, eſt prius cognoſcendus, Rot. deciſ. 29. alias 434. nota vtrum. num. 1. 2. 3. & 4. de ſent. & re iudic. in antiq.

25 Sed ſi iudex ad quem poterat cognoſcere de nullitate, etiam ſine appellatione, vt puta quia erat ordinarius ſuperior, qui poterat adiri etiam per viam ſimplicis quęrelę, vt dixi ead. concl. 6. num. 84. tunc ſi cauſa nullitatis eſt notoria, apparens ex actis, debet de ea prius cognoſci, & pronunciari, quia incipienda eſt cognitio ab illis, de quibus facilior eſt probatio: item, quia illa eſt pręiudicialis deſertioni; nam ſi ſententia eſt nulla, appellatio non fuit neceſſaria, & per conſequens non poteſt dici deſerta, vel non deſerta, quia non releuat: ſi autem nullitas requireret altiorē indaginem, tunc poſſet ſimul ſuper vtraque procedi, & pronunciari ſuper eo, quod prius poſſet determinari, & dato, quod prius pronunciaretur ſuper deſertione appellationis; tamen ſi poſtea apparebit

rebit nullitas ſententiæ, illa deſertio non habebit aliquem effectum, Rot. dicta deciſ. 29. ſub num. 4. & 5. licet alicubi legatur corruptè, & non ſe ita benè explicet.

26 Infero ſecundo, quòd ſi quis, tanquam hæres, agat petitione hęreditatis, & reus conuẽtus ei opponat, quòd prohibuit teſtari illum, de cuius hæreditate agit, & quòd propterea venit priuandus hæreditate, l. 1. ff. & C. ſi quis aliqu. teſt. prohib. Bar. in l. fin. n. 1. ff. eod. Pariſ. conſ. 67. querela. n. 1. & ſeqq. & nu. 33. lib. 3. & Peregr. tract. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 6. n. 12. debet prius cognoſci de iſta prohibitione teſtandi, ſilente interim petitione hæreditatis, quia ſi probetur prohibitio teſtandi, fruſtra tractatur de petitione hæreditatis, Crauet. conſ. 280. inquietantur. ſub n. 1.

27 Idem dico, ſi ei, agenti petitione hæreditatis, moueatur quæſtio libertatis, quia prius tractabitur cauſa libertatis, quia ſententia, lata ſuper libertate, parit præiudicium in cauſa hæreditatis, Crauet. vbi ſupra; imò quæſtio ſtatus eſt ſemper præiudicialis alijs cauſis, vt ſecutus ſum ſupra nu. 5.

28 Infero tertio, quòd ſi, pendente lite inter te, & me ſuper proprietate fundi, puta, quia ego pro tali fundo ago cõtra te rei vendicatione, & poſtea cumulo actionem confeſſoriam, & dico huic fundo, quem peto rei vendicatione, deberi ſeruitutem per alium tuum fundum; obſtabit huic meæ cumulationi pręiudicialitas cauſę rei vendicationis; nam hæc actio cõfeſſoria, per quam dico deberi ſeruitutem, ſupponit fundũ, pro quo ago rei vẽdicatione, eſſe meũ, & tamẽ hoc eſt, de quo contenditur, vnde in actione confeſſoria erit ſuperſedẽdum, quia ſi ego ſuccubuero in rei vendicatione, euaneſcet actio confeſſoria: ſi verò obtinuero, tunc erit videndũ de ſeruitute, l. 16. fundum. & ibi Bar. n. 5. verſ. hoc præmiſſo. ff. de excep. & pręſcrip. Socc. in cap. vlt. dilecti. ſub nu. 18. verſ. circa ſecundum. de libel. oblat. Iaſ. in §. præiudiciales actiones. nu. 2. Inſtit. de act. & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 20. num. 4. in fine, & num. 5. fol. 227.

29 Infero quarto, (& eſt ſimilis præcedenti) quòd ego non poſſum à te petere fundum, & condicere eodẽ iudicio fructus eiuſdem fundi, quia ſi ego peto fructus ratione dominij fundi, oportet prius cognoſcere, an ego ſim dominus fundi, quia ſi ferretur ſententia contra me, illa faceret præiudicium petitioni fructuum, & pareret in ea exceptionẽ rei iudicatæ, l. 18. fundi. & ibi Bar. ff. de excep. & præſcrip. Socc. in cap. vlt. dilecti. ſub nu. 18. verſ. circa ſecundum. de libel. oblat. Iaſ. in §. præiudiciales actiones. nu. 2. Inſtit. de act. & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 20. num. 3. fol. 227. ſicut etiam eadem ratione non poſſum petere ſortem, & petere etiã vſuras, Cyn. in l. 1. ſub num. 4. in 4. oppoſit. C. de iudic.

30 Ratio huius illationis eſt, quia Iuriſprudẽtia nõ videretur Iuriſprudẽtia, ſi permitteret, quòd iudex pronunciaret ſuper aliqua re, nõ deciſo prius articulo, à quo pendere debet pronũciatio ſuper illa re, vt in huius illationis caſu, in quo abſolutoria pro reo in proprietate, ſeu ſorte, parat exceptionem rei iudicatæ in fructibus, & vſuris, Cyn. dicta l. 1. ſub n. 4. C. de iudic. Paul. de Caſtr. in l. 3. edita. ſub nu. 12. ibi, duplici ratione. & Cagn. nu. 202. limit. 1. & cõmuniter omnes C. de eden. clarius Socc. in cap. vlt. dilecti. ſub n. 18. verſ. circa ſecundum. de libell. oblat. & communiter omnes in diuerſis locis.

31 Sed ſi ſuper fructibus, & vſuris procederetur ante terminatum negotiũ proprietatis, & ſortis, ſequeretur, quòd ſi actor prius obtineret in fructibus, & vſuris, quorũ cauſa eſt inferior, & minor, faceret reo hoc præiudiciũ in cauſa proprietatis, & ſortis, quod oriretur aliqua pręſumprio, quòd actor eſſet dominus, & eſſet creditor ſortis, & ſic cauſa minor faceret præiudicium maiori, & tãdem ſi poſtea ferretur abſolutoria pro reo in proprietate, ſeu ſorte, detegeretur iniquitas ſententiæ latæ ſuper fructibus, & vſuris; & ideo, ne inducatur hæc perplexitas, debet expectari, quòd finiatur prima ſuper proprietate, Paul. de Caſt. & Socc. in locis ſupra proxime citatis.

32 Subinfero ex hac tertia, & quarta illatione, quòd præiudicialitas, & cumulatio actionum ſubalternantur, & habẽt quandam promiſcuitatẽ, nã licet cumulatio quandoq; habeat præiudicialitatẽ, & quãdoq; nõ habeat, tamẽ omnis pręiudicialitas habet quãdã cumulationem, Cyn. in l. 3. edita. ſub n. 22. ibi, veritas eſt in contrarium. Paul. de Caſtr. ſub num. 11. ibi, ſunt autem duæ regulæ. & ſub num. 12. ibi, duplici ratione. Iaſ. ſub num. 29. verſ. regula eſt. & num. 30. & Cagn. num. 202. limit. 1. C. de eden. & Socc. in cap. vlt. dilecti. num. 18. verſ. circa ſecundum. de libel. oblat. Natt. conſ. 138. magnifici. nu. 2. & alij, quos citat, & ſequitur Proſp. Farin. in qq. crim. q. 100. cap. 3. num. 120. & communiter omnes in diuerſis locis, tractando materiam cumulationis, dicunt cumulationem ſecundæ actionis eſſe prohibitam, quando actiones ſunt tales, vt abſolutoria

ria,lata in prima, poſſet parere exceptionem
rei iudicatæ in ſecunda, idque comprobant
prędictis, tertia, & quarta illationibus, in
quibus agitur de cauſis præiudicialibus: vn-
de eſt aduertendum, materiam iſtarum illa-
tionum eſſe difficilem, conſiderata etiam ſo-
la materia cumulationis,quia, vt dicit Socc.
dicto cap. vlt. ſub num. 11. art. 29. eius ma-
teria eſt ſatis difficilis, & ſubtilis, & vt di-
cit Cagn. in l. 43. nemo ex his. §. quoties.
in fine, ff. de reg. iur. continet materiam
longam, & amplam, & quia eſt difficilis,id-
circo de ea vltra Cyn. Paul. de Caſtr. Iaſ. &
Socc. ſupra citatos latè ſcripſerunt Bal. in
ead. l. edita. num. 74. & ſeqq. verſ. nunc
ad materiam. vbi, agendo de cumulatione
voluntaria, ponit 15. quæſtiones, & poſtea
ſub num. 94. ſcribit de cumulatione,quam
vocat neceſſariam, & Cagn. ibidem, num.
189. & ſeqq.& alij communiter.

33 Declara nunc has tertiam, & quartam il-
lationes, vt non procedant indiſtinctè, quia
nos videmus, quòd actio hypothecaria eſt
acceſſoria actioni perſonali,ſiquidem,ſubla-
ta actione perſonali,nō remanet hypotheca-
ria,& tamen vtraque poteſt cumulari in eo-
dem libello: videmus etiam in eodem libello
peti rem vna cum fructibus, qui ſunt acceſ-
ſorij,& ita ſeruat praxis generalis;prout hęc
omnia, obijciendo contra iſtas illationes,
ſcribunt Doct. infra citati; videmus etiam
quòd accuſator in eodem libello petit, con-
demnari furem ad pœnam,& ad reſtitutionē
rei,vt ſcripſi infra num. 51. verſ. tempera.
vnde Doct. varias in iſtis cumulationibus
formant diſtinctiones: Prima quarum eſt in
cumulatione actionis perſonalis,& hypothe-
cariæ, de qua vide relata per Socc. in dicto
cap. vlt. ſub num.19. per totum verſ. ſecun-
do infertur.de libel. oblat.& Cagn.in dicta l.
edita.nu.261. in ſecunda concluſ. num.262.
34 & 263.† Secunda eſt tàm in cumulatione
actionis perſonalis, & hypothecariæ,quàm
in cumulatione rei cum fructibus,in qua cu-
mulatione Paul de Caſtr. in dicta l.edita.ſub
num. 12. & 13. ſequendo, & limitando ſo-
lutionem Dyni, conſiderat tres caſus. Pri-
mus eſt, quando quis in diuerſis libellis eo-
dem tempore productis, cumulat rem prin-
cipalem,& acceſſoria;& iſto caſu dicit,quòd
non poteſt, etiam ſi cumularet conditionali-
ter, quia libellus quoad acceſſoria pendet
35 in totum à futuro.†Secundus caſus eſt,quan.
do in eodē libello cumulat rem principalē,&
acceſſoria purè,& æquè principaliter; & tunc
36 ſimiliter nō poteſt.† Tertius caſus eſt,quādo
in eodem libello cumulat ſub cōditione,hoc
modo;peto rem principaliter,& ſi, & quate-
nus apparebit, me habere ius in principali,
peto fructus,vel peto damna, & intereſſe; &
tunc,inquit,admittitur cumulatio; hæc ſunt
quę cōfuſe dicit Paul. de Caſtr. exiſtimās hāc
eſſe veritatē, & ab eo in effectu non videtur
diſceſſiſſe Socc.in dicto cap. vlt. ſub num. 19.
37 vbi late de materia.† Alia doctrina in hac cu
mulatione rei cū fructibus eſt, vt iſta acceſ-
ſoria, ſi debeantur per ſolemnem ſtipulatio-
nem, non poſſint ab initio cumulari cum re
principali,neque ex poſt facto, ſed ſit expe-
ctādus finis ſuper re principali,& poſtea peti
debeant acceſſoria de per ſe inter actionis,ni-
ſi peterentur conditionaliter,quia tunc ſem-
38 per admittitur cumulatio, † ſed ſi acceſſoria
debentur ſolum officio iudicis mercenario;
tūc ne dum poteſt fieri cumulatio, ſed debet
fieri neceſſario,& ſic actor debet in eodem
libello petere rem cum fructibus,& ſortem
cum vſuris,ſeu damnis,& intereſſe,quia, niſi
eſſent petita,officium iudicis, lata ſententia,
expiraret,& ideo amplius peti non poſſent
39 de per ſe: † ſimiliter poteſt indiſtinctè fieri
cumulatio,quando actor eſt dubius propter
factum aduerſarij,& totā hanc aliam doctri-
nam tradit Iaſ. in dicta l.edita.nu.31. & 32.

40 Quicquid dici poſſit diſputando, ego vi-
deo,quod omnes conueniunt, valere cumu-
lationem acceſſorij ſub conditione,prout te-
nuit etiā Cyn. in l.1. n.4.in 4.oppoſit. C. de
41 iudic.& ita practicatur vbique,†ſed ſi cumu-
latio nō fieret ſub conditione, eſſet locus di-
ſputationi,in qua tamen crederem,quod ad-
huc cumulatio admitteretur,quia iudex ipſe
eam reſolueret ſub conditione, & ideo cre-
derem, quòd hæc nullitas non attenderetur,
quia ita video ſeruari in praxi.

Infero quinto, quòd ſi tu cœpiſti agere confeſſoria contra me,aſſerendo,meum fundum debere ſeruitutem viæ ad fundum tuū, & ego poſtea āgo rei vendicatione contra te, aſſerendo, quòd fundus,cui,vt tuo,dicis ſeruitutem deberi,eſt meus: erit ſuperſedendum in primo iudicio actionis confeſſorię,& procedendum erit in ſecundo rei vēdicationis, quia hoc ſecundum eſt præiudiciale primo,ſiquidem ſententia, quæ ferretur ad mei fauorem in iudicio rei vendicationis,pareret exceptionem rei iudicatæ contra actionē cōfeſſoriam,à te prius intentatam,Bar.in l. 16. fundū.ſub.n.5.verſ.hoc pręmiſſo.ibi,nunc ad propoſitū.ff. de excep.& præſcript. Paul. de Caſtr.

Caſtr. in l. 3. edita. ſub n. 12. ibi, ſed ſi primo eſſet in iudicium deducta cauſa acceſſoria. C. de eden. Iaſ. in dicto §. præiudiciales actio. nes. ſub n. 2. ibi, & propterea dicebat.

42 Infero ſexto, quòd ſi accuſanti aliquem, tanquam plagiarium, nempe, quòd ſubtraxerit, ſeu corruperit ſeruum ipſius accuſantis, reus accuſatus dixerit, ſeruum eſſe ipſius accuſati, prius cognoſcendũ erit de dominio ipſius ſerui, quã de crimine plagij, quia cauſa dominij eſt præiudicialis ad cauſam criminis plagij, l. præſes. C. ad l. flau. de plag. Crauet. conſ. 280. inquietantur. num. 1. in fine, & num. 2. & Natt. conſ. 238. magnifici. nu. 3. & ſcripſi ſupra gloſ. 3. quæſt. 2. ſub nu. 43.

43 Infero ſeptimo (& eſt ſimilis huic) quòd ſi conuenio aliquem actione furti, & ille obijciat, rem non eſſe meam, prius quærendũ erit de exceptione, quàm de actione, Natt. vbi ſupra.

44 Infero octauo, quòd ſi accuſatus de poſſeſſione turbata, & violentia illata dicat, ſe non turbaſſe, nec vim intuliſſe, ex quò non accuſator, ſed ipſe accuſatus eſt verus poſſeſſor rei, de qua agitur, tunc erit pronunciandum potius ſuper poſſeſſione, quàm ſuper crimine turbatæ poſſeſſionis, & violentię, & ſic cauſa ciuilis, vti præiudicialis, faciet ſuperſederi in cauſa criminali, l. 1. C. de appell. ibi, *prius de poſſeſſione*, &c. Crauet. conſ. 280. inquietantur. ſub num. 3. verſ. ex quibus fundamentis. & Proſp. Farin. in qq. crim. q. 100. cap. 2. num. 62. & 63. vbi propterea improbat abuſum notariorum Tribunalis A. C. † imò Mediolani extat decretum, ne procedatur criminaliter, quando res habet originem à contractu, vel ſapit naturam contractus, quia cum aliquid aufertur in executionem alicuius contractus, non videtur fieri animo furandi, ſeu rapiendi, vel ſi incidatur nemus, non videtur id fieri animo turbandi, ſed ſuo iure vtendi, vt late explicat Boſſ. tract. crim. tit. de decreto Mediolani, &c. num. 1. & ſeqq. & quia poſſeſſio ſola ſapit naturam contractus, ideo quando accuſatus de vi turbatiua prętendit, ſe poſſidere, non proceditur criminaliter, Boſſ. tit. de plurib. violent. num. 45. & 46.

45

46 Infero nono, quòd, pendente cauſa ciuili in Rota an inſtrumentum ſit vſurarium, ſuperſederi debet in cauſa criminali, donec ciuiliter cognoſcatur in Rota, an inſtrumentum ſit vſurarium, quia cauſa criminalis ſuper vſura inſtrumenti pendet à reſolutione cauſæ ciuilis ſuper petita executione inſtrumenti, impugnati per viam exceptionis de vſuraria prauitate, nam ſi Rota reſoluit, inſtrumentum eſſe exequendum, erit ſublata omnis prętenſio vſuræ, & ſententia, lata in cauſa ciuili, pariet exceptionem rei iudicatę in cauſa criminali, vt ſecutus ſũ in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 59. & ſeqq.

47 Confirmatur hęc illatio, quia, pendente cauſa ciuili ſuper actione in factum, quę oritur aduerſus eum, qui bis idem exegit, non poteſt intentari actio criminalis ex ſtellionatu, quia illa ciuilis eſt præiudicialis criminali, reſoluto enim ciuiliter, quòd bis idem non fuerit exactum, non poteſt agi criminaliter ex ſtellionatu, per ea, quę, ita firmando, late decidit Rot. coram R. p. d. Coccino, quam deciſionem citaui etiam ſupra gl. 7. quęſt. 4. ſpec. 3. ſub num. 106.

48 Non obſtat huic illationi, eiuſque confirmationi, quòd ſi cauſę criminalis reſolutio deberet pendere ex qualitate ſententię ferendæ in cauſa ciuili, partes in ea cauſa poſſent colludere, vt eluderent Fiſcum, & iudicium criminale.

Quia reſpon. quòd lex non ſuſpicatur de hac colluſione; & quando probaretur, tunc ſententia, lata in cauſa ciuili, nullum faceret pręiudicium cauſæ criminali, per ea, quæ dixi q. præced. num. 25. ſicut hęc eadem colluſio non pręſumitur in cauſa criminali, quę ſit præiudicialis cauſę ciuili.

49 Subinfero primo ex his 6. 7. 8. & nona illationibus, quòd in earum caſibus actio ciuilis pręiudicat actioni criminali, & ita procedit l. vnica, C. quan. ciuil. act. pręiud. crim. & ampliatio 3. poſita ſupra num. 20.

50 Subinfero ſecundo, diſtinguendos eſſe duos caſus ad intelligentiam pręiudicialitatis, & cumulationis inter cauſã ciuilẽ, & criminalẽ.

Primus caſus eſt, quãdo hę cauſę ſe ita cõtingunt, vt vna dependeat ab altera, & propterea ſententia, lata in vna, pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, iuxta ea, quę, loquendo inter cauſam ciuilem, & ciuilem, generaliter ſcripſi ſupra ſub nu. 6. 22. 29. 30. 46. & ſub nu. 32. & iſto caſu concludo, quòd actio ciuilis, & actio criminalis ad hunc effectum ſunt æquales, & ideo dico, quòd ſi à cauſa ciuili pendeat reſolutio cauſę criminalis, cauſa ciuilis præiudicabit criminali, vt in præcedentibus illationibus, & è conuerſo, ſi à cauſa criminali pendeat reſolutio cauſæ ciuilis, cauſa criminalis pręiudicabit cauſæ ciuili, vt in ſeq. 10. illat. ſub num. 88. hancque concluſionẽ iã poſuimus ſupra n. 20. ampl. 3.

Declara hãc concluſionẽ,vt ſi cauſa ciuilis, & cauſa criminalis habeant æqualem inter ſe præiudicialitatem,vt in iſto primo caſu,tunc illa cauſa, quæ fuit prius intẽtata,præiudicet alteri,vt ſecurus ſum ſupra gl.7.q.4. ſpec. 3. ſub num.106. & ita procedit nona illatio,de qua ſupra,num.46.& ampliatio tertia , de qua ſupra num. 20. & proinde eſt inter eas locus præuentioni.

51 Tempera eandem concluſionem , dum dicimus , quòd cauſa criminalis præiudicabit ciuili , quando ciuilis pendet ab ea , vt non procedat , quando cauſa ciuilis ſtaret acceſſoriè ad cauſam criminalem , quia tunc quamuis cauſa criminalis ſit præiudicialis, & pariat exceptionem rei iudicatæ in cauſa ciuili , tamen poteſt cumulari in eodem libello accuſatorio , & ideo in accuſatione de damno dato , vel de robbaria facta, poſſum dicere: peto, eum puniri, & condemnari , & rem mihi reſtitui , ſeu damnum emandari , & talis libellus procedit , nec videor intentare ciuilem, & criminalem in eodem libello,ſed videor intentare criminalem tantum , & incidenter implorare officium iudicis , vt incidenter faciat, rem mihi reſtitui , ſeu damnum emendari , Bar. in l.58.interdum . §. qui furem. num.5.ff. de fur. & in l.1.§.hoc edicto.ſub num.2.ff.de vi bun.rapt. quem in effectu ſequunrur Socc. in cap. vlt. dilecti . ſub num. 23. verſ. quinta regula. de libel.oblat. Aret. in cap. 24. qualiter . §. ad corrigendos . ſub num. 8. & 9.Felyn.in cap. 19. cum oportcat. verſus finem, ſub num. 8. verſ. vlterius tangit.de accuſat. Dec. in l. 3. edita. num.66. verſ. & retenra. & Cagn.ſub num.231.verſ.limitatur prædicta.C.de eden. Rol. à Vall. conſ. 30. viſo proceſſu. num. 2. & 3. lib. 2. Crauet. conſ. 14. procurator. ſub num.1.verſ.ſecundo admitti.& alij,quos allegãt,& ſequuntur Clar. ſenten.recept.lib. 5. §. fin.q.2.verſ. & hæc quidem.Surd. conſ. 266. dubitatione. ſub num. 3.lib.2.& Proſp. Farin. in qq. crim. q. 100. cap.3. num.152. limit.7. & hanc eſſe communem opin. ſcribunt Aret. Cagn. Clar. & Farin. in locis ſupra prox. citatis , & quòd ira practicetur, & obſeruet cõſuetudo, refert,& ſequitur Clar. vbi ſupra , & nos videmus paſſim ſine controuerſia : & quòd fur in eadem ſententia mittatur ad furcas , & condemnetur ad reſtitutionem ablatorum, ſcribunt Bal. in l. 1. num. 2. verſ. extra oppono . C. de appell. Felyn. in dicto cap. cum oportear . ſub num. 8. verſus finem , de accuſ. & Rol. à Vall. dicto conſ. 30. ſub num.4.

Et quòd iudex cauſarum criminaliũ poſſit cognoſcere incidenter,& cõſecutiue,& quomodo de cauſa ciuili, ſcripſi ſupra lib.1.cap. 14.ſub n.4. præſertim in alia futura impreſſione, & adde quæ ſcripſi ſupra , gl.7.quæſt. 4. ſpec. 3. num. 79. & ſeqq. & num.83. & ſeqq.

52 Secus tamen eſt , quando reſtitutio rei, & emendatio damni peteretur principaliter, ſeu æquè principaliter actione ciuili cum actione criminali , quia tunc non poteſt,Bar. in dicto §. hoc edicto.num.2.Socc.dicto nu. 23. & Aret. in dicto §. ad corrigendos . ſub num.8. & ita communiter omnes, quia tunc ſtat firma ratio præiudicialitatis , & additur ratio maioritatis cauſæ criminalis , quæ maioritas impedit cumulationem , Surd. dicto conſ. 266.ſub num.3. & dixi infra nu.71. in ſecundo caſu .

53 Extende primo primam partem huius tẽperamenti,dum dicimus , quòd iudex poteſt condemnare incidenter etiam ad intereſſe ciuile, vt ſit vera non ſolum quando iudex procedit ad inſtantiam partis , ſed etiam quando procedit per inquiſitionẽ, vt ex Bal. in l.1.ſub num.7. verſ.quæſtio ergo. C. de iudic.& alijs inlocis,& ex Ang.in l.ſi vacantia . C. de bon. vacan. lib. 10. refert, & non impugnat Aret. in cap. 24. qualiter. §. ad corrigendos. num. 9. in fine, & ſub num.11. de accuſat. & quod iudex poſſit ex eiſdem actis ſine inſtantia partis condemnare reum ad intereſſe ciuile partis, imò iudex non debeat nocentem relaxare quoad fiſcum , niſi ſatisfecerit parti priuatæ, ſcribit Crauet. dicto conſ. 14. num. 5. in vltimis verbis , & num. 6. quem citat, & ſequitur Surd.dicto conſ. 266. ſub num. 4. & ratio ſecundum Bal. vbi ſupra eſt, quia iudex inquirens repræſentat Remp. & etiam partem offenſam , & ideo proceſſus factus à iudice ex officio prodeſt parti,præſertim quando in proceſſu eſt confeſſio inquiſiti, quia cõfeſſio facit notorium,& in notorijs non requiritur ordo iuris, per ea, quę late ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap.76. ſub n.8. verſ.ſi in tertio. & n.9.præ-

54 ſertim in verſ. ſi in ſecunda.† & quòd iudex ratione notorij poſſit procedere , & ſententiare etiam in cauſis ciuilibus ſuper emergentibus , quamuis deficiat inſtantia partis, ideoq. poſſit condemnare ad expenſas,& ad emendationem damni, & in attentatis , ſcribit Ant. de Butr. tract. de notor. artic. 4. ſub num. 5. & ſeqq. fol. 53. tom. 4. inter

tract.

55 tract.diuerſ. † & quod iudex poſſit procedere ex officio in his, quę notoriè liquent ex actis, etiam parte non petente, ſcribit Maran.in ſuo ſpec.par.6.nu.134.caſ.5. fol.281. & latius de hoc dixi ſupra lib.1. cap.68. nu.
56 7. in alia futura impreſſione.† & quòd latro, qui confitetur ſuper inquiſitione, poſſit ex eadē confeſſione damnari ad intereſſe partis ſine alio proceſſu, quia vbicunque permittitur inquiſitio, tunc inquirens repræſentat partem, ſcribunt Bal. in l.2.is apud.num. 25. verſ. vnum quæro.C.de eden.Caſ. de Graſ. deciſ. ſeu diſcurſ.3.prima. num.10. de ſolut. & Alex.Sciat. in prax. iudic. cap.19. nu.79.

57 Non obſtat primo, quòd Bar.in l.2.ex lege.§. ſi publico.num.16. verſ. vlterius quęro cum in inquiſitione. ff. ad l. iul. de adult. quem ſequitur Natt.conſ.138.magnifici.ſub num.14.ibi, & ſi dicatur.& ſub num.15.ſcribat, quod & ſi iudex in inquiſitione aſſumat partes accuſatoris, non tamen poteſt eas aſſumere, prout accuſator proſequeretur ſuam, vel ſuorum iniuriam, ſubdens, hoc ſcire eſſe magni effectus propter multa, ad quæ admittuntur illi, qui proſequuntur ſuam vel ſuorum iniuriam, & non alij.

58 Quia reſpondeo diſtinguendo: aut quæritur, an iudex poſſit procedere ex officio in delictis, quorum accuſatio non eſt publica, ſed eſt ſolum permiſſa aliquibus; & tunc dico, quod iudex non poteſt, quia licet diffamatio obliget iudicem ad inquirendum, & illa inquiſitio habeat vicem accuſationis, vt explicaui ſupra lib. 1. cap. 2. num. 8. & ſub num.10. & ſeq. & cap.68.num.8.& cap. 84. num.11.& ſub nu. 21. tamen eum non obligat, nec vicē habet accuſationis in delictis, in quibus prohibitum eſt procedere ex officio per inquiſitionem, quia, ceſſante, imò prohibito fine, ceſſat, quod eſt inductum propter illum finem; ſeu dic aliter, quia in delictis, in quibus accuſatio non eſt permiſſa cuilibet, ſed aliquibus tantum, diffamatio, ſeu inquiſitio, ex ea formata, licet poſſit ſuſtinere vicem accuſationis, idest, accuſatoris, tamen non ſuſtinet vicem accuſatoris legitimi, ideſt accuſatoris, qui admittitur ad accuſandum, ſed vicem accuſatoris, qui non admittitur, vt cōſideraui dicto cap. 84. ſub num. 34. verſ. dixi. vnde licet in crimine adulterij præcederet publica diffamatio, tamē quia huius delicti accuſatio nō eſt permiſſa alteri perſonæ, quàm marito, iudex non poteſt procedere ex officio per inquiſitionem, per ea, quæ ſcripſi eod.num.34. & ita procedit, quod ſcribit Bar. in dicto §. ſi publico. non enim iſto caſu poteſt iudex
59 aſſumere partes accuſatoris: † aut quæritur an ſi iudex proceſſerit, & inquiſitus confeſſus ſit, poſſit illum condemnare, & dico, quod ſic, quia illa confeſſio facit notorium, & in notorijs iudex poteſt procedere ex officio, etiam ſi ſit delictum, in quo alias, ſublata notorietate, procedere non poſſet ſine accuſatore, vt cōtra imperitiam Fiſci notauit in conſultio Boſs. quem retuli eod. lib. 1. cap. 76.num.9. verſus finem, ibi, ſi in ſecunda.& imputet ſibi inquiſitus, qui poterat opponere contra proceſſum, & non oppoſuit, & ideo conſentijt illi proceſſum, imo, confidendo, fecit etiam illud delictum, & delinquentem
60 notorium; † dico tamen quòd ſi iudex in crimine adulterij, vel alio ſimili, procederet ſine accuſatione, ſeu querela illius, cui ſoli permiſſum eſſet accuſare, ſeu querelam exponere, grauiter erraret, quamuis inquiſitus fateretur illud crimen; & ego, ſi eſſem Princeps, ſtatim illum iudicem cum graui reprehenſione remouerem ab officio, ita vt aliud à me non ſperaret, quia licet non fecerit iniuriam inquiſito, ex quò ipſe conſentijt, & voluit, & volēti nō fit iniuria, tamē magnam fecit iniuriam illi, ſine cuius accuſatione non poterat procedi, quia non licet volentibus temere fedare connubia, &c.l.30.
61 quamuis. C.ad l.iul. de adult.† redeundo ad caſum noſtrum, concludo, quòd iudex cauſarum criminalium, qui proceſſit per inquiſitionem in delicto, in quo poterat procedere ex officio, poteſt indiſtinctè in eadem ſententia condemnare etiam ad intereſſe ciuile partis, vt dixi ſupra in extenſione, quia inquiſitio ſuccedit loco accuſationis: ſi verò proceſſit in delicto, in quo non poterat procedere ex officio, dico, quòd eatenus poteſt illum condemnare etiam ad intereſſe partis, quatenus delictum ſit notorium.

Subextende eandem extenſionem poſitam ſupra num.53. vt procedat non ſolum quando iudex habet iuriſdictionem tam in cauſis criminalibus, quam in ciuilibus, ſed etiam quando habet ſolum iuriſdictionem in cauſis criminalibus, quia adhuc poterit acceſſorie condemnare ad intereſſe ciuile, Surd. conſ. 266. dubitatione. num. 3. in fine. lib. 2.

62 Non obſtat ſecundo, ſi dicatur, quòd iudex non debet poſſe condemnare ad inte-

reſſe, ſaltem quando pars, habens notitiam de proceſſu contra inquiſitum, non facit inſtantiam, illum condemnari ad ſuum intereſſe.

Quia reſpondeo, quòd cum delictum ſit notorium, debet adhuc illum condemnare; quia illa condemnatio facit iuſtitiam, & non adimit parti liberalitatem, qua forſan vult vti verſus inquiſitum, dum non petijt ſuum intereſſe.

Extende ſecundo ſecundam partem temperamenti, poſitam ſupra num. 52. dum diximus, quòd intereſſe ciuile non poteſt cumulari principaliter cum intereſſe criminale, vt procedat etiam ſi cumulatio fieret coram iudice, qui eſſet iudex tàm cauſarum criminalium, quàm cauſarum ciuilium, quia vna præiudicabit alteri, vt dixi ſupra ſub num. 50.

63 Extende tertio, vt procedat non ſolum quoad illud intereſſe, quod reſpicit reſarcitionem rei amiſſę, vel damni dati, vt cum accuſans furem, petit, eum puniri, & etiã condemnari ad reſtitutionem rei, vt dicebamus ſupra num. 51. ſed procedat etiam quoad intereſſe, quod reſpicit lucrum, vt puta, quia petit, eum puniri, & condemnari etiam ad ſolutionem pœnæ, applicandę ipſi accuſatori, quia iudex cauſarum criminalium poterit incidenter condemmnare etiam ad hanc pœnam, applicandam parti, vt ſequitur, & comprobat Aret. in cap. 24. qualiter. §. ad corrigendos. ſub num. 10. & 11. de accuſat.

Quamuis Cagn. in l. 3. edita. ſub nu. 231. verſ. limitatur prædicta. C. de eden. & num. 232. poſt Corn. quem citat, exiſtimet, iſtam extenſionem non eſſe veram, dicens, quòd iudex cauſarum criminaliũ poteſt cõdemnare incidenter ad reſarcitionem rei amiſſę, vel damni dati, ſed non ad pœnam applicandam parti, quia iura magis fauent tractanti de damno, quàm de lucro, & quod ideo vbi non tractatur de damno euitando, remanebit firma regula prohibitiua cumulationis, & quòd ſi diceremus generaliter, iudicem cauſarum criminalium non poſſe procedere ſuper cauſa criminali, & ciuili ſimul inculcatis; ſed poſſe incidenter, deſtrueretur regula, quòd cauſa ciuilis, deſcendens ex maleficio, non inculcatur cum cauſa criminali: ad quid enim, inquit, vellet quis principaliter ciuilem intentare, ſi per officium iudicis, incidenter imploratum, idem, quod per principalem obtineret, & ſic lex eſſet potius impoſita verbis, quàm rebus.

64 Reſtringe primo declarando idem temperamentum, poſitum ſupra num. 51. dum diximus, quod iudex criminalis poteſt in eadem ſententia condemnare reum in pœnam criminalem, & etiam ad intereſſe ciuile, vt procedat quando de delicto conſtat ex propria confeſſione ipſius rei; ſecus quando de delicto cõſtat ex ſola cõtumacia rei, & ſic ex ficta confeſſione: quia iſto caſu poteſt illum condemnare ad pœnam, ſed non ad intereſſe, & damna, Bal. in l. qui crimen. num. 28. verſ. item in criminali. C. qui accuſ. non poſs. Rol. à Val. conſ. 30. viſo proceſſu. ſub num. 18. & 19. lib. 2. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. 2. verſ. & hæc quidem. & Farin. in qq. crim. lib. 1. q. 1. limit. 2. num. 66. qui alios citat, & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 126. verſ. ſexto quia. in alia futura impreſs. & faciunt alia, quæ ſub eod. num. 126. adduxi ad oſtendendam differentiam inter confeſſionem veram, & confeſſionem fictam.

65 Subreſtringe (ſi placet) hanc reſtrictionem, vt non procedat, quando ab eadem lege, ſeu ſtatuto imponitur pœna criminalis, & reſtitutio rerum, ſeu refectio damnorum, &c. quia tunc contumax, & ideo fictè confeſſus, ſicut condemnatur ad pœnam illius legis, ſeu ſtatuti; ita etiam condemnatur ad intereſſe, & damna, de quibus loquitur eadem lex, ſeu ſtatutum, quia eadem diſpoſitio non debet diuerſo iure cenſeri, Clar. dicta q. 2. verſ. & hęc quidem. verſus finem, quem citat, & ſequitur Proſp. Farin. dicta q. 1. num. 66. in fine.

66 Reſtringe ſecundo, vt multò minus procedat, quando iudex cauſarum criminalium, ex indicijs condemnat ad aliquam pœnam arbitrariam extraordinariam pro furto, vel pro vulnere, aut ſimilibus, quia tunc non poteſt condemnare ad reſtitutionem rerum, ſeu ad ſoluenda medicamenta vulneris, quia ſolum quoad pœnam eſt permiſſum iudici, vt arbitretur ex indicijs, & ita vidi practicari; & ratio eſt, quia ſi quãdoque toleratur, quod reus poſſit condemnari ad aliquam pœnam arbitrariam ex indicijs, eſt tolerantia priuilegiata, & contra regulas iuris communis; igitur hæc tolerantia non debet trahi in cõſequentiam, vt poſſit etiam ex ijſdem indicijs condẽnari ciuiliter ad intereſſe, & damna partis, ad tradita per Anchar. conſ. 308. probata. ſub nu. 2. verſ. ſecunda ratio. Corn.

conſ.

conſ.300. in hac conſultatione.nu.3. verſus finem, lib. 3. & Auguſt. ad Ang. tract.de malef. in verbo, qui dominus iudex videns &c. ſub num.38.quos ſequitur Bertaz. conſ. crim. 17.licet contra. num. 10.& 11. dum ſcribſit, quòd licet mulier inquiſita de adulterio,& contumax habeatur pro confeſſa, & ideo poſſit condemnari in pœnam adulterij, tamen non poteſt condemnari ad amiſſionẽ dotis ad fauorem mariti,ad quam poſſet condemnari, ſi adulterium eſſet vere probatum, quia licet illa ficta confeſſio operetur quoad pœnam applicandam fiſco, non tamen operatur quoad pœnam ciuilem, applicandam parti, prout etiam dixi ſupra num. 64.

67 Contra hanc, & præcedentem reſtrictionem vrget multum text.in cap. 2. afferte.de præſumpt. vbi apparet totum oppoſitum,videlicet, quòd quis poteſt condemnari ex præſumptionibus ad intereſſe partis, ſed non ad pœnam.

68 Extende hanc reſtrictionem, vt ſeruetur etiam, cum vulnerans, ſeu aliter offendens, quia fuit prouocatus, condemnatur in pœnam mitiorem, quia tunc non poteſt aliquo modo condemnari ad intereſſe, damna, expenſas, & medicamenta, nam cum prouocans fuerit cauſa damni, & qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, debet excuſari, Crauet.conſ.119.quæritur.nu.11. verſ. præſuppoſito. ſufficit enim, admixtam eſſe culpam vnius, vt vnus ſolus ſentiat damnum,Socc. conſ. 156. pro fundamento. verſus finem, ſub num. 21. verſ. poſtremo.

69 Contra hanc extenſionem vide Gomez. var. reſolut. tom.3. cap.3.de homicid. num. 38. verſus finem, vbi ait, quòd licet hoc caſu non teneatur in totum, tamen tenetur in aliquo propter exceſſum arbitrio iudicis.

70 Subreſtringe eandem ſecundam reſtrictionem, vt non procedat, quando mitior pœna imponitur propter beneficium ætatis, vel ob aliã ſimilem cauſam, quæ non reſpiciat probationem delicti, aut culpam offenſi, quia tunc condemnatur ad intereſſe, & ad totum intereſſe, & damnum, etiam ſi eſſet duplex ex forma ſtatuti.

Multa hucuſque diximus in iſto primo caſu, & aliqua incidenter dicemus in ſeq. de articulo, ſeu cauſa præiudiciali, prout retardat cauſam principalem, ſupereſſet, vt examinaremus,an is,qui eſt iudex competens in cauſa principali, & incompetens in articulo præiudiciali, poſſit nihilominus cognoſcere de articulo prçiudiciali,quæ examinatio habet multam difficultatem,& de ea ſcripſimus ſupra gl. 7. q. 4. ſpec.3.num.81. & ſeqq. & magis diſtinctè ſupra gl. 3. q.2. num.35.& ſeqq. & num. 41. & ſeqq. vide ibi.

71 Et hæc ſufficiant de primo caſu poſito ſupra num. 50. quia video, eius rota currente, ex amphora iam factum eſſe vrceum.

Secundus caſus eſt, quando cauſa criminalis, & cauſa ciuilis non ita ſe contingunt, & ideo non habent inter ſe dependentiam, vt in primo: & iſto caſu firmo concluſionem, quòd cauſa criminalis eſt prius terminanda, quia ipſa eſt maior cauſa ciuili, & per minorem cauſam maiori cognitioni præiudiciũ fieri non oportet,maior enim quæſtio minorem cauſam ad ſe trahit, l. 54.per minorem. ff.de iudic. Socc. in cap. vlt.dilecti.num.23. in quinta regula,de libel. oblat. Vant. tract. nullit.rubr. de null. ex def. proceſ. ſiue, &c. num.50. fol.415. tom.4. Put.deciſ.98. agebat.ſub num 3. & ſub num.7. lib. 1. Maran. ſuo ſpec. par.4.diſt.10. num. 5. verſ. tertio modo.fol. 227. & multi alij, quos citat, ſed non ſequitur Proſp.Farin.in qq.crim.q.100. cap. 2. num. 76. & ſcripſi ſupra gl.7. quæſt. 4.ſpec. 3. num.105.

72 Contra hanc concluſionem tenent alij, quos citat, & ſequitur Farin. dicto cap. 2. num.75. & 77. ſed ipſe ſe multum inuoluit, quia prius num. 59. firmat hanc eandem concluſionem,quòd cauſa criminalis, etiam intentata poſt ciuilem, faciat ſuperſedere ciuilem, tum ratione præiudicij, tum ratione maioritatis,per text.in l. fin. C.de ord.iudic. ibi, *quoniam ciuili.* & rurſus n. 75.prout eundem retuli infra num. 74. extenſ. 2. tenet, quòd pendentia cauſæ criminalis impediat accuſatorem, vt non poſſit mouere cauſam ciuilem quamuis ſeparatam.

73 Retenta, ſi placet concluſione.

Extende primo eam, vt procedat, quando vtraque actio, criminalis ſcilicet, & ciuilis intentaretur ab eodem, cõtra eundem, & ex eadem cauſa, quia ſufficit, quòd actor illud conſequi poſſit ex vna, Clar. recep. ſent. lib. 5. q. 2. initio, vltra quòd iſto caſu ſententia, lata in vna, poteſt parere exceptionem rei judicatæ in alia, & ideo non admittitur earum cumulatio, per ea, quæ dixi in præcedenti caſu, ſub num. 50. imò hçc extenſio eſt extra caſum,quia vna cauſa penderet ab altera, & nos loquimur in caſu

caſu, quo vna non pendeat ab altera.

74 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi accuſator poſt intentatum iudicium criminale, intentaret iudicium ciuile ex diuerſa cauſa, & penitus ſeparatum, ita, vt vnum nihil commune haberet cũ alio, quia eſſet valde iniquum, vt accuſator per aliam litem ciuilem occuparet accuſatum, & ſic impediret eum in ſuis defenſionibus faciendis, Clar. ead. q. 2. verſ. aut quæris. & alij, quos citat, & ſequitur Proſp. Farin. in qq. crim. q. 100. cap. 2, num. 73.

75 Contra iſtam extenſionem, quòd enim ſi intentaui contra te iudicium criminale, poſſim, eo pendente, agere etiam contra te ciuiliter ex alia cauſa ſeparata, puta ex mutuo, refert, & ſequitur Dec. in l. 3. edita. num. 67. limit. 2. C. de eden. ſed hæc contraria opinio videtur nimis rigoroſa, vide tamen infra ſub num. 83.

76 Extende tertio, vt quemadmodum accuſator non poteſt intentare iudicium ciuile, ne impediat accuſatũ in ſuis defenſionibus cauſę criminalis, vt dixi in proxima præcedenti extẽſione, ita etiã accuſatus nõ poſſit, pẽdente iudicio criminali contra ſe, conuenire accuſatorem ex alia cauſa penitus ſeparata, propter eandẽ rationẽ, ne accuſator per litẽ ciuilem, quæ contra ipſum moueret accuſatus, diſtraheretur à proſecutione iudicij criminalis, in quo vertitur publicum intereſſe, ne delicta remaneant impunita, Clar. ead. q. 2. verſ. ſed quid è conuerſo. quem ſecutus ſum ſupra gl. 7. q. 4. ſpec. 3. nu. 105. in fine.

Hæc extenſio aliquibus non placet, & in praxi non ſeruari refert Proſp. Farin. dicta quæſt. 100. cap. 2. num. 72. dicens, ſe nunquam vidiſſe, quod iudex criminalis propterea inhibuerit iudici ciuili, ne procederet in cauſa ciuili: vide etiã infra, ſub n. 83.

Et an accuſatus poſſit reaccuſare accuſatorem, vide quæ ſcripſi ſupra gl. 7. quæſt. 4. ſpec. 3. num. 95. & ſeqq.

77 Extende quarto, vt ſi pendente lite ciuili inter actorem, & reum, actor accuſetur criminaliter à reo, ſuperſederi debeat in cauſa ciuili, quia cauſa criminalis præiudicat ciuili, Affl. in conſtit. Neapol. lib. 2. rubr. 20. de præiudicialibus ſublatis. num. 1. fol. 43. & alij, quos citat, ſed non ſequitur Proſp. Farin. in qq. crim. q. 100. cap. 2. num. 85. verſ. contra. & vide ſupra gl. 7. q. 4. ſpec. 3. num. 105. & ſub num. 107.

78 Contrariam opin. quod imò non ſit ſuperſedendum, tenuerunt alij, quos citat idem Farin. eod. cap. 2. num. 82. & hanc opin. cenſeo ſeruari, prout ſeruari teſtatur Farin. eod. cap. 2. num. 85. dicens, quòd imò accuſatio iſto caſu præſumitur calumnioſa, & ideo vidit practicari, vt accuſator cogatur facere depoſitum in cauſa ciuili: & ego addo rationem, quia cum accuſatio fiat à reo ciuiliter conuento, ſemper æſtimatur tarda, & accuſatio tarda eſt ſuſpecta de calumnia per ea, quæ dixi ſupra lib. 1. cap. 73. ſub nu. 2. verſ. non obſtat quod. & hæc contraria opinio, quod non ſuſpendatur cauſa ciuilis, ſeruatur in Regn. Neap. per illam conſtitutionem, incipientem, *ſi ciuiliter.* & ibi Affl. num. 1. & ex Maran. ſecutus ſum dicta ſpec. 3. num. 107. in fine.

79 Declara tamen hanc contrariam opinionem, & ſic concorda, vt procedat quando cauſa criminalis non eſt præiudicialis ciuili, quia tunc non eſt ſuperſedendum, ſecus ſi ſit præiudicialis, ita vt poſſit parere exceptionem rei iudicatæ in cauſa ciuili, Farin. eod. cap. 2. num. 84. ſed hæc declaratio, quia eſt extra caſum noſtrum, vt dixi etiam in ſeq. quinta extenſione, eſt ſuperflua.

80 Extende quinto, vt ſi pendente lite ciuili, reus, in ea conuentus, accuſet de falſo teſtes actoris, tunc ſuſpendatur cauſa ciuilis, donec terminetur cauſa criminalis de falſo, Clar. ead. q. 2. verſ. ſed quæro. & dixi in ſeq. illatione, ſed hæc extenſio eſt extra caſum, quia cauſa ciuilis tunc habet neceſſariam dependentiam à cauſa criminali, & iſte caſus ſecundus, de quo agimus, eſt, quando deficit iſta dependentia.

81 Extende ſexto, vt procedat etiam inter cauſam criminalem, & criminalem, ſeparatas, quia accuſatio de maiori crimine faceret ſuperſederi ſuper accuſatione de minori, vnde ſi tu accuſas aliquem de furto, ſeu incendio, & ille accuſatus accuſat te de homicidio, ſeu crimine læſæ maieſtatis, ſuperſederetur in prima accuſatione de furto, & procederetur ſuper ſecunda de homicidio, Affl. in conſt. Neap. lib. 2. rubr. 20. de pręiudicialibus ſublatis. in conſtitutione, ſi ciuiliter. num. 5. in 3. not. ſed hanc extenſionem, quatenus eam ſumamus in terminis reaccuſationis, latius examinauimus ſupra gl. 7. q. 4. ſpec. 3. num. 95. & ſeqq.

82 Reſtringe primo eandem concluſionem, vt non procedat, quando pars intentaret ci-

uilem

Digitized by Google

uilem,& fiſcus criminalem,quia tunc admitteretur iſta cumulatio contra eundem, & ex eadem cauſa, & vna non diceretur præiudicialis alteri, quia iudicia ſunt inter diuerſas perſonas, & ideo ſententia, quæ ferretur in cauſa ciuili contra actorem, non faceret prejudicium fiſco in cauſa criminali,quia non eſt citatus,& ita ſeruatur quotidie,alias ſæpenumero delicta remanerent impunita, & ſic etiam ſi iudex ex officio procedit criminaliter, poteſt pars ſimul inſtare ciuiliter, quia ſunt diuerſæ partes, Boſs. tract. crim. tit. de for. competen.num. 123. Surd. conſ. 266. dubitatione. nu. 5. lib. 2. & quòd pars poſſit agere ciuiliter, & iudex poſſit inquirere criminaliter, ex officio, late proſequitur Natt. conſ. 138. magnifici.num. 11.in fine,verſ. quinto facit. & num. 12. & ſeqq.

83 Non obſtat, quòd dum inquiſitus vexatur etiam pro cauſa ciuili, non poterit facere neceſſarias defenſiones in cauſa criminali,agitata per fiſcum, iuxta ea, quæ dixi ſupra n.74.& 76. in ſecunda,& tertia extenſ.

Quia reſp. diſtinguendo: aut enim præſumitur, quod cauſa ciuilis moueatur calumnioſè ad impediendum accuſatum, ne poſſit facere ſuas defenſiones in cauſa criminali, & tunc eſt ſuperſedendum in cauſa ciuili, vt dixi in citatis extenſionibus: aut non præſumitur, quod ſit mota calumnioſè, & tunc non eſt ſuperſedendum, & ſic ego nō conſiderarē ſimplex impedimētum, ſed conſiderarem impedimentum, quod habet annexam præſumptam calumniam; ſed quando fiſcus mouet cauſam criminalem, & pars mouet cauſam ciuilem, ceſſat præſumptio calumniæ, in fiſco enim non præſumitur calumnia; ceſſat etiam in parte, quia ipſa non mouit vtramq.cauſam,& non poteſt impedire fiſcum, quin procedat per inquiſitionem, & ex facto alterius non debet grauari, vt non poſſit vti iure ſuo.

Intellige hanc reſtrictionem,dum dicimus quòd iudex, qui ad inſtantiam fiſci procedit criminaliter, poſſit æque principaliter procedere ciuiliter ad inſtantiam partis,ſit vera, ſi iudex habeat iuriſdictionem etiam cauſarū ciuiliū, alias ſi habeat ſolam iuriſdictionem cauſarum criminalium, non poſſet condemnare ad intereſſe ciuile principaliter, ſed ſolum acceſſorie, vt dixi ſupra n.51. & ſub nu. 61.verſ.ſubextende.ita explicat etiam Surd. conſ.266. dubitatione. ſub num. 5.lib.2.

84 Reſtringe ſecundo,vt non procedat,quando ex lite ciuili oritur cauſa criminalis, & ſententia, ferenda in cauſa ciuili, non poteſt parere exceptionem rei iudicatę in cauſa criminali,quia tūc poteſt accuſare,& ideo ſi actor in cauſa ciuili obtinuiſſet coram iudice illius cauſæ inhiberi reo, & reus contraueniret inhibitioni, & actor eum accuſauerit de contrauentione coram iudice cauſarum criminalium, vtique vterque iudex poteſt eodem tempore procedere in ſua cauſa; & ita paſſim ſeruatum vidi in Curia Romana.

85 Neque obſtat, ſi dicatur, quòd accuſatus cum debeat incumbere cauſæ ciuili,non poterit coram iudice criminali facere defenſiones neceſſarias ſuper accuſatione, iuxta ea, quæ dicebamus ſupra num. 74. extenſ. 2.

Quia reſpondeo,quòd cū cauſa ciuilis fuerit mota ante accuſationem, non poteſt in ea conſiderari illa fraus,ſeu calumnia,quę conſideratur, quādo mouetur poſt accuſationē, ſicut etiā hæc calūnia, ſeu impedimentū neceſſarię defenſionis pro cauſa criminali non conſideratur, quādo cauſa criminalis mouetur ab vna perſona, & cauſa ciuilis mouetur ab alia contra eandem perſonam,imò neque conſideratur, quando pro eadem cauſa moleſtatur ciuiliter à parte, & criminaliter à fiſco per viam inquiſitionis, vt dixi in pręcedenti prima reſtrictione.

86 Abſoluta nona illatione, de qua ſupra num. 46. & explicatis caſibus, de quibus in ſecunda ſubillatione, num. 50. proſequor alias illationes.

Infero decimo, quòd accuſatio de falſo facit ſuperſederi tàm in cauſa ciuili, quàm in cauſa criminali,quamuis prius motę ſint, vt, loquendo de cauſa ciuili, ſcribunt Boſs. tract. crim. tit. de for. competen. num.123. in fine, & num. 124. & Clar.recept.ſent.lib. 5. §. fin. q. 2. verſ. ſed quęro. & loquendo de cauſa criminali, Crauet. conſ. 280. inquietantur. ſub num.1. ibi, ſimiliter ſi accuſatus de homicidio. & de vtraque cauſa latè Proſp. Farin. in qq. crim. q. 100. cap. 2. num. 66. 67. 68. 94. & ſeqq.

Sed quomodo procedat,& practicetur hęc illatio, vide Affl.in conſtit. ſi ciuiliter.num. 15. & ſeqq. rubr. 20. lib. 2. in conſtit.Neap. & quę ſcripſi infra num. 119. & vide quos citaui ſupra lib. 1. cap. 75.in fine,num.5. in alia futura impreſſione.

87 Infero vndecimo, quòd omnis perſonarum legitimatio, etiam in iudicio ſummario,

rio, & executiuo, dicitur articulus, ſeu pars præiudicialis ad vlteriorem proceſſum, Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 20. num. 16. verſ. decimotertio dicitur. fol. 229. & ideo, pendente iſto articulo, non eſt procedendum ad vlteriora, per ea, quæ late ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. nu. 17. & ſeqq. in quibus declaraui totam hanc materiam.

88 Infero duodecimo, quòd omnis exceptio, ſeu articulus, ſine quo nō iuſtificatur intētio agentis, ſeu excipientis, dicitur præiudicialis proceſſui, quem vellet facere is, cuius intentio non iuſtificatur, quia non poſſet ad vlteriora procedi ad eius inſtantiam, per ea, quæ multis exornat exemplis Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 20. num. 9. & ſeqq. fol. 229.

89 Declara hanc illationem, vt procedat indiſtinctè, quando articulus reſpicit partem dilatoriam, ſeu declinatoriam proceſſus, quia tunc debet de ea prius cognoſci, quia alias poſt litem conteſtatam regulariter iſti articuli, ſeu exceptiones non habent locum, & ideo qui eas non oppoſuit in prima inſtātia, non poſſet eas opponere in cauſa appellationis, per ea, quę latè declarando, ſcripſi cap. ſeq. q. 11. nu. 46. & ſeqq. & conſequenter magnum fieret præiudicium, ſi de eiuſmodi exceptionibus, & articulis non cognoſceretur ante vlteriorem proceſſum, nempè ante litis conteſtationem, & ideo ſi iudex procederet ad vlteriora, reſeruando iſtas exceptiones ad merita cauſę, poſſet appellari, in his enim terminis pręcipuè procedit, quod ex Abb. Felyn. & alijs ſcripſi eod. cap. ſeq. q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 97. & 98. & bene hæc omnia confirmantur ex his, quę late explicaui in meo tract. de commerc. §. 7.

90 gl. 5. num. 17. & ſeqq. † & licet hoc idem videatur dicēdum de iure in articulo, & exceptione, quæ reſpicit partem peremptoriam & deciſoriam cauſæ ob rationem, quam adduxi dicto memb. 1. num. 98. tamen iudices ſolent de iſtis cognitionem reſeruare ad merita cauſæ; hancque reſeruationem facere ſolent, pronunciando, procedendum eſſe ad vlteriora, reſeruatis exceptionibus in fine litis, ſeu ad merita cauſæ, habetque hæc reſeruatio hoc fundamentum, quòd proceſſus poteſt fieri vſque ad ſententiam excluſiuè, non obſtante cauſa præiudiciali, vt ſcripſi ſupra num. 15. & 16. ſufficit enim, quòd cognoſcatur ante ſententiam, quod in Regno Neap. videtur diſpoſitum in conſtit. 21. ſi ciuiliter. §. eadem cenſura. lib. 2. & quòd iudex poſſit reſeruare oppoſitiones contra perſonas teſtium in tempus publicationis teſtium, & non teneatur eas recipere à principio, ſecutus ſum eod. cap. ſeq. q. 11. nu. 76. & ratio videtur etiam eſſe, quia reſeruatio iſtarum exceptionum peremptoriarum non infert tàm magnum præiudicium, cum poſſint adhuc opponi, & probari etiam in cauſa appellationis, & etiam ſi à iudice in precedenti inſtantia fuiſſent reiectæ, vt ſecutus ſum ead. q. 11. num. 45.

91 Subdeclara primo hanc declarationem in ſecundo eius membro, vt poſſit procedere, quando articulus, ſeu exceptio præiudicialis deducitur coram eodem iudice, vt tunc poſſit ipſe reſeruare in fine litis ad merita cauſæ, vt dixi, & ita poteſt procedere quod ſcripſi ſupra num. 16.

92 Secus tamen forſan eſt quando articulus, ſeu quęſtio præiudicialis penderet coram alio iudice, quia tunc poſſet procedi vſque ad litis conteſtationem incluſiuè, & poſtea eſſet ſuperſedendum: & ſimiliter ſi quæſtio præiudicialis, cognoſcenda coram alio iudice, opponeretur poſt conteſtatam litem, quia tunc eſſet remittēda ad ſuum iudicem, &, ea remiſſa, & pendente, eſſet ſuperſedendum, donec ex eius reſolutione poſſet decidi cauſa ſuſpenſa, vt dicit Myſing. in ſuis obſeruat. cent. 1. obſeru. vlt. num. 3. dicens ſe ita vidiſſe ſeruari in Camera.

93 Subdeclara ſecundo generaliter, vt exceptio quæuis, quæ iuridice poſſet reſeruari ad merita cauſæ, ſeu in deciſione cauſę, ſit reſeruanda, quando eſt exceptio dubia, item quando requireret altiorem indaginem, ſiue in facto, ſiue in iure, ſecus quando exceptio eſt clara, quia tunc non eſt reſeruanda, Vinc. de Franch. deciſ. 289. contra. ſub num. 4. & 5.

94 Limita primo nunc eandem regulam, ſtatam ſupra num. 9. vt non procedat, quando cauſa pręiudicialis eſt ordinaria, & cauſa, cui eſt præiudicialis, eſt executiua, quia tunc illa cauſa ordinaria pręiudicialis perdit virtutem pręiudicialitatis, & conſequenter non retardat cauſam executiuam, quamuis in fine finis reſolutio cauſę executiuę pēdere debeat à reſolutione cauſæ ordinariæ, vt loquendo de exceptione vſurarum, oppoſita contra inſtrumentum, habens executionem paratam, ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 61. & ſeqq. & loquēdo

de

de executione trium conformium, ſecutus ſum cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concluſ. 4. num. 2. in fine, verſ. infero ex ea. & cum hac limitatione concordant quę ſcripſi ſupra gloſ. 3. q. 2. ſub num. 39. verſ. primus. vnde cauſa ordinaria nullitatis contractus, non retardat executionem inſtrumenti, etiam ſi iudex cauſæ nullitatis inhiberet iudici executori, vt ſecutus ſum eadem concluſ. 4. num. 7. & ſeqq. in quibus multa perplexè à Doct. tradita, perplexè retuli; & quòd Signatura, dum committit cauſam nullitatis penſionis, reſcribere ſoleat cum clauſula, (non retardata ſolutione penſionis) retuli ead. concl. 4. nu. 10. & in meo tract. de commerc. §. 7. gloſ. 5. num. 130. & quod cauſa nullitatis aduerſus tres ſententias conformes non ſolum non retardet earum executionem, ſed ipſa nullitas retardetur ab executione; itaut de nullitate cognoſci non poſſit, niſi prius res iudicata trium ſententiarum ſit plenariè mandata executioni, ſecutus ſum ead. concluſ. 4. num. 3. & quòd cauſa reſtitutionis in integrum non retardet executionem rei iudicatę, quamuis articulus reſtitutionis ſit pręiudicialis cauſę executionis; dummodo petitio executionis pręuenerit petitionem reſtitutionis in integrum; quia pendentia eſt illa, quę obſtat, & iura vigilantibus, & non dormientibus ſubueniunt, & qui prior appellat, prior agit, vt poſt Bal. in l. fin. num. 5. verſ. item quęro. C. ſi ex falſ. inſtr. ſequitur Alex. conſ. 223. egregiè. num. 6. lib. 6. & ſępè amplexa eſt Rot. Rom. & ſcripſi cum declarat. in mea deciſ. ... ... merc. 7. Iulij 1621. verſ. ſecundo quia. & ſeq. & alios, citaui cap. ſeq. q. 19. remed. 2. nu. 109.

95 Extende primo hanc limitationē, vt maximè procedat, quando inſtrumenti executio, quam quis peteret, haberet implicitam manutentionem poſſeſſionis, puta, quia cenſuator, ideſt, qui emit annuum cenſum, illum pluribus annis pacificè, & continuatim exegiſſet, & hodie cenſuarius, ideſt, debitor cenſus recuſaret ſoluere cenſum alterius ſemeſtris, & cauſam nullitatis cenſus moueret coram Ordinario, & ab eo peteret inhiberi cenſuatori, ne ipſum moleſtet coram iudice executore, pendente cauſa nullitatis, conareturq. oſtendere, & docere incontinenti de euidenti cenſus nullitate; cenſeo enim iſto caſu, quòd iudex non debeat impedire, & retardare executionem, quia ſpoliaret; & debet cenſuario dicere, quòd illas nullitates opponat coram iudice executore, vt dixi dicta concl. 4. num. 8. & ſimiliter ſi cenſuarius aduerſus dictum inſtrumentum cenſus, ſeu aduerſus ſententiā latā pro executione dicti inſtrumenti peteret reſtitutionē in integrū, non eſſet audiendus ad retardandam executionē, quia creditor ſpoliaretur, vt ex Lācell. & Odd. ſecutus ſum ead. q. 19. rem. 1. n. 113.

96 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam in Ciuitate Florentiæ, & quamuis cenſuarius præueniret cenſuatorem, dando libellum nullitatis, priuſquam cenſuator peteret executionem: & moueor ad hanc ſubextenſionem, quia licet in Ciuitate Florentiæ ſeruetur illa opinio, vt dicens de nullitate rei iudicatæ, cum pręuentione impediat illius executionem, ideoq. ſit ei concedenda inhibitio, vt latè retuli cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 4. n. 2. & 3. tamen hāc praxim nō ſeruant aduerſus executionē inſtrumēti, & guarintigiæ: & dato, quòd eam ſeruarent, poſſet procedere in executione, quæ habet vim adipiſcendæ poſſeſſionis, ſed non in executione, quę haberet vim retinendę, & manutētionis, quia illa retardatio eſſet ſpoliatiua, & turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.

97 Verum quia præcedentis extenſionis, & ſubextenſionis materia de manutentione, de qua ſupra num. 95. frequens eſt in Curia, & multę ſunt hinc inde Rotæ deciſiones, quas etiam tyrones cauſidici facile in earum indice repetiunt, & poſtea in tribunalibus ad vtramque allegant partem, ita, vt plus doctrinę ex illis vna die, quàm toto quadriēnio ex Imperialium conſtitutionum ſtudio, de quo Imperator in proęm. ff. & Inſtit. §. cūque hoc. haurire videantur: & quia vltra quòd videntur inuicem pugnare, non raò non bene applicantur, & ipſæ de per ſe non omnia poſſunt comprehendere, magnam in decidendis cauſis ingerere videntur difficultatem: vnde iudices plerunque detinentur confuſi, quaſi in iſta materia tanta deciſionum copia copioſam reſolutionis pariat inopiam: ego pro vberiori intelligentia, & reſolutione in facti contingentia diſtinguebam duos caſus.

Primus caſus eſt, quando petens manutentionem, docet de ſua poſſeſſione, & euidens non eſt poſſeſſionis iniuſtitia, & conſequenter nondum apparet de bono iure aduerſarij: & iſto caſu omnia iura fauent poſſeſſori, vt ei detur mautentio, etiamſi eius aduerſarius haberet ſententiam pro ſe

in

in meritis, & etiam ſi poſſeſſor ab ea appellaſſet, & appellatio ex fatalium lapſu eſſet deſerta, quia ſi vna cum appellatione petiſſet reſtitutionem in integrum, & dixiſſet de nullitate principaliter, lapſus fatalium non præiudicaret inſtantiæ cauſæ reſtitutionis in integrum, & inſtantiæ cauſæ nullitatis, per ea, quæ ſecutus ſum cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 2. num. 126. & proinde quandiu iudici non conſtat de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, & pendet cauſa reſtitutionis in integrum, cuius inſtantia durat per quadrienniũ, vt explicaui ſupra q. 11. num. 77. ſeu pendet cauſa nullitatis, quæ poteſt intentari vſque ad triginta annos, vt dixi cap. ſeq. q. 15. num. 102. & q. 19. rem. 1. concl. 7. num. 1. & eius inſtantia de iure canonico eſt perpetua, quia de iure canonico quælibet inſtantia eſt perpetua, vt dixi dicta quæſt. 15. num. 275. & ideo poteſt durare vſque ad præfatos annos 30. quibus pręſcribitur nullitati, licet ſi attenderetur ius ciuile, inſtantia nullitatis non duraret vltra triennium, vt dixi ead. quęſt. 15. ſub num. 102. verſ. tamen. & num. 261. poſſet forſan iudex cauſæ reſtitutionis, ſeu nullitatis dare poſſeſſori mandatum de manutentione, & ita dicebam procedere deciſiones, quę allegabantur pro poſſeſſore: ſed hic non erat caſus noſter. Vlterius non ponerem forſan pro conſtanti, quòd iudex nullitatis, qui non potuerit adiri via querele, poſſit dare mandatum de manutenendo, cum is ſit datus ad cognoſcendũ ſolum de nullitate ſententię, & ideo non debeat, excedendo iuriſdictionem ſuam, cognoſcere de poſſeſſione; cuius cognitio non eſt neceſſaria ad cognitionem nullitatis ſententię, quamuis Rota in ſuo tribunali hoc non ſeruet. Dubitari etiam poſſet an inſtantia cauſę nullitatis eſſet perpetua, quia quãdo nullitas proponitur aduerſus rem iudicatam, eius inſtantia videtur triennalis, prout diſponit ius ciuile; ſicut etiam inſtantia cauſę reſtitutionis in integrum, non eſt perpetua, ſed eſt talis, qualis eſt terminata à iure ciuili, vt dixi ſupra quęſt. 11. num. 77.

98 Secundus caſus eſt oppoſitus, quando petens manuteneri, non docet de ſua poſſeſſione; aut, ſi docet, conſtat, eius poſſeſſionem eſſe furtiuam, iniuſtam, ſeu aliter vitioſam, & ideo non manutenibilem, & conſequenter apparet, quòd eam petit calumnioſe, & è conuerſo aduerſarius docet notoriè de ſuo bono iure, de dominio, & proprietate: & iſto caſu indubitanter concludendum eſt, quòd iudex non poteſt dare mandatum de manutentione, quia ſi daret, notoriam faceret iniuſtitiam, viam calumnijs patefaceret, & temerarios foueręt litigatores.

99 Exemplifica primo iſtum ſecundum caſum, quando is, qui vendidit cenſum, poſtea per bimeſtrem ante denunciauit emptori redemptionem futuram dicti cenſus iuxta Pij V. conſtitutionem, & quia emptor noluit pretium recipere, venditor illud depoſuit, & orta inter eos lite ſuper iſto depoſito, & cenſus extinctione, venditor fauorabilem obtinuit ſententiam, qua lata, ipſe venditor per decem ſemeſtres ceſſauit à ſolutione, & amplius non ſoluit cenſus redditum, ita, vt ipſe vigore ſolutionis fortis, & ſententię ſit in poſſeſſione non ſoluendi: nam iſto caſu emptori non competit remedium retinendę, ſed poteſt forſan intentare remedium reintegrandę, tanquam ſpoliatus, per ea, quę ſcribunt Rot. deciſ. 1. ſub num. 1. de reſtit. ſpol. in nou. & deciſ. 9. de cauſ. poſſ. & ptopr. in antiq. quia recuſans ſoluere penſionem, ſeu fructus, dicitur ſpoliare, Guid. Pap. deciſ. 629. Put. deciſ. 151. lib. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 189. in fine, par. 2. in hac vltima recentiori recollect. & Menoch. de recuper. rem. 1. num. 89.

100 Procedit hęc exemplificatio etiam ſi emptor cenſus appellauerit ab illa ſententia, contra ſe lata, quia licet per illam appellationem dicatur repoſitus in eo ſtatu, in quo erat tempore litis conteſtatę; tamen dico, quòd lis nunquam fuit conteſtata ſuper manutentione; imò de ea nullum verbum; vnde non poteſt dici, quòd ſit repoſitus ad ſtatum, in quo non fuit; & ſucceſsiuè, ſi poſtea fuit, lite pendente, ſpoliatus, debet agere de ſpolio, quia ſi volebat manuteneri, non debebat expectare ſpoliationem. Vlterius dico, quòd licet appellatio reponat appellantem in ſtatu litis conteſtatę, & dato etiam quòd ab initio petijſſet manuntentionem, tamen, deſerta appellatione, euaneſcunt omnes effectus appellationis, & ſic pereunt litis conteſtatio, & cętera acta ordinatoria, etiamſi eſſemus non in fatalibus, ſed in inſtantia, vt in ea ſecutus ſum cap. ſeq. q. 15. nu. 348. vnde perdito ſtatu litis conteſtatę, perdita ſunt quæ erant in illo ſtatu. Demum dico, quòd etiam tempore litis conteſtatę conſtabat, ipſum non eſſe manutenendum, ſtante cenſus extinctione; & ideo in illo ſtatu

tu

tu non manutenibili eſt reponendus, vt in clariori exemplo, de quo num. ſeq.

101 Exemplifica ſecundo eundem ſecundum caſum, loquentem de notorio malo iure petentis manutentionem, quando venditor cenſus libere emptori pecunias reſtituit, isq. eas recepit, & nihilominus poſtea agit ad fructus cenſus, vti decurſos etiam poſt extinctionem cenſus, & quia iudex pronunciat, fructus non deberi, is appellat, & petit reſtitutionem in integrum, & dicit de nullitate principaliter, &, pendente appellatione, petit à iudice appellationis manuteneri in poſſeſſione exigendi cenſus, donec ferantur tot aliæ ſententiæ conformes, quæ faciant rem iudicatam, & ipſi iudici ex actis tranſportatis conſtat de prædictis: certe iſto caſu fatuus eſſet iudex, qui manutentionem daret; ſi quidem iſto caſu per receptionem pecuniarum dicitur facto proprio cecidiſſe à poſſeſſione, & qui ab ea cecidit facto proprio, ad eam non reſtituitur, per ea, quæ ſcripſi lib. proximè præced. cap. 9. num. 1277. & ſeqq.

102 Exemplifica tertio, quando emptor cenſus non vult recipere ſortis cenſus ſolutionẽ, & ego, qui ſum debitor, pecunias depono cũ conditione, quod illas pecunias depoſitas non poſſit accipere, niſi præſtito per eum conſenſu ſuper extinctione cenſus, & caſſatione inſtrumenti: & iſte emptor, adito iudice competenti, petit manuteneri in poſſeſſione exigendi redditum dicti cenſus, eo quia illud depoſitum non erat faciendum cum iſto vinculo conſenſus præſtandi in extinctione cenſus: vtique iſto caſu non poteſt ei dari manutentio: quis enim iudex eſſet adeo fatuus, vt hunc, petentem manutentionem, ſtatim non repelleret, quamuis is ex aliqua deciſione conaretur ſuam petitionem colorare, cum facile ſit etiam in re clariſſima dubitationem afferre?

103 Inferebam alias in facti contingentia ex iſta exemplificatione tanquam ex caſu notiori ad caſum minus notum, quòd ſi tu in ſubhaſtatione emiſti domum decocti, & ex pretio dictę domus voluiſti vni ex creditoribus decocti ſoluere ſortem, & fructus cenſus, dummodo promitteret reſtituere anterioribus, &c. & quia ipſe recuſauit promittere, tu, mandante iudice, pecunias depoſuiſti, & hodie iſte, qui recuſauit promittere, petit, manuteneri in exactione cenſuum decurſorum poſt factum depoſitum; inferebam, inquam, quòd non erat audiendus, quia notoriè conſtat ex actis, cenſum eſſe extinctum per ſolutionem, ſeu depoſitum; parum enim aut nihil diſtat caſus huius illationis à caſu exemplificationis, de qua num. præcedenti; ſiquidem eſt ita clarum, & iamdiu ſeruatum paſſim in Vrbe, quòd creditores debitoris decocti debeant facere hanc promiſſionem, ſicut eſt clarum in caſu dictæ exemplificationis, quòd dominus cenſus in receptione ſortis debet conſentire extinctioni, & caſſationi inſtrumenti.

104 Ratio huius illationis eſt, quia ad quid petit quis manuteneri, ſeu reſtitui ad poſſeſſionem, ſi conſtat, quòd manutentus, ſeu reſtitutus venit reijciendus, vt ex communi Doctorum traditione ſecutus ſum lib. proxime præcedenti cap. 7. num. 151. etenim quando conſtat de proprietate per acta publica, vt in caſu huius illationis, in quo adeſt publicum documentum depoſiti, & contra illud nihil opponitur, niſi quòd habet vinculum, ſeu conditionem, vt ipſe in receptione teneatur promittere reſtitutionem anterioribus, &c. quæ oppoſitio eſt nullius momenti, & ideo fuit reiecta etiam per ſententiam, quæ per deſertionem appellationis remanet confirmata cum re iudicata, vtique ipſe volens incumbere poſſeſſioni, eſt re-

105 ijciendus, † quia quando ita conſtat de proprietate, poſſeſſio cedit proprietati, Rot. diuerſ. deciſ. 269. nu. 4. & ſeqq. par. 2. & in alijs recentioribus deciſ. citatis infra ſub nu. 113. extenſ. 2. quia proprietas abſorbet poſſeſſionem, Rot. in eiſdem recentioribus par. 2. de-

106 ciſ. 515. num. 2. in fine, † ſiquidem dolo quis perit, quod non poteſt retinere, & proinde, cõſtito de dominio ſpoliatoris, ſpoliatus non reſtituitur, Oldr. Rot. & alij cõmuniter, quos ſecutus ſum dicto cap. 7. num. 147. & 148. vnde ad quid etiam niteretur pendentiæ reſtitutionis in integrum, & nullitatis, ſi notoriè conſtat de eius malo iure?

107 Nec aduerſus dicta in iſta ratione obijciatur, quòd Rota, quando dicit, poſſeſſionem cedere proprietati, & proprietatem abſorbere poſſeſſionem; & ideo poſſeſſori non dari mandatum de manutenendo, loquitur, quando de proprietate conſtat per tres conformes.

Quia pro reſponſione dico, quod licet Rot. loquatur in tribus conformibus, tamen loquitur in eis, quia faciunt notorietatem: tota enim vis conſiſtit in notorietate, ita vt vbicunque conſtat notoriè de pro-

proprietate, ſiue per tres conformes, ſiue alio modo, poſſeſſio ſemper cedat proprietati, & in notorietate loquitur regula communiter recepta, vt patet ex his, quæ ſcripſi dicto cap. 7. num. 151. & ſeqq. & num. 147. & ſeqq. vbi etiam dixi, quòd ſufficit, eſſe factas probationes de dominio, vt ſpoliato denegetur reſtitutio, † & proinde
108 dico, quòd tres conformes ſuper proprietate excludunt poſſeſſionem, non quia ſunt tres conformes, ſed quia faciunt notorietatem, & ſic tres conformes ſunt vnum notorietatis exemplum, quod non reſtringit regulam; hincque eſt, quòd nos non definimus notorium per tres conformes, ſed definimus latius, quòd eſt illud, quòd aliqua tergiuerſatione celari non poteſt, ſeu illud, quod iudici conſtat ex actis, ſeu dicitur probatio finita, per medium in iure facta, aut ex facto iudicialiter diſcuſſo, ſiue alias notorio, à iure ſumpta, probata, ficta, vel præſumpta, vt late ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 76. ſub num. 1. & ſeqq. & lib. 2. cap. 9. num. 53. & ſeqq. & num. 567. & 571. & prius num. 40. & cap. 1. num. 25. & multis alijs definitur modis ſecundum varias notorij ſpecies, de quibus etiam late ſcripſi dicto cap. 76. num. 2. & ſeqq. & dicto cap. 9. num. 24. & ſeqq. & num. 570. & ſeqq. & ſupra hoc eod cap.
109 gl. 4. quæſt. 6. num. 49. & 50. † & tot definitur modis, vt dicamus, quòd quotidie loquimur de notorio, & quid illud ſit ignoramus, vt retuli dicto cap. 9. num. 37. & dicto cap. 76. num. 12. in fine, & dicta quæſt. 6. ſub num. 48. & cum ex tot varijs definitionibus ſecundum varias notorij ſpecies, & varios effectus videatur indefinibile, ſequitur, vt dicamus etiam, quòd relinquitur arbitrio iudicis quid dicatur notorium, vt retuli eodem cap. 76. num. 5. & dicto lib. 2. cap. 8. num. 344. & ſeqq. & di-
110 cta quæſt. 6. ſub num. 51. † verum huic iudicis arbitrio tres, ſeu quatuor caſus Doct. communiter adimunt, in quibus ponunt notorietatem: primus eſt, quando conſtat per rem iudicatam: ſecundus eſt, quando conſtat per inſtrumentum: tertius eſt, quando conſtat per confeſſionem, de quibus caſibus loquitur etiam Rot. diuerſ. deciſ. 435. in fine, ſub num. 4. par. 2. in recentior. & nos de notorietate per inſtrumentum multa ſcripſimus dicto lib. 2. cap. 7. num. 152. & ſeqq. & de notorietate per confeſſionem ſcripſimus hoc eod. lib. cap. ſeq. q. 17. limit. 4. num. 3. & ſeqq. quartus caſus notorietatis eſt in probationibus claris per teſtes, ſecuta concluſione in cauſa, vt locutus ſum dicto cap. 76. ſub num. 8. verſ. ſi ſumus in ſecundo. & dicta limit. 4. num. 72. & non diſcrepant ea, quæ ſcripſi dicto lib. 2. cap. 9. num. 567. & 571. his, inquam, pro reſponſione adductis, clara, & conſtans remanet reſponſio, etiam inſpecta Rotæ doctrina, quod ſatis ſit, in caſu noſtro conſtare de proprietate per documentum depoſiti, quo, vti per ſolutionem, fuit extinctus cenſus; alias ſi hanc notorietatem non admitteremus, ſed requireremus tres conformes, ſequeretur, quòd in caſibus præcedentium exemplificationum poſitarum ſupra num. 101. & 102. iudex deberet dare manutentionem, quo nihil abſurdius dici poteſt.

111 Addebam in caſu, de quo in iſta illatione ſupra num. 103. quod euidens calumnia habetur loco libelli inepti, Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo, iudex. num. 16. tom. 7. ſol. 276. & quando libellus eſt ineptus, iudex debet eum dentibus lacerare, & reum abſoluere ab obſeruatione iudicij, vt dixi ſupra quæſt. 7. ſub num. 36. verſ. primus.

112 Calumnia in prædicto caſu contra creditorem ex cenſu, qui appellauerat, colligebatur ex multis: primo ex negligentia in non proſequendo cauſam appellationis, Mattic. deciſ. 24. num. 4. ſecundo ex deſertione cauſæ, Rot. diuerſ. deciſ. 625. num. 4. in fine, par. 2. in hac vltima recentiori recollect. tertio ex tarda petitione manutentionis, cum eam debuiſſet longè antea petere, ſiquidem tarditas ſemper eſt ſuſpecta de calumnia, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 83. ſub num. 2. verſ. non obſtat. & verſ. ſeq. colligebam etiam aliunde, ſed iſtas collectiones non eſt neceſſarium hic recenſere.

113 Abſoluta prima extenſione, eiuſque ſubextenſione, de quibus ſupra num. 95. & 96.

Extende ſecundo, vt procedat etiam in cauſis non executiuis, dummodo ex ordine vna cauſa debeat prius altera expediri, quia tunc non attenditur præiudicialitas, quæ oritur ex deciſione finali totius negotij, ſed attenditur præiudicialitas ordinis; & proinde licet petitorium præualeat poſſeſſorio, ſeu poſſeſſio abſorbeatur à proprietate, quia ipſa ſemper ad ſe trahit poſſeſſionem, ita vt inaniter tunc diſputetur de recuperanda poſſeſ-

poſſeſſione, quando conſtat de petitorio, vt ex Pariſ. Natt. & Oldr. ſecutus ſum lib. proximè præced. cap.7.nu.148. & 149. & ſupra hac eadem quæſtione, num. 105.& 106. & ideo ſi conſtaret de proprietate per rem iudicatam, poſſeſſio cederet proprietari, Rot. diuerſ. deciſ. 269. dubitatum fuit. num.4.& ſeqq. par. 2. & in alijs recentioribus,impreſſis anno 1618.deciſ.435.fuit die. ſub num.4. par.2.&, quia proprietas abſorbet poſſeſſionem, non poteſt condemnatus per rem iudicatam iuuari quaſi poſſeſſione, Rot.in eiſdem recentioribus,deciſ. 515. iam fuit.n.2.in fine,ead.par.2.quia dolo quis petit,quod non poteſt retinere; vnde, conſtito de dominio ſpoliatoris, is, qui eſt ſpoliatus, non reſtituitur, per ea, quæ allegaui ſupra num. 106. & conſequenter licet cauſa proprietatis dicatur præiudicialis cauſæ poſſeſſionis, quia reſolutio cauſæ poſſeſſionis pendebit in fine à reſolutione cauſę proprietatis; tamen ſi ſpoliatus agat ad poſſeſſionem recuperandam contra ſpoliatorem;& ſpoliator non doceat notoriè per rem iudicatam de ſuo dominio, ſed velit illud aliter probare, non debet, contradicente ſpoliato, audiri, niſi prius reſtituerit poſſeſſionem, ſeu cognita ſit cauſa poſſeſſionis, vt ſecutus ſum cap. ſeq.quæſt.17.limit.6.memb.7. num.119. & ſeqq. in quibus poſui multas extenſiones, quia tunc cauſa poſſeſſionis eſt præiudicialis cauſæ proprietatis, vt ſcripſi eodem membr. 7. ſub num. 127. verſ. ſecundus caſus.

4 Subextende hanc extenſionem, vt non ſolùm prius cognoſci debeat cauſa poſſeſſionis, vt dixi, ſed debeat etiam cognoſci coram eodem iudice,itaut qui cognoſcit de cauſa poſſeſſionis, cognoſcat etiam de cauſa proprietatis, non obſtante, quod proprietas nihil commune habeat cum poſſeſſione, cap. 1. & ibi Abb. de cauſ. poſſeſſ. & propr. non enim de eadem re ad diuerſos eundum eſt iudices, l.1.& 2. ff.de quib. reb. ad eund. iudic. eat. neque continentia cauſæ eſt diuidenda, l.nulli. C.de iudic. imò impoſita eſt pœna contra impetrantem vnum iudicem ſuper proprietate, & alium ſuper poſſeſſione, Alex.in d.l.nulli. num.1.& 4.

5 Quamuis contrarium ſeruetur in executione inſtrumenti, & in cauſa nullitatis,quia iudex executiuus cognoſcit, & procedit in executione inſtrumenti, & ordinarius in cauſa nullitatis, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra num. 94. & 95.

116 Declara eandem extenſionem, vt quamuis ſpoliator non poſſit, inuito ſpoliato, cumulare petitorium, ſed ſolum, eo volente, vt ſecutus ſum libro proximè præcedenti cap.7. num. 105. & 138. & ſeqq. tamen ſpoliatus poteſt, inuito ſpoliatore, vtrumque cumulare, vt ſecutus ſum eodem cap.7. num.109.

• Sublimita eandem limitationem, vt procedat, quando executio eſt retractabilis, ſecus quando eſſet irretractabilis, puta, quia ageretur de executione vltimi ſupplicij contra accuſatum de furto: nam iſto caſu ſi eſſet cognoſcendum de dominio allegato ab accuſato, ſeu de nullitate condemnationis, iniquiſſima, ac ridiculoſa eſſet lex, quæ poſt executionem mandaret, cognoſci de dominio, ſeu de nullitate condemnationis: adde quæ ſcripſi infra num.122.

Abſoluta prima limitatione, poſita ſupra num.94.

117 Limita ſecundò eandem regulam, de qua ſupra num. 9. in cauſis ordinatijs cum diſtinctione: aut enim ordo cognoſcendi prius articulum, ſeu cauſam præiudicialem includit merita cauſę, de qua agitur, itaut, omiſſa cauſa præiudiciali, ſententia,quę fertur,diceretur lata ſine cauſę cognitione; & ideo manifeſta reſultaret iniquitas: & & tunc dico, illam cognitionem eſſe adeò neceſſariam, vt ſententia, quę, ea omiſſa, ferretur, eſſet nulla cum toto proceſſu, ſecundum ea, quę declaraui ſupra num. 9. &
118 15. † aut ordo cognoſcendi non includit hanc intrinſecam cognitionem, ſine qua non poteſt cognoſci iuſtitia cauſę; ſed includit ſolum quandam congruitatem, vt eſt ordo cognoſcendi de poſſeſſione prius, quàm de proprietate: & tunc dico, quòd licet iudex, inuito poſſeſſore, peruertat hunc ordinem, cognoſcendo de dominio, tamen ſententia non eſt ipſo iure nulla, imò eſt valida, cum hic ordo ſit extrinſecus;& ad corpus ſeparatum, & ideo remedium eſt, vt appelletur ab iſta ordinis peruerſione, vt explicaui cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 6. membr. 7. num. 127. per totum, vbi vide, quia ſolui contraria, &, caſibus adductis, clarè omnia neceſſaria declaraui; & quòd iuſtè appelletur ab ordinis peruerſione ſcripſi hic ſupra numero 18. verſ. inſeto confirmando.

119 Limita tertio, vt quandoque non procedat

cedat de conſuetudine, quia, ſi accuſans de vulnere, ſibi illato, accuſetur ab accuſato de falſa accuſatione, conſuetudine eſt obtentum, vt gratia minuendarum litium procedatur ſuper vtroque, & ex probationibus hinc inde factis feratur ſententia ſuper vtroque, iuſtitia mediante; & tamen iſta crimina ſe ita inuicem contingunt, vt propter præiudicialitatem, & ordinem naturalem ſuperſederi deberet in prima, vt ex Ang. in l. qui prior. ſub num. 2. ff. de iud. Io. de Anan. in cap. 1. num. 10. de calumn. Socc. conſ. 118. num. 1. in fine, lib. 1. Afflict. in conſtitut. Neap. lib. 2. rubr. 20. de præiudicialibus ſublatis. in conſtit. ſi ciuiliter. num. 1. in fine, & num. 2. refert, & ſequitur Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 14. verſ. tertius eſt caſus. & ex Clar. citatis ijſdem, Proſp. Farin. in qq. crimin. quæſt. 100. cap. 2. num. 91. & 92. limit. 4. dicens, quòd etſi de iure prius expediti deberet cauſa falſitatis, vti præiudicialis; tamen aliter ſeruari de conſuetudine teſtatur Ang. vbi ſupra, cui credendum eſſe de hac conſuetudine ſcribunt tàm ipſe, quàm Socc. & Clar. in locis ſupra citatis.

120 Limita quarto, vt non procedat in Regno Neap. quia per conſtitut. ſi ciuiliter. rubr. 21. lib. 2. cuius inſcriptio eſt (de litis conteſtatione &c.) & initium (ſi ciuiliter) in §. eadem cenſura. diſponitur, vt in quibuslibet alijs præiudicialibus procedatur ſine retardatione, ſed ſimul ſuper vtraque, etiam ſi præiudiciales ſint tales, vt, ijs probatis, iudicium reddatur retronullum: & proindè hæc conſtitutio corrigit omnes leges, quæ dicunt, actionem, ſeu accuſationem eſſe differẽdam propter actionem præiudicialem; & conſequenter licèt duo iudicia ita ſe habeant, quòd ſententia abſolutoria, lata in prima, pariat exceptionem rei iudicatæ in ſecunda, & condemnatoria, lata in ſecunda, pariat reo præiudicium in prima, tamen hæc conſtitutio vult, vt, hac præiudicialitate non attenta, procedatur ſuper vtraque, Gloſ. in d. §. eadem cenſura. in verbo, præiudicialibus. & latius Afflict. in eadem conſtitut. rubr. 20. num. 7. in fine, & num. 8. & 9. vbi, oſtendendo leges correctas per hanc conſtitutionem, plures adducit caſus præiudiciales, & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſt. 20. in fine, num. 19. verſ. vnum ſupereſt. fol. 229.

121 Sublimita primo, declarando eaſdem tertiam, & quartam limitationes, vt quamuis procedant quoad faciendum ſimultaneum proceſſum ſuper vtraque cauſa, itaut vnus proceſſus poſſit fieri ſine cognitione alterius proceſſus; tamen quo ad ferendas ſententias ſuper cauſis præiudicialibus cum dependentia vnius ab altera, nunquam erit verum, quod vna poſſit ferri ſine cognitione alterius præiudicialis, maximè ſi ageretur de executione irretractabili, quare licet iudex poſſit ſimul inquirere delictum, & delinquentem, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 71. ſub num. 3. verſ. contrarium. & verſ. ſeq. quid ergo. tamen nunquam poteſt condemnare inquiſitum de illo delicto, niſi prius cognouerit, illud delictum eſſe commiſſum.

122 Sublimita ſecundo, vt neque procedant quoad faciendum proceſſum, in quo ageretur de damno irretractabili, puta de tortura: vnde iudex non poteſt procedere ad torturam; niſi prius cognouerit, delictum fuiſſe ſcelere commiſſum, quia iſta cognitio eſt præiudicialis proceſſui, in quo venit agendum de tortura, vt ſecutus ſum ſupra eodem lib. 1. cap. 83. ſub num. 6. & infra quæſt. 21. ſub num. 24.

Ratio iſtarum ſublimitationum eſt, quia nec conſuetudo, nec conſtitutio Neap. poteſt aliter diſponere, quia eſſent irrationabiles, & ideo non eſſet conſuetudo, neque conſtitutio.

123 Infero ex omnibus dictis in hac quæſtione, ſatis conſtare, quàm confusè tradita ſit à Doctoribus iſta materia præiudicialitatis, in cuius explicatione conſultò prætereij multa, in quibus Doctorum opiniones videntur non ſolùm inuicem contrariæ, ſed ſæpè etiam ſibi ipſis perplexæ, & confuſæ, vt de multis inter moderniores videre licet apud Lancell. tract. de attent. cap. 4. de attent. lit. penden. limit. 23. per totam, & num. 21. fol. 334. inter tract. diuerſ. tom. 5. & Proſp. Farin. in qq. crimin. quæſt. 100. cap. 2. & 3. Sed ſi velimus ſine librorum reuolutione breuiter videre, quàm perplexè, & confusè de cauſis præiudicialibus locuti ſint Doctores, legamus Putei deciſ. 98. agebat. lib. 1. per totam, quam deciſionem ſemel tantum in hac materia citaui, & ſæpius citare non ſum auſus, quia licet illa deciſio multam contineat doctrinam, tamen videbis quantum ſit perplexa, confuſa, & inconſtans: & ad augendam confuſionem

addita

addita eſt in libro meo impreſſio ſatis corrupta.

124 Ratio huius perplexitatis, & confuſionis eſt, quia hæc terrena, quæ vocamus noſtra, Deus vult, vt ea recognoſcamus ab ipſo, & non à Iuriſconſultorum reſponſis,& Iudicum ſententijs, aut à noſtra ſagacitate, ſeu prouidentia; quia hoc quod dicimus meum, & tuum, mendaciter dicimus, cum omnia ſint Dei, & nos momentanei eius coloni, ad eiusque nutum amouibiles, Luc.25. nu. 23. *terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ, & coloni mei eſtis.* vt latius explicaui in meo tract.de commerc. §.1.quæſt.1. ſub num. 43. & 44. quapropter in hac legali diſciplina certas quidem, vt ex prædictis patet, firmamus regulas, ſed eaſdem mox ampliationibus, & limitationibus toties augemus, & minuimus, & multiplicibus toties ſubuertimus diſtinctionibus, & declarationibus, vt quod vno modo nunc

125 conſtruimus,aliò illicò demoliamur:† hincq. faciendi plures libros nullus eſt finis, vt dicit Eccleſiaſtes 12. num. 12. quod dictum videtur præcipue pro Legiſtis, qui, dum librorum editione nituntur oſtendere quid ſit dicendum meum, & quid tuum, infinitos edunt libros, quia nituntur oſtendere, quod non eſt.

126 Verumtamen eſt, quòd quamuis hac legali diſciplina ita inconſtanter, & variè vtamur, ea tamē ſocietati humanæ eſt perquam neceſſaria, vt homines in hoc rerum vſu, (quantumuis momentaneo) ſibi ius armis, & violentia non dicant, ſed illud à Deo,qui & proprietatis, & vſus eſt verus dominus, per ora Principum, & iudicum accipiant, vt ex Senec. loquente, non in Deo, ſed in fortuna retuli ſupra q.9.ſub num. 6. ſic etiam medicinę ars licet valetudinem nō reſtituat, & Rhetorica non omnino perſuadeat, niſi, Deo volente, vnde verſus: *non eſt in medico ſemper releuetur vt æger.* orator enim nō omninò perſuadet, ſed ſi de contingētibus artis nihil omiſerit,illū dicimus ſufficienter habere artem, Io.Monach.in cap.1.ſub num.1.de ſent. excommun. in 6. fol. 364. & cum nihil omiſerint,ſed canonicè procedunt ſecundùm regulas artis, tunc rectè operantur, vt latè ſcripſi ſupra quæſt.8. ſub num.17. medicina tamen, & rhetorica vbique vtiliter vtimur:

127 † vtilis etiam, ac neceſſaria eſt hæc librorum infinitas, tùm quia natura quotidiè nouas properat edere formas, & ſtandum eſt peritis in arte, tùm quia hac librorum multitudine in dies excoluntur ingenia, erudiuntur cauſidici, & iudices, & hominum mores componuntur in melius, & libri ipſi,ſi communi hominum conſenſu non recipiantur,latent in puluere, ac ſi non eſſent, & recentiores, ſicut alia ornamenta, & nouitates in dies expetuntur: accedat, quòd dum libros componimus, multa diſcimus, quod teſtatur etiam S. Auguſt. de trinit. lib. 3. in proœm. paulò poſt initium, tom. 3. fol. 92. dicens, quòd ipſe multa, quæ neſciebat, ſcribendo, didicit: & quare multitudo librorum,etiam ſi contineat idem, ſit vtilis, vide Conrad.de contract.in proœm.

GLOS. XIV. Sententiamus. &c.

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

Sententia lata ſine probationibus an ſit nulla, vel ſolum iniuſta, & non nulla, num. 1. & ſeqq.

Probationes dicuntur media cauſæ,& de ordine iuſtitiæ,& non de ordine iudicij,num.1.

Sententia lata ſine probationibus, quia non eſt nulla,tranſit in iudicatum,num.2.Contrarium, num.8.& ſeqq.

Sententia, lata ſine probationibus contra reum ab initio abſentem ſuper proceſſu, fabricato per inquiſitionem, eſt nulla,nu.4.

Confeſſio ficta non poteſt oriri, niſi ex contumacia, ſub num.6.

Contumax non eſt, qui fuit citatus in proceſſu ex officio, non præcedentibus legitimis indicijs ad inquiſitionem ſpecialem, ſub num.6.

Correlatiuorum vno ſublato, tollitur alterum, num.5.

Sententia lata ſine probationibus, eſt nulla, quando ſe expreſſe refert ad acta.

Sententia continens manifeſtam iniquitatem, nunquam tranſit in iudicatum, & quando tranſiret, adhuc non eſſet exequenda,num. 8. & ſeqq. Etiam ſi eſſet ſententia Principis,num.11.& 13.in fine.

Nullitas, & Iniuſtitia } notoria ex actis ſunt idem,nu. 12.& 14.

Sententia,quæ ex defectu probationum dicitur manifeſtè iniqua, & ideo non eſt exequenda, dicitur tàm ſi deficiant ex parte actoris,quam ſi deficiant ex parte rei,num.15. Et ſeruari deberet etiam in Curia Florentina, num.16.

Sententia lata ſine probationibus quando dicatur manifeſtè iniqua, & quando non manifeſtè, num.17.& ſeqq.

1 QVAERO vigeſimo,an ſententia, lata ſine probationibus, ſit nulla, an verò valida, ſed iniuſta.

Reſpondeo, conſtituendo regulam, quòd non eſt nulla, ſed eſt iniuſta, & iniqua contra ius litigatoris, quia probationes dicuntur media cauſæ, & de ordine iuſtitiæ, & non de ordine iudicij, ſecundùm ea, quę ſcribunt Iaſ. in l. 33.diuus. num. 2. ff.de re iud. Felyn. in cap. 10.eccleſia.num.24.verſ.ſimiliter & fortius. de conſtit.& Oſaſch.deciſ.146. ſtante. num. 16. & non ſunt de ſubſtantia ſententiæ, & ideo non eſt nulla, Odd.de reſtit.q.77.art.5. num.29. Surd.conſ.223.publicatis. num.25. lib. 2. & deciſ.36. à declaratione. num.6. & benè explicat Dec.in d.cap.eccleſia. nu. 82. & ſeqq. & de opinione communi teſtatur Alex.in l.27.præſes.num.1.& ſeqq.ff.de re iudic. & quòd ita ſæpè iudicauerit Conſ. Neap. teſtatur Affl.deciſ.28.num.2.& 8.deciſ.39.num.6.in fine, & num. 7. & deciſ. 47. per totam, & ſcripſi ſupra lib.1.cap. 97. ſub num.198. verſ.contraria. & ab hac opinione non videtur diſceſſiſſe Rot.diuerſ.deciſ.77.in cauſa barchinonen.num.6. par.3. lib. 2. quæ eſt duplicata in deciſ.1.ead.par.3.lib.3. dum dicit, ſententiam, latam ſine probationibus, eſſe iniuſtam, & nihil dicit de nullitate.

Ratio, quare ſententia,lata ſine probationibus, quamuis ſit iniuſta,& iniqua, valeat, vltra ea, quæ dixi hic ſupra, poteſt eſſe, quia definit, & eſt certa, & hoc requiritur ad eſſentiam,& validitatem ſententiæ, cum cætera omnia poſſint reſpicere iuſtitiam, & iniuſtitiam: certitudo autem ſemper & neceſſariò reſpicit validitatem, & eſſentiam ſententiæ, vt dixi ſupra q.14. num.16.

2 Et quia non eſt nulla, ideo tranſit in rem iudicatam, Vant.tract.nullit.rubr.de null. ex defec.proceſs.ſub n.38. fol.415.tom.4. vnde condemnatus ſine probationibus, debet appellare, alias condemnatio tranſit in rem iudicatam; imò etiam ſi iudex noluiſſet admittere probationes, & pars à non admiſſione non appellaſſet, ſententia adhuc tranſiret in rem iudicatam, quamuis iudex malè feciſſet, condemnando ſine probationibus, Achill.Perſon.tract.de adipiſc.poſs. nu.280. & 281. verſ.& ratio eſt. fol.265.tom.3. par. 2. & Surd. conſ. 223. publicatis. num. 25. lib.2.

3 Contra hanc regulam, & communem opinionem ſentiunt Innoc. in cap.8. tua nos. num.9. in fine, de cohabit. cleric. & mulier. Barbat.tract.de præſtant. cardin. q.11. baſil. 1. par.num.3.fol.83.tom.13.par.2.dum ſcribunt, ſententiam, latam ſine medijs probationibus, eſſe nullam, quod etiam videtur ſenſiſſe Bal. in ſua margar. ſeu repert. ad Innoc.in verbo, notorium veritatis. ibi, ſed in notorio. dum ſcribit, ſententiam non valere, ſi probationes ſint penitus omiſſæ,quia diceretur lata inordinatè, omiſſo medio probationum; ſecus, inquit, ſi eſſent recepti teſtes, quia licet non probarent,tamen ſententia diceretur valida, licet eſſet iniuſta, & latius ſcripſi in meo tract. de commerc.§.7. gl. 5. ſub num.88.verſ.contrariam.

4 Retenta regula, & communi opinione, quòd non ſit nulla.

Declara primo reſtringendo eam, vt non procedat in ſententia, lata contra abſentem ab initio ſuper proceſſu, ſabricato per inquiſitionem ex officio, quia in eo requiritur in primis diffamatio, quæ gerat perſonam accuſatoris., & ſecundo loco requiritur inquiſitio ſpecialis, quæ faciat officium accuſationis, porrectæ ab ipſa diffamatione; quare hęc inquiſitio non poteſt formari,niſi ex materia, & ventre ipſius diffamationis, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib.1. cap.84. num. 11. vel non poteſt formari ſecundum aliquos, niſi ex indicijs præcedentibus, & ſufficientibus ad torturam, vt retuli eodem cap.84.num.6. & cap.97.ſub num.78.& diffamatio non poteſt oriri, niſi ex probatione famæ, ſeu indiciorum; & proinde probatio eſt omninò neceſſaria, tanquam ſubſtantia iudicij; quia ſicut ſententia, lata ſine accuſatore, & ſine accuſatione in proceſſu, in quo non procedatur per inquiſitionem, eſt nulla, quia deficeret pars ſubſtantialis iudicij; ita etiam eſt nulla, ſi in proceſſu ex officio ſit lata ſine diffamatione, ſeu ſine indicijs, imò eo ipſo, quòd deficerent diffamatio, & inquiſitio, quę ſuccedunt, vt dixi, in locum accuſatoris, & accuſa-

cuſationis, & ſic in effectu deficerent accuſator, & accuſatio, neceſſariò deficeret etiam accuſatus, ideſt, reus, qui eſt correlatiuus,
5 nam † correlatiuorũ natura eſt, vt, vno ſublato, tollatur etiam alterum, vt ſcribunt Bal. in l. 57. ſi conuenerit. num. 1. ibi, ſed contra hoc. ff. de pact. & in l. omnia priuilegia ſub num. 4. C. de epiſc. & cleric. Albet. de Roſ. tract. de ſtatut. par. 4. quæſt. 68. ſub num. 2. fol. 76. tom. 2. inter tract. diuerſ. Crapet. qui loquitur in correſpectiuis conſ. 179. in cauſa appellationis. num. 13. & conſ. 230. num. 2. Euer. in ſua cent. in loco, à correlatiuis, nu. 4. Fab. de Mont. tract. de empt. & vendit. q. 2. num. 32. fol. 41. & Bapt. de S. Blaſ. tract. de correlat. num. 8. verſ. nono. fol. 26. tom. 18. Gabr. in concluſ. lib. 6. tit. de legib. concl. 3. num. 46. & eſt theorica communis, quę patet ſenſui ex experientia, & procedit etiam in ſtatutis, Gabr. ead. concl. 3. num. 42. & ideo ſententia diceretur nulla, etiam ex iſto capite, quòd eſſet lata, non exiſtente reo, per ea, quæ dixi ſupra q. 7. ſub num. 110. in ſecundo caſu principali: ſunt ergo probationes in proceſſu criminali per inquiſitionem de ordine ſubſtantiali iudicij, vt latè explicaui eodem cap. 97. ſub num. 198. verſ. ſecundo reſpondeo.

6 Declara ſecundo reſtringendo, vt eadem ratione non procedat in ſententia, lata vigore fictę confeſſionis, cum ſcilicet iudex criminalis ex diſpoſitione ſtatutorum, & legum particularium ſimul, & ſemel declarat reum pro confeſſo, & condemnat diffinitiuè, iuxta formulam, quam poſui ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 64. quia hæc ficta confeſſio non poteſt oriri, niſi ex contumacia; & contumacia non poteſt dari, niſi præcedat citatio; & citatio cum inquiſitione ſpeciali non poteſt fieri, niſi præceſſerint legitima indicia, per ea, quæ latè ſcripſi eodem cap. 97. ſub num. 78.

7 Declara tertio, vt non procedat, quando ſententia ſe refert expreſsè ad probationes factas in actis, ſeu ad probationes non bonas, quia tunc ſi in actis omninò deficiant probationes, ſeu illæ probationes non ſint bonæ, ſententia eſſet nulla, Affl. deciſ. 47. num. 3. & 4. Mohed. deciſ. 6. aliàs 190. fuit reſolutum. per totam, de teſtib. & Contar. in l. vnica, limit. 9. ſub num. 9. verſ. non puto. C. ſi de momen. poſſeſſ.

8 Declara quarto, (concludendo contra ea, quæ adduxi ſupra num. 2.) vt ſententia, lata ſine probationibus, quamuis non ſit nulla, tamen, quia continet manifeſtam iniquitatem, apparentem ex actis, nunquam tranſeat in rem iudicatam, quamuis ab ea non fuerit appellatum intra tempus debitum, Alex. conſ. 91. in cauſa inter ant. col. 1. ſub num. 1.
9 lib. 6. † & quia continet manifeſtam iniquitatem apparentem ex actis, ſeu non iuſtificatur ex actis, non eſt exequenda, Pariſ. conſ. 54. aſſertæ. nu. 1. lib. 4. Menoch. tract. de adipiſc. poſs. rem. 4. quæſt. 100. nu. 852. & 853. Cæſ. de Graſs. deciſ. 4. alias 97. ſi valor. num. 1. de
10 ſent. & re iud. fol. 139. † imò quamuis diceremus, eam tranſijſſe in rem iudicatam, tamen, ſi ſit iniuſta ex eiſdem actis, non eſſet exequenda; maximè ſi eſſet lata per contradictas, idem Cæſ. de Graſs. deciſ. 104. alio-
11 qui 1. in fine, num. 6. de appell. fol. 154. † dico amplius, quòd ſi ſententia in cauſa criminali ſit notoriè iniuſta, non debet exequi, etiam ſi eſſet ſententia Principis, Rebuff. tract. de reſcript. in præfat. art. 1. gl. vlt. verſ. & ſic patet. & verſ. ſeq. tom. 2. fol. 43. adde quæ ſcripſi ſupra q. 8. num. 49. & 50. verſ. declara.
12 † nam notoria ſententiæ iniuſtitia, quæ colligitur ex actis probatorijs, eſt nullitas, Caputaq. deciſ. 250. ſeu vnica, notoria. num. 3. par. 2. fol. 259. & manifeſta, & notoria iniuſtitia æquiparantur nullitati, per ea, quæ ſcripſi
13 lib. proximè præced. cap. 3. num. 292. † & ideo ſententia euidenter iniuſta venit reuocanda ex eiſdem actis cum condemnatione expenſarum, Caputaq. deciſ. 120. ſeu 7. ſententia eſt notoriè. par. 3. fol. 377. & laudum, continens manifeſtam, & euidentiſſimam iniuſtitiam, & læſionem, non eſt confirmandum, ſed declarandum nullum, Rol. à Vall. conſ. 76. pluribus. num. 27. lib. 1. & licet leges, ſeu motus proprij mandent, ſententias criminales exequi, & reos non audiri in defenſionibus, tamen ſi apparet de eorum innocentia, iudex debet ſuperſedere, & conſulere Principem, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 97. num. 138. ſed in eo, quod dixi, ſententiam notoriè iniuſtam, non eſſe exequendam, etiam ſi ſit ſententia Principis, ſit ſagax iudex, conſiderando ea, quæ dixi ſupra gl. 4. q. 6. num. 34.

14 Infero ex dictis in hac declaratione, quòd ſi ſtatutum diſponeret, de qualibet ſententia ſoluendam eſſe gabellam, & Doct. firmarent, hoc ſtatutum non procedere in ſententia nulla, idem firmare deberemus in ſententia notoriè iniuſta.

Extende

15 Extende primo hanc declarationem, vt procedat, ſiue ſententia condemnet, nullatenus probata intentione actoris, ſiuè abſoluat, nullatenus probata defenſione rei, cum actor plenè probaſſet ſuam intentionem, quia vtroque caſu diceretur notoriè iniuſta, non tranſibit in rem iudicatam, & executionem non merebitur.

16 Extende ſecundo, vt procedat etiam in Curia Florentina, quia licèt ibi ſententia, à qua non fuerit appellatum, rigoroſè cuſtodiatur, tanquam res iudicata, & qualiſcunque illa ſit, habeat ſecum (noli me rangere) tamen ſi eſſet notoriè iniuſta, denegaretur brachium militare, quod eſt executio.

17 Subdeclara eandem declarationem, diſtinguendo duos caſus.

Primus caſus eſt, quando probatio deficit in totum: & iſto caſu manet declaratio, poſita ſupra num. 8. & ſeqq. & nihil addo.

18 Secundus caſus eſt, quando probatio non deficit in totum, ſed non eſt ſufficiens: & iſto caſu concludo, quòd ſententia poteſt eſſe iniuſta, ſed non notoriè iniuſta, per ea, quæ dixi in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. ſub num. 88. verſ. ſed hic. & conſequenter tranſit in rem iudicatam, & meretur executionem, quia probationes ſunt arbitrariæ, vt ſecutus ſum lib. proximè præced. cap. 9. num. 530. & 531. & ſub dicto num. 88. confirm. 1. & ideo non poteſt dici notoriè iniuſta, quia notorium eſt omnibus notorium, & ideo excluditur arbitrium: alias ſequeretur etiam, quòd ſi ſententia diceretur notoriè iniuſta, eo quia probatio non eſſet ſufficiens, vtique contra omnes ſententias poſſet introduci iudicium ſpolij, cum ſententia notoriè iniuſta videatur ſpoliare, & omnis ſententia poſſet impugnari, eo quòd probatio, ex qua eſt lata, non eſſet ſufficiens, iuxta ea, quæ ſcripſi ſub eodem num. 88. verſ. ſubinſero primo. & verſ. confirmatur quarto.

19 Ratio differentiæ inter primum, & ſecundum caſum huius ſubdeclarationis eſt, quia quando probatio deficit omnino, ſeu in totum, vel è conuerſo nullatenus deficit, ſed imò eſt plena, & perfecta in totum, tunc habet notorietatem, & conſequenter iudex non poteſt aliter arbitrari, quia eſſet arbitrium doloſum, & ſententia, quam aliter ferret, eſſet notoriè iniuſta; & iſto caſu probatio non dicitur arbitraria, & ita procedit primus caſus: Secus eſt, quando probatio eſt intra medios gradus, quia tunc remanet arbitraria; & ideò ſententia eſſet valida, & ita procedunt quæ ſcripſi in ſecundo caſu, quia ſicut in primo caſu arbitrium eſſet doloſum, ita in iſto ſecundo, ſi iudex non haberet arbitrium, eſſet impoſſibile metiri, aut certa ſtatera ponderare probationem.

GLOS. XIV. Sententiamus &c.

QVAESTIO XXI.

S V M M A R I V M.

Probatio ſi non ſit plena, ſed ſit ſemiplena, aut aliter deficiat in parte, an ſententia poſſit ferri in parte, proportionata probationi, num. 1. & ſeqq. & num. 10. & ſeqq.

Abſolui debet reus tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam ſi nihil præſtiterit, quando actor, vel accuſator non probauit, ſub num. 1. Etiamſi reus non petijſſet abſolui, num. 2.

Actoris intentio debet fundari in iure proprio, & non in excluſione iuris rei, quia ius metimur ex perſona actoris, ideoque, &c. ſub num. 1.

Poſſeſſoris ius quærendum non eſt, ſi non conſtat de iure petitoris, ſub num. 1.

Probationes actoris, & rei, ſi ſint inuicem contrariæ, attenditur ea, quæ eſt maior, num. 3. Etiam ſi ea, quæ eſt maior eſſet ex præſumptione legis, num. 4. Et quid ſi non ſint inuicem contrariæ, ſed ſint compaſſibiles, num. 5.

Probatio actoris vt dicatur dubia, ideoque non ſufficiat, debet eſſe dubia ex ſe, & ex fructu ſuo, & non ex probationibus rei, ſub num. 4.

Tempus limitatè, & præciſè probari debet ab eo, cuius intentio fundatur in tempore, exceptis cauſis criminalibus, &c. ſub num. 4.

Probatio obſcura, dubia, ſeu ambigua, non releuat, & non concludit, quia interpretatur contra probantem, etiam in materia fauorabili, num. 6. Et quæ dicatur probatio obſcura, num. 10.

Probare obſcurè, & non probare, paria ſunt, num. 6. & 7.

Probatio plena requiritur etiam in cauſis ciuilibus, & ſummarijs, num. 8. Et quot requirantur teſtes ad plenè probandum, num. 9.

Tortura ſine indicijs non debet inferri, quia non

non eſt incboandum à tortura, num. 11. & ſeqq. Et non debet inferri, niſi quando appares, veritatem aliter haberi non poſſe, ſub num. 13.

Indicia ad torturam ſunt ſufficientia ad imponendam pœnam arbitrariam, num. 14.

Indicia ſunt multiplicis gradus, num. 15.

Carnis delictum, quod directò probari non poteſt, probatur per indicia immediata, num. 16.

Coitus non poteſt probari directo, & teſtis, qui de eo directo deponeret, eſſet falſus, num. 17. Et ex quibus actibus probetur, nu. 19. Et ex quibus non probetur, num. 21. & 28.

Stuprum probatur ex inſpectione deflorationis, ſed quis fuerit ſtuprator directo probari non poteſt, num. 18.

Seneca non laudatur, dum obſcœnam Hoſtij libidinem recenſet, num. 20.

Adulterium, & Stuprum } cum vidua an ſit commiſſum non poteſt probari per inſpectionem partium pudendarum, num. 22. Secus eſt in ſtupro cum virgine, num. 23. & 24.

Frigidi, & maleficiati ſunt impotentes ad coeundum, num. 25.

Coitus ex quibus actibus probetur, non poteſt dari certa doctrina, num. 26.

Probatio in delictis carnis requiritur maior, & minor ſecundum diuerſos effectus, & fines, ad quos agitur, num. 27. & 28.

Mulieris honeſtas etiam ex ſuſpicione læditur, ſub num. 27.

Mulieris inhoneſtas non eſt propalanda, num. 31. in fine.

Suſpicatur de alijs malum, qui malus eſt, ſub num. 27.

Bonum an & quando ſit præſumendum, num. 27. & 33.

Ioſeph, qui erat innocens, accuſatur à muliere de crimine, cuius ipſa eſt rea, num. 31.

Iudith vidua caſtiſſima abſcidit caput Holophernis, num. 32.

Stupri caſus recẽſetur, & quę pœna fuerit impoſita, examinatis ſtupri indicijs, num. 34. & ſeqq. 46. & ſeqq.

Stuprans ſacratiſſimam Virginem, qua pœna puniatur, nu. 40. & 42. Et quot delicta carnis committat, num. 41.

Schalas apponens ad feneſtras mulieris caſtæ, punitur pœna mortis, num. 44. Si appoſuerit ad committendum raptum, aliàs non punitur pœna capitis, nu. 53. 54. & 56.

Auro, & Muneribus } ſi ſit ſollicitata mulier, & cognita, an dicatur cognita per vim, num. 45. & 57.

Pœna debet imponi grauior, & minus grauis ſecundum qualitatem delicti, ſub num. 51.

Voluerit) verbum aliquando ſignificat (perfecerit actum, ſub num. 52.

Raptus punitur pœna capitis, num. 54. Etiam ſi non ſit conſumatus, ſed ſit attentatus, num. 55.

Violentia in muliere carnaliter cognita quotuplex conſideretur, & quæ eam excuſet, & quæ non, num. 58. & ſeqq.

Voluntas, & Propoſitum } diſtinguunt actus hominum in delictis, num. 62.

Eccleſiaſticus iudex, commiſſo delicto à religioſo, & à laico, cognoſcit contra vtrumque, num. 63. Et quando contra laicum cognoſcat iudex ſæcularis, num. 64. & 65.

Continentia cauſæ non eſt diuidenda, ſub num. 63.

Dignius trahit ad ſe minus dignum, ſub numero 63.

Præuentio, licet liget manus iudicis præuenti, tamen ſi iudex præueniens non poſſit delinquentem ſufficienter punire, puniet præuentus, num. 65.

Papa in terris Eccleſiæ exercet duplicem iuriſdictionem, num. 66.

Acta facta in Curia Eccleſiaſtica probant etiam in Curia ſeculari, num. 67.

Secularis iudex nulliter procedit contra clericum, num. 68.

Actis, & proceſſui facto in Curia ſeculari contra clericum, an poſſit ſtare Curia eccleſiaſtica, num. 69. & ſeqq. & num. 75.

Suggeſtiua interrogatio eſt prohibita, nu. 70.

Ordinem ſi iudex peruertat, facit iniuſtitiam, num. 71.

Reſpondere non tenetur, qui interrogatur ſpecialiter, non præcedente diffamatione, num. 70. 72. & 73.

Diffamatione non præcedente, iudex, interrogans ſpecialiter, inquiſitum, peccat mortaliter, num. 74.

1 QVAERO vigeſimoprimo, ſi actoris intentio, vel exceptio rei non ſit plenè probata, ſed ſolùm aliqualiter, nunquid iudex poterit condemnare, vel abſoluere in parte, quæ ſit proportionata probationi.

Reſpon-

Reſpondeo, conſtituendo regulam negatiuam, quòd non poteſt, & conſequenter ſententia eſſet iniuſta, quia, actore non probante, reus abſoluitur, l.2.ei incumbit. l.21. verius. & l.22.eum qui. ff. de probat. & ad litteram, etiam ſi reus nihil præſtiterit, l. 4. qui accuſare. C. de eden. cum ſimilibus à me citatis ſupra lib. 1. cap. 93. ſub num. 3. verſ. ſi ſumus in ſecundo. & ex Couar.retuli ſupra q.7.ſub num. 146. nam ius metimur ex perſona actoris, & ideo non eſt quærendum de iure poſſeſſoris, ſi non conſtat de iure petitoris, & intentio actoris debet fundari in iure proprio, & non in excluſione iuris rei, & quando eam fundat in iure proprio, debet eam clarè fundare, quia reo ſufficit illam obfuſcare, Surd. conſ.160. remedium.num.63. & 64. lib.2.& multa notabilia ampliatiuè ad hanc regulam ſcripſi lib.prox.præced.cap.7.
2 num.416.vbi omninò videas, † hæcq. regula procedit tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam ſi reus non petijſſet, ſe abſolui, Rol.à Vall. conſ. 58. quoniam. num. 8. lib.2. & quia præfata regula eſt iam triuialis, vt teſtatur idem Rol. à Vall. conſ. 33. viſis. num.16. d. conſ. 58. num. 7. & conſ. 72. in cauſa.num.12.eod. lib. 2. & eſt trita, & hæc omnia, citatis auctoritatibus, ſcripſimus in loco ſupra proximè citato, pluribus non inſiſto.

3 Et è conuerſo, actore plenè probante ſuam intentionem, reus, ſi non plenè probet defenſionem releuantem, debet condemnari, ſed cum diſtinctione duorum caſuum.

Primus caſus eſt; quando probatio actoris, & probatio rei ſunt inuicem contrarię; & iſto caſu concludo, quòd probatio rei, ſi ſit inferior, cedit probationi actoris, vt multipliciter oſtendi lib. proximè præced. cap. 9. num. 118. & ſeqq. quare probatio plena, & perfecta actoris extinguit, & annullat in totum probationem ſemiplenam rei de directò contrariam, vt puta, ſi ego probarem plenè per duos teſtes, quòd tali loco, & tempore mutuaui tibi centum, & tu per vnum teſtem probares, quòd illo tempore abfuiſti ab illo loco, & quòd tibi non mutuaui, vtique probatio mea annihilaret omnino probationem tuam, vt ex Bar. Iaſ.Ant. de Butr. Abb. Alex.& alijs ſecutus ſum d. cap.9.num.115. & ſecutus ſum etiam ſupra q.7.num.83. in 6. caſ.& hæc eſt opinio communis, quæ procedit etiam in criminalibus, vt ſcripſi eod. num. 115. in fine, & num. 116. & 117. & quòd ſi actor probet per duos teſtes, & reus per vnum, non debilitetur probatio actoris, ſi ſint contradictoria ab origine, ſicut verum, & falſum, ſcribit Bal. in cap. vlt. iuramentum. num. 24. verſ. quarto ſi actor. de iureiur.

4 Amplia concluſionem huius primi caſus, vt in cauſis ciuilibus procedat etiam ſi probatio plena ex parte vnius, puta actoris, nullo hominis miniſterio, ſed ex facto ipſo, & diſpoſitione iuris fieret, eo quia ius transferret onus probandi in reum, quia cum actor ex ſua ſola aſſertione, ſeu negatione habeat intentionem fundatam, reus debet plenè probare contrarium; itaut ſemiplena, ſeu offuſcatiua probatio non ſufficiat, quia ad hoc vt probatio actoris reddatur dubia, oportet, quòd ſit dubia ex ſe, & ex facto ſuo, & non ex probationibus rei, per ea, quæ notant Canoniſtæ in cap. 8. in præſentia. & præſertim Felyn. num. 12. verſ. nota & perpetuo. de probat. quare ſi reus teneatur probare, ſe feciſſe aliquid intra certum limitatum tempus, non ſatis ei eſſet probare ſimpliciter, ſe illud feciſſe, quia fundans ſuam intentionem in tempore limitato, tenetur probare tempus præcisè, non autem æquiuocè, Felyn. vbi ſupra, & Socc.conſ.42. in caſu reſtitutionis. num.9. lib. 1. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap.30. ſub num. 26. ſecus tamen eſt in cauſis criminalibus, quia ad excludendum delictum probatio rei dubia ſumitur pro eo tempore, quo excluditur delictum, vt ex Bar. Boſs. & alijs ſecutus ſum eodem lib. 1. cap.12. ſub num.6.

5 Secundus caſus eſt; quādo probatio actoris, & probatio rei non ſunt inuicem contrariæ, ſed ſunt compaſſibiles, vt puta, quia actor plenè probet mutuum, & reus ſemiplenè ſolutionem; & iſto caſu eſt controuerſia inter Doct. nam Anch. & Surd. quos citaui ſupra q.7. num.86. in 7. caſu, tenent, quòd ſemiplena probatio rei, ſi ſit compaſſibilis cum probatione actoris, & non ſit de directò contraria, deſtruat plenam probationem actoris, vel ſaltem eam debilitet, tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus: ſed Bar. Iaſ.& Alex. à me citati ead.q.7. nu.84. loquentes in cauſis ciuilibus, dicunt, deferendum eſſe reo iuramentum ſuppletorium: Ab iſtis diſcrepant Ant.de Butr.& Abb.quia dicunt, eſſe deferendum actori, prout eoſdem retuli ibidem num.85. Imò Rot. Genuen.deciſ.1.in princ.dicit ſimpliciter, quòd ſi actor plenè

plenè docuerit de credito, & reus non do-
cuerit plenè, & concludenter de ſolurione,
actor obrinebit: ego in iudicando non rece-
derem ab hac poſtrema opinione, videlicet,
quòd actor obtinear, ſaltem delato ſibi iura-
mento ſuppletorio; de quo iuramento ſup-
pletotio vide quæ ſcripſi ſupra dicta quęſt. 7.
num. 51. & ſeqq. in 6. caſu, vel ſaltem relin-
querem arbirrio iudicis, vt explicaui ead. q.
7. ſub num. 85. in 7. caſu.

6 Rario generalis ad hæc omnia, quare,
actore non probante, reus abſoluatur, & è
contra, condemnetur, ſi non plenè probet,
quando ei incumbit onus probandi; eſt, quia
probatio obſcura non releuat, itaut paria
ſint, non probare, vel probare obſcurè, Gl.
in cap. 8. in præſentia. in verbo, verbum du.
bium. de probat. debet enim probatio con-
cludere per neceſſe, Surd. deciſ. 260. num. 9.
alias, ſi ſit dubia, non releuat probantem,
idem Surd. deciſ. 75. num. 17. & deciſ. 133.
nu. 21. imò interptetatur contra probantem,
Surd. d. deciſ. 260. n. 10. etiã in materia fauo-
rabili, Surd. d. deciſ. 75. ſub nu. 17. & demum
probario obſcura, ſeu ambigua non cõcludir,
Rot. diuerſ. deciſ. 149. num. 9. in impreſſis
Lugduni de anno 1612. & dixi lib. proximè
præceden. cap. 11. num. 441. & quòd reo ſatis
ſit offuſcare probationem actoris, retuli ex
Surd. ſupra ſub num. 1.

7 Sed in effectu, qui probat, ſed non plenè,
dicitur probare aut obſcurè, aut non ſuffi-
cienter; & ideo non dicirur probare; paria
enim ſunt, non facere, & facere non legiti-
mè; ſeu non facere, & facere inutiliter, per
ea, quæ ſcripſi lib. prox. præced. cap. 9. num.
861. & ſeqq. & 864. & hoc eodem lib. cap.
8 ſeq. q. 7. num. 116. † cum ergo in cauſis etiam
ciuilibus, & ſummarijs requiratur probatio
plena, vt ex Bar. & alijs ſecutus ſum eodem
lib. præced. cap. 9. num. 489. & ſupra lib. 1.
cap. 53. ſub num. 23. verſ. ſed quid dicendum.
9 † & ad probationem plenam ſint neceſſarij
duo teſtes, vt ſecutus ſum eodem cap. 9. nu.
490. & iſte teſtium numerus requiratur tàm
de iure diuino, quàm humano, vt ſecutus
ſum eod. cap. 9. num. 494. ſequitur, quòd ſi
actor, vel reus probet per vnum teſtem, ſeu
aliter ſemiplenè, non dicatur ſufficienrer
10 probare, & ideo obſcurè, & inutiliter: † Et
licet probatio ſemiplena dicatur inſufficiens,
ſed non obſcura, quia probatio obſcura, de
qua loquuntur auctoritates, citatæ ſupra
num. 6. verſ. ratio. eſt illa, quæ habet du-
plicem intellectum, & ideo in ſeipſo ambi-
guum, & obſcurum, ſed probatio ſemiple-
na haber certum, & clarum intellectum,
ſed inſufficientem; ramen eſt aduertendum,
quòd in effectu adhuc poteſt dici obſcura,
quia licet habeat vnicum intellectum, &
hac ratione videatur clara, tamen adhuc
dicitur obſcura, quia non habet tantum lu-
men, quod ſufficiar: & quando etiã ſufficiens
haberet, tamen ſi alio maiori offuſcaretur, di-
ceretur obſcura: cæterum reſpectu cauſarum
criminalium remanet adhuc differentia, quia
obſcura probatio contra reum nullam habet
vim, ſed ſemiplena habet aliquam vim, vt di-
xi num. ſeqq.

11 Limita eandem regulam poſitam ſup. ſub
nu. 1. dum diximus, requiri plenam probatio-
nem, quia paria ſint, nullatenus probare, &
non probare plenè, vt hæc regula non proce-
dat in cauſis criminalibus, quia in his licet
deficiat probario plena, ſi tamen extent indi-
cia, nempe probario ſemiplena, vel maior, iu-
dex reum rorquet, ſed nunquam ſine indicijs,
quia non eſt inchoandum à tortura, l. 3. cum
conditionaliter. & l. 8. milites. §. oportet. C. de
quæſt. & l. 1. ff. eod. & ita ſenrire omnes Doct.
requirentes indicia ad infligendã torturam, &
paſſim omnes Criminaliſtas, teſtatur, & ſequi-
tur Proſp. Farin. in qq. crim. q. 38. ſub nu. 1.
12 † & iudex, qui torqueret ſine indicijs, pecca-
ret, & teneretur in ſydicatu, etiãſi reus propter
illã torturã faſſus eſſet delictũ, & confeſſionis
veritatẽ oſtenderet, vt ſecutus ſum ſup. lib. 1.
cap. 97. ſub n. 181. & hic ſup. q. 8. n. 25. & ſeqq.
13 ampl. 3. per totam; † imò non ſolùm requi-
runtur indicia ſufficientia ad torturam, ſed re-
quiritur, quòd appareat, veritatem non po-
tuiſſe haberi ſine tortura, per ea, quę ſcripſi
ſup. lib. 1. cap. 97. ſub num. 79. præſertim in
14 alia futura impreſſ. † Vel poteſt iudex, omiſ-
ſa tortura, condemnare in pœnam arbitrariã,
ordinaria mitiorem, vt, citatis multis, quos
allegare cenſeo non eſſe neceſſarium, ſequun-
tur Surd. conſ. 132. contra. num. 88. lib. 1.
idem Farin. q. 40. num. 15. q. 86. num. 34.
78. & ſeqq. & num. 110. & ſeqq. & ſcripſi ſup.
lib. 1. cap. 65. num. 5. & dixi ſup. hac ead. gl. q.
7. nu. 112. & ſeqq. & quia hæc limitatio, ge-
neraliter ſumpta, cuilibet Criminaliſtæ, quã-
tumuis tyroni, eſt ſatis nota, multorum ho-
die Iuriſconſultorum teſtimonio nõ indiget.

15 Declara primo hãc limitationem, vt indicia
ſint multiplicis valoris, gradus, ponderis, ma-
gnitudinis, & qualitatis: quędã enim ſũt vali-
da

da ſolum ad inquirendum, de quibus ſcripſi ſup.lib 1. cap.59. num.5. cap. 84. num. 4. & ſeqq.& cap.86.num.39.quędam ad torquendum, vt dixi eod. lib. 1. cap. 84. ſub num. 4. verſ. verum.& ſub num.6.& cap.97.num.92. & indiciorum ſufficientium ad torturam,quędam ſufficiunt ad vnum gradum torturæ, & quędam ad alium; & quędam ſufficiunt ad condemnandum, vt dixi eod. lib. 1. cap. 65. num.5.& proinde indiciorum in vniuerſum quędam dicuntur lęuia,quędam grauia,quędam vehemētia,ſeu vehemētiſſima, vt ſcripſi eod.lib.1. cap.84. num. 2. quędam dicuntur legitima,vt dixi eod.cap.84.n.8.& alibi:quędam dicuntur perſpicua,de quibus ſcripſi lib. prox.præcedenti cap.9.num. 315. & ſeqq. & num.327.& ſeqq. quædam dicuntur indubitata, quæ ſunt rei demonſtratio per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo, tanquam in verò exiſtente, quieſcit, nec vlterius quærit inueſtigare, ita, adducendo multa iſtorum indiciorum exempla, ſequitur Surd. conſ. 132.contra. num. 93. in fine, & 94. lib 1. & de praxi, quam obſeruant criminaliſtæ habentes hæc indicia,dixi ſupra quæſt. 7. num. 122. & 123. quædam dicuntur proxima delicto, & quædam remota, & quædam ante delictum, quædam poſt delictū,de quibus ſingulis, & præcedentibus ſcripſerunt Criminaliſtę in tract. & titulis de indicijs, & tortura, nempe Guid. de Suz. tract. de indit. & tort. Cater. in pract. crim. §. inditia. Gand. tract. crim. tit.de præſumption. & indit. Boſſ. tract. crim. tit. de indit. & conſider. ant. tort. Nouel. in pract. crim. in princ. rubr. indicia quæ &c. Franc. Caſon. tract. crim. tit. de indit. &c. Ghirland. in tit. de qq. & tort. Brun. tract. de indit. & tort.Blanc. eod. tit. Clar. recept.ſent.lib.5. §.fin. q.20.& poſtremo Proſp.Farinac.in qq. crim. q. 36. per totam, vbi quid ſit probatio, quot ſint eius ſpecies, quid ſit indiciū, quotuplex;quid ſit pręſumptio,de eius ethymologia, & diuiſione; quid ſit fictio; quid coniectura;quid ſuſpicio; dubitatio,ſignum, adminiculum, & argumentum.

16 Declata ſecundo,vt delictū,quod alias directò probari non poteſt, quale eſt delictum carnis, quod conſiſtit in partibus clauſis, & circumſeptis,ideoq. inuiſibilibus,poſsit plenè probari per indicia ex factis immediatis, quæ præcedunt, & ſubſequuntur illud delictum, Gl. in cap.12. litteris.in verbo,vt credebant. & ibidem Hoſt. num. 1. Ant. de Butr. num. 4. & 11. Abb. num. 1. & Anch. num. 2. de præſumpt. & alij, quos ſequitur Proſp. Farin. in qq. crim. q. 136. num. 55. limit.1. & huius declarationis veritas patet

17 ad ſenſum: † & eſt adeo vera, vt teſtis, qui deponeret directò de coitu, eſſet falſus,quia deponeret, ſe vidiſſe, quod non poteſt videri, Rol. à Vall. conſ. 7. in cauſa antonij. num.17.& ſeqq.lib.1.& cum coitus ſit actus, qui non cadit immediatè in ſēſum teſtis, ſed mediante aliquo actu, probari debet ille medius actus, Ant. de Butr. & Abb. in locis ſup. proximè citatis.

18 Extende hanc declarationem,vt procedat etiam ſi ageretur de coitu cum ſtupro virginis, & virgo reperiretur deflorata, & ipſa aſſereret, ſe fuiſſe defloratam ab eo, contra qnem deponerent teſtes, quia, eo negante, adhuc ſunt probandi illi medij actus, alias non diceretur conuictus de ſtupro,& illa defloratio licet probet ſtuprum, tamen non probat perſonam ſtuprantem, cum potuerit antea eſſe deflorata ab alio: probatis autem actis medijs contra aliquem, dicerem probatum eſſe ſtuprum contra ipſum, quamuis potuiſſet ab alio prius eſſe deflorata, quia hoc non præſumitur, & ideo eſſet probandum contra mulierem.

19 Subdeclara hanc declarationē, dum dicimus, probandos eſſe actus medios, vt actus medij inferentes, & probantes coitum, dicantur ij,qui coitioni,& concubitui ſunt ita connexi, vt cęteris ſint proximiores, hique qui ſint, iam ſunt noti abſque alia eorum commemoratione: ſi enim nudus, & nuda reperiantur in lecto,hic eſt de actibus proximis coitui, Proſp. Farin. in qq. crim. q.136. num. 14. 18. 19. & ſeqq. & num. 171. & quia ex iſto actu de per ſe ſimplici non poſſet inferri neceſſario ad coitum, idem Farin. ead. q.136. num.172.& 174. adduntur alij actus,qui ſunt inſeparabiliter coniuncti cum coitu, hi ſunt, cum iacentes in lecto, viſi, & auditi ſunt, vel ſaltem auditi propè cortinā, dum ſe commiſcebant, & agitabant,exercere actus venereos: alij actus medij connexi, & proximiores ſunt, cū vir,& mulier,pulchri iuuenes reperti ſunt ſoli clauſi in camera, & vir deſpectoratus,& caligis diſſolutis,& mulier proſtrata, & cum rubore eleuata à terra: ſunt & alij actus proximi, & immediati ad coitum, quorum relationem taceo, tum quia eos natura, ſeu ſenſus certius, quàm ars refert,tùm quia cum relatio ſit obſcœna, laſciua,

laſciua, & impudica, turpe eſt de ea dicere, vt, loquendo de ſtupro contra naturam, aduertit S. Auguſt. à me relatus ſupra quæſt. 9. ſub num. 20. & ideo de ijs ſermonem facient aduocati, & iudices, cum ex deſendendi, & iudicandi munere omninò facere coguntur:

20 † & hinc mecum quandoque admiratus ſum, Senecam, virum prudentem, philoſophum moralem, & inter gentiles ſcriptorem religioſiſſimum ſuis ſcriptis lib. 1. natural. quæſt. verſus finem, cap. 16. fol. 412. initio, tàm obſcœna, & neſanda retuliſſe de inexplebili libidine, & incuba, & ſuccuba Hoſtij ſodomia, qui eam, ſpeculis etiam adhibitis, mirum in modum exaugebat.

21 Secus eſt, ſi actus ſint remoti, & non proximiores, quales ſunt epiſtolæ amatoriæ, munera, & ſimiles; quia ex iſtis ſolis non plenè probatur coitus, ſed ſolum faciunt indicium arbitrio iudicis, vt dixi infra numero 28.

22 Reſtringe primo, explicando vlterius hanc ſubdeclarationem, vt procedat in coitu, cuius non remanent veſtigia, qualis eſt coitus ſtupri cum vidua, & coitus cum adultera, quia cum nullus coitus poſſit probari directò, per ea, quæ dixi ſupra nu. 15. & in prædictis perſonis non remaneant veſtigia delicti cognoſcenda per inſpectionem partium pudendarum, quia, vt habetur Prouerb. 30. num. 18. 19. & 20. *tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro; viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia: talis eſt & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum, dicit; non ſum operata malum*, debet poſſe probari per illos actus proximiores, vt dixi ſupra num. 18. quia, ſi hanc excluderemus probationem, ſequeretur, quòd adulterium, & alius coitus, qui poſt ſe non relinquit veſtigia, nunquam poſſet probari; & tamen lex eſt contenta ijs probationibus, quæ ſecundum naturam rei poſſunt haberi.

23 Secus eſt in coitu, cuius remanent veſtigia, qualis eſt ſtuprum cum virgine: quia in iſto ſunt diſtinguendi duo caſus: Primus eſt, quando per inſpectionem apparet fractura clauſtri virginalis, & defloratio; & iſto caſu procedit ſubdeclaratio, de qua ſupra nu. 18. quia tantò magis probatur coitus, cum illis actibus proximioribus, de quibus in dicto num. 18. addatur etiam euidentia deflorationis, quæ præſumitur tunc, & non antea, cum antea non conſtet de illis actibus cum

24 alio. † Secundus caſus eſt oppoſitus, quando clauſtrum virginale per inſpectionem apparet intactum, & nullum deflorationis extat ſignum: & iſto caſu non procedit ſubdeclaratio, quia euaneſcit probatio coitus, quæ reſultat ab illis actibus, quantumuis proximis, quia fortior probatio ſuperat, & annihilat debiliorem, quando non ſunt compaſſibiles, ſed ſunt contrariæ, vt ſecutus ſum ſupra ſub num. 3. verſ. primus caſus. & certè hæc probatio per euidentiam rei eſt fortior, tùm quia ſuperat omne genus probationis, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 71. ſub num. 3. præſertim in verſ. quid dicendum. & ideo in delicto facti permanentis, ſeu cuius remanent veſtigia, debet iudex non ſolum ante condemnationem, ſed etiam ante torturam, aliosque actus præiudiciales adhibere banc inſpectionem, vt latè explicaui dicto cap. 71. ſub num. 3. & cap. 83. num. 2. & ſeqq. & num. 12. tùm quia probatio per illos actus non eſt ita certa, & neceſſaria, vt contra-

25 rium non poſſit eſſe verum; † ſiquidem poteſt quis adeo eſſe verecundus, & amore ita accenſus, vt tunc omnis libido frigeſcat, & conſequenter coire non valeat: imò aliqui ſunt frigidi, & maleficiati, qui ſunt propterea impotentes ad coeundum, vt in tot. decretal. tit. de frigid. & malefic. & impotentia coeundi. & conſiderant Doct. quos citat, & ſequitur Proſp. Farin. in qq. crim. quęſt. 136. ſub num. 35. ampl. 4. Sed eſt aduertendum in hoc ſecundo caſu, quòd licet per inſpectionem excludatur ſtuprum, tamen ſi ſint probati prędicti actus venerei, vt ſunt oſcula, & concubitus, quoad Deum, & quoad honorem ſunt condemnati, & quoad noſtram iuſtitiã non ſunt dimittẽdi omninò impuniti.

26 Reſtringe ſecundo, vt quamuis Doct. in factorum contingentijs, ſæpius conſulendo, ſcripſerint de actibus, quibus probatur, vel non probatur coitus, ſeu copula carnis; tamen de ijs adhuc certa doctrina dari non poteſt, & ideo relinqui debet arbitrio iudicis, vt is, conſideratis omnibus circumſtantijs, videat, an ſecundum vniuerſalem opinionem eorum, qui habent ſanum iudicium, illi actus tantam habeant cum coitu propinquitatem, & connexionem, vt neceſſariò, vel quaſi inferant coitum, Proſp. Farin in qq. crimin. q. 136. num. 6. ampl. 2. quare, vt loquendo de probatione in hoc delicto, dicit text. in cap. 27. præterea. de teſtib. & atteſt. *circumſpectus iudex,*

iudex, atque diſcretus motum animi ſui ex argumentis, & teſtimonijs, quæ rei aptiora eſſe comperierit, confirmabit.

27 Reſtringe tertio, vt ad probandum coitum illicitum requiratur minor, & maior probatio ſecundum diuerſos fines, & effectus: nam ſi agatur extraiudicialiter, vtique indicia, etiam remota, & ſuſpiciones vehementes ſatis apud graues perſonas generant credulitatē, & ideo honorem, à mulieribus cuſtodiēdum, mirum in modum lædūt, & labefactaur, itaut eius macula, & læſio neque tolli, neque ſanari poſſint, quamuis fallacia, & erronea eſſent indicia, & ſufficit ſola fama, quia de mulierum lapſu in delictis carnis homines ſunt valdè proni ad ſuſpicandum, & obloquendum, & qui audiunt, faciles ad credendum; quare non ſolùm ab ipſo crimine, ſed etiam ab eius ſuſpicione cauere debemus; cauendum tamen etiam eſt, ne alios adeò facilè malos ſuſpicemur, vt nos malos eſſe indicemus; ſiquidem quales nos ſumus, tales eſſe alios arbitramur, Eccleſiaſtes 10. num. 3. *ſed & in via ſtultus ambulans, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat*. S. Ambr. de offic. lib. 3. cap. 10. ſub littera L. col. 75. *adeo ſancta erat illis temporibus fides, vt fallere aliquos poſſe non crederetur: quis hoc reprehendat in ſanctis, qui cæteros de ſuo affectu æſtimant? & quia ipſis amica eſt veritas, mentiri neminem putant, fallere quid ſit ignorant, libenter credunt, quod ipſi ſunt, nec poſſunt ſuſpectum habere, quod non ſunt*. S. Auguſt. in Pſal. 118. concione 12. ſub littera G. fol. 447. tom. 8. *quod in ſeipſo agitur, hoc de alijs ſuſpicatur, vt propter quod ipſe colit Deum, vel propter quod bona opera facit, propter hoc credat & alterum facere*. S. Thom. 2. 2. quæſt. 60. art. 3. verſ. reſpondeo. *ex hoc, quòd aliquis ex ſe ipſo malus eſt, & ex hoc ipſo quaſi conſcius ſuæ malitiæ, faciliter de alijs malum opinatur*. & grauiſſimus Senec. epiſt. 71. ſubinde. num. 50. fol. 136. *in oculos nunc mihi manus intentat ille, qui omnium animum æſtimat ex ſuo, quòd dicam paria bona eſſe aduerſa fortiter portantis, & proſpera honeſtè iudicantis; quòd dicam, paria bona eſſe eius, qui triumphat, & eius, qui ante currum vehitur inuictus animo: non putant enim fieri, quicquid facere non poſſunt: ex infirmitate ſua de virtute ferunt ſententiam*.

28 † ſi agatur iudicialiter de inferenda tortura in proceſſu: ſufficiunt præſumptiones, & indicia, vt puta, quia reperti ſint ſoli in locis abditis, & ſecretis; & vir iuuenis eſſet deſpectoratus, & caligas haberet ſolutas, Proſp. Farin. in ead. quæſt. 136. num. 168. vel repertę ſint literæ amatoriæ, & ſimilia arbitrio prudentis iudicis, Proſp. Farin. dicta quæſt. 136. num. 127.

29 † ſi agatur de ſeparatione thori, ſeu amiſſione dotis, non requiritur tanta adulterij, idest coitus probatio, quanta requiritur quando agitur criminaliter de pœna imponenda, per ea, quæ refert, & ſequitur Proſp. Farin. ead.

30 quæſt. 136. num. 18. & ſeqq. limit. 5. † Si verò agatur ad imponendam pœnam, quæ ſit mitior pœna ordinaria, non requiritur omnis probatio poſſibilis; ſecus ſi agatur de imponenda pœna ordinaria, quia tunc requiritur omnis probatio poſſibilis, vt explicaui ſupra num. 19. in ſubdeclar.

31 Prudens itaque, ac circumſpectus iudex non debet ex quibuſuis actibus, ſeu argumentis facilè moueri ad credendum, quia poſſet errare; nam cum Ioſeph, qui pulchra erat facie, & decorus aſpectu, ingreſſus fuiſſet ſolus thalamum, vbi domina, cui ſeruiebat, erat ſola, indeque poſtea, relicto pallio, aufugiſſet, & domina ſtatim, clamando, eſſet foris turbata egreſſa, & quereretur, quòd Ioſeph fuerat ingreſſus, vt eam violaret, ideoq. eum tunc pallium poſuiſſe, & illud, ipſa iraſcente, fuga feſtinata, dimiſiſſe; quis mulieri ex his omnibus non credidiſſet, addito hoc, quòd Ioſeph magnam in ea domo habebat auctoritatem? & tamen Ioſeph erat innocens, & mulier erat rea, quia cum Ioſeph, in quem ipſa oculos iam coniecerat, nollet eius inhoneſto amori conſentire, ideoque ab ea, quia eum nimis ſtimulabat, dimiſſo pallio, cuius apprehenſione ipſum volebat detinere, aufugiſſet, ipſa, videns ſe contemptam, quod ipſa impudicè tentauit committere, de eo alium nolentem conſentire, falsò calumniari non erubuit, Geneſ. 39. num. 6. & ſeqq. quo loci obiter noto, ideo nomen illius mulieris reticeri, vt hinc diſcamus, mulierum inhoneſtatem, quoad poſſumus, non eſſe propalandam.

32 Iudith etiam vidua lauit corpus ſuum, & vnxit ſe myro optimo, & diſcriminauit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola, & lilia, & inaures, & anulos, & omnibus ornamentis ornauit ſe, & ſecum duxit Abram puellam ſuam, & ita ornata, & pulchra acceſſit ad

ad Holofernem, vt eum amore ſuo caperet, & propterea tranſiuit inter milites, & exploratores, qui conſiderabant faciem eius, & erat in oculis eorum ſtupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis, illamque conduxerunt ad Holofernem, ad quem volebat accedere, qui ſtatim atque eam vidit, captus eſt in ſuis oculis, Iudith 10. num. 3. & ſeqq. Qui ergo mulierem ita comptam, iuuenem, & pulcherrimam vidiſſet inter agmina, & militum exercitum de nocte tranſire, vt Holofernem inueniret, nonne eam meretricem, & impudiciſſimam iudicaſſet? & tamen erat caſtiſſima, induebat ſe cilicio, & ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, & timebat valdè Deum, Iudith. 8. num. 6. & 8. & tota illa compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat, Iudith 10. ſub num. 4. nam hac arte abſcidit caput Holofernis, & liberauit populum Hebræum, Iudit 13. num. 3. & ſeqq. & num. 8. & ſeqq. & ſine pollutione peccati, & ſine coinquinatione hæc omnia geſſit, & redijt ad domum ſuam) vt in eodem cap. 13. ſub num. 20.

3 Tempera hanc reſtrictionem, dum in ea probauimus, quòd quis debet eſſe difficilis ad credendum malum, vt hoc procedat in homine priuato, dum conſulit ſaluti animæ ſuę; ſed non in iudice, qui gladio conſulit ſaluti Reip. quia is dum ex officio tenetur inuenire veritatem, vt prouinciam ſceleratis purget hominibus, debet ſuſpicari, & ſuſpiciones librare, & in eis rigoroſè procedere: cum tamen rigoroſè proceſſerit, & res adhuc remanet dubia, tunc etiam ipſe in bonam partem potiùs, quàm in malam debet eſſe propenſus, vt ſunt notiſſimæ regulę, & ſcripſi ſupra q. 7. nu. 135. 142. & 143.

4 Inferebam alias ex his omnibus, ſtuprum, quod fuerat cõmiſſum in loco valde remoto extra Italiã, & de quo coram nobis agebatur, nõ eſſe puniendũ pœna ordinaria ſtupri, quia prędicti actus proximiores, de quibus ſcripſi ſupra num. 19. non erant probati, & de ſtupro non conſtabat per inſpectionem; & quòd ideo erat puniendum pœna arbitraria vſque ad mortem excluſiuè; non obſtante edicto, quo conuerſatio, & acceſſus ad moniales puniri debet vſque ad mortem incluſiuè, in illis verbis, *la qual* (loquendo de conuerſatione) *ſe ſarà per coſe inhoneſte, & ſacrileghe, la pena s'intenda eſſere, & ſia ſino alla morte incluſiuè, & confiſcatione de' beni*. & ita omnes, qui eramus multi iudices, concorditer, vno excepto, inquiſitũ condemnauimus ad perpetuos carceres, & in magnam pœnam pecuniariã, quia caſus erat magnæ importantię; & quando Princeps conderet legem apertam, vt ſimilis caſus in futurum puniretur pœna mortis, lex meo iudicio valdè Reipub. placeret, quia homines, qui tàm ſacrilegis, & inhoneſtis actis loca fœdant religioſa, non vnius tantùm, ſed multorum lædunt famam, & honorem: ſtupri caſus erat iſte: N. cum eſſet vehementi amore M. virginis captus, diu locum prope eius habitationem frequentauit, & ibi M. virginem alloquebatur, multaq. ei mittebat munera, & non paucam illius intuitu fecerat in loco, vbi habitabat, impenſam, huncque inter eos impudicum amorem, eo velari credebant, quòd cum M. virgo penes ſe educandam haberet puellam, quæ ipſius N. erat conſanguinea, quilibet frequentem illam allocutionem, & frequentia munera, non ex inhoneſto in virginem amore, ſed ex honeſta in puellam conſanguineam beneuolentia opinaretur; (ſic excœcantur amantes) tandem N. cum conſenſu, & auxilio alterius mulieris fecit fieri claues adulterinas, quibus vna nocte hora tertia ingreſſus eſt illam habitationem, & cum M. virgine pernoctauit, & manſit tota die ſequenti vſque ad horam vigeſimam ſecundam, in qua fuit ibi à ſatellitibus inuentus, captus, & ductus ad carceres, & penes eum fuit reperta epiſtola amatoria, ſatis impudica, quam M. virgo eidem ſcripſerat ſuper modo, tenendo ad ingrediendum, in eaque epiſtola negotium carnis inhoneſtum clarè promittebat.

35 Hæc, vt auditis, cum eſſent vehementiſſima ſtupri indicia, videbatur prima facie puniendus pœna vltimi ſupplicij ex pluribus argumentis.

Primò, quia proximiores actus probari non poterant: nam cum manſiſſent tota nocte incluſi in camera, vbi erant ſimul dormituri, nemo poterat videre actus venereos, proximos, & immediatos, diu ab vtroque deſideratos; & quorum cauſa ſe tanto expoſuerant periculo, & quando proximiores actus videri non poſſunt, lex libens acquieſcit probationibus, quæ poſſunt haberi ſe-
36 cundùm caſuum diuerſitatem, † ne aliàs viri potentes, & aſtuti ſe in loco forti, & benè ſtipato includentes, lege, quæ actuum venereorum exigit immediatam proximitatem,

& eorundem probationem, eluſa, audacio-
37 res hoc committant delictum; † quare ſi virum, & mulierem, inhoneſtè ſe amantes, volumus dicere coiuiſſe, & coitus verbum, vti nimis impudicum, tacere, dicimus, eos ſimul dormiuiſſe, quia idem eſt, vnde & Putipharis vxor, quamuis mulier ſatis impudica, dum Ioſephum ſeruum inhoneſtè requirebat, dicebat ei, vt ſecum dormiret, vt in Gen. 39. ſub num. 7.

38 Secundo, quia vbi inſpectio adhiberi non poteſt, lex eam non requirit, quia lex non eſt de re impoſſibili; præſertim ſi illa impoſſibilitas procedat ab ipſa lege, quia hoc modo lex obligaret ad implendum illud, cuius implementum ipſa impediret: ſed lex prohibebat, ne iudex, qui procedebat contra N. poſſet adhibere inſpectionem contra M. virginem, quia adimit ei iuriſdictionem: ergo in iſto ſtupro nulla eſt habenda conſideratio, quòd deficiat inſpectio.

39 Tertio, quia illud edictum, quo imponitur pœna vſque ad mortem incluſiue, corrigit aliquo modo ius commune, augendo potius, quam minuendo illius pœnam, ſeu, inquam, non exigendo tantam probationem.

40 Sed ſi ſtuprum probaretur plene, ideſt, probarentur actus venerei proximiores, & immediati, puniretur de iure communi pœna mortis cum confiſcatione bonorum, prout de iſtis pœnis contra ſtuprantem ſacratiſſimas virgines, habetur in l. 5. ſi quis non dicam. & in l. 10. ſi quis in hoc. C. de epiſc. & cler. in §. penult. ſi quis rapuerit. Auth. de ſanctiſ. epiſc. & cap. 30. ſi quis rapuerit. 27. q. 1. & ſcribunt Grill. de pœn. omni. ſ. coit. quæſt. 1. num. 18. & 19. fol. 299. tom. 11. part. 1. Berm. Chouer. de publ. concub. rub. de ſacril. in fine, n. 6. fol. 153. Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. q. 68. verſ. monialem. & §. fornicatio. verſ. cum moniali. & ibi latè Addit. & Proſp. Farin. in qq. criminalib. quæſt. 146. num. 3. 5. & 9.
41 hic † enim ſtuprator tria committit delicta carnis, videlicet, inceſtum, adulterium, & ſtuprum, vt dicunt, & explicant Gl. vnica, in cap. 14. virginibus. 27. q. 1. & Chouer. dicta rub. de ſacril. num. 3. imò committit quatuor, quia vltra prædicta tria committit ſacrilegium, Grill. dicta q. 1. ſub nu. 10. verſ. quarto quot. vbi declarat, & Farin. dicta q. 146. num. 6.

42 Sed aliter punitur de iure canonico, & qua pœna puniri debeat in foro conſcientiæ, Bapt. de S. Blaſ. de concord. iur. can. & civ. arg. 115. & num. 4. fol. 187. tom. 1.

Ergo licet de iure communi non eſſet imponenda pœna mortis, niſi probarentur illi proximiores, & immediati actus venerei, tamen debet imponi de iure illius edicti, vt aliquid operetur, & non ſit ſuperfluum.

43 Quarto, quia edictum, à nobis relatum ſupra nu. 34. imponit pœnam vſque ad mortem incluſiuè, non ſolùm pro ſtupro conſummato, ſed etiam pro acceſſu ad illud committendum, imò & pro acceſſu ad committendum res inhoneſtas & ſacrilegas.

44 Quinto, quia ſi ob ſolam ſchalarū appoſitionem ad feneſtras mulieris caſtæ eſt impoſita pœna mortis, Bal. in l. fin. ff. de rer. diuiſ. multò magis eadem pœna debet puniri, qui adulterinis, & falſificatis clauibus ingreditur locum ſacrum, vt carnaliter cognoſcat virginem ſacram, quia eſt maius delictum.

45 Sexto, quia mulier, ſi muneribus, & auro ſollicitata cognoſcatur, dicetur cognita per vim, vt ſcribunt Plot. de in lit. iur. §. 1. num. 14. & Menoch. de arbitr. iud. caſ. 360. num. 51. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 86. ſub num. 3. verſ. caueant iudices. in alia futura impreſſione; magnam enim vim cogendi habet aurum, vt ibidem ſcripſi, & ideo ſtuprum, ſeu alij actus venerei, hac adhibita violentia, ſunt ſeuerius puniendi, quia violentia, & raptus videntur fraternizare, & raptus punitur pœna mortis, etiam ſi non fuerit conſumatus, vt dixi infra num. 53. & ſeqq. verſ. ad quintum. & hæc violentia, muneribus facta, conſideratur in iſta virgine: ergo videtur imponenda pœna mortis.

46 His non obſtantibus, in contrariam iuimus ſententiam, nempè, quòd non eſſet puniendus pœna ordinaria ſtupri: & moti ſumus, tùm fundando noſtram ſententiam, tùm deſtruendo argumenta contraria.

Fundamentū noſtræ ſententiæ eſt, quia N. fuit ſolū grauiter indiciatus, & non conuictus de ſtupro, per ea, quę dixi ſupra nu. 19. in ſubdeclaratione. Sed in criminalibus requiruntur probationes, luce meridiana clariores, vt eſt in ore omnium, & ſcripſimus nos ſupra lib. 1. cap. 63. ſub num. 1. verſ. verum circa. & alibi ſæpè, & luce meridiana clariores vocamus, quando ad probandum corpus delicti, habemus rei euidentiam, & inſpectionem, ſi delictum ſit eius qualitatis, vt relinquat poſt ſe veſtigia, quæ inſpici poſſint, vt dixi ſupra nu. 23. verſ. ſecus. & deinde contra eum, qui delictum commiſit, ſit probatio plena per teſtes, deponentes per ſenſum corporis, iuxta

iuxta naturam delicti, & tunc delinquenti, ita plene conuicto, imponitur pœna ordinaria, ſi ex aliqua iuſta cauſa non ſit minuenda; at delinquenti, non ita plene conuicto, non imponitur pœna ordinaria, ſed alia mitior, quantumuis vrgentia, & grauia ſint contra eum indicia, & ita obſeruat vbique praxis, vt dixi etiam ſup. num. 11. &
47 14. † neque obſtat, quòd aliquando delictum committatur ita in occulto, vt non poſſit probari aliter, quàm per indicia: quia reſpondetur, quòd non per hoc is, qui eſt ſolum indiciatus, debet puniri, ac ſi eſſet plenè conuictus, & licet hoc modo videatur poſſe eludi lex, tamen donec lex non diſponit expreſsè, quòd in eo delicto occultè commiſſo ſola indicia ſufficiant, & habeantur pro plena, & liquidiſſima probatione, vult potius eludi, quàm reum non conuictum puniri, & ſic ceſſat primum argumentum.

48 Non obſtant argumenta adducta in contrarium.

Ad primũ enim patet ſolutio ex his, quæ ſcripſi numero præcedenti, & addo, quòd non eſt probatum, quòd nudi ſimul dormiuerint.

49 Ad ſecundum reſpondeo, quòd licet inſpectio nõ ſit neceſſaria, quando non poteſt fieri, quia neceſsitas eſt exẽpta ab omni lege; tamen, omiſſa inſpectione, debet plenè probari, quis commiſerit delictum, & ſic neceſſariò probabitur etiam corpus delicti, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 71. ſub n. 3. verſ. ſi verò. & verſ. ſeqq. & proinde licet in caſu noſtro inſpectio non fuerit neceſſaria, tamen erant probandi actus immediati, vt dixi ſup. num. 19.

50 Ad tertium argumentum reſpõdebamus, quòd edictum ſatis operatur, dum diſponit, quòd iudex imponat pœnam torturę, & certam pœnam pecuniariam, & in reliquis dat ei arbitrium, vt poſsit punire vſque ad mortem incluſiuè; quæ diſpoſitio non eſt eadem cum diſpoſitione iuris communis: & dicebamus, quod iudex hoc arbitrio, ſibi dato, debet vti cum ratione: & ratio exigit, vt eum, qui ſtuprum non conſumauit, ſeu de eo non plenè conuincitur, non puniat pœna mortis, quia maiorem imponere non poſſet illi, qui ſtuprum conſumaſſet, ſeu de eo plenè conuinceretur: & quòd iudex in arbitrio vti debeat ratione, patet, quia alias ſequeretur, quòd pro ſtupro conſumato, ſeu plenè probato poſſet imponere minorem pœnam, quàm pro non conſumato, ſeu non plenè probato, & addebamus, tutius eſſe, quòd iudex, habens arbitrium, non imponat pœnam ordinariam in caſu, quo ius commune illam non imponeret, quamuis eam iudex imponere poſſet.

51 Ad quartum reſpondebamus, quòd licet edictum imponat pœnam vſque ad mortem incluſiuè contra accedentem ad monaſteriũ pro re inhoneſta, & ſacrilega, & ſic videatur eam imponere, etiam ſi rem inhoneſtam non perfecerit; tamen eſt aduertendum, quòd illud edictum non debemus ita iudaicè interpretari, vt eandem pœnam mortis, quam imponit ei, qui nefandiſſimum ſtuprũ conſumauerit, imponat etiam illi, qui ſolum verbis impudicis, & inhoneſto colloquio tentauerit, & conſequẽter æquè puniat grauia, & minus grauia; id enim repugnaret iuri communi, quod grauiora delicta acrius punit, quàm leuia, vt ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 58. ſub nu. 12. & ideo pro ſtupro tentato, & non conſumato cũ moniali non imponit pœnam mortis, ſicut imponit pro conſumato, vt ſcribunt communiter Criminaliſtę, & repugnat iuri diuino, quia pœna non debet eſſe maior delicto, Exod. 21. & Deuter. 19. in fine, & 25. ſub num. 2. *pro menſura peccati erit & plagarum modus*, & quia repugnat iuri communi humano, & iuri diuino, repugnaret etiam rationi, & iuſtitiæ, per ea, quæ
52 ſcripſi eod. cap. 58. ſub num. 12. † vnde dum illud edictum videtur imponere pœnã mortis ingredienti monaſterium, quia voluerit committere rem inhoneſtam, & ſic ſtuprum, debemus illud interpretari, vt illam pœnam imponat illi, qui ſtuprum commiſerit, quia leges, & ſtatuta, quę imponunt pœnam ei, qui voluerit committere aliquod delictum, regulariter intelliguntur, vt habeant locum, quando ille delictum cõmiſerit, & illud verbum (voluerit) reſoluitur in aduerbium (voluntariè) commiſerit, Gl. vlt. in l. fin. & ibi Bar. num. 1. ff. de rer. diuiſ. & Felyn. in tract. quan. conat. puniatur, & addi poſſunt, quę de hoc verbo ſcripſit Fab. de Mont. tract. de empt. & vend. q. 5. num. 51. fol. 54. tom. 6. par. 1.

53 Ad quintum reſpondebamus, quòd text. in l. 5. ſi quis non dicam. C. de epiſc. & cler. quem citat Bal. procedit, quando attentatur raptus, tunc enim appoſitio ſchalarum
54 puniretur pœna capitis, † & eſt aduertendũ, quod licet raptus puniatur pœna capitis, ſicut

cut punitur ſtuprum, vt de ſtupro dixi ſup. num.40. in tertio argumento; tamen raptus eſt grauius delictum, & ideo pro eo eſt impoſita pœna capitis, ſiuè ſit raptus virginis, ſiue non virginis, l. vnica, C. de rapt. virg. & eſt impoſita non ſolum pro raptu violento, ſed forſan etiam pro voluntario; † & non

55 ſolum pro raptu conſumato, ſed (quod facit ad punctum noſtrum) etiam pro attentato, & pro conatu, & ſollicitatione ad raptum, etiam ſi fuerit ad finem matrimonij, & in his terminis loquūtur dicta l. ſi quis non dicam. & Auth. de ſanctiſs. epiſcop. in §. ſi quis rapuerit. Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 68. verſ. monialem. ſimiliter tex. in l. vlt. vbi Bal. ff. de rer. diuiſ. loquitur in eo, qui tranſcendit muros Vrbis, vt declarat Clar. ead. quæſt. 68. verſ. muros ciuitatis. vnde cum nos non ſimus in crimine raptus, ceſſat argumentum, ſumptum ab appoſitione ſchalarum, ad falſificationem clauium, quia falſificatio clauium non erat ad committendum

56 raptum; † hincque ſententia Protegis Neapolis, qua nobilem iuuenem, eo quod eum ſchalis de nocte aſcenderat ad domum alienam propter amorem pulcherrimæ puellæ citra raptum, condemnauit ad mortem, fuit totius Italiæ iudicio viſa nimis ſeuera, & crudelis, ſi credimus Claro ead. quæſt. 68. verſ. aſcendens.

57 Ad ſextum reſpondeo, quòd licet Doct. ſubtiliter conſiderent, quòd munera, & aurum inferunt vim, & violentiam, ideoque qui auro inducit mulierē ad fornicationem, grauius videatur puniendus, & mulier, ita inducta, aliqualiter forſan excuſanda, tamen (quicquid ipſi conſiderent) veritas eſt, quòd hæc non eſt violētia, ſed eſt ſpontanea venditio proprij honoris, & ideo nulla eſt admittenda excuſatio, & quando etiam diceretur violentia, eſt violentia, quæ infertur mulieri volenti, & ideo nullius eſt cōſiderationis, quia ſicut volenti non fit iniuria, ita etiam non infertur violentia, & ſic ruit Doctorum conſideratio, quæ propterea

58 in praxi non admittitur: † triplex igitur eſt violentia, qua mulier induci poteſt ad fornicationem: prima eſt amor, & propria libido ipſius mulieris: ſecunda eſt auaritia, & ſitis pecuniæ, ſub cuius nomine intelligo omnem rem, pretio æſtimabilem: tertia eſt me-

59 tus, & coactio, cui reſiſti non poteſt: † ſi loquimur de prima, quæ conſiſtit in propria mulieris libidine, vtique illa eam non excuſat, imò magis vituperat, & tamen hæc maiorem illi infert vim, quàm faciat aurum;

60 ſi † de ſecunda, quæ conſiſtit in auro, dico, quod cum minorē habeat violentiam, eo minus excuſat, & conſequenter ſi iſtis violentijs non excuſatur mulier, ijſdē non grauatur vir, quia excuſatio in muliere, & aggrauatio in viro his caſibus habent naturā correlatiuorū, vt, vno poſito, ponatur alterum, & è cōuerſo, vno ſublato, tollatur alterū, etenim ſi excuſaretur mulier, ideo excuſaretur, quia peccaſſet coacta, & qui eam coegiſſet, ideo grauius puniretur, quia dupliciter peccaſſet: nā peccaſſet ipſe, & coegiſſet, vt peccaret alius, nēpe, mulier; & è conuerſo, ſi mulier non excuſaretur, ideo non excuſaretur, quia peccaſſet volens: & certe ſi hæc violentia conſideraretur, vir ſemper poſſet ſe excuſare, quod fuit captus, & raptus ab amore mulieris, quam carnaliter cognouiſſet, quia amor omnia vincit: abſit ergo, quòd mulier excuſetur, quia ipſa propter ſuum honorem omnia mala debet pati, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 67. confirm. 3. † ſi verò

61 loquamur de tertia violentia, dico, quòd illa excuſat mulierem, quia tunc peccauit

62 nolens, & inuita, † & voluntas, & propoſitum in criminibus diſtinguunt actus hominum, l. 14. diuus. ff. ad l. corn. de ſicar. & ideo nec peccatū, nec iuſtitia perficitur ex opere ſine voluntate, cap. 4. præſens. 20. quæſt. 3. & cap. 16. ſicut enim. 32. quæſt. 5. & ex inuoluntarijs non laudari, neque vituperari ex Ariſt. 3. eth. refert Par. de Put. tract. de re milit. in verbo, milites ad oſtentationem. nu. 5. tom. 16. fol. 416. præſertim ſi mulier fuiſſet cognita per vim præciſam, & abſolutam, vt explicaui ead. ampl. 19. ſub num. 67. verſ. quia reſpondeo, quòd ſi violentia non fuit præciſa, adhuc peccat, ſed leuius, per ea, quæ latè ſcripſi ſub eod. num. 67. verſ. voluntarium. & ſeqq. & ex his concludo, violentiam, quæ conſideratur in muneribus, non eſſe conſiderandam.

63 Subuerſis igitur his, quæ contra noſtram ſententiam, quia maiorem non impoſuit pœnam, adduximus, remanet, vt duo dicamus verba, pro eiuſdem ſententiæ defenſione, quia minorem ea, ad quam condemnauimus, non impoſuit.

Non obſtat primo igitur, quòd, commiſſo delicto à duabus perſonis ſimul, nempe à perſona religioſa, in quam Curia ſecularis

non

non habet iuriſdictionem, & à perſona laica, in quam habet iuriſdictionem, iudex eccleſiaſticus cognoſcat totàm cauſam, & ideo ille laicus, qui delictum commiſit ſimul cum perſona religioſa, ſit remittendus ad ipſum iudicem Eccleſiaſticum, quia continentia cauſæ non ſit diuidenda, & magis dignum trahat ad ſe minus dignum, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 11. num. 24. & ideo etiam N. laicus inquiſitus de ſtupro cum M. virgine debeat iudicari à iudice eccleſiaſtico.

64 Quia reſpond. quòd hæc opinio ſeruaretur in terris immediate ſubiectis temporali iuriſdictioni Eccleſiæ, & dato, quòd eſſet ſeruanda etiam quando iudex ſecularis haberet iuriſdictionem ab Imperatore, ſeu alio Principe, (ſed tunc vix ſeruaretur, quia vterque iudex vult cognoſcere contra ſibi ſubiectum & nolunt remittere) tamen dico, quòd hæc obſeruantia procederet quando pœna, imponenda laico, eſt talis, vt eam poſſet imponere etiam Eccleſia; ſecus ſi agatur de pœna ſanguinolenta, quam Eccleſia non imponit, quia tunc etiam in terris immediate ſubiectis eccleſiæ, laicus denuo puniretur à Curia ſeculari ea ratione, quòd non fuiſſet ſufficienter punitus, per ea, quæ ſecutus ſum eod. lib. 1. cap. 12. nu. 88. † vnde

65 licet præuentio liget manus iudicis præuenti, inquiſito opponente de præuentione, vt dixi eod. cap. 12. num. 66. & ſeqq. & præuentio habeat locum in delictis mixti fori, vt ſecutus ſum eod. cap. 12. num. 57. & in caſu noſtro Curia eccleſiaſtica præueniſſet, & inquiſitus oppoſuiſſet de præuentione, & hoc delictum vel ſit eccleſiaſticum, vel ſaltem mixti fori propter ſacrilegium, Clar. & alij, quos citaui eod. cap. 12. num. 54. tamen cum Eccleſia non poſſit imponere maiorem pœnam ſcutorum mille, vt in conſtitutione ſynod. tit. de monialib. cap. 4. & ſecundum leges fori ſecularis longè grauior ſit imponenda ad arbitrium iudicis vſque ad mortem incluſiue, non dicitur ſufficienter punitus, & ideo poterit adhuc puniri à Curia ſeculari, vt dixi eodem cap. 12. num. 85. & 88.

66 Et hoc procedit, quamuis N. laicus ſit punitus à delegato Papæ, quia delegatus Papæ non potuit eum punire, niſi tanquam iudex eccleſiaſticus, quia Papa non intendit alienam iuriſdictionem perturbare, per ea, quæ ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 7. num. 74. & ſeqq. idque ſatis euidenter conſtat ex eo, quia ſi hoc delictum fuiſſet commiſſum Romæ, vbi Papa exercet etiam gladium temporalem, tanquam Princeps ſecularis, vtique laicus ab eius iudicibus fuiſſet punitus ſecundum leges fori ſecularis; hancque duplicem iuriſdictionem Papæ in alio propoſito conſiderat Nauar. ſuper extrau. Bonif. VIII. & Greg. XIII. pro datis, & promiſſis &c. ſub num. 29. not. 17. verſ. tertio. & ſeqq. tom. 3.

67 Non obſtat ſecundo, quòd multa ex actis, in quibus Curia ſecularis fundat intentionem contra inquiſitum, ſint facta in Curia Eccleſiaſtica.

Nam reſpondeo, quòd probant etiam in Curia ſeculari, quia licet Curia Eccleſiaſtica non eſſet iudex competens ad ferendam ſententiam ſanguinis, tamen erat competens ad faciendum proceſſum, & ideo illa acta, & proceſſus probant vbique, ſicut dicimus, quòd inſtrumentum, factum à notario in territorio, vbi poteſt conficere inſtrumenta, probat etiam extra territorium, vbique, vt ſecutus ſum ſup. gl. 7. q. 4. ſpec. 2. nu. 142. ſic etiam videmus ſeruari in proceſſu, facto ab Inquiſitore contra hæreticum, quia iudex ſecularis ſtat illi proceſſui, & ſententiæ, vt latè ſecutus ſum ſup. lib. 1. cap. 63. ſub nu. 7. verſ. contrariam. eſt tamen verum, quòd ſi iudex ſecularis nollet ſtare proceſſui, facto à iudice eccleſiaſtico (non loquor de crimine hæreſis) poſſet in caſu, quo ipſe poſſet procedere, facere nouum proceſſum.

68 Sed huius reſponſionis occaſione eſt aduertendum; quòd licet Curia ſecularis nulliter procedat cõtra clericum, vt ſcripſi ſup. gl. 7. q. 3. limit. 1. nu. 8. per ea, quæ latè ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 11. nu. 15. & ſeqq. & nu. 32. & ſeqq. & d. limit. 1. n. 6. & proinde Curia eccleſiaſtica nullatenus debeat ex proceſſu, fabricato à Curia ſeculari, condemnare clericum, per ea, quæ dixi hic ſupra.

69 Tamen an Curia eccleſiaſtica poſſit ſtare proceſſui iudicis ſecularis ad effectum interrogandi clericum ſuper delicto, & ad effectum inquirendi ſpecialiter, ſunt opiniones.

Prima enim opinio ſit negatiua, quòd non poſſit, quia illa probatio, ſeu proceſſus, factus coram iudice ſeculari, eſt nullus, cap. at ſi clerici. de iudic. & dixi hic ſupra: † ſi illa

70 probatio, ſeu proceſſus eſt nullus: ergo deficit diffamatio, & deficiunt indicia, ſine quibus non poteſt iudex interrogare ſpecialiter, quia eſſet interrogatio ſuggeſtiua;

quam

quam damnare videtur Iureconſul. in l. 1. §. qui quęſtionem.ff. de quæſt.& multa ſcri-
71 pſi ſup. lib. 1. cap. 86.ſub num. 7. † & iudex, ita inquirendo, peruertit ordinem, & conſequenter facit iniuſtitiam, per ea, quæ ſcribũt Doctores in l. 1. §. item illud. ff. ad ſyllan. & latè oſtendit Nauar. in cap. inter verba, cõcluſ. 6. num. 15. verſ. decimum. 11. q. 3. & in rubr. de iudic. ſub num. 77. verſ. ex quibus. & ex eo refert Mich. Sal. ad S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 2. controu. 7. verſ. oppoſitum. & ſeqq. fol. 456. & eſſet ſtulta ordinis peruerſio, quia poneret currum ante boues, & eſſet periculoſa, per ea, quæ retuli d. lib. 1. cap. 71. ſub num. 3. & cap. 83. ſub num. 6. & ſeqq.
72 † vnde nec inquiſitus, dum interrogatur, tenetur reſpondere, S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. verſ. reſpondeo. in fine, & eſt opinio communis, de qua teſtantur Aretin. in cap. 24. qualiter. §. debet. ſub num. 13. ibi, ſi vero nulla. de accuſ. & alij, quos citaui d. lib. 1.
73 cap. 84. num. 35. † nam nemo tenetur ad alterius petitionem dimittere bona ſua, famã, ſeu vitam, donec ei nõ conſtat de iure illius, qui petit, Nauar. & Mich. Sal. quos citaui eod. lib. 1. cap. 100. ſub num. 11. verſ. con-
74 traria opinio. † & iudex, qui interrogaret, mortaliter peccaret, quia faceret contra iuſtitiam, vt latius explicat Nauar. vbi ſupra, nam quicunque facit contra iuſtitiam, peccat mortaliter, S. Thom. 2. 2. quæſt. 59. artic. 4.

75 Secunda opinio contraria erit affirmatiua, quòd Curia Eccleſiaſtica poſſit interrogare, & inquirere ſpecialiter, Bal. in auth. clericus. num. 11. C. de epiſc. & cler. quem retuli ſup. lib. 1. cap. 63. num. 8. & hanc opinion. ſequitur, defendit, & teſtatur ſeruari in Curia Archiepiſc. Neap. M. Anton. Genuen. in prax. Archiepiſc. cap. 6. ſub num. 2. & ſeqq. & certè hæc opinio, & obſeruantia mihi videtur probabilis, & expediens Reip. tùm per ea, quæ dicit M. Ant. Genuen. vbi ſup. tum quia ſi iudex ſecularis potuit ex illis indicijs procedere ad capturam clerici, videtur, quòd vſque ad illam capturam tenuerint, & teneant geſta coram eo.

GLOS. XIV. Sententiamus. &c.

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

In ſolidum obligati, & in ſolidum conuenti, ſed condemnati ſimpliciter, intelliguntur condemnati in partes æquales, & non in ſolidum, niſi ſit expreſſum in ſententia, num. 1. 3. & ſeqq. Eiuſque extenſiones ponuntur, num. 9. & ſeqq. Et qua ratione iuſtificetur hæc condemnatio, num. 6. Et quando non intelligantur condemnati in partes æquales, num. 33. Et quando intelligantur condemnati in ſolidum, num. 34. & ſeqq.

Hæredes non poſſunt actione perſonali conueniri in ſolidum. ſub nu. 1. verſ. confirmatur.

Sententia debet intelligi lata eo modo, quo de iure ferri debuit, & debet interpretari ſecundum naturam contractus, impropriando etiam verba, num. 2. Et quomodo hoc ſit verum, num. 3.

Sententia eſt ſtricti iuris, ſub n. 3. Et ideo obligationi, quæ oritur ex ea, non poſſumus addere, vel detrahere, num. 4.

Solidi obligatio hodie non inducitur, niſi expreſſe agatur, ſub num. 4.

Copula (&) in ſententia diuidit in partes æquales, nu. 5. Diuidit etiam in promiſſionibus, & ſtipulationibus, num. 14. In vltimis voluntatibus, num. 15. Et in confeſſionibus, num. 16. & ſeqq. Sed hæc diuiſio per copulam eſt interpretatiua, & non realis, num. 7. Et quomodo diuiſio conſideretur in copula (&) num. 30. & 32.

In ſolidum petere non dicitur creditor, niſi id expreſſim dicat, quamuis totam ſummam petat ab ijs, qui ſunt obligati in ſolidum, num. 11.

Debitor, qui ſoluit partem, ad quam fuit condemnatus, licet ad aliam partem cogi non poſſit ex illa condemnatione, etiam ſi alter debitor non ſit ſoluendo partem ſuam, num. 12. Tamen ſi ſit obligatus in ſolidum, poterit denuo conueniri ad aliam partem, num. 13.

Confeſſio, facta à patre, & à filio, vel à marito, & vxore de dote recepta, vel de receptione pretij rei dotalis venditæ, quando obliget æqualiter omnes, & quando patrem, ſeu maritum ſolum, num. 16. & ſeqq. num. 25. & ſeqq.

In

In ſolidum obligati, qui dicuntur correi, ſunt omnes principales debitores, quando negotium, pro quo facta eſt obligatio, ſpectat ad omnes; alias ſi non ſpectat ad omnes, hi, ad quos non ſpectat, ſunt fideiuſſores, n. 20. Et an, & quando poſſint conueniri, non excuſſis correis principalibus, n. 20. 21. & 22.

Correus debendi, ad quem non pertinet negotium, pro quo ſe obligauit, & ideo remanet fideiuſſor, quomodo poſſit conueniri, num. 20. & ſeqq.

Correo debendi non competunt exceptiones correi, ſub num. 22. verſ. imò correus.

Sententia lata pro correo debendi non prodeſt alteri correo, ſub num 22. verſ. imo correus.

Fideiuſſor, & debitor principalis poteſt quis eſſe, conſiderata diuerſitate perſonarum, num. 22. & 23.

Confeſſio mulieris de dote recepta, an ſibi noceat, & an alteri proſit, num. 24.

Scholaris accipiens mutuas pecunias præſumitur eas expendiſſe pro neceſſitatibus ſcholaſticis, num. 26.

Pater accipiens mutuo pecunias tempore cariſtiæ præſumitur eas accepiſſe pro alimentis ſuæ familiæ, num. 26.

Actus præſumitur factus ſecundum diſpoſitionem iuris, num. 27.

Actus præſumitur factus ſecundum cauſam præcedentem, num. 28.

Dubia diuiduntur in partes æquales, num. 30. & ſeq.

Media via quare in dubio ſit eligenda, num. 31.

Regula ſumitur ex iure, & non ius ex regula, ſub num. 32.

Reus ſtipulandi, & Reus promittendi } ſignificant creditorem, & debitorem, ſub num. 38. & 39.

Duo rei debendi, & duo rei credendi qui dicantur, num. 40. & 41.

In ſolidum aliquos ſe obligare poteſt contingere quatuor modis, num. 42.

Duo rei ſtipulandi, ſeu credendi quando dicantur, & quando vnus, num. 43.

1 PLVRES ex eadem cauſa obligati in ſolidum ad ſoluẽdum certam ſummam ſi conueniantur à creditore, & iudex eos condemnet ſimpliciter ad ſoluendum illam ſummam, intelliguntur condemnati, non in ſolidum, vt ſunt obligati, ſed intelliguntur condemnati diuiſim, vt quilibet debeat ſoluere partem ſuam pro virili, ideſt, ęqualem partem, hæc eſt regula, quę habetur in l. 1. & 2. & ibi communiter Doct. pręſertim Paul. de Caſtr. C. ſi plur. vn. ſent. &c. Gomez. var. reſolut. tom. 2. cap. 10. ſub num. 3. verſ. rurſus. fol. 286. in fine, & 287. & Surd. conſ. 150. verba contractus. n. 35. verſus finẽ, lib. 1.

Confirmatur hæc regula, quia licet creditor poſſit exigere ſolidum, & totum à ſuo debitore, qui eſt vnus, tamen, defuncto debitore, & relictis pluribus hæredibus, ſi creditor agat actione perſonali, poteſt vnus ex hęredibus ſoluere partem ſuam, & creditor tenetur illam recipere, & eum liberare, & pro alijs partibus debet agere contra alios hæredes, licet ſi fuiſſet viuus debitor, is non potuiſſet ſoluere partem, inuito creditore, ſed fuiſſet coactus ſoluere totũ, Iaſ. in l. 2. ſtipulationum, §. ex his. ſub num. 1. & 2. & fuſius ſub num. 6. vbi de opin. communi, ff. de verb. oblig. Surd. conſ. 104. non reuocatur. num. 12. lib. 1. & deciſ. 90. num. 6. in fine, & num. 7. & eſt ratio, quia lex facit diuiſionem inter hęredes pro hęreditarijs partibus, & vnuſquiſque hæredum repræſentat defunctum pro ea parte, pro qua eſt hæres, Iaſ. in loco ſup. proximè citato, & Surd. deciſ. 224. ſub n. 20. & dixi in mea deciſ...... die Iouis, 21. Iulij 1622. & ſicut lex diuidit, ita etiam nõ prohibetur iudici, ne diuidat in ſentẽtia.

2 Non obſtat primo, quòd ſententia debeat intelligi lata eo modo, quo de iure ferri debuit, Surd. deciſ. 93. quidã. nu. 25. in fine, & n. 26. & Rot. diuerſ. deciſ. 66. fuit concluſum. in fine, ſub n. 3. & deciſ. 123. ſentẽtia. ſub n. 1. par. 2. in vltim. recẽtior. & quòd debeat interpretari ſecundum naturam contractus, cuius occaſione pronunciata eſt, impropriando etiã verba, vt ſequitur Crauet. conſ. 188. magnificus. ſub numer. 2. & quòd, inſpecta natura actionis, iudex debeat illos condemnaſſe in ſolidum, præſertim quando creditor ita petijſſet, vnde non exprimendo quomodo cõdemnet, debeat intelligi, vt condemnet ſecundum naturam actionis, & prout ſententia remanet conformis libello, ſiquidẽ ſententia, ita intellecta, erit etiam iuſta, imò magis iuſta: & nos quãdo poſſumus interpretari ſententiam duplici modo, & vno modo ſententia eſt iniuſta, & alio eſt iuſta, interpretari debemus eo modo, quo eſt iuſta, vt dixi ſupra q. 17. num. 62. & 63. & eadem ratione quando vno modo eſt iuſta, & alio eſt magis iuſta,

iuſta, interpretamur eo modo, quo eſt magis iuſta.

3 Nam reſpódeo, omnia obiecta procedere, quando verba ſententiæ ſunt apta admittere duplicem intellectum, ſeu interpretationem, quia tunc ſunt intelligenda ſecundum naturam actionis, & contractus, & prout ſententia remanet iuſta, ſeu magis iuſta: at ſententia, qua duo, ſeu plures condemnantur ſimpliciter, non admittit, niſi hunc vnum intellectum, vt intelligantur condemnati in partes æquales, quia non intelliguntur condemnati inſolidum, niſi quando eſt expreſſum in ſententia; & proinde cum natura verborum importet, vt ſint condemnati pro partibus æqualibus, & ſentẽtia ſit ſtricti iuris, debemus eam interpretari non ſecundum naturam actionis, ſed ſecundum naturam verborum, Paul. de Caſtr. in d. l. 1. num. 2. in fine, & num. 3. C. ſi plur. vn. ſent. ſiuè ex iſta interpretatione ſententia ſit iuſta, ſiuè iniuſta, quia iudex interpretando ſententiam, non debet addere, vel minuere, per ea, quę dixi ſup. d. q. 17. nu. 1. & ſeqq. hincq. eſt, quod neque petitionem actoris iſto caſu interpretaremur iuxta naturam actionis, Paul. de Caſtr. ſub eod. num. 2. & ex eo ſecutus ſum infra num. 11. extenſ. 3.

4 Quòd autem ſecundum verborum naturam intelligantur condemnati pro virili, patet dupliciter. Primo, quia eo ipſo, quòd ſententiæ inſtrumentum non dicit (in ſolidum) neque nos dicere debemus; ſententiæ enim ſcriptura probat ſuos limites, nec noſtrum eſt, obligationi, quæ oritur ex ſententia, addere, vel detrahere; vnde dicere ſolemus (quod non cantat inſtrumentum, neque ego cantabo) nam ſi iudex voluiſſet condemnare in ſolidum, vtique ſciuiſſet dicere, per ea, quæ copioſè adducit Surd. d. conſ. 150. ſub num. 31. verſ. iſtis tamen. & num. 32. & 33. lib. 1. & cum non dixerit, nos non poſſumus ſubaudire, quia obligatio ſolidi hodie non inducitur, niſi expreſsè agatur, Surd. eod. conſ. 150. num. 36. quare ſententia, cum ſit ſtricti iuris, non debet extendi ad ea, quæ venirent ex natura actionis, & libelli, Paul. de Caſtr. in loco ſupra

5 prox. citato. † Secundo patet, quia ſicut copula (&) in obligationibus, & ſtipulationibus diuidit in partes æquales, Bal. in d. l. 1. ſub num. 2. verſ. quæro quæ erat. & ſatis explicitè declararunt ipſemet Imper. poſt l. 1. in auth. ſi quando, C. de conſtit. pecun. & Iureconſ. in l. 11. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. & in l. 55. cui fundus. ff. de condit. & demonſtr. & benè facit, quod ſcripſi ſupra gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 144. ita etiam diuidet in obligatione, inducta per

6 ſententiam; † hæcq. ſententia, quamuis diuidat, quòd ſecundùm naturam actionis, & tenorem libelli non eſſet diuidendum; tamen non reputatur iniuſta, quia illa obligatio in ſolidum non habet hunc finem, vt ſtipulator bis exigat ſolidum, quia eſſet iniuſtiſſimum, ſed habet hunc finem, vt is ſit ſecurior de vnica exactione; & ſententia non adimit hunc finem, & ſic non infringit obligationem, ſed modificat illius executionem, vt, quod in effectu pro æqualibus partibus debetur à duobus, non exigat ab vno, niſi in ſubſidium, quando ab altero partem conſequi non poteſt: nam ſi ab altero partem non exigat, poterit contra alium ex prima actione agere ad ſolidum, vt dixi infra nu. 13. & ſic in effectu creditor remanet ſine damno, quia quod differtur, non aufertur; & licet creditor cogatur aliud inſtituere iudicium pro alia parte; tamen ſi illam conſequeretur ex illa ſententia, ipſi eſſet ſatisfactum, & euitaretur alia lis, quam, ſi exigeret ſolidum ab vno, ſubiret ille, qui ſoluiſſet, repetendo à correo; vnde cum hinc inde poſſint oriri lites, & non adimatur ius, ſed bono zelo paululum differatur, non debet ſententia de re minima ita ſcrupuloſè cenſurari.

7 Et aduerte, quòd hæc diuiſio, quam inducit copula (&) eſt interpretatiua, & non vera, & realis, quia ſi eſſet vera, ius accreſcendi non haberet locum in vltimis voluntatibus, Bal. in d. l. 1. num. 2. verſ. quæro quæ erat. in fine, C. ſi plur. vn. ſent.

8 Non obſtat ſecundo, quòd iudex debeat ſententiam interpretari ſecundum iura, quia naturæ rei ſeruire debemus; & conſequenter aliquando ſententiam, quæ condemnat duos ad centum, interpretemur, vt quemlibet condemnet ſeparatim ad centum, & ſic ad ducentum, vt dixi infra num. 36. verſ. reſtringe quarto. quia, vt ibi videbis, ille eſt caſus diuerſus, & non facit ad propoſitum.

9 Firmata igitur regula, quòd ſententia dicatur condemnare pro virili, quia natura copulæ (&) diuidit in partes ęquales.

Extende primò eam, vt procedat non ſolùm, quando ſententia condemnat eos, qui non

non ſunt obligati in ſolidum, quia tunc nullam habemus rationem dubitandi, ſed procedit etiam quando condemnat obligatos in ſolidum, & in his terminis, in quibus adeſt ratio dubitandi, firmauimus regulam, Bal. in d.l.*1*.num.2. verſ. quæro quæ erat dubitatio. C.ſi plur.vn.ſent.

10 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi creditor egiſſet contra eos, vti obligatos in ſolidum, petendo, quemlibet eorum condemnari in ſolidum, quia adhuc ſententia, quæ ſimpliciter eos condemnat, diceretur eos condemnaſſe pro virili, & non in ſolidum, Bal.in d.l.1.num.2. & Paul. de Caſtr.ſub nu. 1. C.ſi plur.vn.ſent.

11 Extende tertio, vt procedat etiam quoad petitionem creditoris, quia licet habeat duos obligatos in ſolidum, tamen ſi ſimpliciter petierit, eos cōdemnari ad tantam ſummam, & non petierit expreſsè eos condemnari in ſolidum, diceretur petijſſe, quòd quilibet condemnaretur pro parte ex natura verborum, Paul.de Caſtr.in ead.l. 1.num.2.& facit quod ſcripſi ſupra num.3.

12 Extende quarto, vt qui vigore huius ſententiæ ſoluit partem ſuam, non teneatur ſoluere partem alterius, etiam ſi ille alter non ſit ſoluendo, quia non reperitur condemnatus, niſi ad partem ſuam, Paul.de Caſtr. in d.l.*1*.num.*1*.verſus finem, C. ſi plur.vn. ſent. &, facta diuiſione, periculum vnius non onerat alium, Gomez. var.reſol. tom.2. cap.10. ſub num.4. verſ.rurſus.

Corroboratur hæc extenſio, quia hoc idem dicimus in hæredibus, quia ſi vnus eorum ſoluat partem ſuam, liberatur, etiam ſi alius hæres non ſit ſoluendo alteram partem, Gomez. dicto num.4.& 3.

13 Intellige tamen iſtam extenſionem, vt licet creditor non poſſit illam ſententiam exequi pro alia parte contra eundem, qui ſoluerit partem ſuam, tamen poterit contra eundem agere de nouo ex prima actione ad alteram partem, ex quò eſt obligatus in ſolidum, vt ſecutus ſum ſupra q. 4. num.*18*. extenſ.*1*. quia quamuis ſententia eos condemnauerit pro virili, non tamen ſubſtulit obligationem, per ea, quæ dixi ſupra ſub num.*6*.

14 Extende quinto, vt hæc eadem diuiſio, quam dicimus contineri in ſententia, quæ ſimpliciter condemnat, multò magis contineatur in promiſſionibus, obligationibus, & ſtipulationibus, quia manet in eis eadē natura copulæ diuidentis, vt in iuribus citatis ſup. num.5.Surd.conſ.150. verba contractus. nu. 33.in fine, verſ.ſecundo moueor. & num. 34. lib.1.& ita procedit quod ſcripſi ſupra gl. 7. q.3. limit.4.num.144.

15 Extende ſexto in vltimis voluntatibus, quia plures, nominatim vocati, admittuntur pro virili, vt habetur in l.24. nonnunquam. ff. ad ſenatuſc.trebell.in l.32. qui cum plures. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l.fin. C. de impub.& al. ſubſt. Surd.d.conſ.150. num.35.

16 Extende ſeptimo, vt habeat locum etiam in obligatione, reſultante ex confeſſione, quia ſi pater, & filius in eodem inſtrumento confiteantur recepiſſe dotem, quilibet intelligitur recepiſſe dimidiam, Surd. eod. conſ. *1*50.ſub num.35. ſed tu de huius extenſionis materia, & an ſit vera, necne, vide quos, aliquid non determinando, citat Tiraq.de retr. lign.§.31.gl.vn.num.7.verſ.ſed & tu. & vide quæ ſcripſi infra num.18. & ſeqq.

17 Subextende hanc extenſionem, vt habeat locum, quando vir, & vxor, vendentes rem dotalem, confeſſi ſunt recepiſſe pretium; vnde ſi vxor, mortuo viro, repeteret dotem, hæredes viri non tenerentur, niſi ad dimidiam dotis, quia aliam dimidiam mulier eſt confeſſa habuiſſe, Paul.de Caſtr.in l.11.reos. §.cum tabulis. num.2. ff.de duob. reis. Surd. eod. conſ. *1*50. ſub num. 35. & alij, quos citant, ſed non ſequuntur Crauer. conſ.*9*1. nobiles. num.*1*.& Tiraq. dicta gloſ. vn. num.4. verſ.nec tamen.fol.341.

18 Tempera tam extenſionem, quàm eius ſubextenſionem, diſtinguendo duos caſus.

Primus caſus eſt, quando ex duobus confitentibus vterque adminiſtrat, & gubernat ſeparatim de per ſe domum ſuam: & iſto caſu, quem difficile eſt dare in perſonis, de quibus loquuntur extenſio, & ſubextenſio; concludo, veras eſſe extenſionem, & ſubextenſionem propter rationem, quam adduxi infra num.30.verſ.ratio. & cum iſta concluſione concordat diſtinctionis membrum, quod ex Cyni opin.refert Alex.in l.23. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſub num. 7. verſ. & prædicta. ff. ſol.matr.

19 Secundus caſus eſt, quando ex duobus confitentibus vnus ſolus eorum gubernat, & adminiſtrat, & ideò ad eum peruenerunt pecuniæ, quas fatentur recepiſſe, vt quando pater, & filius exiſtens ſub eius poteſtate, & gubernio fatentur recepiſſe dotem debitam filio: item quando maritus, & vxor confitentur ſe recepiſſe dotem, ſeu pretium rei dotalis

lis venditæ: & iſto caſu concludo, extenſionem, & ſubextenſionem non eſſe veras, quia pater pro filio tenetur reſtituere integram dotem, & maritus, ſeu eius hæredes pro vxore; ſiquidem illa confeſſio non probat, filium, & vxorem recepiſſe dimidiam dotis, neque dimidium pretij rei dotalis venditæ: hancq; concluſionem tenent ij, quos citant, & ſequuntur Crauet. conſ. 91. nobiles, ſub num. 11. verſ. decimo iſtam. & Affl. deciſ. 209. in cauſa. num. 2. & ſeqq. vbi num. 3. dicit fuiſſe vnanimiter votatum, quòd quando vir, & vxor confitentur ſe pretium recepiſſe, nunquam talis confeſſio præiudicat mulieri, quando reperit dotes, niſi doceatur, quòd medietas dicti pretij ſit verſa in vtilitatem mulieris.

20 Confirmatur hæc concluſio, quia quando obligantur duo correi in ſolidum, & negotium obligationis pertinet ad vnum ſolum eorum, tunc ille vnus eſt verè, & principalis debitor, & ille alter, ad quem negotium non ſpectat, ſemper intelligitur promittere, tanquam interceſſor, & fideiuſſor pro ſecuritate & cautela illius, cui ſit promiſſio, & obligatio, Bar. & Paul. de Caſtr. in locis infra citatis, & rurſus Bar. in l. 11. reos. ſub num. 1. ibi, poteſt etiam accipi. & in fine, ibi, aut non eſt ex mera liberalitate. ff. de duob. reis. & alij, quos citat, & ſequitur Rot. diuerſ. deciſ. 153. in vltima. num. 5. & 6. par. 2. & proinde iſte alter, qui remanet fideiuſſor, cum fuerit à creditore conuentus, poterit ſemper creditori opponere, quòd excutiat prius correum, ad quem pertinet totũ negotium contractus, ſeu obligationis; nã vel fuit actũ cum creditore, quòd negotium, & vtilitas contractus pertineret ad illum vnum, & iſte alter eſſet fideiuſſor, & ideo non ſe obligabat principaliter, & tunc ſine dubio poſſet iſte fideiuſſor petere, vt prius excuteretur correus, qui eſt debitor principalis, vt ſcribunt Bar. & Paul. de Caſtr. mox infra citati, & communiter Doct. in auth. præſente. C. de fideiuſs. & ſcripſi ſup. lib. 1. cap. 62. num 26. in 13. q. nam non poſſunt hæc duo ſimul ſtare, quòd quis ſe obliget, vti correus, ſeu tanquã principalis, & in ſolidum; & quòd velit conueniri, tãquam fideiuſſor, & ideo vna ſpecies obligationis deſtruit alterã, & ſi vna debet remanere, debet remanere iſta tanquam fideiuſſor, quia in dubio debemus interpretari pro minori obligatione, l. 35. ſemper in ſtipulationibus. in fine, ff. de reg. iur.

21 †. vel hoc non fuit actum cum creditore, ſed fuit actum inter ipſos correos; & tunc quamuis videretur dicendum, quòd factum inter eos non debet præiudicare creditori ex regula (res inter alios acta &c.) tamen ſi iſte alter correus oſtendat, quòd tota pecunia, ſeu vtilitas illius contractus ſpectat ad alterum correum, & petat, ſuo periculo, & expenſis prius excuti illum, creditor tenetur hoc facere, antequam vlterius procedat cõtra hunc correum, qui verè eſt fideiuſſor, Bar. in l. 3. in duobus. §. vbi duo. num. 15. q. 7. & Paul. de Caſtr. ſub num. 2. in vlt. oppoſit. ff. de duob. reis. & Crauet. dicto conſ. 91. num. 2.

22 Verùm in hoc ſecundo mẽbro, quãdo nihil eſt actum cum creditore, & vterque ſe obligauit in ſolidum, & ſimpliciter, tanquam duo correi; ſeu vti principales, quicquid dicat Bar. & quicquid diſtinguat Paul. de Caſtr. in locis ſup. proxime citatis; dico, tunc non requiri excuſſionem principalis, ideſt, illius, ad quem peruenit pecunia, & ideo creditor poteſt, iſto non excuſſo, agere contra alterum, qui eſt fideiuſſor, Caputaq. deciſ. 273. alibi 275. ſeu 2. obligauit ſe. num. 8. par. 2. fol. 268. Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſer. 28. prçſertim in fine, Math. Coler. tract. de proceſ. execut. par. 1. cap. 10. ſub num. 261. & ſeqq. vſque ad num. 267. incluſiue, Aſin. in prax. iudic. §. 31. cap. 2. in ampl. ampliat. 22. num. 5. & ſecutus ſum ſup. lib. 1. cap. 62. ſub n. 26. nã quoad creditorẽ omnes æque habentur tanquã principales, & non tanquam fideiuſſores, Surd. conſ. 20. franciſcus. in fine, num. 28. lib. 1. & ita ſinè vlla controuerſia ſeruatur in Curia Romana cõtra obligatos in forma camerç, ſeu vti principales, & in ſolidũ: nõ enim ipſi poſſunt tollere ius, quod, ipſis promittentibus, creditor acquiſiuit, quia quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro tolli non poteſt, l. 11. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.

Quicquid dixerit Teſs. deciſ. 166. ſub num. 2. verſ. verum.

Imò correus debendi non poteſt ſe iuuare exceptione, competenti alteri correo, & ideo nõpoteſt opponere de pẽdentia litis inchoatç cum altero correo, neque de ſententia lata in fauorem correi; & proinde in his differt correus à fideiuſſore, quòd fideiuſſori competunt omnes exceptiones, quç competunt debitori principali, ſecus eſt in correo, Surd. dicto conſ. 20. num. 24. 25. & 26. lib. 1. & conſ. 436. clara. num. 4. lib. 3.

23 Cæterum inter ſe nullum eſt dubium, quòd vnus remanet fideiuſſor, & alius debitor principalis,

cipalis, Surd. d. conſ. 20. num. 26. in vltimis verbis, & num. 27. & ideo cum ſoluerit is, ad quem pecunia, ſeu vtilitas contractus non ſpectabat, poteſt agere contra debitorem principalem, & ſoluendo, potuit à creditore impetrare ceſſionem iurium, iuxta ea, quæ conſiderat etiam Crauet. d. conſ. 91. ſub num. 4. & ita quotidie practicatur.

24 Sed (& abſoluo argumentum confirmationis) dotis receptio, quam maritus, & vxor confitentur, ſpectat ad maritum, quia ad ipſum pertinent onera matrimonij: ergo vxor, quando confitetur vna cum marito, dicitur fideiubere ad fauorem fratris, vel alterius ſoluentis dotem, ne poſſit in futurum iſte frater ſoluens moleſtari ab iſta muliere, vt iterum ei ſoluat dotem, eo quia diceret, dotem ſolutam eſſe non ſibi creditrici, ſed alij, Crauet. d. conſ. 91. ſub num. 2. & ſub num. 4. & hoc idem dicendum eſt, quando confitetur vna cum marito recepiſſe pretium rei dotalis venditæ, quia iſta confeſſio non præiudicat mulieri, Affl. dicta deciſ. 209. num. 3. quare vtroque caſu mulier, veniente caſu reſtitutionis dotis, poterit integram dotem, ſeu integrum pretium repetere à marito, ſeu eius hæredibus, quia ex illa confeſſione mulieris non probatur, quòd ad eam peruenerit dimidia pars; & hoc idem dicendum eſt in confeſſione, quam facit filius cum patre de dote recepta, quia ſi ipſe filius non eſſet hæres patris, poſſet eo mortuo, eam integram repetere ab eius hæredibus, Crauet. eodem conſ. 91. num. 3.

25 Amplia concluſionem huius ſecundi caſus poſitam ſupra num. *19.* vt procedat non ſolum, quando conſtat, omnem pecuniam, ſeu totum pretium perueniſſe ad patrem, ſeu maritum, vt in caſu, de quo Affl. dicta deciſ. 209. ſub num. 2. verſ. & bene. ſed etiam in caſu, quo non conſtat, ad eos perueniſſe, quia nihilominus præſumitur perueniſſe, & ideo procedit eadem concluſio; hæcque ampliatio, ſeu præſumptio probatur multipliciter.

26 Primo, quia ſicut ſcholaris, accipiens pecunias mutuo, præſumitur illas expendiſſe vtiliter in neceſſitates ſcholaſticas, & pater, accipiens mutuo pecunias tempore cariſtiæ, præſumitur illas expendiſſe pro alimentis ſuæ familiæ; ita etiam cum maritus continuè ſuſtineat onera matrimonij, præſumitur, quòd ea ſuſtinuerit ex illis pecunijs dotalibus, nec eſt veriſimile, quòd ea voluerit ſuſtinere ſine illis pecunijs, Crauet. d. conſ. 91. num. 5. verſ. tertio facit.

27 Secundo, quia actus in dubio præſumitur factus ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſed de iure communi pecunia dotalis pertinet ad maritũ, eiq. ſolui debet propter onera matrimonij: ergo pecunia præſumitur numerata ipſi marito, prout de iure communi eſt numeranda, Crauet. eod. conſ. 91. num. 8.

28 Tertio, quia actus, qui ſequitur, præſumitur factus ſecundum cauſam præcedentem, ergo, cum vxor promiſiſſet dotes marito, præſumptio eſt, quòd illa pecunia dotalis fuerit numerata, & ſoluta ad effectum adimplendi illam promiſſionem, & quòd idcirco tota peruenerit ad manus mariti, Crauet. eod. conſ. 91. num. 9.

29 Quarto, quia quis credet, quòd maritus, cuius voluntati vxor non poteſt facilè reſiſtere, permiſerit, vt id, quod ipſe debet habere, & adminiſtrare, acciperet eius vxor, & ipſe de eo voluerit ei remanere obligatus? vt videtur breuiter aduertiſſe Affl. d. deciſ. 209. num. 3. in fine, imò nos videmus, quòd mariti non ſolum volunt pecunias dotales, ſed etiam extradotales, & paraphernales, & meticuloſæ vxores, cupientes placere ſuis maritis, id conſentiunt: & id, quod eſt ſolitum, & veriſimile, illud præſumitur factum.

30 Ratio huius regulæ, poſitæ ſupra num. *1.* & eius extenſionum poſitarum ſupra num. *9.* & ſeqq. verè non eſt illa, quia copula (&) diuidat in partes æquales, vt dicunt Doct. ſed eſt, quia, vbi datur non vni, ſed pluribus, ſeu non dat vnus, ſed dant plures, & non conſtat de quota cuiuſque, in dubio quota iudicatur æqualis; ſiquidem vbi res eſt hincinde ęquè controuerſa & dubia, ęquè etiam diuidi debet, per ea, quę latè cumulat Tiraq. tract. de iure primogen. q. 17. opin. 4. num. 9. & ſeqq. fol. *187.* & dixi breuiter lib. proximè pręced. cap. 11. ſub num. 380. verſ. tertio quia. vnde ſapientiſſimus Salomon, mulieribus contendentibus de puero viuo, qualibet aſſerente, eſſe ſuum, & re ita dubia, vt non conſtaret, quæ earum maius in eo ius haberet, eum diuidi iuſſit, 3. Reg. cap. 3. num. 16. & ſeqq. & num. 24. relatus in cap. afferte. de pręſumpt. & licet Salomon, vt veritatem deprehenderet, ptont deprehendit, pueri ſectionem finxerit, prout dixi etiam ſupra quęſt. 13. num. *18.* & in mea deciſ.........mons. num. 23. in cauſa

Hhh hypoth.

hypoth. Iou. 24. Nouembris 1622. tamen fictio erat actus iuſtitię, quia res dubia eſt di-
31 uidenda more ruſticorum, † & media via eſt eligenda, vt, ſi contingat peccari, leuius peccetur, nempè infra dimidiam, cum, aliter diuiſa, vel nullatenus diuiſa, longè magis poſſit peccari, & ſemper in obſcuris, quod minimum eſt ſequi debeamus, l. 9. ſemper in ob-
32 ſcuris. ff. de reg. iur. † quare ratio non eſt ſumenda à verbis, vel à copula, niſi prout à poſteriori, ſed eſt ſumenda à re ipſa, à qua vti à priori colligitur regula copulæ, ſicut dicimus de regula, quod non ex ea ſumitur ius, ſed ex iure, quod eſt, fit regula, l. 1. ff. de reg. iur. & quòd regula copulę non ſit neceſſaria, patet num. ſeq. in prima reſtrict. vbi copula (&) non diuidit in partes ęquales, quia conſtat de inęqualitate partium.

33 Reſtringe primo nunc eandem regulam, poſitam ſupra num. 1. dum dixi, quemlibet intelligi condemnatum pro ęquali portione, vt prædicta regula non habeat locum, ſi legatarius egerit contra hęredes, qui ſunt cohęredes ex partibus inęqualibus, quia & is intelligitur egiſſe contra quemlibet iuxta quotam, quam habet hęreditatis, & iudex, condemnando eos ſimpliciter, intelligitur iuxta eandem quotam condemnaſſe, Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub nu. 3, ibi, alius modus eſt. C. ſi plur. vn. ſentent.

34 Reſtringe ſecundo, vt habeat locum in ſententia diffinitiua, qua fiat nouatio, ſecus eſt in interlocutoria, puta in præcepto facto duobus correis, vt ſoluant, quia intelligitur factum iuxta eorum obligationem, cum fiat ſimpliciter in executionem obligationis, ſeu contractus, Bal. in dicta l. 1. num. 3. verſ. quæro nunquid.

35 Reſtringe tertio, vt procedat, quando, quod continetur in ſententia, eſt diuiduum, ſecus ſi ſit indiuiduum, Bal. in loco ſupra proximè citato.

36 Reſtringe quarto, vt non procedat in condemnatione, facta pro maleficio, quia quilibet intelligitur condemnatus ad pœnam in ſolidum, ſed quantum ad condictionem furtiuam, ideſt, quantum ad reſtitutionem rei, reſtitutio, facta ab vno, liberat omnes, l. 1. & ibi Bal. C. de condic. furt. ſed vnica ſolutio quoad pœnam liberat ſoluentem, & non alios, & ideo ſi vnus vulnerauit, & alter mandauit, vt vulneraret, & ſecundum formam ſtatutorum quilibet eorum debet puniri in centum: & in actis reperiatur (Titius, & Seius fuerunt condemnati in centum; vnus de vulnere, & alius de mandato) intelligitur quilibet condemnatus in centum, & non in centum inter ambos, maximè ſi in condemnatione ſint appoſita verba (ſequentes formam ſtatutorum) & Poteſtas debet, & poteſt ſuam ſententiam interpretari ſecundum iura, quia rei naturæ ſeruire debemus, Bal. in l. 1. num. 3. verſus finem, & num. 4. C. ſi plur. vn. ſent.

37 Verum hæc reſtrictio non videtur reſtrictio, quia vulnerans, & mandans non tenentur in ſolidum, vnica ſolutione ſufficiente, ad vnica centum, prout tenentur in ſolidum, vnica ſolutione ſufficiente, in caſu regulæ; ſed tenentur ſeparatim quilibet ad centum, & ideo quilibet intelligitur condemnatus ſeparatim ad centum, de quibus non poteſt inter eos fieri diuiſio.

Quamuis contra hanc reſtrictionem videatur ſentire Spec. tit. de ſenten. §. ſpecies. in fine, num. 14. verſ. illud autem. lib. 2. fol. 165. dicens, quòd ſi iudex condemnat tres in centum ex eodem delicto, vnuſquiſque eſt condemnatus pro virili portione.

38 Abſoluta per extenſiones, & reſtrictiones regula, poſita ſupra num. 1. neceſſarium eſſe duxi, vt ad maiorem eiuſdem regulæ, & totius materiæ intelligentiam explicemus, quando, & quomodo contrahatur obligatio in ſolidum, de qua locuti ſumus in tota hac regula.

Declara primo igitur pro intelligentia terminorum, quod in iure noſtro habemus duos terminos, nempè, reus ſtipulandi, & reus promittendi: illum enim, qui ſtipulatur, vocamus reum ſtipulandi, eum verò, qui promittit, vocamus reum debendi, vt in l. 1. & rubr. ff. de duobus reis ſtipulandi,
39 & promittendi. † Vnde nota, quòd hoc nomine rei ſignificamus tàm creditorem ſtipulatorem, cui fit promiſſio, quàm debitorem, qui per ſtipulationem promittit; & proinde dicimus reos credendi, & reos debendi, vt patet ex his, quæ ſcribunt Doct. in l. 2. ff. de duob. reis. & ex his, quæ diximus in ſeqq. declar. cum tamen in alia materia hoc nomen rei repugnet omnino huic ſignificationi, quæ denotat creditorem.

40 Declara ſecundo ex præcedenti, vt ij, qui ſe obligant in ſolidum, dicantur duo rei debendi, & ij, quibus vnus obligatur in ſolidum, dican-

dicantur duo rei credendi, & è conuerſo, qui dicuntur duo rei debendi, ſeu promittendi, dicantur obligati in ſolidum, & duo rei credendi dicantur creditores in ſolidum, vt patet ex his, quę ſcribunt Bar. & Paul. de Caſtr. in l. 2. ff. de duob. reis.

41 Declara tertiò, vt duo requirantur ad hoc, vt conſtituantur duo rei debendi: primo requiritur, quòd ſe obligent ad eandem rem, vel ſummam pecunię; quia ſi ſe obligarent ad diuerſas, non eſſent duo rei debendi, ideoque, vno ſoluente, alter non propterea liberaretur: ſecundo requiritur, quòd quilibet promittat in ſolidum, vel expreſsè dicant in inſtrumento, quòd ſe conſtituunt debitores, vti duo rei: ſi enim hoc dicunt expreſsè, dicuntur ſe expreſſis verbis ità obligaſſe; ſi verò dicant, quòd ſe obligant in ſolidum, tunc tacitè ſe conſtituunt duos reos debendi, vt explicat Paul. de Caſtr. in l. 2. ſub num. 1. ff. de duob. reis.

42 Declara quarto vlterius, vt quatuor modis contingere poſſit, quòd aliqui ſe obligent in ſolidum. Primo quando id exprimunt. Secundo quando inter eos fuit poſita alternatiua, vt in auth. ſi quando. C. de conſtit. pecun. Tertio quando fuit poſita dictio diſtributiua. Quarto quando fuit poſita dictio (eadem) & orationes ſunt diuerſæ, vt quia Titius promittit mihi centum, & Sempronius eadem centum in diuerſa oratione, incontinenti, vel ex interuallo: ſed ſi non eſſet poſita dictio (eadem) tunc aut orationes ſunt diuerſę; & tunc quilibet teneretur ad ſua centum, & ſic non eſſent duo rei debendi, quia non tenentur ad idem, cum ſumma ſit multiplicabilis; ſecus ſi eſſet promiſſa ſpecies: aut orationes non ſunt diuerſę, ſed eſt vnica conceptio verborum; & tunc ſi eſt pluries repetitum verbum (promiſit) non ſunt duo rei debendi, ſed quilibet tenetur ad eandem ſummam; ſed ſi non fuit pluries repetitum, ſed dictum ſit, quòd Titius, & Sempronius promiſerunt mihi centum, & non eſt dictum, quòd promiſerunt, tāquam duo rei, neque quod quilibet in ſolidum; tunc cenſetur quilibet promiſiſſe pro parte, & non eſſent duo rei debendi: & hęc ex parte promiſſorum, vt declarat Paul. de Caſtr. in l. 2. ſub num. 2. ibi, & hoc poteſt contingere. & num. 3. ff. de duobus reis.

43 Declara quinto nunc ex parte ſtipulatorum, vt, ſi inter eos eſt poſita alternatiua, ſed tamen vni ſoli eorum poteſt prodeſſe ſtipulatio, quia alteri non poteſt acquiri obligatio, tunc non ſunt duo rei credendi, quia acquiritur illi vni ſoli, & alter cenſetur adiectus ſolutioni: ſi verò vtrique poſſet acquiri obligatio, tunc ſi collata fuit electio in debitorem, erunt duo rei ſtipulandi, ſeu credendi, ſed ſi in neminem fuiſſet collata electio, tunc iure digeſtorum non valebat ſtipulatio propter incertitudinem illius, cui eſſet acquirenda, ſed iure codicis valet, quia alternatiua reſoluitur in coniunctiuam; non tamen ſunt duo rei, ſed cuilibet acquiritur pro parte, Paul. de Caſtr. in d. l. 2. ſub num. 3. ibi, ſed ex parte ſtipulatorum. ff. de duob. reis.

44 Subdeclara hanc declarationem, quis dicatur adiectus ſolutioni, & multa alia de eo ex his, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 7. num. 8. & ſeqq. & num. 33. & ſeqq. & an adiectus poſſit reuocari, vide quę ſcripſi eadem gloſ. 7. num. 77. & ſeqq. & §. 2. gloſ. 5. num. 451.

GLOS. XIV. Sententiamus &c.

QVAESTIO XXIII.

S V M M A R I V M.

Philoſophicum temperamentum eſt reſpondere ſub dubitatione, ſub num. 1.

Opinionum controuerſarum an iudex poſſit quam maluerit eligere, num. 1. & ſeqq. nu. 7. 9. 17. & ſeqq. 55. & ſeqq.

Arbitrio iudicis eſt relictum quicquid in iure non reperitur deciſum, ſub num. 1. & num. 6. Et quomodo nihil relinquatur eius arbitrio, num. 9. & ſeqq.

Arbitrium iudicis ceſſat, vbi adeſt conſuetudo, ſeu ſtatutum, num. 2.

Conſuetum fieri non dicitur arbitrarium, ſed neceſſarium, ſub num. 2.

Conſuetudinem non ſeruans, facit litem ſuam, num. 3.

Lex, & Conſuetudo } ſi in aliquo ſimili ſint contrariæ, quæ earum ſit attendenda in alio ſimili, num. 4.

Similia ex ſimilibus ſunt decidenda, numero 5.

Opiniones inter Sanctos Patres ſunt contrariæ de aſſumpto Beatæ Mariæ Virginis corpore, num. 7.

Arbitrium ſuum diſpenſans iudex pro amico

 in

Digitized by Google

in actu iuſtitiæ, perdit animam ſuam, nu. 10. Quia committit acceptionem perſonarum, num. 11. Et ideo non poteſt pro amico, ſeu amiciori ferre ſententiam, num. 12. & 14.

Epiſcopus, qui habet animum conferendi ſemper ſuis conſanguineis, data paritate, an ſit in periculo peccandi mortaliter, ſub numero 14.

Arbitrium, ſi iudices commendantibus cauſam promittant, vana eſt promiſſio, numero 15.

Iudex vt ſciat ſoluere dubia cauſarum, debet ad Deum recurrere, & eſſe bonus Chriſtianus, num. 17.

Tactum debet iudex diligenter percipere, num. 18.

Lepram & lepram debet iudex diſcernere, & cognoſcere, num. 19.

Naturalem rationem debet iudex ſemper tanquam cynoſuram reſpicere, num. 20.

Legitima, & Trebellianica debent detrahi ex quota bonorum, ſi res eſt integra; ſed ſi non eſt integra, imputantur in bonis alienatis, num. 21. & num. 22. in fine, & ſeqq. in quibus latè explicatur.

Fideicommiſſarius non poteſt reuocare alienationem bonorum, quam fecit hæres, quæ non excedit legitimam, ſeu trebellianicam, & legitimam hæredis, qui alienauit, quare, neque fideicommiſſarius poteſt cogere hæredem ad redimendum, & reponendum eam in hæreditate &c. num. 23. Vnde alienatio tenet in fauorem hæredis, & tertij poſſeſſoris, inuito fideicommiſſario; non autem in fauorem fideicommiſſarij, inuito hærede, dummodo hæres alienauerit bona fide, quia alias alienatio non teneret, num. 29. Sed hæres, ſi ex ſua voluntate recuperaret, & reponeret, an poſſit legitimam ex illis, & tota hæreditate detrahere, num. 24. 35. 36. & 44.

Fideicommiſſarius poteſt reuocare quæ hæres alienaſſet vltra legitimam, num. 30. Similiter ſi alienaſſet de melioribus, numero 31.

Circuitus inutilis eſt vitandus, nu. 25. & ſeq. Et quando dicatur inutilis, num. 27.

Diuiſio bonorum quando dicatur bona, numero 28.

Hæres non poteſt moleſtare eos, in quos alienauit bona fideicommiſſaria, cum ei ex bonis hæreditarijs fideicommiſſo ſubiectis, debetur legitima, num. 33.

Hæres, qui alienauit bona hæreditaria, quæ ſeruando ſeruari non poterant, & eorum pretio vſus eſt in ſuis proprijs negotijs, poteſt eorum pretium reponere in hæreditate, & ex toto hæreditatis corpore detrahere legitimam, inuito fideicommiſſario, qui contendit illud pretium computari in legitimam, nu. 34. Et multò magis hoc poteſt, ſi pecuniam in hæreditate repertam expenderit, n. 38. Quòd ſi hæres pretium in hæreditate reponere non poſſit, tunc computatur in eius legitimam, num. 37. & 45.

Hæres antequam veniat dies reſtituendi fideicommiſſario hæreditatem, poteſt vti frui rebus hæreditarijs, & vtendo ſecundum rerum naturam, non dicitur in illo vſu capere legitimam, num. 39.

Actum quis cenſetur gerere, prout licitè, & magis licitè poteſt eum gerere. Prout eſt ſibi magis vtilis. Prout de iure debebat gerere. Et non ex cauſa voluntaria, ſed ex neceſſaria, num. 40.

Pecuniam hæreditariam non dicitur hæres conſumpſiſſe, ſi eam in ſuos vſus conuertit, dummodo eandem ſummam reponat in hæreditate tempore, quo eam debet reſtituere, num. 41. & ſeqq. Sed diceretur eam conſumpſiſſe, ideoque ſibi imputandam in legitimam, quando eam non poſſet reponere in hæreditate, num. 45. & 37.

Pecunia an & quando cenſeatur eſſe de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & an & quando dici poſſit conſumpta, num. 46. & ſeqq.

Pecunia an contineatur in legato domus, & omnium in ea exiſtentium, ſub num. 48.

Pecuniæ quando præſumantur conſumptæ, ita vt hæres patris, qui tenetur reddere rationem adminiſtrationis, quam fecit pater, de ijs rationem reddere non teneatur, numero 49.

Pecunia, prout debetur in genere, nunquam conſumitur, num. 51.

Mutuabilia recipiunt functionem in genere ſuo, ideoque nunquam pereunt creditori, ſub num. 51.

Pecunia eſt capax vſusfructus, num. 53.

Pecunia an per ſolam commixtionem cum alia pecunia dicatur conſumpta, numero 54.

Opinio, quæ eſt pro abſolutione, eſt eligenda, etiam ſi actor ſit imperitus, mulier, ſeu pupillus, & qui eſt reus, ſit Iureconſultus & ſagax, num. 55.

Hoſpes

Hoſpes turpius eijcitur, quàm non admittitur, ſub num. 55. verſ. ratio.

Aduocatus in cauſa propria quis eſſe non prohibetur, imò debet benignè audiri, ſub nu. 55. verſ. ſed vt.

Opinionum ſi ſit conflictus, iudex in eligendo earum vnam, quas regulas debeat ſeruare, num. 57. 55. & ſeqq.

Peritorum, puta mercatorum iudicium, & relationem iudices debent ſequi in his, quæ conſiſtunt in mero facto, ſtylo, & intellectu ſcripturæ mercatoriæ, dummodo etiam ſint rationabiles, ſed non debent ſequi in his, quæ iuris ſunt, num. 60.

Libri mercatorum quo ſtylo, quave ratione ſcribantur, & aliqui quomodo vocentur, num. 61. & 62.

Probatio ſufficiens dicitur illa, quæ mouet iudicem ad ita credendum, num. 66. Et vt moueat, debet eſſe ſecundum regulas iuris, num. 67.

Veriſimilitudo mouet iudicem ad credendum, ſub num. 66. Et qualis debeat eſſe veriſimilitudo, ſub num. 67.

Veriſimile quid ſit, relinquitur arbitrio iudicis, num. 66.

Probationes committuntur arbitrio iudicis, num. 66. in fine.

1 IVDEX tenetur ferre ſententiam ſuper articulo, qui eſt ad vtramque partem probabilis, & ideo in eo ſunt hinc inde Iuriſprudentum contrariæ opiniones: iudex eſt anceps, & irreſolutus; nunquid poterit controuerſiam dimittere indiciſam, aut eam ſub dubitatione decidere?

Dicendũ videtur, quòd poſſit decidere ſub dubitatione, quia reſpondere ſub dubitatione eſt temperamentum philoſophicũ, Gl. in l. 39. ſi duo. in verbo, fortaſſe. ff. de recept. arbitr. Alber. in diction. in dictione, *forſitan*. & Cagn. in l. quod te. ſub num. 74. verſ. nec obſtat. ff. ſi cert. pet. quare philoſophi phyſici interrogati de quibuſdam mirabilibus, reſpondent, quòd ea procedunt ex quadam vi naturæ nobis incognita, vt retuli ſupra gl. 3. quæſt. 1. ſub num. 22. & etiam Iureconſulti aliquando non audent reſpondere, niſi per verbum, *forſan*. & iudex ipſe ſententiam dicere poteſt per verbum, *videtur*, vt dixi infra quæſt. 28. num. 10.

Sed Iureconſultus eſt philoſophus, vt dixi ſupra d. gl. 3. quæſt. 1. num. 4. in fine, & ſub num. 3. verſ. ſed iuriſprudentia. & iudex iudicat tanquam iureconſultus: ergo.

Contrarium eſt verum, quia iudex non debet controuerſiam dimittere indeciſam, ſed debet eam clare, & apertè determinare, vt dixi ſupra quæſt. 15. num. 1. & ſeqq. & debet vti verbis, quæ apertè condemnent, aut abſoluant in tempore præſenti.

Ex controuerſis igitur opinionibus, poterit ne iudex eligere, quam maluerit, vel ad eligendum aliquas ſeruabit regulas?

Videtur dicendum, quòd poſſit ad ſui libitum eligere, & ſequi quam maluerit, nulla adhibita regula; & ratio eſt, quia vbi aliquid non eſt in iure definitum, cenſetur relictum arbitrio iudicis, Gl. vlt. in fine, in cap. finem litibus. & ibi Io. Andr. verſus finem, de dol. & contum. Rocch. Curt. in cap. fin. ſect. 2. gl. 1. ſub num. 20. de conſuetud. inter tract. diuerſ. tom. 2. fol. 354. Simanc. & Menoch. quos citaui, & ſecutus ſum ſupra lib. 1.
2 cap. 76. ſub num. 5. † & eſt aduertendum, quòd non definitum in iure dicitur id, quod per legem, ſtatutum, aut conſuetudinem non eſt determinatum, ſed ſi ſit determinatum in iure, aut per conſuetudinem, ceſſat arbitrium, & ſic conſuetudo tollit pœnam arbitrariam, quando per illam eſt limitata, Felyn. in cap. 4. de cauſis. ſub num. 1. not. 1. de offic. & poteſt. iud. del. quia in pœnis arbitrarijs illud dicitur certum, quod eſt vſitàtum, Bar. in l. ſeruum quoquè. §. publicè. num. 2. ff. de procur. Affl. in conſtitutione, humanitate. ſub num. 19. rubr. 10. lib. 2. & conſuetum fieri, non dicitur arbitrarium, ſed neceſſarium, Bal. in l. quicumque. num. 17. in fine, verſ. ſcias autem. C. de ſeru. fugit. Rip. in l. . ſi conſtante. num. 31. ff. ſolut. matr. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 14. num. 4. & 5. & multa cumulat Euer. de loc. argum. in loco, ab vſitato ſeu ſolito, fol. 630. & ſeqq. & quòd arbitrium iudicis ceſſet, quando habemus conſuetudinem, ſequitur Beninc. tract. de paupert. quæſt. 6. num. 39. & 40. tom. 18. fol. 147. & quòd iudex in imponendis pœnis debeat ſequi conſuetudinem, & imponere pœnas ſolitas, receptas à conſuetudine, & non maiores, quodque etiam in faciendis compoſitionibus debeat attendere modum conſuetum, qui probatur per libros prouentuum Curiæ, ſcribit Par. de Put. tract. de ſynd, in verbo, an ſi poteſtas.
3 num. 7. fol. 234. tom. 7. † idque adeo eſt verum, vt iudex, non ſeruans conſuetudinem

in arbitrarijs, faciat litem ſuam, Par. de Put. eod. tract. in verbo. poteſtas qui habet. num. 3. fol. 245. & Beninc. vbi ſup. † quòd ſi lex in ſimili caſu imponat vnam pœnam, & conſuetudo aliam diuerſam, iudex debet imitari impoſitam à lege, dummodo vtraque ſit rationabilis, & niſi conſuetudo concurreret præciſè in eodem caſu, quia conſuetudo derogat legi in caſu ſuo, in quo lex imponeret pœnam, Felyn. in dict. cap. de cauſis. ſub
5 num. 1. verſ. tertio addatis. † & vbi iudex habet arbitrari pœnam ſimpliciter, debet procedere de ſimilibus ad ſimilia, Felyn. in
6 eod. cap. de cauſis. ſub num. 1. not. 2. † Ceſſantibus ergo lege, ſtatuto, conſuetudine, & ſimilitudine caſus, iudex habet arbitrium, & ita ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 12. num. 86. & quidem plures contingere poſſunt caſus, in quibus certa iuris deciſio non reperiatur, quia etſi prima initia benè gubernentur, & regulæ in generali benè fuerint poſitæ; tamen ad dirigendum particulare nulla lex eſt ſufficiens, ſecundum ea, quæ adduximus lib. prox. præced. cap. 11. num. 377. & ſeqq. hincq. nulla tot ſeculis reperta eſt cauſa, quæ alteri ſit omninò ſimilis, quia natura quotidie nouas properat edere formas, vt ſcripſi initio huius capitis, & lib. prox. præceden. cap. 9. num. 472. & 473. & conſequenter arbitrium in omnibus particularibus magnam habet partem, & nemo in re, qua potitur, certum tenet dominium, & determinatum habet ius, per ea, quæ ſcripſi in meo
7 tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 44. † & in ſpecie vbi contrariæ ſunt opiniones, vt ſunt etiam inter Sanctos Patres de corpore Beatæ Mariæ aſſumpto, habemus arbitrium ſequendi quam maluerimus opinionem, Innoc. in cap. ne innitaris, num. 1. de conſtit. Alex. conſ. 1. num. 8. in fine, verſ. vltimo pro hoc. & num. 9. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 6. circa has. num. 23. quare, quando in iure noſtro ſunt hinc inde opiniones, iudex poteſt ſequi quam voluerit, ſecundum ea, quæ vltra citatos ſcribunt Boer. deciſ. 155. gaillardus. nu. 27. verſ. & quamuis. Crauet. conſ. 135. verba decreti. num. 40. & Menoch. de arbitr.
8 iud. caſ. 177. num. 6. & 7. † vnde ſolent Doct. dicere, tunc eſſe caſum pro amico, & Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 31. in fine, monet, cauſarum patronos, & eorum clientulos, ne irritent iudices, quandoquidem, inquit, ſi iudicibus eris gratus, conducet tibi in multis eorum gratia, in his præſertim, in quibus gratificationi eſt locus, quæ plerunque ad victoriam plurimum conferunt.

9 His non obſtantibus, & concludendo contra prædicta, dico, nullum in iure noſtro dari articulum, ſeu caſum, qui non ſit deciſus, & conſequenter dico, ceſſare omninò iudicis arbitrium, vt latè probaui lib. prox. præcedenti cap. 11. ſub num. 379. verſ. regula. & num. 380. vnde text. in cap. 4. iudicet ille. 3. quæſt. 7. ſupponit de omnibus extare legem, dum monet, nihil ex arbitrio eſſe faciendum. *bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis, ſed iuxta leges, &c.* prout latius adduxi ſupra hac eadem gl. quæſt. 1. num. 6. illat. 3. & ſup. gl. 1. quæſt. 1. num. 11. verſ. hinc. & licèt nos in plerìſque locis ponamus hoc arbitrium iudicis, tamen dum dicimus, illud eſſe regulandum ex his, quæ ſcripſimus infra num. 17. 55. & ſeqq. remanet ſubditum, ac ſi haberet certam legem ſibi præſcriptam.

10 Infero primo ex hac concluſione, male Rip. in l. filiusfam. §. diui. num. 97. in fine, ff. de leg. 1. & alios alibi locutos eſſe, dum dicunt, in caſu dubio eſſe locum gratificationi, & dici tunc caſum pro amico; hoc enim vulgò dictum, eſt periculoſum, Nauar. in cap. 4. ſi quis autem. num. 131. diſt. 7. tom. 1. & deberent potius dicere, caſum, dum ex affectione deciditur pro amico, eſſe caſum pro Diabolo, qui ex eo lucraretur animam illius iudicis, quia in iudicio non debet eſſe acceptio perſonarum, per ea, quæ dixi ſupra gloſ. 10. num. 50. & 51. & ſupra lib. 1. cap. 90. num. 1.
11 † & quòd iudex ex communi recentiorum Thomiſtarum ſententia committat hanc acceptionem perſonarum, quando in his, quæ ipſius arbitrio relinquuntur in fauorem cauſæ, & vtriuſque litigantis, vni concedit, & non alteri, firmat Mich. Sal. ad S. Thom. 2. 2.
12 quæſt. 63. art. 4. concl. 2. fol. 330. † & hanc illationem, quod iudex non poſſit ferre ſententiam pro amico, ſeu pro amiciore firmant & benè Teſſ. in præfat. ſuarum deciſ. ſub nu. 32. & deciſ. 96. filij. num. 13. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 339. num. 22. & copioſius Nauar. in d. cap. 4. ſi quis autem. num. 130.

13 Confirmatur hæc illatio, quia quomodo ſit decidenda cauſa, & non pro amico, ſcripſi infra num. 57. & ſeqq.

14 Extende hanc illationem, vt eo ipſo, quòd iudex, cæteris paribus, ſemper habet propoſitum ferendi ſententiam pro amicis, ſit in periculo peccandi mortaliter, ſicut Epiſcopus

Digitized by Google

pus, qui haberet animum conferendi ſemper ſuis conſanguineis, data paritate; ſecus autem ſi habeat animum fauendi ſemper cauſæ magis iuſtæ, amicis vero quando certo conſtaret, patia iura illos habere, Mich. Sal. d. quæſt.63. art.4.contr.1.concl. 4. verſ.ex quo ſequitur. fol. 334. ego de hac extenſione, præſertim de hoc vltimo membro diſtinctionis nihil firmo, quia videtur nimia ſubtilitas, quæ reſoluitur in diſtinctionem verbalem.

15 Infero ſecundo, quòd etſi iudex ex quadam vrbanitate dominis, & amicis, cauſam commendantibus, ſoleat reſpondere, quòd, ſi caſus erit ita dubius, vt ſit locus arbitrio, illo vtetur pro amico; tamen eſt reſponſio, & promiſſio, ſeu ſpes inanis, & nullius momenti, quia, vt dixi ſupra, & infra, non datur caſus ita dubius: & quando daretur, iudex non debet arbitrari magis pro amico, quàm pro alio, ſed debet ſeruare regulas, & præcepta, de quibus infra num.17.& ſeqq.

16 Infero tertio, procedendo vlterius in ſolutione quæſtionis, quòd etſi nec in iure, nec per conſuetudinem reperiretur caſus, vt aiũt, in puncto; & opiniones eſſent hinc inde, tamen iudex debet eligere opinionem veram, & tutam, & pro illius electione, vt eam cognoſcat, debet ſeruare ſequentes regulas.

17 Prima itaque regula erit, vt in primis, & ante omnia ipſe, qui debet iudicare, ſit bonus Chriſtianus, vt latè monui ſupra gloſ.4.quæſt. 1.num.4. quia Deus bonis viris ſolet ſuggerere bona conſilia, & quando non reliquiſſet nos propter peccata noſtra, vtique ſciremus veritatem, & ſoluere difficultates, vt ex Bal. in cap. quia propter. num.23. verſ. ſi deus.de elect. ex Affl. Crauet. & Simanch. latius ſecutus ſum ſupra lib.1. cap. 86. ſub num. 2. & verſ. debet igitur. vbi videas, & conſequenter tanquam bonus Chriſtianus, debet ad eum recurrere, & ex corde eum orare, vt ſibi iudicium, & intellectum tribuat, vt loquendo de controuerſijs fœudalibus, ſcripſi lib.prox. præced.cap.9. num. 1383. in fine, in alia futura impreſſione.

18 Dei auxilio inuocato, debet bonus iudex patienter percipere factum, & legere illius documenta neceſſaria, quia, ignorato facto, fruſtra quæritur de iure; facto autem benè percepto, debet illud ante omnia ſuis regulis, & principijs examinare, & poſtea reperire ſedes, & loca, in quibus Doct. illius facti materiam locarunt, & ad eos recurrere, & vigilijs, ac reiteratis laboribus ſæpius adhibere ſtudium, & inuenire diſtinctiones, &
19 differentias, † quia oportet iudicem diſcernere inter lepram & lepram, diſt. 20. initio,
20 † & tandem in ea quieſcere reſolutione, cui acquieſcit ratio naturalis, quia ad eam, tanquam ad cynoſuram, debet ſemper reſpicere; alias, difficultate ex ſuis principijs non enucleata, & ſtudio in ſolis repertorijs oſcitanter adhibito, in magnum tàm iudices, quàm aduocati laberentur errorem, & in plures inciderent obſcuritates, prout nunc video quaſi eueniſſe in ſequenti facti ſpecie.

21 Mortuo filio hęrede ſine liberis, hæreditas erat reſtituenda fideicommiſſario; & quia hæres, dum vixit, habuit etiã pecunias hæreditarias, fideicõmiſſarius vult, eas imputari in legitimã, & trebellianicam, inuitis hæredis ſucceſſoribus, qui volunt eas detrahere ex quota bonorum, & prout de iure, & reponere pecunias in hæreditate.

In hac facti ſpecie iudices ſententiam tulerunt pro fideicommiſſario contra hæredem, & in eorũ deciſione moti ſunt ex iſta diſtinctione; aut res eſt integra; & tunc legitima, & trebellianica debent detrahi ex quota bonorum; aut res non eſt integra, mobilibus ſcilicet, & creditis omnibus conſumptis per hæredẽ grauatum, prout in caſu prædicto, & tunc ſecus, & allegant in puncto Seraph. deciſ. 1365. gaſpar. num.15. eumque dicunt, eſſe omnino videndũ, & in his terminis dicunt eſſe intelligẽdam concluſionẽ, cõmuniter receptã, vt in detractionibus ſint imputanda, non ſolũ immobilia alienata, ſed etiam iocalia, gemmę, & pecuniæ in commodum, & vtilitatem ipſius hæredis verſæ, & inter alios allegant Pariſ. conſ.93.num.56.& ſeqq. verſ.quantum verò. lib.2.conſ.1.num.89. & 90. & conſ. 27.num. 2.&ſeq.lib.3.

22 Verum hæc deciſio ex fundamento, in ea deducto, non poteſt ſuſtineri, quia eius materia diuerſos admittit caſus, qui non poſſunt vnico, eodemq; reſponſo omnes comprehendi, ſed eſt ad eos diuerſimodè reſpondendum, vt patebit infra.

Primus igitur caſus eſt, quando in ineunda hęreditatis diuiſione hæres grauatus prętẽdit mobilia, ſeu partem eorum non venire in reſtitutione hęreditatis; aut, ſi veniunt, prętendit, adhuc faciendam eſſe detractionem ex quota bonorum, ſaluis iuribus eidem fideicommiſſario ad conſequendum reſtitutionem illorum mobilium, ſeu pretij, & valoris illorũ pro medietate: & iſto caſu in vtroque membro

bro

bro eſt reſpondendum contra hæredem, quia etiã mobilia veniũt in reſtitutione hæreditatis, & quatenus ab hærede ſint conſumpta, ſeu diſtracta, veniunt computanda in eius legitima & trebellianica: & in his terminis conuenit, vt intelligamus ea, quæ ſcribunt Pariſ. & alij, qui allegantur, tùm quia in iſtis terminis ſunt tuta, & in alijs poſſent periclitari, & reprehendi à ſapientibus; tum quia ſi locuti eſſent in alijs terminis, debuiſſent clarius, & magis in ſpecie loqui, vt patebit ex infra dicendis, præſertim in 6. caſu, num. 38. & ſeqq.

23 Secundus caſus eſt oppoſitus, quando hæres grauatus, aut alius, habens cauſam ab eo, vult alienata computari ſibi in legitima; ne alias cum multo incommodo, & damno teneatur illa recuperare, & ponere in hæreditate; fideicommiſſarius verò contendit, alienata eſſe reponenda in hæreditate, & ideò forſan agit etiam cõtra tertiũ poſſeſſorẽ, in quẽ hęres alienauit, quia hæres non potuerit in pręiudiciũ fideicõmſſarij legitimã ex re cõmuni eligere, & capere: & iſto caſu regulariter eſt reſpondendum in fauorem hæredis; quia etſi ipſe non poſſit ſuo arbitratu eã eligere, & capere, inuito, aut inſcio fideicommiſſario, ſed debeat eam habere arbitrio boni viri; nempe, iudicis, etiamſi eſſet filius teſtatoris, vt latè ſecutus ſum lib. prox. pręcedenti cap. 9. num. 1191. & ſeqq. tamẽ, ſi hæres bona fide, ex iuſta cauſa aliquid alienauerit, illud eſt ſibi imputandum in legitimam, inuito fideicõmiſſario, qui propterea non poteſt agere contra tertiũ poſſeſſorẽ: & in his terminis ſunt intelligenda, quę ſcribunt Cyn. in auth. res quę. in fine, C. comm. de leg. Bal. in l. iubemus. ſub n. 3. verſ. item fallit. C. ad ſenatuſc. trebell. Alex. conſ. 178. antonius. num. 4. & 5. lib. 5. Dec. conſ. 236. non parua. ſub nu. 16. Craſs. tract. de ſucceſs. §. legitima. q. 17. num. 4. in 3. caſu, Rot. Rom. coram Oran. in Peruſ. fideicomm. merc. 26. Febr. 1586. & Doct. cõmuniter in l. marcellus. §. res quę. ff. ad ſenatuſc. trebell. dũ dicunt, alienata per hæredẽ eſſe computanda in eius legitimam, & alienationem valere, & iudicem ex æquitate, ratione ſuadente, debere approbare electionem, & conſequenter

24 alienationẽ: † Quòd ſi hęres ipſe impugnaret alienationem, velletque recuperare, ſeu recuperaſſet bona alienata, & illa reponeret in hęreditate, vt etiã ex alijs bonis conſequeretur legitimam; & fideicommiſſarius contradiceret: tunc nõ verſaremur in iſto caſu, ſed verſaremur in caſu contrario, in quo loquuntur alij, a nobis relati infra num. 35. & 36. caſ. 4.

25 Ratio huius reſponſionis eſt duplex. Prima quia circuitus inutilis eſt euitandus, clem. 3. auditor. de reſcrip. & notant Gloſ. & Doct. ex l. 53. dominus. in fine, ff. de condict. indeb. Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de oblig. & ſolut. in rub. circa initium, verſ. antiquam quæſtionem. col. mihi 2. fol. 131. lib. 4. Iaſ. in dicta l. dominus. num. 3. not. 4. Oſaſch. deciſ. 129. girardus. num. 16. & alij, quos citat, & ſequitur Surd. conſ. 248. noua eſt. num. 18. lib. 2. & ego omitto, quia id eſt in ore omnium,

26 † quod, vt dixi, procedit quando circuitus eſt inutilis; quia tunc propter æquitatem eſt euitandus, Card. Zabarel. in dicta clem. auditor. num. 16. & Surd. deciſ. 274. inſpecto. num. 23.

27 in fine; † quare ſi quis promiſerit, ſeu ſe obligauerit, ſe obligaturum ad dandum mihi decem, poſſum ego eum conuenire ad ea mihi dandum abſque eo, quòd eum prius conueniam ad ſe obligandum, quia eſſet circuitus inutilis, vt ex Alber. Gal. ſequitur Io. And. in loco ſup. prox. citato, & ex eo Iaſ. dicto num.

28 3. not. 4. † Secunda ratio eſt, quia illa eſt bona diuiſio, in qua datur vni, quod alteri non nocet, & illi vni prodeſt, vt ſecutus ſum lib. proximè pręcedenti cap. 9. num. 1202.

Sed vtriuſque rationis fundamentũ ſtat in iſta reſponſione: nam, ſi quacunque via cogerētur hęres, & tertius poſſeſſor ad reſtitutionẽ rei alienatæ, tandẽ fideicommiſſarius toto iſto circuitu non cõſequeretur quicquam amplius eo, quòd poteſt conſequi ſine iſto circuitu: etenim iudex poterit hęredi aſſignare vel illud idem, vel tantundem; & hæredi prodeſt, non fieri iſtum circuitum, & alienationem manere ratam, quia alias poſſet emptori teneri de euictione; & fideicommiſſario iſte circuitus, ſeu hæc noua diuiſio non eſt vtilis, quia non propterea quòd alienatio manet, fideicommiſſarius dabit vnum quadrantem amplius eo, quod hæredi debetur, vel quid amplius lucrabitur.

29 Confirmatur intelligentia huius reſponſionis, dum diximus, quòd alienatio tenet in fauorem hæredis, & tertij poſſeſſoris, inuito fideicommiſſario; non autem in fauorem fideicommiſſarij, inuito hærede, quia Dec. in dicto conſ. 236. ſub num. 16. & alij, ab eo citati, ab iſta reſponſione excipiunt ea, quę heres alienaſſet malitiosè, & non bona fide, quia talis alienatio non tenet.

Sed hęc exceptio non poteſt intelligi, quãdo

do fideicommiſſarius vult, alienata manere firma, tãquam electa ab hęrede pro legitima; & hęres vult nõ manere, & venire ad aſſignationem nouę legitimę, allegando ſe elegiſſe, & alienaſſe malitiosè, & mala fide; quia tunc ratio eſſet aperta contra hæredem, quòd non poſſet allegare turpitudinem ſuam, & ex propria malitia & dolo reportare commodum; quam rationem in hac exceptione, vti naturalem, & omnibus notam, Doct. allegaſſent; ſed non allegarunt, quia exceptio loquitur, quando hanc rationem malitię & doli allegat fideicommiſſarius contra hæredem: ſi exceptio igitur loquitur in caſu, quo fideicommiſſarius impugnat alienationem, & in effectu dicunt, quòd valide impugnat, quia talis alienatio poteſt reuocari: ergo in eodem caſu, quando fideicommiſſarius impugnat alienationem, loquitur reſponſio, quam regulariter firmauimus ſupra num. 23. quia exceptio eſt de regula, vulg. iur. & verè hęc confirmatio non eſt aliquo modo neceſſaria, quia ſatis patet, quòd Doct. in iſto ſecundo caſu loquuntur, quando fideicommiſſarius vellet retractare, & reuocare alienata per hæredem, inuitis hęrede, & tertio poſſeſſore.

30 Infero primo ex exceptione, adducta in hac confirmatione, quòd ſi hæres alienauerit vltra legitimam, fideicommiſſarius poteſt illud vltra reuocare, & retractare, Alex. conſ. 178. antonius. num. 4. in fine, lib. 5. & ita etiam in trebellianica ſequitur Craſſ. de ſucceſſ. §. trebellianica. q. 9. ſub num. 7. verſ. ſed quid ſi hæres.

31 Infero ſecundo, quòd poteſt etiã reuocare, quando hæres alienaſſet de melioribus, Rot. coram Oran. in dicta deciſ. in fine, in Peruſ. fideicom. citata ſupra ſub num. 23. quia legitima non eſt eligenda, ſeu aſſignanda per iudicem in rebus melioribus, aut peioribus, ſed in mediocribus, vt ſecutus ſum lib. prox. præcedenti cap. 9. num. *1201*.

32 Ratio iſtarum illationum eſt, tum quia in earum caſibus circuitus non eſt inutilis, tùm quia fideicõmiſſario prodeſt; tum quia hęres videtur alienaſſe malitioſe, & cum mala fide.

33 Ampliatur eadem reſponſio, ſeu concluſio ſecundi caſus, vt in tantum alienatio debeat manere firma, inuito fideicommiſſario, vt diximus, vt debeat manere firma, etiam inuito hęrede, qui alienauit, qui propterea non poterit moleſtare eum, in quem alienauit ſub prętextu, quod alienauerit rem ſubiectam fideicommiſſo, Craſſ. de ſucceſſ. §. legitima quęſt. 17. ſub num. 4. in 3. caſu.

34 Tertius caſus eſt, quãdo res eſt cõſumpta, puta, quia hęreditas magna ex parte conſiſtebat in grano, vino, oleo, & ſimilibus, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, & vſu conſumuntur, & ideo hęres illa vendidit, & illorũ pretio eſt vſus, quod, veniente die fideicommiſſi, reponit in hæreditate: & iſto caſu reſponderem pro hęrede, vt dixi infra num. 38. in *6.* caſu, maxime ſi alienaſſet, fideicommiſſario ſciẽte pretiũ, & conſentiente, & res ſi non vendebatur, facile perijſſet, aut fuiſſet valdè deteriorata, quia tunc tantò magis tenebatur illam vendere, & ideo, vendendo, fecit actum vtilẽ ſibi, & fideicommiſſario, qui propterea nõ debet ei de re bene, & vtiliter geſta ſoluere mercedẽ ingratitudinis, vt velit eum vendidiſſe, & pretium computare in legitimam.

35 Quartus caſus eſt oppoſitus ſecundo, quando hęres, qui alienauit, puta prędium, vult illud redimere, ſeu redemit, & illud reponit in hęreditate, & ideo vult legitimam conſequi, non in illo prędio alienato, ſed ex quota omniũ bonorũ; fideicommiſſarius verò vult, legitimã intelligi electam & detractã in prędio alienato, quia alio titulo illud non poterat alienare: & iſto caſu ſunt opiniones: nam opinionem negatiuam, quòd hęres non poſſit inuito fideicommiſſario; redempto prędio, conſequi legitimam ex tota hęreditate, & ideo illa redemptio ſibi non ſeruiat, tenuit Ang. in l. in quartam. num. 3. ibi, limita quia ſi grauatus. ff ad l. falc. motus ea ratione, quòd hæredi non liceat mutare conſilium in damnum fideicommiſſarij; & an Seraph. d. deciſ. 1365. num. *16.* eandem tenuerit opinionem, non poſſumus cognoſcere, quia licet ipſe alleget Angelum vbi ſupra, tamen loquuntur in diuerſis terminis, ſiquidem Ang. loquitur, vt dixi, in terminis huius quarti caſus, & Seraph. loquitur in caſu, quo hæres aliquid percepit iudicio teſtatoris, dicens, illud computari in legitima, quod eſt in confeſſo apud omnes, & ſic ineptè allegat Angelum, loquentem in diuerſis terminis; vlterius Seraph. videtur oſcitanter, & erroneè pro Angeli opinione allegaſſe Gabrielem in cõcluſ. lib. *6.* tit. de legitim. concl. 4. num. 15. quia Gabr. vltimò loco refert ſequentem opinionem contrariam; & ideo videtur illam ſecutus: ſed licet nobis credere, quòd Seraph. non viderit Angelum, neque aduerterit ſententiam Gabrielis, quia ſi vidiſſet, non credo, quòd eſſet ſecutus erroneam allegationem

nem Gabrielis, qui eum allegat ff. ad trebell. cum debuiſſent allegare ff. ad l. falc.&, ſi aduertiſſet, non allegaſſet Gabrielem pro
36 Ang. cum, vt dixi, teneat contra Ang. † affirmatiuam verò opinionem, quòd hæres poſſit redimere prædium alienatum, & ſic conſequi legitimam ex vniuerſa hæreditate, tenent nuncupatim contra Ang. cum aliqua diſtinctione, & moderatè Imol.in ead. l. in quartam. col. 6. verſ. tu potes addere. & Rip. ſub num. 106. & hanc videtur ſecutus Gabr. d.concl.4. ſub nu.15.verſ.contrarium. & hanc opinionem vti receptiorem, æquiorem, & ſequendam refert, & tenet Craſs. de ſucceſs. §. trebellianica. quæſt. 9. verſus finem, num. 7. verſ. ſed quid ſi hæres. in fine, & §.legitima. quæſt. 17. ſub num.5.fol. 344.& 365.& videtur ſuaderi ex illo fundamento, quòd imputatio in legitimam videtur fieri in fauorem hæredis, & tertij poſſeſſoris, per ea, quæ dixi ſupra num.23. in ſecundo caſu, & quilibet poteſt renunciare fauori ſuo. Sed quicquid ſit de iſto caſu, illum omitto, quia non pertinet ad facti ſpeciem, de qua agimus.

37 Quintus caſus eſt, quando hęres expendit, ſeu aliter conſumpſit pecuniam hæreditariam, & tempore reſtituendę hęreditatis non poteſt eam reponere in hęreditate:& iſto caſu ſine difficultate debet hęredi imputari in legitimam; ſiue imputationem petat fideicommiſſarius, inuito hærede, quia hęres non debet habere legitimam, & etiam pecuniam vltra legitimam, ſed debet cum credito legitimę compenſare debitum pecunię pro ratha, per ea, quę dixi ſupra ſub num.22.in primo caſu; ſiue imputationem petat hęres, inuito fideicommiſſario, per ea, quę dixi ſup. num.23.in ſecundo caſu, & in his etiam terminis procedunt ea, quę ſcribunt Pariſ. & alij communiter, dum dicunt etiam pecunias conſumptas computari in legitimam.

38 Sextus caſus eſt pręcedenti oppoſitus, quando hæres in vno, vel pluribus commercijs, & traficis vſus eſt pecunia hæreditaria, ſeu nomine debitoris hæreditarij, &,veniente caſu reſtitutionis, eandem pecuniæ quantitatem ponit in hęreditate reſtituenda, & ideo vult facere detractionem de toto corpore hæreditatis; fideicommiſſarius verò, contradicendo, vult, illam pecuniam non eſſe reponendam in hæreditate, ſed eſſe imputandam in legitimam: & hic eſt caſus,in quo iudices tulerunt ſententiam pro fideicommiſſario, & crediderunt, hanc eſſe communem opinionem; & meo iudicio non benè iudicarunt, quia debebant ferre ſententiam pro hęrede, & decepti videntur, dum pro eorum ſententia allegarunt Seraph. Pariſ. & alios communiter; nam Seraph. loquitur in caſu diuerſo, vt dixi ſupra ſub num.35.in 4.caſ.& Pariſ. & alij non loquuntur in iſtis terminis, ſed loquuntur in terminis, de quibus ſupra in primo, & quinto caſu ſub num. 22. & num.37.

39 Ratio, quare ſententia ſit ferenda pro hęrede, eſt multiplex.

Prima, quia certum eſt, quòd hęres, donec non venit dies reſtituendi fideicommiſſi, poteſt vti frui omnibus bonis hæreditarijs; & vtendo, fruendoque ſecundum eorum naturam, non dicitur ex illo vſu eligere in eis legitimam,alias ſequeretur, quòd cum primum hæres inciperet habitare, ſeu locare domum hæreditariam, diceretur etiam in ea elegiſſe legitimam; quod eſt falſiſſimum: ſed hæres non poteſt vti frui pecunia hæreditaria, ſaluo ſemper capitale, niſi eam trafficando cum lucro: ergo, dum eam trafficat, non dicitur in ea eligere legitimam.

40 Secunda, quia gerens actum, cenſetur illum gerere, prout licitè, & magis licitè geſſerit,& nō prout geſſiſſet illicitè,ſeu minus licitè,l.meritò.ff.pro ſoc. Bar.in l.87.gerit. nu. 20. verſ.aſſumo primum. ff.de acquir.hæred. & cenſetur illum feciſſe, prout ſibi eſt magis vtilis,Bar. ibidem ſub num.21. verſus finem, Surd.tract.de alimen.tit.9.quæſt.16.ſub num. 25.& 26. & conſ. 14. cognoſci. num. 12. & conſ.19.nulla. nu. 28. & cenſetur illum feciſſe, prout de iure fieri debebat, ibidem, num. 29. & cenſetur factus non ex cauſa voluntaria, ſed ex cauſa neceſſaria, Craucr. conſ.22. magnificus. num.5.conſ.25.nu.29. conſ.158. ſub num.13.conſ.304. num. 5. Surd. d. conſ. 19. num. 27. & ſcripſi in meo tract. de commerc. §.2.gloſ.5. ſub num.95. verſ.ratio.

Sed hæres poteſt expendere, & traficare pecuniam hæreditariam, eligendo in ea legitimam; & tunc non licitè, ſeu minus licitè agit, quia non debet ſuo arbitratu eligere legitimam, per ea, quę dixi ſupra num.23.in ſecundo caſu, & poteſt etiam illam expendere,& traficare,non eligendo in ea legitimam, ſed percipiendo ex ea vſumfructum, & tunc licitè, ſeu magis licitè agit, & vtilius agit, & dicitur facere actum, prout de iure debet facere, & facit ex cauſa magis neceſſaria; quia ei

ei magis neceſſarium eſt, vt pecuniam non teneat otioſam, & inutilem, quàm vt in ea eligat legitimam? ergo dicitur eam expendiſſe, & trafficaſſe hoc modo, quo magis licitè, vtilius, & ex cauſa magis neceſſaria traſficauit.

41 Tertia ratio eſt, quia decipiuntur, qui dicunt, hæredem conſumpſiſſe pecuniam hæreditariam eo ipſo ſolo, quòd eam vertit, & vſus eſt in ſui commodum, & vtilitatem, quamuis eandem ſummam habeat integram, & ſaluam: nam ſi Romanus, exiſtens Romæ, monetam Genuenſem daret Genuenſi, redituro Genuam, & Genuenſis Romano daret monetam Romanam æquiualentem, ridiculum eſſet dicere, quòd vterque monetam, quam tradidit, tradendo, conſumpſerit, cum potius vterque meliorauerit.

42 Confirmatur primo hæc ratio, quia debitor, ſoluendo monetam æquiualentem, quamuis diuerſæ ſpeciei, non dicitur ſoluere aliud pro alio, & ideo creditor cogitur inuitus illam accipere, dummodo eius non interſit, ſolui magis in vna, quàm in alia ſpecie, vt latiſſimè ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gloſ. 5. ſub num. 102. quæſt. 5. & num. ſeqq. num. 124. & ſeqq. & num. 135. & ſeqq. ergo nulla eſt conſtituenda differentia, an hæres vſus, vel non vſus ſit pecunia hæreditaria, quia, dummodo hęreditati eandem reſtituat quantitatem pecuniæ, & fideicommiſſarij non interſit, non dicitur ſoluere, & reſtituere diuerſam, ſeu aliam pecuniam, ſed eandem.

43 Confirmatur ſecundo, quia ſi hæres ponat pecuniam hæreditariā ad honeſtum lucrum, tantùm abeſt, vt dicatur tunc eam conſumere, vt, ne eam conſumat, debeat illam ad illud honeſtum lucrum dare, vt, loquendo de pecunia, relicta ad alimenta, oſtendit Surd. tract. de alimen. tit. 9. quæſt. 40. num. 1. & loquendo de pecunia dotali, ſecutus ſum in dicto meo tract. de commerc. §. 3. gloſ. 3. num. 41.

44 Quarta ratio eſt, quia ſi hæres, alienando prædium hæreditarium, dicitur in eo elegiſſe legitimam, quia alio titulo non potuiſſet illud licitè alienare; & conſequenter illud prædium ei imputaretur in legitimam; & remanet controuerſia an imputatio fieret, etiam ſi illud redimeret, & communis, & ęquior opinio eſt, quòd tunc non fiat imputatio, vt retuli ſupra num. 36. in quarto caſu. ergo quantò magis, & ſine controuerſia dicendum eſt, quòd hæc imputatio non fiat in iſto ſexto caſu, in quo hæres ratione vſusfructus pecuniæ ſine legitimę electione potuit licitè pecuniam diſtrahere, & eandem pecunię quantitatem reponere in hæreditate?

45 Non obſtat primo, quòd Pariſ. & alij citati, & qui cumulari poſſent, inter alienata, & conſumpta, & ideo computanda in legitimam, numerent etiam credita, & pecunias.

Quia reſponſio ſatis patet ex prædictis: nam dico, quòd Pariſium, & alios, ita loquentes in pecunia conſumpta, debemus intelligere in caſu, quo hæres grauatus nolit, ſeu non poſſit hęreditati reſtituere pecuniam, prout, loquendo de mobilibus in caſu, quo hæres prętendat, illa non eſſe reponenda in hæreditate, declarauimus ſupra num. 22. in primo caſu, vbi adduxi etiam rationem, quare eos ita intelligere debeamus, &, loquendo de pecunia, diximus ſupra num. 37. in 5. caſu, ſecus eſt, quando hæres poteſt, & vult pecuniam reponere in hæreditate, quia tunc non imputatur in legitimam, per ea, quæ latè deduximus ſupra num. 38. & ſeqq. in 6. caſu, & iſto caſu non loquuntur Pariſ. & alij, quia malè loquerentur.

46 Non obſtat ſecundo, quòd pecunia cenſeatur eſſe de rebus, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, & vſu conſumuntur, l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. quę vſ. conſum. & illa dicantur ſeruando ſeruari non poſſe, quæ non ſolent durare, niſi per triennium, quo elapſo, pecunia etiam, vti ex illis rebus, præſumatur conſumpta, vt ſequitur Corn. conſ. 38. viſo libello. num. 5. conſ. 49. in præſenti. ſub num. 11. verſ. circa pecuniam. & conſ. 105. viſis. verſus finem, ſub num. 19. lib. 3.

47 Primo enim reſpondeo, diſtinguendo. Aut loquimur de conſeruatione, & conſumptione phyſicè, & naturaliter; & tunc dico, falſiſſimum eſſe, quòd pecunia non poſſit ſeruari, & quòd vſu conſumatur, quod patet ad ſenſum, quia pecunia non fit ex materia, aut forma corruptibili, quę non poſſit ſeruari, vel ex materia & forma, quæ tactu & vſu euaneſcat, & reducatur ad nihilum, ſed fit ex ære, & metallo, quod poteſt diu ſeruari, & tactu, ac vſu non euaneſcit: vnde vſque ad hodiernum diem videmus monetas cum antiquorum Romanorum Imperatorum effigie conſeruari intactas, & illęſas, quamuis ſeſquimilleſimo ab hinc anno, & eo amplius ſint cuſſæ, & impreſſę; licet enim moneta, ſeu pecunia expendatur, & ſic per mille tranſeat manus, & modo

modo in dominio vnius, & modo in dominio alterius maneat; tamen non propterea dicitur conſumpta; mutatur itaque dominium, ſeu poſſeſſio in ea, ſed non mutatur ipſa; & hoc modo quoad dominium, & poſſeſſionem mutatur, & conſumitur non ſolum pecunia, ſed mutantur, & conſumuntur domus, & prædia, imò & Vrbes, & Regna; & ſic phyſicè lo-
48 quendo, falſa eſt eorum aſſertio. † Aut loquimur ſolum moraliter; & tunc dico, pecuniam quandoque ad aliquem effectum, ſeu in aliquo caſu poſſe dici conſumptam, & ſeruando ſeruari non poſſe; quandoque verò non dici conſumptam, & ſeruando ſeruari, prout ratio ad ita varie dicendum nos impellit, quia plura ſunt negotia, quàm vocabula, & lex imponitur rebus, & non verbis, & proinde hæc variatio pendet à ſubiecta materia morali: ſi enim tractemus, an pecunia contineatur in legato domus, & omnium, quæ in ea ſunt, vtique ſunt, qui dicunt, pecuniam, in ea exiſtentem, non contineri; quia illa exiſtentia cenſentur legata, quę ſunt in domo, vt in ea permaneant; ſed pecunia à communiter accidentibus ſolet retineri ſolum ad effectum, vt expendatur, & perraro retinetur vt theſaurus; de centum enim, qui habent pecuniam, vix eſt vnus, qui eam retineat pro theſauro, quare non ſolum non retinetur in domo, vt ibi ſit permanſura, ſed cenſetur non durare vltra triennium, & ſic tanquam rem, quę ſeruando ſeruari non poteſt, infra triennium conſumi; & hac ratione dicunt, non contineri in prædicto legato, quia non eſt de permanſuris, & in his terminis conſuluit Corn. dict. conſ. 49.
49 ſub num. 11. † Similiter ſi pater adminiſtrauerit bona aduentitia filij, & eo mortuo, conueniatur eius hæres ad reddendam rationem adminiſtrationis, & non probetur, pecunias, quæ proceſſerunt ex adminiſtratione, extare, ſeu verſas eſſe in vtilitatem patris, vtique præſumuntur conſumptę, & ideo patet de eis non tenetur reddere rationem, ſecundum ea, quæ conſuluit Corn. d. conſ. 105. verſus finem
50 ſub num. 19. † Item ſi conſideremus pecuniã, parituram vtilitatem, & fructum, dicitur res, quę ſeruando ſeruari non poteſt, quia ſi debet parere fructum, non poteſt ſeruari, Aret. in §. conſtituitur. num. 1. Inſtit. de vſufr. cum enim nummus ex ſe non poſſit parere nummum, quia eſt res omnino inanimata, & ſterilis, vt dixi in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. ſub num. 404. & quęſt. 7. par. 1. ſub num. 68. ideo, vt pariat, debet iungi cum hominis operatione, & contractari, & ſic diſtrahi, vt ſcripſi eadem quęſt. 7. par. 1. num. 69. qua diſtractione tollitur eius conſerua-
51 tio, & ita procedunt contraria: † ſed ſi conſideremus pecuniam, mihi debitam ex cauſa mutui, vel ex alia iuſta cauſa, non propterea quia debitor eam mihi non ſoluerit infra triennium, erit liberatus, quia illa pecunia ſit conſumpta, ſeu pręſumatur conſumpta; ſiquidem pecunia, prout debetur in genere, nunquam conſumitur, & nunquam perire poteſt, l. 11. incendium. C. ſi cert. pet. & l. 30. in ratione. §. diligenter. verſ. verum eſt autem. ff. ad l. falc. pecunia enim, & alia mutuabilia recipiunt functionem in genere ſuo, l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. & ideo eius conſumptio, & peremptio cedit damno debitoris, & non creditoris; imò dato etiam quòd pereat tota ſpecies, ſeu totum genus monetę debitę, tamen debitor tenetur ſoluere debitum in alia ſpecie monetę, vt ex Bar. Boſs. Albet. Brun. Curr. Sen. & Teſs. ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 127.
52 Secundo reſpondeo, quòd dato etiam, quòd hęres conſumpſerit pecuniam hęreditariam, non tamen propterea ex iſta conſumptione conſequitur liberationem, ſed imò remanet debitor hęreditaris in eadem ſumma, vt dixi hic ſupra; neque ſequitur, quòd propterea cenſeatur elegiſſe legitimam in illa pecunia conſumpta, quia, vt dixi ſupra num. 39. hęres poteſt pecuniam hęreditariam conſumere altera ex duabus cauſis; vel vt ex ea
53 percipiat vtilitatem, & vſumfructum, † cum etiam in pecunia poſſit dari vſusfructus, l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. quę vſu conſum. vt ſecutus ſum d. tract. de commerc. §. 3. gloſ. 3. nu. 42. vel vt in ea eligat legitimam; ſed pręſumitur conſumpſiſſe ex prima, & non ex ſecunda, per ea, quæ ſcripſi ſupra num. 39. & 40.
54 Non obſtat tertio, quòd pecunia per ſolam commixtionem cum alia pecunia dicatur conſumpta, l. 78. ſi alieni. ff. de ſolut. Bal. conſ. 252. ordo rei. in fine, lib. 3.

Quia reſpondeo, vt ſupra, hoc eſſe verum, moraliter loquẽdo, quoad aliquem effectum, moralitate, & ratione ſuadente, ſed nõ quoad omnes effectus; quare licet miniſter, puta Theſaurarius non poſſit præuenire tempus in ſoluendo, præſertim incidendo in tempus ſucceſſoris, tamen ſi ſoluerit, ſuperueniente poſtea die ſolutionis faciendę, pecunię antea ſolutę commixtione, & conſumptione reconcilia-

ciliatur ſolutio, vſque ad quantitatem, quam dominus debet, ſed ab inde ſupra debet reſtitui domino; & ſic, vt vides, iuxta moralem materiam ſubiectam, prout ratio ſuadet, in eadem pecuniæ commixtione conſideratur conſumptio; & non conſumptio.

Non obſtant alia, quæ adducerentur, quia ex prædictis, & alijs omnia facile ſoluuntur.

Et ex his credo, ſatis me oſtendiſſe, vt innuebam ſup. nu. 18. & ſeqq. & num. 38. quòd ſæpè allucinamur, dum legum, & doctorum ſententias, & opiniones, quaſi in repertorijs, tumultuariè legimus, cum eas ex ſuis principijs maturè enucleare debeamus. abſoluta 1. reg. de qua ſup. num. 17. tranſeamus nunc ad aliam regulam.

55 Secunda regula eſt, vt datis hinc inde opinionibus æqualiter cõmunibus, ſeu æquè probabilibus, eligat opinionem, quæ eſt pro abſolutione rei, cap. 11. cum ſunt partium iura. de reg. iur. in 6. & l. 148. fauorabiliores. ff. eod. & ideo olim reus, delatus de crimine homicidij, iudicantibus duodecim dijs, ſex ſententijs abſoluebatur, quia vbi paris numeri ſententiæ fuiſſent, præponi abſolutio damnationi ſolebat, vt ſcribit S. Auguſt. de ciuit. Dei. lib. 18. cap. 10. fol. 170. tom. 5. & eſſe in dubio pronunciandum pro reo, ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 83. num. 7. & alijs in locis, &, actore non probante, reum eſſe abſoluendum, ſecurus ſum ſupra quæſt. 21. ſub num. 1. & melius eſſe errare in abſoluendo, quàm in condemnando, ex S. Thom. ſequutus ſum ſupra quæſt. 7. num. 143.

Ratio huius ſecundæ regulæ eſt duplex. Prima, quia in pari cauſa etiam turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis, vt ſecutus ſum lib. prox. præced. cap. 7. ſub num. 424. & pro poſſidente ſumere debemus reum, qui conuenitur, ſiue conueniatur actione reali, ſiue actione perſonali; & ratio rationis eſt, quia turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes, vt dixi eod. nu. 424. Secunda ratio eſt, quia ſi actor non ſuperat, non vincit; ſi non vincit, vterque remanet in priori ſtatu, ſed in priori ſtatu reus non moleſtabatur; ergo debet in eodem ſtatu reponi, & hæc repoſitio, finita contentione, debet fieri per viam abſolutionis, vt litium ſit aliquis finis.

Extende hanc regulam, vt procedat etiã ſi actor ſit imperitus, minor, mulier, ſeu pupillus, & reus ſit Iurecõſultus, quia adhuc ſeruãda eſſet hæc regula, cum ſit iuſta in omnibus, & nõ debeat in iudicijs eſſe acceptio perſonarum.

Sed, vt ab amicis Iureconſultis quandoque audiui, ſunt aliqui Iudices, qui iura Iurecõſulti litigãtis in cauſa propria, veluti iura ſuſpecta, ſemper minoris æſtimant, ſiue is ſit actor, ſiue ſit reus; & quandoque illum nõ libenter audiunt, quaſi in cauſa propria aduocatum quærere debeat, vt ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. n. 124. verſus ſinẽ: verũ hi iudices nõ ſunt laudãdi, quia debent iura litigantium æqualiter, & cum benignitate audire, vt dixi ſupra gl. 5. q. 1. n. 1. & licet Iureconſulto dici ſoleat, quòd in cauſa propria aduocatum quærat, id tamen ei non dicitur pro præcepto, ſed pro conſilio ad eius vtilitatem, quia dum animo agitatur, & non quieſcit, nõ debet ſuæ peritiæ confidere, quia facile periclitaretur, quare ego de eiuſmodi iudicibus non facerem bonam coniecturam.

56 Tertia regula eſt, vt in dubio eligat opinionem communem, cum declarationibus tamen, de quibus dixi ſupra q. 8. num. 38. & ſeqq. ampl. 5. & quæſt. ſeq. num. 21. & ſeqq.

57 Quarta regula eſt, vt in re dubia, & opinionum conflictu perpendat, quæ opinio magis concurrat cum primis principijs, vniuerſalioribus axiomatibus, & quadret ſenſui, & capacitati, etiam ruſticorum, & demum ſeruet præcepta, & documenta, congeſta à Menoch. de arbitr. iud. caſ. 199. per totũ, & quædã pauca, quæ adducit Nauar. in cap. 4. ſi quis autem. ſub n. 30. verſ. cõtra. & n. 31. diſt. 7. & aliqua, quæ breuius nos diximus lib. proximè præced. cap. 11. ſub n. 380. verſ. tertio quia. & cap. 3. ſub n. 348. & n. 350. & 351. & poterit percurrere quæ ſcripſerunt Alber. Brun. & Vall. in tract. de reb. dub. inter tract. diuerſ. tom. 18. fol. 317. & ſeqq.

58 Quinta regula eſt, vt ſi, his omnibus conſideratis, adhuc remaneat ambiguus, & anceps, quia hinc inde opiniones ſint ſtipatæ, & munitæ principijs, & rationibus æque validis, tunc adhæreat opinioni, cui adhæret conſciẽtia, quia conſcientia etiam erronea ligat, & qui facit contra eam, peccat, vt ſcripſi in meo tract. de cõmerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. n. 59.

59 Sexta, & poſtrema regula erit, vt ſi adhuc habeat conſcientiam nutantem, tunc aut eligat mediam viam, per ea, quæ cumulant, & ſequuntur Stracch. tract. de aſſecurat. nu. 5. in fine, & n. 6. tom. 6. par. 1. fol. 364. & Teſ. deciſ. 96. filij. n. 13. & latè deciſ. 89. media via. per totam, aut abſtineat à iudicando, quia in rebus ambiguis abſolutum non debet eſſe iudicium, cap. vlt. habuiſſe. diſt. 33. & cap. 74. graue. 11. q. 3. Affl. deciſ. 13. in fine, nu. 29. & Nauar. in cap. 4. ſi quis autem. ſub num. 130.

 diſt.

diſt.7.& ideo poſſet iſto caſu abſoluere ab obſeruatione iudicij, vel dicere, quòd non liquet,vt ſcripſi ſupra quæſt. 7. num. 94.

60 Inferebam ex hac regula, quòd iudices, cum in eadem facti ſpecie,de qua ſupra,n.21. verſ.mortuo.non perciperent ſenſum ſcripturę mercatorum,& non intelligerent eorũ modum loquendi,& ex his emanarent difficultates iuris,nõ debebant, facto non percepto, ex relatione mercatorum cauſam decidere,quia mercatores poterant eis referre ea,quæ reſpiciunt merum factum,vt ſunt ea, quę cõſiſtunt in calculorum computis, & ſubductionibus, & in interpretatione verborum ſecũdum ſtylum mercatorium,ſed non poterant eis referre deciſionem difficultatum,quę,ſuppoſita relatione facti, & admiſſa interpretatione, verſabantur in iure : etenim cum ijdem Domini iudices quotidie declarẽt,mercatores, vti iuris imperitos,eſſe incompetentes ad decidendas difficultates iuris,vt latè retuli ſupra gl.3. q.2.n.39.verſ.exemplifica. nimis indecorum eſſet,quòd ipſimet,qui debẽt eſſe iuriſperitiſſimi,peritiã quęrerent ab alijs,per ea, quę dixi ſupra ead. gl.3.q.2.n.2. & præcipuè ab ijs, quos ipſi dicunt eſſe imperitos; imò dum ex eorum relatione ſententiã ferunt,illa ſentẽtia non facit rem iudicatam,quia,cum ſit lata ex relatione peritorum, poteſt quandocũque de eius iniuſtitia cognoſci,ſecundũ eos,quos citaui ſupra q.2.ſub n.41. verſ. primo quia. & licet ſentẽtia, lata in Curia mercatorũ,haberet particularẽ priuilegiũ, vt nõ poſſit infringi,tamẽ hoc procedit,quãdo ſentẽtia eſt lata ab ipſa Curia mercatorũ, nõ autẽ quando eſt lata ab alio,ſeu alijs ex eius relatione, quare, niſi iudices fuiſsẽt delegati à Principe,potuiſſet de ſententię iniuſtitia quandocũque corã ſuis ordinarijs cognoſci, etiã ſine reſtitutione
61 in integrũ: † ſcriptura mercatoria,cuius ſenſũ videntur non percepiſſe,erat ita concepta, *& deuono hauere ſcudi 1196.per tanti poſtone debitore Bartolomeo al libro biãco ſegreto,ſegnato* A.pro cuius ſcripturę intelligentia eſt præmittendum,quod mercatores habent duos libros, in quorum vno, quem vocant librum (de debitori,& creditori)ſcribunt debita vera,& etiam credita,ſeu ſolutiones,tam veras, quàm fictas, vt dicam inferius, & ordo ſcribendi eſt, vt, aperto libro, in ea pagina, quæ erit prima in ſcriptura, à parte ſiniſtra libri aperti ſcribãtur partitæ,quas aliquis debet,& in alia dextra, quæ ſtat è conſpectu,ſcribãtur partitę,quarũ idem debitor eſt creditor,& ſic primam paginam ſcriptã,quæ eſt ſiniſtra, vocant(del dare) & aliã ſequentem è conſpectu vocant(dell'hauere) easque hoc ordine ſcribunt;nempe à manu ſiniſtra libri aperti) Pietro deue dare)à manu verò dextra(Pietro deue hauere)& quando pagina(dell'hauere) nõ adęquat paginã(del dare) & ſic nõ ſoluit partitas debitas è conſpectu,ſcribunt ſolutionem fictam,quę adęquet,& ſcribunt his verbis,(& deue hauere ſcudi . . . . per tanti poſtone debitore al libro ſegreto, ſegnato A.) & hic eſt alter liber,quem vocant(librum ſecretum)in quo ſcribunt credita vera, & debita vera, & nõ fit adęquatio ficta,& cum iſto libro fit cal-
62 culus, & ſolidatio vltima : † & tota ratio huius ſcripturæ fundatur in hoc, quòd creditor ſcribens librum(de debitori,& creditori) videtur tunc debitori mutuare, vt is ſoluat, & adęquet in illo libro, & poſtea quantitatem mutuatam reſtituat in libro ſecreto, ſeu ſe de quantitate mutuata cõſtituat debitorem in libro ſecreto;& proinde ſenſus partitę, ſupra deſcriptæ;eſt,vt filij Bartholomei,quibus in libro(de debitori, & creditori) mutuabantur ſcut. 1196.vt ſoluerent debitum in illo libro, eoſdẽ teneretur reſtituere Bartholomeus eorum pater in libro ſecreto, vbi erat ratio inter Bartholomeum, & ſocios, qui fuerunt poſtea creditores in dictis ſcut.1196.dictorum filiorum Bartholomei,continuata cum eis eadem negociatione,& eſt aduertendum, quòd in caſu, de quo agimus, liber ſecretus, in quo ſcribebantur credita vera, & debita vera, non reperiebatur, ſed ſolum reperiebatur liber, quem vocant (de debitori, & creditori.)

63 Et licet hodie fideicommiſſarius contra eos del Puglieſe aduerſarios dicat, quòd ſocietas in libro(de debitori, & creditori)veriſimiliter non acceptaſſet Bartholomeum pro debitore in libro ſecreto, cum eſſet mortuus,niſi Bartholomeus fuiſſet ſoluendo cum credito,quod habebat in illo libro ſecreto,ſed potius voluiſſet ponere debitores eoſdẽ filios Bartholomei: & mercatores hac veriſimilitudine moti ſint ad referendum, & iudices eorum ſecuti ſint relationem.

64 Tamen pro reſponſione eſt aduertendum, quòd hoc fideicommiſſarij dictum videretur ſatis probabile,ſi,deficiente credito Bartholomei in libro ſecreto, ſocietas perdidiſſet illud mutuum,factum eius filijs,quia tunc eſſet veriſimile,quòd ſocietas noluiſſet acceptare Bartholomeum pro debitore delegato, niſi prius cognouiſſet,quòd Bartholomeus haberet effectus,& credita in illo libro,quibus ſolueret

65 ueret illud debitũ: † Verum nos non ſumus in iſto caſu, ſed ſumus in caſu, quo ſocietas erat ſecuta, etiam quòd nomen Bartholomei non eſſet ſoluendo ex creditis, & effectibus illius libri, quia remanebant bona eiuſdem Bartholomei, in quibus ſocietas poteſtat conſequi integram ſolutionem; & expediebat ſocietati habere potius obligatum nomen Bartholomei, quàm filiorum, & etiam conueniebat, quia cum in eo libro contineretur negociatio, inita, & facta cum Bartholomeo, erat fugienda confuſio diuerſarũ rationum; & potuit ſocietas eſſe contenta, vt Bartholomeus poneretur debitor pro tanta ſumma, quia, vt dixi, erat tuta, quãuis Bartholomeus in illo libro non haberet tantum creditum; & ſic ſocietatis nihil intererat, quòd in libro ſecreto poneretur debitor Bartholomeus, vel ponerentur debitores eius filij, quia poneretur eorum quem velimus, filij, qui erant eius hęredes, ſemper erant obligati in illa ſumma: vnde non videtur ex iſtis concludenter inferri, quòd Bartholomeus eſſet creditor in illo libro de ſcut. 1196. ſed eſt quędam coniectura, quæ poteſt eſſe erronea: &, deficiente hac illatione, ſententia, quæ in ea fundatur, non iuſtificatur.

66 Non obſtat, ſi pro fideicommiſſario diceretur, quòd probatio ſufficiens dicitur illa, quæ mouet iudicem ad ita credendum, vt dixi lib. prox. præced. cap. 9. ſub nu. 531. & quòd iuſtus motus ad credendum dicitur ille, qui cauſatur à veriſimilitudine, per ea, quæ dixi eod. lib. 2. cap. 11. ſub nu. 168. & ſeqq. & quòd arbitrio iudicis committitur quid dicatur veriſimile, vt retuli eod. cap. 11. n. 167. prout demũ eius arbitrio relinquitur generaliter, quæ probatio ſufficiat, vt dixi d. cap. 9. ſub n. 531.

67 Quia reſpondetur, quòd probatio vt ſit ſufficiens ad mouendum iudicem ad ita credendum, non debet eſſe contra regulas iuris, per ea, quæ dixi eodem cap. 9. num. 535. & ſeqq. quia aliàs valdè pernicioſum eſſet iuſtitiæ, & Reip. quòd iudex poſſet moueri ex capite ſuo; quare hinc eſt, quòd neque moueri debet ex certa ſcientia, ſibi priuatim nota, per ea, quæ dixi ſupra quæſt. 8. num. 4. & ſeqq. in 3. opin. vnde, vt poſſit moueri ex veriſimilitudine, debet eſſe veriſimilitudo regulata à iure, vt dixi d. lib. preced. cap. 11. ſub nu. 167. prout regulatum eſſe debere totum iudicis arbitrium, tàm in probationibus, quàm in alijs, ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 53. ſub num. 27. & ſub num. 36. verſus finem, & lib. 2. cap. 9. num. 330. & 331. alias non diceretur arbitrium, ſed diceretur effrænata voluntas, vt dixi dicto cap. 11. ſub num. 167. ſed prædicta veriſimilitudo non eſt regulata à iure, idque dupliciter oſtendo. Primo, quia ſupponit adeſſe id, quod vt plurimum contingit abeſſe; nam ſupponit, quòd ſocietas acceptet pro debitore ſocium, dummodo is ſit ſoluendo ex effectibus ſocietatis; & tamẽ contingit, quòd eum acceptet, etiam ſi non appareat ſoluendo ex effectibus ſocietatis, dummodò appa-

68 reat ſoluendo ex alijs effectibus; † & quamuis in caſu, de quo agimus, videatur dicendum, quòd illa variatio debitoris, qui ponebatur in libro ſecreto, videretur ſtulta, & ſuperflua, niſi ille, qui ponebatur debitor in libro ſecreto, habuiſſet in eo creditum, cum quo fieret compenſatio, cum aliàs proprius debitor ſatis ſuperq. eſſet idoneus, & ſoluendo, imò repræſentatiuè erat idemet, qui ponebatur debitor; tamen dico, quòd illa variatio non erat ſtulta, nec ſuperflua, ſed erat prudens, & congrua, per ea, quæ dixi ſupra ſub num. 65. & dato millies, quòd ex illa variatione colligatur veriſimiliter, quòd ille eſſet creditor in libro ſecreto; tamen non colligitur, quòd eſſet creditor pro tanta ſum-

69 ma, & ideo eſt diuinare. † Secundo id oſtendo, quia licet prædicta coniectura, veriſimilitudo, & præſumptio procederet ſecundum regulas iuris, tamen non procedit, quando alia veriſimilitudo, & præſumptio eſt in contrarium, & deſtruit prædictam: ſed nos habemus hanc aliam præſumptionem, quòd liber ſecretus, in quo appareret veritas, ſit penes fideicommiſſarium, tùm quia penes eundem ſunt reperti alij duo libri eiuſdem ſocietatis, in quibus ipſe nititur fundare ſuam intentionem; tùm quia Nicolaus, cuius ipſe fideicommiſſarius fuit ſucceſſor, & ex cuius hæreditate habuit prędictos duos libros, fuit in alia ſocietate inter eoſdem electus pro cuſtode librorum: vnde veriſimile eſt, quòd habeat etiã hunc librum ſecretum, eumq. non edat, quia non ſit ſibi vtilis; & hæc veriſimilitudo deſtruit, ſeu extenuat præcedentem contrariam; & conſequenter relatio mercatorum, & ſucceſſiuè ſententia Dominorum Iudicum, fundatæ in dicta veriſimilitudine, non iuſtificantur.

Aliam ſpeciem, in qua opinio videtur orta ex errore, quo non agnito, omnes communiter eum videntur ſecuti, habes quæſt. ſeq. num. 50. & ſeqq.

GLOS. XIV. Sententiamus &c.

QVAESTIO XXIV.

SVMMARIVM.

Sententia, lata contra deciſionem Rotæ Rom. vel contra opinionem communem, an ſit nulla, aut ſaltem notoriè iniuſta, num. 1. & ſeqq.

Rotæ Rom. auctoritas eſt maior auctoritate Conſ. Neap. num. 2. Et quomodo hoc non procedat, num. 18. 57. & 58.

Rotæ Rom. deciſio facit opin. communem, quia eius deciſiones ſunt magiſtrales, & ſuperant cæteros Doctores, num. 3. Non tamen ſunt neceſſariæ, nec allegabiles ad deciſionem cauſarum, num. 8. Imò ſi opinio communis ſit contraria deciſioni Rotæ, deciſio non facit communem, num. 15. Et quando facit opinionem communem, eam facit pro futuris cauſis, non autem in illa cauſa, in qua iudicat, num. 56.

Rotæ Rom. iudicium, & exemplum eſt ſequendum, ſub n. 3. Declaratur, n. 8. 9. 16. & 21.

Rotæ Rom. Auditores ſunt Iureconſulti eminentiſſimi, ſub num. 3.

Rotæ Rom. tribunal eſt ſupremum, num. 3. in fine.

Sententia lata contra opin. communem, eſt ipſo iure nulla, num. 4. Contrarium, num. 13. Vel ſaltem eſt iniuſta, & iniqua, & iudex, qui eam non ſequitur, tenetur in ſyndicatu, num. 5. Sed rarò poteſt contingere, vt ſententia ex iſto capite reuocetur, ſub num. 19.

Opinionem communem, qui habet pro ſe, dicitur habere ius clarum, ſub num. 4.

Opinio communis eſt ſeruanda pro lege, nuro 4.

Opinio communis dicitur illa, quæ eſt iam ante litem motam, non autem ea, quæ ſit ex numero Aduocatorum, ſcribentium pro illa lite, num. 55.

Opinionem communem, ſi ſit notoriè falſa, vel rationabiliter conuincatur, iudex ſequi non debet, num. 5. & 16.

Rotæ Rom. auctoritas eſt poſtponenda legi, & rationi, num. 7.

Rota Romana debet iudicare ſecundum iura, & non habet poteſtatem legis condendæ, num. 8.

Rotæ Romanæ iudicium aliqui impugnant, num. 9.

Fieri quid debeat, non quid factum ſit, eſt inſpiciendum, num. 9. in fine.

Doctori nihil allegantì non creditur, ſub numero 10.

Sententia lata contra legem eſt nulla, num. 11. & 57.

Sententia, lata contra Rotæ Rom. deciſionem, non eſt nulla, num. 12.

Bartoli auctoritati non videtur anteponenda auctoritas Rotæ, num. 14.

Opinionum diuerſitas, & contrarietas vnde oriri ſoleat, ſub numero 16. verſ. confirmatur.

Rota Rom. quandoque non eſt ſibi conſtans, num. 17.

Neap. Conſilium iudicat nomine Regis, num. 18. & 58.

Sententia lata contra deciſionem Cōſilij Neap. eſt nulla ipſo iure, num. 57.

Litis euentus eſt incertus quia habent ſua ſydera cauſæ, nu. 16. in fine.

Opinionem reperire communem, quæ definiri poſſit tota cauſa, eſt difficile, ſub num. 19.

Doctores licet ſint inuicem contrarij, dum teſtantur de opinione communi, ſub num. 19. Tamen non inquiruntur de falſo, num. 20.

Hypotheca mulieris pro ſua dote, hypotheca mutuatoris ad refectionem domus, & hypotheca creditoris, qui eſt anterior muliere, ſi concurrant in eadem domo refecta, quæ hypotheca ſit præferenda, num. 22. & ſeqq.

Mulier pro ſua dote an præferatur mutuanti ad refectionem domus, nu. 22. & ſeqq.

Mutuator ad refectionem præfertur creditori anteriori, num. 23.

Creditor anterior præfertur mulieri poſteriori, num. 24.

Ius quæſitum ex ſuo proprio facto, & prouiſione difficilius tollitur, quàm ius quæſitum ex prouiſione legis, num. 25.

Perplexitas ſi oriatur ex aliqua communi opinione vitiat illam communem opin. nu. 22. & ſeqq. & ſub num. 27.

Fideiuſſor de euictione cenſus, vel de alia re vendita an poſſit agere ad liberationem, num. 28. & ſeqq. num. 46. & ſeqq.

Fideiuſſor non eſt ſimilis donatori, num. 37.

Fideiuſſor quomodo ſit ſimilis mutuanti, ſub num. 28. verſ. primus. & num. 36. Et quando ſit ſimilis venditori, ſub num. 29. verſ. prima.

Fide-

Fideiuſſor non poteſt ad ſe liberandum agere contra creditorem, in cuius fauorem fideiuſſit, ſub nu.28. verſ.primus. Sed poteſt agere contra debitorem, cuius gratia fideiuſſit, num.29.34.& ſeqq.

Fideiuſſor, qui pro fideiuſſionis periculo accepit pretium, non poteſt pœnitere, & petere ſe liberari à fideiuſsione, ſub num.29. verſ.prima. Et quid ſi debitor ſit ſuſpectus de fuga, num.30. & ſeqq.

Mandatarius, ſuſcepto mandato de ſoluendo alicui, tenetur mandatum adimplere, num.33.

Fideiuſſor gratuitus poteſt etiam antequam ſoluat agere actione mandati ad conſeruationem indemnitatis, num. 34. Dummodo ſteterit in fideiuſſione tanto tempore, vt fideiuſſio debitori potuerit eſſe vtilis, nu. 35. & 36. Et quando poſſit agere etiam ſi non ſteterit tanto tempore, num.39.& 40. in fine. Tempus hoc quantum eſſe debeat, relinquitur arbitrio iudicis, ſub num.35. Et hoc arbitrium ceſſat vbi extat ſtatutum de iſto tempore, num.38.

Fideiuſſor quomodo pro ſui liberatione poſſit agere contra debitorem, & an poſſit eum cogere ad ſoluendum creditori, num. 41. & ſeqq.

Appellatio ſuſpenſiua, etiam inſpecto iure canonico, non datur à ſententia lata pro adipiſcenda poſſeſſione ex l.fin.C.de edict.diu.adr. ſub num.54.verſ.exemplifica.

1 QVAERO an ſententia, lata contra deciſionem Rotæ Rom. vel contra comm. opinionem, ſit nulla, aut ſaltem notoriè iniuſta.

Affirmatiua opinio, quòd ſit nulla, aut ſaltem notoriè iniuſta, duabus ſuadetur rationibus.

Prima, quia ſententia lata contra deciſionem Conſilij Neap. dicitur lata contra legẽ, & ideo erit non ſolum iniuſta, ſed erit etiam nulla ipſo iure, vt ſcripſi infra num. 57. declarat. 5.

2 Sed Rotæ Rom.auctoritas non eſt inferior, imò eſt maior auctoritate Conſilij Neap. per ea, quæ ſcripſi ſupra lib.1.cap.26. num. 4. & lib.2.cap.8. num.749.

3 Secunda, quia Rotæ Rom. deciſio facit opinionem communem, cum eius deciſiones ſint magiſtrales, & ſuperent cæteros Doct.licet numero plures, vt ex Imol.& Barbat.in cap. ſi olim, il 1. de lit. conteſt. ſequuntur Vant.tract.nullit.rubr.de null.ex def.iuriſdict.deleg. num. 20. Gomeſ.ad reg. cancell. in prœem.quæſt. 2.verſ.quarto pro iſta parte non deſunt. fol.6. Grauat. in annot. ad prax. Veſtr.lib.6.cap.1.nu.17. & 18. & Surd. conſ. 403. ſub num.83. & 84. lib. 3. & quòd Rota Rom. de per ſe faciat opin. communem, & ab ea, conſulendo, aut iudicando, nullo modo diſcedi poſſit, cum, omnibus legibus, & auctoritatibus viſis, & benè conſideratis, & cauſa ſæpius propoſita, & ſubtiliſſimè diſcuſſa, decidit articulum, ſcribit Hier.Gabr.conſ.42. laudum.num.13. lib.2.& quòd iudicium, & exemplum Rotæ Rom. ſit ſequendum, quia in Sacra Rot.Rom.ſedere ſolent Iuriſconſulti eminentiſſimi, & præſertim ſequendum, & ſeruandum ſit in terris ſubiectis Eccleſiæ, quamuis ſint ſubiectæ mediatè, vt eſt Ciuitas Piſauri, ſcribit Menoch. conſ. 1196. ex propoſita. num. 2. in fine, & num. 3. lib.12. & quod vbi eſt reſolutio Rotæ Rom.non ſit amplius dubitandum, neque vlterius inſiſtendum in perquirendis rationibus, aut enumerandis Doctorum auctoritatibus, ſcribit Petr. Caballus conſ.60. num.7. par.1. & quòd in dubio ſit ſtandum iudicio Rotæ Rom. ſi cauſa, in qua iudicaſſet, committeretur poſtea, ſcribit Surd. vbi ſupra; & huius Rotæ auctoritatem eſſe præcipuam, retuli ſupra lib.1.cap. 26. num.4.& quòd Rotæ tribunal ſit ſupremum, ſcribit ipſamet Rot.diuerſ. deciſ. 134. prætendebant. num. 2. & deciſ. 151. fuit reſolutum. num. 3.par.1.in recentior. vlt.recollect. de anno 1618.

4 Sed ſententia, lata contra opin. communem, eſt ipſo iure nulla, ac ſi eſſet lata contra legem, quia paria ſunt iudicare contra legem, vel contra communem Doctorum ſententiam, Rip.in l.32. cum prolatis. verſus finem, ſub num. 106. verſ. quid tenendum. & num. 107. ff.de re iudic. nam communis opinio eſt ſeruanda pro lege, Mantic. de coniect. vltim.volunt.lib.6. tit.6. num.11. & quando in quæſtione ſunt variæ Doctorum opiniones, & vna pars habet pro ſe opinionem communem, tunc eius ius dicitur clarum, & non requirere altiorem indaginem, Put. deciſ. 233. die 29.maij. num.4. lib.3. & alia adducunt Viu.in commun.opin.in verbo, iudex iudicando. & Ant. Mar. Corat. tract. de elect. opin.tit.de pœn.contr.com.iudic. ſub nu. 10. 11. & 12. tom.18. fol. 244. vbi hanc vocat communem, non tamen ſequitur.

Digitized by Google

Ergo ſententia, lata contra deciſionem Rot. Romanæ eſt nulla, ſicut ſi eſſet lata contra communem opinionem.

5 Et licet hæc opinio, quòd ſententia lata contra opinionem communem, eſt nulla, ſit controuerſa, per ea, quæ ſcripſi infra num. 7. & ſeqq. verſ. negatiua. tamen omnes ſine controuerſia ſentiunt, quod ſit iniuſta, & iniqua: nam Io. Andr. in cap. 1. in fine, num. 25. Ant. de Butr. ſub num. *16.* verſ. in iudice. & Abb. num. 15. verſ. ſecundo caſu. de conſtitut. ſcribunt, quòd iudex debet, iudicando, ſequi opinionem communem, niſi ſit falſa notoriè, vel rationabiliter conuincatur; quod, inquiũt, bonus iudex acutiſſimi ingenij exiſtimabit, Bar. in l. 32. cum prolatis. in fine, Alex. ſub num. 21. & 22. & apertius num. 23. ff. de re iud. rurſus Bar. in l. vlt. de co. num. 5. C. de pœn. iudic. qui malè &c. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. ſub num. *120.* verſ. iudex tamen. tom. 4. fol. 418. & alij communiter in diuerſis locis, dum ſcribunt, quòd iudex, qui malè iudicat, eligendo opinionem non bonam, licet eam tenuerint aliqui Doct. (vt loquitur Bar. vel non ſequendo communem, vt loquuntur Alex. & alij) punitur in ſyndicatu, ſed mitius; quod vno ore ſcribunt alij, quos citat, & ſequitur Ant. Mar. Corar. d. tit. de pœn. contr. comm. iudic. num. 25. & ſeqq. fol. 245.

At Rotæ Rom. deciſio facit opinionem
6 communem, vt dixi ſupra num. 3. † Ergo ſententia, lata contra communem opinionem, vel contra Rotæ Rom. deciſionem, eſt iniuſta, & iniqua.

7 Negatiua opinio, quòd ſententia, lata contra Rotæ Rom. deciſionem, non ſit nulla; ſuadetur contrarijs fundamentis.

Primo, quia etſi Rotæ Rom. auctoritas ſit magna, vt diximus ſupra num. 3. tamen non eſt tanta, vt non ſit poſtponenda legi, & rationi, quod etiam ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 8. n. 220.
8 † & quòd deciſiones Dominorum de Rota Romana ſint probabiles, ſed non neceſſariæ, nec allegabiles ad deciſionem cauſarum, eò quia Domini de Rota debent iudicare ſecundum iura, nec habent poteſtatem legis condendæ, ſequitur Iaſ. in l. 1. num. 30. ff. ſi cert. pet. & quòd deciſiones Rotę non habeant vim legis, ſcribunt Dec. in d. l. 1. num. 24. in prima repetit. Euer. de loc. argum. in loco, ab auctor. num. 10. & Cagn. in rubr. num. 26. ff. de reg. iur. quare ſequi Auditorum deciſiones non debemus, niſi quando in eis aſſignatur ius, vel ratio vrgens de iure, quia non eſt credendum auctoritati cuiuſuis, niſi ſit talis, qui poſſit legem condere, Gemin. in cap. duobus. ſub num. 9. & Franch. num. 10. in fine, de reſcript. idem Gemin. conſ. 34. num. 5. & Bero. conſ. 18. num. 15. lib. 3. quos ſequitur Mandol. tract. de inhibit. quæſt. 72. num. 23. fol. *102.* inter tract. diuerſ. tom. 5. & iudex non cogitur iudicare ſecundum deciſiones Rotæ, quia non ſunt approbatæ per Papam, Caſſad. deciſ. 17. erant. num. 7. de præben. fol. 335. & propter rationes magis prægnantes licitum eſt recedere etiam à deciſionibus Rotæ, Euer. d. loco, ab auctor. nu.
9 11. in fine, † & quòd Rotę opinio non ſit præferenda communi aliorum ſententiæ, & quòd Rota aliquando cauſas definiuerit contra iura, & in conſiliorum exitu aliquid omiſerit, vel inaduertenter reſponderit, & quòd aliquando Rota erret, refert ex alijs Menoch. infra citatus, & quòd aliquando inaduertenter iudicet, ex Bellam. refert Socc. *in cap. 1.* num. 28. de litis conteſt. & quòd in quodam caſu iniquiſſima ſit Rotæ opinio, ſcribit Galleſ. tract. de exercit. iuriſper. lib. 3. num. 56. tom. 1. fol. *179.* quem refert Menoch. conſ. 1050. de perdifficili. num. 37. & 38. lib. *11.* cuius Galleſij dictum eſt nimis audax, & ideo improbandum, vt aduertit etiam Menoch. dicto num. 38. vnde ſi Rotæ deciſio cum lege, & ratione non conueniret, poſſemus dicere cum Iureconſ. in l. 12. ſed licet. ff. de offic. procõſ. *non tam ſpectandum eſt, quid Romæ factum eſt, quàm quod fieri debeat.* & ſic non quod ſit, ſed quod fieri debet, eſſe intuendũ, generaliter ſcribit Andr. de Iſern. in vſib.
10 fœud. in prælud. ſub num. 28. † hancque ob cauſam Rotæ Auditores ſuas deciſiones non ſolum legibus, & rationibus, ſed etiam Doctorum auctoritatibus muniunt, quia ſicut Doctori, nihil alleganti, non creditur, cap. 5. ergo ſolis. diſt. 9. late Iaſ. in l. illam. num. 7. & ſeqq. C. de collat. & alij, quos citat, & ſequitur Surd. deciſ. 335. contra. num. 20. poſt ſua conſilia, ita etiam non creditur deciſioni Rotæ, quæ in deciſione fungitur officio Iuriſconſulti, conſulentis Coauditori, qui eſt iudex in cauſa, vt ſcripſi ſupra gl. 13. num. 33. & quid plura? ſi eorum deciſio faceret ius, vtique à ſententijs, quas ferunt iuxta ſuas deciſiones, non poſſet appellari; ſed poteſt appellari: ergo Rotæ deciſiones non habent vim legis, neque nos mouere debent, niſi con-

conueniant cum lege, & ratione.

11 Confirmatur hoc argumentum, quia inter legem, & Rotæ deciſionem hanc ipſam conſtituunt Doctores differentiam; vt ſententia, lata contra legem, ſit nulla, Bar. in dicta l. 32. cum prolatis. num. 1. ff. de re iudic. Felyn. in cap. 1. num. 56. in fine, not. 6. de conſtitur. Gomeſ. ad reg. cancel. in procem. q. 2. verſ. quæro pro iſta. Vanr. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. ſub num. 118. verſ. diximus. tom. 4. fol. 418. Conſtan. Roger. de interpret. iur. quæſt. 5. num. 16. tom. 1. fol. 338. latè Socc. Iun. in l. qui romæ. §. duo fratres. num. 70. & ſeqq. ff. de re iud. & eſſe communem opinionem teſtatur, & ſequitur Ant. Mar. Corat. d. tit. de pœn. con. comm. iudic. num. 11. tom. 18. fol. 244.

12 Et tamen non eſſe nullam, ſi ſit lata contra Rotæ Rom. deciſionem, teſtantur in terminis Vant. dicta rubr. de null. ex def. proceſ. num. 121. fol. 418. Gabr. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de ſenten. concl. 7. num. 18. limit. 3. & Cagn. in rubr. ſub num. 26. ff. de reg. iur.

13. Secundo (& confirmo magis præcedens, & deſtruo minorem propoſitionem, adductam ſupra nu. 4. in ſecunda ratione affirmatiuæ opinionis) quia ſententia, lata contra communem Doctorum opinionem, non eſt nulla, Felyn. in cap. 1. ſub num. 56. not. 6. de conſtitut. Alex. in l. 32. cum prolatis. ſub nu. 4. ibi, ſed ipſe imol. ff. de re iud. Socc. Iun. in dicta l. qui romę. §. duo fratres. ſub num. 77. ff. de verb. oblig. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. num. 120. verſ. & quamuis. tom. 4. fol. 418. Conſtan. Roger. in loco ſup. proximè citato, & de communi teſtatur, & ſequitur Rip. in d. §. duo fratres. num. 33.

Ergo neque eſt nulla, ſi ſit lata contra Rotę deciſionem, quia Rotę deciſio poteſt ad ſummum facere ſolum opinionem communem, ſed non legem, per ea, quæ dixi ſupra num. 8. & infra num. 15. & 16.

14 Tertio, quia Rotæ Rom. auctoritas non videtur anteponenda auctoritati Bartoli, ſaltem in terris Imperij, Corn. conſ. 332. licet plerunque. ſub num. 1. verſ. tamen his. lib. 1.

Sed auctoritas Bartoli non probaret, ſententiam, latam contra ſuam opinionem, eſſe nullam, aut iniuſtam, ſi ſententia iuribus, & validis defenderetur rationibus: ergo hoc idem dicendum eſt, ſi ſit lata contra Rotæ deciſionem.

15 Quarto, quia licet controuerſia ſit inter aliquos Doct. an Rota faciat communem opinionem, & an iudex, iudicando, ſequi debeat Rotæ deciſionem, vel potius opinionem communem contrariam; verior tamen, & recepta videtur ſententia, quòd Rota non faciat opin. communem, & tutius ſit ſequi opinionem communem, quàm deciſionem Rotę, ex congeſtis per Ant. Mar. Corat. de elect. opin. tit. commun. opin. quan. attēd. &c. num. 62. & ſeqq. tom. 18. fol. 239. reprobatis, quę motiuando prius dixit num. 54. & ſeqq.

16 Quinto, quia dato etiam, quòd Rota faciat opin. communem, vt dixi ſupra num. 3. tamen iudex poteſt recedere à communi opinione, quando eſt euidenter falſa, vel conuinci poteſt euidentibus rationibus, vt refert, & ſequitur Euer. de loc. argument. in loco, ab auctor. num. 13. & apertè ſentiunt Io. And. Ant. de Butr. & Abb. quos citaui ſupra num. 5. verſ. & licet. & Mich. Sal. ad S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 4. concl. 4. verſ. eſt hic autem. fol. 333. ergo poteſt etiam tunc recedere à deciſione Rotę, Cagn. in rubr. ſub num. 26. ff. de reg. iur.

Confirmatur hoc fundamentum, quia opiniones in articulo difficili aliquando videntur procedere potius ab aliqua cauſa extrinſeca, quàm à difficultate cognitionis. Conſulentium enim opiniones plerumque ſequuntur pecuniam, quę acuit ingenia etiam contra veritatem; vnde ego cuidam, contra cuius cauſam allegabatur conſilium antiqui, & valentis Doctoris, dicebam, amice, ſi pars aduerſa, quę eo tempore litigabat, adiuiſſet prius illum Doctorem cum pecunia, tu nunc in cauſa tua haberes conſilium illius pro te. Eorum verò opinio, qui de aliqua materia componunt tractatum, quandoque mouetur ſolo contradicendi ſtimulo, & aliquando quia ipſi, ignorata varietate, & contrarietate opinionum, ſcripta, quę ſe primo ipſis offerunt, ſine vllo delectu, & per inertiam ſequuntur. Lectores plerunque inanis glorię cupiditate, & nouitate gaudentes, ſubtiles magis, quàm veras indagare nituntur reſolutiones. Imò & Iudices ipſi, omiſſis turpibus cauſis, de quibus ſcripſi ſupra gloſ. 4. quęſt. 1. ſub num. 26. ſępè in re dubia furtim quadam incognita inclinatione, & affectione ducuntur; vnde ex his litis euentus eſt incertus, in tantū, vt aliqui dicant, quòd habent etiam ſua ſydera cauſę; quare boni, & eminentis ſcientię iudices non debent facile aliorum

teſpon-

reſponſis, & ſententię acquieſcere, ſed debent omnia laboris, & ſtudij trutina ponderare, & examinare.

17 Sexto, quia Rota Rom. quandoque ſibimet nō conſtans, variat, cōtrarias in diuerſis cauſis edendo deciſiones, vt aduerti cap. ſeq. q. 19. rem. 2. num. 96. & ſub num. 98. vnde aiunt aliqui (Rota rotat) vt retuli ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 131. verſ. non obſtat quod rota. fol. 213. & quādoq; à priori recedit deciſione etiam in eadem cauſa; quare in quadā cauſa Genuenſi eadē Rotę deciſio eſt impreſſa pro, & contra: nam inter deciſiones, quas Proſp. Farin. anno 1615. fecit imprimi Romæ poſt ſua conſilia, extant deciſ. 331. & 372. a me fideliter relatę in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 8. ſub num. 42. quæ approbant illud intereſſe, à partibus taxatum, & ita eaſdem vidi impreſſas ſeparatim apud aduocatos Genuenſes; & iſtę habuerūt plenā executionē; in alia verò poſteriori impreſſ. inter ab eodē Farin. recollectas anno 1618. deciſio eiuſdem numeri 331. par. 1. improbat illud idem intereſſe, quaſi reprobet priorem deciſionem, ſed forſan typographus, aut D. Farin. hanc deciſionum contrariam impreſſionem ex ſuo capite, vel inaduertenter ſuppoſuerūt, ego enim nolo plus ſapere, quàm oportet, & ideo arbitror, quòd illa impreſſio, quæ eſt magis iuridica, illa ſit de mente Rotæ.

18 Ad primam rationem adductam ſupra ſub num. 1. & 2. pro contraria opinione, reſpondeo, quòd licet iuriſprudentia Rotę Rom. ſit maior, ideoq. eius auctoritas ſit latior; tamen quia ſententia, ſeu deciſiones Conſilij Neap. feruntur ſub nomine Regis, vt dixi infra num. 30. declar. 5. & ſententiæ, ſeu deciſiones Rotę Rom. non feruntur ſub nomine Papę; ideo illę in Regno Neap. maiorem habent auctoritatem, quàm deciſiones Rotę Rom. habeant Romæ, aut alibi.

Ad ſecundam patet reſponſio ex his, quę ſcripſi ſupra num. 13. verſ. ſecundo.

19 Retenta igitur hac opinione negatiua, quòd ſententia, lata contra Rotę deciſionem, ſeu contra opinionem communem, non ſit nulla, ſed poſſit ſolum eſſe iniuſta.

Declara primo principaliter eā, vt quamuis ſecundum communē doctrinam, ſuperius firmatā, ſententia lata contra opinionem cōmunem, ſit iniuſta; tamen in praxi nunquam, aut raro reuocatur ex hoc capite, quòd ln ea appareat, iudicem ſecutum eſſe opinionem contra communem; ſed reuocatur, quia iudici reuocāti videtur iniuſta, & iniuſtitiam metitur ex iuribus, ex regulis, ex rationibus, & ex quibuſdam principijs, & axiomatibus naturalibus, cum æquitate coniunctis, ita vt omnia reduci videantur ad iudicum opiniones: nam licet in vno articulo ſimplici detur quādoque magnus opinionū conflictus, & (quod peius eſt) dentur teſtes contrarij, quia aliqui teſtantur, vnam opin. eſſe communem, & alij teſtantur eſſe aliam, prout exempli gratia apparet in illa quæſtione (an ſubſtitutio compendioſa, facta à pagano verbis communibus, excludat matrem à legitima, & trebellianica, decedente filio in pupillari ætate) de qua ſcripſi lib. proxime pręced. cap. 9. num. 1311. & ſeqq. & ſub num. 1318. & 1319. & in alijs quæſtionibs, in quibus poſt longam diſceptationem aiunt, quòd indigerent deciſione Cæſarea, vt in quęſtione de citando ſubdito extra territorium retuli ſup. lib. 1. cap. 40. ſub num. 6. verſ. redeo modo. tamen ſecus eſt quando articulus non eſt ſimplex, ſed cōcurrunt in eo diuerſæ circunſtantię, qualitates, & coniecturę, illum alterantes, prout ferè ſemper contingit in tota vna cauſa; quia natura quotidie properat nouas edere formas, vnde dixit Quintil. tot ſeculis nullam repertam eſſe cauſam, quę ſit alteri omnino ſimilis, quia tunc vix reperiri poſſet opinio cōmunis; imò & in articulo ſimplici quotidie adduntur nouę conſiderationes, & diſtinctiones, quibus ſubuertuntur priores opiniones, & proinde difficile eſt inuenire vnā cōmunem opinionē, quando ſuper articulo ſcribunt Doct. ingenij acutiſſimi; ij namque, diſtinguendo, concordant, & declarant opiniones, & ſic ex earum iaculis euadunt, vt tibi liquere poteſt ex his, quę nos, explicando communem opin. in qua Domini iudices fundauerant eorum ſententiam, ſcripſimus quæſtione pręcedenti ſub n.
20 21. & ſeqq. verſ. in hac. † hincque etiam eſt, quòd Doct. quamuis ſint contrarij, dum teſtantur de opinione communi, non inquiruntur de falſitate, quia non poſſet inueniri quis eorum dixiſſet verum, & quis falſum.

21 Declara ſecundo principaliter, vt non procedat, quādo deciſio Rotę, ſeu cōmunis opin. eſſet falſa, ſeu rationabiliter conuinceretur; quia tunc ſententia contra eam lata, non ſolum non eſt iniuſta, ſed eſſet iniuſta, ſi eſſet lata ſecundum comm. opin. per ea, quę ſcripſi ſup. num. 5. verſ. & licet. & num. 16. verſ. quinto quia. & adde quę ſcripſi ſup. q. 8. nu. 39. & 41. & idem dico quando opinio communis

cau-

cauſaret perplexitatem, quia tunc poſſet ſperni.

32. Exẽplifica primo notabiliter hanc declarationem in caſu perplexitatis, quam inducit illa opinio, quę vult, vt mulier pro ſua dote præferatur mutuanti ad refectionem domus, Salyc. in l. 5. interdum. ff. qui pot. in pign. hab. & in auth. quo iure, C. eod. Bal. Nouel. tract. de dot. par. 10. priuil. 1. ſub num. 1. verſ. item quia. tom. 9. fol. 244. in fine, Neguſ. tract. de pign. in 2. memb. 5. par. nu. 16. fol. 227. tom. 6. par. 1. & Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 7. ſub num. 2. verſ. præter hæc. & num. 3. quę opinio videtur communis, & eſt fundata in §. his conſequens. Auth. de æqual. dot. &c. coll. 7. nam iſta opinio, dato concurſu inter mulierem, mutuatorem, & creditorem, muliere anteriorem, cauſaret, vt omnes ſe inuicem excluderenr, & pro nullo eorum poſſet ferri ſententia; nam mulier præferretur mutuatori ſe-
33 cundum prædictam communem opin. † mutuator præferretur creditori anteriori, dicta l. interdum. & ibi Doct. Bal. Nouel. in loco ſup. proxime citato, & Neguſ. dicto memb. 2.
34 5. par. num. 15. fol. 227. † & creditor anterior præferretur mulieri, Couar. d. cap. 7. num. 1. in fine, in 5. concluſ. & num. 2. & eſſe cõmunem teſtatur, & ſequitur Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 25. ſub num. 10. & hanc opin. communiter practicari teſtatur Bal. Nouell. in loco ſup. proxime citato, & ita paſſim videmus
35 ſeruari, † & ratio eſt manifeſta, quia lex facilius tollit ſuam prouiſionem, quàm prouiſionem hominis, in ipſius hominis præiudicium, indeque ſolet dici, quòd lex ſuum, & non tuum denegat auxilium, quia fortius, & tenacius eſt ius, mihi quæſitum ex prouiſione mea, quàm ex prouiſione legis, & facilius tollitur ius quæſitum ex iure ſpeciali, quàm quæſitum ex iure communi, Bal. Nouel. vbi ſup. vnde quilibet eorum excludit, & excluditur: nam mulier, quę excludit mutuatorem, ipſa excluditur à creditore anteriore: mutuator, qui excludit creditorem anteriorem, ipſe excluditur à muliere; & creditor anterior, qui excludit mulierem, ipſe excluditur à mutuato-
36 re: † & ita ſe inuicem excludũt, vt nulli eorum ad vincendum, & obtinendum contra reliquos ſuffragetur regula, (ſi vinco vincentẽ te, multò magis vinco te) quia vnuſquiſque habet iſtam regulam pro ſe: nam ſi mulier dicet creditori anteriori: ego vinco mutuatorẽ, vincentẽ te, ergo multò magis vinco te: mutuator dicet mulieri, ego vinco creditorem anteriorem, vincentem te, ergo multò magis vinco te; & creditor anterior dicet mutuatori: ego vinco mulierem vincentem te; ergo multò
37 magis vinco te: † quòd ſi quis eorum alleganti præfatam regulam, reſponderet, quòd hæc regula non procedit contra ſe, per ea, quæ ſcribunt Salyc. in auth. quo iure. verſus finem, C. qui pot. in pign. hab. & Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 7. ſub num. 3. verſus finem; alij replicarent, & benè, neque procedit contra nos; & ſic ex his apparet, quòd illa communis opinio pro muliere contra mutuatorem cauſaret, vt, dato iſto concurſu, nullus eorum poſſet obtinere, ſed ſinguli remanerent excluſi, & conſequenter eluderetur iuſtitia, quod eſt abſurdum non tolerãdum: ad quod tollendum neceſſe eſt, vt tollatur vna ex prædictis opinionibus, & quæ facilius tolli poteſt, vti infirmiori innixa fundamento, eſt illa, quæ eſt pro muliere contra mutuatorem.
38 Exemplifica ſecundo in caſu fideiuſſionis, præſtitæ pro euictione cenſus, vel alterius rei venditæ, cum fideiuſſor agit poſtea ad ſe liberandum, & eximendum à dicta fideiuſſione ſine ſolutione: quo caſu Doct. non ſolum mutilatè, multis omiſſis, ſcripſerunt, ſed veritatem in præcipua difficultate videntur non inueniſſe, vt videbimus; quare ante omnia eſt præmittendum, quòd fideiuſſio limitata ex conuentione partium excipitur ab his, quę ſcripturus ſum infra de fideiuſſione, quia in ea ſeruanda eſt limitatio, ſeu lex, quam partes in ea appoſuerunt; in cæteris verò fideiuſſionibus, quæ ex partium conuentione legem non habent, ſed remanent in diſpoſitione iuris communis, ſunt in primis diſtinguendi duo caſus.

Primus caſus eſt, quando fideiuſſor agit contra venditorem, & contra emptorem ad ſe penitus liberandum à fideiuſſione; ita vt is, cui eſt obligatus ex fideiuſſione, non poſſit, ſi ſequeretur euictio, agere contra eum: & iſto caſu conueniunt omnes Doct. & ſeruatur paſſim, quòd fideiuſſor non poſſit; quia fideiuſſor iſto caſu eſt ſimilis mutuanti, qui mutuat vt mutuatarius ſoluat debitum, quo ſoluto, non poteſt mutuator repetere ab illo creditore pecuniam, ei à mutuatario ſolutam: & ſic etiam fideiuſſor, qui mutuauit fidem, & creditum ſuum venditori, vt ea fide ſatisfaceret emptori de periculo euictionis, & ita ſatisfecit, non poteſt fideiuſſor mutuatam fidem, ſeu creditum repetere ab emptore: nam quòd fideiuſſor ſit ſimilis mutuatori,

ri, ſcripſi infra num.36. verſ. ratio.

29 Secundus caſus eſt, quando fideiuſſor vult agere ſolum contra venditorem, pro quo fideiuſſit, vt eum eximat, ſeu liberet à fideiuſſione præſtita, dando eidem fideiuſſori alium fideiuſſorem, qui promittat eum conſeruare indemnem, &c. & iſto caſu diſtinguo duas ſpecies fideiuſſionis.

Prima fideiuſſionis ſpecies eſt fideiuſſio emptitia, ſeu conductitia; quando ſcilicet venditor, ſeu debitor ſoluit fideiuſſori pretium periculi, cui ſe exponit, fideiubendo; quod pretium poſſe licitè accipi, latè ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. ſub num. 494. & §. 3. gl. 3. num. 7. & in hac prima ſpecie concludo, quòd fideiuſſor non poteſt agere ad liberationem; & ratio eſt, quia fideiuſſor non mutuauit fidem, ſeu creditum, ſed vendidit periculum iuxta ea, quæ loquendo de periculo aſſecurationis, ſcripſi dicto §. 1. q. 1. num. 129. & conſequenter non poteſt creditũ repetere, quia non eſt mutuum, ſed cogitur manere in fideiuſſione, etiam ſi vellet fideiuſſionis pretium reddere, quia eſt venditio perfecta.

30 Amplia hanc concluſionem, vt procedat etiam ſi debitor, qui ſoluit pretium periculi, eſſet ſuſpectus de fuga, quia fideiuſſor adhuc nõ poſſet agere cõtra debitorẽ ad liberationẽ, & ratio eſt euidens, quia eſſet iniuſtitia notoria, quòd venditor habeat rem, & pretium; ſed fideiuſſor haberet pretium periculi fideiuſſionis, & eſſet ſine periculo, quia aſſecuraretur: vnde eſto, quòd fideiuſſor ſit creditor indemnitatis ſub conditione, ſi damnum pateretur, quià debiror promiſit conſeruare eum ſinè
31 damno,† & dato etiã, quòd creditor ſub conditione poſſit contra debitorem ſuſpectum de fuga agere ante euentum conditionis, vt ipſum aſſecuret, quia nihilominus debitor ſub conditione eſt debitor, & ideo comprehenditur in ſtatuto, loquente de debitore ſuſpecto, l. 41. in omnibus. ff. de iudic. Caccialup. tract. de debit. ſuſpec. q. 3. princip. num. 1. tom. 3. par. 2. fol. 149. & dixi in dicto meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 173. in fine, & Genuę de hoc extat ſtatutũ expreſſum lib. 4. cap. 6. initio; tamen in caſu noſtro non poteſt, quia, vt dixi, haberet rem & pretium.

32 Subamplia primo hanc ampliationẽ, vt procedat etiã ſi concurrant hęc duo. Primo, quòd fideiuſſor probaret, debitorẽ lõge deterioraſſe ſtatum ſuum, & ideo aut nunc eſſe factum ſuſpectum de fuga, cum antea non eſſet, aut longe magis ſuſpectũ, eo quòd in dies dilapidauit & dilapidat bona ſua, ita vt ſi tẽpore fideiuſſionis fuiſſet in iſto ſtatu, nõ fideiuſſiſſet, etiam ſi multò maius pretium periculi fuiſſet ſibi ſolutum. Secundo, quòd ipſe fideiuſſor offerret realiter, reddere pretium ſibi ſolutũ, faciendo de eo depoſitum; quia adhuc non poſſet agere ad liberationem.

Ratio eſt, quia ſicut ſi debitor efficeretur ditiſſimus, ita vt fideiuſſor eſſet extra omne periculum, adhuc non cogeretur ipſe reſtituere pretium periculi, ita etiam è conuerſo, ſi ſit factus pauper, nõ poteſt petere ſe liberari, quia emptio & vẽditio perfecta, dummodo ſit facta bona fide & ſine læſione ab initio, nunquam retractatur ex ſuperuenienti melioratione, vel deterioratione.

Subamplia ſecundo, vt multò minus poſſit agere ad liberationem contra creditorem, qui fuit aſſecuratus de periculo, quia in eo militat ratio adducta ſupra num 28. verſus finem, & procedit hæc ſubampliatio etiam ſi ipſe creditor ſoluiſſet fideiuſſori de ſuis pecunijs pretium periculi, quia in eo militarent adhuc rationes adductę in præcedẽti ratione.

Reſtringe ampliationem, & ſubampliationes, vt non procedant quando fideiuſſor fuiſſet dolo malo, aut cum enormi læſione inductus ad fideiubendum, quia tunc, reſtituto pretio, poſſet agere ad reſciſſionem, & conſequenter ad ſe liberandum, per ea, quę dixi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. num. 7. & 55.

33 Secunda fideiuſſionis ſpecies eſt fideiuſſio gratuita; & hanc pro pleniori explicatione conſidero duplici modo.

Primus modus eſt, quando quis, puta debitor mandat alicui, vt ſoluat alteri, & iſte mandatarius, ſuſcipiendo mandatum, promittit mandatori, quòd ſoluet, non tamen promittit illi alteri: & in iſto primo modo concludo, quòd mandatarius non ſolum non poteſt agere contra debitorem, qui mandauit, niſi prius ſoluerit, ſicque adimpleuerit mandatum, quia ſi non adimpleuit non habet actionem mandati, l. 38. lucius titius. in fine, ff. mand. & l. 10. ſi pro ea. C. eod. ſed imò debitor ipſe, qui mandauit, poteſt actione mandati cogere mandatarium, ad implendum mandatum ſuſceptum, & poſſet agere ad emendationẽ dãni, ſeu intereſſe, quod pateretur ob non adimpletum mandatum, videlicet ob non factam ſolutionem, vt ex mente Vltramontanorum deducit Bal. in dicta l. ſi pro ea. ſub num.

Digitized by Google

num. 2. ibi, vltramontani reprehendunt.

Poſſem ſub iſto primo modo congerere ceſſionem nominis debitoris, & eius delegationem, accedēte conſenſu ipſius debitoris, cuius nomen ceditur, ſeu delegatur, ſed omitto, tum quia de his ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. n. 280. & ſeqq. tū quia iſti non dicuntur fideiuſſores, & quando dici poſſent, non eſſent fideiuſſores gratuiti, de quibus loquimur, nam dicuntur debitores ceſſi, ſeu delegati, qui ſoluunt proprium debitum.

34 Secundus modus eſt, quando quis ſuſcipit mandatū non de ſoluendo, vt in præcedenti primo modo, ſed ſuſcipit mandatum de ſe obligando illi, cuius mandator eſt debitor, & ideo adimplendo mandatum ſe obligandi, ſe illi obligat, tanquam fideiuſſor, & mādatarius: & in iſto ſecundo modo concludo, quòd iſte fideiuſſor poteſt etiam antequam ſoluat agere actione mandati ad conſeruationem indemnitatis, quia adimpleuit mandatum de ſe obligando iuxta textum in dicta l. 38. lucius. verſus finem, ff. mand. & ita ſeruatur in praxi.

35 Declara primo hanc concluſionem, vt ſit vera dummodo fideiuſſor ſteterit in fideiuſſione tanto tempore, vt illa fideiuſſio potuerit arbitrio iudicis eſſe vtilis debitori, pro quo fideiuſſit, & ita intelligas Gloſ. vlt. in d. l. 38. lucius. in verbo, condemnetur. ff. mand. & in l. 10. ſi pro ea. in verbo, feceris. & ibi Bal. & Salyc. C. eod. & alios in diuerſis locis, quos ſequitur Menoch. de arbitr. iud. caſ. 41. num. 2. & 4. dum ſcribunt, fideiuſſorem poſſe agere, quando diu ſtetit in fideiuſſione, & relinqui arbitrio iudicis, quando dicatur diu ſtetiſſe in fideiuſsione, vt reſtando de opin. communi, ſcribit Salyc. in dicta l. ſi pro ea. num. 4. in vltimis verbis.

36 Ratio huius declarationis eſt, quia fideiuſſor, qui gratis ad inſtantiam debitoris, ſe obligat creditori, videtur eidem debitori mutuaſſe ſuum creditū, & obligationem, & ideo eſt ſimilis mutuatori, ſed mutuator poteſt quandocunque repetere mutuum, dummodo mutuatarius per aliquod tempus arbitrio iudicis potuerit vti re mutuata, quia non debet poſſe ſtatim repetere, per ea, quę ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 4. ſub num. 13. ergo ita etiam fideiuſſor non poteſt ſtatim repetere mutuatam obligationem; hæcque ratio eſt de mente Vltramontanorum, quos refert Bal. in dicta l. ſi pro ea. num. 2. in fine, dum dicunt, quòd ſi fideiuſſor poſſet confeſtim agere, debitor deciperetur, & pro vno creditore haberet duos, & conſequenter nullam gratiam, & nullam vtilitatem haberet ex fideiuſsione, & huic rationi conſentit etiam Galleſ. ad form. eam. oblig. tit. de perſ. peten. execution. num. 6. tom. 6. par. 1. fol. 360.

37 Infero ex hac declaratione, eiuſque ratione, quòd fideiuſſor non eſt ſimilis donatori, quia non donat irreuocabiliter debitori ſuam obligationem, ſeu fideiuſſionem pro toto tempore, quo debitor permanſerit in illo debito, ſi aliud non ſit dictum in fideiuſſione, ſed eſt, vt dixi, ſimilis mutuatori, qui poteſt eam repetere, quando diu ſteterit, vt in dicta l. lucius. verſus finem.

38 Subdeclara eandem declarationem, vt arbitrium iudicis ceſſet in locis, in quibus eſt prouiſum per leges municipales poſt quod tēpus poſſit fideiuſſor agere ad liberationem, prout eiuſmodi legem extare in multis locis ſcribit Menoch. dicto caſ. 41. ſub num. 4. & ſeqq. & nos hic in Vrbe habemus de hoc ſtatutum lib. 1. cap. 157.

39 Reſtringe eandem declarationem requirentem, vt fideiuſſor diu ſteterit in fideiuſſione arbitrio iudicis, vt non procedat, quando debitor dilapidat, & ideo eſt ſuſpectus de fuga, quia tunc fideiuſſor poteſt agere etiam ſi diu non ſteterit in fideiuſsione; nam licet fideiuſſor ſit creditor ſub conditione, nihilominus eſt creditor, & poteſt contra debitorem ſuſpectum de fuga agere ante euentum conditionis, per ea, quæ dixi ſupra num. 30. & 31.

40 Infero ex his, ſuperfluam eſſe numerationem tot caſuum, in quibus Marſ. in rubr. q. 31. num. 257. ff. de fideiuſs. inter Repet. vol. 6. fol. 517. Affl. in conſtit. Neap. lib. 3. rubr. 12. num. 11. & latius Menoch. de arbitr. iud. caſ. 41. num. 2. & ſeqq. ſcribunt, fideiuſſorem poſſe agere etiam antequam ſoluat; nam omnes reducuntur ad duos, primus quorum ſit quando diu ſtetit in fideiuſsione, vt dixi ſupra num. 35. in declaratione, ſecundus eſt, quando debitor dilapidat, ita, vt fideiuſſori immineat euidens periculum, & damnum, quo caſu poteſt agere etiam ſi diu non ſteterit in fideiuſsione, vt in dicta l. 38. lucius. verſus finem, ff. mand.

41 Declara ſecundo, vt debitor, conuentus ad liberandum fideiuſſorem, ſicque ad reddendum mutuatam obligationem, non poſſit cogi ad liberandum eum per viam ſolutionis debiti, ſed poſſit cogi ad dandū ei alium fideiuſſorem, qui promittat ipſum conſeruare indemnem

demnem, Rot. coram Illuſtriſsimo D. Iacobo Caualerio olim condiſcipulo, nunc poſt primariorum munerum longam, & integerrimam functionem S. R. Eccleſiæ Cardinali Ampliſsimo, deciſ. 200. iacobus.ſub num. 2. & 3. in Imol.cenſus,Ven. 26. Iunij 1609. in impreſsis apud Moder. de cenſib. & ita practicatur, quando non imminet executio contra fideiuſſorem, ſeu reus non diu ceſſauit in ſolutione, ſecus eſt ſi immineret executio,ſeu reus diu ceſſaſſet in ſolutione, quia tunc poſſet agere ad liberationem per viam ſolutionis, vt dixi infra num. 44. & ratio quare in primo caſu, quando non imminet executio, ſeu diu reus non ceſſauit in ſolutione, non debeat cogi ad ſoluendum,eſt,quia fideiuſſor fideiubet ad principalis debitoris commodum, Galleſ.ad form.camer. oblig. tit. de per. peten. execut. num.5. in fine, fol. 360. tom. 6. par. 1. ſed ſi fideiuſſor poſſet debitorem cogere ad ſoluendum, fideiuſsio nocuiſſet, non profuiſſet debitori, ſiquidem cogeretur à fideiuſſore, cum non poſſet cogi à creditore.

42 Subdeclara primo hanc declarationem, vt ſi debitor vel non poſsit, vel nolit dare hunc fideiuſſorem,tunc debeant,ſeruatis ſeruandis ad inſtantiam fideiuſſoris, capi pignora debitoris, ſubhaſtari, & vendi,& de eorum pretio ſolui creditori, & ſic liberari fideiuſſor.

43 Subdeclara ſecundo, vt non procedat, quando fideiuſſor coacte ſoluiſſet creditori, quia tunc eius aſſecuratio, & liberatio non poteſt aliter fieri,quàm per reſtitutionē pecuniarum ſolutarum,vna cum expenſis, damno, & intereſſe, quæ debentur etiam repræſaliato,Rot. diuerſ. deciſ. 611.num.1.par.1.& hic caſus eſt clarus.

44 Subdeclara tertio,vt non procedat quando fideiuſſori imminet periculum executionis,vt puta, quia is eſt obligatus via executiua, & maturatus eſt terminus,ſeu venit iā dies obligationis,& ſic reus ceſſat in ſolutione,& multò magis ſi iam eſt condemnatus, vel condēnatio eſt proxima,quia cum his caſibus ſit ſolutioni faciendę proximus, eſt ac ſi ſoluiſſet, vt late probant Io.Lopez in rub.de donat.int. vit.& vxor. §.38.num. 7. il 2.fol.47. Marſ.in rub.q. 31.num. 257.in fine, & ſeqq. ff. de fideiuſſ. Surd. deciſ.94. maxima. num.4. & 5. & probatur ex l. 38. lucius. verſus finem, ff. mand.

Ratio huius ſubdeclarationis eſt, quia iſto caſu aſſecuratio per viam nouę fideiuſſionis de conſeruando indemnem eſſet inutilis, & vana,cum damnum iam euenerit, ſeu ita immineat,vt non ſufficiat promiſſio releuationis indemnitatis, ſed ſit neceſſaria ipſa releuatio indemnitatis.

45 Nec obſtat,quòd Rot.deciſ. 195. fuerant. num. 11. coram R. p. d. Corduba in Rom. ſeu Bononien.cenſus Iun.7. maij 1601.in impreſſis apud Moder. de cenſib. ſecuta Galleſ. in loco ſup. proximè citato, dixerit, quòd fideiuſſor non poteſt agere contra principalem eo quòd creditor habeat executionem paratam, quia, inquit, hoc potuit ab inito præuidere.

Quia reſp. deciſionem procedere, quando fideiuſſor hodie fideiuſſiſſet, & hodie ageret contra debitorem, vt pro ſua liberatione ſolueret debitum creditori; quia tunc ei agenti poſſet obijci,quòd ipſe ſciebat,debitorem eſſe obligatum via executiua,& quòd propterea non debebat fideiubere, ſi volebat ſtatim ita agere,quia fideiuſſio in nihilo ſeruiebat debitori,& fuiſſet fruſtratoria: ſed omnis fideiuſſio habet ſimilitudinē mutui, quod,vt poſsit eſſe vtile mutuatario, non ſtatim repetitur: item poteſt procedere deciſio Rotæ quando adhuc non eſt proximus dies ſolutionis faciendæ: Secus eſt, quando fideiuſſor antequam agat, ſteterit per aliquot dies in fideiuſſione, ita vt illa fideiuſſio potuerit debitori eſſe vtilis, ſeu iam imminet dies ſolutionis,quia iſtis caſibus licet fideiuſſor potuerit præuidere, & præuiderit viam executiuam, tamen poteſt agere; & ſic in iſtis caſibus diuerſis non procedit deciſio.

46 Firmata igitur cōcluſione, quòd fideiuſſor poteſt antequam ſoluat agere ad liberationē, vt dixi ſup.num.34.& declarata vt ſup. num. 35. & ſeqq.

Amplia eam, vt procedat etiam ſi ſit fideiuſſor pro euictione cenſus, ſeu alterius rei venditę, quia etiam ipſe, cum diu ſteterit arbitrio iudicis,vt dixi ſup.num.34.& 35.poterit agere cōtra venditorem cenſus,vt eum liberet à periculo fideiuſſionis: & moueor ex plutibus,inter quæ ſunt reſponſiones ad fundamenta opinionis, quę eſt contra ampliationem.

47 Primo igitur moueor ex ſolidiſſimo fundamento, quòd mutuator non cogitur perpetuo dimittere mutuum apud mutuatarium, & ideo poteſt illud ad ſui libitum repetere, vt dixi ſup.num.36. ſed omnis fideiuſſio eſt mutuatio,vt dixi ibidem: ergo fideiuſſor non cogitur

gitur perpetuo manere in fideiuſſione quoad venditorem cenſus:& huic fundamento video non poſſe reſponderi, quamuis ſit nouum . .

Secundo moueor, quia, loquendo de fideiuſſore cenſus, quòd is poſſit agere ad liberationem, quando diu ſtetit in fideiuſſione, ſcribũt Lud. à Peguer. deciſ. 190. Rot. diuerſ. deciſ. 373. apparet. num. 1. in fine, par. 1. & deciſ. 456. pro informante. num. 3. par. 2. in hac vlt. recollect. anni 1618. & deciſ. 199. duplex. num. 3. & ſeqq. & deciſ. 201. domini. ſub nu. 6. & 7. impreſsis apud Moder. de cenſib. & Foller. tract. de cenſib. in verbo, tanquam. num. 43. fol. 158. tom. 6. par. 2. dicens, quòd, cum inſtrumentum habeat paratam executionem, fideiuſſor pro debitore cenſus, poteſt agere antequam conueniatur.

48 Tertio moueor, quia non obſtat, quòd venditor cenſus maneat perpetuo obligatus pro euictione, & pro ſolutione fructuum cenſus, & fideiuſſio ſit obligatio acceſſoria obligationi venditoris, & acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis; & conſequenter fideiuſſor non poſsit ſe eximere à fideiuſsione, & tantò magis, quia ipſe ſciebat, vel ſcire debebat, quòd obligatio, cui accedebat, erat perpetuò duratura: quia huic motiuo contrariæ opinionis reſpondeo dupliciter. Primò, quòd ſatis ſequitur naturam obligationis principalis, dum etiam fideiuſſor manet perpetuò obligatus emptori, ſicut eſt obligatus venditor; quamuis contra venditorem poſsit agere pro conſeruatione ſuæ indemnitatis; aliàs ſequeretur, quòd nullus fideiuſſor poſſet ſe eximere, quia omnis fideiuſsio eſt acceſſoria, & ideo quatenus durat obligatio principalis, eatenus deberet durare fideiuſſoria. Secundo reſpondeo, quòd mutuum, quod conſideratur in fideiuſſione, vt dixi ſupra num. 36. non perdit naturam ſuam, vt ſequatur naturam obligationis principalis, & proinde ſi ego mutuo tibi mille, vt tu emas prædium, & tu emis, licet tu non poſsis à venditore repetere illa mille, tamen ego poſſum repetere à te.

49 Quarto moueor, quia non obſtat, quòd, non ſecuta euictione, imò nulla de ea mota quæſtione, fideiuſſor de euictione non dicatur ſtetiſſe in obligatione, & conſequenter neque principalis obligatus dicatur fuiſſe in mora ſatisfaciendi, quibus duobus ceſſantibus, videlicet, diuturna obligatione fideiuſſoris, & mora principalis obligati non ſatisfacientis, fideiuſſor non poteſt agere ad liberationem, quia non ſolum non ſtetit diu in obligatione, ſed nunquam ſtetit; ſolum enim ſtetit in promiſsione conditionali, nempè ſi ſequatur euictio, & ſic licet diu ſteterit in hac promiſſione, tamen non ſtetit in obligatione, & hanc eſſe veritatem ſcribit Salyc. in l. 10. ſi pro ea. ſub num. 5. C. mand. quæ veritas videtur probari ex l. 38. lucius. verſus finem, ff. eod. dum dicit, quòd fideiuſſor poteſt antequam ſoluat agere, vt liberetur, ſi diu reus in ſolutione ceſſauerit, cum non ſemper ſit expectandum, vt ſoluat, aut, iudicio accepto, condemnetur, quia reſpondeo tripliciter. Primo, quòd omnis fideiuſſor, ſuppoſita ſimplici fideiuſſione, dicitur obligatus ſub conditione, videlicet, ſi debitor principalis non ſatisfecerit, & facta prius eiuſdem excuſsione, quia fideiuſſor antea diceretur manſiſſe in promiſsione, & non in obligatione, & conſequenter non poſſet petere ſe eximi à fideiuſsione, niſi cum fuiſſet excuſſus debitor principalis, & adhuc ſteterit ipſe diu in obligatione, cum antea non potuiſſet conueniri; & tamen hoc eſt falſum, quia, etiam non facta excuſsione, dummodo diu ſteterit in fideiuſſione, poteſt agere ad liberationem, & ita ſeruatur, & ſatis videtur probari ex d. l. 38. lucius. ff. mand. nec obſtat, quòd illa lex conſideret, quòd fideiuſſor tũc poſsit agere ad liberationẽ, quãdo reus diu ceſſauit in ſolutione, quia reſp. quòd illa lex loquitur de omnimoda liberatione, quæ fit, mediante ſolutione debiti, vt dixi ſupra n. 44. & ſic procedit in caſu, quo fideiuſſor poteſt conſequi omnimodã liberationem: non autem in caſu, quo non poteſt eam conſequi, vt eſt caſus, in quo fideiuſſor promiſit de euictione rei venditæ, & euictio nondum eſt ſecuta, quia iſto caſu cum non poſſit conſiderari ceſſatio in ſolutione, & conſequenter nec peti poſsit omnimoda liberatio, agendum eſt ad liberationem per viam nouæ fideiuſsionis, vt dixi ſupra num. 41. Secundo reſpondeo, quòd licet fideiuſſor de euictione dicatur obligatus ſub conditione; videlicet, ſi ſequatur euictio, tamen etiam obligatio conditionalis eſt obligatio, & iure, aut ratione non probatur, quòd ſolùm obligatus purè poſsit petere, ſe eximi ab obligatione pura, & obligatus conditionaliter non poſsit petere ſe eximi ab obligatione conditionali. Tertio reſpondeo,

deo, quòd fideiuſſio eſt ſimilis mutuo, vt ſæpius dixi ſupra; ſed mutuator, qui per honeſtum tempus dimiſit mutuum apud mutuatarium, poteſt deinde ad ſui libitum illud repetere, quamuis mutuatarius eo vſus non eſſet: ergo idem dicendum eſt in fideiuſſore, vt poſsit mutuatam promiſſionem repetere, quamuis nondum euenerit caſus, vt promiſsio fuerit in vſu.

50 Contra hanc ampliationem, loquendo de fideiuſſore cenſus, videntur ſcripſiſſe Felic. de Sol. tract. de cenſib. tom. 1. lib. 3. cap. 3. verſus finem. ſub num. 9. ibi, ſed ipſe contra puto. & rurſus tom. 2. ſeu appendice lib. 3. cap. 3. num. 1. & ſeqq. Gaſp. Roderic. tract. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 13. num. 1. & ſeqq. num. 18. & ſeqq. & num. 30. ad quos ſe remittit Ludou. Velazquez de Auendanno tract. de cenſib. cap. 97. in fine, num. 23. dum conſiderant, quòd continuatio annui redditus habet obligationem ſucceſſiuam, quandiu ſors non fuerit redempta, idque partes præuiderint à principio, & propterea fideiuſſor ex natura ipſius actus teneatur in perpetuum, nec poſſit iure petere ſe liberari, eximique à fideiuſſione, etiam ſi per centum annos, & vltra ſteterit in obligatione, quod idem conſiderant in fideiuſſione pro tutela, & cura, & dicunt procedere etiam ſi debitor promiſerit releuare fideiuſſorem indemnem: & contra eandem ampliationem tenet apertè Bened. Bon. tract. de cenſib. art. 68. num. 101. fol. 173. tom. 6. par. 2. dicens, non poſſe agere ante euictionem, quia antea non dicitur fuiſſe in obligatione, & nullum paſſus eſt damnum: & eſt etiam de mente Cyni, & aliorum allegatorum num. ſeqq. & ſic eſt communis.

51 Contra eandem ampliationem, loquendo de fideiuſſore pro euictione rei venditę, quòd is ante ſecutam euictionem non poſſit agere ad liberationem, quia licet diu ſteterit in fideiuſſione, tamen non dicitur ſtetiſſe in obligatione, cum obligatio ſit conditionalis, ſi ſequatur euictio, tenent Cyn. in l. 10. ſi pro ea. in fine, num. 4. verſ. vltimo formo. Bal. num. 5. verſ. ſed hic quæro. & Salyc. ſub num. 5. C. mand. & alij alibi, quos citat, & ſequitur Caball. tract. de euict. §. 2. num. 19. fol. 83. tom. 6. par. 1. & Rot. Rom. in aliquibus deciſionibus, adeo quòd hæc opinio contra ampliationem videtur communiter recepta.

52 Et contra eandem ampliationem, loquendo generaliter de quolibet fideiuſſore conditionali, vel in diem, quòd is petere non poſſit, ſe ab ea exonerari, ex quò non dicitur diu ſtetiſſe in obligatione, quia antequam ceſſerit conditio, ſeu venerit dies, non eſt obligatus, firmat Menoch. tract. de arbitr. iud. caſ. 41. num. 8. & ſeqq.

53 Non recedo ab ampliatione, tùm quia manifeſtis nititur rationibus, tum quia opinio communis contraria facilè ex ſuperius hinc inde deductis conuincitur infirma.

Non enim obſtant quæ pro ea adducuntur, quia illis omnibus ſufficienter eſt reſpon-

54 ſum ſupra num. 48. & 49.

Minus obſtat, quod dicunt de fideiuſſore pro tutela, quia reſpondeo, quòd idem Menoch. d. caſ. 41. ſub num. 11. declarat, quòd fideiuſſor tutoris poteſt petere ſe eximi à fideiuſſione per nouam fideiuſſionem, pro ſua indemnitate præſtandam.

Ad Roderic. in quæſt. 13. ſub num. 30. citatum ſupra num. 50. reſpondeo, quòd ipſe fatetur, in ampliſſimo Valliſoletano conuentu fuiſſe iudicatum pro fideiuſſore. Vlterius dico, quòd nec ipſe, nec Felic. citatus eodem num. 50. dicit, quòd fideiuſſor non poſſit cogere venditorem cenſus, vt ipſum aſſecuret, remanente cenſu cum ipſomet fideiuſſore; quod poſſe fieri admittit Rot. quam ſecutus ſum ſupra num. 41. Sed dicunt, quòd fideiuſſor; etiam ſi ſoluiſſet aliquot redditus; non poteſt cogere debitorem principalem ad redimendum cenſum, & hoc admittimus etiam nos: ſed aliud eſt cogere ad redimendum; aliud verò ad aſſecurandum cum nouo fideiuſſore.

Exemplifica tertio in caſu appellationis, interpoſitæ à ſententia, lata ſuper poſſeſſione, quæ datur ex remedio l. fin. C. de edict. diu. adr. toll. ſuper quo caſu diebus præteritis, conſulendo, appellationem ſuſpenſiuam non eſſe admittendam etiam de iure canonico, reſpondebam deciſionibus, quæ allegabantur in contrarium, cuius conſilij pars, pertinens ad hunc caſum, eſt ſequens.

Reuer. Pater.

LIcet Doctores communiter firment concluſionem, quòd de iure canonico detur appellatio in poſſeſſione momentanea, vt patet ex his, quæ latè nos cumulauimus

in

in noſtro tract. de appell. quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. num. 1. Licet etiam Rot. diuerſ. deciſ. 391. num. 3. par. 2. in hac poſtrema recollect. dicat, de iure canonico dari appellationem à quocúque grauamine etiam in poſſeſſorio. Licet pariter Doct. dicant propterea communiter, quòd de iure canonico datur appellatio ab interlocutoria, & à quocunque grauamine, vt latè ſecutus ſum eadem quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 73. & ſeqq.

Tamen hæc concluſio limitatur, vt non procedat in poſſeſſione momentanea, quæ datur ex remedio l. fin. C. de edic. diu. adr. toll. quia à ſententia, lata affirmatiuè in hoc remedio non dari appellationem ſuſpenſiuam etiam de iure canonico, firmat, diſtinguendo tres concluſiones, Couar. pract. qq. cap. 23. ſub num. 8. verſ. tertia concluſio. & ſequuntur Menoch. Bero. & Lancell. & eorum anteſignanus eſt Bal. quos omnes ego fideliter retuli, & ſecutus ſum dict. limit. 6. memb. 4. num. 31. hæcque limitatio habet ſuam rationem, de qua præfati Doct. Imò hæc tanta facilitas, quæ datur à iure canonico appellandi à quolibet grauamine, & ab interlocutoria, fuit, vti Reip. magis nociua, quàm vtilis, expreſsè ſublata à Sacro Concil. Trid. à Regulis Cancell. & à facultatibus conceſſis A. C. vt ſcripſi eod. meo tract. de appell. quæſt. 7. ſub num. 90. & quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 83.

Non obſtat, quòd Contar. in l. vnica, limit. 3. num. 6. C. ſi de momen. poſſeſ. loquendo de præfato remedio l. fin. tentauerit diſcedere ab iſta limitatione, & eum ſecuta ſit Rot. dict. deciſ. 391. num. 4. & apertius in vna Spolet. hæredit. coram Blanch. anno 1585. die 7. Iunij.

Quia reſp. & primo ad Contar. dupliciter. Primo, quòd ipſe eſt deceptus, dum arbitratur, ſolum Bero. tenuiſſe hanc limitationem, non aduertens, quòd eam tenuerunt etiam Bal. Couar. Menoch. & Lancell. vt dixi ſup. Secundo reſpondeo, quòd ſi ipſe ob ſolam Beroi auctoritatem dubitauit, an ſibi liceret diſcedere ab iſta limitatione, vtique ſi ſciuiſſet, tot, tantosque alios patres eam tenuiſſe, conſtanter æſtimaſſet, ſibi non licere diſcedere. Ad Rot. dicta deciſ. 391. ſufficit reſpondere, quòd neque ipſa aduertit, hos graues patres tenuiſſe hanc limitationem, & quòd ſecuta eſt Contardum deceptum. Ad Rot. coram Blanch. reſpon. quòd eſt ſecuta fidem illius Aduocati, qui etiam fuit deceptus; ſiquidem is mouetur ex Couar. vti teſtante de opinione communi; & tamen Couar. non ſolum non teſtatur de communi opinione contra limitationem, ſed tenet limitationem ſine controuerſia, diſtinguendo, & firmando tres concluſiones: in prima enim concludit, de iure pontificio poſſe appellari in iudicio poſſeſſorio ad vtrumque effectum: in ſecunda concludit, de iure cæſareo admittendam eſſe appellationem ad effectum deuolutiuum, non retardata executione, & ſic remanet differentia inter ius cæſareum, & ius pontificium; & in his duabus concluſionibus teſtatur de opinione communi: in tertia concludit, neque de iure pontificio admitti appellationem ſuſpenſiuam in remedio dictæ l. fin. C. de edict. diu. adr. toll. & abſolutis his tribus concluſionibus, infert ex eis, ſibi non placere eorum opinionem, qui nullam conſtituunt differentiam inter ius ciuile, & ius pontificium, cum inter ea remaneat differentia, de qua in prima, & ſecunda concluſione; vnde liquet, quòd ille aduocatus, aut non legit Couarruuiam, aut eum non intellexit: mouetur etiam ille aduocatus ex Contar. Ioſep. de Ludou. & ex allegatis per Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſs. nu. 344. Et quantum ad Contar. ſufficit reſponſio, ſuperius data; quantum verò ad Ioſep. & Achil. eſt aduertendum, quòd non loquuntur in remedio dictæ l. fin. ſed loquuntur generaliter in poſſeſſorio, vt patet ex his, quæ nos accuratè, & fideliter retulimus, & ſecuti ſumus dict. limit. 6. memb. 7. num. 1. 11. & 16. vnde illa deciſio, vti fundata in falſa relatione, ſeu falſa cauſa, reducitur ad non deciſionem.

S. Scaccia.

Explicata longiori oratione, quàm propoſueram ſecunda principali declaratione, poſita ſupra num. 21. tranſeo ad alias principales declarationes.

55 Declara tertio principaliter eandem opin. negatiuam, de qua ſupra num. 19. vt ſententia lata contra communem opinionem, ſeu contra Rotæ deciſionem, tunc poſſit dici iniuſta, quando Rotę deciſio, ſeu opinio communis iam ante motam litem, in qua iudex profert ſententiam, erat concepta, & canonizata ex lecturis, & reſponſis Iuriſconſultorum, antea editis, & euulgatis; ſecus eſt ſi communem opinionem facere niteretur numerus Aduocatorum, tunc in lite amore, vel pecunia ſcribentium, quia illa non ſumitur pro opinione communi.

56 Declara quarto principaliter, vt Rotæ deciſio poſſit facere opinionem communem in cauſis futuris; ſed non in illa cauſa, in qua iudicat; & propterea à ſententia, quam Rotæ Auditores ferunt ſecundum eorum deciſionem, datur appellatio, vt dixi cap. ſeq. quęſt. 8. ſub num. 20. quæ ideo datur, vt ſententia, & deciſio, ſi fuerint iniuſtæ, reuocentur: hinc etiam eſt, quod ſi contingat, vt de ipſamet cauſa, in qua iudicauit Rota Rom. cognoſcant alij iudices, vt puta, quia ſubditi alicuius Principis ſecularis litigarunt in tribunali Rotæ Rom. & iuſſu ſui Principis deſiſtunt à lite in illo Tribunali, & litigant in tribunali ſui Principis, vt forſan contigit in caſu, de quo Surd. conſ. 403. in ſucceſſione. num. 82. verſus finem, verſ. nec dicatur. lib. 3. vel quia in eadem cauſa aliter iudicauit Tribunal Principis ſecularis, & aliter Rota Rom. & propter hanc contrarietatem Princeps ſecularis denuo eandem cauſam alijs delegat iudicibus, vt contigit in cauſa inter Dominos de Piccolominibus, de qua in mea deciſ. ... ſeu voto lun. 15. Martij 1620. quia iudices iſtō caſu non tenentur ſequi deciſionem, & opinionem Rotæ, niſi eis videatur iuſta, vel niſi res eſſet dubia, tum quia iudices non tenentur iudicare aliorum exemplo, Surd. in loco ſupra proximè citato; tùm quia alias ſequeretur hoc ridiculum abſurdum, quòd hi iudices iudicem facerent, quem quodamodo iudicare tenentur.

57 Declara quinto principaliter reſtringendo in totum eandem opinionem negatiuam, vt non procedat, ſi ſententia feratur in Regno Neap. contra deciſionem Conſilij Neap. quia talis ſententia erit non ſolum iniuſta, ſed erit etiam nulla ipſo iure, quia deciſio Conſilij in Regno facit ius vniuerſale, & habet vim legis vniuerſalis, Affl. deciſ. 190. pulchrum. in fine, & deciſ. 383. licet. ſub num. 8. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in verbo, & quandoque appellatur. num. 252. fol. 496.

58 Ratio eſt, quia deciſio, ſeu ſententia ibi fertur nomine Regis, vt ex eiſdem Afflict. & Maran. ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 16. limit. 15. num. 2. & ideo à Conſilij ſententia non dari appellationem, ſecutus ſum eadem limit. 15. num. 1. quare ſicut ſententia Principis in cæteris cauſis facit ius, ita etiam dicendum de ſententia lata à Senatu, & Conſilio ipſius Principis, cum eius locum teneat, vt refert, & ſequitur Menoch. conſ. 671. hæc egregia. num. 21. lib. 7.

GLOS. XIV. Sententiamus &c.

QVAESTIO XXV.

S V M M A R I V M.

Sententiæ verba condemnatoria, vel abſolutoria an de iure ciuili ſint concipienda in perſonam principalium, vel in perſonam procuratorum, num. 1. & ſeqq. Et quid de iure canonico, num. 38. & ſeqq. Et quid de conſuetudine, num. 73. & ſeqq.

Procuratorem ſubſtituens ſubſtituit nomine proprio, & non nomine domini, num. 5.

Procuratore conſtituto, dominus citatus non tenetur comparere, & conſequenter, licet non compareat, non eſt contumax, num. 8. & 30. Secus eſt de iure canonico, ibidem.

Procurator actoris tenetur ſatiſdare de ratihabitione, num. 17.

Procurator rei tenetur cauere de iudicatum ſoluendo, num. 17. Et an is, lata ſententia condemnatoria, poſſit conueniri ad ſoluendum, num. 17. in fine, & num. 18. & 19.

Procurator in cauſis matrimonialibus, & iniuriarum quam cautionem debeat præſtare, num. 20.

Procurator licet faciat contractum nomine domini, tamen promiſſio non debet fieri domino abſenti, ſed debet fieri ipſi procuratori, num. 23. & 24. Contrarium in ſyndico, & generali adminiſtratore, num. 67. Et in tutore, & curatore, num. 68.

Infamia, qua notaretur reus, ſi condemnaretur in actione iniuriarum, euitatur, ſi condemnetur eius procurator, num. 25. & 26. Contrarium, num. 57. & ſeqq.

Acta omnia poſſunt denuo vnico actu reiterari, ſeu fieri, num. 37.

Ius canonicum attendit realitatem, ſub num. 38. Quare in foro canonico proceditur de æquitate, non attentis apicibus iuris, ſub num. 41.

Canoniſtis parum placet ſubtilitas legalis, ſub num. 38.

Mortuo domino, contra quem ſit concipienda ſententia, num. 74. & ſeqq.

Sententia ſi ferretur contra mortuum, eſſet ipſo iure nulla, ſub num. 74. Idem ſi ferretur pro mortuo, ſub num. 75. extenſ. 2.

Et

Et etiam ſi poſſet procedi, omiſſis ſolemnitatibus iuris, num. 78. Et quid ſi iudex, vel pars & iudex ignorarent mortem, num. 76. & 77. Et quòd poſſit ferri fauore libertatis, num. 85. Et quòd in Regno Franciæ poſſit ferri indiſtinctè in cauſis ciuilibus, dummodo proceſſus fuerit, eo viuo, fabricatus, num. 86. & 87.

Mortuus nulli iudicum ſubeſt iuriſdictioni, num. 75.

Mortuus non poteſt condemnari de delicto ab alio, quàm à Deo, num. 79. Et quando fuiſſet condemnatus, dum viueret, in pœnam corporis afflictiuam, ea in ipſum non poteſt exequi, num. 80. Poteſt tamen condemnari pro crimine hæreſis, & pro crimine læſæ maieſtatis, num. 81. Et quanto tempore præſcribatur facultati accuſandi de delictis, de quibus fieri poteſt accuſatio, etiam poſt mortem, num. 82. remiſſiuè.

Mortuo reo criminis, extinguitur delictum, etiam ratione confiſcationis bonorum, ſi mortuus ſit ante ſententiæ prolationem, ſub num. 80. ſubextenſ. 2. Et quid ſi pro delicto eſſet impoſita pœna pecuniaria ipſo iure, & delictum eſſet probatum ante mortem, ſub eodem num. 80. ſubextenſ. 3.

Mors licet liberet reum accuſatum, tamen hæres pro ſuo intereſſe, & pro purganda infamia defuncti poteſt petere, quòd declaretur, defunctum non commiſiſſe illud delictum, num. 82. Item licet liberet quoad perſonam, tamen offenſus, & eius hæres poteſt ciuiliter agere contra hæredem pro intereſſe burſale, num. 83.

Mandatum per mortem mandantis expirat, re integra, num. 88. & ſeqq. Etiam ſi iudex, & pars ignorauerint mortem, num. 91. Et an expiret etiam per mortem ciuilem, num. 103. Et quid ſi ſit mandatum mercennarium, ſub num. 109. 111. & ſeqq.

Mandatum per mortem mandantis non expirat, quando res tunc non eſt integra, num. 93. Et quando res non dicatur integra, nu. 97. Et quibus caſibus expiret, etiam re non integra, num. 98. 101. & ſeqq.

Mortuo domino, re non integra, ſententia poteſt ferri contra eius procuratorem, num. 94. Et quomodo ſit concipienda, num. 95. & 96.

Procuratoris mandatum quando expiret morte mandantis, etiam re non integra, quia mandans in re mandata non poſſit habere hæredem, ſub num. 98. & ſeqq. Et quando non expiret, numero 122.

Mortuo altero ex collitigantibus ſuper titulo beneficij, decernitur proceſſus per audientiam contradictarum, non aliter citato procuratore mortui, num. 100.

Mortuo procuratore, ſententia concipitur in perſona domini, num. 105.

Mortuis domino, & procuratore qui ſint citandi, num. 106. & 107.

Mandatum procuratoris debet eſſe gratuitum, alias, ſi ſit mercennarium, tranſit in locationem, & conſequenter non videtur expirare per mortẽ mandantis, ſiue res ſit integra, ſiue non, num. 109. Contrarium, quòd non debeat eſſe gratuitum à remuneratione licita, & quòd adhuc expiret, num. 111. & ſeqq.

Mandatum procuratoris de conſuetudine eſt reuocabile, ſiue lis ſit conteſtata, ſiue non, & ſiue ſit gratuitum, ſiue cum mercede, ſub num. 114. ſub num. 112. & 113. Fallit quando procuratori eſſet ius quæſitum, & quando dicatur ius quæſitum, num. 110. & ſub num. 114.

1 QVAERO vigeſimoquinto, an verba ſententiæ condemnatoriæ, ſeu abſolutoriæ ſint concipienda in perſonam eorum, qui ſunt principales in cauſa, vel in perſonam procuratorum eorum?

Huic quæſtioni priuſquã reſpondeã, præmitto, quòd eſt vna ex illis, in quibus Doct. multum ſeminant, & nihil metunt, vnde eam non libens, ſed quaſi inuitus aggredior; ſiquidem inutilem habet ſubtilitatem, quam propterea experta cõſuetudo neglexit, & explosit, vt infra ſuo loco dicemus: hoc præmiſſo, diſtinguo inter ius ciuile, ius canonicum, & conſuetudinem.

2 Si loquimur de iure ciuili, diſtinguo quinque caſus principales.

Primus caſus eſt, quando principales ipſi ſunt proſecuti litem ab initio vſque in finem per ſeipſos ſine procuratoribus: & iſto caſu vagamur extra terminos quæſtionis; & eſt caſus ſine difficultate, in quo propterea nullius poteſt allegari auctoritas, quia nemo in eo exiſtimauit, orituram difficultatem, & eſt adeo clarum, ſententiam concipiendam eſſe in ipſorum principalium perſonam, vt ſi iudex eam conciperet in perſonam extraneorum, qui non fuerint in lite, ſententia ſit euidenter nulla, tùm quia inter illos extraneos

deficiunt libellus, conteſtatio litis, & totus ordo iudicij, tùm quia ſententia eſt ferenda, vt decidatur controuerſia, quæ non dicitur eſſe inter extraneos, qui litem non ſunt ingreſſi; vnde iudex, qui contra hos extraneos ferret ſententiam, ſi eam ſcienter ferret, videretur ſtultus; ſi verò ignoranter, eſſet intolerabiliter negligens,

3 Amplia hũc caſum, vt paria ſint non conſtituiſſe procuratorem, & conſtituiſſe, ſed cauſam fuiſſe ſemper ab initio vſque ad finem agitatam per ipſum dominum ſine procuratore; & ideo tunc ſimiliter dominus, & non procurator eſt condemnandus, Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 2. in ſecundo caſu, C. de ſent. & interl. omn. iud. vbi dicit hoc eſſe indubitabile.

4 Secundus caſus eſt, quando dominus, ideſt, principalis, ab initio fecit procuratorem, qui totam peregit cauſam, adeo quòd dominus nunquam fuit in iudicio: & iſto caſu concludo, ſententiam ferendam eſſe in perſonam procuratoris, alias ſi ferretur in perſona domini, omiſſo procuratore, eſſet nulla ipſo iure, text. eſt clarus in d. l. 1. & ibi Gl. Bar. Bal. & Paul. de Caſtr. C. de ſent. & interl. omn. iud. & hæc concluſio eſt indubitabilis, vt dicit Paul. de Caſtr. in d. l. 1. ſub nu. 2. in primo caſu, & eam tenent omnes, vt teſtantur Gl. in ead. l. 1. in verbo, non fuit. initio, Ant. de Butr. in cap. 24. querelam. num. 45. verſus finem, ibi, dic ergo aut procurator. & Abb. ſub num. 11. in tertio caſu, ibi, ſed ſi verba. de elect. And. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 111. num. 1. & 2.

5 Ratio huius concluſionis eſt, quia, cum procurator per litis conteſtationem efficiatur dominus litis, ſententia, & cætera omnia acta, emanantia à lite, fieri debent cum domino litis, & ſic cum procuratore nomine proprio, cum ſit dominus litis, & inſtantiæ, & non cum eo nomine procuratorio; de re enim agenda agi debet cum domino rei; & proinde procurator quando poſt litem conteſtatam ſubſtituit procuratorẽ, non ſubſtituit nomine domini, ſed ſubſtituit nomine proprio, Surd. conſ. 99. ſententia. ſub n. 23. 24. & 25. lib. 1. vel, & melius, ratio eſt, quia omnia acta totius cauſæ, & omnes interlocutiones ordinantur ad ſententiam diffinitiuã, tanquam ad fontẽ: ſed in actis non interfuit dominus, nec ſunt fundata cum ipſo: ergo nec ſententia poteſt contra eum ferri, quia quoad eum ferretur per ſaltum, & ſine actis: vnde non poteſt condemnari verbis directis, quia in iudicio non quaſi contraxit, ſed debet condemnari per obliquum, ſcilicet per procuratorem procuratorio nomine, Bal. in dicta l. 1. ſub num. 4. C. de ſent. & interl. omn. iud. vel dicas, rationem eſſe, quia contractus debet concipi in eum, cum quo contrahitur: ſed in iudicio per conteſtationem litis quaſi contrahitur cum procuratore, ergo in eius perſonam debet concipi ſententia, Surd. d. conſ. 99. nu. 35. in fine, & num. ſeqq.

6 Non obſtat, quòd negotium pertineat ad principalem, & contra eum facienda ſit executio ſententiæ, etiam latę contra procuratorem, & ipſe principalis ſit dominus, non ſolum litis, ſed etiam inſtantiæ, cum ius vtile inſtantiæ, quam procurator exercuit, ipſo iure acquiratur principali ſine ceſſione.

Quia reſpondeo, quòd nihilominus ex prędicta iuris ciuilis ſubtili ratione ſententia non eſt ferenda in perſonam principalis, Paul. de Caſtr. in d. l. 1. ſub num. 1.

7 Retenta igitur concluſione.

Amplia primo, vt ſit vera, etiam ſi libellus ſit oblatus contra dominum, quia ſi reliquus proceſſus fuerit factus per procuratorem, & tempore ſententię fuerit præſens procurator, & non dominus, vel neuter fuerit præſens, ſed citatus fuit procurator, & ſententia fuit lata contra dominum, qui in iudicio nunquam fuerit, ſententia erit nulla, Bal. in loco ſupra proximè citato.

8 Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi ſententia eſſet lata, citato domino, & non comparente, quia adhuc eſſet nulla, tùm quia erat ferenda in perſonam procuratoris, vt dixi, tùm quia non fuit citatus procurator, qui erat citandus: nam licet contumax habeatur pro præſente, & in præſentem valeat ſententia; tamen quando quis conſtituit procuratorem, non tenetur comparere, & conſequenter non eſt contumax, & ſic ceſſat ficta præſentia, quæ reſultat ex contumacia, Bar. in l. 1. num. 9. verſ. item quæro. Bal. ſub num. 9. verſ. ſed pone. & Paul. de Caſtr. num. 3. verſ. ex quo ſequitur. C. de ſent. & interl. omn. iud. Abb. in cap. 24. querelam. ſub num. 11. verſ. ex his infertur. de elect.

9 Declara eandem concluſionem, vt iudex poſſit ex integro cognoſcere, prout declaraui q. ſeq. num. 7. & 11.

10 Limita primo eandem concluſionem, vt non procedat in caſibus, in quibus verba ſententię non poſſunt congruere in perſonam pro-

procuratoris, quia tunc ſententia neceſſariò concipi, & ferri debet in perſonam domini, Cyn. in d. l. 1. verſus finem, Bal. num. 19. verſ. quæro quid in cauſis. & Paul. de Caſtr. num. 2. verſ. aduerte quia. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. Ant. de Butr. in cap. 24. querelam ſub num. 45. verſ. tertia opinio. & Abb. ſub num. 10. ibi, hic tamen in effectu. de elect. & qui ſint iſti caſus, ſcribuur præfari in locis citatis, & diximus nos infra num. 42. & ſequentibus.

11 Limita ſecundo, vt non procedat in cauſis ſummarijs, quia in his ſententia poteſt concipi, & ferri in perſonam domini, vt dixi infra num. 54. & ſeq.

12 Limitationes alias colliges ex his, quæ ſcripſi num. ſeqq. & infra num. 38. & ſeqq. & num. 73.

13 Tertius caſus eſt, quando vterque, nempè dominus, & procurator comparuerunt ambo in quolibet actu, & illum ſimul fecerunt: & iſto caſu concludo, ſententiam in vtriuſque perſonam eſſe ferendam, Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 2. in 3. caſu, C. de ſent. & interl. om. iud. ponens hunc caſum inter caſus indubitabiles.

14 Quartus caſus eſt, quando procurator fuit conteſtatus litem, ſed dominus poſtea ſuit proſecutus litem: & iſto caſu concludo, quòd ſententia poteſt concipi, & ferri in perſonam domini, quia ex conteſtatione facta per procuratorem, eſt acquiſitum domino vtile ius inſtantiæ ſine ceſſione, Paul. de Caſtr. in d. l. 1. verſus finem, ſub num. 3. ibi, interdum è contra.

15 Quintus caſus eſt oppoſitus, quando principalis ab initio vſque ad conteſtationem litis incluſiuè litigauit per ſeipſum, & poſt litis conteſtationem conſtituit procuratorem, & in cauſa amplius non comparuit: & iſto caſu ſunt opiniones.

Prima enim opinio eſt, quòd verba ſententiæ ſint concipienda in perſonam principalis, ideſt domini; quam opinionem tenuit Azo, vt refert Gl. in l. 1. in verbo, non fuit. C. de ſent. & interloc. omn. iud. & eandem opin. ex Scarabecio refert, & ſequitur Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de ſenten. §. qualiter autem. ſub num. 6. in verbo, litigauerit. lib. 2. fol. 166. & videtur etiam tenuiſſe ipſe Spec. ſub eod. nu. 6. verſ. ſi verò dominus. & hanc eandem opin. cum diſtinctione ſecutus eſt in effectu Mart. dicens, quòd ſi dominus fuit à principio in iudicio, & litem conteſtatus eſt, ipſe dominus condemnari debet, vt referunt Ant. de Butr. in cap. 24. querelam. num. 25. verſ. venio ad tertiam. in fine, & Abb. ſub num. 10. ibi, ſecunda opinio fuit. de elect.

16 Ratio huius opinionis eſt, tùm quia ſententia debet eſſe conformis libello, & libellus eſt conceptus in perſonam domini, tùm quia dominus duplici iure eſt dominus litis, nempè re ipſa, & per litis conteſtationem, & ſententia eſt concipienda in perſonam eius, qui eſt dominus litis; tùm quia actio in factum, quæ oritur ex re iudicata, datur contra dominum, & non contra procuratorem, qui interueniſſet, & propterea conuenit, vt in ſententia condemnetur is, quem ſententia afficit, vt ex Scarabecio refert Io. Andr. in loco ſupra proximè citato.

17 Confirmatur hæc opinio, quia licet procurator actoris teneatur ſatiſdare de ratihabitione, iuxta ea, quæ ſcribunt Spec. tit. de ſatiſdar. §. viſo de ſatiſdationibus. num. 1. & ſeqq. lib. 2. fol. 72. & Doct. inter quos Io. Fab. in §. ſin autem. per totum, & præſertim ſub num. 13. & 14. in fine, Inſt. de ſatiſdat. & procurator rei teneatur cauere de iudicatum ſoluendo, l. 46. qui proprio. §. qui alium. ff. de procur. Gl. in cap. 24. querelam. in verbo, œconomi. in initio. de elect. etiam ſi mandatum habeat, Spec. d. tit. de ſatiſdat. §. expedito. initio, lib. 2. fol. 73. Iaſ. in l. filiuſfam. ſub num. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 8. num. 11. verſ. tertia ſpecies. fol. 334. & ſcripſi latius ſupra lib. 1. cap. 101. num. 53. præſertim in futura impreſſione, & ideo non dominus, ſed ipſe procurator, qui promittit ſoluere iudicatum, videatur condemnandus, vt argumentatur Gloſ. in loco ſupra proximè citato.

18 Tamen condemnandus videtur dominus, quia licet procurator, qui promiſerit ſoluere iudicatum, poſſit, lata ſententia, conueniri & ab eo exigi condemnatio, quando promiſit in caſu, quo dominus promittere non debebat, l. 28. ſi procurator. in illis verbis, per contrarium autem. & ibi Bar. num. 3. verſ. venio ad verſ. & l. 61. plautius. & ibi

19 Bar. initio, ff. de procur. † tamen nunquam poteſt conueniri actione iudicati ex ſententia, Bar. ibidem, & Guid. Pap. deciſ. 86. procurator. in fine, nu. 3. & clarius ibidem in addit. & conſequẽter, ſi executio ſententiæ non poteſt fieri contra procuratorem, etiam quòd promiſerit ſoluere iudicatum, ſentententia

20 non debet ferri in eius perſonam: † imò in cauſis

cauſis matrimonialibus, & iniuriarum procurator debet cautionem præſtare, quòd dominus erit præſens in iudicio tempore ferendæ ſententiæ, & tamen in iſtis cauſis ſententia eſt ferenda in perſona domini, Cyn. in l. 1. in fine, C. de ſent. & interloc. omn. iud. & dixi infra num. 42. extenſ. 1. & num. ſeqq. in illationibus.

21 Satisdationis materiam, de qua breuiter locutus ſum in hac confirmatione, ſi vis videre, loquendo tàm in principalibus, qui agunt cauſas proprias, quàm in alijs, qui agunt cauſas alienas, vide quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 101. num. 48. 51. 53. & ſeqq. vſque ad num. 57. excluſiuè.

22 Secunda opinio eſt contraria, quòd ſententia concipi debeat adhuc in perſonam procuratoris; hancq. opinionem tenuerunt Io. Baſianus, & Bulg. vt referunt Gl. in d. l. 1. in verbo, non fuit. & ibi Bar. num. 5. C. de ſent. & interloc. omn. iud. Gl. in cap. 24. querelam. in verbo, œconomi. ibi, Io. B. & T. & diligentius Abb. ſub num. 10. ibi, ſed in alijs. de elect. eandem opin. ſecuti ſunt Innoc. ibidem nu. 7. & Abb. ſub num. 11. in 3. caſu, ibi, aut dominus fuit à principio. & tenet Bar. in d. l. 1. ſub nu. 5. dicens, eam eſſe veram, ſicut Deus eſt in cœlis, & eandem videntur ſecuti Bal. ibidem, num. 11. verſus finem, verſ. breuiter. vbi poſt relatas primam præcedentem, hanc, & ſequentem, dicit, hanc opinionem Ioannis eſſe communiter approbatam, & Paul. de Caſtr. ſub num. 2. & 3.

23 Ratio huius opinionis eſt, quia quæcunque gerimus, niſi in noſtra perſona initium ſumant, inutilem actum efficiunt, l. 10. quæcunque. ff. de act. & oblig. Bar. in d. l. 1. ſub num. 5. & Abb. in d. cap. querelam. ſub num. 10. ibi, fuit hæc enim legalis. & conſequenter in contractibus, ſi procurator eſt præſens, & tu non promittis procuratori, ſed promittis domino, contractus eſt nullus, Bar. & Abb.
24 in locis citatis; † quare procurator, qui gerit actum, & contractum nomine domini, debet concipere verba in perſonam ſuam; puta, promittis mihi procuratorio nomine domini; non autem debet concipere in perſonam domini; puta promittis domino meo abſenti, Paul. de Caſtr. in d. l. 1. ſub num. 1. cum ergo ſententia in effectu ſit quidam quaſi contractus, quia in iudicio quaſi contrahitur; & verba, & tota diſpoſitio contractus, qui fit cum procuratore, debeant concipi in perſona procuratoris, & non in perſona domini, cuius eſt procurator; ſequitur, quòd idem dicendum ſit in ſententia, quando lis fecit tranſitum in procuratorem, & cum eo, in eiuſq. perſonam ſunt concepta acta litis, & eſt præſens, Bar. Paul. de Caſtr. & Abb. vbi ſup. & quòd verba ſententiæ ſint concipienda in perſonam procuratoris, & non in perſonam domini, ſuadetur ex eo, quia ſententia eſt quaſi contractus, vt dixi, ſed in contractibus vnus non poteſt ſtipulari alteri, ſed debet ſtipulari ſibi, vt ex regula ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 7. ſub num. 8. verſ. primo concludo.

25 Non obſtat primo, quòd l. 6. furti. §. ſi quis alieno. ff. de his, qui not. infam. dum dicit, quod neque is, qui condemnatur, neque procurator, qui condemnatur, eius nomine, notatur infamia, loquatur in caſu, quo cauſa fuerit ab initio agitata per procuratorem, quaſi à contrario ſenſu ſentiat ille text. quòd ſi ab initio fuerit agitata per ipſum principalem, & poſtea per procuratorem, non euitetur infamia, quia ſententia non poteſt ferri in perſonam procuratoris, quo condemnato, euitaretur infamia principalis, ſed debeat tūc ferri in perſonam principalis; & ſic iſta ſecunda opinio, quæ tenet, quòd ſit condemnandus procurator, etiam ſi dominus litem fuerit conteſtatus, non videtur vera.

26 Quia poteſt cum Gloſ. & Bar. in dicta l. 1. C. de ſent. & interl. omn. iud. reſponderi, quòd in dicto §. ſi quis alieno. ſubauditur dictio (maximè) prout ſubaudit Gl. in illo §. in verbo, ſi ab initio. ita vt ſenſus illius §. ſit, vt ſemper poſſit condemnari procurator, & ita euitari infamia, & maxime ſi cauſa ſit ab initio agitata ab ipſo procuratore, quia tunc tantò magis ipſe debet condemnari: & iſte ſenſus & intellectus videtur omninò admittendus, quia alias fruſtratorium videretur reddi conſilium legis in dicto §. ſi quis alieno. dum conſulit, quòd conuentus actione famoſa, ſi vult vitare infamiam, conſtituat procuratorem, quia procurator condemnabitur; & tamen nec procurator, nec dominus, cuius eſt procurator, efficietur infamis: non procurator, quia condemnatur alieno nomine, non dominus, quia ſententia non fertur in eius perſonam, Abb. in dicto cap. 24. querelam. ſub num. 10. de elect. & quòd licet condemnatus iniuriarum notetur infamia, quia actio iniuriarum condemnatis infamiam, & ignominiam irrogat, vt ex communi opin. ſequitur Andr. Gail. in pract. obſeru. lib. 2. obſer. 102. num. 1. tamen ad

eui-

euitandam hanc infamiam, tradatur pro cautela, vt conuentus actione iniuriarum non compareat perſonaliter, ſed tantum per procuratorem, quia, condemnato procuratore, vel litis domino effecto, nec procurator, nec dominus notabitur infamia, ſequitur idem Gail. ead. obſeru. 102. num. 7.

27 Non obſtat ſecundo, quòd dicta l. 1. C. de ſenten. & interl. omn. iud. dum dicit, ſententiam, latam non in perſonam procuratoris, ſed in perſonam domini, eſſe nullam, loquatur in caſu, quo dominus non fuit in iudicio, & cõſequenter à cõtrario ſenſu videatur ſentire, quòd ſi aliquãdo fuiſſet in iudicio, & præſertim conteſtando litem, ſententia lata in eius perſona, valeret, prout hunc intellectum ad motiuandam difficultatem recenſet etiam Abb. vbi ſup.

28 Quia duæ dantur reſponſiones. Prima, quòd in eo textu recenſetur accidentia facti, quòd dominus nunquã fuit in iudicio, & quçdã ſunt accidentia facti, ex quibus non ſumitur cauſa diſpoſitionis. Secunda, quia ſubauditur dictio (maxime) quaſi textus dicat, ſententiam eſſe nullam, maxime, quia dominus, qui eſt condemnatus, nunquã fuit in iudicio, ſeu aliquando non fuit in iudicio, ita vt ſenſus ſit, quòd ſententia, lata in perſonam domini, ſit ſemper nulla, ſed maximè, quando is nunquam, ſeu aliquando non fuit in iudicio.

29 Et retenta hac opinione, eſt aduertendum, quòd ſufficit dicere (condemno talem procuratorem) quia tacite intelligitur procuratorio nomine, Bal. in dicta l. 1. in fine num. 25. C. de ſenten. & interl. omn. iud.

30 Infertur ex hac ſecunda opinione, vt ſi citatetur dominus ad ſententiam, omiſſo procuratore, qui deinde ſe opponeret, ſententia eſſet nulla, ſi in eorum abſentia eſſet promulgata, & hoc de iure ciuili; ſecus de iure canonico, ſecundum quod non refert quis eorũ fuerit citatus, & ita ſeruatur in Curia, vt ſecutus ſum lib. proxime pręcedenti cap. 8. ſub nu. 683. ampl. 2. & quid ſeruetur in foro capitolino, dixi ibidem num. 697.

31 Tertia eſt opinio, vt ad euitandam controuerſiam, & difficultatem, quę oritur ex his duabus contrarijs opinionibus, ſeruetur vtraque opinio, & proinde feratur ſententia in perſona vtriuſque, ſcilicet domini & procuratoris; & hanc opin. tenent Gl. in dicta l. 1. in verbo, non fuit. in fine, C. de ſent. & interl. om. iud. & Spec. tit. de ſent. §. qualiter autem. ſub num. 6. verſ. ſi verò. ibi, tutius tamen eſt. lib. 2. fol. 166. & alij, quos citat & ſequitur Vant. tract. nullit. rub. de null. ex def. citat. num. 86. tom. 4. fol. 410. & ita ſeruari de conſuetudine teſtantur Gl. vbi ſup. & ibidem Bar. num. 10. in fine, & Gl. in cap. 24. querelam. in verbo, œconomi. in fine, de elect. quę ponit formam, vt ſentẽtia dicat, (talem procuratorem talis, & ipſum dominum cõdemno, vel abſoluo.) & hanc opinionem & cautelã, quam impugnat Cyn. vt diximus num. ſeq. defendit Bar. vbi ſup. & ſequitur & laudat etiam loquendo ſecundum ius canonicum, de quo infra num. 38. Abb. in eodem cap. querelam. ſub. num. 11. ibi, tamen ad maiorem cautelam. vbi diſtinguendo ait, quod in prędicto caſu, quando dominus ab initio egit per ſe ipſum, & poſtea, lite conteſtata, cõſtituit procuratorem, poteſt ferri ſententia in perſonam procuratoris, & domini, non vt dominus condemnetur directè, ſed in perſonam procuratoris, dicendo (cõdemnamus talẽ procuratorem Sempronij, & ipſum Sempronium in perſona ſui procuratoris, ſed ſi dominus nunquam fuit in iudicio, hęc cautela & praxis condemnandi vtrunque nõ eſt neceſſaria, quia tunc ſecundum omnes ſententia rectè concipitur in perſonam procuratoris, vt dixi ſupra in ſecundo caſu nu. 4.

32 Et licet hanc opinionem, ſeu cautelam impugnet Iacob. de Rau. vt eius impugnationẽ refert & ſequitur Cyn. in dicta l. 1. ſub num. 3. dicens, quòd Gl. quę vult ſeruare vtramque opiniones non ſeruat, ſed deſtruit, quia principalis, dum etiam ipſe cõdemnatur, non vitat infamiam, quam euitaret, ſi condemnaretur ſolus procurator, vt dixi ſup. ſub num. 25. & 26. niſi ipſe principalis eſſet abſens, quia tunc ſententia valeret quoad procuratorem, ſed non quoad principalem, quia ſententia æquiparatur contractui, vt dixi ſup. ſub num. 23. & 24. ſed ſi quis ſtipularetur ſibi, & Titio abſenti, ſtipulatio valeret in parte, nempè quoad ſtipulantem pręſentem, & pro parte non, nempe quoad Titium abſentem, ergo ſic etiam dicendum eſt de validitate ſententiæ; & ſic principalis iſto caſu quo eſſet abſens adhuc vitaret infamiam.

33 Tamen Bar. & Abb. in locis citatis adhuc defendunt hãc tertiam opin. eo quia etiam ſi principalis eſſet præſens, & condemnaretur, vt ſupòvna cum procuratore, intelligeretur condemnatus in perſona procuratoris, & non in perſona propria, & conſequenter adhuc vitaret infamiam.

34 Ex hac tertia opinione poſſumus arbitrari quòd

quòd ſtatuta Vrbis lib. 1. cap. 53. ſtatuerint, dominum & procuratorem eſſe vtrunque citandum ad ſententiam, vt retuli lib. prox. præced. cap. 8. num. 697.

35 Quarta eſt opinio, quę diſtinguit: aut tẽpore ſententię dominus erat præſens, & tunc ſententia, in eius perſonam lata, valet, quia ipſe eſt dominus vtiliter instantię, cum ex his, quę agunrur in iudicio per procuratorem, vtilis actio acquiratur domino, & directa procuratori; vnde ex quo dominus eſt pręſens, & con-
36 ſentit, ſentẽtiá in ſe ferri, valebit ſentẽtia: † aut tempore ſententię dominus eſt abſens, & tunc ratione prędicta ſententia, lata in eius perſo-
37 ná, non valet: † & pro intelligentia huius opinionis, dum loquimur de inſtantia, debes ſcire, quòd dominus ſuperueniens poteſt multis modis habere ius inſtantię: Quandoque enim vult habere ius directum inſtãtię nomine ſuo, & tunc oportet, quòd omnia fiant de nouo, & poſſunt fieri vnico actu, dicendo ſic (do libellum, prout dedit procurator, litem conteſtor, vt fecit ipſe, & ſimilia) & ſic omnia repetuntur vnico actu: Quandoque vult illud ius habere ex perſona procuratoris, & tunc oportet, quod fiat ceſſio: Quandoque vult vti iure vtili inſtantiæ ſibi competenti ipſo iure, quia omnium, quæ in iudicio agitantur, domino quæritur actio vtilis ſine ceſſione; & tunc, ſi dominus vult, ex vigore iſtius vtilis inſtantiæ poterit in eum ferri ſententia, & valebit; quare dominus non cogitur vti iure inſtantiæ, ſed poteſt vti, ſi vult, & ideo dicetur præſens, ſi erat pręſens ad audiendam ſententiam, puta, quia erat citatus, & comparuit, alias ſi non eſſet præſens ad audiendam ſententiam, oporteret, quòd ex actis colligeretur, quòd ipſe vtebatur illa inſtantia; alias ſimplex præſentia non ſufficeret; hæc ſunt, quæ tradit Bar. in d. l. 1. num. 6. verſ. modo quæro. & num. 7. & 10. C. de ſenten. & interl. omn. iud. & breuiter ex eo Abb. in d. cap. 24. querelam. ſub num. 11. verſ. quid autem ſi hoc caſu. de elect.

Contra hanc opin. in eo, quòd dicit, principalem eſſe dominum vtilem inſtantiæ, poterit curioſus videre aliqua, quæ ſcripſi lib. prox. præced. cap. 8. num. 687.

38 Hæc ſunt, quæ traduntur de iure ciuili, de quo locutus ſum ſupra à num. 2. vſque huc.

Si loquimur de iure canonico, in primis omitto illum primum caſum, de quo ſupra num. 2. quia eſt extra terminos quæſtionis, & deinde in cæteris concludo, iſtam ſcrupuloſam diligentiam, an, & quando ſit condemnandus procurator, & quando dominus, non attendi, quia de iure canonico attenditur realitas, & ideo ſententia eſt valida, ſiue ſit condemnatus procurator, ſiue dominus, ſiue vterque, Bal. in l. 1. num. 11. verſus finem, verſ. breuiter opinio. & Paul. de Caſtr. ſub num. 1. ibi, ſed canoniſtæ. C. de ſent. & interl. omn. iud. Abb. in cap. 24. querelam. ſub num. 10. ibi, in contrarium tamen. & ſub num. 11. ibi, ſed de iure canonico. de elect. & Andr. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 111. num. 3. & ſic ſecundum Canoniſtarum opinionem non curatur in cuius perſonam proferatur, Guid. Pap. deciſ. 431. debet de iure. num. 1. verſus finem, & deciſ. 86. procurator. ſub num. 1. & Rebuff. ad gallicas conſtitur. tit. de ſentent. art. vlt. gloſ. vna, ſub num. 11. verſ. & ſic. fol. 434. tom. 3. quia hæc legalis ſubtilitas parum placet Canoniſtis, inter quos eſt Io. Andr. in d. cap. querelam. ſub num. 48. ibi, parum placet legalis ſubtilitas. quem refert Ant. de Butr. ibidem ſub num. 45. verſ. ſi autem eſt agitata. ſed corruptè in libro meo, quia deeſt illud (parum); & quòd Io. Andr. miretur de iſta ſubtilitate legali, vt ſententia corruat, quia fuit lata in perſonam domini, & non procuratoris, ſcribit ibidem Abb. ſub num. 10. licet non addat nomen And. ſed dicat ſimpliciter, Io. & quòd de iure canonico non attendatur quis eorum condemnetur, patet ex d. cap. querelam. de elect. vbi ſententia concipitur in perſona œconomi, & ex cap. 9. licet. de probat. vbi ſententia concipitur non in perſona ſyndici Communis Fauentiæ, ſed contra ipſum Commune Fauentiæ, & patet ex his, quæ ſcribit Gl. 1. in cap. 6. ſuſcitata. de in integr. reſtit. dicens, quòd eccleſia non multum curat de iſta ſolemnitate, ſicut nec facit differentiam inter procuratorem, & ſyndicum, ex quo conſtat de poteſtate tradita.

39 Ratio huius concluſionis eſt, quia ſentẽtia etiã in perſonam procuratoris lata, in effectu cenſetur lata contra dominum, contra quem mittitur executioni, Paul. de Caſtr. in loco ſup. proxime citato, & cum procurator conſenſu meo interuenerit in iudicio, non apparet ratio ſufficiens; quare non valeat ſententia lata in perſonam meam, Abb. in dicto cap. querelam. ſub num. 10. quare ſi procurator meus fuerit in cauſa, & procuratorio nomine litigauerit, ego non video, quòd peccatum

catum ſit, ſi ego condemnor, & graue eſt dicere, quòd ſententia propter hoc eſt nulla, vt videtur voluiſſe l. 1. C. de ſent. & interl. omn. iud. Io. Andr. vbi ſupra.

40 Nec obſtat, quòd Paul. de Caſtr. vbi ſupra dixerit, quòd Canoniſtæ non conſiderarunt, vel non benè intellexerunt rationem dictæ l. 1. prout neque obſtat, quòd Ant. de Butr. vbi ſupra ſcripſerit, quòd ſi Io. Andr. vidiſſet l. quæcunque. ff. de act. & oblig. quam nos citauimus ſupra ſub num. 23. hoc non dixiſſet: & minus obſtat, quòd Abb. vbi ſupra dixerit, rationem huius ſubtilitatis legalis eſſe ſatis bonam, & optimam, fundatam in d. l. quæcumque.

41 Quia reſpond. quòd ius canonicum, & Canoniſtæ agnouerunt quidem hanc iuris ciuilis ſubtilitatem, ſed quia eam exiſtimarunt eſſe inanem, cum non verſetur circa ius ſuum cuique reddendum, neque circa ordinem ad inueniẽdam veritatem iuris reddendi, illam neglexerunt; & fuit illis forſan viſa vna ex illis, quas Senec. in perſona illius Liberalis vocat acutas Iuriſconſultorum ineptias, præſertim quia in foro canonico proceditur de æquitate, non attentis apicibus iuris, per ea, quæ in alio propoſito ſcribit Iaſ. in l. alienam. ſub num. 2. ibi, hinc etiam videtur. C. de procur. ſi prudentes etenim municiporum leges, & experta conſuetudo ſępe iuris ciuilis inutiles abrogant ſolemnitates, quare eaſdem non abrogabit lex canonica, quæ certè maiorem cæteris alijs legibus habet religionem, & ideo prudentiam? & in ſpecie reſpondeo ad Abb. quòd ipſe poſtea ibidem ſub num. 11. ibi, ſed de iure canonico. approbat diſpoſitionem iuris canonici, dicens, quòd ex quò habemus conſenſum domini, non eſt curandum de ordine verborum, & ſic videtur ſeipſum corrigere.

42 Retenta igitur hac iuris canonici concluſione, vt ſententia poſſit concipi in perſona domini.

Extende primo eam, vt ſi ſententia feratur ſuper ea re, cuius condemnatio non poſſit congruere in perſonam procuratoris, tunc non ſolum poſſit, ſed debeat ferri in perſonam domini; quia, cum ſententia ineptè ferretur in perſonam procuratoris, inepta eſſet lex, quæ in eius perſonam iuberet ferri.

43 Inferó primo exemplificando, & confirmando hanc extenſionem, & eius ſubextenſionem, quòd ſententia in cauſis matrimonialibus debet concipi, & ferri non in perſonam procuratoris, ſed in perſonam domini, Gl. in cap. 24. querelam. in verbo, œconomi. Innoc. ſub num. 7. Ant. de Butr. ſub num. 45. in 3. opin. & Abb. ſub num. 10. ibi, & ideo dixit. de elect. Cyn. Bal. & Paul. de Caſtr. quos ſecutus ſum ſupra num. 10. verſ. limita primo. & proinde iudicis ſententia dicet (pronunciamus, talem eſſe, vel non eſſe maritum) Paul. de Caſtr. in loco relatiuè citato, quia non poteſt condemnari procurator ad reddendum debitum vxori, Abb. vbi ſupra, & cum ſententia ſit ferenda in perſonam domini, tollitur labor Hoſtienſis. qui in eod. cap. querelam, num..... vt referunt etiam ibi Apoſtill. in verbo, œconomi. & Ant. de Butr. vbi ſupra, dicebat, ſententiam eſſe ita dictandam (pronuncio Titium maritum Seiæ, ac procuratorem eius nomine ad matrimonium, de quo agebatur, condemno, præcipiendo, vt dictus Titius deinceps ei adhæreat, vt vxori, & tàm in lecto, quàm extra eam maritali affectione pertractet) nam ſufficit condemnare ſimpliciter ſolũ maritũ.

44 Infero ſecundo hoc idem dicendum eſſe in cauſis criminalibus, vt ſcribunt Gl. Innoc. Cyn. Bal. Paul. de Caſtr. Ant. de Butr. & Abb. citati hic ſupra, & num. 10. & ideo iudex pronunciabit, quem deliquiſſe, & non procuratorem, quia ipſe non deliquit, vnde verba ſententiæ non poſſunt contra eum adaptari, Paul. de Caſtr. in d. l. 1. num. 2. C. de ſent. & interl. omn. iud.

45 Similiter ſi imponenda eſſet pœna relegationis, non debet relegari procurator, Abb. in cap. 24. querelam. ſub num. 10. de elect.

46 Infero tertio hoc idem dicendum eſſe in cauſis ſpiritualibus, Gl. Ant. de Butr. & Abb. in locis citatis ſupra num. 43. illat. 1. & proinde ſi agatur, vt clericus priuetur beneficio, non poteſt procurator priuari, cum titulus non inhæreat perſonę ſuæ, ſed perſonę domini, Abb. vbi ſupra.

47 Infero quarto hoc idem eſſe quando pronunciatur, aliquem eſſe legitimum, vel ſpurium, vel in poteſtate, vel emancipatum, Bal. in dicta l. 1. num. 19. verſ. quęro quid in cauſis. C. de ſent. & interl. omn. iud.

48 Subextende hanc primam extenſionem poſitam ſupra num. 42. & omnes eius illationes, vt procedant etiam de iure ciuili; nam in terminis iuris ciuilis ita diximus ſupra nu. 10. & in his terminis loquuntur Doct. citati in illationibus, & ratio eſt patens, quia ſi ſententia aliter ferretur, haberet ineptitudinem,

nem, quę ratio militat tàm in iure canonico, quàm in iure ciuili.

49 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi materia ſententiæ eſſet proportionabilis tàm domino, quàm procuratori, & cauſa eſſet agitata per procuratorem, quia adhuc ſententia poſſet ferri tàm in perſonam ſolius procuratoris, quàm in perſonam ſolius domini, per ea, quæ dixi ſupra num. 38. verſ. ſi loquimur. & nu. 39. nam ſi iſto caſu, quando verba ſententię poſſunt congruere etiam procuratori, ſententia non poſſet ferri etiam contra dominum, ſed ſolum contra procuratorem, ius canonicum non differret à iure ciuili, quia quando ſententiæ verba non poſſunt congruere in perſonam procuratoris, tunc ſententia etiam de iure ciuili eſt ferenda in perſonam domini, vnde vt ius canonicum aliquam in hoc habeat differentiam cum iure ciuili, tenenda eſt hæc extenſio, vt de iure canonico poſſit ferri ſententia in perſonam domini, etiam ſi ſententia poſſet congruere in perſonam procuratoris: & quòd ſententia poſſit ferri in perſona procuratoris, & domini, ſcribit Innoc. in cap. 24. querelam. ſub num. 7. de elect.

50 Infero exemplificando hanc extenſionem, quòd licèt ſententia condemnatoria ad ſoluendam pœnam, poſſit congruere in perſonam domini, ſicut in perſonam procuratoris, vt dicit Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 2. ibi, interdum congruunt. C. de ſent. & interloc. omn. iud. & ideo de iure ciuili eſſet ferenda ſolum in perſonam procuratoris per ea, quę communiter ſcribunt Doct. à me citati ſup. n. 22. & 23. & per ea, quę apertius ſcribit Abb. vtrobique à me citatus, dicens, quòd iudex debet conari quantum poteſt, vt verba dirigibilia in perſonam procuratoris, non dirigat in perſonam domini.

Tamen de iure canonico poteſt ferri etiam in perſonam domini, vt oſtendi num. præcedenti in extenſione.

51 Et quando forma verborum concipi poſſit in perſonam alterutrius, & quando in perſonam procuratoris concipiatur neceſſario, explicat Bal. in ſæpe citato cap. 24. querelam. num. 28. verſ. capio gl. de elect.

52 Contra hanc ſecundam extenſionē, & primam præcedentem, dum in eis Doct. duplicem conſtituentes ſententię ſpeciem, dicunt, eam, cuius verba non poſſunt congruere procuratori, eſſe concipiendam in perſonam domini; eam verò, quę poteſt congruere domino, ſicut procuratori, eſſe concipiendam in perſona ſolius procuratoris, oppono, quòd ſit diſtinctio, & conſideratio inanis, quia concipiatur ſententia quo velimus modo, illud certum eſt, quod fertur pro domino, vel contra dominum, & non pro procuratore, ſeu contra procuratorē; res enim magis, quàm ſermo loquitur, & exitus acta probat, dum ſententię vtilitas & damnum ſpectat ad dominum, & non ad procuratorem; & reminiſci oportet, quod iuriſprudentia eſt philoſophia, vt late ſcripſi ſup. gl. 3. q. 1. ſub num. 1. & ſeqq. cuius præcepta non ſunt in dicendo, ſed in faciēdo, vt ſcripſi ead. q. 1. num. 30. & 31. neque tanta eſt verborum & modi loquendi egeſtas, aut ingenij paupertas, vt ſententię verba non poſſint multipliciter variari, & tamen ſenſus ſit ſemper, vt ſententię executio fieri debeat contra dominum.

53 Extende tertio, vt procedat, ſiuè dominus nunquam fuerit præſens in iudicio, ſiuè comparuerit initio, & litem conteſtatus fuerit, quia ſemper militat ratio, quam adduxi ſup. num. 39. verſ. ratio.

54 Extende quarto, vt maxima procedat in cauſis ſummarijs, quia in eis facilius remittitur ſolemnitas iuris ciuilis, vt dixi num. ſeq.

55 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam de iure ciuili, quia licet in cauſis ſummarijs non ſeruaretur forma, de qua l. 1. C. de ſent. & interl. omn. iud. tamen ſententia valeret, & ideo ſi procurator eſſet præſens, & condemnaretur dominus, quamuis eſſet abſens & non citatus, tamen ſententia valeret ſecundum Bar. in extrau. ad reprimendum. in verbo, & figura. in fine, num. 22. Guid. Pap. deciſ. 431. debet de iure. ſub num. 1. ibi, ſed de ſtylo. & Addit. ad Abb. in cap. 24. querelā. ſub num. 11. in litera B. in verb. perſonam procuratoris. de elect. referens ex Iaſ. quòd hæc deciſio obſeruatur, ſicut euangelium.

56 Infero ex hac extenſione, & ſubextenſione, quòd in Regno Neap. Florentię, & ſimilibus locis, in quibus extant ſtatuta, vt procedatur ſummariè, poteſt ſententia ferri in perſonam domini, non facta mentione de procuratore, prout hanc eandem illationem in Regno Neap. fecit Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in verbo, & demum fertur ſentētia. n. 112. fol. 446.

57 Extende quinto, vt multò magis procedat in crimine iniuriarum, quia in eo poterit condemnari dominus non ſolum de iure canonico propter rationem, de qua ſup. nu. 39. verſ. ratio. ſed etiam de iure ciuili l. fin. in fine, C. de iniur.

iniur. Cyn. in l. 1. in fine, C. de ſent. & interl. omn. iud. & eſſe ſpeciale, vt in caſu dictę l. fin. dominus ex proceſſu procuratoris efficiatur infamis, ſcribit Bal. in dicta l. 1. num. 11. in fine, verſ. ſed contra.

Hæc extenſio licet ſit vera etiam de iure ciuili, vt dixi, tamen non eſt vera per modum ſpecialitatis, vt videntur dixiſſe Doct. & apertè Bal. ſed eſt vera, vti comprehenſa inter cauſas criminales, de quibus ſup. n. 42. & 44.

58 Extende ſexto ſecundum meam opinionē, ſingularem tamen, vt etiam in actione famoſa, non ſolum poſſit, ſed debeat condemnari dominus, & conſequenter nunquam procurator, ſed ſemper dominus erit infamis, & moueor ex his, quæ ſcripſi ſupra num. 52. verſ. contra hanc.

59 Non obſtāt, quæ pro cautela euitādæ infamiæ ſcribunt Doct. vt retuli ſup. n. 25. & ſeqq.

Quia reſpondeo, quòd licèt ius ciuile excogitauerit iſtam ſubtilitatem euitandi infamiam, ptout etiam excogitauit ſubtilitatem annullandi ſententiam, latam contra dominum, vt dixi ſupra num. 27. & 28. tamen ius canonicum, ſicut neglexit iſtam ſubtilitatem annullandi ſententiam, ita etiam dicendum eſt, quòd negligat iſtam, cum contra vtramque ſubtilitatem militent ea, quæ de iure canonico adduximus ſupra num. 38. & ſeqq.

60 † nam ſi ius ciuile, quod vtitur hac ſubtilitate, eam reſtringit ad euitandam infamiam iuris, & non ad euitandam infamiam facti, quia condemnatus eam incurrit etiam de iure ciuili apud graues viros, quamuis cōdemnetur ſolus procurator, l. 2. ff. de obſeq. à lib. & libert. &c. & refert & ſequitur Andr. Gail. in pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 102. ſub num. 7. & ſimiliter ſi ius ciuile non propterea prohibet, quin ſententia ferri poſſit etiam in perſonam domini arbitrio iudicis, & ſic fieri etiam infamis infamia iuris, vt ſcribunt Gail. d. nu. 7. in fine, & lib. 1. obſeru. 111. nu. 3. & Myſin. in ſingul. obſetu. cent. 6. obſeru. 71. num. 3. quod ego credo veriſſimum, quia lex non imponit neceſſitatem iudici, vt condemnet procuratorem; ſiquidem cautela, & conſilium non obligant: ergo ſi ius ciuile cautelam iſtam reprobat in parte, & ideo eſt fragilis cautela, ius canonicum reprobat in totum, quia ius canonicum non ſequitur iſtas ſubtilitates, ſed ſequitur iuſtitiam, quæ fundatur in re, & nō iuſtitiā, quæ fundatur in modo concipiendi verba, & ſuper ſubtili hominis inuentione, cum iſta ſit iuſtitia ficta, & illa vera.

61 Extende ſeptimo, vt ſententia ſicut poteſt concipi in perſonam domini, qui eſt reus, ita etiam poſſit concipi in perſonam domini, qui eſt actor propter eaſdem rationes, quas adduxi ſupra nu. 39. verſ. ratio.

62 Quamuis de iure ciuili ſicut eſſet concipienda in perſonam non domini rei conuenti, ſed in perſonam eius procuratoris, vt dixi ſupra nu. 22. & ſeqq. ita etiam eſſet concipienda non in perſonam domini actoris, ſed in perſonam procuratoris ipſius, Bar. in l. 1. nu. 11. verſ. quæro quid ſit. C. de ſent. & interl. om. iud. propter eandem rationem, quam adduximus ſupra nu. 23. verſ. ratio huius opin.

63 Subextende hanc extenſionem, vt maxime procedat quoad verba executiua, quia illa verba ſunt referenda ſemper ad dominum, non ſolum de iure canonico, de quo nunc loquimur, ſed etiam de iure ciuili; & proinde ſi iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis condemnaremus Titium, diceremus (condemno Titium tali procuratori actoris ad dandum, & ſoluendum centum petita ipſi domino) & non procuratori, niſi haberet ad hoc ſpeciale mandatum, & idem eſſet ſeruandum in ſententia, quam quis agendo obtineret, tanquam coniuncta perſona, quia verba condemnatoria conciperentur erga dictam perſonam coniunctam, ſed executoria erga dominum, cum coniuncta perſona non habeat facultatem recipiēdi ſolutionem, Bar. in dicta l. 1. ſub num. 11. verſ. quæro quid ſit. ibi, aduerte quòd. C. de ſent. & interl. omn. iud. & latius Abb. in cap. 24. querelam. num. 10. verſus finem, & num. 11. de elect.

64 Quomodo coniuncta perſona, & amicus admittantur ad agendum, & defendendum, & quando debeant ſatiſdare, & quando non admittantur, ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 101. nu. 48. & ſeqq. q. 7.

65 Infertur ex hac ſubextenſione, quod procurator actoris debet formare libellum, petendo condemnari reum ſibi procuratorio nomine ad dandum, & ſoluendum domino, & non ſibi, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum, Bar. eod. num. 11. in fine.

66 Extende octauo, vt hæc concluſio iuris canonici, poſita ſupra ſub num. 38. verſ. ſi loquimur. procedat tàm in procuratore, quàm in ſyndico, vt ex Gloſ. ſecutus ſum ibidem.

67 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam de iure ciuili, quia licet litigium agitetur per ſyndicum, tamen ſententia, cuius verba referuntur ad ipſam Eccleſiam, eſt

Digitized by Google

valida, nec in hoc eſt diſcordia inter ius canonicum, & ius ciuile, Bar. in ead. l. 1. in fine, ſub nu. 13. C. de ſent. & interl. omn. iud. & Abb. in cap. 24. querelam. n. 11. in fine, de elect. vbi addit ratione, quia generalis adminiſtrator poteſt in contractu concipere verba in perſonam domini, cum poſſit illi directè acquirere, ex quo habet legitimam perſonam; ergo, inquit, idem dicendum in iudicio, vbi quaſi contrahitur, vt diximus etiam nos ſupra num. 23. & 24. verſ. ratio huius opinionis.

68 Extende nonò, vt procedat in tutore, curatore, & quolibet alio legitimo adminiſtratore tàm vniuerſitatis, quàm particularium, & procedat tàm de iure canonico, quàm de iure ciuili, quia ſicut iſti poſſunt, contrahendo, cōcipere verba contractus in perſonam domini, quia illis directè acquirunt, ita etiam ſententiæ verba poſſunt concipi in perſonam domini, quia in iudicio quaſi contrahitur, & proinde non refert in cuius perſonam concipiantur verba ſententiæ, Bar. in d. l. 1. nu. 13. verſ. quæro quid in tutore. C. de ſenten. & interl. omn. iud. Abb. in d. cap. 24. querelam. nu. 11. in fine, iuncto eo, quod ſuperius ſcripſit ibidē num. 10. verſus finem, ibi, his præmiſſis. de elect.

69 Extende decimò, vt ea omnia, quæ, loquēdo tàm de iure ciuili, quàm de iure canonico, diximus in procuratore, habeant locum etiam in quolibet defenſore ſine mādato, ſciente tamen domino, & patiente, ſuam cauſam defendi per alium, quia ſtante ſcientia, & patientia, præſumitur, quòd defenſor habeat mādatum, vel dominus, patiendo, videtur illi mandatum dare, Bar. in l. 1. ſub n. 12. ibi, quandoq; vero venit. C. de ſenten. & interl. omn. iud. & Abb. in dicto cap. querelam. nu. 10. verſus finem, de elect.

70 Secus eſt, ſi dominus ignoraret defenſionē, quia tunc ceſſat omnis præſumptio mandati, & ceſſat etiam mandatum tacitum, & propterea defenſor ille tàm de iure canonico, quàm de iure ciuili, data ſuccumbentia, eſſet nomine principalis abſentis, quem defendit, condemnandus ſub hac forma (cōdemnamus talem defenſorē nomine talis abſentis) & executio condemnationis fieri debet contra ipſum defenſorem, quia quilibet etiam ſine mādato admittitur ad defendendum alium, præſtita cautione de ſoluendo iudicatum, Bar. & Abb. in locis ſupra proximè citatis.

71 Extende vndecimò, vt quemadmodum de iure canonico non refert, an ſententia feratur in perſona procuratoris, vel domini, ita etiam non refert quis eorum ſit citatus ad ſententiam, vt ſcripſi ſupra num. 30. verſ. infertur.

72 Cæterum ſi vis videre, an, & quomodo principalis, vel procurator, vel vterque ſit citandus in toto proceſſu, vide quæ copiosè ſcripſi lib. proxime præcedenti cap. 8. nu. 664. & ſeqq. & num. 672. vſque ad num. 698. excluſiuè.

73 Si loquimur de conſuetudine, concludo breuiter, quòd ſententia concipitur indiſtinctè in perſonam principalium, & ſic in perſonā actoris, & in perſonā rei, omiſſa penitus ſubtilitate iuris ciuilis, & neglecta omni diſputatione, & præſertim in Camera Imperiali vbi cauſæ non aliter agitantur, quā per procuratores, & tamen ſentētiæ cōcipiuntur in perſonā domini indiſtinctè, ſiue dominus nunquā fuerit præſens in iudicio, ſiue cōparuerit initio, litemq. ſit conteſtatus, vt teſtantur Andr. Gail. in pract. obſer. lib. 1. obſeru. 111. ſub num. 2. & Myſin. cent. 6. obſeru. 11. num. 2. & ſeruatur etiam de ſtylo Curiarum Franciæ, quia ſententia ſolet ferri in dominum, & non in procuratorem, Rebuff. ad conſtitut. gallic. tit. de ſentent. art. vlt. gloſ. vna, num. 11. in fine, verſ. & ſic. fol. 434. tom. 3. & etiam in Ciuitate Florentię, vbi, ferendo ſententiam pro actore contra reum, dicunt (pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, petita, expoſita, & narrata per N. contra N. vera fuiſſe, & eſſe, & fieri debere, & poſſe de iure, & ſecundum formam ſtatutorū, & ordinamentorum Communis Florentiæ & ſucceſſiue condemnamus dictum N. &c.) & ſic condemnatur pncipalis, quia libellus cōcipitur contra principalem, & non cōtra procuratorem, & in Curia Rom. hanc cōſuetudinem condēnandi reum principalem, & nō eius procuratorē videmus ſeruari paſſim. Vel ſaltem ſeruatur diſpoſitio iuris canonici, vt nihil referat in cuius perſona feratur, vt teſtantur ij, quos citaui ſupra ſub num. 38. verſ. ſi loquimur. & quòd ita ſeruetur de ſtylo Parlamenti Curiæ Delphinatus, teſtatur Guid. Pap. deciſ. 86. procurator. num. 1. in vltimis verbis, & deciſ. 331. debet de iure ſub num. 1.

74 Hucuſque dum late examinauimus, an ſententia ferri debeat in perſonam procuratoris, vel in perſonam domini, ſuppoſuimus ſemper principalem, ideſt, dominum eſſe viuum: ſupereſt nunc difficultas, contra quem ferri debeat, quando dominus eſt mortuus.

Pro

Pro pleniori reſolutione tres erunt breuiter firmandæ concluſiones.

Primò igitur concludendum eſt, quod ſententia non poteſt ferri contra dominum mortuũ, quia eſſet ipſo iure nulla, l. 59. in ſumma. §. fin. & ibi Bat. ff. de re iud. & l. 2. paulus. ff. quæ ſent. ſin. appel. reſcin. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in verbo, & demum fertur ſententia. num. 107. fol. 445. Caputaq. deciſ. 140. ſeu. 7. ſententia contra. par. 3. Vinc. de Franch. deciſ. 245. lata fuit. nu. 2. 6. & 7. Surd. conſ. 99. ſententia. num. 11. lib. 1. & hanc concluſionem admittunt omnes.

75 Extende primò hanc concluſionem, vt ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, quia mortuus non eſt ſuppoſitus alicuius iuriſdictioni, & contra eum nemo viuẽs poteſt iuriſdictionem exercere, Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. iuriſd. nu. 106. tom. 4. fol. 389. & Surd. conſ. 99. ſententia. in fine, num. 46. lib. 1.

Extende ſecundò, vt ſicut ſententia non valet contra mortuum, ita etiam non valeat pro mortuo, quia nihil eſt, quod poſſit in eius perſona fundari, Bar. in d. l. in ſumma. in fine, & Alex. ſimiliter in fine, ff. de re iud. Rebuff. ad conſtit. gallic. tit. de ſenten. art. vlt. gloſ. vna, num. 13. fol. 435. tom. 3. Maran. in dicto verbo, & demum fertur ſententia. ſub num. 107. fol. 445. Caputaq. vbi ſupra, Vinc. de Franch. d. deciſ. 245. nu. 4. & Surd. d. conſ. 99. num. 12.

76 Extende tertiò, vt procedat ſiue iudex ſciuerit, ſiue ignorauerit mortem litigantis, Surd. d. conſ. 99. ſententia. num. 14. lib. 1. imò etiam ſi aduerſarius, & iudex ignoraſſent mortem, quia adhuc ſententia eſſet nulla, Vinc. de Franch. d. deciſ. 245. num. 3. & Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defec. inhabil. ſeu mand. &c. nu. 176. fol. 406. tom. 4. qui loquitur in fortioribus terminis, vt ſecutus ſum infra num. 91.

77 Non obſtat huic extẽſioni, quòd Guid. Pap. deciſ. 86. procurator. num. 2. in fine, & Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 9. num. 4. dicant, quòd ſi iudici, vt iudici, non conſtat ex actis de morte, ſententia valet: quia reſpondeo, quòd ipſi hoc non probant, & nihil allegant quod faciat, & Guid. Pap. apertè loquitur ſolum de obſeruantia illius Curiæ.

78 Extende quartò, vt procedat etiam ſtante ſtatuto, quòd poſſit procedi ad deciſionẽ cauſarum, omiſſis ſolemnitatibus iudiciarijs, dummodo alias debito modo liqueat ſuper negocio principali; quia adhuc ſententia eſſet nulla, cùm poſſint omitti ſolemnitates requiſitæ de iure poſitiuo, ſed non ſolemnitas de iure naturali, qualis eſt iſta, vt interueniant actor & reus, Vinc. de Franch. d. deciſ. 245. num. 5. in fine, & num. 6. & 7.

79 Extende quintò, vt præcipuè non poſſit cõdemnari in cauſis criminalibus, quia, mortuo delinquente, extinguitur crimen, & conſequenter omnis actio, ſiue intentanda, ſiue intentata, ita vt poſtea nullus accuſari, aut puniri poſſit, C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer. quia mors omnia ſoluit, §. deinceps. Auth. de nupt. & l. 6. defuncto. ff. de publ. iudic. Franc. Marc. deciſ. 758. accuſatore obdormiente. num. 5. & deciſ. 777. ſententia delicti. num. 2. Rebuff. ad conſtit. gallic. tract. de ſent. art. vlt. gl. vna, num. 3. fol. 434. tom. 3. & Pegn. ad Eymer. direct. par. 3. comment. 92. verſ. quantum ad primum. & ratio etiam eſt quia poſt mortem quis à ſolo Deo damnatur, Franc. Marc. d. deciſ. 777. num. 2.

80 Subextende primò hanc extenſionem, vt mortuus non ſolùm non poſſit condemnari, ſed neque poſſet fieri executio pœnæ afflictiuæ, quamuis ad eam fuerit ritè condemnatus ante mortem, quia pœna afflictiua percipitur ſenſu, & mortuus non ſentit: vnde non deber in eius perſona fieri executio decapitationis, ſeu ſuſpendij, Bal. in l. 1. n. 2. verſ. prima igitur. C. ex delict. defunct. &c. & aſſeſſor, qui mortuum faceret ſuſpendi, poſſet puniri de iniuria, Alex. in 2. addit. ad Bar. in l. 6. defuncto. ſub nu. 2. ff. de publ. iudic. & Frãc. Marc. deciſ. 777. ſententia delicti. num. 2.

Quamuis aliqui iudices faciant contrarium, eo, quod, cum condemnatus ſit factus ſeruus pœnæ, corpus eſt fiſci.

Subextẽde ſecũdo, vt, mortuo reo criminis, extinguatur delictum non ſolũ ratione pœnæ corporis afflictiuæ, vt dixi in præcedenti ſubextenſione, ſed extinguatur etiam ratione confiſcationis bonorum, Gomeſ. var. reſolut. tit. de delict. cap. 1. num. 78. & 82. &, citatis Bar. & Ang. ſequitur Curt. Sen. conſ. 59. & ex eo Pariſ. conſ. 155. vbi eſt caſus. ſub nu. 7. & 8. lib. 4. & ex vtroque Surd. conſ. 99. ſententia. nu. 15. lib. 1. qui loquuntur etiam in fortioribus terminis, quando bona ex forma ſtatuti confiſcarentur ipſo iure, Surd. tamen hoc non ponit pro conſtanti.

Sed tu de hac ſubextenſione vide Gomeſ. d. cap. 1. nu. 82. verſ. adde tamen. qui eam declarat eſſe veram quando delinquens moritur ante prolationem ſententiæ, &c.

Subextende tertiò, vt procedat etiam ſi pro delicto eſſet impoſita pœna pecuniaria, ſeu amiſſionis bonorum ipſo iure, & facto, & delictum eſſet ante mortem probatum, quia adhuc requiritur ſententia declaratoria ante mortem, & poſtea ferri non poteſt, Surd. conſ.425.tres. num.23. lib.3.

Contrariam opinionem tenet Gomeſ. var. reſolut.tit.de delict.cap.1. ſub num. 80. in 6. caſ.Farinac. & alij citati ab eodem Surd.dict. conſ.425. num. 22.

Ego nihil firmo, vide Surd. n.23.vbi multipliciter pōderat quomodo loquantur Doct.

81 Reſtringe primò eandē extēſionē in caſibus, de quibus remiſſiuè Franc. Marc. deciſ. 777. ſententia delicti.num.1. Rebuff. in loco ſupra proximè citato, nempe in crimine hæreſis,& læſæ maieſtatis, quia in iſtis criminibus ſpeciale eſt, vt morte non extinguantur, Eymer. d.par.3.quæſt.43.& Pegn. ibidem dict. comment. 92. verſ. in crimine. & ſeqq. & verſ. fidem catholicam. vbi ponit formam ſententiæ,latæ contra memoriam Ioannis VViclefſ. & propterea eſſe comburendam mortui ſtatuam diximus ſupra lib.1.cap.98.ſub nu.4. verſ. ſi eſt ſola, Sed quanto tempore præſcribatur facultati accuſandi de iſtis, & alijs delictis, de quibus poteſt quis accuſari poſt mortem, vide Gomeſ. var. reſolut. de delict. cap.1. num.81.

82 Reſtringe ſecundò generaliter, vt quamuis reus accuſatus liberetur per mortem quoad perſonam, tamen hæres pro ſuo intereſſe, & pro purganda infamia defuncti poteſt petere, quod declaretur, defunctum non commiſiſſe delictum l.31.filio.§.ſeia teſtamēto. ff.de adimen. leg. Bal.in l. 1. num.4. verſ. modo dubitatur. C. ex delict. defunct. &c. Alex.in 1.addit. ad Bar. in l. 20. ex iudiciorum.ff.de accuſ.quos citat, & ſequitur Franc. Marc. deciſ. 757. accuſatio an ad hæredes. num.2.& deciſ.777. ſententia delicti.num. 4.

83 Reſtringe tertio, vt è conuerſo non procedat quoad intereſſe ciuile burſale, quod patitur offenſus,ſeu læſus, quia licet offenſor ſit mortuus poſt accuſationem, imò & ante accuſationem, tamen tam offenſus, quàm eius hæres poteſt ciuiliter agere pro illo intereſſe contra hæredem offenſoris; quare ſi defunctus commiſiſſet furtum, & eius hæreditas facta eſſet locupletior, ſaltem quia fur,dum conſumpſit rem furtiuam, conſeruauit ſuam, quam conſumpſiſſet, hæres furis,defuncti ante condemnationem,& etiam ante accuſationem, tenetur, quia non debet quis ex alieno maleficio locupletari, Bal.in dict.l. 1. initio, & ſub num. 1. verſ. inſolidum. C. ex del. defunct.&c.

Sed quia hæc reſtrictio habet materiam amplam, vide quæ de ea copioſè ſcripſerunt Io.Fab.& Aret.in §.non autem omnes. Inſtit. de perpet.& temp.action.& Franc. Marc. deciſ.758. accuſatore obdormiente. ſub nu.3.& ſeqq.& deciſ.759.& ſeqq. vſq; ad deciſ.768.

84 Cæterum de materia eiuſdem quintæ extēſionis, an poſt mortem poſſit fieri declaratio delicti,ita vt ea,quę applicantur corpori,poſſint exerceri etiam poſt mortem, ſecus quoad ea, quæ applicantur animæ, vide eos, quos allegat Franc.Marc. deciſ. 777.ſententia delicti.ſub num.4. & 5.

85 Limita primò eandem concluſionem poſitam ſupra nu.74. vt non procedat in caſu, de quo in l. 30. cum quaſi. ff. de fideicom. liber. nempe fauore libertatis,Bar. & Alex. in l.59. in ſumma.vterque in fine,ff. de re iud.Rebuff. d.gl. vna, num. 2.& ſub num.13. fol.435. & Surd.conſ.99.ſententia. num.13.lib.1.

86 Limita ſecundò,vt non procedat in Regno Franciæ in cauſis ciuilibus, quia ſententia, lata contra mortuum, non eſt nulla, ſed valida, dummodo proceſſus fuerit factus contra viuum vſque ad ſententiam excluſiue, ideoq. hæredes illius poterunt appellare, & ſi fuerit male iudicatum contra mortuum, ſententia reuocabitur, ſecus eſt ſi proceſſus inchoaretur, aut perficeretur contra mortuum, quia non poſſet,Rebuff. dicto tit.de ſenten. art.vlt. gl.vna, num. 1.& num. 4. & num. 23. in quarto caſu, fol. 433. & 435. tom. 3.

87 Amplia hanc limitationem, vt in Regno Franciæ ſicut ſententia lata contra mortuum valet, ita etiam valeat lata pro mortuo, Rebuff. dicta gloſ. vna,in fine, num. 25.fol.436.

88 Secundo loco eſt concludendum, quod mandatum, mortuo mandante, re integra,expirat, l. 15.mandatum. & ibi Doct.C. mand. Rebuff.ad conſtit.gallic. tit.de ſenten. art.vlt.gl.vna, num.7. tom.3.fol. 434. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defec. inhabil. ſeu mand. num. 170. fol. 405. tom. 4. & eſt concluſio communis, & ſatis trita.

89 Ratio eſt, quia mandatum, quod confertur in vita, & ſuſtinetur à conferentis voluntate,eiuſdem morte finitur, Bal. in dicta l. mandatum. ſub num. 1. verſ. reſpondeo. in fine, & num.5.verſ.quarto opp.ſeu eius morte cenſetur reuocatum,clem.vlt.de procur.

Infero

90 Infero ex hac cōcluſione in propoſito noſtro, quòd, mortuo mandante re integra, non poteſt contra eum ferri ſententia, quia ſententia, quæ ſit valida, non poteſt ferri contra mortuum, tùm quia ferretur ſine defenſione; tùm quia mors omnia ſoluit, vt dixi in præcedenti concluſione, neque poteſt ferri contra procuratorem, quia ex quò res eſt integra, non eſt effectus dominus litis, vel mandatum cenſetur reuocatum.

91 Amplia hanc illationem, vt procedat ſiue iudex, & pars ſciuerint, ſiue ignorauerint mortem mandantis, Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. inhabil. ſeu mand. &c. num. 176. tom. 4. fol. 406.

92 Subinfero ex hac illatione ita ampliata, quòd iſto caſu cauſa eſt agitanda contra hæredem, ſi apparet, alias contra curatorem dandum hæreditati iacenti; & cum iſtis ferenda eſt ſententia, vt ſit valida.

93 Tertio loco concludendum eſt, quòd ex oppoſito mandatum per mortem mandantis non expirat, re non integra, l. 23. nulla. & ibi Bar. Bal. Salyc. Alex. & Iaſ. initio, Paul. de Caſtr. in l. præcedenti, procuratoribus. ſub num. 1. in ſecundo effectu, C. de procur. Guid. Pap. deciſ. 119. iure canonico. ſub num. 1. Rebuff. ad conſtit. gallic. tit. de ſenten. art. vlt. gl. vna, num. 8. tom. 3. fol. 434. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in verbo, & demum fertur ſententia. ſub num. 108. fol. 446. & Surd. conſ. 99. ſententia. ſub num. 21. verſ. non obſtat. lib. 1.

94 Infero ex hac concluſione, quòd licet ſententia ferri non poſſit contra perſonam domini, etiam inſpecto iure canonico, quia ſententia, lata contra mortuum, eſt nulla ipſo iure, vt dixi ſupra ſub num. 74. in prima concluſione; tamen ferri poteſt in perſonam procuratoris, quia is eſt effectus dominus litis, Guid. Pap. deciſ. 119. iure canonico. ſub n. 1. & 2. Andr. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 109. nu. 7. Surd. d. conſ. 99. ſub n. 21. verſ. non obſtat. lib. 1. & ſatis aperte ſentiunt Bar. Bal. Salyc. Alex. & Iaſ. citati num. ſeq. dum quærunt de forma ſententiæ, ferendæ contra procuratorem, etenim ſupponunt, poſſe contra eum ferri.

95 . Aduerte circa hanc illationem, quia de modo, & verbis, quibus concipi debeat hæc ſententia contra procuratorem variè locuti ſunt Doct. nam Bar. in dicta l. nulla. in fine, C. de procur. mouet difficultatem, qualiter formanda ſint verba ſententię in procuratorē, quia ſi condemnetur procuratorio nomine domini, ſententia, inquit, videtur nulla, cum dominus iam ſit mortuus, & ideo relinquit cogitandū, Bal. ibidem, in fine, nu. 5. dicit, ſententiā formandā eſſe, tanquā contra procuratorem hęreditatis, vel hęredis, Paul. de Caſtr. in l. pręced. procuratoribus. in fine, ſub num. 5. C. eod. reprehendit eum, dicens, quòd non poteſt cōdemnari, tanquā procurator hęreditatis, quia hęreditas iacens nō habet procuratorē, ſed datur ei curator, neque poteſt condēnari, tāquam procurator hęredis, quia nō fuit conſtitutus ab eo, & ad eum non tranſit conſtitutio facta, Salyc. in dicta l. nulla. ſub num. 2. in fine, putat, quod ſufficeret, eum condemnari procuratorio nomine quōdam talis, Fulgoſ. tenet, quòd poſſit condemnari ſimpliciter, vel tanquam procurator quondam talis, vel nunc hęredum, quia mandatum, re non integra, non extinguitur morte, & ſic tranſit ad hęredes, Bal. in l. edita. num. 39. verſ. ſed quid ſi eſt mortuus. C. de eden. in prima repetitione dicit, quòd poteſt condemnari procurator olim Titij iam defuncti procuratorio nomine eorum, ad quos pęrtinet, Alex. in dicta l. nulla. in fine, dicit, tutiorem videri hanc practicam, vt dicatur (condemno talem procuratorem talis defuncti procuratorio nomine eorū, ad quos res pertinet) & inquit, dici etiam poſſet, procuratorio nomine hæredum, ſi hæreditas eſſet adita, quia mandatum tranſit ad hęredes, & demum putat, poſſe ſuſtineri, quòd valeat ſententia, etiam ſi ſimpliciter condemnetur tanquam procurator Titij, Iaſ. ibidem, in fine, ſub num. 4. miratur de Bar. & cæteris dubitantibus, cum text. in dicta l. nulla. ſit clarus, quòd ſententia poteſt ferri in procuratorem, Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in verbo, & demum fertur ſententia. ſub num. 108. fol. 446. ſequitur formulam, quam nos ex Bal. & Alex. retulimus hic ſup. Surd. dicto conſ. 99. nu. 21. verſus finem, & nu. ſeqq. ſequutus Bartolum vbi ſupra, dicit, ſententiam, latam contra procuratorem nomine procuratorio, eſſe nullam, & firmat contra Alexandrum, qui, vt ſupra retuli, tenet, ſententiam poſſe ſuſtineri, & mouetur Surd. quia idem eſt condemnare Titium mortuum, vel condemnare eius procuratorem nomine procuratorio ipſius Titij, quia procurator reprę̄ſentat perſonam domini, imo reputatur illius perſona.

96 Ego cenſeo, totam iſtam controuerſiam de modo, & forma concipiendi ſententiam

eſſe ſuperſtitioſam, quia ſatis eſt, quòd poſſit condemnari: quomodocunque autem condemnetur, ſententia erit valida, quia certum eſt, quòd condemnationis effectus, quem reſpicere debemus, ſpectat ad hæreditatem, vel ad eos, ad quos ſpectat hæreditas.

97 Declara eandem concluſionem, vt res non dicatur integra, & ideo non expiret mandatũ, neque poſſit reuocari, quãdo procurator conteſtatus eſt litẽ, l. 23. nulla. & ibi Bar. Bal. Salyc. Alex. & Iaſ. C. de procur. Surd. conſ. 99. ſententia. ſub num. 21. verſ. non obſtat. lib. 1. & communiter omnes in diuerſis locis, vt patet ex his, quæ ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 101. ſub num. 42. limit. 2. Dicitur etiam res non integra, etiam ſi procurator litem non ſit conteſtatus, & dominus ante conteſtationem ſit defunctus, dummodo dominus ante promiſerit, procuratore præſente, ſoluere iudicatum pro procuratore, l. 15. ſi defunctus. ff. de procur. Myſing. in ſing. obſeru. cent. 2. obſer. 84. ſub num. 1. & ſeqq. quia tunc videtur adeſſe hinc inde obligatio, Bal. in l. 15. mandatum. ſub num. 2. verſ. ſed contra. C. mand. & quando res non dicatur integra, ſcribit Bal. ibidem, num. 15. verſ. ſecundo quæritur.

98 Reſtringe eandem tertiam concluſionem, vt procedat in prophanis, quia in iſtis morte mandantis non extinguitur mandatum, re non integra, & ita loquuntur ea omnia, quæ diximus in hac concluſione.

Secus eſt in beneficialibus, quia in iſtis extinguitur, ſiue res ſit integra, ſiue non integra, clem. vlt. & ibi Canoniſtæ, de procur. Bal. in l. 15. mandatum. num. 11. verſ. nunc venio. & Salyc. ſub num. 1. C. mand. Guid. Pap. deciſ. 119. iure canonico. num. 1. Iaſ. in l. 23. nulla. ſub num. 3. verſ. limita. C. de procur. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defec. inhabil. ſeu mand. num. 171. 173. & 174. fol. 405. tom. 4.

99 Ratio huius reſtrictionis in ſecunda parte eſt, quia licet Eccleſia non moriatur, & iſte procurator videatur in effectu procurator eccleſiæ, & conſequenter in eo nõ videatur conſiderãda extinctio, ſeu reuocatio mandati per mortẽ beneficiati conſtituentis, ſiue res ſit integra, ſiue non; tamẽ videtur conſiderãda adhuc mors beneficiati conſtituentis, quia is in procuratorem eligit eum, quem vult, & de quo confidit, & cuius habet notitiam; vnde ſatis eſt, quod huius procuratoris poteſtas duret, quandiu viuit beneficiatus, qui eum conſtituit, & non poſtea, cum ipſe beneficiatus in beneficio, hæredẽ non habeat, quia in beneficialibus, non eſt dare ſucceſſionem hæreditariam, & æquum, & iuſtum eſt, quod ſucceſſor in beneficio conſtituat procuratorem ſibi notum, & de quo confidit, & ipſius beneficiati conſtituentis, cum in beneficio hæredem non habeat, nihil intereſt, quod expiret mandatum, Vital. in dicta clem. vlt. ſub num. 13. & ſeqq. in ſecundo notab. de procur. vel ratio eſt, quia mandatum expirat, quando non reperitur conſtituentis hæres, in cuius perſona poſſit ſuſtineri, & repræſentari procurator, Vant. dicta rubr. de null. ex def. inhabil. ſeu mand. &c. num. 173. fol. 405.

100 Infero ex hac reſtrictione, iuridicã eſſe practicam Curiç Romanç, vt, altero ex collitigantibus ſuper titulo beneficij, moriente, decernatur proceſſus per audientiam publicam contradictarum abſque eo, quod citetur procurator mortui, licet ipſe procurator cauſam agitauerit, Vant. vbi ſupra. num. 172.

101 Extende primo hanc reſtrictionem, vt procedat non ſolum in beneficialibus, ſed etiam in alijs, ſi quæ ſunt, in quibus conſtituens procuratorem non poteſt habere hæredem; ita generaliter loquitur Vant. dicta rubr. de nullit. ex def. inhabil. ſeu mand. &c. num. 171. 173. & 174. & ita in his militat eadem ratio.

102 Contra hanc extenſionem, quod enim, re non integra, non expiret poteſtas ſyndici, conſtituti a Prioribus, & Antianis, quamuis eorum officium non duret, ſequuntur Bal. in l. 15. mandatum. ſub num. 11. & 12. verſ. venio nunc. & Salyc. ſub. num. 1. C. mand. vbi, aſſignando rationem diuerſitatis, aiunt, quòd Rectores Eccleſiarum æquiparantur vſufructuarijs, & in hoc vſufructu fundatur mandatum; vnde extincto, inquiunt, vſufructu, expirat mandatum: ſed adminiſtratores, inquiunt, Ciuitatum non faciunt procuratorem, vel ſyndicum reſpectu alicuius vſusfructus.

103 Extende ſecũdo, vt dũ dicimus, quòd mãdatũ expirat morte mandantis, intelligatur non ſolum de morte naturali, vt loquũtur omnia, quæ allegauimus, ſed etiã de morte ciuili, puta, quia beneficiatus, qui conſtituit procuratorem, ſit depoſitus, ſeu renunciauerit beneficium, vel ſit tranſlatus, Zenzel. in dicta clem. vlt. Card. Zabarel. num. 13. quæſt. 14. & Vital. num. 3. & 4. de procur. & alij, quos citat, & ſequitur Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defect. inhabil. ſeu mand. &c. num. 171. fol. 405. tom. 4.

Quam-

Quamuis contrarium latè tueatur Guid. Pap. deciſ. 547. an clem. ſub num. 1. & ſeqq. & num. 5. verſ. concluſiue.

104 An dicta clem. vlt. de procur. habeat æquè locum in procuratore actoris prout loquitur, ſicut in procuratore rei, vide Guid. Pap. dicta deciſ. 547. ſub num. 5. verſ. ſed quæro. & Vitall. in dicta clem. vlt. ſub num. 33. & ſeqq.

105 Diximus de ſententia ferenda, mortuo domino, remanet difficultas de ſententia ferenda mortuo procuratore, cum quo lis erat conteſtata, & de ſententia ferenda, mortuo vtroque, nempè, domino, & procuratore.

Mortuo procuratore, concludo, ſententiam poſſe ferri in perſonam domini, præſertim attento iure canonico, de quo locuti ſumus ſupra ſub num. 38. & ſeqq. & ita ſeruari in Parlamen. Curiæ Delphinatus, teſtatur Guid. Pap. deciſ. 86. procurator. ſub num. 1. & licet ipſe ampliando dicat, poſſe ferri etiam ſine citatione, tamen ego cenſeo, citationem, quæ fuiſſet facta contra procuratorem etiam viuentem, non ſufficere, ſed eſſe denuo citandum dominum, prout in addit. eiuſdem deciſ. littera B.

106 Mortuo vtroque, cenſeo, citandos eſſe hæredes, prout dicit idem Guid. Pap. ead. deciſ. 86. num. 2. & licet ipſe reſtringat hoc dictum, quando ex actis conſtat de morte; ſecus ſi ex actis non conſtat, quia tunc ſecundum eum poſſet ferri ſententia etiam contra mortuum; tamen ego teneo eſſe citandos indiſtinctè, & ideo ſententiam, quæ ferretur contra mortuum, eſſe nullam, vt dixi ſupra num. 76. & 91. & denuo ferendam eſſe aliam contra hæredes citatos, vt dixi quæſt. ſeq. num. 5. & 6.

107 Quod dico eſſe citandos hæredes, intelligitur, ſi habeat hæredes, & de eis appareat; alias dari debet curator hæreditati iacenti, prout latè explicaui in meo tract. de commerc. §. 7. gl. 6. num. 2. & ſeqq. vſque ad num. 15. excluſiuè.

108 Nunc, retrogrediens ad eaſdem ſecundam, & tertiam concluſionē, in quibus ſupra n. 88. & 93. diximus, quòd mandatum, re integra, extinguitur morte mandantis, ſecus re non integra, oppono contra eaſdem, diſtinguendo duas ſpecies mandati.

Prima ſpecies eſt, quando mandatum eſt gratuitum; & in hac ſpecie nihil oppono, neque quicquam addo his, quæ diximus.

109 Secunda ſpecies eſt, quando mandatum non eſt gratuitum, ſed eſt mercennatium, prout ſunt hodie omnia mandata, quæ acceptant cauſidici, & propterea non ſunt vocanda mandata, quia officium procuratoris debet eſſe gratuitum, l. 15. litem. & ibi Cyn. initio, Bar. ibi, nota quod officium. Iaſ. num. 2. & alij C. de procurat. ſed iſta mandata erunt locatio, & conductio, & procuratores ſunt locatores, quia locant quodāmodo operas ſuas pro certa mercede: nā mandatum debet eſſe, vt dixi, gratuitum, alias eſt nullum, & interueniente vtilitate mandatarij, puta mercede, tranſit in locationē, l. 1. in fine, ff. mand. & Gl. in l. 6. ſi remunerādi. in verbo, erit mandati. ff. de procur. quod idem dicimus in commodato, & mutuo, quia ſi nō ſint gratuita, trāſeunt in aliam ſpeciem contractus, vt ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 1. num. 70. vnde dicimus etiam, quòd merces hoſpitem mutat in cauponem, is enim mercede admittit aduenas, hoſpes gratis: & in hac ſpecie oppono, & dico, quòd mādatum non videtur expirare morte mādantis, ſiue res nō ſit integra, ſiue ſit integra; & ad ita dicendū moueor, quia iſto caſu mandatū dicitur ad vtilitatē procuratoris, & ideo morte mandantis non expirat, per ea, quę ſcribunt Innoc. in cap. in cauſis. ſub n. 4. verſ. ad hoc. de elect. & elect. pot. clare Bal. in l. id quod pauperibus. num. 36. quæſt. 24. C. de epiſc. & cler. Gabr. conſ. 83. num. 16. lib. 1. & clarius Felyn. in cap. 19. relatum. num. 3. fall. 3. de offic. & poteſt. iud. deleg. & copioſius ſcripſi in mea deciſ. .... num. 29. & ſeqq. vbi in vna camb. ven. 28. maij. 1621. multa ſcripſi de hac materia.

110 Cōfirmatur hæc oppoſitio, quia licet mandatum procuratoris ſit reuocabile, & quandocunque, etiam ſi reuocandi facultati eſſet iureiurando renunciatum, vt ex Gl. Alex. Felyn. Dec. & alijs, quia talis renunciatio eſt contra naturam mandati, quod de ſui natura eſt reuocabile, ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 101. ſub num. 42. tamen non eſt reuocabile, quando ex illo mandato eſſet quæſitum ius parti, quia id, quod continetur in mandato, eſt deductum in conuentionem, & pactum, vt ſecutus ſum ſub eod. num. 42. verſ. prædictam. hincque eſt, quod licet mandans alicui, vt ſoluat literas cambij, poſſit ab illis litteris amouere mandatarium, ſi ſit appoſitus gratia mandantis, tamen ſecus eſt, ſi ſit appoſitus gratia creditoris, vt ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. ſub num. 450. verſ. declara.

clara. & num. 451. & gl. 7. num. 80. & §.6. gl. 1. num. 70. ſed in mandato mercennario eſt quęſitum ius procuratori, quia is locauit operas ſuas pro certa mercede: ergo ſicut nõ poteſt reuocari, ita etiam morte ipſius mandantis non pręſumitur reuocatum, quia quod non poteſt fieri, non præſumitur factum.

111 His non obſtantibus, adhuc videntur ſtare concluſiones, ſupra firmatæ,& conſequenter mandatum procuratoris etiam mercennarij expirare morte mandantis,quando res eſt integra.

Ratio, qua moueor, & qua tolluntur oppoſita in contrarium,eſt, quia licet officium procuratoris debeat eſſe gratuitum,licet etiã, interueniente mercede, ſit locatio, & condu-
112 ctio, † tamen duo ſunt aduertenda. Primo eſt aduertendum, quod officium procuratoris debet eſſe gratuitum à conuentione illicita, nempe à quota litis, & à conuentione de dando aliquid in euentũ victoriæ; ſed non eſt neceſſe, quod ſit gratuitum à remuneratione licita, neque à conuentione ſalarij honeſti, l.6. ſi remunerandi. & l.7.ſalarium.ff.de procur. & explicant Cyn. in l.15.litem. C. eod. & latius Par. de Put. tract. de ſynd. rubr. de exceſsib. aduoc. num.17. tom.7. fol. 232. & paciſcentes de quota litis puniri perpetua infamia,& omni lucro,& commodo,&c. & alio tantundem de ſuo,&c.diſponunt ſtat.Vrb.lib.
113 1.cap.118.† Secundo eſt aduertendum,quod licet mandatum mercennariũ trãſeat in locationem, tamen tranſit ſine tempore, & ideo eſt locatio reſolutiua ad libitum vnius ex cõtrahentibus, ſi ſolum locationis naturam inſpiciamus; idque videmus in domino, qui conducit famulum ad ſibi ſeruiendum, ſine determinato tempore,quia tam dominus,qui conducit, quàm famulus, qui locat, poteſt quilibet eorum ad libitum diſſoluere locationem,vt videmus quotidie, imo in mandato id adeo eſt receptum, vt aſſeramus, eſſe de ſui natura reuocabile, etiam ſi eſſet renunciatum facultati reuocandi, vt dixi ſupra num. 110. & in famulis, & ſeruitoribus videmus, quod locatio, & conductio non ſolet fieri pro certo tempore, & quando etiam eſſet facta pro certo tempore,videmus quòd ſi alter vult diſcedere à contractu ante tempus, tamen
114 alter, non ſolet contradicere, † & videmus etiam in mandato,quòd licèt, facta litis conteſtatione, procurator non poſſit reuocari inuitus ſine legitima cauſa, & è conuerſo procurator, mandato ſuſcepto, non poſſit, inuito domino, renunciare mandato; tamen de conſuetudine non ſeruatur, quia dominus poteſt reuocare, & reuocat ad libitum,& procurator etiam renunciat ad libitum, quia iſte contractus,ſi in eo non maneat coniunctio animorũ, & beneuolentiæ, eſt pernicioſus; nam dominus malè tractaret famulum,qui vellet,domino inuito, ſeruire, & famulus,qui inuitus ſeruiret, non benè ſeruiret; & ſic etiam dominus non benè ſperaret de cauſa, ſi procurator non libenter exerceret mandatum, & procurator non bene ſperaret, ſi, domino inuito, patrocinaretur, quia dominus ſemper quæreretur de eius negligentia, & conſequenter, cum mandatum ſit reuocabile, morte cenſetur reuocatum: fateor quòd in puncto iuris, ſi dominus, & procurator cõueniſſent de certa mercede,& pro certo tempore,mandatum, durante toto illo tempore, non eſſet reuocabile, & addo vlterius, quòd ſi reuocatio fieret cum iniuſtitia & euidenti damno eius, qui reuocatur, eſſet ei ſatisfaciendum de emendatione damni, puta ſi Hiſpanus ex Hiſpanijs mitteret procuratorem ad Vrbem pro certa cauſa, in cuius diſcuſſione requireretur multum temporis, & poſtea Hiſpanus dominus, cum procurator peruenerit in Vrbem, illinc ad paucos dies eum ſine iuſta cauſa reuocaret, certè poſſet procurator iuſte prætendere expenſas faciendas pro reditu, & etiam pro emendatione aliarum expenſarum, quas non feciſſet.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XXVI.

SVMMARIVM.

Sententia ſi ſit nulla, an idem iudex, qui eam tulit, poſſit eam reuocare, & aliam denuo ferre, num.1. & ſeqq.

Sententiæ nullitas ſi ſit in toto proceſſu, ſententia non poteſt denuo ferri ex eiſdem actis, ſed debent fieri noua acta, num. 2. & ſeqq.

Minor ſi litigauerit ſine curatore, totus proceſſus eſt nullus, num.3.

Mortuo reo poſt litis conteſtationem, omnia acta, quæ fierent poſtea contra eum, & multo magis ipſa ſentẽtia eſſent nulla,ideoq. eſſent denuo facienda, num.5. Si tantum ſupereſſet de inſtantia cauſæ, vt poſſent denuo fieri, alias, perempta inſtantia, eſſent reno-

renouanda omnia acta à capite, num. 6.
Sententiæ nullitas ſi conſiſtat in ſola ſententia, & non in actis, iudex poteſt denuo iudicare ex eiſdem actis, n. 7. Exempla ſunt in ſententia lata die feriato, num. 8. In ſententia lata contra non citatum, num. 9. In ſententia lata ſine ſcriptis, num. 10. In ſententia lata contra dominum, quæ, attēto iureciuili, fuiſſet ferenda contra procuratorem, nu. 11. Et in ſententia lata contra mortuum, n. 12.
Sententia nulliter lata, ſi poſſit denuo ex eiſdem actis ferri, requiruntur multa. Primo noua citatio ad ſententiam, num. 13. Secundo, vt ſententia non feratur ſub illa die, qua fuit nulliter lata, num. 14. Tertio quod duret inſtantia, num. 15. Et ideo vbi ſententia feratur vltima die, non poteſt denuo ferri ex eiſdem actis, num. 16.
Inſtantia perempta, non pereunt acta probatoria, num. 17.
Inſtantia perempta, partes poſſent vnico contextu renouare omnia acta ordinatoria, &c. num. 18.
Reſtitutione in integrum petita aduerſus ſententiam, iudex non poteſt eam declarare nullam, num. 19.

1 QVAERO vigeſimoſexto, an ipſemet iudex, qui ſententiam tulit, poſſit eam, ſi eſt nulla, reuocare, & denuo aliam ferre?

Reſpondeo adhibendo tres inſpectiones principales.

Prima inſpectio eſt, quis poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ: & de iſta inſpectione ſcripſi cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 6. nu. 73. & ſeqq. num. 91. & ſeqq. & num. 109. & ſeqq.

2 Secunda inſpectio eſt, an iudex, qui cognoſcit nullitatem, poſſit eam cognoſcere ex eiſdem actis, & ex illis reformare, reuocare, & aliam ferre: & in hac inſpectione conſidero duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando defectus, ex quo ſententia eſt nulla, reſpicit vniformiter acta, ſicut ſententiam; & iſto caſu concludo, nullitatem non eſſe cognoſcēdam ex eiſdem actis, ſed ex actis, denuo reintegratis, Bar. in l. 4. ſi vt proponis. ſub num. 5. Paul. de Caſtr. ſub num. 3. ibi, ſed ſi eſſet defectus. & Salyc. ſub num. 3. ſeu 4. q. 2. C. quom. & quando iud. rurſus Bar. in. l. 1. num. 3. C. de ſenten. & interl. omn. iud. Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 3. C. de ſent. ex breu. recitan. ſunt enim illa acta vitioſa, & ideo ex eis, vti vitioſis, non poteſt iudicare, Salyc. vbi ſupra, qui teſtatur etiam de opinione, ſeu diſtinctione communi.

3 Exemplifica primo concluſionem huius caſus, quando litigatum eſt cum minore, ſine curatore, quia tunc defectus eſt in omnibus actis, & ideo omnia acta debent reintegrari, Bar. in dicta l. 4. ſi vt proponis. ſub nu. 5. C. quom. & quan. iud. & ideo omnia acta, quia fuerunt inualida, de nouo ſunt facienda, Salyc. ibidem ſub num. 3. ſeu 4. q. 2. & debet præcedere cognitio de nullitate antequam ſententietur, Bar. ibidem ſub num. 6. verſ. quandoque nullitas.

4 Extende hanc concluſionem cū ſua exemplificatione, vt procedant etiam ſi inſtantiæ tempus adhuc duraret, quia nihilominus reintegranda eſſent à capite omnia acta, & totus proceſſus, & ita ſeruatur.

5 Exemplifica ſecundo quando reus deceſſit poſt litis conteſtationē, & tamē eſt proceſſum contra ipſum mortuum vſque ad ſententiam, quia iſto caſu eſt nulla non ſolum ſententia, ſed etiam omnia acta, facta poſt illius mortem, & conſequenter hæc omnia acta à die, qua eſt mortuus, debent reſcribi, ſeu recenſeri, Bar. in dicta l. ſi vt proponis. ſub num. 5. verſ. quandoque eſt talis defectus. & ſub n. 6. verſ. quandoque nullitas. C. quom. & quan. iud. dicens, quod debet præcedere cognitio de nullitate, antequam ſententietur, & Salyc. ibidem. ſub num. 3. quæſt. 2. ibi, quandoque defectus. dicens, quod omnia acta à die, quo mortuus eſt, ſunt nulla, & ideo ſunt de nouo inchoanda.

Ratio huius exemplificationis eſt euidens; quia valet argumentum de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendic.

6 Declara iſtam exemplificationem, vt procedat quando de eadem inſtantia ſupereſſet tantum temporis, vt poſſent illa acta vitioſa renouari, & denuo fieri, quia tunc ſufficeret renouatio ſolum reſpectu illorum actorum: ſecus quando non ſupereſſet tantum de inſtantia, ſeu fortius quando iam perijſſet, quia tunc ſunt renouanda, & facienda omnia denuo, & ſic etiam illa, quæ fuerunt facta ante mortem, & quæ ideo erant valida, quia, perempta inſtantia, pereunt acta, & ſententia non debet ferri ex actis peremptis, etiam ſi in eis nullum eſſet vitium, Salyc. in dicta. l. 4. ſi vt proponis. ſub num. 3. ibi,

ego

ego iſta verba . C. quom. & quan. iud.

7 Secundus caſus eſt, quando nullitas, id eſt, defectus non eſt in actis, ſed eſt in ſola ſententia; & tunc firmemus concluſionem, ſed tamen declarandam: ſit igitur concluſio, quod iudex denuo iudicabit ex eiſdem actis, Bar. in dicta l. 4. ſi vt proponis. ſub num. 5. verſ. quandoque cauſa nullitatis. & Salyc. ſub nu. 3. ibi, exemplum litigatum eſt. & Paul. de Caſtr. ſub num. 3. ibi, dic ſecundum. C. quom. & quan. iud. & idem Caſtren. in l. 1. num. 3. C. de ſenten. ex breuic. recitan. & ita procedit quod ſcripſi ſupra quæſt. 17. num. 14. limit. 3. & ab hac concluſione non diſcrepat quod ſcribit Crauet. conſ. 140. num. 8. & conſ. 179. in cauſa. num. 7. dicens, quod iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam nullam, quando nullitas non reſpicit omnia acta, ſed ſolum reſpicit caput ſententiæ.

8 Exemplifica primo hanc concluſionē, quādo ſententia eſt lata in die feriata, & ideo eſt nulla, quia tunc ferretur alia ex eiſdem actis, Bar. & Salyc. in locis ſupra proximè citatis, & de eiuſmodi nullitate ſententiæ latæ die feriata, ſcripſi lib. proximè præced. cap. 3. num. 288. & 289.

9 Exemplifica ſecundo in ſententia lata cōtra non citatum, Salyc. in loco ſupra proximè citato, & de eiuſmodi nullitate ſententiæ ſcripſi ſupra hoc eod. cap. gl. 9. num. 36. 37. & 34. & lib. præcedentibus.

10 Exemplifica tertio in ſententia, lata ſine ſcriptis, quia poteſt denuo ferri in ſcriptis ſine alia cauſæ cognitione ex eiſdem actis, vt ſecutus ſum ſup. hoc eod. cap. gl. 12. num. 50. declar. 8.

11 Exemplifica quarto in ſententia lata contra dominum, cum, attento iure ciuili, eſſet ferenda contra procuratorem, iuxta ea, quæ ſcripſi quæſt. præcedenti, num. 4. & ſeqq. & nu. 22. & ſeqq. quia cum hęc nullitas, ſi attenderetur, reſpiceret ſolam ſententiam, poſſet denuo ex eiſdem actis ſine alia cauſæ cognitione ferri contra procuratorem, Bar. in l. 4. ſi vt proponis. ſub num. 6. verſ. quandoque nullitas ſentētiæ apparet manifeſtè. C. quom. & quan. iud. & in l. 1. num. 3. C. de ſent. & interl. omn. iud. & ſatis aperte colligitur ex textu ipſo in dicta l. 1.

12 Exemplifica quinto, quando ſententia non eſt lata contra procuratorem, ſed eſt lata contra mortuum, & ideo fuit nulla, quia tunc poteſt procedi ad expeditionē cauſæ ex eiſdem actis, & proceſſu, Vinc. de Franch. deciſ. 245. lata fuit. in fine, ſub num. 7.

13 Declara primo eandem concluſionem, eiuſq. exempla, vt requiratur noua citatio ad ſententiam.

14 Declara ſecūdo vt ſententia non ſit ferenda ſub illa met die, qua fuit lata prima ſententia nulla, ſed ſub die, qua fertur ſecunda, vt loquendo in correctione ſententiæ, cuius caſus eſſet magis dubius, ſcribit Franc. Marc. deciſ. 672. ſententia ſi corrigatur.

15 Declara tertio concluſionem, eiuſque exempla, vt procedant, ſi inſtantia adhuc duret; quia tunc poſſet ipſe, vel eius ſucceſſor denuo ferre ſententiam ex eiſdem actis; ſecus ſi inſtantia eſſet lapſa, quia tunc oportet denuo libellare, & cætera facere, quæ, perempta inſtantia, non durant, Bal. in l. 1. num. 16. verſ. deinde pondera. C. de ſentent. ex peric. recit. Salyc. in l. 4. ſi vt proponis. ſub n. 3. ſeu 4. ibi, ego iſta verba. C. quom. & quand. iud.

16 Subdeclara primo hanc declarationem in prima parte, vt poſſit procedere in locis, in quibus ſententia poteſt ferri ante vltimam diem inſtātię; ſecus eſt vbi ſententia non poſſet ferri, niſi vltima die inſtātię, vt ſeruat Curia Florentina, quia tunc omnia acta eſſent reiteranda, quia lapſa eſſet inſtantia, & ideo non poſſet ferri ex eiſdem actis.

17 Subdeclara ſecundo eandem declarationē in ſecunda parte, quando lapſa eſt inſtātia, vt renouanda ſint acta ordinatoria, non autem acta probatoria, quia illa durant, prout declarat Salyc. vbi ſup. & ita late omnia explicaui cap. ſeq. q. 15. num. 348. & ſeqq. & num. 361. & 362.

18 Subdeclara tertio in eadem ſecunda parte, vt quamuis, perempta inſtantia, ſint à capite facienda omnia acta ordinatoria, vt diximus ſupra num. 15. tamen poſſent partes vnico contextu, ſeu actu repetere omnia acta, & facta hac repetitione, poſſet iudex validam ſententiam ferre ſecundum opinionem eorum, quos citaui cap. ſeq. quæſt. 15. num. 335. & ſeqq. vbi poſui etiam praxim, & ita ſentit in terminis noſtris Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 1. verſus finem, C. de ſenten. & interl. omn. iudic.

Huius ſubdeclarationis caſus raro veniet, ſi requiratur vtriuſque partis conſenſus, quia reus, cui prodeſt peremptio inſtantiæ, non conſentiret, & ideo difficile eſſet dare caſum huius renouationis.

Moneo etiam in prędictis duobus caſibus, quod cum iudex ſententiando propalauerit animum

animum ſuum, cum voluerit poſtea denuo ſententiare, poſſet ab eo, contra quem tulerat ſententiam, allegari ſuſpectus.

19 Tertia inſpectio eſt, nunquid iudex ſicut poteſt adiri per viam nullitatis, iſque, cognita nullitate, poteſt reuocare ſententiam nullam, & validam ferre, vt hucuſque ſumus locuti, ita etiam poſſit adiri per viam restitutionis in integrum, isq. cognita nullitate, poſſit ſimul, & ſemel reſtituere in integrum, & declarare ſententiam nullam, & aliam ferre.

Concludo, quod non poteſt per viam restitutionis in integrum; & ad ita concludendum moueor, quia reſtitutio in integrum, & nullitas ſunt remedia diuerſa, quorum vnum ducit ad vnum locum, & aliud ad alium, & ideo vnum non poteſt ſeruire pro alio, nam nullitatis remedium datur aduerſus id, quod eſt nullum; remediũ vero reſtitutionis datur aduerſus id, quod eſt validum, vt multis auctoritatibus, & exemplis comprobat Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 17. art. 7. per totũ.

20 De hoc reſtitutionis remedio, & ſimilibus ſatis ſcripſi cap. ſeq. quęſt. 19. rem. 2. & ſeqq. ideo non eſt pluribus inſiſtendum.

GLOS. XIV. *Sententiamus*, &c.

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

Mulier, ſeu Minor } *qui poſſunt annullare, ſeu reſcindere ſententiam, ſeu contractum, ob non ſeruatas ſtatuti ſolemnitates, an poſſint, ſi ſententia, & contractus ſint eis vtiles, num. 1. & ſeqq.*

Mulier in Ciuitate Florentiæ ſi ſine mundualdo vere accipiat pecunias mutuo, an poſſit dicere de nullitate mutui, num. 1. & ſeqq.

Minor an poſſit ſine decreto iudicis vendere rem immobilem, quamuis ſuam conditionem faceret meliorem, & res eſſet ſterilis, num. 2.

Nullitas, inducta fauore minoris, vel mulieris, non poteſt allegari ab alio quàm ab ipſis, num. 5. & ſeqq.

Mulier quando non poſſit reſcindere contractum, niſi vere appareat ei damnoſus, num. 8.

Solutio debiti, facta mulieri ſine ſolemnitate ſtatuti, liberat ſoluentem, ſecus eſt ſi ſit facta pupillo, num. 9.

Solemnitates requiſitæ à ſtatuto, non ſunt neceſſariæ in contractu, qui fieret ex neceſſitate legis, num. 10.

Mulier contrahens ſine ſolemnitate ſtatuti licet non obligetur, tamen obligatur ſi contraxerit cum fraude, num. 11.

Minor, ſeu Mulier } *volens reſcindere contractum, debet reſtituere, quod habuit ex contractu, num. 12. Si tamen is, cui debet reſtituere, probet, datum verſum eſſe in mulieris vtilitatem, num. 13.*

Macedoniana exceptio aduerſus mutuatorem quando non detur, num. 14.

Mulier licet acceperit mutuo ſine mundualdo; tamen ſi accepit pro cauſa neceſſaria, ſeu vtili, tenetur illud reſtituere, quamuis caſu poſtea acciderit, vt ex mutuo vtilitatem non fuerit conſecuta, num. 15. & ſeqq.

1 QVAERO vigeſimoſeptimo, an mulier, minor, & ſimiles perſonæ, ſi quæ ſunt, quarum fauore, ne lædantur in iudicijs, & in contractibus, lex diſponit, ſententias, & contractus, cum eis latas, & geſtos, eſſe nullas, & nullos, poſſint indiſtincte dicere de nullitate, etiam in caſu, quo pars aduerſa vellet oſtendere, ſeu oſtenderet, ſententijs, & contractibus non fuiſſe læſas; ſed imò fuiſſe illis vtiles, ideoque contenderet, non eſſe reuocandos, aut annullandos?

Videtur dicendũ, quod iſto caſu lex nõ habeat locũ, & quod propterea ſententia, & cõtractus non ſint nulli, quare licet mulier in Ciuitate Florentiæ, contrahendo ſine mũdualdo, accipiat pecunias mutuo, & ideo iſte cõtractus mutui, omiſſa ſolemnitate mundualdi, ſit nullus, tamen eam obligari, quia gerit actum ſibi vtilem, ideoque non poſſe eam dicere de nullitate, ſcribit Socc. in l. conditionibus. num. 1. ff. de condit. & demonſtr. qui huic nititur rationi, quòd ſtatutum Florentinum, diſponens, quod mulier non poſſit contrahere ſine mundualdo, non habeat locum, quando contractus eſt vtilis mulieri.

2 Verum hoc Soccini dictum poteſt procedere quando mulier ipſa dicit, contractum eſſe ſibi vtilem, ideoque vult eum valere, quia tunc ſtatutũ prædictum de nullitate contractus ob non adhibitas ſolemnitates, non habet locũ, † ſecus autẽ eſt quãdo pars aduerſa dicit,

3 con-

contractum eſſe vtilem mulieri, & mulier contradicit, & vult non valere, quia tūc ſtatutum habet locum, imo videtur dicendum, quòd ſtatutum habeat locum indiſtinctè; & ſic etiā in caſu præcedenti, quando mulier diceret, contractum eſſe ſibi vtilem; & caſui præcedenti, & Soccini dicto videtur obſtare, quòd Bar. in l. cum ij. §. eam tranſactionem. num. 3. Paul. de Caſtr. num. 12. Iaſ. num. 2. verſ. gl. prima. ff. de tranſact. & alij, quos ſequitur Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. ſub num. 63. verſ. ſed aduertè, dixerunt, minorē non poſſe vendere rem immobilem ſine decreto, etiā ſi ſuā conditionem faceret meliorem, & requiri ſolemnitatem, etiā ſi res, quam alienat, ſit ſterilis: & quamuis iſtorum dictum ſit inter Doct. valde controuerſum, vt patet ex his, quæ ſcribunt Surd. deciſ. 278. concluſum. num. 19. & ſeqq. & ordinatè Simoncel. tract. de decr. tit. 8. num. 124. & ſeqq. tom. 6. par. 2. fol. 325. & ordinatius Tiraq. tract. de legib. connub. gl. 8. num. 56. & ſeqq. vſque ad num. 80. tamen magis communem, & veriorem opin. eſſe, quòd iſtorum dictum ſit verum, teſtantur, & ſequuntur ij, quos citant, & ſequūtur Simonc. dicto tit. 8. num. 125. & Surd. in loco ſupra

4 proximè citato. † Vlterius videtur obſtare, quia mulier, accipiens mutuo, tunc dicitur facere actum ſibi vtilem, quando accipit in cauſam neceſſariam, ſeu vtilem, ſecus ſi accipiat ſine cauſa, ſeu in malam cauſam; vnde videtur requirendus mundualdus.

5 Quare propter iſtas difficultates ego ſolitus ſum in iſto articulo, vt facilior reddatur, ad plures reſpicere concluſiones.

Prima concluſio (& hæc videtur oſtendere, huius articuli diſputationem, & conſequenter hanc ipſam communem opinionem eſſe vanam) eſt, vt nullitas, inducta fauore minoris, vel mulieris non poſſit ab alio allegari, quàm ab eo, cuius fauore eſt inducta; & hæc eſt regula firma, & ab omnibus recepta, vt patet ex his, quæ latè ſcripſi lib. proximè præced. cap. 2. num. 384. & ſeqq.

6 Qua cōcluſione firmata, fruſtra videtur quæri, an contractus ſit vtilis, vel damnoſus, quia in hoc ſtandum eſt voluntati minoris, ſeu mulieris, non obſtante, quod eorum aduerſarius vellet oſtendere, contractum eſſe illis vtilem, & iudex ita æſtimaret, Hier. Gabr. cōſ. 20. pro vera. num. 67. lib. 2. & Surd. dicta deciſ. 278. num. 22. & ſcripſi in meo tract.

7 de commerc. §. 1. q. 1. ſub num. 508. † non enim debet minor, ſeu mulier ſuper hoc lite vexari, quia lex, & iudex debent credere, & præſumere, quod mulier, ſeu minor, & illius tutor nollent reſcindere, & annullare contractum, ſi ipſis eſſet vtilis: nam quiſque bonum ſibi deſiderat: & quòd ſtetur voluntati minoris, ſeu eius tutoris, probatur ex l. 42. ſi iudex circumuento. ff. de min. 25. ann. vbi adoleſcens circumuentus, & reſtitutus in integrum aduerſus venditionem, poteſt pœnitere, & renunciare reſtitutioni impetratę, ſicq. non conſideratur vtilitas, vel inutilitas contractus, ſed ſola voluntas minoris.

8 Secunda concluſio eſt, quòd ſi ſtatutum reſpiciat non actualem læſionem contractus, ſed læſionem poſſibilem, ſeu in potentia, tunc contractus, muliere volente, eſt nullus, etiam ſi illi non ſit damnoſus, ſecus ſi reſpiceret læſionem actualem, vt late explicaui dicta q. 1. ſub num. 220. verſ. concludo.

9 Tertia concluſio eſt, vt ſi tractaretur de ſolutione debiti, facta mulieri ſine ſolemnitate ſtatuti, ſolutio adhuc liberet debitorem, qui ſoluit, dummodo conſtet, ſolutionem fuiſſe veram, & cum effectu; ſecus ſi ſit facta pupillo, ſeu minori, per ea, quæ ſcripſi eod. meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 136. & ſeqq. vbi reddidi rationem diuerſitatis.

10 Quarta concluſio eſt, vt in contractu, qui fieret ex neceſſitate legis, non ſint neceſſariæ ſolemnitates, per ea, quæ ſcripſi lib. proximè præceden. cap. 2. num. 533. & 538.

11 Quinta concluſio eſt, quod quamuis mulier contrahens, non adhibitis ſolemnitatibus ſtatuti, non obligetur, tamen obligatur, ſi contraxerit cum fraude, quia lex ſuccurrit mulieri deceptæ, non autem opitulatur mulieri decipienti, per ea, quæ ſecutus ſum dicto meo tract. de commerc. §. 7. gl. 5. num. 115. & ſub num. 159.

12 Sexta concluſio eſt, vt dato, quòd contractus, minore, ſeu muliere volente, ſit ſemper nullus, etiamſi illi eſſet vtilis, vt dicebamus ſupra ſub num. 5. & ſeqq. tamen minor, ſeu mulier volens reſcindere, ſeu annullare contractum, non poteſt retinere, quod ex contractu accepit, ſed debet illud reſtituere, alias locupletaretur cum alterius iactura, quo caſu lex non intendit fauere mulieribus, vt habetur in l. 12. aſſiduis. in fine, C. qui pot. in pign. hab. in illis verbis, *non pro lucro fouemus mulieres, ſed ne damnum patiantur, ſuiſque rebus defraudentur, curamus*, & in auth. ſi qua mulier.

mulier, C. ad ſenatuſc. vell. in illis verbis, *niſi manifeſtè probetur, quod pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ ſint.* addo fortius, quod ſi lex non iuberet hanc reſtitutionem, conſentiret, vt minor, & mulier poſſetur quodammodo furari, & conſequenter
13 eſſet quodamodo participes furti. Verum tamen eſt, quòd repetens datum, ſeu ſolutum mulieri, debet ipſe probare locupletationem, & conſequenter verſionem in vtilitatem mulieris, non autem tenetur mulier probare non verſionem, quod ſatis patet ex citata auth. ſi qua mulier.

14 Confirmatur hæc concluſio, quia licet filiofamilias mutuatario aduerſus mutuatorem detur exceptio macedoniana; tamen ſi ei mutuatum fuerit in cauſam neceſſariam, denegatur exceptio, per ea, quæ ſecutus ſum eod. meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 532. & quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 89.

15 Inferebam ex his in cauſa, coram me vertente, quòd cum cuidam mulieri fuiſſet mutuatum in cauſam vtilem, & neceſſariam ad recuperandum integram dotem, quia prior tenura erat cum mulieris damno, prout hoc fuit per rem iudicatam deciſum, inferebam, inquam, quòd mulier tenebatur ad reſtitutionem mutui, quia non debet locupletari cum alterius iactura, per ea, quæ dixi ſupra num. 12. locupletari autem dicebam, quia illas expenſas, quas fecit de pecunijs, ſibi mutuatis, fuiſſet factura de proprijs, & hoc eſt lucrari cum alterius iactura.

16 Et licet in illa cauſa diceretur, quòd illæ pecuniæ mutuatæ nullam mulieri attulerunt vtilitatem, cum lis, & tenuta, quas ſecundo loco mouit, fuerint declaratæ nullæ cum omnibus inde ſecutis.

17 Tamen reſpondebam, quod id proceſſit, non quia mutuum non fuerit in ſe vtile, & neceſſarium, ſed proceſſit, vel iniuria iudicis, vel imperitia procuratoris, de qua iniuria, ſeu imperitia non debet mutuator luere pœnas: fingamus enim, dicebam, caſum, quod mulieris, ſeu minoris domus minaretur certam ruinam, & quòd aliquis ex charitate motus pecunias pro illius reparatione gratis ei mutuaret, & fingamus etiam, architectum, ſeu cerdones fuiſſe imperitos, & ideo domum ab eis reſtauratam, cito collapſam; certè iſto caſu minor, ſeu mulier teneretur reſtituere mutuum, & dicere aliter, eſſet inhumanum; architectus autem, ſeu cerdones tenerentur emendare damnum, quod mulier ex eorum imperitia eſſet paſſa.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XXVIII.

S V M M A R I V M.

Lingua tam literaria, quàm vulgari poteſt ferri ſententia, licet regulariter ferri ſoleat litteraria, ſub num. 1. 3. & 4. Sed in cauſis fidei fertur vulgari, num. 6.

Stipulatio poteſt concipi inter loquentes diuerſis linguis num. 4.

Sententia in cauſis fidei ferri ſolet die feſtiuo, num. 7. Et in loco amplo puta in platea, vel in eccleſia, num. 8.

Sententia debet clare continere condemnationem, vel abſolutionem, num. 9.

Verba, quibus iudex condemnat, vel abſoluit, qualia eſſe debeant, & qualia ſufficiant, num. 10. & ſeqq. Cæterum ſufficit quòd ex eis clare colligatur intentio, & mens iudicis, eod. num. 10. in fine, & num. 16.

Expenſarum condemnatio, vel abſolutio an contineatur in ſententia, quæ definit negotium principale, & poſtea ſequitur (& victum victori in expenſis) vel addit (quarum taxationem nobis &c.) vel ſimpliciter (victum victori) aut (victum) vel (victum in expenſis) aut (victum victori ab expenſis) num. 18. & ſeqq. vſque ad num. 24. incluſiuè.

Sententia non vitiatur à truncato ſermone, dummodo, quod deficit in ſermone, ſubaudiatur, num. 25.

Sententia eſt ſtricti iuris, & ideo non intelligitur, niſi quatenus verba important, num. 26. Declaratur, num. 27.

Inſtrumentum an habeat executionem paratam etiam pro his, quæ non leguntur in eo, ſub num. 27.

QVAERO de lingua, & verbis, quibus ferenda eſt ſententia.

1 Prima huius queſtionis difficultas eſt, an ſententia ferri debeat lingua litteraria, puta, græca litteraria, inter Græcos, latina inter Latinos, & alios, quibus communis eſt linga latina: an verò poſſit ferri etiam lingua vulgari illius loci, in quo fertur, quamuis eo in loco ſit etiam lingua litteraria.

2 Concludo, quòd vbi ſunt hæ duæ linguæ, nempè, vulgaris, & litteraria, vt ſunt apud nos Italos, & apud Gallos, & Hiſpanos, ſententia eſt ferenda lingua litteraria, quæ eſt latina, & ita videmus ſeruari, & ratio poteſt eſſe, quia Imperatorũ leges, quibus in his locis iudicamus, ſunt latino ſermone ſcriptæ, quo etiam ſermone traduntur ſcientiæ, vnde valde conuenit, quòd ſententię ferantur eodem ſermone. † Vbi autem non eſt lingua litteraria, concludo, ſententiam ferendam eſſe in lingua illius loci.

3 Declara primo hanc concluſionem, vt nulla obligemur lege ad ferendas ſententias lingua litteraria magis, quam non litteraria, quia ſententiæ virtus non conſiſtit in genere ſermonis, ſed in rectitudine, & iuſtitia:

4 † quare ſicut diuerſitas linguæ inter ſtipulantem, & promittentem non vitiat ſtipulationem, l. 1. ff. de verb. oblig. ita etiam, & multo minus qualitas linguæ non vitiat ſententiam, & forſan non vitiaret etiam ſi lingua, in qua fertur ſententia, non

5 eſſet lingua illius loci, in quo fertur: † verum fatuus videretur iudex Romanus, ſi Romæ inter Romanos, omiſſa ſua lingua materna, ſententiam diceret lingua Belgica, aut Hiſpana, ſeu ſimili externa, conuenit enim, vt eam dicat in ſermone, qui ſit familiaris in loco, in quo iudicat, ſiue ſit ſermo litterarius, ſiue vulgaris, vt notarij, cauſidici, & partes ipſæ illam intelligant, & ne alias ſe excuſare valeant, ſi ſententiæ non pareant, aut alia omittant facere, Vant. tract. nullit. de null. ſent. ex def. proceſ. ſeu ord. &c. num. 72. fol. 416. tom. 4.

6 Declara ſecundo vt ſententia in cauſa fidei prudenter ferri ſoleat ſermone vulgari, vt intelligatur ab omnibus, tam à peritis, quam ab imperitis, & ab vniuerſa plebe, iuxta ſententiæ formulam, quam po-

7 ſui ſupra queſt. 7. num. 178. † & hac de cauſa ferri ſolet in die feſtiuo, vt dixi lib. proximè præcedenti cap. 6. num. 24. &

8 ſub num. 27. † & in loco amplo, puta in aliqua platea, Eymer. in direct. inquiſ. par. 3. in forma ferendi ſententiam contra relapſum, &c. ſub num. 200. in fine, verſ. conſiderandum. fol. 550. & Pegn. in comment. ad eum ibidem, commen. 45. verſ. verum doctiſſimus. fol. 551. & ita ſeruari in Hiſpania teſtantur Nauar. in man. cap. 5. de orat. ſub num. 41. ibi, quarto quod. & in fine dicti cap. 5. verſ. ad quartum. & Pegn. in loco ſupra proxime citato, & licet Eymer. nuncupatim dicat, ferendam eſſe ſententiam extra eccleſiam, ob rationem, quam adducit; tamen Romæ ferri ſolet in ecleſia, vt ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 98. ſub num. 4. verſ. ſi eſt ſola. & ita ſeruant alij Inquiſitores; nam in eccleſia facilius reperitur congregatio populi, præſertim in die feſtiuo, & Reip. Chriſtianæ intereſt, vt hæc ſententia tranſeat in notitiam populi, vt dixi d. lib. proxime præcedenti, cap. 6. num. 27. quapropter & hac ipſa ratione fertur, vt dixi, die feſtiuo, quamuis aliàs ferenda eſſet die iuridico, ſecundum ea, quæ ex eod. Eymer. retuli eod. cap. 6. num. 24. neque obſtat, quòd Eymer. dicat non eſſe ferendam in eccleſia, quia eius obiectioni bene ſatisfacit Nauar. dicto cap. 5. de oratione. ſub nu. 41. verſ. quoniam reuerendo. & ſeqq. vbi validas etiam adducit rationes, quibus oſtendit, poſſe ferri in eccleſia, & eum ſequitur Pegn. dicto comment. 45. verſ. verum doctiſſimus. & ego addo aliam rationem, quia valet argumentum de tempore ad locum, vt dixi ſupra gl. 7. q. 4. ſpec. 2. ſub. num. 39. ſed quando agitur de ſalute plurimorum, poteſt contra reum ferri ſententia etiam tempore feriato in honorem Dei, quia magnum tunc ſit Deo ſacrificium, vt ſecutus ſum dicto cap. 6. num. 10. & 11. ergo tunc ſententia poteſt ferri etiam in eccleſia.

9 Secunda difficultas eſt, quibus verbis concipi debeat ſententia; & concludo, ferendam eſſe verbis, quæ clare importent deciſionem controuerſię, per ea, quæ ſcripſi ſupra hac ead. gl. q. 4. num. 1. & ideo debet continere condẽnationẽ, vel abſolutionem, vt ſecutus ſũ ead. q. 4. num. 1. alias ſententia dicitur nulla, l. 3. præſes. C. de ſent. & interl. omn. iud. Spec. tit. de ſent. §. ſpecies. num. 3. & §. vt autem nu. 8. lib. 2. fol. 164. & 168. & Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. &c. n. 90. fol. 417. tom. 4.

Expli-

Digitized by Google

10 Explica primo hanc concluſionem, vt verba, quæ clare ſignificant condemnationem, vel abſolutionem, ſint verbum (condemno) & verbum (abſoluo) & alia verba æquipollentia, qualia ſunt (præcipio, pronuncio, ſtatuo, videtur, non videtur, credo, non inquietet eũ, non moleſtet eum, non impediat, Spec. tit. de ſent. §. vt autẽ. n. 8. verſ. & nota. lib. 2. fol. 168. Vanr. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. num. 93. fol. 417. tom. 4. & ſcripſi cap. ſeq. q. 4. num. 20. quia non refert quibus verbis vtatur iudex in pronunciando, dummodo ipſius intentio ex illis percipiatur, quia mens eſt attendenda, vt ex Vant. & Pac. Scal. ſequutus ſum dicta quæſt. 4. num. 21. qui loquuntur de ſententia.

11 Infero, extendendo hanc explicationem, vt eo ipſo, quod iudex declarat factum, ſuper quo dubitatur, quando pœna, vel executio ſuccedit ipſo iure, dicatur ferre ſententiam, Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. &c. num. 93. fol. 417. tom. 4.

12 Exemplifica primo hanc illationem in criminalibus, quando iudex in ſententia dicit Titium furtũ cõmiſiſſe, quia ex hoc cenſetur eum condemnaſſe ad pœnã ſtatuti pro furto, Crauet. conſ. 79. quondam. ſub num. 4. ſimiliter ſi diceret (declaramus talem hæreticum, vel reum criminis læſæ maieſtatis) quia talis ſententia incontinenti à lege, certam, & determinatam pœnam contra eiuſmodi delinquentes imponente, perficitur, Vant. vbi ſupra, Franc. Marc. deciſ. 388. ſententia diffinitiua. ſub num. 2. & late ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 98. ſub. num. 10. verſ. ſi appparet. & num. 11. præſertim in alia futura impreſſione: contra hos enim, qui ſunt condemnati ab ipſo iure, non eſt neceſſarium, quòd feratur condemnatio à iudice, ſed ſufficit, quod iudex declaret, illos eſſe tales, & in hac ſola declaratione intelligas Doct. quos citaui, & & ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 97. num. 114. & lib. 2. cap. 9. num. 233. & ſeqq.

13 Exemplifica ſecundo in cauſis ciuilibus, quando iudex declarat, aliquem eſſe debitorem talis in tot, quia tunc cenſetur eum condemnare ad ſoluendum, l. 75. ſi prætor. initio, ff. de iudic. Crauet. dicto conſ. 79. quondam. ſub num. 4. & Franc. Marc. dicta deciſ. 388. num. 2. & dixi cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 10. ſub num. 21. verſ. & licet. in alia futura impreſſione, & idem dico, quando iudex declarat, bona eſſe hypothecata, quia cenſetur condemnare reum ad eorum reſtitutionem, Crauet. vbi ſupra.

Ratio ad omnia eſt, quia etiam in ſententia, qui vult antecedes, dicitur velle etiam conſequens neceſſarium, & è contra, vt ſequitur Crauet. dicto conſ. 79. ſub num. 4.

14 Exemplifica tertio, quando iudex dicit, fuiſſe bene, vel male appellatum, quia verbum abſoluo, vel condemno ſtat virtualiter, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 11. num. 112. in fine initij.

15 Quæ tamen ſit differentia quando iudex pronunciat ſimpliciter, eſſe male appellatum, & non addit, eſſe benè iudicatum, ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. memb. 9. ſub. num. 11. in 3. declar. & num. 12. in fine.

16 Explica ſecundo, vt verba tunc dicantur non importare condemnationem, vel abſolutionem, & conſequenter ſententia ſit nulla, ſeu non ſententia, quando ex illis verbis non clarè colligitur mens iudicis, neque neceſſatio ex illis infertur deciſio cauſæ per abſolutionem, vel condemnationem, iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 9. verſ. ſecunda.

17 Exemplifica primò hanc explicationem, quando in ſententia non ſolum deficit verbum formale deciſiuum, ſed deficit etiam verbum æquipollens & proinde ſententiæ ſermo eſt truncatus, & imperfectus, vt cum iudex poſt formatam ſententiam in negocio principali, addit; (quouerò ad fructus, quos actor prætendit tam ante, quàm poſt litem conteſtatam dicimus.)

18 Exemplifica ſecundò, quando iudex dicit (abſoluo Titium, & in expenſis victum victori) quo caſu Bar. vno loco tenet, quòd adhuc ſententia iſta valeat, quia etſi deficiat verbum (condemno) ideoque non poſſit intelligi repetitum, quia nunquam fuit antea poſitum, ſed imo antea fuit poſitum verbum (abſoluo) tamen verbum (condemno) debet ſubintelligi, vt ex eo tetuli cap. ſeq. quæſt. 4. num. 20. in fine.

Alio autem in loco idem Bar. nempe in l. 3. præſes. C. de ſent. & interl. omn. iud. diſtinguendo, tenet contrarium, dicẽs, quòd ſi ſententia in negocio principali contineat condemnationem, ſicque habeat verbum (condemno) tunc prædicta ſententia valet, quia defectus verbi (condemno) ſuppletur virtualiter ex præcedenti, quod in dubio cenſetur repetitum; ſecus ſi in negocio principali non

cõdemnaſſet,ſed abſoluiſſet, quia in ſequentibus acceſſorijs cenſeretur loquutus, retentis ijſdem terminis, ſicque in iſto ſecundo membro eſt ſibimet contrarius; hancq. diſtinctionem ex Bar. refert Franc. Marc. deciſ. 388. ſententia diffinitiua.num.4. & ante eum multi alij, quos, notando contrarietatem, & referendo concordiam, refert Carau. rit 297. num. 18.

19 Pro explicatione, & reſolutione hiuius exemplificationis, diſtinguo quinque caſus.

Primus caſus eſt,quãdo iudex format ſententiam condemnatoriã in negotio principali,& poſtea ſequitur(&victũ victori in expenſis)& iſto caſu Bar. & cæteri vbique communiter tenent, ſubaudiri verbum (condemno) tum quia hoc ipſum verbũ eſt antea poſitum, & idoneè poteſt haberi pro repetito,tum quia phraſis loquendi,& debitum iuſtitiæ ſuadent hanc repetitionem, & nos ſententiã,indigentem interpretatione, interpretari debemus, prout continet in ſe iuſtitiam, vt dicunt omnes, & ſcripſi ſupra quæſt. 17. num. 62. 63. & 67. & ita practicamus paſſim in iſto caſu.

20 Confirmatur hæc communis opinio, & praxis, quia quod virtualiter continetur in oratione, non indiget expreſſione,per ea,quæ dixi ſupra num. 12. & ſeqq. & ſub num. 18. verſ. alio autem.vnde; iactis maiori, & minori propoſitione argumenti; concluſionem, quæ inde infertur, non exprimimus,ſed illam vnico hoc verbo (ergo) abſoluimus: & ratio omnium eſt, quia verba ſunt inuenta ad patefaciendam voluntatem, ſeu mentem loquentis; ergo, vbi ea eſt patefacta, verba ſunt ſuperflua.

21 Secundus caſus eſt,quando iudex in negocio principali abſoluit, & poſtea ſubdit(& victum victori in expenſis, quarum taxationem nobis &c.) & iſto caſu concludo idem, quòd actor, qui ex abſolutione rei eſt victus,dicitur reo victori condemnatus in expenſis: & moueor,quia licet verbum(condemno) non poſſit ſubintelligi repetitum, vt dicebamus ſubintelligi repetitum in caſu præcedenti, tamen ſubintelligitur de nouo ex conſequentia efficaciori; quia illa verba (quarum taxationem &c.) neceſſariò ſupponunt condemnationem, Aret.in §. curate. num.10. verſ. quid ſi iudex dicat. & Iaſ.num.55. verſ. vltimo vt nihil.Inſtit.de action. & Carauit. dict.rit.297.nu.18. in fine; & ſic licet deficiat ſubintelligentia ex vi repetitionis; tamen adeſt alia patentior ex vi neceſſarij antecedentis, & ideo,neglecta Bartoli diſtinctione, relata ſupra ſub num. 18. verſ. alio autem, concludendum eſt iſto caſu,quod verbum(condemno) ſubintelligitur, quia taxatio expenſarum eſt quædam executio condemnationis, vt dixi ſupra quæſt. 17. num. 23. & bene cõfirmatur hæc concluſio ex confirmatione, de qua numero præcedenti.

22 Tertius caſus eſt, quando deficiunt illa verba (quarum taxationem) & iſto caſu Doctores ſunt in controuerſia: ego tamen ex vſu, & praxi concludo cum Bar. ſimpliciter loquente,prout tenui etiam cap.ſeq. quæſtion. 4. num. 20. in fine, quod adhuc ſubintelligatur verbum (condenno) & moueor, quia ſicut illa verba (quarum taxationem) inferunt virtualiter condemnationem, vt dixi in caſu præcedenti, ita etiam infert illud verbum (victori) quia quando condemnamus, tũc dicimus(uictũ uictori) ſed quando abſoluimus,dicimus ſimpliciter (& uictũ) & omittimus uerbum (uictori) prout ante nos conſiderauit etiam Carauit. dicto rit. 297. ſub num.19. addo ulterius quòd natura illius dictionis (in) ſecundum communem uſum ſignificat condemnationem, & non abſolutionem, quia dicimus (condemnamus in expenſis,ſeu ad expenſas), & dicimus (abſoluimus ab expenſis) & non (abſoluimus in expenſis) niſi uelimus loqui contra vſum communem.

23 Quartus caſus ſit, quando deficit etiam illud uerbum (uictori) ut puta, quia iudex dicit ſimpliciter (& uictum in expenſis) & iſto caſu augetur opinio eorum, qui iuxta Bartoli diſtinctionem, relatam ſupra ſub num.18. tenent, quòd ſententia non ualeat, ſeu quòd uictus cenſeatur abſolutus; tum quia uerbum (condemno) deficit in forma ſententiæ ſuper negocio principali, cum ſit ſententia abſolutoria, & ideo non poteſt dici, quod intelligatur repetitum; tum quia nullum aliud adeſt uerbum, ex quo colligatur magis condemnatio, qnàm abſolutio, & in dubio debemus interpretari in benigniorem partem, & ſic pro abſolutione ita; ut reus intelligatur abſolutus in negocio principali, & actor ab expenſis.

Ego tamen adhuc cenſeo, uerbum (condemno) ſubaudiri,tum ex communi uſu,tum quia uerba debent intelligi, ut aliquid operentur, & non ut ſtent otioſa,uel faciant actũ nullum;

nullum; tum quia debent intelligi, vt ſententia contineat iuſtitiam, vt dixi ſupra num. 19. in fine; tum quia illa dictio (in) male applicatur abſolutioni, & bene applicatur condemnationi, vt dixi ſupra num. præcedenti.

24 Quintus caſus eſt, quando iudex abſoluit, ſeu condemnat in negotio principali, & poſtea ſequitur (& victum victori ab expenſis) & iſto caſu licet illis verbis (victum victori) vtamur condemnando, vt dixi ſupra num. 22. in tertio caſu, tamen cenſeo, victum eſſe abſolutum, quia illa dictio (ab) ſignificat aperte abſolutionem, ac ſi dixiſſet (abſoluimus victum ab expenſis, ne ad illas teneatur victori.)

Comprobãtur hæc omnia, quia ſentẽtia, vbi ex aliqua ſui parte ſit obſcura, poteſt, & debet declarari, vt late explicaui ſupra quæſt. 17. num. 30. & ſeqq. & ideo ſi ex defectu illius verbi, (condemno) aliquam habeat ambiguitatem, debet iuridice declarari.

25 Infero primo ex omnibus dictis ſupra nu. 18. & ſeqq. in hac ſecunda exemplificatione, quod etiam ex mutilato ſermone colligi poteſt ſentẽtia per neceſſariam ſubauditionem, ſeu ſubintelligentiam, conuenientem iuſtitiæ, & communi locutionis breuitati, quæ inducitur propter frequẽtem illius locutionis vſum, ob quem frequentem vſum orationes ſæpe cæteratione truncamus, vt cum dicimus, (& promiſit de euictione, &c.) & ſępe etiã verba, multis abecedarijs litteris in ſcriptura omiſſis vnico addito puncto, exaramus; in omnibus enim gaudent breuitate moderni, & valde amant regulam (fruſtra fit per plura quod fieri poteſt per pauciora.)

26 Non obſtat, quod ſententia ſit ſtricti iuris, & ideo non intelligatur, niſi quatenus verba ex propria ſignificatione important, vt ſcripſi cap. ſeq. quęſt. 17. limit. 6. memb 9. ſub num. 11. confirm. 2. prout etiam non obſtat, quòd inſtrumentum, & res iudicata ſoleant æquiparari, vt dixi ead. quęſt. 17. limit. 10. ſub num. 8. verſ. comprobatur. & tamen via executiua detur ſolum pro his, quę expreſſe leguntur in inſtrumento executiuo, vt ex Rot. & Galleſ. ſecutus ſum ead. q. 17. limit. 9. nu. 16. & non pro eo, quod intelligitur extrinſecus ex his forte, quę pręcedunt, vel ſubſequuntur, adhibito ingenij acumine, & ſubtilitate, Ant. de Canar. tract. de execut. inſtr. quęſt. 29. ſub num. 65. fol. 43. tom. 5.

27 Quia reſpon. quòd verba ſententię operãtur etiam quatenus ex ipſis neceſſariò inferatur, vt ſecutus ſum ead. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 12. & dico, quòd poteſt agi executiuè etiam pro his, quæ tacite ſubintelliguntur ex inſtrumento executiuo, vt ex pluribus ſecutus ſum ead. q. 17. limit. 10. ſub num. 21. verſ. confirmatur. & illud, quod præſumitur ex inſtrumento, videtur eſſe proprius tenor illius inſtrumenti; & quod procedit à mente, & conſenſu contrahentium iuxta diſpoſitionem legis, eſt ac ſi veniret ex proprijs verbis contractus, quamuis deficiant verba, Ant. de Canar. ead. q. 29. num. 64.

Sed ea, quæ nos ſupra num. 18. & ſeqq. firmamus in iſta ſecunda exemplificatione, inferuntur, & colliguntur ex proprietate verborum, & communi vſu loquendi, quia licet deficiat vnum verbum, tamen adſunt tot alia, vt apertè appareat de mente iudicis, & eſt aduertendum, quod aut illa, quę volumus ſubintelligere, non habent orationem de per ſe, ſed ſolum volumus deducere ex oratione in connexis, & tunc dico, iſtam ſubintelligentiam non eſſe in ſententia admittendam, aut habent orationem de per ſe, quæ habet aliquam leuem obſcuritatem, ſeu leuem difficultatem, quæ facile ſubmoueri poteſt ex verbis præcedentibus, aut ſubſequentibus, ex praxi, ex vſu, ex debito iuſtitię, & ex natura rei, & tunc dico iſtam ſubintelligentiam eſſe omnino admittendam.

28 Infero ſecũdo ad maiorem intelligentiam, quod dato caſu, vt ſententia non poſſet declarari, & ideo remaneret incerta quoad condemnationem, vel abſolutionem expenſarum; tamen non per hoc eſſet nulla in negotio principali, & in alijs, in quibus eſt clara, & certa, quia caput expenſarum eſt caput ſeparatum, & in ſeparatis tot capita, tot ſententiæ, & ideo ex nullitate vnius non infertur nullitas alterius iuxta ea, quæ ſecutus ſum ſupra gl. 13. num. 1. & ſeqq.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XXIX.

S V M M A R I V M.

Renunciare ſententiæ, quam fauorabilem quis obtinuit, an poſſit, inuito aduerſario, num. 1. & ſeqq. 49. 51. & ſeqq.

Sententia, & Contractus } *æquiparantur, ſub num. 1.*

Ius congrui habet legum municipalium varias diſpoſitiones, quæ recenſentur, num. 3. & 4.

Diſtinguens eſt proximus veritati, num. 2.

Pœnitentia an habeat locum in iure cōgrui, ſub num. 1. 3. & ſeqq. 47. 48. 49. 51. & ſeqq. 56. 57. 61. 65. & ſeqq. 89. & ſeqq.

Vendere volens, ideoque requirens vicinum, ex forma ſtatuti, an poſſit pœnitere priuſquam requiſitus acceptet, num. 3. 4. & ſeqq.

Renunciare termino communi, qui tamen ſit aſſignatus vni, non poteſt ille vnus, inuita altera parte, num. 5. Declaratur, num. 6. & ſeqq.

Reſcriptum quando efficiatur commune vtrique parti, num. 6. & ſeqq. 59. & 60.

Obligare ſe quis dicitur legi eo ipſo, quòd facit actum, de quo loquitur illa lex, num. 10. & ſeqq.

Gabellam non tenetur quis ſoluere de cōtractu, quem incontinenti diſſoluunt, ſub num. 12.

Obligatio contrahitur etiam ex quaſi cōtractu, & ex varijs cauſarum figuris, num. 13. & 14.

Pœnitentia non habet locum in diſpoſitionibus iuris, num. 18.

Dolo commiſſo, non eſt locus pœnitentiæ, ſub num. 18.

Depoſitarius ſi rem depoſitam vendiderit, & poſtea redemerit in cauſam depoſiti, & res pereat, peribit depoſitario, num. 18.

Offerre rem, & promittere per ſtipulationem, eſt idem, num. 19. & 34.

Stipulatio non eſt contractus vltro, citroque obligatorius, num. 20.

Stipulator obligat, & non obligatur, num. 20.

Conditionem ſemel extitiſſe ſufficit, num. 21.

Vendere qui tenetur, non poteſt pœnitere, num. 22.

Vendere rem ſuam nemo cogitur inuitus, num. 23. Et vendendo non cogitur vendere proximis, & conſortibus, num. 28. Et quando teneatur vendere, num. 32. 33. 35. & ſeqq.

Relocare rem ſuam conductori quis non cogitur, num. 24.

Emere quis inuitus non cogitur, num. 25.

Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter, num. 26.

Contractus fiunt ex voluntate, non ex neceſſitate, num. 27.

Statutum de iure congrui an ſit correctorium iuris communis, num. 23. & ſeqq. An ſit iniurioſum, num. 28. An grauet venditorem in pretio, num. 29. Et de ſingulis iiſdem, num. 30. in fine, 31. & ſeqq. ſub num. 38. & ſeqq. & ſub num. 42.

Colonus volens vendere frumentum, debet illud vendere potius domino prædij, quàm alteri, num. 37.

Emphyteuta volens vendere vtile dominium, debet illud vendere potius domino directo, quam alijs, num. 38.

Vicinitas mala eſt vitanda, num. 39.

Stipulatio ſine ſimultaneo conſenſu eſt inutilis, num. 43.

Conſenſus alterius ſi interueniat ex interuallo, poteſt alter inter illud interuallum pœnitere, num. 43. Cæterum, non ſequuta pœnitentia, conſenſus ex interuallo ſufficit, num. 87.

Pactum, & Statutum } habent inuicem argumentum, num. 44.

Legis diſpoſitio fortius obligat, quàm diſpoſitio hominis, num. 45.

Compromiſſum faciendum ex diſpoſitione iuris non ſufficit, ſemel fieri, ſecus eſt ſi fieri debeat ex diſpoſitione teſtatoris, num. 45.

Vicinus ſi requiſiuerit extraneum emptorem ad reuendendum, & is obtulerit reuendere, poterit vicinus pœnitere, num 48.

Vicinus, ſeu Conſanguineus } condemnato emptore ad reuendendum, an poſſit pœnitere, & non vti ſententia condemnatoria, num. 49. 51. & ſeqq.

Ius congrui eſt ad fauorem vicini, num 50. Et vſquequo progrediatur ille fauor, num. 80.

Renunciare quando quis poſſit fauori ſuo etiam poſt latam ſententiam, ſub nu. 50. 57. & 93.

Minor poteſt non vti ſententia reſtitutionis in integrum, ſub num. 50. & 92.

Sententia formata ad poſtulationem alicuius, is non poteſt ſe pœnitere, & ab ea recedere, num. 52. & ſeqq. & num. 96.

Variatio electionis denegatur etiam mulieri, num. 53. & 96.

Pœnitere an poſſit qui obtinuit in actione redhibitoria, num. 54. & ſub num. 58. & 92. in fine.

Appellans an poſſit renunciare appellationi, num. 55. 59. 60. & 91.

Pœnitentia vnius ex contrahentibus non habet locum in contractibus nominatis, ſub num. 65. & 70. Etiam ſi alter contrahens non obſeruet ex parte ſua, num. 66. Imò etiam ſi res eſſet integra, num. 67.

Emptio, & venditio eſt contractus nominatus, num. 68.

Con-

Digitized by Google

Contractus nominati qui ſint, num. 69.

Emptionis, & venditionis contractus quando dicatur perfectus, num. 71. & ſeqq. & num. 86.

Emptio ſuſtinetur etiam ſi fiat pro pretio declarando, num. 73. & ſeqq.

Emptio ita concepta (vendo tibi ſi vis pro decem, emo ſi vis) an valeat, num. 72. 78. & 79.

Correlatiuorum regula quando non habeat locum in ſtatuto de iure congrui, num. 81. Et quando habeat locum, num. 82.

Electione facta, non licet variare, num. 82. & 83.

Terminus datus alicui ad appellandum, vel quid faciendum, deſinit, cum primum infra terminum appellat, ſeu facit, num. 83.

Conceſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur denegatum, ſub num. 83.

Subhaſtationi ſemper præſumitur adeſſe venditor, ſub num. 87.

Fundamentum quis facere non poteſt in eo, quod ipſe impugnauit, num. 60. in fine, ſub num. 90. & ſeqq.

1 CONTINGIT forſan, vt actori, qui obtinuit ſententiam, prout petijt, expediret, eam non obtinuiſſe, & propterea velit illi ſententiæ, inuito etiam reo condemnato, renunciare; quæritur, an poſſit?

Hæc quæſtio etſi videatur vana, vti de re, nunquam, aut raro contingenti, quia quis eſt, qui quod deſiderauit, & labore, & impenſa tandem conſecutus eſt, poſtea ſine vllo vſu abijciat, & renunciet? & quis, qui ſe opponat, ne quis faciat ei, quod, vt ſibi fieret, laboribus, vigilijs, & impenſis procurauit? tamen quia id contingit, videndum eſt, an qui ſententiam obtinuit, poſſit ſe pœnitere, & illi renunciare, inuito etiam aduerſario.

Et prima facie videtur dicendum, quòd nõ poſſit, quia ſententia æquiparatur contractui, cum in iudicio quaſi contrahatur, & contrahens non poteſt, inuito altero contrahente, recedere à contractu, ſed tenetur ſtare illi; ergo idem dicendum eſt in ſententia, Surd. conſ. 360. poſitiones. ſub num. 38. & 39. lib. 3.

Contrarium, quod poſſit, ſuadetur ex eo, quod vicinus, aut conſanguineus, qui, volẽs redimere, traxit in ius emptorem recuſantem cedere, & tandem ſententiam obtinuit contra emptorem, poteſt, pœnitentia ductus, vel non habens pecunias ad manum, non vti illa ſententia, quia retractus eſt inductus ad fauorem ipſius vicini, ſeu conſanguinei.

In hoc ipſo articulo retractus ſunt opiniones contrariæ, ideo pro abſoluta intelligentia
2 ipſum plenè examinabo, † &, vt euitemus multa, quæ Doct. confuſe, aut ſaltem nimis obſcure ſcripſerunt, diſtinguam plures facti ſpecies, quia, vt ex Senec. referunt Salyc. in l. 18. filiæ. ſub num. 5. ibi, expeditis. C. fam. erciſc. Rimin. Iun. conſ. 50. annis. num. 57. lib. 1. & Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 3. num. 9. qui bene diſtinguit, eſt proximus veritati.

3 Prima facti ſpecies eſt: quando requirens vicinum, ſeu quemuis alium, habentem ius congrui, pœnitet ſe antequam requiſitus acceptauerit, & antequam labatur terminus, & non vult amplius vendere: nunquid hæc pœnitentia ex parte requirentis, ideſt, venditoris debeat admitti; & in hac facti ſpecie dico, eſſe attendenda verba ſtatuti, ſeu legis loquentis de iure congrui.

Aut enim ſtatutum loquitur in venditione, diſponendo, quod vicinus præferatur in venditione, prout in Vrbe loquitur conſtitutio Greg. XIII. de ædific. & iure congr. num. 8. §. ſed & cum aliqua domus. In Gallia apud Pictones conſuetudo, ſi aunc. Et in Regno Neap. conſtitutio, ſancimus. & conſuetudo Ciuitatis Neap. ſi quis emerit domum. fol. mihi 323. quæ conſtitutiones, & conſuetudines priuſquã actu conſtituant ius cõgrui, ideſt, ius prelationis, requirunt, venditionem eſſe alteri factam, & ſic obſeruat praxis illorũ locorũ: non enim vicinus antea vtitur iure congrui, quam alteri facta ſit venditio, ideoq. rectè ſolet vocari ius retractus; & omiſſis, quę dici poſſent, attento ſolo iure communi, quãdo eſſet facta oblatio, per ea, quę ſcripſi infra num. 19. & 20. in quinto argumento, in eiuſmodi ſtatuto, conſuetudine, & conſtitutione dicerem, quòd ſi dominus rei requiſiuerit vicinum, an velit emere, poterit poſtea pœnitere, quia per hanc ſolam requiſitionem, contractus non eſt aliquo modo perfectus, & ſtatutum dat prælationis priuilegium in venditione facta; quare Doct. dubitant, an hoc priuilegium competat, ſi res vendita nondum ſit tradita emptori, & pretium non ſit ſolutũ, ſed ſit de eo habita fides; ſit tamen abſolutus contractus, Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 2. num. 43. & ſeqq. & huiuſmodi ſtatuto accom-

commodari poteſt quod ſcribit Com. à me relatus infra num. 78.

4 Aut ſtatutum tribuit hanc prælationem, non ſolum quando eſt facta venditio, vt loquuntur conſtitutiones prædictæ, ſed eam tribuit etiam antequam deueniatur ad actum venditionis, mandando propterea, vt ſi quis voluerit vendere rem ſuam, requirat vicinum cum termino ad emendum, prout vtroque modo prælationem tribuunt ſtatutum Ciuitatis Piſtorij lib. 2. rubr. 31. & ſtatutum Terræ Prati rubr. 119. ibi, item ſi quam. nec dicat aliquis, quod hæc ſtatuta non ſunt diuerſa à conſtitutionibus, de quibus ſupra ſub num. præcedenti, quia illæ loquuntur, quando res eſt vendita, & ita etiam loquuntur hæc ſtatuta, cum verbum (ſi quis voluerit vendere) importet idem, ac ſi dixiſſet (ſi quis vendiderit) per ea, quæ dixi ſupra q. 21. ſub n. 52. quia reſpondeo, quod ex alijs verbis, quibus vtuntur hæc ſtatuta, clare apparet, quod loquuntur etiã in eo, qui nondũ vendiderit, & ita ſeruat ſtylus illarum curiarum, & contra præfatam ſignificationem verbi (voluerit) plura poſſent adduci, vt patet etiam ex his, quæ ſcribit Fab. de Mont. in loco à nobis citato ſup. q. 21. num. 52. in fine, quare in iſtis ſtatutis concludo, quod, facta requiſitione etiam ante venditionem, requirens non poteſt ſe pœnitere, & ſequentibus moueor argumentis.

5 Primo, quia quãdo dilatio, ſeu terminus, qui datur à ſtatuto, eſt communis vtrique parti, non poteſt pars, cui eſt aſſignatus, illi renunciare, inuita altera parte: vnde licet renunciet, tamen altera pars poteſt illi inhærere, Spec. Bal. & Dec. quos ſecutus ſum lib. proximè præceden. cap. 3. num. 217. † Idque ſaltem verum eſt, quando pars termino iudicialiter eſſet vſa, quod etiam dicimus de reſcripto, nam ſi quis contra me impetraret reſcriptum, illudque iudici præſentaret, ſtatim efficeretur commune, & impetrans illi in mei præiudicium renunciare non poſſet, Bal. quem ſecutus ſum dicto cap. 3. num. 219. † & quòd ſtatim atque illud præſentat iudici, parte citata, dicatur eo vti, ſecutus ſum cap. ſeq. q. 14. ſub num. 47. declar. 2. † ſed antequam illud præſentet iudici, poteſt ei renunciare, illudque, me inuito, lacerare, & poteſt non vti, nec cogitur ad illud producendum, Francb. in cap. 12. ſuper eo. il 2. col. 2. num. 11. de appell. & quod requiratur præſentatio, & citatio partis, alias remaneat priuatum ipſius impetrantis, ita vt poſſit illud comburere, dilaniare, & eidem renunciare, refert, & comprobat Seraph. de priuil. iuram. priuil. vlt. 174. ſub num. 1. ſeu 2. & latius ex Franch. & Abb. ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 2. ſub num. 107. verſ. primus caſus. verum, ſi reſcriptum fuerit impetratum, parte citata coram Principe, & vtraque parte informante, Princeps reſcripſerit, tunc illud reſcriptum eſt factum commune, etiam antequam producatur in actis, & ſi eo non vult vti vna pars; poteſt eo vti altera pars.

6

7

8

9 Sed in caſu dictorum ſtatutorum terminus, qui datur vicino ad declarandum, an velit emere, vel datur ad eius fauorem, cum intra illũ terminũ poſsit eligere quod vult, vel ſaltẽ datur ad fauorem vtriuſque, & ſic eſt communis, & vtrouis modo cenſeatur datus, ſi eo requirens eſt vſus iudicialiter, notificando, & præſentando iudici, non poteſt, pœnitendo, illi in præiudicium requiſiti renunciare, per prædicta; ſecus ſi eo vſus non eſſet, vt puta, quia comparuerit coram iudice, & narrato ei, quod vult vendere, impetrauerit, committi nuntio, ſeu iuxta ſtylum loci, ipſe illi commiſerit, quod notificet N. vicino, ſe eſſe venditurum, & quòd ideo eum requirit, an velit emere, &c. prout continetur in notificatione, quam tradit in ſcriptis, & nuncius notificat, & in calce notificationis facit relationem, & notificationem reddit requirenti, qui abſtinet à productione, quia ea nõ vult vti, certe hoc poteſt facere, & ita pœnitere, & requiſito nullum eſt ius quæſitum, etiam ſi is per teſtes probaret requiſitionem.

10 Secundo, quia faciens actum, obligat ſe legi loquenti de illo actu, Natt. conſ. 49. vendidit. num. 22. lib. 1. & Surd. conſ. 371. impetrata. n. 21. lib. 3. & ideo poteſt contra eum agi ex condictione illius legis, ſeu ſtatuti, ſi actionis genus non ſit proditum, l. vnica, ff. de condict. ex leg. Odofr. tract. de libel. forman. cap. 20. & Placent. de action. perſon. tit.

11 8. tom. 3. par. 2. fol. 88. & 40. † huius enim argumenti vſus feruit tam excipiendo contra eum, qui venit ex aliqua lege, & illius legis qualitatem non ſeruat, quam, agendo con-

12 tra eundem; † do exemplum. lex municipalis Florentiæ diſponit, vt faciens talem contractum debeat ſoluere gabellam communi Florentiæ, & notarius teneatur ſtatim de illo contractu dare notitiam dicto communi; tu feciſti talem contractum: ergo tu, & notarius obligati eſtis illi legi muncipali: & habet locum iſta lex, etiam ſi partes ex interuallo

uallo vellent diſſoluere contractum, poſtquã eſt quæſitum ius fiſco; ſecus ſi incontinenti, Bertach.tract.de gabel.in tertio memb.8. par. princip. ſub num. 24. tom.12. fol.70.

Sed ſtatuta prędicta obligant requirentem, vt,facta requiſitione, & requiſito acceptante, quòd vult emere, teneatur, & debeat illi vendere: ergo poſtquam requiſiuit, manet obligatus irreuocabiliter huic ſtatuto, quod intelligo, dummodo appareat, quod requirens vſus eſt requiſitione in iudicio, vt dixi ſupra num.6. 7. & ſub num. 9.

13 Nec velim, quempiam opinari, quòd ceſſet obligatio, & conſequenter oriri non poſſit actio, eò quòd requirens verbis non expreſſit, quod ſe obligabat vendere illi, nec quod volebat manere obligatus ad vẽdendũ, nulla admiſſa pœnitentia; quia dico, quòd hæc opinio eſſet erronea; ſiquidem obligatio contrahitur non ſolum verbis expreſſis, & ex contractu,ſed etiam ex quaſi contractu,ſeu quodam proprio iure ex varijs cauſarum figuris l.1.initio, ff. de act. & Inſtit.de oblig. & vtrobique Gl. & Doct. & Tiraq.de retr. lign. ad finem tit. num. 29. verſ. cęterum huic.

14 fol. 399. † ſufficit enim,quòd præceſſerit materia, ſeu factum, ex quo oriri poſſit obligatio,ex qua lex dat actionem,vt ſequitur Hier. de Mont. tract. de fin.regun. cap.38.num.14. 15.& 16. tom. 3. par. 2. fol. 341. & patet ex ſeq. arg.

15 Tertio (& confirmo præcedentia, & præſertim hoc ſecundum) quia ſicut quando ſtatutum mandat, vt,perfecta venditione, competat ius congrui,prout mandant conſtitutiones, de quibus ſupra ſupra ſub num. 3. tunc contrahentibus non licet pœnitere in præiudicium vicini; quare licet emptor, & venditor,pœnitentia ducti,reſoluerent contractum, & nulla alia inter venditorem, & vicinum ſit expreſſis, & formalibus verbis concepta obligatio, tamen vicinus adhuc ex diſpoſitione illarum conſtitutionum poteſt illam rem petere iure congrui, quia ſtatutum, ſeu conſtitutio generaliter diſponit, vt, facta venditione, vicinus habeat ius congrui, & non excipit caſum pœnitentiæ, quæ eſſet futura inter venditorem, & emptorem, Affl. in conſtit. ſancimus. §. 6. num. 12. not. 7. inter tract. diuerſ. tom. 17. fol. 15.& Iacob.Nouel.tract. de iur. prothomiſ. §. 2. num. 158. & ſeqq. eod. tom. fol. 34. dicens,ſic fuiſſe iudicatum;

16 & † intelligo, vt Affl. loquatur, etiam ſi venditio eſſet facta ſine rei traditione, & contrahentes ab ea diſcederent, antequam conſanguineus, ſeu vicinus veniret ad retractum, quia Affl. loquitur ſimpliciter, & ratio ſuadet, vt intelligatur ſimpliciter, quicquid ſcripſerit Tiraq. de retr.lign.§.1. gl. 2. ſub num. 54.vbi, citato Afflicto, ſentit, quod, re nondum tradita, & ſecuta pœnitentia inter contrahentes, vicinus, ſeu conſanguineus non admittatur ad retractum.

17 Ita etiam quando prædictũ ſtatutum Terræ Prati diſponit generaliter, vt, facta requiſitione, requiſitus poſſit intra terminum acceptare, non excipit caſum pœnitentię, quę futura eſſet in requirente, quia quantum operantur conſtitutiones prædictæ,facta venditione extraneo,tantundem operatur ſtatutũ prædictum, facta ſola requiſitione vicino.

18 Quarto, quia in diſpoſitionibus iuris non eſt locus pœnitentię,Affl.in loco ſup.proxime citato,& probatur ex l.1.§.ſi rem.ff.depoſ. vbi ſi depoſitarius vendiderit rem depoſitam, & poſtea illam redemerit in cauſam depoſiti, & res pereat,perit depoſitario,& non deponenti, quia,vendendo ſemel,dolum commiſit,& non eſt locus pœnitentiæ.

19 Quinto, quia ſi credimus Bartolo in l. 72. qui decem. §. ſi cum mihi. num.1.ff.de ſolut. quem ſequitur Surd. conſ. 371. num.32. in fine, lib. 3. idem eſt rem offerri, & per ſtipulationem promitti.

20 Sed qui per ſtipulationem promittit vendere, obligatur ſtipulatori, & ſtipulator non obligatur illi, quia ſtipulatio non eſt contractus vltro citroque obligatorius; vnde cum ſtipulator non ſit obligatus, eſt in poteſtate ſua, ne obligetur, Paul. de Caſtr. in l. 8. in bonæ fidei. §. ſi tamen. ſub num. 3. ff. de eo quod cer. loc. Fab. de Mont. tract. de empt. & vendit.q.5.princip.ſub num.55.verſ. quarto quæritur. tom.6.par.1.fol. 54. ergo ſi qui offert vendere, eſt, ac ſi per ſtipulationem promiſiſſet, & ideo eſt obligatus, non poterit, ſtipulatore inuito, pœnitere.

21 Sexto, quia præfatum ſtatutum obligat dominum rei ad vendendum vicino ſub conditione, ſi voluerit vendere, vt aperte ſtatutum diſponit, & nos ſupponimus, hanc conditionem, quod voluerit vendere, extitiſſe, & de ea clariſſime conſtare per notificationem, cum requiſitione: ergo, adimpleta conditione, manet obligatio vendendi, inducta à ſtatuto, & non eſt neceſſarium, quod illa conditio, nempe, voluntas vendendi, duret, quia ſufficit, conditionem ſemel extitiſſe,

vt

vt, loquendo generaliter in alijs terminis, ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. queſt. 1. num. 143.

22 Septimo, quia qui debet, ſeu tenetur vendere, dicitur ita ex neceſſitate obligatus vendere, vt non poſſit pœnitere, Dec. conſ. 340. pro reſolutione. num. 1.

Sed requirens vicinum, an velit emere, debet illi vendere, ſic mandante prædicto ſtatuto. ergo non poteſt pœnitere.

23 Non obſtat primo, ſi dicatur, quòd hoc ſtatutum eſt correctiorium iuris communis, quia de iure communi nemo cogitur rem ſuã inuitus vendere, l. 11. inuitum. C. de con-
24 trah. empt. † nec relocare eidem conductori,
25 l. 32. nec ei. C. loc. † & è conuerſo nemo inuitus cogitur emere, l. 16. nec emere. C. de iur. deliber. aut reconducere, l. 11. inuitos. C. loc.
26 quia † rerum ſuarũ quilibet eſt moderator, &
27 arbiter, l. 21. in re mandata. C. mand. † vnde cõtractus fiũt ex voluntate, nõ ex neceſſitate, l. 5. ſicut. C. de act. & oblig. palam enim eſt, in venditionibus, & emptionibus conſenſum debere interuenire, Inſtit. de oblig. ex conſen. initio, & l. 9. in venditionibus. ff. de contrahen. empt. & l. 2. ff. de act. & oblig. & quod nemo cogatur emere, vel vendere, etiam interueniente iuſto pretio, oſtendit Fab. de Mont. tract. de empt. & vendit. quæſt. 3. princip. nu. 38. q. 19. tom. 6. par. 1.
28 fol. 43. † imò hoc ſtatutum nedum eſt correctorium iuris communis, ſed videtur iniurioſum, etiam quod cogat ad vendendum proximis, & vicinis, quia grauis videtur iniuria, honeſtatis colore, vt proximi, & conſortes ab emptione extraneos remoueant, & homines ſuo arbitrio vendenda diſtrahant, & de rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti, vt dicit text. in l. 14. dudum. C. de contrah.
29 empt. † & demum hoc videtur non poſſe negari, quòd eiuſmodi ſtatutum ſaltem grauet venditorem in pretio; nam cum non poſſit vẽdere, niſi ſub iſta lege, vt res vendenda redimi poſſit à quocunque venditoris conſanguineo intra certum tempus, vtique res minoris æſtimatur, per ea, quæ etiam in proprijs terminis ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. ampl. 8. num. 37.

Prout non obſtat, ſi dicatur, quod conſequenter hoc ſtatutum, vti correctorium, & quaſi iniurioſum, debeat reſtringi, vt habeat locum ſolum, quando dominus rei permanet in voluntate vendendi, ita vt nunquam poſſit vendere alteri, quam vicino; ſecus quando nõ permanet in voluntate vendendi, quia eiuſmodi ſtatuta ſunt interpretanda, quo minus corrigant, minusuè iniurioſa ſint.

30 Quia vniuerſæ huic obiectioni reſpondeo, quod ſtatutũ non mandat, vt quis inuitus cogatur rem ſuam vendere, ſed iuridicè, & rationabiliter declarat, vt vbi quis ſponte rẽ ſuam fecerit venalem, pluresue reperiantur emptores, teneatur vendere proximo, & vicino, qui præferantur extraneo, & remoto, & locus non ſit pœnitentiæ; quod quidem ſtatutum non ſolum non eſt correctorium iuris communis, aut iniurioſum, ſed eſt amicum iuris
31 communis, & iuſtum: † non eſt, inquam, correctorium, quia mandat, vt requiſitio, quæ antequam fiat eſt voluntatis, poſtquam eſt facta, ſit neceſſitatis; quod idem mandat ius commune, nempe, vt contractus, qui ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto ſint neceſ-
32 ſitatis: † Mandat ſtatutum, vt vbi quis rem ſuam ſponte fecerit venalem, cogatur, pœnitentia non admiſſa, eam vendere vicino, ſi is voluerit emere: Ius commune etiam diſponit, quod vbi quis rem ſuam ſponte fecerit venalem, cogatur etiam inuitus eam vendere, Gl. 1. in l. 9. non enim. ff. de act. rer. amor. ſaltem ſi res ſit ad victum pertinens, Cyn. in l. 1. num. 2. Salyc. ſub num. 2. C. de. epiſc. aud. & Dec.
33 in l. 11. rogaſti. num. 2. ff. ſi cer. pet. † quia ſi nõ ſit pertinens ad victum, non cogi ad vendendum, & poſſe eum pœnitere, ſcribunt Petr. de Bellaper. relatus à Cyn. in dicta l. 1. num. 1. & alij, quos citant, & ſequuntur Iaſ. in dicta l. rogaſti. ſub num. 1. ibi, ſed non puto eſſe verum. & Surd. conſ. 205. franciſcus. num. 27. lib. 2.
34 † Mandat ſtatutum, vt facta requiſitione, & oblatione, requirens maneat obligatus intra terminum, & ſit in poteſtate requiſiti emere, vel non emere: Ius commune diſponit, vt rem offerri, ſit idem, ac promitti per ſtipulationem, & promiſſor manet obligatus, ſed non ſtipulator, quia eſt in eius poteſtate, ne oblige-
35 tur, vt retuli ſupra nu. 19. & 20. † Præcipere videtur ſtatutum, vt quis inuitus cogatur vendere vicino: Iubet ius commune, vt quis inuitus cogatur vendere in multis caſibus, quos poſuit Fab. de Mont. tract. de empt. & vend. q. 3. princip. ſub num. 38. & 39. q. 19. tom. 6.
36 par. 1. fol. 43. † Mandat demum ſtatutum, vt proximus, conſors, & vicinus præferatur in venditione: Ius commune idem præcipere videtur, Fab. de Mont. dicta quæſt. 3. princip.
37 num. 41. q. 20. fol. 43. † & colono habenti frumentum venale præcipit, vt illud domino

vo-

volenti emere, potius vendat, quàm alteri, ſi eſt recollectum in ſuo, Bar. in l. 1. in fine, C. de metal. lib. 11.

38 † ptout alijs quibuſdam caſibus diſponit, vt vnus emptor præferatur alteri, vt puta, cum emphytheuta vult vendere vtile dominium, diſponit, dominum directum cæteris emptoribus præferendum: ergo hoc ſtatutum non eſt correctorium iuris communis, ſed eſt amicum, & declaratorium illius.

39 † Non eſt iniurioſum, quia imò ex multiplici iuris fundamento procedit. Primum eſt ad inducendam pacificam inter homines ſocietatē; ſiquidem ex vicinitate poteſt procedere cōmodum, fauor, & interdum detrimentum, vnde vitanda eſt mala vicinitas, Luc. de Penn. in l. 7. quicunque. num. 20. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. & noſtra intereſt, non habere malos vicinos, Fab. de Mont. dicta quæſt. 3. princip. num. 41. quæſt. 20. quare dicimus vulgariter, *chi ha mal vicino, ha mal mattino*, & ex hoc iure congrui tollitur occaſio contentionum,

40 † hacquè ratione dicitur ius congrui, quia vicini debent congruere, ideſt, ſimul gruere, quod eſt concordare, ſeu conuenire, ſicut grues, quæ ſimul bene conueniunt, ſi credimus Neapodano, quem retuli in meo tract. de commerc. §. 1. queſt. 1. ſub num. 245. verſ. concludo præferendum.

41 † Secundum fundamentum eſt ad ornatum Ciuitatum, & locorum, cum ampliora fiant ædificia, ideoque pulchrior reddatur Ciuitas.

42 † Tertium ad conſeruandum ordinem charitatis, ſecundum quem tenemur magis proximo, & vicino, quam extraneo, & remoto. Alias reſponſiones ad illam l. 14. dudum. à me citatam ſupra num. 28. in fine, poteris, ſi placet, videre apud Tiraq. de retr. lign. in præfar. num. 16. & ſeqq. verſ. valet igitur. Nec grauat venditorem, quia illa pretij diminutio vel non adeſt, vel non eſt conſiderabilis: nam aut ſumus in ſtatuto, de quo loquimur, & tunc venditor poteſt prius requirere omnes conſanguineos, & vicinos, quorum ſi quis voluerit emere, emet libere: ſi verò nemo ex eis velit emere, libere vendet alteri, & ſic non eſt locus pretij diminutioni: aut ſumus in ſtatuto, in quo requiſitio non operatur ante factam venditionem; & tunc dico tria: primo, quòd cum facultas retrahendi duret modico tempore, modica admodum poſſet eſſe diminutio pretij, quę propterea non habetur in conſideratione: ſecundo dico, quòd, qnando haberetur in conſideratione, poſſet venditor ex pacto ſibi prouidere, vt in caſu, quo res non retrahatur, emptor ſuppleat tot pro iuſto pretio: tertio dico, quod hęc modica pretij diminutio, quę conſanguineo vendenti eſt nociua, eidem, ſi fuerit emptor, erit vtilis, ideoque eſt æqualis conditio inter conſanguineos, & conſequenter non conſideratur; quare cum ſtatutum non ſit correctorium, non ſit iniurioſum, nec grauet, ceſſat obiectum.

43 Non obſtat ſecundo, ſi dicatur, quòd ſicut ſi ego per pactum promitto tibi vendere, & tu ex interuallo es contentus emere, niſi duret mea voluntas vendendi, nihil agitur, Gl. Bar. & alij, quos ſequitur Alc. in l. 1. §. qui pręſens. num. 12. ibi, confirmatur hęc opinio. ff. de verb. olig. & ex eo Boer. deciſ. 48. & pręſuppoſito. ſub num. 10. quod ſentit etiam Abb. in cap. 24. dilectus. ſub num. 4. de ſponſal. quia conſenſus vtriuſque debet eſſe ſimultaneus, & ex interuallo non ſufficit; prout & ſtipulatio ſine ſimultaneo conſenſu eſt inutilis, dicto §. qui preſens. ita etiam ſtatutum, quod mandat, vt volens vendere, offerat vicino, an velit emere, intelligitur, ſi voluntas eius, qui obtulit, durauerit,

44 † quia regulariter valet argumentum à pacto ad ſtatutum, Euer. de loc. argum. in loco à pacto ad l. ſtatut. &c.

45 Quia reſpondeo dupliciter. Primo, quod quicquid ſit de pacto, adducto, in obiectione, in caſu ſtatuti coſiderantur ea, quæ ſcripſi ſupra num. 20. ex quibus patet, non eſſe locum pœnitentię in eo, qui requirit, & offert: vltra quod regulariter diſpoſirio legis fortius obligat, quam diſpoſitio hominis, quod patet ex eo, quia ſi lex mandet fieri compromiſſum, non ſufficit, ſemel fieri, ſecus ſi illud fieri mandetur ab homine, puta à teſtatore, quia tunc ſufficit, ſemel fieri, Bal. in l. 1. nu. 40. verſ. quarto quęro. C. de his quę pœn. nom. Socc. conſ. 117. viſa & diligenter. lib. 1. & conſ. 221. lib. 2. vtrobique num. 4. iuncto num. 1. Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone. limit. 15. num. 10. verſ. cette huic. ff. de verb. ſign. & ſcripſi lib. proxime pręced. cap. 2. nu.

46 645. † Secundo reſpondeo, & melius, quòd cum habeamus caſum ſtatuti, mandātis, quod requirens teneatur vendere, non eſt opus diſputare, quia fieret iniuria legumlatori: mandat enim ſtatutum volenti vendere, quod requirat vicinum, & illi volenti emere teneatur perficere contractum, & inſtrumentum, vt ſcripſi infra num. 77. & 85.

Et ex his remanet firma concluſio, quòd

requi-

requirens vicinum,& vtens requiſitione, non poteſt pœnitere.

47 Secunda facti ſpecies eſt: quando requirens, poſtquam requiſitus acceptauit, vult pœnitere: & in hac facti ſpecie, ſuppoſita pro vera reſolutione in præcedenti ſpecie; indubitati iuris eſt, quòd non poteſt pœnitere; quia ſi non poteſt pœnitere ante ſecutam acceptationem,quãdo requiſito eſt minus iuris quæſitum, quanto minus poterit pœnitere, quando eſt plus iuris quæſitum? nam ſi in arido, quid in viridi? & ſi quod non videtur ineſſe, ineſt, quantò magis inerit, quod videtur ineſſe?

48 Tertia facti ſpecies eſt: quando venditio eſt facta extraneo, ſed tamen ille emptor extraneus, cum primum eſt à vicino requiſitus, offert illi retrouendere:& vicinus, audita oblatione, deſiſtit, & vult pœnitere, nunquid poſſit, inuito emptore: & in hac facti ſpecie fuit in Conſ. Neap. deciſum, pœnitentiam eſſe admittẽdam,vt teſtatur Vinc.de Franch. citatus num. ſeq. & ratio ſecundum eum, & alios eſt illamet, quam adduxi pro opinione affirmatiua in ſequenti facti ſpecie, & fortius militat pro iſta,quàm pro illa, quia ibi militat quando eſt lata ſententia:ſed nos aliam meliorem, vt credimus, reddimus infra num. 90. & ſeqq.

49 Quarta facti ſpecies eſt: quando vicinus, ſeu conſanguineus, volens redimere, traxit in ius emptorem, recuſantem cedere, & tandem obtinuit, fuitque emptor condemnatus rem ipſam,reſtituto ſibi pretio, cedere, tamen vicinus, pœnitentia ductus, vel etiam non habens pecunias ad manum, non vult vti illa ſententia, nunquid emptor poterit eũ cogere: & in hac facti ſpecie, quæ etiam fuit quandoque controuerſa in foro,. & de qua eſt noſtra præſens quæſtio, duę, vel tres afferuntur opiniones.

Affirmatiuam opin. quod pœnitentia ſit adhuc licita, tenuit Tiraq. de retr. lign. ad finem tituli, num. 24.quæſt.4.fol.398. & eam ſecutum eſt Conſil. Neap. vt teſtatur Vinc.de Franch. deciſ. 346. emptis. per totam, & eſſe veriorem opin. teſtatur, & ſequitur Ioannes Mantienzo in lib. 5. recollectionis legum Hiſpaniæ, tit. 11. l. 12. gl. 2. num. 8. fol. 388.

50 Ratio huius opinionis eſt, quia ius retractus eſt ad fauorem vicini, & fauori, pro ſe introducto, quilibet poteſt renunciare, vulg. iur. Et quando fauor procedit ex iure ſpeciali, & extraordinario, & non ex iure communi, poteſt illi renunciare etiam poſt latam ſententiam, vt poſt Bal. ſequuntur Tiraq. dicta q.4. num. 25. Vinc. de Franch. dicta deciſ. 346. ſub num. 2. & Io. Mantienzo ſub dicto num. 8. & videtur probari ex l. 42. ſi iudex circumuento. ff. de min. 25. ann. vbi minor, qui, vti læſus in venditione, quam fecerat, fuit reſtitutus in integrum, & per ſententiam obtinuit, reſtituto pretio emptori, reſcindi venditionem, potuit ea ſententia non vti, inuito emptore: hucuſque caſus illius legis] ſed ex iure ſpeciali, & extraordinario dicunt procedere fauorem vicini ad retrahendum, vt late inſiſtit Io. Mantienzo dicta gl. 2.num.8.& ſeqq. ergo.

51 Negatiuam opin. pręcedenti contrariam, quod,lata ſententia, nõ ſit locus pœnitentiæ, tenuit Senatus Burdegal.vt refert Boer.deciſ. 48.in fine ex rationibus per eum allegatis nu. 2.& ſeqq. vſque ad nu.8. & pro iſta conſuluit Turret. conſ. 78. viſo proceſſu. ſub num. 6. verſ. his non obſtantibus. & ſeqq.lib.2.

52 Ratio præcipua huius opin. eſt, quia ille, ad cuius poſtulationem formata eſt ſententia, non poſt à ſententia recedere, nec habet locum pœnitentia, Bal.in l.25.ſi conſtante, §. quoties. ff. ſol. matr. Paul. de Caſtr. ibidem, num.6. vlt.not. dicens, quod ille, qui in iudicio dixit aliquid,ex quo altera pars prętendit aliquam vtilitatem, non poteſt poſtea pœnitere, inuita altera parte;quod idem ex his, & alijs referunt Tiraq. dicta quæſt. 4. ſub nu. 25. verſ. ſed vt redeamus. & Io. Mantienzo

53 dicta gl.2. ſub num. 2. † idque ſatis probari videtur ex dicto §. quoties. vbi diſponitur, quòd ſi maritus non poteſt ſatiſdare de dote reſtituenda in termino legali, condemnetur ad reſtituendum ſtatim, deducto interuſurio medij temporis: quod ſi poſſet ſatiſdare, & non vult ſatiſdare, cogatur reſtituere, nihilo deducto, ſed ſi ſatiſdat, non cogatur ante terminum: hac diſpoſitione ſuppoſita, dicitur ibidem, quod, ſi maritus non potuerit ſatiſdare, & mulier petierit, maritum condemnari ad reſtituendum ſtatim, deducto interuſurio, & maritus eſt paratus obedire condemnationi, non poteſt mulier mutare voluntatem, & dicere, ſe velle potius expectare terminum, quam pati deductionem interuſurij medij temporis.

54 Confirmatur primo hæc ratio, & conſequenter opinio, quia ſi bibliopola vendiderit ſcholari nouitio librum, ita corruptum, vt in eo

in eo ſtudere non poſſit, & ideo ſcholaris egerit actione redhibitoria contra bibliopolam, & ſententiam obtinuerit, qua bibliopola ſit condemnatus ad recipiendum librum vitioſum, & reddendum pretium; & ſcholaris hac ſententia noluerit vti, quia forſan liber non vitioſus maiori valet pretio: poterit bibliopola cōtra ſcholarem agere ex illa ſententia actione in factum, ſecundum Bal. in l. ſi prędium. ſub num. 6. verſ. ſed nunquid redhibitoria. ibi, ſed pone lata eſt ſententia. iuncto num. 4. verſ. ſed pone aliquis. C. de edilit. act.

55 Confirmatur ſecundo, quia appellans non poteſt renunciare appellationi in pręiudicium aduerſarij, Bar. Card. Alex. & alij, quos ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 2. num. 94.

56 Alia opinio, quę in ſubſtantia non diſcedit à prima affirmatiua, ſed aliquid addit, eſt, quòd vicinus, qui non vult vti ſententia, quā obtinuit contra emptorem, debeat condemnari in expenſis factis in illa. late Tiraq. dicta q. 4. num. 28. verſ. denique. in fine, fol. 399. teſtans, ita expreſſim caueri in conſuetudinibus Cenomanię, & Andegrauię, & ex eo ſequitur Io. Mantien. dicta gl. 2. num. 8. in fine.

57 In hac opinionum diuerſitate non diſcedo à prima affirmatiua, quòd vicinus ſententia, quam obtinuit, poſſit non vti, & pœnitere; diſcedo tamen ab illius ratione, & ab illius confirmationibus: diſcedo à ratione, quia illa differentia, quam ratio conſiderat inter fauorem, procedentem ex iure ſpeciali, & procedentem ex iure communi, quantum ad renunciationem, in qua loquimur, eſt differentia verbalis, & nullius conſiderationis, cum ex parte rei nulla poſſit dari ratio, vt quis poſſit abſolutè renunciare fauori, procedenti ex iure ſpeciali, & non fauore, procedenti ex iure communi: altius igitur inueſtiganda

58 eſt ratio: † Diſcedo etiam à confirmationibus: Prima enim conuincitur falſa, aut ſaltem inidonea ad deciſionem cauſæ, quia Gl. vlt. in l. 39. illud. ff. de edilit. edic. tenet contrarium, nempè, quòd emptor, qui in actione redhibitoria obtinuit ſententiam contra venditorem, poſſit ea non vti, nec ex ea poſſit agere venditor, & mouetur ex illamet l. ſi iudex. ff. de minor. 25. ann. ex qua ipſi deducunt differentiam; hancq. Gl. ſecuti ſunt ibidem Bal. ſibi non conſtans, & Cæpol. quam Baldi inconſtantiam aduertit etiam Io. Mantien. dict.

59 gl. 2. num. 3. verſus finem, fol. 388. † Secunda verò confirmatio eſt infirma, quia eſt vera ſolum quando appellans, aut alius impetrans reſcriptum, appellatione, ſeu reſcripto vſus eſt in iudicio, parte citata, vt refert, & ſequitur Tiraq. de retr. lign. ad finem tituli, quæſt. 4. ſub num. 26. verſ. in quamcumque,

60 & ſcripſi ſupra num. 6. & 7. † Secus quando appellatione, ſeu reſcripto non eſt vſus, quia tunc poteſt, inuito aduerſario, illam, & illud lacerare, vt dixi ſupra num. 8. & demum illa confirmatio longa indiget explicatione, vt patet ex his, quæ ſcripſi dicta quæſt. 17. limit. 2. num. 94. & ſeqq. Sed an is, qui obtinuit ſententiam, dicatur ea vſus ex eo, quòd illam obtinuit iudicialiter, parte citata, vel non dicatur vſus, niſi poſtea agat in vim illius ſententiæ; hoc eſſet diſcutiendum: Ratio igitur illius primæ opinionis affirmatiuæ erit, quia nemo poteſt ſe fundare in eo, quod impugnauit, per ea, quæ in hoc puncto ſcripſi infra num. 90. & 91.

61 Quinta facti ſpecies eſt, quando, facta venditione, vicinus, ſeu conſanguineus venit ad retractum, ſed emptor, & venditor reſoluerunt, ſeu reſoluunt contractum venditionis; an nihilominus vicinus ſit admittendus ad retractum: & in hac facti ſpecie concludo, quòd, non obſtante reſolutione contractus, & pœnitentia ſecuta inter contrahentes, vicinus admitti debet ad retractum; & ad oſtendendam veritatem huius concluſionis, & pro eius explicatione conſidero quatuor caſus, qui in ea poſſunt euenire. Primus caſus eſt, quando venditio fuit omni ex parte perfecta, nempè quia interuenit rei traditio, & ſolutio pretij, & vicinus venit ad retractum antequam contrahentes reſoluerint contractum: & iſto caſu tàm Aff. & Iacob. Nouell. quàm Tiraq. quos citaui ſupra ſub num. 15. & ſub num. 3. verſ. aut enim. in fine ſcribunt, locum eſſe retractui; & maximè id erit verum in terminis ſtatutorum, de quibus ſupra num. 4. quæ præferunt vicinum eo ipſo, quod dominus rei vult vendere, etiam non aliter ſecuta ven-

62 ditione, vt ſcripſi d. num. 4. † Secundus caſus eſt, quando venditio eſt quidem perfecta, vt in caſu præcedenti, ſed tamen vicinus venit ad retrahendum poſtquam venditor, & emptor reſoluerunt contractum: & adhuc dico idem, quod in præcedenti, quia ſatis eſt, quòd vicinus venerit intra terminum, ſibi à ſtatuto præfixum, quo termino pendente, non eſt locus reſciſſioni, ſeu pœnitentiæ, per

63 ea, quæ ſcripſi ſup. nu. 5. & ſeqq. † Tertius caſus eſt, quando vicinus venit quidem ad retractum in tempore, & antequam venditor,

Digitized by Google

& emptor reſoluerint contractū;ſed inter emptorem, & venditorem nō erat ſecuta rei traditio,neque pretij numeratio: & iſto caſu licet poſſit aliqualiter dubitari in terminis cōſtitutionis Regni Neap.& conſuetudinis Galliæ,per ea,quæ ſcribit Tiraq.de retr.lign. §.1. gl.2.n.54.tamen ego conſtanter teneo, locum eſſe retractui, per ea, quæ ſcripſi ſupra n.15. & pręſertim in terminis ſtatutorum,de quibus
64 ſup.n.4.† Quartus caſus eſt,quando inter emptorem,& venditorem non eſt ſecuta traditio rei, neque numeratio pretij; & vlterius vicinus venit poſtquam vēditor, & emptor reſoluerunt contractum: & iſto caſu licet Tiraq.d. gl.2.nu.54. referat, quòd forſan Affl. tenuit, non eſſe locum retractui; tamen ego teneo, quòd ſit locus;& ita ſupra nu.15.& 16.exiſtimaui tenuiſſe Afflictum,quem propterea meo iudicio nō benè cōſiderauit Tiraq. & maximè ita teneo in terminis ſtatutorū, de quibus loquimur,per ea,quæ dixi in præcedētib. caſib.

65 Sexta facti ſpecies eſt in pœnitentia cōſortis, ſeu vicini,requiſiti ad emendum ante factam alteri venditionem: hucuſque enim in præcedentibus facti ſpeciebus locutus ſum de pœnitentia requirentis,vel requiſiti, ſed venditione iam facta; & in hac ſpecie concludo, quòd conſors,requiſitus,an velit emere iuxta diſpoſitionem ſtatutorum,de quibus ſup. n.4. ſi acceptauit, nō poteſt poſtea pœnitere,& ita iudicaui ſuper ſtatuto Terræ Prati; & fundamenta, quibus moueor ſunt plura.

Primum, quia in contractibus nominatis vnus ex contrahentibus ſolus nō poteſt pœnitere,ſed requiritur vtriuſque contrahētis pœnitentia,l.1.& 2.C.quan.non lic.ab empt. diſced.Curt.in l.petēs.n.36.C.de pact. inter Repeten.tom.7.fol.196.& Rot. diuerſ. deciſ.90. quoad primam.n.2.par.2.& hoc eſt indubitatum, quia in contractibus, quæ ab initio ſunt
66 voluntatis,ex poſt facto ſunt neceſſitatis; † & procedit etiam ſi alter ex contrahentibus non obſeruet ex parte ſua,puta quia emptor non ſoluat pretium:adhuc enim venditor nō poſſet reſcindere,ſed debet agere ad pretium, de quo fidem habuit,l.12.inciuile.C.de reiuend. & l.12. nō idcirco.C.de cōtrah.empt. & Rot.
67 d.deciſ.90.n.2.†Imò ſecundum tunc maiorem partem Dominorum de Rota hoc eſt verum, etiam ſi res eſſet adhuc integra, vt habetur apud eandem Rot. diuerſ. deciſ. 517. concluſum. in fine,verſ.aliqui.pat.1.

68 Sed contractus emptionis, & venditionis eſt contractus nominatus,l.7.iuriſgentium. ff.de
69 pact.† contractus enim nominati ſunt illi, qui habent nomen proprium,quod alij cōuentioni non conuenit,Lancel.Gal.in rubr.nu.36.ff. de verb.oblig.inter Repet.tom.6.fol.25.& talis eſt cōtractus,de quo in hac 6.ſpecie.ergo.

70 Secundū (& hoc ſtringo magis præcedens) quia vbi contractus vēditionis fuit perfectus, non poteſt vnus ex contrahentibus pœnitere, altero inuito,dict.l.1. & 2. C.quan.non lic.ab empt.diſced. & hoc non habet difficultatem.

71 Sed contractus vēditionis fuit perfectus eo ipſo,quod interuenit conſenſus expreſſus requirentis,& offerentis vendere, & interuenit conſenſus expreſſus conſortis requiſiti, qui acceptauit,& dixit,ſe velle emere; interuenit etiam res vendenda, puta, domus, & interuenit pretium, nempè declarandum ab æſtimatoribus; quæ ſunt ſubſtantialia emptionis, & venditionis,vt ſequitur Fab.de Mont.tract. de empt. & vend.q.1.n.1.& 4. & Rot. diuerſ.
72 deciſ.517. concluſum.nu.1.par.1.† & quòd ſi ego dico, vendo tibi, ſi vis, pro decem, & tu dicis,emò,ſi vis,valeat cōtractus, quia eſt cōditio de præſenti, quæ non ſuſpendit, ſcribit idem Fab.eod.tract.q.5.princip.nu.51. & 52. in fine,tom.6.par.1.fol.54.& eſſe communem opinionem teſtatur, & ſequitur Franc. Zoan. de empt.ſub pact.retrouend.nu.38. eod. tom.
73 fol. 73. † & quòd contractus venditionis ſuſtineatur, etiam ſi pretium veniat declarandū ab æſtimatoribus, ſequitur Fab.de Mont. dicta quæſt.5.princ.ſub num. 25. & 26.& tenet apertè Dec. conſ. 648. pro reſolutione.
74 num.1. & ſeqq. † & quòd vbi pretium eſt incertum ſemper ſit à iudice declarandum,ſcri-
75 bit Fab. de Mont.ead.q.5.princip.nu.28. † & in omnem caſum,quando ob pretij incertitudinem non diceretur emptio,& venditio, ſaltem eſſet obligatio efficax ad perficiendā venditionem;ex qua obligatione contra nolētem eligere æſtimatorem poſſet agi ad intereſſe, iuxta ea, quæ ſcribit Dec.conſ.340. nu.1. ſed
76 † quia intereſſe in his terminis eſt inter parum & nihil, cum communiter parum interſit habere rem, vel iuſtam æſtimationem, vt dicit Corn.conſ.25. circa primum. ſub num. 9.
77 lib.4. † melius eſſet, vt ſeruat praxis, & abſque dubio foret ſeruanda in caſu prædictorum ſtatutorum, quòd iudex in contumaciam non eligentis eligeret, &, facta relatione æſtimatorum, cogeret ad implementum, & ad faciendum inſtrumentum, quia licet regulariter nemo cogatur inuitus contrahere, per ea,quæ dixi ſupra num.23.& ſeqq.tamen vbi

ſpontè

ſpontè contraxit, cogitur inuitus adimplere
ea, quæ ſunt executionis illius contractus.

78 Neque huic fundamento obſtat, quòd
Corn. dicto conſ. 25. num. 4. verſ. his tamen.
vſque ad num. 13. verſ. circa tertium. in ſimi-
li caſu conſuluerit contrarium, dicens, quòd
licèt hæres obligatus ex teſtamento ad ven-
dendum Ambroſio potius, quàm vlli alteri,
requiſierit Ambroſium, an vellet emere, &
Ambroſius dixerit ſe eſſe paratum emere pro
iuſto pretio; tamen ex hoc non intelligitur in-
ter eos contracta venditio, neque hæres ex eo
poteſt cogi ad vendendum; quod ex Corn. vi-
detur ſecutus Boet. d. deciſ. 48. num. 23. verſ.
hinc eſt. ratio ſecundum Corn. d. num. 4. eſt,
quia hæres illam requiſitionem fecit, vt ſo-
lum ſciret voluntatem Ambroſij, quia ſi Am-
broſius declaraſſet, ſe nolle emere, hæres po-
tuiſſet tunc perquirere emptorem: vnde illa
requiſitio non fuit facta, vt eſſet celebratio
venditionis, ſeu obligatio ad vendendum.

79 Quia reſpondeo, quòd in caſu Cornei non
poterat aliter reſponderi, ex quò illa requiſi-
tio poterat contineri in illis terminis ad ſcien-
dam voluntatem Ambroſij, & non cogeba-
tur procedere vlterius; ſecus eſt in caſu ſta-
tuti, de quo loquimur, quia requiſitio in eo
parit ex neceſſitate, inducta à ſtatuto, alios
effectus: primum, quòd requiſitio habeat cer-
tum terminum: ſecundum, quòd requiſitus
intra illum terminum debeat declarare: ter-
tium, quòd, facta declaratione, quòd vult
emere, requirens teneatur illi vendere, &c. &
ſic caſus dicti ſtatuti eſt ita clarus, vt non ſine
verecundia poſſit de eo dubitari.

80 Tertium fundamentum, quia licet ſtatu-
tum à principio vſque ad electionem faueat
vicino; tamen iſte fauor non progreditur
poſtquam vicinus elegerit: facta enim ele-
ctione, ſtatutum non vni magis, quàm alteri
81 fauet; † & ideo licet regula correlatiuorum
in venditore, & emptore fallat, quando ſta-
tutum cogit, vt habens domum paruam iux-
ta amplam, & altam, teneatur vendere ha-
benti altam, & habentem altam non cogat
emere paruam vicinam, Fab. de Mont. tract. de
empt. & vend. quæſt. 2. princip. verſus finem,
num. 32. & ſeqq. tom. 6. par. 1. fol. 41. quem
ſequuntur Boer. dicta deciſ. 48. num. 21. in
fine, Euer. de loc. argum. in loco à correlati-
uis, ſub num. 9. & Tiraq. de retr. lign. ad fi-
nem tituli, num. 30. verſus finem, tamen
82 regula remanet firma in reliquis; † quare
vbi vicinus elegerit emere, nec volens ven-
dere, nec is, qui eligit emere, poteſt varia-
re, quia cui eſt data optio eligendi, & ſemel
elegerit, non poteſt variare, Tiraq. in l. bo-
ues. §. hoc ſermone. num. 15. & 16. ff. de
83 verb. ſignif. fol. 210. tom. 4. † & ideo è con-
uerſo, ſi vicinus dixerit, ſe nolle emere, non
poteſt poſtea variare, etiam ſi duraret termi-
nus, quia quoties elegit, terminus cenſetur
finitus, ſicut quando quis appellat ante de-
cem dies, datos ad appellandum, reliqui
dies cenſentur finiti, Gemin. conſ. 121. atten-
ta. num. 14. & ſeqq. & quando eſt finitus, &
non elegiſſet, tacitè cenſetur declaraſſe nol-
le emere; ideoque dominus rei poſſet cui
vult vendere: ergo id multò magis erit ve-
rum, quando expreſsè declaraſſet, ſe nolle
emere: & ratio quare poſt finitum terminum
non poſſit amplius eligere; & dominus poſſit
cui vult vendere, eſt, quia conceſſum ad tem-
pus, poſt tempus cenſetur denegatum, vt in
his terminis retractus, multorum auctoritate
copiosè adducta, ſequitur Tiraq. de retract.
conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 46. & ſeqq. & Surd.
conſ. 371. impetrata. num. 10. lib. 3. & exem-
plum addo indubitatum, quia ſi vicinus re-
quiſitus ad emendum infra terminum à ſtatu-
to præfixum, venerit poſt lapſum terminum,
& poſt factam venditionem cum traditione
rei, & ſolutionem pretij, vtique non audire-
tur, quia expirauit fauor ſibi à ſtatuto
datus.

Quartum fundamentum eſt, quia quæ ad-
ducuntur in contrarium, facile diluuntur.

84 Non obſtat primo igitur, quòd vbi con-
tractus emptionis, & venditionis non eſt per-
fectus, poſſit alter pœnitere: & imperfectus
videatur iſte, de quo ſupra num. 65. in hac
ſexta ſpecie, ex quò non ſimultaneo conſenſu,
ſed ex interuallo, & tacito videntur conueniſ-
ſe de vendendo, & emendo, itē quia nondum
eſt facta æſtimatio, neque inſtrumentum.

85 Quia reſpondeo, eſto millies, recedendo
etiam ab his, quæ ſcripſi ſupra num. 71. lo-
cum eſſe pœnitentiæ, quando contractus eſt
imperfectus, & dici imperfectum, quando
deficit aliquod ex prædictis; tamen dico, hæc
omnia poſſe forſan procedere de iure com-
muni, quando quis à iure non cogitur perfi-
cere contractum: At quando ſtatutum, de
quo agimus, mandat, vt perficiatur venditio,
& non ſit locus pœnitentiæ, tunc omnia præ-
dicta ruunt, & fruſtratoria eſt dubitatio, ſum-
pta à iure communi, ſiue conſideremus per-
ſonam requirētis, ſiue perſonam requiſiti: nam

Digitized by Google

ſi conſideremus perſonam requirentis, tunc ſumus in claris, quia ſi ſtatutum mandat expreſsè, vt tu teneatis, & debeas mihi vendere, habemus caſum ſtatuti clarum, quòd pœnitentia non admittitur, quamuis contractus nondum ſit perfectus, quia teneris perficere:
86 † vnde non ſunt hic indagandi, aut aliter recenſendi illi tres, aut quatuor modi, quibus perfici contractum venditionis, ſcribunt Fab. de Montr.tract.de empt.& vend.quæſt.5.princip.num.60.& 63.quæſt.6.& 7. tom.6. par.1. fol.54. & Affl.deciſ.280. quidam. num. 4. & ſeqq. idem dicendum eſt, ſi conſideremus perſonam requiſiti, qui acceptauerit, quia tunc coniuncto vtriuſque conſenſu in perficiendo contractum venditionis certæ rei pro pretio concordando, vel declarando, ſtatutum æque obligat alterum alteri inuicem ad perficiendum pro ſua parte, & deſinit fauere vicino requiſito, vt dixi ſupra num.80. & 81.
87 † Neque eſt diſputandum, vtrum ſufficiat cõſenſus ex interuallo, quia vltra quòd etiam de iure communi ſecundum communem opinionem ſufficit ex interuallo, per ea, quæ ſcribit Fab. de Mont. dicta quæſt. 5. princip. ſub num. 47. & ſub num. 50. vbi loquitur quando eſt datus terminus; & maximè quando venditio fieret per licitationem de re poſita ſub haſta, quia tunc venditor ſemper præſumitur adeſſe, ex quò poſuit rem venalem in publico, Bar. in l. 9. licitatio. num. 4. ff. de public. & vectig. Fab. de Mont. dicta quæſt. 5. ſub num. 50. & Surd. conſ. 371. impetrata. num. 30. verſus finem, lib. 3. attento ſtatuto, de quo loquimur, ceſſat omnis diſputa-
88 tio, † Cæterum ſi dum venditio eſt perficienda, res periret, cuius periculo periret, ſcripſi aliqua in meo tract. de commerc. §. 1. quæſt. 1. ſub num. 478. verſ. imò perit.
89 Non obſtat ſecundo, ſi contra prædicta dicatur, quòd ſicut vicinus, cui competit ius retractus, vultq. emere, poteſt pœnitere, & variare etiam poſtquam empror, quem requiſiuit, acceptauit requiſitionem, & obtulit ſe paratum retrouendere; imò etiam poſtqnam emptor, ſi recuſaſſet, fuiſſet condemnatus ad retrouendendum, ſicque poteſt variare, vt dixi ſupra num.48. & 49. in tertia, & quarta ſpecie, in quibus tamen interuenit perfectio contractus, à nobis conſiderata ſupra num. 71. & 85. & ratio pœnitentiæ, & variationis eſt, quia illa obligatio ad vendendum eſt inducta fauore ipſius vicini requiſiti; ita etiam is, qui ante venditionem fuit requiſitus, & acceptauit, debet poſſe pœnitere, & variare, cum ſtatutum ſit ad eius fauorem.
90 Quia reſpondeo, diuerſam eſſe rationem inter illas duas facti ſpecies, de quibus ſupra dictis num. 48. & 49. quando ſcilicet venditio eſt facta, & quando non eſt facta: nam quando eſt facta extraneo, non requiſito vicino ante, vel poſt infra legitimum tempus, tunc tàm venditor, quàm emptor facto impugnarunt prælationem vicini, & noluerunt illã ſeruari: ergo non debent conqueri, ſi remaneant in emptione, quam voluerunt, & conſequenter non poſſunt dicere, quòd vicinus tenetur eã emere, ex quò venit ad ius retractus, quia obſtat eis regula iuris, quòd nemo poteſt facere fundamentum in eo, quod ipſe impugnauit, cap. ex eo. de reg. iur. in 6. cum alijs citatis per Surd. conſ. 136. ſuborta. num. 29. lib. 1. ex qua regula multas illationes collegi lib. prox. præceden. cap. 11. num. 470. & ſeqq. & ratio huius regulæ ſumitur ex alia regula, quòd exceptio (tua non intereſt) repellit omnem agentem, & omnem excipientem, Tiraq. de retr. lign. §. 1. gloſ. 2. ſub num. 53. verſ. præterea quid. & ſecutus ſum in meo tract.
91 de commerc. §. 2. gl. 5. ſub num. 142. † hincq. eſt, quòd licet appellans non poſſit renunciare appellationi, inuito appellato; tamen poteſt renunciare, ſi appellatus impugnauit appellationem, tum quia appellatus non poteſt ſe iuuare ex eo, quod impugnauit, tum quia appellatus non habet intereſſe in iſta renunciatione: nam, impugnando appellationem, voluit tollere appellationem, ſed per renunciationem tollitur; ergo conſequitur, quod voluit, & ſic non poteſt contradicere; ſiue res ſit integra, ſiue non, vt ſecutus ſum cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 2. num. 108. ſic in caſu noſtro cum venditor, & emptor contraxerint, non requiſito vicino ſaltem infra triginta dies poſt factam venditionem, vt requirit conſtitutio Regni Neap. ſicque voluerunt excludere vicinum à iure prælationis, vt fuit in caſu deciſionis Vincentij de Franch. allegatæ ſupra ſub num. 49. & fortius in caſu, in quo loquitur Tiraquel. vbi non ſolum non fuit facta requiſitio, aut oblatio retrouenditionis, ſed fuit ius prælationis ſemper impugnatum vſque ad ſententiam, meritò non poſſunt, vicino inuito, dicere, quòd ipſe præferatur, tùm quia non poſſunt vti fundamento, quod procurarunt impugnare, tum quia habent, quod voluerunt, & ideo ceſſat eorum intereſſe, ſi vici-

nus

Digitized by Google

92 nus nolit præferri; † & hæc eſt ratio, quare illa l. 42. ſi iudex. de qua ſupra num. 50. mandat, vt minor reſtitutus aduerſus læſionem poſſit reſtitutione non vti, inuito aduerſario, ratio, inquam, eſt, tum quia lædens non poteſt facere fundamentum in illæſione, quam, lædendo, impugnauit, tum quia, ſi habet, quod voluit, non poteſt conqueri, vt ex hac eadem ratione iuſtificatur etiam illa opinio, quòd venditor, condemnatus in actione redhibitoria, non poſſit vti illa condemnatione, emptore inuito, vt dixi ſupra num. 58. mi-
93 litant enim prædictæ rationes; † & ex his apparet, vanam eſſe illam rationem, & differentiam, quas Bal. & alij citati ſupra num. 50. adducunt inter fauorem, procedentem ex iure ſpeciali, & procedentem ex iure ordina-
94 rio, ſeu communi; † & conſequenter appatet etiam, veram non eſſe illam contrariam opin. de qua ſupra num. 54. in ſententia, lata ſuper actione redhibitoria ad fauorē emptoris; quare, redeundo ad reſponſionem, dico, quòd illa facultas pœnitendi, & variandi, conſiderata ſupra num. 48. & 49. in illis duabus ſpeciebus, non procedit immediate à ſtatuto, ſed reſultat in cōſequentiam ex illa regula, quod aduerſarius non poteſt facere fundamentum in eo, quod impugnauit.

95 Secus eſt, quando non eſt facta venditio, ſed eſt facta denūciatio vicino, & is acceptat, quia tunc neuter impugnauit legem prælationis: imò vterque eam approbauit; meritò vterque in ea poteſt facere fundamentum, & vterque illi manet alligatus, & neuter poteſt, altero inuito, ab illa recedere, pœnitere, & nolle vti, quia ſi nō vult vti vnus, poteſt ea vti
69 alter; † & in his terminis procedit text. in l. 25. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſol. matr. dum diſponit, quòd ſi maritus non potuerit ſatiſdare, & mulier petierit, eum condemnari ad reſtituendum ſtatim, deducto interuſurio; & maritus offerat ſe paratum reſtituere, mulier non poteſt mutare volūtatem, & dicere, quòd vult expectare potius terminum, quàm pati deductionem interuſurij; ex quo text. Bal. ibi, & alij communiter inferunt, quòd ille, ad cuius poſtulationem formata eſt ſententia, non poteſt à ſententia recedere, nec habet locum pœnirentia: id enim eſt verum, quando ſententia fuit lata, non præcedente dolo, ſeu culpa eius, contra quem eſt lata: hac enim ratione mulier tenetur ſtare ſententię, latæ contra maritū, quia ſi maritus non ſatiſdedit, fuit, quia, nulla eius pręcedente culpa, non potuit;
97 † vnde ſequitur, quòd illa opinio negatiua, quam retuli ſup. num. 51. non ſit vera, quià cum in ea pręceſſerit culpa eius, qui condemnatur, non poteſt defendi ex dicto §. quoties. & notatis in eo, & à me relatis ſupra dicto num. 51.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XXX.

SVMMARIVM.

Reſcindi quæ ſententiæ poſſint ſine appellatione, num. 1. & ſeqq.

Res iudicata ſi extet, & iudex pronunciet, non extare, pronunciatio reſcinditur ſine appellatione, num. 1.

Error calculi ſi appareat in ſententia, corrigitur ſine appellatione, num. 2. & 3.

Impoſſibile ſi præcipiatur in ſententia, talis ſententia eſt nullius momenti, etiam ſine appellatione, num. 5.

Mortuus ſi quis ſit, non poteſt contra eum ferri ſententia, neque dari iudex, num. 6.

Reuocare ſuam ſententiam non poteſt iudex, neque eius ſucceſſor, num. 7.

Lex ſi quid apertè diſponat, & iudex ſententiam ferat contrariam diſpoſitioni legis, ſententia eſt nulla abſque appellatione, num. 8.

Appellatio quare non ſit neceſſaria in ſententia nulla, num. 9. Poteſt tamen ab ea appellari, num. 11.

Reſciſſio ſumitur impropriè, & propriè, numero 10.

Citatus edicto non ſolemni, ſi condemnetur, condemnatio eſt nulla, & appellatio non eſt neceſſaria, num. 12.

Conuentionis, & Reconuentionis } cauſa ſi ſimul non expediantur, poteſt primo condemnatus appellare, num. 13.

1 QVAERO an ſint aliquę ſententię, quę ſine appellatione reſcindantur, & quę ſint? Reſp. quòd hæc quæſtio magis pertineret ad ſequens caput de appellationibus, nihilominus eā in iſto breuiter attingam; & quę hic deficient, dicam in ſeq. cap. q. 17. lim. 19.

& hic concludo, nō deeſſe ſententias, quę ſine appellatione reſcinduntur, vt in tot.tit.ff. quę ſent. ſin. appell. reſcind. & huiuſmodi ſunt omnes ſententię, in quibus patet error manifeſtus; quare ſi quęratur, an iudicatum ſit, necne; & huius quæſtionis iudex pronunciauerit, non eſſe iudicatum, licet fuerit iudicatum, reſcinditur, etſi prouocatum non ſit: ętenim ſi appareat, adeſſe rem iudicatam, reſcindetur ſententia, qua fuerit pronunciatum, non adeſſe, quamuis ab iſta ſententia non fuerit ap-
2 pellatum. † Item ſi calculi error in ſententia eſſe dicatur, appellare non eſt neceſſe; veluti ſi iudex ita pronunciauerit (cum conſtet, Titiū Seio ex illa ſpecie quinquaginta, item ex illa ſpecie viginti inque debere, idcirco eum cōdemno in centum:) nam quia error computationis eſt, non eſt neceſſe appellare, & citra prouocationē corrigitur error, l. 1. ff quę ſent. ſine appel. reſcind. Abb. in cap. 9. inter cæte-
3 ras. ſub num. 7. de ſent. & re iudic. † imò & ſi iudex, ad quem extitiſſet appellatum, condemnationem in centum confirmaſſet, ſiquidē cum quinquaginta & viginti inque putauerit fieri cētum, adhuc idem computationis eſt error, neque appellare eſt neceſſe, dicta l. 1. &
4 ſecutus ſum cap. ſeq. q. 11. num. 141. † ſi verò confirmauerit, quia dixerit ex alia ſpecie deberi viginti inque, appellationi locus eſt,
5 dicta l. 1. ff. quę ſent. ſine &c. † Item ſi iudicis ſententię per rerum naturam pareri non poterit, vel quid impoſſibile de iure præceperit, talis ſententia nullius eſt momenti, & ideo appellatio non eſt neceſſaria, l. fin. ff. eod. & de huiuſmodi præceptis impoſſibilitatem de facto, vel de iure continentibus ſcripſi ſupra
6 lib. 1. cap. 57. num. 6. & ſeqq. † Nulla etiam eſt ſententia, quæ fuit lata contra mortuum, & nulla eſt datio iudicis, ſi antequam daretur, is, contra quem datur, in rebus humanis non erat, l. 2. ff. eod. & de nullitate huius ſententiæ, latæ contra mortuum, egi ſupra q. 25.
7 n. 74. & ſeqq. † Nulla eſt etiam ſententia, qua iudex ſuam, vel anteceſſoris ſententiam reuocat, & ideo appellatio non eſt neceſſaria, l. 1.
8 C. ſent. reſcin. non poſſ. † Similiter ſi cōtra ſacras cōſtitutiones iudicatur, appellationis neceſſitas remittitur, l. 1. ff. quę ſent. ſin appel. reſcin. & dicitur contra ſacras cōſtitutiones, ſeu cōtra ius, & non de iure litigatoris pronūciare, veluti ſi iudex, volenti ſe ex cura muneris, vel tutelæ, beneficio liberorum, vel æraris, aut priuilegij excuſare; dixerit, neque filios, neque ætatem, aut vllum priuilegium ad muneris, vel tutelæ excuſationem prodeſſe: ſecus ſi iudicetur contra ius litigatoris, veluti ſi contra eum idcirco ſententiam tulerit, quia æſtimauerit, eum de ætate ſua, aut de numero liberorum non probaſſe, quia tunc appellatio eſt neceſſaria, d. l. 1. & quòd ſententia, lata patenter, & manifeſtè contra tenorem, & caſum legis publicæ, & manifeſtæ, ita quod talis error, habita relatione ad textum legis, poſſit cerni oculo corporali, ſit nulla, ſcribit, & declarat Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſs. &c. num. 122. fol. 418. tom. 4. & quòd ſententia, lata contra legem, ſit nulla, ſatis ſecutus ſum ſupra quæſt. 24. num. 11. vnde pluribus non inſiſto.
9 Ratio huius concluſionis, quare appellatio non ſit neceſſaria, eſt, quia, quatenus ſententia in prædictis caſibus ſit nulla, non indiget reſciſſione, aut ſuſpenſione, cum id, quod eſt nullum, neque reſcindi, neque ſuſpendi poſſit, & appellatio tendat ad reſciſſionem, & ſuſpenſionem, vt ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 19. num. 1. verſus finem.
10 Non obſtat huic rationi, quòd titulus ff. quæ ſent. ſin. appell. reſcin. ſupra citatus, loquendo de iſtis ſententijs, dicat, eas reſcindi.

Quia reſpondeo, quòd loquendo de ſententia nulla, impropriè vtitur verbo (reſcindere) nam etſi hoc verbum ſit commune actui valido, & actui nullo, tamen in actu valido habet propriam ſignificationem, ſed in actu nullo habet impropriam, quia actus nullus non reſciuditur, ſed declaratur nullus.
11 Declara eandem concluſionem, vt quamuis appellatio non ſit neceſſaria, tamen poſſit appellari, prout explicaui d. limit. 19. num. 2. & ſeqq.
12 Cæterum ſi ſententia non ſit erronea, ſeu nulla, neceſſe eſt appellare, alias tranſit in iudicatum; quare ſi quis ſolemni edicto peremptorio fuerit citatus, & cōdemnatus, debet appellare, etiamſi ad eius notitiam edictum non peruenerit, ſecus ſi edicto non ſolemni, vt requirebatur, & multò magis ſi adhuc illud ad illius notitiam non peruenerit, quia tunc condemnatio nullius eſſet momenti, ideoque appellatio non eſſet neceſſaria, l. 1. & ibi Gl. in verbo, propoſitum. & in verbo, notitiam. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcin.
13 Similiter ſi, cauſa conuentionis, & reconuentionis apud eūdem iudicem inuicem propoſita, iudex conuenientem, aut reconuenientem prius condemnauerit, debet condemnatus appellare, d. l. 1. in fine.

GLOS.

GLOS. XIV. Sententiamus, &c.

QVAESTIO XXXI.

S V M M A R I V M.

Dilatio, ſeu Terminus } *dabatur condemnatis per rem iudicatam, num. 1.*

Vſuram centeſimam ſoluerę tenebatur debitor condemnatus per rem iudicatam, qui non ſatisfaciebat creditori intra dilationem ſibi datam, num. 2. Sed hodie non ſeruatur, num. 3. & 5.

Vſura licet toleraretur à iure ciuili in aliquo caſu, num. 4. Tamen de iure canonico eſt prohibita indiſtinctè in omnibus caſibus, num. 5.

Vſura centeſima quæ ſit, num. 6.

Socius in officijs Curiæ Romanæ ſi ſit condemnatus ad ſoluendum alteri conſocio ex cauſa ſocietatis, & ſit expeditum mandatum, & non ſoluat, condemnatur poſtea ad certum intereſſe, ſub num. 2.

1 CONDEMNATIS ad ſoluendum dantur à lege quatuor menſes, vel alia breuior dilatio arbitrio iudicis, dinumeranda à die rei iudicatæ, vt late ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 62. ſub num. 18. & hoc eod. lib. 3. cap. ſeq. q.
2 17. limit. 10. num. 33. † qua dilatione elapſa, ſi condemnatus non ſatisfecerit, tenetur creditori etiam ad vſuram centeſimam, l. 1. C. de vſur. rei iud. & Auditor Camerę hodie poſt expeditum mandatum contra debitorem ſocietatis officij, creditore iſtante, condemnat ipſum debitorem ad quinque, ſeu ſex pro centenario, vt retuli in meo tract. de cõmerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 246. in fine, ad quę quinque, ſeu ſex condemnat pro intereſſe creditoris, & nõ quia vſura ſit licita iſto caſu.

Dubitatur modo, an dicta l. 1. C. de vſur.
3 rei iud. ſeruetur, dum mandat, ſolui vſuram centeſimam.

Concludo, non ſeruari, quia vſura eſt prohibita omni iure, vt ſcripſi dicto §. 1. q. 1. nu.
4 401. & ſeqq. † Et licet ius ciuile multis caſibus toleret, ideſt, non puniat vſuras, vt dixi eod. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. num. 45. & ideo toleret forſan vſuras in cauſa dotis ſecundum vnam reſponſionem, quam nos dedimus ead. par. 2. ampl. 8. ſub num. 176. verſ. quia reſpon-
5 deo. † tamen certiſſimum eſt, quòd de iure canonico vſura eſt prohibita indiſtincte in omnibus caſibus, per ea, quę dixi ibidem, & dicta q. 1. num. 401. & ſeqq. & ſtandum eſſe iuri canonico, & eius Doctoribus in materia vſurarum ſcripſi ead. q. 1. num. 19. & cognitionẽ, an contractus ſit vſurarius, pertinere ad iudicem eccleſiaſticum, ſcripſi eod. tract. §. 7. gl. 5. num. 81.
6 Vſura centeſima quę ſit, & vnde vocetur centeſima, ſcripſi eod. tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 288. & 289.

GLOS. XIV. Sententiamus. &c.

QVAESTIO XXXII.

S V M M A R I V M.

Sententia lata ex falſis probationibus, an ſit ipſo iure nulla, &c. num. 1. & ſeqq.

Falſæ ſi fuerint probationes, an ſententia ex eis lata ſit ipſo iure nulla, num. 1. & ſeqq. Firmatur opinio negatiua, quòd non ſit nulla, num. 2. & ſeqq. & num. 15. Limitatur, num. 21. 31. 40. 43. 44. & ſub num. 45.

Condemnato per rem iudicatam ex falſis probationibus dantur plura remedia, nu. 3. & 4. Hæcq. remedia dantur, quando de falſitate dicitur poſt latam ſententiam, ſecus ſi de falſitate fuiſſet cognitum ante ſententiam, num. 46. Item quando probatur, iudicem ſecutum eſſe illas falſas probationes, num. 53.

Subſtantialia iudicij ſi non deficiant, licet deficiant probationes, ſententia non eſt ipſo iure nulla, num. 5.

Falſum quod eſt, nihil eſt, num. 6.

Committendo quando minus peccetur, quàm omittendo, num. 7. & 8.

Corruptus ſi ſit iudex, ſententia ab eo lata eſt nulla, num. 9. & ſub num. 10. Sed ſi corrupti ſint teſtes, non eſt nulla, num. 10. Etiam ſi ſint corrupti ab aduerſario cum pecunia, nu. 16. Et maximè ſi iudex ſecutus non fuerit teſtium atteſtationes, num. 18. Et quando iudex dicatur eas ſequutus, num. 19. & 20.

Ineptitudo non vitiat, ſi quod ineptè agitur non erat neceſſarium, num. 11.

Reſciſſio, ſeu Reſtitutio } *in integrum non eſt neceſſaria, quando actus eſt nullus, nu. 12.*

Decre-

Decretum, latum ex falſa cauſa, eſt ipſo iure nullum, num.21.& ſeqq. Etiam ſi falſa cauſa non ſit expreſſa in decreto, nu.24. Etiam ſi ſit interpoſitum partim ex cauſa vera, & partim ex cauſa falſa, num.25.

Decretum, non rite interpoſitum, eſt nullum, num.26. Similiter eſt nullum, ſi non ſit rectè interpoſitum, eo, quia petenti deficiat ius, num.27. Secus eſt ſi ei non deficiat ius, ſed tamen habeat iniuſtitiam ex parte rei conuenti, quia valet, num. 30.

Decretum latum ex falſa cauſa an ſit ſemper, & indiſtinctè nullum, num.28.& 29.

Executio, ſeu Miſſio in poſſeſſionem } facta ſuper bonis non debitoris, tanquam ſuper bonis debitoris, tenet, ſed non debitor reſtituitur, & quomodo procedatur, numero 30.

Sententia lata per falſos teſtes, ſeu falſas allegationes dolo aduerſarij contra abſentem, an ſit ipſo iure nulla, nu.31.& ſeqq. Et quid ſi ſit lata contra præſentem, num.39.

Falſitas, ex qua lata eſt ſententia excommunicationis contra abſentem, an faciat ſententiam nullam, num 37.

Falſitas allegationum ſi non ſit in facto, ſed in iure, an faciat ſententiam nullam, num.38.

Sententia, lata contra minorem ex falſis probationibus, eſt ipſo iure nulla, num.40.41. & 42. Et iure minoris vtuntur Eccleſia, & Reſp. num.43.

Reſp. & Eccleſia } æquiparantur minori, numero 43.

Falſitas circa acta ſubſtantialia facit ſententiam nullam, num.44.

Nulla licet ſit ſententia, iudex tamen appellationis poteſt eam confirmare, ſub num. 44. verſ. declara.

Falſa ſi ſit cauſa, quæ continetur expreſſè in ſententia, vel in actis, ad quæ ſe refert ſententia, vel colligatur aliter, an ſententia ſit nulla, num.45.

Cauſa, ſeu Titulus } reducitur ad non cauſam, & ad non titulum, quando procedunt ex falſa cauſa, ſub num. 45. verſ. extende. & ſub num.72. verſ. ratio.

Teſtificatis didicitis, regulariter non poſſunt examinari teſtes ſuper directè contrarijs, num.47. Hæc tamen regula reſtringitur vt non procedat in ſeqq. caſibus. Primo, quando volens probare falſitatem teſtium, vult etiam probare fuiſſe pecunia corruptos, num. 48. Secundo in quæſtione falſitatis, num.50. Tertio quando teſtes non fuerunt publicati, num.51. Quarto &c. num.52.

Falſitas ſi proponatur aduerſus rem iudicatam, vti latam ex falſis probationibus, an retardet executionem, num.54.

Nullitatis remedium competit aduerſus ſententiam, quæ eſt nulla, ſed non aduerſus ſententiam, quæ mero iure tenet, num. 55. Et quot modis practicetur hoc remedium, quando ex ſententia nulla nihil victor conſequutus eſt, & quando conſecutus eſt promiſſionem, vel ſolutionem, & an aliquo caſu detur victo reſtitutio in integrum, num.57.

Nullitati quanto tempore præſcribatur, ſub num.55.

Officium iudicis datur etiam aduerſus ſententiam, quæ non tenuit, & vſque ad quod tempus detur, num.56

Actio in factum eſt ciuilis, qua agitur ad intereſſe, num.58. Competit vſque ad 30. annos, num.59. Et datur ſine alia reſtitutione in integrum, num.60. Et quando competat, ſub eodem num.60. verſ. aduertendum.

Falſi exceptio datur contra petentem executionem rei iudicatæ, num.61. Et an ſit neceſſaria reſtitutio in integrum, num.62. & 63. Hæcque falſi exceptio durat perpetuò, numero 64.

Falſi replicatio datur actori, qui, cum ſuccubuerit ex falſis probationibus rei, vult denuo agere ex eadem actione, num. 65. Sed vt poſſit agere, & replicare, debet impetrare reſtitutionem in integrum, num. 66. Et quid in tertio, contra quem non fuit lata ſententia, an poſſit replicare de falſitate ſine præuia reſtitutione in integrum, num. 67. Et quid in duplicatione, num.68.

Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam infra quantum tempus debeat peti, & expediri, num.69.

Reſtitutio in integrum non datur, quando competunt remedia ordinaria, num. 70. Niſi in caſu, quo remedia ordinaria non plenè conſulant, num.71.

Falſi accuſatio contra quos detur, & ad quid tendat quando proponitur aduerſus ſententiam, num.72.

Falſi accuſatio vſque ad quod tempus poſſit proponi, num.73.& ſeqq.

Delicta, ſeu Crimina, } quæ impediunt executionem ordinis, ſeu retentionem beneficij, tempore non alleuiantur, ſed imò efficiuntur grauiora, ſub nu.77.

QVAE-

1 QVAERO, an ſententia, lata ex falſis probationibus, ſit ipſo iure nulla; & ideo nunquam transeat in rem iudicatam, an verò ſit adhuc valida, & ideo trãſeat in iudicatũ?

In hac quæſtione Gl. in cap. 6. cum venerabilis. in verbo, veritate comperta. de except. argumentatur pro & contra; & pro nullitate ſententiæ mouetur, quia ex tali ſententia non datur exceptio, l. 11. qui agnitis. ff. de except. pro validitate autem mouetur, quia talis ſententia incipit valere poſt 20. annos, & tamen quod eſt nullum ab initio, tractu temporis non conualeſcit: Vnde Gl. pro concordia diſtinguit: aut loquimur de ſententia antequam reuelata fuerit falſitas, & iſto caſu, inquit, ſententia tenet, & durat in ſuo robore, & ſeruari debet: aut loquimur, cum reuelata fuerit falſitas, & tunc incipiet apparere nulla, & ideo pronunciabitur nulla, huiusq. Gl. intentus ſecundum Hoſt. quem refert Abb. in d. cap. cum venerabilis. ſub num. 41. eſt, quòd ſententia eſt nulla quoad veritatem, ſed eſt aliqua quoad opinionem: vnde quandiu non detegitur falſitas, debet obſeruari, & poſt tempus viginti annorum præcluditur via dicendi de nullitate: ſed eorum pace ſit dictum, ambagioſa eſt hæc declaratio, quia ſi ſententia, lata ex falſis probationibus, mero iure tenet, non erit verum, quòd, detecta falſitate, dicatur nulla, ſed erit verum, quòd, detecta falſitate, infringenda eſt ſententia, & ideo donec non fuerit infracta, habuit & potuit habere effectus ſententiæ validæ, quos non habuiſſet, ſi declararetur nulla.

2 Firmo igitur opinionem negatiuam, quòd ſententia non ſit nulla, Bar. in l. 33. diuus. initio, & num. 1. vbi eam defendit à contrarijs, Paul. de Caſtr. num. 1. Ang. de Aret. ſub num. 2. Iaſ. num. 1. & 2. ff. de re iud. Abb. in cap. 6. cum venerabilis. ſub num. 41. de except. Felyn. in cap. 9. licet cauſam. num. 31. in 4. concluſ. de probat. & hanc opin. putat veram, & comprobat Bened. de Plumb. in l. 11. qui agnitis. num. 13. ff. de except. fol. 412. vol. 5. inter repet. diuerſ. & cum hac opinione videntur concordare Gl. in d. l. qui agnitis. in verbo, præſcriptionem. ff. de except. & Gloſ. vlt. in l. 2. C. ſi ex falſ. inſtr. &c. & hanc eſſe communem opinionem teſtantur, & ſequuntur Io. de Anan. in cap. 2. ſuper eo. ſub num. 4. ibi, ſi verò falſitas. de crim. falſ. Dec. in cap. 9. licet cauſam. num. 159. iuncto num. 161. verſ. retenta. de probat. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſs. num. 132. Surd. conſ. 160. remedium. num. 59. lib. 2. & Odd. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 77. ſub num. 28. verſ. in contrarium. & quod hęc regulariter ſit communis opinio, teſtatur, & ſequitur Alex. in d. l. diuus. num. 6. in fine, ff. de re iud. & hanc pro regula ponunt Socc. in reg. 264. & Alex. in l. 11. iuſtè poſſidet. ſub num. 8. verſ. guliel. de cug. ff. de acq. poſſeſs. & ita ſecutus ſum
3 ſup. q. 13. ſub num. 40. verſ. quia. † & ideo condemnatus debet ad illius reſciſſionem, ſeu ad executionem impediendam, ciuiliter agere remedio reſtitutionis in integrum, aut opponere exceptionem falſi, aut agere actione in factum ad intereſſe, aut criminaliter accuſare de falſo, Bar. in d. l. diuus. num. 8. verſ. quæro quomodo. Abb. in d. cap. cum venerabilis. num. 42. Felyn. in d. cap. 9. licet cauſam. num. 35. & ſeqq. in quinta concluſ. de probat. & Odd. dicta quæſt. 77. art. 1. 2. 3. & 4. & de iſtis quatuor remedijs, omiſſa reſtitutione in integrum, & addito officio iudicis, loquitur etiam Gl. prima, in l. 12. querela. C. ad l. corn. de falſ. vbi ponit de his quoſdam verſus
4 ſatis ineptos, † quia ne victus damnum indebitè patiatur, & victor ex delicto & dolo non conſequatur iniuſtæ victoriæ præmium, latè prouiſum eſt in iure per ll. C. ſi ex falſ. inſtr. &c. d. l. 33. diuus. ff. de re iud. & dicta l. 11. qui agnitis. ff. de except.

5 Confirmatur primo hęc communis opinio, quia, quando ſubſtantialia ſententiæ, ſeu iudicij non deficiunt, ſententia non eſt ipſo iure nulla; ſed teſtes, & probationes, quæ reſpiciunt merita cauſæ, non ſunt de ſubſtantia iudicij, ſed ſolum ſunt de ordine iuſtitię, vt ſcripſi ſupra hac eadem gl. quæſt. 20. num. 1. ergo licet ſententia ſit lata per falſas probationes, ſeu per probationes imperfectas, tamen eſt valida, quia paria ſunt, ſententiam eſſe latam ſine probationibus, & eſſe latam
6 ex falſis probationibus, † cùm falſum quod eſt, nihil ſit, vt ex Bal. retuli ſupra lib. 1. cap. 50. num. 14. in fine, & huius confirmationis argumento vtuntur Iaſ. in d. l. diuus. num. 2. & Odd. d. q. 77. num. 29.

7 Non obſtat primo, quòd maius ſit vitium in committendo, quàm in omittendo, vt ſecutus ſum lib. proximè pręceden. cap. 11. nu. 1217. & 1218. & conſequenter facilius inducatur nullitas propter commiſſam falſitatem in probationibus, quàm propter omiſſas probatio-

8 bationes, † quia reſp. quoad ordinem, & ſubſtantiam iudicij maius reputari vitium, ſi probatio omninò deficiat, quàm ſi interueniat falſa: nam licet falſitas probationis, prout reſpicit iuſtitiam, habeat vitium ſine comparatione, cum omittere probationem non ſit vitium; tamen prout reſpiceret ordinem ſubſtantialem iudicij, nullum habet vitium; quare in caſu noſtro tantum abeſt, vt committere ſit maius vitium, vt probatio, prout eſſet de ordine, & ſubſtantia iudicij, habeat vitium in omittendo, & non in committendo.

9 Non obſtat ſecundo, quòd ſententia, lata per iudicem corruptum, ſit nulla, l. 7. venales. C. quan. prouoc. non eſt neceſs. etiam ſi rectè iudicauerit, Ang. de Aret. in l. 33. diuus. num.
10 2. ff. de re iudic. † & tamen non ſit nulla, ſi corrupti ſint teſtes, ſeu probationes, per ea, quę dixi hic ſup. quia reſpondeo dupliciter. Primo dico, quòd ſententia lata ex falſis probationibus dicitur iuſta quoad iudicem, quia, falſitate non detecta, tenetur iudicare ſecundum acta & probata, vt dixi ſup. q. 8. num. 4. ſed quando ipſe eſt corruptus, patens ſibi eſt falſitas, & corruptela. Secundo reſp. deteſtabiliorem eſſe venalitatem in iudice, quàm in teſtibus, Ang. de Aret. vbi ſup. & ratio eſt, quia probatio, ſeu teſtes non ſunt ita neceſſarij ad ſententiam, & iudicium, ſicut eſt neceſſarius iudex: ſiquidem ſententia valet ſine probationibus, vt dixi ſup. num. 5. ſed non poteſt valere ſine iudice, per ea, quę ſcripſi ſup. gl. 4. q. 7. num. 1. & ſeqq.
11 † & conſequenter vbi aliquid non eſt neceſſarium, ſi illud inepte interueniat, non vitiat, vt dicimus de libello inepto, & de inepta citatione, quando non ſunt neceſſarij: ſecus eſt quando ſunt neceſſarij, vt ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 50. num. 16.

12 Confirmatur ſecundo, quia vbi actus eſt nullus, non eſt opus reſtitutione in integrum, neque reſciſſione, quia quod eſt nullum, rumpi, ſeu reſcindi non poteſt, l. 5. nam etſi ſub conditione. ibi, poſt defectum autem. ff. de iniuſt. rup. irrit. teſt. Bened. de Plumb. in l. 11. qui agnitis. ſub num. 13. ff. de except. fol. 412. vol. 5. inter repet. diuerſ. Iaſ. in d. l. diuus. ſub n. 2. Io. de Anan. in d. cap. ſuper eo. ſub nu. 4. de crim. fal. Surd. conſ. 160. remedium. num. 59. & ſeqq. lib. 2. & loquendo de appellatione à ſententia nulla, citatis Franch. & Greg. Toloſ. ſecutus ſum cap. ſeq. q. 17. limit. 19. nu. 1. verſus finem.

13 Sed ſententia, lata ex falſis probationibus, reſcinditur, impetrata reſtitutione in integrum, l. 33. diuus. ff. de re iud. & ibi Doct. ergo talis ſententia non eſt nulla.

14 Confirmatur tertio, (& procedit à radice præcedentis ſecundæ confirmationis) quia remedium nullitatis eſt remedium ordinarium; remedium autem reſtitutionis in integrum eſt ſubſidiarium, & extraordinarium, quod propterea non datur, quandiu eſt locus ordinario, vt dixi dicto cap. 50. num. 9. & in terminis noſtris Paul. de Caſtr. in l. 33. diuus. ſub num. 1. ff. de re iudic. ergo, cum detur reſtitutio in integrum, ſignum eſt euidens, quod deficit nullitas.

Sed huic confirmationi reſpondetur, quod plenius prouidetur per reſtitutionem in integrum; & quando plenius prouidetur per remedium extraordinarium, datur, etiam non deficiente ordinario.

15 Confirmata igitur opinione, ſeu regula, quòd ſententia non ſit nulla ipſo iure, & prætermiſſis in hoc ambagibus, quas per viam oppoſitionum ingerit Bar. in d. l. diuus. nu. 1. & ſeq. ff. de re iud. & per viam prolixæ diſtinctionis, cum qua procedunt Bal. in d. cap. 6. cum venerabilis. num. 19. verſ. quæro an ſententia. & Abb. ſub num. 41. verſus finem, de except. & neglecto conflictu opinionum, quas referunt Bened. de Plumb. in l. qui agnitis. ſub num. 12. & ſeqq. ff. de except. inter repetit. diuerſ. vol. 5. fol. 412. & latius Marian. Socc. in cap. 2. ſuper eo. num. 5. 6. & ſeqq. & num. 12. & ſeqq. de crim. fal. & neglectis etiam cumulatis per Odd. de reſtit. in integr. q. 77. per totam: videntur namque magis inuoluere intellectum, quàm aperire.

16 Amplia primò eandem regulam, vt procedat, etiam ſi falſitas ſit commiſſa, corruptis teſtibus cum pecunia ab aduerſario, & ſic etiamſi duplex interuenerit dolus, nempè teſtium falſorum, & partis eos corrumpentis, quia ſententia adhuc mero iure tenet, & non eſt nulla, Paul. de Caſtr. in l. 33. diuus. num. 1. & Iaſ. ſub num. 2. ff. de re iudic.

Ratio huius ampliationis eſt illa, quam adduxi ſupra num. 8.

17 Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi falſa probatio, ſeu allegatio fuerit facta dolo partis, quia ſi fuerit facta contra præſentem, ſententia adhuc mero iure tenet, ſed datur reſtitutio in integrum, Bar. in l. 22. ſi is ad quem. num. 2. verſus finem, ibi, ſi contra præſentem. ff. de acquir. hæred.

18 Amplia tertio eandem regulam illatiuè ex terminis illius, vt maximè procedat quando

do index non fuit ſecutus dicta falſorum teſtium, vt quia iudex aliunde quàm ex dictis teſtium fuit motus ad ſententiandum, quia tunc clarum eſt, quòd non ſufficit, teſtes falſum dixiſſe, cum regula loquatur de ſententia, lata ex falſis probationibus, Abb. in cap. 9. licet. num. 22. de probat. Alex. in l. 33. diuus. ſub num. 4. verſ. limita primo. ff. de re iud. vide quæ ſcripſi infra num. 55. illat. 3.

19 Declara eandem regulam, & hanc ampliationem, vt ſententia dicatur lata ex falſis teſtibus, quando iudex in ſententia dicit, viſis atteſtationibus, Abb. d. cap. licet. num. 23. & Felyn. ſub num. 28. in ſecunda concluſ.

20 Subdeclara hanc declarationem, diſtinguendo: aut non apparet, fuiſſe factas alias probationes, quàm illas falſas, & tunc procedit declaratio; etiāſi iudex nō appoſuerit illa verba (viſis atteſtationibus) aut apparet, fuiſſe factas alias probationes, quas iudex potuit ſequi, & quæ de falſitate non arguuntur, & tunc declaratio non procedit, quia præſumitur, iudicem illas eſſe ſecutum, niſi probetur contrarium, & conſequenter non daretur reſtitutio in integrum, Iaſ. in d. l. diuus. ſub nu. 11. limit. 2. & cum his concordant quæ latius ſcribit Felyn. in d. cap. 9. licet. ſub num. 28. in 2. concluſ. de probat.

21 Limita primo nunc eandem regulam, vt procedat in ſententia, lata in contentioſo, & deciſiuo iudicio, & in his terminis loquitur regula, ſecus eſt in decreto; quia decretum, latum ex falſa cauſa, eſt ipſo iure nullum, Bar. in l. 33. diuus. initio, Alex. num. 3. in fine, & Iaſ. num. 3. ff. de re iud. Bar. in l. 22. ſi is ad quem. num. 3. & Iaſ. num. 15. & 16. ff. de acquir. hæred. Bal. in l. fin. ſub num. 6. verſ. ſed contra hoc. C. ſi ex falſ. inſtr. Abb. in cap. 1. n. 20. de ſent. & re iud. Mar. Socc. in cap. 2. ſuper eo. num. 12. in fine, & num. 13. de crim. falſ. Socc. in reg. 264. num. 5. Felyn. in cap. 9. licet. nu. 34. de probat. & ita tenere omnes, ſcribit ibidem Dec. nu. 166. & eſſe communem omnium concluſionem teſtatur, & ſequitur Odd. de reſtitut. in integr. quæſt. 77. art. 9. ſub num. 46.

22 Ratio diuerſitatis inter ſententiam, & decretum, eſt ſecundum Iaſ. in d. l. diuus. ſub nu. 3. quia ſententia diffinitiua eſt magis deliberata, & fertur cum maiori ſolemnitate, quàm interponatur decretum iudicis: vnde, cum ſententia diffinitiua habeat ſubſtantialia, non ita de facili annullatur ipſo iure, ſicut decretum, vel melius ſecundum Abb. vbi ſupra ratio eſt, quia decretum ſapit potius naturam interlocutorię, quę reuocatur propter iniuſtitiam ex officio iudicis, quàm naturam diffinitiuę, quę eſt irreuocabilis, ex quò tranſiuit in rem iudicatam: addo pro confirmatione huius rationis, quòd interlocutoria non tranſit in rem iudicatam quoad iudicem, qui propterea poteſt ex ſe eam reuocare, vt ſcripſi cap. ſeq. q. 12. num. 95. ſecus eſt in diffinitiua, quia in ea, circumſcripto etiam tranſitu in rem iudicatam, non poteſt addere, vel minuere, quia functus eſt officio ſuo, vt ſecutus ſum ſup. hac eadem gl. q. 17. n. 1. Adde etiam ſi placet rationem, quā adduxi ſup. q. 13. n. 41.

23 Infertur ex hac ratione, quòd decretum, prout eſt ſententia interlocutoria, poteſt reuocari etiam ex alia iuſta cauſa, quàm ex cauſa falſę probationis.

24 Extende primo hanc limitationem, vt procedat etiam ſi in decreto falſa cauſa non ſit expreſſa, quia adhuc erit ipſo iure nullum, Iaſ. in d. l. 33. diuus. ſub num. 3. verſ. amplia. ff. de re iud. & Odd. de reſtit. in integr. q. 77. nu. 47. & quòd non teneat ſiue error iuris ſit in eo expreſſus, ſiue non, ſcribit Abb. in d. cap. 1. num. 20. de ſent. & re iudic.

25 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi decretum ſit interpoſitum partim ex cauſa vera, & partim ex cauſa falſa, quia adhuc erit ipſo iure nullum in totum, Odd. d. q. 77. n. 48. Sed tu in hac extenſione vide quę ſcripſi ſupra q. 13. num. 39. & ſeqq.

26 Extende tertio, vt maximè ſit nullum, ſi ritè non ſit interpoſitum, nempè, non ſeruato ordine iuris, Bar. in l. 11. iuſtè poſſidet. num. 1. ff. de acquir. poſſeſs. & Abb. in d. cap. 1. ſub nu. 20. de ſent. & re iud. qui allegat l. 6. meminerint. C. vnde vi. de qua ſcripſimus cap. ſeq. q. 17. limit. 6. memb. 6. num. 14. Verum Doct. in hac extenſione excedunt terminos limitationis extendendę, quia decretum in terminis huius extenſionis eſt nullum propter non ſeruatum ordinem iuris, circumſcripta etiam falſitate.

27 Extende quarto, vt decretum non teneat, etiam ſi ſit ritè interpoſitum, ſed non rectè, quia deficiat iuſtitia reſpectu petentis, l. 26. cùm verò. §. ſubuentum. ff. de fideicom. libert. in illo verſ. *proinde ſi libertas, &c.* Bar. & Abb. in locis proximè citatis, & Alex. in ead. l. iuſtè poſſidet. ſub num. 8. verſ. bar. hic plenius. ponens exemplum; ſi quis petat centum ex cauſa falſa, cum ſibi nihil debeatur, & tamen iudex in contumaciam conuenti interponit

primum

primum decretum, & poſtea ſecundum; inquit enim Alex. vtrunque decretum eſſe nullum, quia petenti deficit ius.

28 Extende demum, vt decretum, latum ex falſa cauſa, ſit nullum ipſo iure ſemper, & indiſtinctè, Iaſ.in d.l.11.ſi is ad quem.num.15. & ſub num.16.in quarta concluſ.ff.de acquir. hæred.

29 Hæc extenſio ſubuertitur ex his, quæ ſcribunt Bat.in l.11.iuſtè poſſidet. num.1.ff.de acquir.poſſeſs. Abb.in cap.1.num.20.de ſent. & re iudic.& Bened.de Plumb. in l. qui agnitis. ſub num.27. ibi, aut loquimur in decreto. & num.28. ff. de except. inter repetit. diuerſ. vol.5.fol.413. dum diſtinguunt inter iniuſtitiam ex parte petentis, vt in præcedenti quarta extenſione, & iniuſtitiam ex parte conuenti, ſeu rei, in cuius poſſeſſionem ſit miſſio, vt in ſeq.ſublimitatione.

30 Sublimita eandẽ limitationem, ad differentiam pręcedentis quartæ extenſionis, vt non ſit vera, quando decretum eſt rite interpoſitũ, ſed non rectè, vt, quia habeat iniuſtitiam ex parte rei conuenti, ſeu rei, in cuius poſſeſſionẽ fuit facta miſſio, ſed tamen continet iuſtitiam in ſe ex parte agẽtis; quia tũc decretum eſt validum; & ideo is, qui egit, & miſſus eſt in poſſeſſionẽ, vere poſſidet, & præſcribit: ecce caſus: is, qui verè eſt creditor Titij, fuit miſſus in poſſeſſionẽ rerum Sẽpronij non debitoris, tanquã rerum Titij, vtique decretũ & miſſio valet, licet Sempronius reſtituatur, l.15.à diuo pio.§. ſi ſuper rebus.ff. de re iud.Bar.& Abb.in locis ſup.proxime citatis: ſed in hoc, inquit Bar. eſt aduertendum, quia ſi quidem contra illum Sempronium non debitorem facta eſt miſſio ex primo decreto, & ipſe venit ad contradicendum, de hac contradictione cognoſcetur ſummariè, ſed poſt interpoſitum ſecundum decretum, non audietur, niſi ordinariè, dato libello: idem dicit in reali, nã ille extraneus, veniens intra annum, audietur ſummaria cognitione, ſed poſt annum, plenè, oblato libello: & licet Bar.in iſta aduertentia loquatur, quando miſſio in poſſeſſionem eſt facta cõtra Titium non debitorem; tamen inaduertenter loquitur, & fuit lapſus linguę, ſeu error calami, quia voluit dicere contra illum Sempronium non debitorem: nam non mutat thema, & in themate loquitur de Sempronio non debitore, de Titio autem loquitur vti de debitore: vnde contra Sempronium non debitorem, prout loquimur nos, non aliter conſiderato errore calami, ſeu inaduertentia Bartoli, loquitur Alex. in dicta l. iuſte poſſidet. ſub num. 8. verſ. bar. hic plenius.ff. de acquir. poſs.

31 Limita ſecundo, vt non procedat, quando ſententia eſt lata contra abſentem, quia tunc, ſi dolo aduerſarij ſit lata per falſos teſtes, vel per falſas allegationes, eſt nulla ipſo iure, text. qui ad hoc communiter allegatur, eſt in l.75. ſi prætor.§.marcellus. & ibi Bar. Bal. Paul. de Caſtr.& alij communiter, ff. de iud. Bar. Paul. de Caſt.& Alex in l.33. diuus.omnes num. 1. & Iaſ. num. 4. in ſecunda limit. ff. de re iud. Salyc.in l.12.querela. ſub num.1. ibi, aut qui ſententiam eſt conſecutus.C.ad l. cor. de falſ. Abb.in cap.9.licet. ſub nu.23.& latius Felyn. num.32.de probat. Io.de Anan.in cap.2.ſuper eo.num. 4. verſus finem, & Socc.ſub num. 15. & 16.de crim.fal. Socc.in reg.364. num.1. & de communi intellectu dicti §. marcellus. teſtantur, & ſequuntur Bal. in dicta l. ſi prætor. in prima lect. ſub num.1.verſ.ſecundo poteſt. Paul.de Caſtr.& Alex.vbi ſup.& de communi & magis communi opin.teſtatur Odd. de reſt. in integr.q.77.ſub num.41.verſ.ſed in contrarium.adde quę ſcripſi cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 4.nu. 97. & hic infra num.61. & 62.

32 Hæc limitatio videtur pati tres difficultates. Prima, nõ videtur hæc limitatio, vt communiter arbitrantur, probari ex dicto §. marcellus. hancque difficultatem tangit etiam Dec. in cap. 9. licet cauſam. num.163.& 164.de probat. Secunda quia hæc limitatio videtur carere ratione, tum quia abſens non debet propter ſuam contumaciam eſſe melioris conditionis, quàm pręſens, ſed imò debet eſſe deterioris conditionis, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap.93.num.1. & varijs alijs in locis; tum quia ad ſententiæ validitatem debet ſufficere, quòd fuerit ſeruatus ordo iuris, eo enim ſeruato, alij defectus reſpiciunt iniuſtitiam, & non validitatem, per ea, quæ dixi ſupra num.5. Tertia, quia iſte abſens, vel fuit ab initio, & ſemper abſens; & tunc, loquendo de iure communi, regulariter non poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam, quia deficit litis conteſtatio, per ea, quæ, loquendo de actore contumace, ſcripſi ſupra eod. lib. 1. cap. 93. ſub num. 3. verſ. ſi verò lis non eſt conteſtata.& de reo contumace, cap.96.num. 16.cap.97.num.6.& 15. & cap. vlt. ſub nu.8. in 8.ſeu 9.effectu, & ideo ſententia diffinitiua eſſet nulla, circumſcripta etiam falſitate, prout ſenſit etiam Bened. de Plumb. in l. 11. qui agnitis. ſub num. 29. ibi, aut contra abſentem qui nunquã fuit.ff.de except.fol.413. vol.

Digitized by Google

vol. 5. inter Repet. & diceretur etiam notoriè iniuſta, quia probationes, receptæ ante litis conteſtationem, nullam faciunt fidem, dicuntur enim nulliter receptæ, & ideo ſunt ac ſi non eſſent receptę, per ea, quę ſcripſi eodem lib. 1. cap. 86. num. 54. & lib. 2. cap. 11. num. 4. & conſequenter ſententia, lata ſine probationibus, dicitur notoriè iniuſta, vt ſcripſi ſupra hac eadem gloſ. quæſt. 20. num. 8. & ſeqq. & num. 14. & ſeqq. vel fuit abſens poſt litem conteſtatam, & tunc ſatis eſt, quòd fuerit ſeruatus ordo iudicij, vt dixi ſupra num. 5. & concordat in hoc Bened. de Plumb. ſub dicto num. 29. verſ. fallit ſecundum vnum intellectum. & maximè ſi fuerit abſens ſolùm tempore latæ ſententiæ, per ea, quæ ſcribit Felyn. in cap. 18. cum bertoldus. num. 23. limit. 3. de ſent. & re iudic. & propter iſtas difficultates à prædicta limitatione, ſequendo Raph. recedit Mar. Socc. in cap. 2. ſuper eo. ſub num. 31. & ſeqq. de crim. falſi.

33 Harum, aliarumque difficultatum timore ſunt, qui in hac limitatione variè diſtinguunt, quorum diſtinctiones reduci poſſunt ad ſequentes extenſionem, & ſublimitationes.

34 Declara hanc limitationem, vt probatio doli partis non ſit neceſſaria, ſed ſufficiat in dubio probare ſolam falſitatem, Abb. in cap. 9. licet. ſub num. 23. de probat.

35 Extende hanc limitationem, vt maximè procedat, quando abſentia fuiſſet neceſſaria, probabilis, & breui tempore duratura, & iudex de ea notitiam habuiſſet, quia tunc proceſſus, & ſententia, lata contra hunc abſentem, eſſent ipſo iure nulli, etiam nulla cõſiderata falſitate probationum, per ea, quæ ſcripſi dict. lib. 1. cap. 97. ſub num. 40. verſ. contrarium eſt verum. & dicto lib. 2. cap. 9. num. 1907. in fine, in alia futura impreſſione, & num. 1909.

Secus eſt ſi iudex de ea notitiam non habuiſſet, aut abſentia fuiſſet improbabilis, aut affectata, quia tunc vt ſententia ſit nulla ipſo iure, debet eſſe lata per falſas probationes, vt locuti ſumus in limitatione: & in his terminis intelligas, quæ pro concordia imperfectè ſcribit Odd. de reſtit. in integr. q. 77. art. 7. num. 42. & confusè ac aliquantulum diſtanter à veritate, Felyn. in cap. 18. cum bertoldus. ſub num. 24. limit. 5. de ſent. & re iudic.

36 Sublimita primo eandem limitationem, vt non procedat quando falſitas fuit commiſſa ſine dolo aduerſarij, quia tunc ſententia mero iure tenet, ſed, impetrata reſtitutione in integrum, annullatur, Bar. in l. 33. diuus. ſub num. 1. ff. de re iud. & in l. 22. ſi is ad quem. num. 2. verſus finem, ibi, ſi verò abſque dolo. ff. de acquir. hæred. Bened. de Plumb. in l. 1. qui agnitis. num. 27. in 9. oppoſit. ff. de except. fol. 413. vol. 5. inter repetit. & Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 77. art. 7. num. 40. hæcque ſublimitatio ſatis probari videtur ex eo quòd Doctores limitantes, loquuntur expreſsè in probationibus, dolo aduerſarij fabricatis.

37 Sublimita ſecundo, vt non procedat in ſententia excommunicationis, quia lata per falſitatem contra abſentem, non eſt nulla, ita, citatis Gl. Innoc. & Io. Andr. ſequitur Felyn. in cap. 9. licet cauſam. ſub num. 32. in 1. fallen. de probat.

38 Sublimita tertio, vt non procedat, vbi falſitas allegationum non eſt in facto, ſed in iure, puta ex falſis perſuaſionibus ſubtiliſſimi aduocati, Felyn. d. num. 32. in fine. Tu vide & cogita de limitatione, & ſublimitationibus, quia tranſeo, non adhibita firma reſolutione.

39 Sublimita quarto, vt non procedat, quando falſitas fuit commiſſa non contra abſentem, vt loquitur limitatio, ſed contra præſentem, quia iſto caſu ſententia mero iure tenet, quamuis probatio fuerit falſa dolo aduerſarij, ſed ſententia reſcinditur per reſtitutionem in integrum, Bar. in l. 22. ſi is ad quem. nu. 2. verſus finem, ibi, primo caſu. ff. de acquiren. hæred. & quòd ſententia iſto caſu ſit aliqua, teſtatur, & ſequitur communem eſſe opinionem Salyc. in l. 12. querela. ſub num. 1. ibi, aut contra præſentem. C. ad l. cor. de falſ. licet in libro meo corruptè legatur (petentem.)

40 Limita tertio, vt non procedat in ſententia lata contra minorem, quia, ſi ſit lata ex falſis probationibus, eſt nulla ipſo iure, l. 1. C. ſi tut. vel cur. falſ. alleg. excuſat. ſit. Bar. in d. l. 33. diuus. ſub num. 1. Alex. num. 2. & Iaſ. nu. 5. limit. 3. ff. de re iud. idem Bar. in l. 22. ſi is ad quem. ſub num. 2. verſ. ſi primo modo. & Iaſ. num. 14. in 2. fallen. ff. de acquiren. hæred. Socc. in reg. 364. num. 2. Io. de Anan. in cap. 2. ſuper eo. num. 5. in 4. caſ. & Socc. num. 13. in fine, & 14. de crim. falſ. Abb. in cap. 9. licet.

num.23.verſus finem, & num.33.fall.3.de probat. & de communi opinione teſtantur, Socc. vbi ſupra, Iaſ.in dicta l.diuus. num. 5. in vltimis verbis, & ſub num. 6. & in dicta l. ſi is ad quem. ſub num. 14. & 15. Bened. de Plumb. in l.11. qui agnitis. num. 27. in fine, verſ.quarto opponitur. & ſub num. 29. ff.de except. fol.413. vol. 5. inter repetit. & Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 77. ſub num. 35. verſ. ſed in contrarium. vbi alios citat.

41 Et quamuis Paul. de Caſtr. in d. l. diuus. ſub num.1. Dec.in dicto cap. 9. licet cauſam. ſub num.165. in ſecunda limit. & num. 166. de probat. & nonnulli alij, allegati per Odd. dicta quæſt. 77. ſub num. 35. verſ. videtur. hanc limitationem reſtringant, vt procedat, ſi ſententia ſit lata ſuper excuſatione tutelæ, vel curæ, prout loquitur dict.l.1. vel ſi ſit decretum, non autem ſententia diffinitiua, ad relata per Felyn. & Dec.in locis proximè citatis; & ita videantur contra communem opinionem reſidere Iaſ. in locis citatis, & titubanter Felyn.d.num.33.in fine,moti ex eo, quia dicta l. 1. loquitur expreſsè in decreto, quòd, ſi ſit interpoſitum ex falſa cauſa, eſt nullum etiam ſi ſit interpoſitum contra maiorem, vt ſcripſimus ſupra num.21. & loquitur in caſu, quo minor fuerat indefenſus,quo caſu ſententia eſt nulla, etiam ſi non dicatur lata ex falſa cauſa.

42 Tamen non eſt recedendum à præfata communi opinione; tùm quia poteſt occurrere caſus, multò magis importans, quàm excuſatio tutelæ, vnde à maiori ratione fauore pupilli, videtur quòd d. l. 1. poſſit generaliter intelligi, vt ratiocinatur Felyn. in loco ſupra proximè citato; tùm quia ſi illa l.1. procederet ſolum in decreto, vt arbitrantur, nullam ſpecialitatis rationem haberet in minore, & conſequenter eſſet lex ſuperflua, & de caſu minus dubio; tùm quia ſi lex illa eſſet fundata in defectu defenſionis, ſuperfluum eſſet fundamentum ſuper falſis, ſeu non competentibus allegationibus; tùm demum quia, deficiente penitus defenſore, defeciſſet etiam litis conteſtatio, ſine qua non potuiſſet deueniri ad liberationem tutorum, quia, cum defeciſſet litis conteſtatio, potuiſſet ſolum interponi aliquod primum decretum; ſed deuentũ fuit ad liberationem: ergo fuit ſententia diffinitiua; quia verbum decretum debet intelligi ſecundum ſubiectã materiam: ergo præceſſit litis conteſtatio: ergo minor non fuit omnino ſine defenſore, quia poteſt eſſe, quòd defecerit in ſententia, ſeu prope ante ſententiam: quare cùm ex iſtis caſus reddatur dubius, vtique in dubio adhærendum eſt opinioni communi, quam ſequuntur Bened. de Plumb. Odd. & alij citati.

43 Limita quarto in Eccleſia, & Rep. ſeu ad eas extende hanc tertiam limitationem, quia Eccleſia, & Reſp. vtuntur iure minoris, Abb. in cap.9.licet.nu.23. in fine, de probat. Alex. in l.33.diuus.ſub num.2.& Iaſ.num.6.ff.de re iud.rurſus Iaſ.in l.22. ſi is ad quem. ſub num. 14.ff.de acquir.hæred.Ioan. de Anan. in cap. 2. ſuper eo, num. 5. & Socc. num. 14. in fine, & num. 15. de crim. fal. & Odd. de reſtit. in integr. quæſt.77. num. 36. & ſeqq. & in ſententia lata contra Fiſcum, loquitur Socc. in reg.364.num.3.

44 Limita quinto, vt non procedat quando falſitas eſt commiſſa circa acta ſubſtantialia iudicij, vt puta, quia pars dixerit, litem eſſe conteſtatam, cum non ſit: nam tunc illa falſitas vitiat ordinem ſubſtantialem iudicij, quo ſublato, ſeu vitiato, ſententia ſemper eſt nulla ipſo iure, Bat. in l. 22. ſi is ad quem. ſub num.2.verſ. ſi primo modo. & Iaſ. num. 13.verſ.prima concluſio. ff.de acquit.hæred. & Socc.in reg.364. num.4.

Verum hæc limitatio eſt inutilis, & inſipida, quia, ſi deficiat ordo iudicij, ſententia eſt ipſo iure nulla, vt remiſſiue dixi ſupra gloſ.9. ſub num. 34. circumſcripta, & nullatenus conſiderata falſitate.

Declara nunc iſtas limitationes, vt quamuis ſententia in earum caſibus ſit nulla, quia ſit lata ex falſa cauſa, ſi tamen ab ea appelletur, & dicatur de earum nullitate, iudex poterit eam confirmare ex cauſa vera, vt ſecutus ſum cap.ſequen. quæſt. 11. num. 22. & ſeqq. nam iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam nullam, vt ſecutus ſum eadem quæſtione 11. num. 114. & ſeqq. & num.143.

45 Limita ſexto (& exeo terminos propoſitæ quæſtionis, nempè falſitatis, conſiſtentis in probationibus) vt regula, de qua ſupra num.2. & ſeqq. non procedat in falſitate cauſæ expreſſæ in ſententia, quia ſententia lata ex falſa cauſa, eſt nulla, per ea, quæ ſcribunt Bar.in l.1.ſub num.2.& ſeqq.C. de error. calc. Abb. in cap. 9. inter cæteras. ſub

ſub num. 7. & ſeqq. & Felyn. nu. 5. in ſecunda concluſ. de ſent. & re iud. Contar. in l. vnica, q. 1. nu. 15. C. ſi de momen. poſſ. & Surd. conſ. 492. non video. num. 4. & conſ. 567. obie-ctum. num. 9. lib. 4.

Extende hanc concluſionem, vt ſicut ſententia eſt nulla, ita etiam ſint nulla omnia alia ſecuta ex ſententia, quia tunc reducitur titulus ad non titulum, ſeu cauſa ad non cauſam, & conſequenter omnia reducuntur ad priſtinum ſtatum, Surd. d. conſ. 492. num. 5. & ſcripſi infra ſub num. 72.

Reſtringe eandem concluſionem, vt non procedat quando falſa cauſa non eſt expreſſa in ſententia, quia tunc ſententia non eſt nulla, per ea, quæ ſcripſi ſupra q. 13. ſub n. 42.

Verum quia huius limitationis materia implicitas habet difficultates, quæ ſine aliqua diſtinctione explicari non poſſunt, vt patet ex traditis per Abb. & Felyn. vbi ſupra; ideo diſtinguendi ſunt aliqui caſus.

Primus caſus eſt, quando ſententia habet in ſe expreſſum errorem iuris; & iſto caſu concludo ſententiam eſſe nullam, vt ſecutus ſum ſup. quæſt. 30. ſub num. 8. & ita tenent communiter omnes.

Declara hanc concluſionem ex his, quæ ſcribit Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſs. &c. num. 122. fol. 418. tom. 4. & ex his, quæ ſcripſimus nos d. q. 30. num. 8. & cap. ſeq. q. 11. num. 142.

Secundus caſus eſt, quando ſententia continet expreſſum errorem calculi; & iſto caſu ſententia eſt nulla, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſup. q. 30. nu. 2. & hoc procedit quando eſt error iudicis, & eſt expreſſus in ſententia, ſecus ſi non ſit expreſſus, vel ſit error partium, vt declarant Cyn. in l. 1. nu. 3. & 4. & Bal. n. 2. C. de error. calc. item eſt nulla quoad illum errorem, vt dixi ſup. quæſt. 13. num. 22.

Tertius caſus eſt, quādo ſententia continet errorē non expreſſum, ſed tamen poteſt colligi ex actis; & iſto caſu multi multa dicunt, vt patet ex relatis per Abb. in d. cap. inter cæteras. ſub n. 7. & 8. de ſent. & re iud. ſed ego, iis omiſſis, & adhærendo diſtinctioni Abbatis, firmo breuiter quaſdam concluſiones.

Prima concluſio eſt, quòd ſententia, quæ fertur per relationem ad acta, in quibus; ſeu ex quibus patet error, eſt nulla, quia quicquid eſt in relato, dicitur eſſe in referente, & ſic error, qui eſt in actis, ad quæ refertur ſententia, dicitur eſſe in ſententia, vt puta, cum ſententia dicit, quia per A. & B. teſtes eſt probatum, te accepiſſe mutuo cētum, ideo ad dicta centum te condemno; nam ſi appareat, hoc non eſſe probatum, ſententia eſt nulla, quia dicitur lata ex falſa cauſa, Abb. in d. cap. inter cæteras. ſub nu. 8. & Felyn. ſub n. 1. 2. & ſeqq. in quibus multipliciter declarant hanc concluſionem, & teſtantur de opinione communi.

Secunda concluſio eſt, quod ſententia, quę fertur ſimpliciter ſine relatione ad acta; ſi error eſt in actis, ad quæ ſententia debet referri de neceſſitate, vt eſt libellus; ſententia eſt nulla, Abb. d. cap. inter cæteras. ſub num. 8. & Felyn. ſub n. 4. in 4. declarat. vbi tamen ponit tres reſtrictiones: ego in hac concluſione facio officium relatoris, non deciſoris.

Tertia concluſio eſt, quòd ſi error eſt in alijs actis, ad quæ ſententia non refertur, neque de neceſſitate debet referri, ſententia valet, Abb. ſub d. num. 8.

46 Infero primo, vberius explicādo materiam huius regulę, firmatę ſup. n. 2. & 15. de falſitate cōſiſtente in probatione, quòd hæc regula, & dicta in ea loquuntur, quando de falſitate dicitur poſt latam ſententiam, quia tunc aduerſus eam dantur reſtitutio in integrum, & alia remedia, de quibus ſup. n. 3. & infra nu. 55. & ſeqq. & in his terminis loquuntur ll. & Doct.

Secus eſt, ſi de falſitate fuiſſet cognitum ante ſententiam in primo iudicio, quia tunc regulariter non darentur illa remedia, Bar. in l. 1. C. ſi ex falſ. inſtr. & in l. 33. diuus. ſub n. 1. & ibidem Paul. de Caſtr. ſub nu. 1. Alex. nu. 4. verſ. limita primo. & Iaſ. nu. 11. ff. de re iud. & Abb. in cap. 9. licet. num. 21. de probat. & de communi opinione teſtatur Bened. de Plumb. in l. 11. qui agnitis. num. 23. verſ. nota iſtud. in 3. ſolut. de excep.

47 Infero ſecundo, quòd ad hoc, vt procedat quæſtio, à nobis propoſita, & regula, in ea firmata, debemus ſupponere terminos habiles, nempè, quòd teſtes poſſint examinari poſt publicatas atteſtationes; ſiquidem poſt latam ſententiam agimus de probanda falſitate probationis, factæ ante ſententiam: quare eſt aduertendum, quòd etſi communis concluſio ſit, quòd teſtes ſuper directè contrarijs non poſſint examinari poſt didicita teſtificata, propter timorem ſubornationis, vt generaliter loquendo, ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 11. num. 106. cum plurbus ſeqq. & ſupra lib. 2. cap. 8. num. 220. & ſeqq. & in terminis huius illatio-

nis ſcribunt Abb. in d. cap. 9. licet. ſub nu. 21. Felyn. n. 24. verſ. ſi quæſtio falſi. & latè Dec. n. 151. de probat. & Paul. de Caſtr. in d. l. 33. diuus. num. 1. verſus finem, ff. de re iudic.

48 Tamen hæc communis concluſio habet multas reſtrictiones, quas, vel earum aliquas breuiter attingemus.

Reſtringe primo igitur eam, vt non procedat, quando volens probare teſtium falſitatem, vult etiam probare, fuiſſe pecunia corruptos, Paul. de Caſtr. in loco ſupra proximè citato, ſeu fuiſſe corruptos, aut aliter dolosè falſum teſtimonium dixiſſe, puta amore, vel odio, quia tunc etiam directè admittitur probatio, vt ex Innoc. ſequitur Abb. in dicto cap. licet. ſub num. 21. de probat. & ex alijs Felyn. ibidem, ſub num. 26. fall. 3. de probat.

49 Ratio huius reſtrictionis ſecundum Doct. & præſertim Felyn. in ea citatos, eſt, quia propter mixturam corruptelæ cum falſitate cenſetur eſſe nonum capitulum, non directò contrarium primis probationibus, & ideo cum ſuper nouis capitulis non obſtet publicatio, ſuper iſtis poterunt admitti directæ probationes.

Contra hanc reſtrictionem; quòd enim debeat admitti articulus ad probandam ſimpliciter falſitatem, omiſſa qualitate corruptelæ, vide in ſeq. reſtrictione.

50 Reſtringe ſecundò, vt non procedat in quæſtione falſitatis, quia in ea non attenditur timor ſubornationis, & ſic, quando agitur de quæſtione falſitatis teſtium, vel inſtrumentorum, recipiuntur teſtes ſuper articulis directè contrarijs etiam poſt publicatas atteſtationes, vt ad euitandas difficultates, quas prius excitat, ſequitur Dec. in dict. cap. licet. num. 151. verſus finem, & ita cum hac reſtrictione concordat Legiſtarum opinio, quam etſi Abb. in eod. cap. licet. ſub num. 21. impugnet, tamen Dec. ibidem ſub num. 153. dicit eam poſſe iuſtificari, & conſequenter ſufficit, quòd directè, vel indirectè probetur, ſententiam fuiſſe latam ex falſis teſtium depoſitionibus, ideſt, iudicem ſecutum eſſe falſas probationes, licet non probetur corruptela teſtium; & hanc eſſe communem opin. teſtatur, & ſequitur Felyn. in d. cap. licet. ſub num. 28. ibi, ſed hoc probato.

51 Reſtringe tertio, vt non procedat quando teſtes non fuerunt publicati in prima cauſa, Felyn. in dicto cap. 9. licet. num. 26. fall. 2. de probat. & quia hanc reſtrictionem ſatis nos ſecuti ſumus cap. ſeq. q. 11. num. 103. & ſeqq. pluribus non inſiſto, maxime quia loquitur extra terminos concluſionis.

52 Reſtringe demum multis alijs modis, de quibus Abb. in dicto cap. licet. ſub num. 21. & Felyn. num. 25. & 26. non enim propoſui plenius hanc materiam examinare.

53 Infero tertio illatiuè ex eadem regula, quòd ad impetrandam reſtitutionem in integrum, ſeu alia remedia contra ſententiam, latam ex falſis probationibus, non ſufficit probare directè, vel indirectè falſitatem, niſi probetur, iudicem ſententiando fuiſſe ſecutum dicta illorum teſtium: nam Iura, & Doctores loquuntur de ſententia lata ex falſis probationibus, vt latius explicaui ſupra num. 18. 19. & 20. vbi vide.

54 Duæ pro maiori huius quæſtionis explicatione ſunt ſoluendæ difficultates.

Prima, an victo, accuſante teſtes de falſo, vel agente de nullitate, ſeu de ea excipiente, aut dante libellum reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudicatam, & ſententiam, latam ex falſis probationibus; impediatur, & retardetur executio ſententiæ, & rei iudicatæ.

Quia huic difficultati cenſeo poſſe ſatisfieri ex his, quæ copiosè ſcripſi cap. ſequenti quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 4. & 5. & remed. 2. num. 64. & ſeqq. & remed. 3. num. 27. hic non inſiſto.

55 Secunda difficultas: in quibus differant præfata remedia, quæ dantur contra ſententiam, latam ex falſis probationibus (& quæ ſint iſta remedia dixi ſupra num. 3. & clarius patebit ex infra dicendis.)

Concludo breuiter, iſta remedia differre in multis, vt nunc videbimus.

Nullitatis enim remedium, vt ab eo exordiamur, non datur, niſi aduerſus ſententiam, quæ ſit nulla, prout ſunt ſententiæ, de quibus egi ſupra num. 21. 31. 40. 43. & 44. aduerſus enim ſententiam, quæ ſit valida, ſeu mero iure teneat, ad alia recurrendum eſt remedia: & quamuis ſententia nulla nunquam tranſeat in rem iudicatam, per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 97. num. 195. & ideo de ea quandocunque videatur poſſe agi; tamen non eſt ita, quia remedio dicendi de nullitate regulariter præſcribitur ſpatio triginta annorum, ſed aliquando non præſcribitur vnquam, prout hæc omnia explicaui cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 7. num. 1. & ſeqq.

cætera

cætera verò remedia dantur etiam aduerſus ſententiam validam, latam ex falſa cauſa, & regulariter citius præſcribuntur, vt diſcurremus infra.

56 Officium iudicis datur etiam aduerſus ſententiam, quæ non tenuit, & hoc officio petitur, vt ſicut de facto proceſſit ſententia, ita etiam de facto retractetur, & hoc officiũ iudicis implorari poteſt vſque ad 40. annos; ſed hoc procedit quando victor ignorauit falſitatem; ſed ſi eam ſciuit, tunc cum ſit in peccato, poteſt per viam denunciationis euangelicę peti retractatio ſemper, nulla temporis præſcriptione admiſſa, Abb. in cap. 9. licet. num. 25. verſus finem, de probat.

57 Sed vt in praxi ſciamus vti remedijs nullitatis ſententiæ, ſunt diſtinguendi tres caſus; ſecundum Odd. de reſtit. in integr. q. 77. art. 1. num. 2.

Primus eſt, quando vigore ſententiæ, ſeu rei iudicatæ nullæ nondum eſt aliquid promiſſum, vel ſolutum; & tunc ſi victor agit actione iudicati, vel ad executionem, victus poteſt excipere de nullitate, vt late ſcripſi cap. ſeq. q. 19. rem. 1. concl. 5. & huic facultati excipiendi non pręſcribitur, vt dixi hic infra num. 64. Si verò non agit victor, ſed agit victus, tunc debet agere via ordinaria ad tollendam de medio illam ſententiam, vt dixi dicta quæſt. 19. rem. 1. concl. 4. ſub num. 1. verſ. ratio.

Secundus caſus eſt, quando vigore dictæ ſententiæ nullæ eſt aliquid promiſſum; & tunc victus debet ſe iuuare reſtitutione in integrum, vel aliter condictione indebiti.

Tertius caſus eſt, quando vigore dictæ ſententiæ nullæ eſt aliquid effectualiter ſolutum; & tunc ſi victus, ignorata falſitate, ob quam fuit lata ſententia, ſoluit, poteſt illud repetere condictione indebiti: ſi autem ſoluerit, habita notitia de dicta falſitate, nullum ei datur remedium, quia videtur, ſoluendo, donaſſe.

Ego quoad primum caſum huius diſtinctionis acquieſco, ſed quoad ſecundum, & tertium habeo aliquam difficultatem: nam in primis videtur dicendum, quòd ſi victus ageret de nullitate ſententiæ, & obtineret, conſequenter rueret promiſſio facta vigore illius ſententiæ, quia ſententia debet declarari nulla cum omnibus inde ſecutis: ſecundo dico, quòd non video rationem, quare in ſecundo caſu, quando eſt promiſſum, debeat vti remedio reſtitutionis in integrum, & in tertio caſu, quando eſt ſolutum, repetat condictione indebiti, cum videatur dicendum, quòd vel vtroque caſu debeat vti remedio reſtitutionis in integrum, vel agere condictione indebiti: propterea aliás erit diutius cogitandum.

Et præfata duo remedia dantur contra ſententiam, quæ non tenuit, ſequentia verò dantur quando tenuit.

58 Actio in factum eſt actio ciuilis, qua agimus tàm contra partem, quàm contra teſtes ad noſtrum libitum pro intereſſe, nobis cauſato ex eorum falſitate, Abb. in cap. 6. cum venerabilis. ſub num. 42. de excep. Felyn. in cap. 9. licet. num. 36. in 2. remed. de probat. nam ex iudicijs publicis oritur etiam actio ciuilis in factum, Dec. in dicto cap. 9. licet.
59 num. 169. de probat. † & hæc actio competit vſque ad 30. annos, Bar. in l. 33. diuus. num. 8. ff. de re ind. Abb. & Felyn. vbi ſupra; tanto enim tempore durat quælibet actio perſonalis, Abb. vbi ſupra, & elapſo iſto tempore, hæc actio non competit, quia tanto tempore tolluntur actiones perſonales, Abb. in d. cap. 9. licet. ſub num. 28. de probat.
60 & † datur ſine alia reſtitutione in integrum, quia per eam non agitur ad retractationem ſententię, Felyn. vbi ſup. & Abb. in d. cap. 9. licet. ſub num. 28. verſ. aut vult ſuccumbens. de probat.

Aduertendum eſt, quòd iſta actio tunc poteſt competere, cum fuerit probata falſitas, & non antea, itaque cum teſtes fuerint condemnati de falſo, & condemnatio fecerit tranſitum in rem iudicatam, tunc poterit agi ad intereſſe, & non prius.

61 Exceptio falſi datur contra petentem executionem rei iudicatæ, Abb. in d. cap. 9. licet, ſub num. 27. de probat. & in cap. 6. cum venerabilis. ſub nu. 42. de except. & contra agentem iudicati, Bar. in l. 33. diuus. ſub num. 8. ff. de re iud. & demum contra fundantem ſe in ſententia taliter lata, Felyn. in d. cap. licet. num. 39. in quarto remed. adde quæ ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 19. remed. 1. concl. 4. num. 97. & quæ ſcripſi hic ſup. num. 31.

62 Et quia excipiens de falſo intendit ſolum repellere executionem ſententiæ, ſeu quid aliud falſum, & non petit, retractari ſententiam, ideo eſt controuerſia, an ſit neceſſaria reſtitutio in integrum: & quidem Alex. in d. l. diuus. num. 18. & 19. breuiter, & promiſcuè tàm in exceptione, quàm in replicatione multa cumulat, & ibidem Iaſ. ſub num. 30. &

Dec.in d.cap.licet.ſub num. 162. de probat. reiecta diſtinctione inter exceptionem, & replicationem, citatis multis, ſequuntur opinionem, quòd tàm in replicatione, quàm in exceptione ſit neceſſaria reſtitutio, quia cum ſententia valeat, videtur, quòd non poſſit excipi, niſi prius per reſtitutionem in integrum remoueatur impedimentum, & hanc eſſe magis communem, & veram opinionem teſtatur Iaſ. vbi ſupra.

63 Contrarium tamen, quòd in exceptione non ſit opus reſtitutione in integrum, tenent Abb.in eod.cap.licet.num.27.in vltimis verbis, & Felyn. ſub num. 39. vbi ex Imol. refert, & ſequitur, quòd quamuis exceptio regulariter non poſſit opponi in caſu, quo non poſſet peti reſtitutio in integrum, niſi illa fuerit prius petita; tamen, inquit, hæc regula procedit quando excipiens vellet conſequi eundem effectum, quem operaretur reſtitutio, ſecus eſt, quando excipiens vult ſolum repellere talem vtentem ſententia, quod eſt minoris effectus, quia repulſus poſſet iterato per legitimos teſtes ſe fundare, ſed ſi eſſet repulſus per reſtitutionem in integrum, tunc reus diceretur abſolutus, actore non probante, & ideo amplius non poſſet inquietari; & ita, concordando opiniones, latè ſequitur Odd.de reſtit.in integr.q.77.art.4.ſub num. 17. & ſeqq. verſ. ego puto. & verſ. ſeqq.

64 Et hęc exceptio falſi durat perpetuò, Bar. & Felyn. in locis citatis, & hæc eſt opinio cõmunis, prout teſtatur, & ſequitur Abb. in d. cap.licet.num.27.verſus finem, de probat. & eſt regula generalis, quòd vbi actio durat certo tempore, exceptio eſt perpetua, vt, loquendo de exceptione nullitatis, ſcripſi cap. ſeq.q.19.rem.1.concl.4.num.51. & ſeqq.

65 Replicatio falſi datur actori, qui cum ſuccubuerit ob falſos teſtes rei conuenti, & ideo velit ex eadem actione iterum agere contra eundem; iſq. reus excipiat de re iudicata, qua fuit abſolutus, actor inquam replicat de vitio falſitatis, vt explicant Io.Andr.in cap.6.cum venerabilis.verſus finem, ſub nu. 24. ibi, ſi per viam replicationis. de except. & Abb.in cap.9.licet.ſub nu. 26. ibi, & idem
66 eſt. de probat. † Verum eſt aduertendum, quòd actor iſto caſu non poteſt ſine prçuia reſtitutione in integrum replicare de falſitate; & ratio eſt, quia iſta replicatio non habet naturam exceptionis, ſed potius concomitatur, & ſequitur naturam actionis intentatæ, qua actor intendit infringere ſententiam; & regula eſt, quòd ad ſe defendendum à ſententia, non eſt neceſſaria reſtitutio in integrum; ſed ad eam infringendam eſt neceſſaria, Io.Andr.& Abb.in locis ſupra citatis, quare ſine præuia reſtitutione ineptè agit, & ineptè replicat; quòd ſi velit, præuia reſtitutione, aptè agere, debet reſtitutionem in integrum impetraſſe, & expediuiſſe infra quadriennium, vt dixi infra num.69.& ita in fortiori diſputatione tenent Iaſ. & Dec. quos citaui ſupra num.62. verſ.& quia.

67 Difficultas remanet, an tertius, qui non ſuccubuit, ideſt, cum quo non fuit lata ſententia, poſſit ſine præuia reſtitutione replicàre de falſitate, puta: ego peto caſſari tuam electionem propter crimen, vel defectum; tu excipis de ſententia abſolutoria: ego replico de falſitate, & ipſius nullitate: & quidem Io.Andr. vbi ſupra, & Felyn. in d. cap. licet. ſub num.35. de probat. opinantur, quòd replicatio procedat, & ſit perpetua, vt competat quandocunque excipiatur; quia certum eſt, quòd ego, contra quem non fuit principaliter formata ſententia, non teneor petere reſtitutionem contra illam: & licet Abb. ibidem ſub num.27. dicat, quòd hæc opinio ſibi non placet, quia cum iſta ſit actio popularis, conſumitur cum vno agente, & ideo opus ſit petere reſtitutionem, niſi in quibuſdam caſibus; tamen Felyn. ſub dicto num. 35. defendendo Io. Andream, dicit, quòd ratio, adducta per Abb. potius limitat opinionem Ioannis Andr. & tollit potius illius exemplum, quàm impugnet: nam licet opinio Ioannis And. non procedat in actione populari, tamen procedet in alijs actionibus propter eius rationem.

68 Hoc idem, quod tenent in replicatione, firmant in duplicatione, vt ſi tu petis electionem tuam confirmari, & ego excipio de crimine, & tu replicas de abſolutoria, & ego duplico de illius nullitate, & falſitate, procedet duplicatio etiam ſine temporis præiudicio, Io. Andr. in dicto cap.cum venerabilis. in fine.

69 Reſtitutio in integrum, quæ ſimiliter petitur contra ſententiam validam, debet peti infra quadriennium à die latæ ſentẽtiæ, quia infra hoc tempus clauduntur iſtæ reſtitutiones, Bar.in l.33.diuus. ſub num.8. ff.de re iud. Abb.in cap.9.licet.num.26. & Felyn. num.35.de probat.& communiter omnes in diuerſis locis; Et oportet, quòd intra hoc tem-

Google

tempus nedum petatur reſtitutio, ſed etiam quòd finiatur cauſa ſuper ipſa reſtitutione, Felyn. vbi ſupra; hęcque omnia latius ſcripſi ſupra q. 11. num. 74. 75. 76. & 77.

70 Eſt aduertendũ, quòd vbi victus eſt tutus ope exceptionis falſitatis; vel exceptionis, ſeu actionis nullitatis; vel actionis in factum ad intereſſe, ceſſat remedium reſtitutionis in integrum, l. in cauſę. la ſeconda, ff. de minor. nam ſi lex victo prouidit de præfatis remedijs ordinarijs, fruſtra ei concederet reſtitutionem in integrum, quod eſt remedium extraordinarium, & ſubſidiarium; eſſet enim prouiſio ſuperflua; ſi quidem ei, qui poteſt ſe ſuis erigere viribus, ad ſe erigendum non præſtatur auxilium.

71 Verum tamen eſt, quòd ſi iſta remedia ordinaria non ſufficiant ad plenè conſulendum indemnitati ipſius victi, prout ſufficeret remedium extraordinarium reſtitutionis in integrum, tunc daretur ei reſtitutio; quare ſi victus, vt ſibi firmius prouideat, velit infringere ſententiam contra ſe latam, & reponi in priſtino ſtatu, & per remedia præfata ordinaria poſſit ſolum euitare executionem ſententię, vel conſequi intereſſe, quod per illam ſententiam paſſus eſt; vtique ei daretur reſtitutio in integrum.

De hac reſtitutione in integrum aduerſum ſententiam, latam ex falſis probationibus, multa ſcripſit Odd. de teſtit. in integr. q. 78.
72 per 12. articulos, & q. 79. art. 1. † Hucuſque egi de remedijs ciuilibus: nunc ago de remedio criminali.

Ratio, quare ſententia, lata ex falſis probationibus, & multò magis lata ex falſa cauſa, quamuis quoad iudicem ſit iuſta, quia is, falſitate nõ detecta, eã tulit ſecundũ acta, & probata, prout ferre tenebatur, vt ſcripſi ſup. q. 8. num. 4. & quamuis ſit valida & ideo tranſeat in iudicatũ, tamen adhuc per viã reſtitutionis in integrũ, vel alterius remedij ſit reſcindenda, eſt quia, detecta falſitate cauſę, ob quam fuit lata ſententia, cauſa ſententię reducitur ad non cauſam, ſeu deuenit ad non cauſam, & ſic ipſa ſententia reducitur ad non ſententiam, latè Surd. conſ. 268. egit. nu. 14. & ſeqq. lib. 2. & facit, quod ſcripſi ſupra ſub num. 45. limit. 6. verſ. extende. vel tu dic melius, cauſam eſſe, quia lex non poteſt tolerare, quòd quis cum notoria iniuſtitia retineat indebitè quod ſuum non eſt.

Accuſatio falſi eſt aliud remedium, quod datur tàm contra falſarios, quàm contra partem, ijs vtentem, & tendit hæc accuſatio ad imponendam pœnam falſi, de qua in tit. ff. & C. ad l. corn. de falſ. & quia per hanc accuſationem non venit retractanda ſententia, ſed ſolum venit imponenda pœna falſi, ideo ſuper accuſatione iſta proceditur tàm ſi ſententia tranſierit in iudicatum, quàm ſi non tranſierit, & ſiue ſit lapſum quadriennium ad petendam reſtitutionem, ſiue non ſit lapſum: quòd ſi accuſatio fiat cum petitione reſciſſionis ſententiæ; tunc debet fieri intra quadriennium, quia, eo lapſo, non audietur, & ſibi imputet, ſi reſtitutionem non petijt infra legitima tempora, & ſic intelligo quæ ſcribunt Abb. in dicto cap. 9. licet. num. 30. & Felyn. num. 37. in tertio remed. de probat. & placent iſta, quia concordant cum his, quæ in exceptione, & replicatione ſcripſi ſupra num. 61. & ſeqq. & num. 65.

73 Tempus ad accuſandum de falſo non durat vltra 30. annos; quare falſarius, lapſis triginta annis, non poteſt accuſari, quia tanto tempore præſcribitur facultati accuſandi de falſo, l. 12. querela. C. ad l. corn. de falſ. & Bar. in l. 33. diuus. num. 8. ff. de re iudic. nam de tanto tempore loquitur illa l. querela. in Cod. meo; ſed forſan in alijs Codicibus loquitur de annis 20. cum Doct. infra citati, vel apertè, vel implicitè dicant, quòd illa lex loquitur expreſsè de 20. annis, vt dicit Odd. de reſtit. in integr. q. 77. art. 2. ſub num. 10. verſ. ſed certè.

74 Verum quouis modo loquatur d. l. querela. concludo, quòd facultati accuſandi præſcribitur ſpatio viginti annorum, cap. 6. cum venerabilis. de except. & ita, citata d. l. querela. tradunt Gl. in d. cap. cum venerabilis. in verbo, ad viginti annorum. & Abb. num. 42. de except. Salyc. in dicta l. querela. initio, Alex. in d. l. 33. diuus. num. 17. & Iaſ. num. 29. in fine, verſ. vltra gl. ff. de re iud. Odd. ſub d. num. 10. verſ. ſed certè. & communiter omnes.

75 Declara hanc concluſionem, diſtinguendo: Aut agitur de pœna temporali, imponenda in foro fori; & tunc indiſtinctè procedit hæc concluſio, vt ſpatio viginti annorum
76 illi præſcribatur: † Aut agitur de imponenda pœnitentia in foro poli; & tunc certum eſt, quòd huic pœnitentiæ peragendæ nunquam
77 præſcribitur. † Altera eſt etiam diſtinctio: Vel enim ſumus in criminibus, quæ impediunt executionem ordinis, ſeu retentionem beneficij: & accuſatio iſtorum criminum nulla

nulla temporis præſcriptione clauditur: hæc enim peccata, ſeu crimina nedum tempore non alleuiantur, ſed imò efficiuntur grauiora: † Vel ſumus in prophanis, & tunc idem, ſi ſententia contineat peccatum non remiſſibile per partem, ſecus ſi contineat peccatum remiſſibile, quia tunc quis non audietur poſt legitima tempora, Abb. in cap. 9. licet. ſub nu. 30. & Felyn. num. 38. de probat.

78

79 Hæc declaratio quoad primam diſtinctionem benè tranſit: ſed quoad alteram diſtinctionem aduerto in primis, eſſe impertinentem, prout aduertit etiam Felyn. vbi ſupra, quia loquitur non de accuſatione falſi, ſed de accuſatione in genere omniū criminum, impedientium executionem ordinis, &c.

80 † ſecundo aduerto, quòd illa diſtinctio de ſententia continente peccatum, videtur inepta, tùm quia in ea non agitur de accuſatione, quæ tendit ad pœnam, ſed de actione ad intereſſe, pro quo tamen agi debet actione in factum, ſeu per viam reſtitutionis in integrum, vt dixi ſupra num. 58. tum quia quælibet ſententia, cuius vigore aliquid retinetur iniuſtè, ſemper continet peccatum quoad eum, qui ſcienter retinet; & licet illud peccatum eſſet remiſſibile per partem, tamen ſola temporis diuturnitas non inducit remiſſionem.

GLOS. XV. Victum victori in expenſis, &c.

S V M M A R I V M.

Expenſarum quædam qq. remiſſiuè deciduntur, num. 1. 2. 3. & 4.

Condemnatus ad expenſas, an intelligatur condemnatus etiam ad expenſas, quas non fecit, quia notarius, ſeu procurator gratis pro eo laborem ſuſceperunt, num. 5. & ſeqq. & præſertim num. 27. & ſeqq.

Aduocato in cauſa propria, ſi obtinuit cum condemnatione, an debeatur ſalarium, num. 6. & ſeqq. num. 10. & ſeqq. 14. 16. & ſeqq.

Poſſeſſor bonæ fidei, à quo euincitur hæreditas, de qua aliquid conſumpſit, quod conſumpſiſſet de ſuo, tenetur illud euincenti reſtituere, ſub num. 6.

Inquilinus ſi iuſta de cauſa migrauerit de domo, licet ab amico pro aliquo tempore gratuitam habuerit habitationem, tamen locator tenetur ex mercede locationis detrahere ratham pro tempore, quo non habitauit: ſed pro tempore, quo inquilinus ſoluit alteri mercedem, tenetur ad illam mercedem, num. 7. & 11.

Fideiuſſori an detur actio mandati contra mandatorem, quando nihil ſoluit, ſed eſt ei à creditore gratis remiſſum debitum fideiuſſionis, num. 8. 12. 30. 31. & 33.

Campſores, & Mercatores accipiunt mercedem etiam pro negotio proprio, num. 9. Et propterea ipſi tenentur ſoluere expenſas aduocato etiam in cauſa propria, ſub nu. 16.

Teſtibus refundi debent expenſæ, ſed non damna temporis, num. 13.

Expenſa nomine quæ veniant, num. 17. & ſeqq.

Intereſſe nomine quid veniat, num. 21.

Lucri & damni diſpar eſt ratio, num. 20.

Succumbens in cauſa, non ſolet condemnari ad intereſſe lucri ceſſantis, num. 22.

Manufacturam quare non ſoluant artifices, quando emunt, num. 23.

Intereſſe lucri ceſſantis an debeatur artifici, qui obtinuit in cauſa, num. 24. & ſeqq.

Expenſæ, quas victor in lite non fecit, quia fuerunt ei gratis remiſſæ ab aduocato, & ſimilibus, an ſibi debeantur, num. 27. & ſeqq.

Expenſæ pro mercede notarij, ſi fuerint modicæ, quia litigans erat pauper, ideoque notarius non potuit integram mercedem conſequi; ſi iſte pauper obtinuerit in cauſa cum condemnatione expenſarum, non poteſt maiores exigere à victo, num. 34.

Procurator an poſſit à cliente repetere omnes expenſas, quas fecit, num. 35.

Expenſæ neceſſariæ quæ dicantur, num. 37.

Clientes non ſoluentes mercedem, cauſas perdere ſolent, ſub num. 38.

Pecunia excitat ingenium, & ſolertiam cauſidicorum, num. 39.

Condemnatus ſi quis fuerit in tertia inſtantia ad expenſas, per hæc verba (& victum victori) & confirmata fuerit ſecunda ſententia, qua vterque fuerat abſolutus ab expenſis, ad quas expenſas intelligatur condemnatus, num. 40.

Condemnatus à iudice appellationis ad expenſas, intelligitur condemnatus etiam ad expenſas cauſæ principalis, num. 41. & 42.

Non

NON ſum hic vniuerſam expenſarum materiam explicaturus, quia materia eſſet forſan nimis longa, ſed ſolum agam de aliquibus difficultatibus, quæ mihi quandoque ſe obtulerunt.

1 Quæro primo igitur, an ſententia lata ſuper expenſis ſine verbo (condemno) vel (abſoluo) ſit valida.

Huic quæſtioni ſatisfeci gl. præced. q. 28. num. 18. & ſeqq. exempl. 2.

2 Quæro ſecundo, an iudex, lata ſententia in negocio principali, poſſit condemnare in expenſis, & an in ipſa ſententia poſſit ſibi reſeruare condemnationem expenſarum, ſeu illarum taxationem.

Huic quæſtioni ſatisfeci gl. præced. q. 17. num. 16. & ſeqq. limit. 4.

3 Quæro tertio, an victus teneatur victori ad expenſas.

Concludo, quòd tenetur, vt ſecutus ſum gl. præced. q. 13. num. 67. verſ. ſecunda ſpecies, & copioſius de materia ſcripſi ibidem ſub num. 54. & ſeqq.

4 Amplia hanc concluſionem, vt procedat etiam ſi victus habuiſſet iuſtam cauſam litigandi, vt ſecutus ſum eadem quæſt. 13. num. 70. verſ. extende. & ſeqq. & num. 76. verſ. pro conciliatione. vbi habes diſtinctionem.

5 Quæro quarto, an victus condemnatus ad expenſas, intelligatur condemnatus etiam ad expenſas aduocati, & notarij, quibus victor nihil dedit, quia aduocatus ſit gratis patrocinatus, & notarius gratis dederit ſcripturas.

Vt huic queſtioni, in qua Doct. confuſis & promiſcuis caſibus ſunt locuti, plene ſatisfaciam, ſingulos ipſos caſus ſeparabo, & in quolibet prius accurate referam, quid ſcripſerint, & poſtea meam clare dicam ſententiam: nam licet in eiuſmodi quæſtione ſoleat agi de paruo regno, tamen qui materiam tractat, non ex cauſę valore debet difficultatem metiri, ſed ex illius proprijs meritis diligenter examinare.

6 Primus caſus eſt: quãdo aduocatus patrocinatus eſt in cauſa propria; an, obtinendo victoriam cum condemnatione aduerſarij in expenſis, debeatur ſibi ſalarium, quòd ſoluiſſet alteri aduocato, ſi illius patrocinio vſus eſſet.

Prima opinio erit affirmatiua, quòd ſibi de-
beatur argumento textus in l. 28. ſed & ſi lege. §. quod autem. in fine, ff. de petit. hęred. vbi
bonę fidei poſſeſſor, à quo euincitur hæreditas, ſi de hæreditate conſumpſit aliquid, quod
conſumpſiſſet de ſuo patrimonio, etiam ſi nõ
fuiſſet hæres, tenetur illud euincẽti reſtituere:
vnde videtur colligi regula, quòd quilibet teneatur ad illam impenſam, quam de ſuo
fuiſſet facturus, licet ſit facta de alieno, & cõſequenter cum victus teneretur ad illas impenſas, quę fuiſſent faciendę in lite, non de-
7 bet eas lucrari: † facit etiam text. in l. 31. quod
ſi domus. in fine, ff. loc. & conduc. vbi ſi inquilinus iuſta de cauſa migrauerit de domo,
& pro aliquo tempore gratuitam habitationem habuerit, locator quoad illud tempus
gratuitæ habitationis tenetur conductori ad
ratham mercedis, pro qua ei locauerat domũ;
ſed pro alio tempore tenetur ad illud, quo
aliam domum conduxit, ex quibus iuribus
Spec. tit. de expenſ. §. poſtremo dicendum.
ſub num. 8. verſ. quid ſi victor. ibi, quid ſi ab
emptore. lib. 2. fol. 216. & Bar. in dicta l. quod
ſi domus. motiuant, imò Spec. videtur firmare, quòd ſi ab emptore fundi, cui venditor tenetur ad expenſas, euincitur fundus; ipſe verò
emptor, qui peritus eſt in iure, ſine alio aduocato cauſam defendit, poterit petere, quod
aduocato dediſſet, & ad Spec. vbi ſup. ſe
remittit Rot. deciſ. 5. inducens. nu. 1. in fine,
8 de procur. in antiquior. † videtur etiam facere text. in l. 10. idemque. in fine, ff. mand.
vbi fideiuſſori datur actio mandati contra mandatorem, etiam ſi nihil ſoluerit creditori, ſed ſolum ſit ei donationis cauſa remiſſum debitum fideiuſſionis: ergo licet aduocatus nihil ſoluerit pro impenſa patrocinij, tamen ad illius impenſæ conſecutionem habet actionem; hancque opinionem affirmatiuam in caſu, quo aduocatus vicíſſet cauſam propriam, communem tamen cum aliquo, vt poſſit ſaltem pro parte ſocij in ratione expenſarum recipere ſalarium, ſequuntur Carauit. ſuper rit. 298. in fine, ſub num. 26. q. 2. & Myſing. in ſuis obſeru. cent. 1. obſeru. 2. in fine, num. 3.

9 Confirmatur hæc opinio ex ratione, qua vtuntur mercatores, negociatoresque cambiorum, qui dum in cambio recurſæ ſoluunt ſibi ipſis, & accipiunt prouiſionem, dicunt, quòd illam iuſtè accipiunt, quia illam acciperet etiam alius tertius, qui de mandato debitoris exequeretur, quod exequuntur ipſi, non obſtante quòd gerant proprium negocium,

cium, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 3. gloſ. 3. ſub num. 20. verſ. opinio affirmatiua. & verſ. verum ſi tu.

10 Secundam opin. præcedenti contrariam, videlicet, quòd aduocato in cauſa propria ſolui non debeant expenſæ, licet ſolui debuiſſent alteri aduocato, tenent Iacob. de Aren. tract. de expenſ. ſub num. 22. ibi, ſed quid ſi. tom. 3. par. 2. fol. 395. Lanfran. de Arian. eod. tract. num. 21. in fine, fol. 397. Carauit. vbi ſupra, & Myſing. dicta obſeruat. 2. num. 1. hanc eandem opinionem in eo, qui eſt conſuetus litigare per ſe ex Io. Andr. refert Ant. de Butr. in cap. 5. finem. num. 25. verſ. an ſi erat conſuetus. de dol. & contum. & indiſtinctè firmat Bal. in l. fin. nu. 17. & 18. verſ. pone aliquis. C. de fruct. & lit. expenſ. etiam ſi aduocatus paſſus eſſet damnum, quia interim non potuerit intereſſe aduocationibus aliorum; & pro hac opinione motiuat, licet non ſequatur Spec. d. §. poſtremo dicendum. num. 8. in fine.

11 Ratio, qua mouetur Bal. videtur triplex. prima, quia ſic videtur probari ex d. l. quod ſi domus. in fine, vbi ex pretio locationis deducitur totum tempus, quo conductor gratuitam habuit ab alio habitationem; vnde vides, quòd ead. l. allegatur pro vtraque opinione; ſed tu inhæreas primæ allegationi. ſecunda ratio eſt, quia Bal. reſpondet ad d. l. idemque. in fine, dicens, quòd fideiuſſor ibi fuit liberatus ob meritum remunerationis, & ideo fuit compenſatio, quæ vim habet

12 ſolutionis; † quæ remuneratio, ſeu compenſatio conſideratur inter diuerſas perſonas; ſed in aduocato non poteſt conſiderari iſta remuneratio, quia nemo eſt obligatus apud ſeipſum propter meritum, quia nemo ſibi ipſi

13 tenetur. † tertia, quia quoad intereſſe, illud non eſt conſiderabile argumento teſtium, quibus debent expenſæ refundi; ſed non damna temporis, quia litigantibus eſſet nimis oneroſum; vnde aduocato in cauſa propria non debentur aliæ impenſæ, quàm illæ, quas poſitiuè, & actu feciſſet.

14 Tertia opinio, quam firmat Bar. in l. 45. ſtipulatus es. num. 3. ff. de fideiuſſ. & mand. diſtinguit: aut iſte aduocatus propter occupationem in illa lite deſijt lucrari in alia, ſeu in alijs cauſis, in quibus aduocaſſet; & tunc ei debetur ſalarium loco intereſſe, ad quod venditor ſe obligauit: aut vult petere ſalarium proprium ſine iſta ratione intereſſe, & non poteſt, & ad hunc locum ſe remittit in l. fin. in fine, num. 7. C. de fruct. & lit. expenſ. & cum hac diſtinctione concordat in effectu opinio, quam firmant Abb. in cap. 5. finem. ſub num. 30. verſ. quid autem. de dol. & contum. Iaſ. in l. 11. properandum. §. ſin autem alterutra. ſub num. 14. verſ. ego teneo. C. de iudic. Marſ. in rubr. num. 366. ff. de fideiuſſ. fol. 522. inter Repeten. vol. 6. Carauit. d. rit. 298. num. 26. quæſt. 2. Myſing. in ſuis obſeru. cent. 1. obſeru. 2. num. 2. & Surd. tract. de alimen. tit. 9. quæſt. 39. num. 11. & eſſe communem teſtatur, & ſequitur Aſin. in prax. §. 32. cap. 2. limit. 19. num. 2. in fine, quæ opinio in primo membro diſtinctionis eſt contra opinionem Baldi, quæ indiſtinctè tenet, non deberi, vt in ſecunda præcedenti opinione, num. 10.

15 Verum qui hanc tenuerunt opinionem, addere debuiſſent in primo eius membro, quòd ſalarium non deberet menſurari ex intereſſe paſſo, ſed potius intereſſe ex ſalario, quod pro illa cauſa fuiſſet ſoluendum; alias ſi ſalarium menſuraretur ex intereſſe, poſſet contingere, quòd cauſa eſſet valoris ſcutorum centum, & is ceſſaſſet ab aduocatione alicuius magnæ cauſæ, in qua veriſimiliter fuiſſet lucratus ſcutos tercentum.

16 In hac opinionum varietate non diſcederem à ſecunda opinione negatiua, quia eius contrariam nunquam vidi ſeruari: & pro vberiori explicatione adderem hanc diſtinctionem. Aut condemnatus ad expenſas eſt mercator, ſeu negociator in cambijs; & tunc contra eum ſeruarem primam opinionem affirmatiuam, vt teneatur ſoluere ſalarium aduocato, quia ſeruanda eſt iuſtitia commutatiua, & eſt alteri faciendum, quod quis vellet ab altero ſibi fieri, vt retuli in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. ſub nu. 41. & §. 2. gloſ. 5. num. 151. & conuenit ei, quod habetur Matth. 7. num. 2. *in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis*, & illa ratio naturalis, quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe vtatur, ff. quod quiſque iur. Aut non eſt mercator, & tunc ſequor abſolutè cum Bal. opinionem negatiuam: nam vel aduocatus non propterea deſ ſauit à lucro alterius aduocationis, & tunc tàm Bal. quàm Bar. & communiter omnes te-

17 nent, ſalarium non deberi: † vel ceſſauit, & tunc adhuc opinor, quòd non debeatur, quia ſi ceſſamus à lucro, non dicimur illud expendere, ſed dicimur non acquirere: nam expenſæ

expenſæ ſeu impenſę nomine intelligimus pecuniam conſumptam, Io. Garz. tract. de expenſ. & melior. cap. 1. num. 7. tom. 17. fol.
18 258. † quod patet ex alluſione ipſius vocabuli; origo enim huius nominis impenſę proceſſit, quia antiquitus, inuento contractu emptionis, & venditionis, appenſo ære per æs & libram, fiebant emptio, & venditio, & alia quædam ſub eius nomine, vt refert Io. Garz. dicto cap. 1. num. 4. in fine, & num. 5. & 6.
19 † Ergo ſi victus condẽnetur ad expenſas, non dicitur condẽnatus ad ſoluendũ lucrũ, à quo victor ceſſauit propter litem, quia appellatione expẽſarum venit ſolum illud, quod exit de burſa noſtra, ſicque venit damnum, quod patimur, dum expendendo minuimus acquiſita;
20 † quare lucri, & damni diſpar eſt ratio, vt latè oſtendi in meo tract. de cõmerc. §. 1. q. 7.
21 par. 2. ampl. 8. nu. 271. & 272. † & conſequenter vt victus teneatur ad lucrum ceſſans, debet condemnari etiam ad intereſſe, cuius appellatione poteſt venire tàm intereſſe damni emergentis, quam lucri ceſſantis, vt ſecutus ſum ead. ampl. 8. num. 269. ſed an victus debeat condemnari etiam ad intereſſe, hic non determino: & hæc mea opinio ſeruatur in praxi; imò tantum abeſt, vt victoribus ſoluatur intereſſe lucri ceſſantis, vt quotidie ij cõquerantur, quòd neque proprias expenſas de burſa conſequuntur, & dicere ſoleant, meliorem eſſe tenuem concordiam, quàm pinguem
22 ſententiam: † ratio quare victus condemnari non ſoleat ad intereſſe lucri ceſſantis, eſt, quia lucrum ceſſans eſt difficilis probationis,
23 vt dixi ead. ampl. 8. num. 238. & 239. † & ideo ipſimet aurifices, vendentes rem, eorum arte elaboratam, æſtimant materiam, & manufacturam, ſed ſi illam immediate bona fide reemerent, non ſolent æſtimare manufacturam; quod ſcripſi eod. tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 575. & non valet apud eos ratio, quòd ſi ipſi facerent illam manufacturam, ceſſarent eo interim à lucro, quod poſſent facere, manufacturando alias res; quia tàm artifices, quàm aduocati, & procuratores non recuſant vnum laborẽ, ſeu vnam cauſam, quia habeãt duas alias, neq; medicus recuſat mederi alicui infirmo, quia curet alios; imò quærunt copiam, & ſi habent magnam, quærunt maiorem, dummodo ſit fructuoſa, adeo quòd vix poſſumus dicere, quòd ex eo, quia patrocinatus ſit in vna, ceſſauerit à lucro alterius.

24 Secundus caſus eſt, quando emptor non eſt aduocatus, neque procurator; ſed eſt artifex, qui tantum temporis conſumpſit in lite, modo apud procuratorem, modo apud notarium, & modo in alijs neceſſarijs pro lite, vt ſuę arti non potuerit vacare, & ex ea ita lucrari, ſicut lucratus fuiſſet ſine lite: & iſto caſu concludo, vt in pręcedenti, quòd de iſto lucro ceſſante non habetur ratio.

25 Contra hanc concluſionem firmant Spec. tit. de expenſ. §. poſtremo dicendum. num. 9. in fine, ibi, quid ſi victor artifex. lib. 2. fol. 216. Bar. in l. 18. ſi procurator. in fine, ff. rem rat. hab. & alij quos ſequitur Iaſ. in l. 11. properandum. §. ſin autem alterutra. ſub num. 13. verſ. limita ergo. C. de iudic. dicens, quòd ſi artifex diu litigauit, & ſic vacauit ab artificio & labore ſuo, debet haberi ratio huius damni ex perſona ſua, & computari inter expenſas, & damna, & tenet Surd. tract. de alimen. tit. 9. q. 39. num. 10.

26 Ego non recedo à concluſione, ſaltem in foro fori, & ita vidi ſeruari, tum quia lites ex litibus multiplicarentur, ad quas reſecandas ius noſtrum poſitiuum tolerat quandoque, vt vna pars ſit in damno, & altera in lucro, vt in commercio emptionis, & vẽditionis retuli in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. pat. 2. ampl. 10. ſub num. 41. tùm quia vix eſt dare caſum in praxi, quod artifex propter hoc perdat lucrum, per ea, quę dixi ſup. num. 22. & 23.

27 Tertius caſus eſt, quando victor ab aduocato, ſeu procuratore habuit gratis patrocinium, quia erat ſibi amicus, vel quia erat pauper, & ob eaſdem cauſas gratis habuit ſcripturas à notario: & iſto etiam caſu Doct. diſcordant.

Opinionem enim affirmatiuam, quòd victus condemnatus ad expenſas, teneatur nihilominus ſoluere ſalarium, & mercedem patrocinij, & ſcripturarum, prout victor ſoluere debuiſſet, ſi ei gratis hæc pręſtita non fuiſſent, tenent Iacob. de Aren. tract. de expenſ. num. 22. fol. 395. & Bar. in dicta l. 31. quòd ſi domus. ff. loc. & conduc. dicẽs, quòd ille text. facit pro iſta opinione, & cum hac opin. reſidet in effectu Aſin. in prax. §. 32. cap. 2. ampl. 66. num. 5. in fine.

Rationem huius opin. adduxi infra nu. 32.

28 Contrariam opin. quòd victor non repetat illas expenſas, tenet Bal. tract. de iur. prothomiſ. verſus finem, num. 24. fol. 19. tom. 17.

29 Alia opinio (& ſit tertia) diſtinguit: Aut aduocatus, ſeu alius inſeruiuit gratis animo donandi; & tunc victor, cui illud ſalarium eſt donatum, non poteſt illud repetere: Aut inſer-

Digitized by Google

inſeruiuit gratis,ſed animo,& intentione ha-
bendi aliquam remunerationem ; & tunc vi-
ctor poteſt illud repetere ; ita diſtinguendo
tenent Spec.tit.de expenſ.§.poſtremo dicen-
dum.num.8.verſ.quid ſi victor.lib.2.fol.216.
Bar.in l. vlt. in vltimis verbis, C. de fruct. &
lit.expenſ.Rot deciſ. 38. alias 534. ſed quid.
de ſen.& re iud.in antiq.Abb.in cap.5.finem.
num.29.verſ.ſed quia.de dol.& contum. Iaſ.
in l.11.properandum. §. ſin autem alterutra.
ſub n.14.verſ.limita tamen.C.de iudic. & ab
hac opin. non videtur diſceſſiſſe Tiraq. de
retr.lign.§.29. gl.4. num.7. fol. 329. & cum
ead. opin. poteſt intelligi, quod ſcribit Ca-
rauit.ſup.rit.298.in fine,num.26.q.2.dicens,
quòd ſi victor habuit aduocatum, vel procu-
ratorem, aut acta gratis ratione beneficiorũ
per eum alias pręſtitorum,vel pręſtandorum,
habenda eſt ratio dicti patrocinij,& actorum
in condemnatione expenſarum.

30 Ratio huius opin. ſumpta ex l. 10. idem-
que. in fine, ff. mand. eſt quia fideiuſſor, cui
creditor, donando, remiſit debitum ex cauſa
remunerationis, poteſt à debitore principali
repetere actione mandati,quaſi verè ſoluerit,
& diſtinguendo ſcribit Marſ. in rub. num.
365.q. 43. de fideiuſs. fol. 522. inter Repet.
vol. 6.

31 Ego in hac controuerſia non diſcedo à
prima opinione affirmatiua,quòd condemna-
tus ad expenſas debeat victori ſoluere ſala-
rium patrocinij ; quantumuis victori fuerit
gratis pręſtitum : nam vel fuit pręſtitum gra-
tis in remunerationem ſeruitiorum, & offi-
ciorum pręteritorum:& tunc tertia opinio in
hoc membro concordat cum prima, & in his
terminis loquuntur Rot.citata ſup. num. 29.
in tertia opinione,& dicta l.idemque. in fine;
nõ enim dicit, quòd creditor ſperet à fideiuſ-
ſore remunerationem,ſed quòd ipſe creditor,
remittẽdo debitum, remunerat fideiuſſorem:
32 † vel fuit præſtitum gratis ſimpliciter, nulla
pręcedente meritorum,ſeu officiorum cauſa;
& dico adhuc idem, quia victor, qui gratis
recepit patrocinium,ſemper patrocinanti re-
manet naturaliter obligatus ad antidora, l.
28.ſed & ſi lege.§.cõſuluit.ff.de petit.hæred.
Spec. tit. de expenſ. §. poſtremo dicendum.
num. 8. verſ. quid ſi victor. Iacob. de Aren.
tract. de expenſ.nu.22. Abb.in cap.5.finem.
ſub nu.29.de dol. & contum. Tiraq.& Aſin.
in locis infra proximè citatis; hæcque obli-
gatio naturalis licet nullam contra ſic obli-
gatum pariat actionem in foro, tamen patit
contra eum exceptionem, quando repeteret
indebitum ſolutum, Tiraq.dicto §. 29. gl. 4.
ſub nu. 6. fol.329. & Aſin.in prax.§.32.cap.
2.ampl.66.num. 5. ibi, hæc enim obligatio.
quare in obligato ad antidora, non conſide-
ratur donatio,ſed quędam permutatio, & ſo-
lutio debiti naturę, vt ſecutus ſum in meo
tract.de commerc.§.7.gl.3.ſub n.25.& de nõ
danda repetitione debiti ſoluti; ſi erat de-
bitum naturaliter ſcripſi lib. proxime præ-
33 ceden.cap.7.num.637.& ſeqq.† & licet text.
in dicta l. idemque. in fine, loquatur de ac-
ceptilatione ad remunerandum fideiuſſorem,
&ita videatur dicendum in aduocato,vt eius
patrocinij ſtipendium debeatur victori, quã-
do aduocatus in eius gratiam pro remunera-
tione patrocinatus eſt;tamẽ pro explicatione
illius legis ſunt diſtinguendi tres caſus: pri-
mus eſt, quando creditor remittit debitum
ipſi fideiuſſori in gratiam ipſius fideiuſſoris,
ſiue per viam acceptilationis, ſiue per viam
donationis inter viuos,aut cauſa mortis, ſiue
per viam legati; & iſto caſu videtur indiſtin-
ctè dicendum, quòd fideiuſſor poſſit actio-
ne mandati repetere:ſecundus caſus eſt,quã-
do remittit debitum, etiam in gratiam debi-
toris;& tunc certum eſt, quòd fideiuſſor non
habet actionem mandati: tertius caſus eſt,
quando remittit forſan timore conſcientię,
quę dictabat ei iniuſtitiam debiti; & dico
idem, quia cenſetur remiſſum vndique; &
cum hac trium caſuum conſideratione pro-
cederem.

34 Quartus caſus, parum à pręcedenti diffe-
rens, eſt, quando notarius habuit mercedem
ſcripturarum,& fuit modica,non quia ipſe
reliquũ voluerit donare in remunerationem
beneficiorum præteritorum, vel futurorum
ſperatorum, ſed quia maiorem ab inope, vel
ex alia cauſa exigere non potuit; & iſto caſu
concludo, quòd ceſſant rationes, quæ ſua-
dere poſſent, vt victor poſſit conſequi mer-
cedem maiorem ea, quam ſoluit.

35 Quæro quinto, an procurator poſſit à ſuo
cliente repetere omnes expenſas, quas fecit
pro eius cauſa?

Reſp. quòd expenſæ debent eſſe modera-
tæ, & vtiles, cap.5.finem.de dol.& contum.
& cap. cum dilecti. de for. competen. Spec.
tit.de expenſ.§.poſtremo dicendum. num.6.
lib.2. fol.215. & non largæ, & amplæ, ſed
ſolitæ, & moderatæ, Iacob. de Aren. tract.
de

36 de expenſ.num.21.tom.3.par.2.fol.395.†.&
quòd imò debeant eſſe vtiles, moderatæ, &
neceſſarię, Ant. de Butr. in dicto cap. finem.
num.24.verſ. ad quintum. & Abb. num. 28.
videndi,quia multa dicunt, Iaſ.in l. 11. pro-
perandum.§.ſin autem alterutra. num.13. q.
3. C. de iudic. & ad vtiliter factas quis con-
demnari non debeat, ſed ſolum ad neceſſa-
rias, Innoc. in eod. cap. finem. ſub num. 5.
verſ.item nō videtur.& Lanfr.de Arian.tract.
de expenſ.num.19.verſ. quæro nunc vlterius.
37 fol.397.tom.3.par.2.† & expenſę neceſſarię
dicuntur illę, ſine quibus lis fieri non poteſt,
vt, loquendo de expenſis extra iudicium,
ſcribit Spec. tit.de expenſ. §. 1. initio, lib. 2.
fol. 211. & quę dicantur expenſę neceſſarię
congeſſit etiam Aſin.in prax. §.32.cap.3. nu.
38 2.& ſeqq. fol. 215. † & pro iſtis expenſis ne-
ceſſarijs procurator poteſt habere repetitio-
nem; quamuis ſuccubuerit in cauſa,quia ſuc-
cumbentia ſine dolo,& negligentia procura-
toris, ſeu cauſidici non liberat clientem à
mercede, cauſidico debita, nā ſuccumbentia
procedere ſolet à malo iure litigantis, vel ab
iniuſtitia iudicis, quandoque forſan in pœnā
peccati, vt dixi gl. præced. q. 9. num. 4. &
quandoque quia clientes cauſidicis mercedē
non ſoluunt:vnde ſicut Troię demolitio iuſto
Dei iudicio proceſſit,quia Neptuno,& Apol-
lini in murorum conſtructione merces fuit
retenta,vt retuli lib. proxime pręceden. cap.
5.ſub num. 63. ita etiam quia litigantes cau-
ſidicis debitam non ſoluunt mercedem, cau-
ſas quandoque perdunt, aut nunquam extri-
39 cant;†vel(& verius)circumſcripta hac ratio-
ne à poetico, ſed pio figmento deſumpta,
procedit,quia cauſidici ſolertia,eloquentia;
& ingenium hæbeteſcunt, niſi copioſa exci-
tentur pecunia: etenim quia *pecunię obediunt
omnia*, Eccleſ. 10. num. 19. obediunt etiam
ingenia & vires.
40 Quæro ſexto. A. fuit abſolutus in prima
inſtātia,& B.actor condemnatus in expenſis.
Poſtea in ſecunda inſtantia, reuocata prędi-
cta ſententia,lata in prima inſtātia, fuit con-
demnatus A. & vterque A. & B.fuit abſolu-
tus ab expenſis. Deinde in tertia inſtātia fuit
à tribus iudicibus per rem iudicatam confir-
mata hæc ſecunda ſententia, lata in ſecunda
inſtantia, & victus victori fuit condemnatus
ad expenſas; quęro,inquam,ad quas expen-
ſas A. victus dicatur condemnatus per iſtam
rem iudicatam trium iudicum, an ad ex-
penſas omnium inſtantiarum, vel ad expen-
ſas ſolius tertię inſtantię, quę fuit coram tri-
bus iudicibus?

Reſp. intelligi condemnatum ad expen-
ſas ſolius tertię inſtātię,quia quoad expenſas
aliarum inſtātiarum fuit vterque abſolutus à
ſecundo iudice,cuius ſententiam tres iudices
confirmarunt:nam alias ſi intelligeremus, eū
eſſe condemnatum ad expenſas omnium in-
ſtantiarum,ſententia trium iudicum implica-
ret contradictionem, & perplexitatem, quia
confirmaſſet,& infirmaſſet ſententiam ſecun-
di iudicis, & conſequenter vti perplexa, &
contraria in ſe ipſa, eſſet nulla, vt ſcripſi
cap.ſeq. q.19.remed.1. concl.4. num.57. &
ſic mereretur reprehendi à ſapientibus; nos
autem debemus eam interpretari, vt ſit vali-
da per ea,quę ſcripſi dicto cap.ſeq.q.7.nu. 5.
& q.15.ſub num.225. & ſcripſi gl.præced. q.
17.nu. 63. & ne hanc mereatur reprehenſio-
nem,iuxta ea,quę ſcripſi eod cap. ſeq.q. 2.n.
28. & quęſt. 17. limit. 21. ſub num. 49.
41 Non obſtat, quòd iudex appellationis,
confirmando ſententiam, & condemnando
ſimpliciter victum ad expenſas, intelligatur
condemnaſſe non ſolum ad expenſas cauſę
appellationis, ſed etiam ad expenſas cauſę
principalis, vt ex Felyn. Dec. Put. & Re-
buff. ſecutus ſum dicta limit. 21. num. 48.
etiam ſi victus habuiſſet iuſtam cauſam liti-
gandi, eo quia obtinuerit primam ſenten-
tiam, vt retuli ſub eod. num. 48. verſ. hoc
temperamentum. & ſub num. 54. verſ.
contrarium. & latè ſcripſi gl. pręced.quęſt.
13. num. 70.
42 Quia reſpondeo, hoc procedere quando
in ſententia iudicis à quo non continetur ex-
preſſim abſolutio ab expenſis; quia tunc
intelligitur condemnatus etiam ad expen-
ſas factas coram iudice à quò, ſecus quan-
do in ea expreſſim continetur, & ita ex Pur.
ſecutus ſum dicta limit.21.ſub num.49.verſ.
tempera ſecundo.

Minus obſtat, ſi diceretur, ſtylum iudi-
cis appellationis nolentis condemnare vi-
ctum ad expenſas omnium inſtantiarum, eſ-
ſe, vt id exprimat in ſententia,dicendo (ad
expenſas huius inſtantię tantum.)

Quia reſp. quòd ille ſtylus in caſu, de quo
agimus, ſuſtuliſſet omnem dubitationem,
& fuiſſet pro groſſulanis; ſed quando iudex
appellationis prius confirmat ſententiam,
quę abſoluit ab expenſis, tunc ſi ipſe non
dicit, dicit ratio, vt patet ex pędictis.

GLOS. XVI. Ita pronunciaui ego N.

S V M M A R I V M.

Subſcriptio ſententiæ ſi omittatur à iudice, an ſententia ſit nulla, num. 1. & ſeqq. & nu. 11. & 14. Et in quibus caſibus ſubſcriptio ſit neceſſaria, num. 18. & ſeqq.

Subſcriptio non eſt neceſſaria niſi in caſibus expreſſis in iure, num. 3.

Conſenſus regulariter ſufficit ſine ſcriptura, num. 3.

Subſcriptio teſtatoris non eſt neceſſaria quando teſtamentum eſt eius manu ſcriptum, num. 4.

Conſilium ſapientis, ſcriptum manu eiuſdem ſapientis, habet eandem vim ac ſi eſſet ab eo ſubſcriptum, ſub num. 4. Contrarium de conſuetudine, num. 9. & 12.

Subſcriptio ſententiæ quomodo probetur non neceſſaria, num. 5. & 6.

Subſcriptio ſententiæ de iure non eſt neceſſaria, nu. 7. Aliquibus tamen in locis iudices ſubſcribunt, num. 19. Et in aliquibus non, num. 6.

Subſcriptio denotat, ſubſcripta eſſe bene digeſta, & abſoluta, num. 8. & 11.

Teſtamentum in ſcriptis requirit ſubſcriptiones, num. 10.

Subſcriptio non eſt neceſſaria in ſingulis actis, qui ſunt celebrandi in ſcriptis, numero 13.

Subbſcriptio hæredis in inuentario licet requiratur pro forma, tamen vbi ſit conſuetudo non ſubſcribendi, valet ſine ſubſcriptione, num. 17.

Scribere, & Subſcribere } idem important, ſub num. 13. 14. & 15.

Inuocatio diuini nominis in inſtrumento licet poſſet omitti de iure, tamen non poteſt omitti vbi eſt conſuetudo, quòd apponatur, num. 20.

Subſcriptio ſententiæ latæ prout in cedula, eſt neceſſaria, num. 21.

Subſcribere quando poſſit vnus iudex in defectum alterius, num. 21. in fine.

1 NONDVM inueni à Doctoribus diſcuſſum, imò vix tactum; an iudex debeat propria manu ſubſcribere ſententiæ: operepretium igitur erit, videre, nunquid ſententia ferenda in ſcriptis, ſit ſubſcribenda à iudice, alias ſit nulla.

Negatiua opinio, quod ſubſcriptio non requiratur de neceſſitate, & ideo ſententia non ſubſcripta non ſit nulla, quatuor ſuadetur argumentis.

2 Primo, quia iura, & Doct. dum loquuntur de ſententia, ferenda in ſcriptis, quæ iura, & Doctores citauimus ſupra. gl. 12. nullum verbum faciunt de ſubſcribenda ſententia.

3 Sed ſubſcriptio non eſt neceſſaria, niſi in caſibus expreſſis in iure, Innoc. in cap. 1. nu. 1. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. capit. & Gemin. in cap. ſine exceptione. ſub nu. 2. verſ. quæro quia. 12. quæſt. 2. quod notat Redoan. de reb. eccl. non alien. rubr. 29. num. 1. fol. 443. tom. 15. part. 2. & ratio eſt in promptu, quia regulariter in qualibet diſpoſitione ſufficit conſenſus, & non requiritur ſcriptura; ergo ſtandum eſt regulæ, quando non reperitur expreſſe contrarium, vt aduertit etiam Redoan. vbi ſupra.

4 Secundo, quia ſubſcriptio teſtatoris non eſt neceſſaria, quando teſtamentum eſt eius manu ſcriptum, l. 28. cum antiquitas. in fine, C. de teſtam. & quemad. &c. cuius legis auctoritate mouetur Pac. Scal. tract. de conſil. ſapien. lib. 3. cap. 22. fol. 346. tom. 3. par. 1. ad tenendum, quod conſilium ſapientis, ſcriptum manu eiuſdem ſapientis, habet eandem vim, ac ſi eſſet etiam eius manu ſubſcriptum.

5 Tertio, quia ſubſcriptio ſententiæ non eſt actus neceſſarius iuſtitiæ, neque eſt de ſubſtantia probationis, quia ſi eſſet actus iuſtitiæ, vel de ſubſtantia probationis, vbique eſſet neceſſaria, & nullibi poſſet omitti:
6 ſed † nos videmus, quòd Genuę Rotæ Auditores non ſubſcribunt ſententias ciuiles; & Florentię, & Lucæ non ſubſcribunt ſententias criminales.

7 Quarto, quia ſubſcriptionem ſententię diffinitiuæ, loquendo de iure, non eſſe neceſſariam, & ſufficere quod feratur in ſcriptis, & legatur per iudicem, tenuit Rota Rom. vt teſtatur, & ſequitur Caputaq. deciſ. 139. alias 26. ſententia diffinitiua. par. 3.

Affir-

8 Affirmatiua opinio, quòd ſubſcriptio ſit neceſſaria, ſequentibus ſuadetur rationibus.

Prima, quia aliorum ſcripta noſtram aliquando non omnino, aut male explicant voluntatem, & interdum noſtra propria ſcripta, à nobismetipſis propria manu exarata; ideoque ea modo à capite omnia mutamus, modo verò corrigimus in parte, addendo, vel minuendo, & tandem, cum omnimoda noſtra eſt expreſſa voluntas, tunc,& non prius, ſubſcribimus, & proinde donec non ſubſcribimus, non cenſetur firmata voluntas: ergo in ſententia requiritur ſubſcriptio, quia, donec non eſt ſubſcripta, non dicitur clare conſtare, quòd ſententia, prout legitur ſcripta, ſit ſecundum omnimodam iudicis voluntatem.

9 Secunda, quia licet totum conſilium ſit ſcriptum manu alicuius Doctoris, tamen de conſuetudine non dicitur conſilium authenticum, ſi non haber ſubſcriptionem eiuſdem, Paul. de Caſtr. in dicta l. 28. cum antiquitas. in fine, ſub num. 7. C. de teſtam. & quemadm. &c. Rebuff. ad conſtit. gallic. tit. de chirograph. & ſched. recogn. in præfatione, ſub num. 84. tom. 1. fol. 191. dicens non valere conſilia doctoris, niſi fuerint ſubſcripta, etiam ſi propria manu doctoris fuerint ſcripta, & ſcripſi lib. præced. cap. 11. num. 556. in fine.

10 Tertia, quia vbi actus debet celebrari in ſcriptis, regulariter celebratur cum ſubſcriptione illius, qui facit illum actum, & ideo ſi quis faciat teſtamentum in ſcriptis, debet non ſolum ipſe, ſed etiam teſtes debent ſubſcribere illi teſtamento, & quando teſtator neſciret ſcribere, additur octauus teſtis, qui ſubſcribat, l. 21. hac conſultiſſima. C. de teſtam. & quemadm. &c.

Sed ſententia diffinitiua debet à iudice ferri in ſcriptis, vt diximus ſupra gl. 12. ergo requiritur eius ſubſcriptio.

11 His non obſtantibus, non recedo à prima opinione negatiua, cum habeat valida argumenta.

Ad primam rationem, adductam pro iſta opinione contraria ſupra ſub num. 8. reſpon. quòd licet ſcriptura ſubſcripta firmius, quàm non ſubſcripta, ſignificet voluntatem ſubſcribentis, tamen etiam ſcriptura, non ſubſcripta ſignificat ſufficienter, & irreuocabiliter voluntatem ſcribentis, quando ſcribens proceſſit ad alios actus extraneos, qui non ſolum æquipollent ſubſcriptioni, ſed efficacius ſubſcriptione patefaciunt voluntatem ſcribentis, vt puta cum iudex ſcribit ſententiam, & poſtea eam, non aliter ſubſcriptam, legit, publicat, & dat notario, ſedens pro tribunali in loco ſolito: hi namque actus fieri non poſſunt, quin eis ſignificetur firma voluntas iudicis, & præludatur omnis locus pœnitentiæ.

12 Ad ſecundam reſpon. quòd, ſuppoſito, ex vlteriori actu conſtare, ſapientis voluntatem contineri in ſcriptura conſilij, articulus eſt controuerſus, an adhuc requiratur ſubſcriptio ſapientis, & quidem Pac. Scal. citatus ſupra num. 4. in ſecundo argumento, tenet, non eſſe neceſſariam, & licet ipſe alleget Caſtrenſem pro opinione contraria, tamen decipitur, quia Caſtrenſ. dicit requiri, ſuppoſita conſuetudine, vt requiratur prout eum retuli hic ſupra num. 9. in ſecunda ratione; ergo, non ſuppoſita iſta conſuetudine, tenet, non eſſe neceſſariam, ſi licitum eſt ex doctorum dictis argumentari à contrario ſenſu: quare illis, qui dicerent, ſubſcriptionem eſſe neceſſariam, non eſt credendum, niſi oſtendant legem, quæ mandet ſubſcribi, quia regula eſt in contrarium, vt dixi ſupra num. 3.

13 Ad tertiam nego in primis, quòd omnis actus, celebrandus in ſcriptis, debeat eſſe ſubſcriptus: nam quandoque contrahentes conueniũt, vt cõtractus celebretur in ſcriptis iuxta ea, quæ ſcribũt Affl. deciſ. 34. per binas. n. 4. & ibi Vrſill. in annot. nu. 6. & Maran. in ſuis diſputat. diſp. 4. num. 4. & tamen nemo dicit, illum contractum, celebrandum in ſcriptis, eſſe ſubſcribendum. Secundo dico, quòd ſubſcriptio, quę eſt neceſſaria in aliquo actu, non eſt neceſſaria, ſi totus tenor illius actus ſit ſcriptus ab eo, cuius ſubſcriptio erat neceſſaria, vt in teſtamento ſolẽni in ſcriptis, l. 28. cum antiquitas. in fine, C. de teſtam. & quemadmodum, &c. hocque ſecundum dictum confirmatur ex his, quæ ſcripſi lib. proxime præcedenti. cap. 11. num. 554. & 555.

14 Firmata prima opinione negatiua, quòd ſubſcriptio iudicis in ſententia non ſit neceſſaria.

Amplia primo eam, vt præcipue ſit vera, quando tenor ſententiæ eſſet ſcriptus manu propria ipſius iudicis.

15 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat etiam vbi extat conſuetudo, vt iudex

Digitized by Google

ſubſcribat ſententiæ; quia illa conſuetudo intelligitur, quando ſententia non eſt ſcripta manu propria iudicis, per ea, quæ dixi ſupra ſub num. 13.

16 Amplia ſecundo, vt citra omnem difficultatem procedat in loco vbi eſt conſuetudo non ſubſcribendi, etiam ſi ſupponeremus, quòd de iure requireretur.

17 Confirmatur hæc ampliatio, quia licet in fine inuentarij requiratur pro forma ſubſcriptio hæredis, ſi ſciat ſcribere, alias ſit adhibendus vnus notarius, qui eius nomine ſubſcribat, & omiſſa ſubſcriptione, inuentarium non valeat, Guid. Pap. tract. de inuent. ſub num. 7. verſ. ſed an neceſſario. & num. 8. fol. 324. Phanuc. eod. tract. par. 3. num. 66. fol. 281. & Rol. à Vall. eod. tract. verſ. requiritur etiam. & verſ. quid ſi. fol. 178. Porcel. eod. tract. cap. 2. ſub nu. 5. in 5. requiſito, fol. 158. & Montic. cap. 7. num. 56. fol. 214. omnes inter tract. diuerſ. tom. 8. par. 2. tamen vbi extaret conſuetudo non ſubſcribendi, valeret ſine ſubſcriptione, Guid. Pap. eod. tract. num. 9. prout hanc conſuetudinem non ſubſcribendi vidi aliquibus in locis, & eſt iuridica conſuetudo, quando inuentarium fit apud acta cum decreto iudicis, Rol. à Vall. eod. tract. verſ. quid autem. fol. 178.

18 Limita primo eandem opinionem negatiuam, de qua ſupra ſub num. 1. vt non procedat in caſu, in quo lex requireret ſubſcriptionem iudicis, quia tunc ſubſcriptio eſſet de forma, & ideo, ſi omitteretur, ſententia eſſet nulla, & ipſo iure nulla: & ad hanc limitationem moueor ex his, quæ de nullitate inuentarij, in quo hæres non ſe ſubſcripſerit in fine, tradunt Guid. Pap. Phan. Rol. à Val. & alij, quos ſecutus ſum num. præced.

19 Limita ſecundo, vt non procedat in loco, vbi extat conſuetudo ſubſcribendi ſententiã, prout hæc conſuetudo extat Florentiæ, in cauſis ciuilibus, & etiam Romæ, vbi iudices, & Rotæ Auditores ſubſcribunt ſententijs, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 96. num. 32. in fine, & cap. 102. ſub num. 5. & dixi ſupra gl. 9. num. 40.

20 Comprobatur hæc limitatio, quia licet inuocatio diuini nominis initio inſtrumenti poſſet de iure omitti, tamen ſi extet conſuetudo, vt apponatur, & fuerit omiſſa, inſtrumentum non valet, per ea, quæ ſcripſi lib. proxime præcedenti cap. 11. num. 1178. & ſeqq. & num. 1181. & ſeqq.

21 Extende hanc limitationem, vt ſententia lata, prout in cedula, ſine iudicis ſubſcriptione, ſit nulla, Ror. diuerſ. deciſ. 705. iudex. in fine, ſub nu. 4. par. 3. imò ſi Rotæ Rom. Auditor deceſſerit antequam ſubſcripſerit ſententiam, vnus ex alijs Auditoribus ſubſcribit, vt ſcripſi ſupra gloſ. 9. num. 55. ſubdeclarat. 3.

Declara iſtas limitationes, in quibus diximus, requiri ſubſcriptionem, vt hæc ſubſcriptio poſſit fieri tripliciter. Primus modus ſimplicior eſt per appoſitionem nominis, & cognominis, *Antonius Neguſantius*, & hunc modum ſeruant Auditores Rotę Florentinæ, & videtur ſufficiens, quia cætera, quæ poſſent eſſe neceſſaria, leguntur in tenore ſententiæ; imò hæc ſimplex ſubſcriptio carens expreſſione iuriſdictionis poſſet ſufficere, etiã ſi in tenore ſententiæ non eſſet expreſſa, per ea, quę dixi ſup. gl. 4. q. 10. Secundus modus eſt, vt addatur nomen iuriſdictionis, *Antonius Neguſantius, Auditor Rotæ*. Tertius modus eſt, vt addatur verbum, quo explicetur actus, quem facit. *Ita pronunciaui ego Antonius Neguſantius Auditor Rotæ*. vt in ſubſcriptione, de qua ſupra gl. 9. num. 40.

Et an, & quando vnus iudex poſſit ſubſcribere in defectum alterius, vide ſupra gl. 9. num. 55. & ſeqq.

GLOS. XVII. Lecta lata, &c.

SVMMARIVM.

Legi ſententiam, & teſtari in eius calce fuiſſe lectam eſt neceſſarium, num. 1.

Lectam fuiſſe ſententiam non refert quibus verbis notarius teſtetur, num. 2.

Promulgatam eſſe ſententiam, idem eſt, quod eſſe lectam, num. 2. in fine, & ſub numero 4.

Promulgare eſt legere, &c. num. 3.

Datam eſſe ſententiam, ſi notarius teſtaretur, non ſufficeret, num. 3.

Promulgatio ſententiæ non eſt neceſſaria, ſi potuit ferri ſine ſcriptis, num. 5.

Dies, qua fertur ſententia, debet notari in ſententia, num. 6.

Publicata dicitur ſententia, eo ipſo, quod in eius calce dicitur, lecta, &c. num. 7. & ſeqq.

Publi-

Digitized by Google

Publicare, & Exemplare } *ſunt diuerſa, num.9.*
Publicati licet non ſint teſtes, tamen ſententia valet, ſub num.9.
Publicare ſententiam, & publicare inſtrumentum ſententiæ ſunt diuerſa, num.9.in fine, & num.10.
Publicatio eſt nomen, quod conuenit multis, & fit diuerſimode ſecundum ſubiectam materiam, num.11.& ſeqq.
Publicati quando dicantur teſtes, num. 12.
Publicatio teſtamenti quomodo dicatur fieri, num. 13
Publicatio ſententiæ latæ, prout in cedula, quando dicatur fieri, num. 14.

QVIS debeat ſententiam legere, diximus ſupra gl.12.n.1.&
1 10.nūc† reſtat videre, an notarius, lata ſententia, debeat
apud eam in calce teſtari, fuiſſe lectam; & vtique dicendum eſt, quod ſic, quia alias ſententia
non valeret, ex quo non appareret, fuiſſe
2 lectam; † ſed non refert per quæ verba id teſtetur; quare licet notarij communiter teſtari ſoleant iſtis verbis (lecta lata) tamen poſſent teſtati alijs verbis æquipollentibus, Bar. in l. 3. ſtatutis. in fine, num. 5. C. de ſenten. ex peric. recit. dicens, neceſſarium eſſe, quod poſt latam ſententiam ponatur aliquod verbum, ex quo colligatur, ſententiam fuiſſe lectam, alias, inquit, ſenrentia eſſet nulla; & ſubiungit, ſufficere, ſi dicatur, quòd fuit
3 promulgata, † quia promulgare eſt ſenrentialiter legere ex ſcripti tecitatione; ſecus eſt ſecundum eum, ſi diceretur ſolum, quod fuit data per iudicem, hancque Bartoli doctrinam ſequitur Franch. in cap. vlt. ſub num. 2. verſ. & idem. & ſub num. 11. verſ. tertio quæritur. de ſent. & te iud. in 6.& cum hac eadem doctrina ex Ang.in l. fin.C.de ſent.ex peric.recit. tranſit etiam Lanſt. in cap. quoniam contra. ſub num. 538. de probat. in-
4 ter Repeten. tom. 3. fol. 268. † illa autem verba, (lata, & data in his ſcriptis) non ſunt neceſſaria, Alex. conſ. 90. ferè. num. 4. lib. 4. & Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex def. proceſ. ſiue ord. &c. num. 88.tom. 4. fol. 417. & quòd ſi in ſententia contineantur verba, *ſententialiter promulgata*, nec dicatur lecta, nec iudice ſedente, tamen præſumatur lecta, iudice ſedente, quoniam natura verbi (*ſententialiter*) non poſſit aliter verificari, & quod promulgare ſit ſententialiter legere ex ſcripti recitatione ex Bar. & Bal. ſequitur Bec. conſ. 78. in cauſa. num. 2. lib. 1. dicens num. 1. in vltimis verbis, quod promulgare eſt publicate, & palam pronunciare, quaſi prouulgare.

5 Declara reſtringendo eandem doctrinam, dum dicimus, verbum (lecta) aut aliud æquipollens eſſe neceſſarium, vt non ſit vera in ſententia, quæ poteſt ſerti ſine ſcriptis, quia ſi poteſt ferri ſine ſcriptis, non eſt neceſſaria promulgatio ex ſcripti recitatione; & quæ ſinr hæ ſententiæ, quæ poſſunt ferri ſine ſcriptis, dixi ſupra gloſ. 12.num.12. & ſeqq. limit. 1. & ſeqq.

6 Poni etiam pluribus de cauſis debet in ſententia dies, qua fertur, promulgatur, ſeu aliter publicatur ſententia. prima cauſa eſt, vt appareat, an ſit lata in die iuridico, vel feſtiuo, Spec. tit. de ſenten. §. iuxta. num. 7. lib. 2. fol. 172. quia ſi eſſet lata in die feſtiuo, regulariter non valeret, per ea, quæ ſcripſi lib. proximè præcedenti cap. 5. num. 17.& ſeqq. & num. 126. ſecunda, vt appareat an pro illa die fuerit citatio ad ſententiam. tertia ad effectum, vt poſſit cognoſci, an appellans appellet infra legitima tempora.

7 Occurrit dubitatio, an ſententia, quæ eſt lecta, vt ſupra, dicatur eo ipſo etiam publicata, ita vt nec debeat, nec poſſit aliter publicari.

Concludo breuiter, ſententiam, quæ eſt lecta, & lata, vt ſupra, dici eo ipſo publicatam, aliterque non publicari, quia eſt in forma probanti, habet auctoritatem iudicis, & eſt, parte citata, lata, & lecta in ſcriptis coram teſtibus, & notario, quæ omnia perfectam faciunt ſententiæ publicationem ſecundum ea, quæ in diuerſis terminis tradunt Canoniſtæ in cap. 43. albericus. de teſtib. & in cap. vlt. de fid. inſtrum. & nondum vidi, quempiam de hoc dubitaſſe.

8 Non obſtat primo, quod Alber. in diction. in verbo, publicatio. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 10. de actor. edit. nu. 35. fol. 417. loqui videantur de publicatione ſententiæ; nam ad Alber. reſpondeo, quod loquitur non de publicatione ſententiæ, quæ ſit lata, vt ſupra, ſed loquitur de illius tranſumpto, & exemplatione, facien-

cienda in caſu quo eius documentum non eſſet ſufficiens, aut timeretur, quod vetuſtate temporis vitiaretur, aut aliter peri-
9 ret. † aliud autem eſt exemplare, & aliud publicare; nam exemplare dicimus id, quod iam eſt publicum, & authenticum, & publica nititur auctoritate; publicare verò dicimus id, quod eſt priuatum, vt ſequitur idem Alber. ibidem, & ex Abb. & Rot. ſecuti ſumus nos lib. proximè præcedenti cap. 11. num. 728. Ad Matan. reſpondeo, quòd neque is loquitur de publicatione ſententiæ, ſed loquitur de publicatione depoſitionis teſtium, dicens, quod ſententia valet, etiam teſtibus non publicatis,

Non obſtat ſecundo, quod Spec. tit. de inſtrumen. edit. S. breuiter commemoremus. num. 1. & ſeqq. & num. 11. in fine, & num. 12. lib. 2. fol. 108. & 109. numerando nouem, quæ regulariter faciunt publicationem inſtrumenti, poſtea dicto num. 11. in fine, & num. 12. tractet quomodo publicetur inſtrumentum ſententię, de quibus nouem egimus etiam nos lib. proximè præ-
10 cedenti cap. 11. num. 1174. & ſeqq. † quia reſpondeo, quòd aliud eſt publicare ſententiam, quam nos dicimus ſatis publicaram eſſe eo ipſo, quod eſt lecta, & lata, vt ſupra, & aliud eſt de ea publicum conficere inſtrumentum, quia in illius confectione admittimus requiri illa nouem, vt ſit publicum, & authenticum; ſeu dico melius, quòd aliud eſt exemplare ſententiam: nam, vt dicebam ſupra, priuata, & non authentica publicantur; authentica verò, & publica exemplantur.

11 Declara primo nunc eandem concluſionem, vt ſicut aliud eſt publicare proceſſum, & teſtium depoſitiones, aliud publicare teſtamentum, aliud publicare legem, & aliud publicare bona, & ſimilia, ita etiam aliter ſit publicatio in vno, & aliter in alio, & ad vnũ ef-
12 fectũ in vno, & ad alium in alio, † nam publicatio depoſitionis teſtium ſit, quando teſtes, qui ſecretò fuerunt examinati, poſtea, accedente iudicis decreto, panduntur, ideſt, publicantur, vt partes de ijs ſumere valeant copiam iuxta not. per Doct. in cap. 17. fraternitatis. de teſtib. quibus publicatis, regula eſt, quod ſuper iiſdem, aut ſuper directo contrarijs alij non poſſint examinari, ſecus ſi non ſint publicati, & quomodo hęc regula procedat, ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 12. nu. 103. & ſeqq. & lib. proxime præcedenti cap. 7. num. 779. & cap. 8. nu. 220. & ſeqq. & num. 223. & ſeqq. & hic ſupra gl. 14. q. 32.
13 num. 47. & ſeqq. † publicatio autem teſtamenti ſit, quando priuata ſcriptura, ſeu mens teſtatoris, teſtibus expreſsè patefacta, à notario in publicam redigitur formam; huiuſque publicationis effectus non eſt, vt teſtator, publicato teſtamento, aliud condere non valeat, quia poteſt aliud condere, ſed eſt, vt, eo mortuo, hæres facilius agere poſſit ex remedio l. fin. C. de edict. diu. adr. toll. iuxta ea, quæ ſcripſi cap. ſeq. quæſt. 17. limit. 6. memb. 4. num. 9.

14 Declara ſecundo, vt quamuis ſententia, quando fertur prout in cedula, ſeu per terminum habitum pro ſeruato, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra gl. 9. num. 39. tunc non publicetur, ſed publicetur, quando apetitur terminus habitus pro ſeruato, ſeu cedula ſubſcripta à iudice, quia publicare dicimus, quando palam pronunciamus, & quaſi prouulgamus, vt dixi ſupra num. 4. in fine, tamen per retrotractionem, & quandam fictionem dicitur publicata eomet die, quo iudex habuit terminum pro ſeruato, ſeu pronuntiat, prout in cedula, quia ſub illa die notarius ſcribit. *lecta, & lata*, vt dixi ſupra dicta gl. 9. ſub num. 46. & ex hac breui declaratione ſatis remanſiſſet defenſus ille notarius, inquiſitus de falſo, pro quo Franc. Bec. conſ. 78. in cauſa. lib. 1. multa docte, & copioſe fuit coactus ſcribere ad illius defenſionem.

GLOS. XVIII. N. & N. teſtibus, &c.

SVMMARIVM.

Teſtes an ſint neceſſarij in ſententia, num. 1. & ſeqq. & num. 6.

Teſtes non ſunt neceſſarij in actis iudiciarijs, num. 1.

Actorum appellatione an contineatur ſententia, num. 2.

Sa-

Satiſdatio, quia eſt de actis iudicij, poteſt fieri ſine teſtibus, num. 3.

Mandatum procuræ licet fiat apud acta, tamen debet fieri, adhibitis teſtibus, num. 4.

Mandatum procuræ licet fiat apud acta, tamen non perit, perempta inſtantia, num. 5.

Sententia licet valeat ſine teſtibus ſuper meritis, tamen non ſequitur ex hoc, quòd valeat ſine teſtibus in prolatione ipſius ſententiæ, num. 7.

1 QVAERO an teſtes ſint neceſſarij in ſententia.

Videtur dicendum, quòd non, quia teſtes in actis iudiciarijs non ſunt neceſſarij, cum credatur ſcripturæ tabellionis, Gloſ. in cap. 11. quoniam contra. in verbo, duos viros. & ibi Lanfr. de Orian. num. 27. de probat. fol. 241. tom. 3. inter Repeten. Card. Zabarell. conſ. 41. cum præſupponatur. Bal. & alij, quos ſequitur Curt. tract. de teſtib. pat. 9. num. 12. fol. 228. tom. 4. inter tract. diuerſ. & de opinione communi teſtantur, & ſequuntur Dec. in dicto cap. quoniam contra. num. 76 verſ. in fine. & Lanfr. ſub dicto num. 27. vbi reddit rationem, quia acta ſuſcipiunt auctoritatem ex præſentia iudicis, & Io. Bapt. Ferret. num. 31. fol. 370.

2 Sed ſententia venit appellatione actorum, Mar. Socc. in cap. 17. qualiter. num. 91. de accuſat. & eſt de actis, vt ſequitur, & tuetur Lanfr. in dicto cap. quoniam contra. ſub num. 16. fol. 240. Franc. Marc. deciſ. 547. error proprij nominis. num. 9. & 13. & de communi opin. teſtantur, & ſequuntur in dicto cap. quoniam contra. Pariſ. ſub num. 28. fol. 224. Franc. Niconit. num. 554. fol. 306. & Io. Bapt. Ferret. num. 17. fol. 369.

Ergo teſtes in ſententia non ſunt neceſſarij.

Sed in alio articulo, an ſententia veniat appellatione actorum, & proceſſus, vide cap. ſeq. quæſt. 16. limit. 1. num. 67. & 68.

3 Infero ex maiori buius argumenti propoſitione, quòd in promiſſione facienda ab actore in cauſis executiuis ex diſpoſitione ſtatutorum, non ſunt neceſſarij teſtes, quia illa promiſſio eſt ſatiſdatio, quæ dicitur de actis iudicij, Gloſ. in clem. ſæpè. in verbo defenſiones. de verb. ſign. Archid. in cap. indemnitatibus, ſub num. 4. verſ. & figura. de elect. in 6. & Guid. Pap. deciſ. 616. de actis. num. 4.

4 † & è conuerſo infero, quòd mandatum procuræ, factum apud acta ſine teſtibus, non probat, quia eſt contractus mandati, qui non eſt de actis iudicij, Bal. in rubr. ſub num. 4. verſ. tu dic. C. de fid. inſtr. Lap. alleg. 81. non valuit. num. 2. & 4. & Ant. de Burr. in d. cap. 11. quoniam contra. num. 35. in fine, de probat. licet enim mandatum ſcribatur apud acta, tamen non

5 eſt de actis, † vnde, perempta inſtantia, non perit mandatum, prout pereunt acta ordinatoria; ſed hæc conſequentia non videtur tuta, quia teſtes ſunt de actis, & tamen, perempta inſtantia, non pereunt.

Cæterum, vt ſciamus rationem differentiæ, eſt diſtinguendum inter acta: quædam enim dicuntur ſimpliciter acta litis, vt ſunt mandatum procuræ, teſtium depoſitiones, confeſſiones, & cætera, quę reſpicere videntur factum, & iſta non pereunt per peremptionem inſtantiæ: quædam verò dicuntur acta iudicij, ſeu litis ordinatoria, & iſta pereunt, perempta inſtantia, vt hanc differentiam latius adduximus cap. ſeq. q. 15. num. 348. & 349. & adducit Guid. Pap. d. deciſ. 616. num. 4.

6 His non obſtantibus, conſuetudo diſponit, quod in ſententia diffinitiua adhibeantur teſtes, adeo, vt ijs non adhibitis, ſententia ſit nulla, Foller. in addit. ad ſpec. Maran. par. 6. act. 10. num. 32. & quod apud aliquos ſeruetur, vt teſtes ponantur ſolum in diffinitiua, teſtatur Ant. de Burr. in dicto cap. 11. quoniam contra. ſub num. 35. de probat. & quòd hæc conſuetudo ponendi teſtes in diffinitiua ſit ſeruanda, quia eſt optima legum interpres, ſcibit Lanfr. de Orian. in eod. cap. quoniam contra. n. 19. de probat. fol. 34. tom. 4. inter tract. diuerſ. & quòd conſuetudo ſeruet communiter, vt in litis conteſtatione, & interlocutionibus ſubſcribantur teſtes, & in alijs non, ex Ioann. Andr. refert Ant. de Butr. vbi ſupra, & quòd in ſententijs, & interlocutorijs per omnes Curias adhibeantur teſtes, & inſcribantur per notarium, ſequitur Io. Bapt. Ferret. in dicto cap. quoniam contra. ſub num. 32. fallen. 2. fol. 370. tom. 3. inter Repeten. & eſt vtilis conſuetudo in caſu, quo ſen-

ſententia eſſet conſumpta, ſeu aliter perdita, quia poſſet eius diſpoſitio probari per illos teſtes, vt dixi ſupra gl. 12. num. 44. ſed aduerte, quòd non eſt verum, quòd in litis conteſtatione, & interlocutionibus de conſuetudine adhibeantur teſtes, vide ſupra lib. 1. cap. 102. ſub num. 5. verſ. non obſtat ſecunda.

7 Et ne decipiaris, aduerte etiã, quòd pro iſta conſuetudine non poteſt allegari, quod Iaſ. in l. 33. diuus. num 2. ff. de re iud. & alij communiter in illa quæſtione, an ſententia, lata ex falſis probationibus, ſit nulla ipſo iure, de qua quæſt. ſcripſimus nos ſupra gl. 14. q. 32. ſcribunt, videlicet, teſtes non eſſe de ſubſtantia ſententiæ, quia non loquuntur de teſtibus in ſententia, ſed loquuntur de teſtibus, & probationibus in meritis cauſæ, ita, vt probatio non ſit de ſubſtantia ordinis iudiciarij, & ideo ſententia lata ſine probationibus poſſit valere, vt dixi ſupra dicta gl. 14. quęſt. 20. num. 1. & 2.

Abſoluto magna ex parte laborioſo itinere, vela, quibus per hoc immenſum Iuris ciuilis mare diu nauigo, nunc iam ferè defeſſus, contraho; non vt otioſus conſiſtam, ſed vt Deo, & Sanctiſſimæ eius Genitrici Mariæ, qua annuente, ſolui è portu, gratias primum agam, hęcq. qualiacumque ſint, quæ ſcripſi, offeram, & deinde cum interim conquieſco, vires pro reliquo conficiendo itinere reſumam, ſi Dei benignitas largiatur, cum ars longè ſuperet ætatem.

F I N I S.

IN-

Digitized by Google

Quia, abſoluta huius libri impreſſionē, contigit, vt reſponſum dederim in cauſa, cuius materia multum cohæret his, quæ tractantur de ſententia, volui reſponſum hic imprimi poſt finem libri.

Romana extinctionis cenſus, notoriæ nullitatis, & iniuſtitiæ ſententiæ.

ARGVMENTVM,

Succeſſor ſingularis quomodo in interpellatione ad recipiendum ſortem cenſus debeat interpellatum reddere certum de iure, quod habet ad interpellandum. Et an & quando teneatur pecunias reſtituere liberas, & quando poſsit eas reddere vinculatas.

SVMMARIVM.

Pecunia data libera ad cenſum, libera ſunt reſtituenda, num. 1. Quando hoc non ſit verum, num. 2. & ſeqq. & num. 7.

Diſſolui quid debet eo modo, quo eſt colligatum, ſub num. 1.

Regula fallit, quando æquitas fallentiam ſuadet, ſub num. 2.

Recedimus ex cauſa à regulis iuris communis, ſub num. 2.

Hæres teſtatoris, quando legatum dotis reſtituendæ, ſimpliciter factum, non teneatur ſoluere ſine cautione, num. 3. & 4.

Emptor quãdo poſſit petere cautionẽ de euictione, non promiſſam in contractu emptionis, nu. 5.

Concurſus creditorum eſt iuſta cauſa, vt pecunia non ſoluantur ſine cautione de reſtituendo anterioribus creditoribus, num. 6.

Index ſi non proſpiciat indemnitati ſoluentis, tenetur de ſuo, num. 8.

Pretium vinculatum licet minoris ſit æſtimationis, tamen vinculatum aliquando recipi debet, & quare, ſub num. 8.

Argumentum ab auctore ad ſucceſſorem ſingularem quando non teneat, ſub num. 8. verſic. cum itaque.

Lex non deſinit ſubuenire ei, qui naturaliter, & ſine vlla machinatione facit actum, num. 9.

Legiſtæ attendunt realitatem, & non ambages, num. 10.

Ius canonicum continet æquitatem, num. 11.

Quales nos ſumus, tales eſſe alios arbitramur, num. 12.

Sententia nulla, quæ aliam declarat nullam, eſt reprehenſibilis, ſub num. 13. & 82.

Commiſsio cauſæ nullitatis poteſt durare vſque ad 30. annos, n. 14. Sed non cenſetur commiſſa in commiſsione appellationis, & nullitatis, niſi de ea conſtet notorie, nu. 16. Et nullitas turbida non ſufficit, num. 17.

Subrogato non dicitur commiſſa cauſa, quæ non erat commiſſa illi, cui eſt ſubrogatus, num. 15. 74. 75. & 77.

Nullitas turbida non ſuſficit rem iudicatã, n. 17.

Sententia, lata ab eo, qui non habet iuriſdictionem, eſt nulla, etiã ſi partes in eum voluiſſent prorogare iuriſdictionem, n. 18. Secus eſt ſi aliquam habuiſſet iuriſdictionem, num. 19.

Delegati iuriſdictio, præſertim delegati ad vniuerſitatem cauſarum, poteſt prorogari, nu. 20. 21. & 23.

Iuriſdictio iudicis criminalis non prorogatur ad cauſas ciuiles, num. 22.

Non debet quis petere id, cuius contrarium poſtulaturus non eſſet, num. 24.

Iudicis auctoritas non eſt neceſſaria in diſdicta, & depoſito, num. 25.

Mora creditoris magis attenditur, quàm mora debitoris, nu. 26. & 49. Et quare, nu. 27. & 28.

Tertius quando non poſsit offerre ſolutionem cum vinculo, & quando poſsit, ſub num. 28.

Debitor per interitum rei liberatur de æquitate canonica, quando res fuiſſet peritura etiam apud creditorem, num. 29. & 30.

Mora vltima nocet, num. 31. Seu vna mora compenſatur cum alia, num. 32.

Depoſitum in caſu redemptionis cenſus, ſi non fiat, aut fiat poſt lapſum bimeſtre, requiritur noua diſdicta, num. 34.

Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, conualidat iudicium præſens inchoatum, nu. 35.

Cauſa verè & propriè quæ dicatur & ſit attendenda, num. 36. & ſeqq.

Officium iudicis, & iudicium ceſſant vbi non eſt diſcordia, num. 40.

Sententia debet decidere rem controuerſam, non autem id, in quo partes ſunt concordes, num. 39. 40. & 41.

Mora debitoris excuſatur, ſi debitum eſt illiquidum ex natura negocij, ſub num. 41.

Oblatio ſolutionis facta à debitore non liberat eum ab vſuris inceptis, & à fructibus recompenſatiuis, ſub num. 41.

Depoſitum actuale liberat debitorem ab vſuris, & à fructibus recompenſatiuis, ibidem.

Legitimatio perſonæ in diſdicta cenſus qualis ſufficiat, num. 42. Et an, & quando poſsit fieri etiam poſt diſdictam, n. 45.

Notificata relatiuè ad certa acta, dicuntur ſufficienter notificata, num. 43. 44. & ſub num. 46. declar. 1.

Ignorantia eorum, quæ ſunt apud acta, non eſt probabilis, num. 43. in fine.

Ceſsionarius quando teneatur fidem facere ante litem conteſtatam de iure ſuo, & quando ſufficiat eã facere poſt litẽ conteſtatã, n. 45.

Mora poteſt eſſe excuſabilis, donec deficit certitudo, ſed poſtea efficitur inexcuſabilis, ſub num. 45.

Diſdicta quando dicatur efficacior, ſub nu. 45. in ſecunda reſponſione.

Sermo non eſt neceſſarius vbi res loquitur, nu. 45. verſus finem.

Depoſitum fructuum factum à ſingulari ſucceſſore, ignorante quantitatem, licet non ſit integrum, ſuſtinetur, &c. ſub num. 45.

Interpellans ſeu proteſtans an, quando, & quomodo debeat facere fidem de iure ſuo, n. 46.

Interpellatio, ſeu proteſtatio facta iure actionis ad effectum conſtituendi interpellatum in mora, non eſt iudicium, non requirit litis conteſtationem, neque formalem productionem iurium, ſub num. 46. verſ. infero.

Sententia lata in executionem praecedentis ſententiæ, ſemper eſt interlocutoria, ibidem.

Declarans, nihil facit, aut dat de nouo, ſed explicat factum, ſub num. 46. verſ. infero.

Agere quando quis non dicatur, & ideo reconueniri non poſſit, ibidem.

Depoſitum legitimè factum, impedit curſum vſurarum, & liberat debitorem ab interitu rei debitæ, & ab intereſſe, ſub n. 46. verſ. non obſtat.

Interpellatio, & fides de re interpellata poteſt fieri in iudicio, & extra, & vtroque modo conſtituit in mora, ſub eod. nu. 46. decl. 1.

Interpellatio ſeu proteſtatio, facta de commiſſione iudicis, obligat interpellatum ad credendum interpellationi abſque alia fide, & quando dicatur facta de commiſſione iudicis, ſub n. 46. decl. 2.

Interpellatus ſi compareat apud acta, in quibus adſit inſtrumentum, relatiuè ei notificatum, non requiritur alia fides, ſub num. 46. verſ. & dato.

Concordia eſt adhibenda in teſtium depoſitionibus, & alijs ſcripturis, num. 47.

Cenſus extinctus non reuiniſcit ex proteſtatione irreleuanti, n. 48.

Pij V. conſtitutio, mandans denuntiari venditionem rei cenſuatæ, quomodo intelligatur, num. 51. & ſeqq.

Captioſus litigator, non debet audiri, & quando dicatur captioſus, num. 55.

Appellans ſi non eſt grauatùs, calumnioſè appellat, num. 56.

Creditor, recipiendo ſolutionem, quando teneatur cauere de euictione, vel de reſtituendo anterioribus &c. num. 57. 58. 59. 60. 64. 65. et 66.

Dominus cenſus quando in redemptione cenſus teneatur cauere, num. 63. et ſeqq.

Dilatio ad redimendum cenſum, quæ datur venditori, datur eius fauore, & ideo non debet retorqueri in eius odium, vt ſit peioris conditionis, quam alij debitores, ſub n. 58. verſ. demũ.

Decoctus dicitur etiam ſi per ſententiam non ſit declaratus, num. 61.

Rotæ deciſiones duæ declarantur, num. 62. & ſeqq. 71. & ſeqq.

Solutione eius, quod debetur, non tollitur obligatio, quando res ſoluta euincitur, et creditor ſolutionem recipit cũ proteſtatione, dũmodo res ſoluta remaneat irreuocabiliter, n. 65.

Vendens, quamuis coactè, tenetur ex empto ad pretij reſtitutionem, nu. 68. & ſeqq.

Cautio de reſtituendo, ſeu de euictione non pendet ab alia regula, quàm ab iſta, quòd iudex ex ſuo arbitrio, iuſta cauſa ſuadente, debet occurrere, ne ſoluens patiatur damnum, n. 70.

Emptor licet ſoluerit pretium creditoribus venditoris, data ab iiſdem cautione de reſtituendo anterioribus, tamen poteſt ab alio creditore conueniri Saluiano interdicto, etc. num. 71. Et quando non poſſit conueniri, n. 72. et 73.

Fatalibus lapſis, iudex appellationis non habet iuriſdictionem, n. 76.

Actis iuriſdictionem concernentibus non tranſportatis, non poteſt cognoſci de nullitate ex defectu iuriſdictionis, n. 78. & ſeqq.

Acta, quæ Notarius enuntiat in extractu, quem pars producit, præſumuntur contra producentem, ſub n. 80.

Actis non integrè, ſeu vitioſè tranſportatis, ſententia vel eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, vel ſaltem eſt nulla ipſo iure, n. 81.

Appellationis iudex debet facere, prout facere, & non facere debebat iudex ad quem, n. 83.

Executorialis iudex, an et quando poſſit non exequi ſententiam, et an et quando poſſit procedere etiam ſuper meritis, n. 84. et ſeqq.

Sententijs duabus contrarijs latis, quæ earum prævalere debeat, n. 86. et ſeqq.

Sententia, quam iudex tulit ad fauorem ſui procuratoris, ſeu aduocati, non tenet, n. 87. et 88.

Vſuræ ſuſpitio ſtat non in diſſolutione cenſus, ſed in illius creatione, n. 89.

Rotæ auctoritas in reſcindenda re iudicata quomodo non debeat vſurpari à iudicibus inferioribus, n. 91.

Iudices dicuntur teſtes iuris, & data inter eos æquali contrarietate, ſunt alij iudices adhibendi, num. 93. et 94. Et quare habens rem iudicatam, debeat obtinere, n. 96.

Appellationis iudex debet iudicare de ſententia iudicis à quo, ſed non de ſua, n. 95.

Conſtitutum quando habeat executionem paratam, & quando non, n. 97. et ſeqq.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, ſub eod. n. 97. 100. et 101.

Executiua obligatio quando dicatur vulnerata, ideoq. via executiua dicatur facta ordinaria, num. 98. et ſeq.

Cenſum declarari nullum fuiſſe ab initio, et declarari eſſe extinctum, paria ſunt, n. 100.

Conſtitutum eſt acceſſorium, et ideo vulnerato contractu, in quo eſt adiectum, dicitur vulneratum etiam conſtitutum, n. 100. et 101.

Iuſtificari poteſt ſententia lata in prima inſtantia ex probationibus factis in cauſa appellationis, ſub num. 102. verſ. ſecundo reſp.

REV.

R.E.V. Pater. Sententia lata à Reuerendo P. N... eſt notorie nulla, et iniuſta. Nullitas eſt triplex. Prima, quia proceſsit, actis partim non integre tranſportatis, vt oſtendi infra num. 43. 78. et ſeqq. et partim tranſportatis erroneis, et vitioſis, vt oſtendi infra num. 44. et de non integra, et vitioſa tranſportatione Vareſius fuit ei proteſtatus antequam ferret ſententiam, vt dixi infra num. 81. et ideo nulliter proceſsit, et nullam ipſo iure tulit ſententiam, vt oſtendi infra nu. 78. et ſeqq. Secunda, quia pronuntiauit poſt lapſa fatalia, et poſt peremptam inſtantiam cauſæ reſtitutionis in integrum, non obſtante altera præcedente proteſtatione D. Vareſij de lapſu fatalium, et inſtantiæ; et ideo pronuntiauit ſine iuriſdictione, vt oſtendi infra num. 76. Tertia, quia ei fuit commiſſa ſolùm cauſa executionis rei iudicatæ, non autem cauſa appellationis; et ideo de ea iudicauit ſine iuriſdictione, vt deduxi infra ſub num. 73. et ſeqq.

1 Eſt etiam in meritis notoriè iniuſta, quia li-
cet D. Tetius dederit q. Capocefalo pecunias ſuas liberas ad cenſum; et ideo ſicut Capocefalus, ſi voluiſſet cenſum redimere, tenebatur eas liberas reſtituere, quia regula iuris eſt, vt, quo genere quid eſt colligatum, eo diſſoluatur, l. 36. nihil tàm naturale. ff. de regul. iur. ita etiam videbatur teneri Vareſius, qui eſt eius ſingularis ſucceſſor; immo licet hæc regula loqueretur ſingulariter in pecunijs, vt datæ liberæ, ſint li-
2 beræ reſtituẽdæ, qui eſt caſus magis fortis, † tamen hæc regula iſtam adhuc habet fallentiam, vt non procedat, quando iuſta cauſa, & æquitas ſuadent, vt pecuniæ, datæ liberæ, ſint recipiendæ vinculatæ, quia iniquum, ſeu ineptiſſimum eſſe exiſtimamus, regulam non fallere, & non vitiari, vbi æquitas ſuggerit, gl. in verbo, æſtimamus. Auth. vt matr. ſine prohibit. &c. Curt. Iun conſ. 19. viſo. verſus finem, ſub num. 16. lib. 1. & Cagn. in l. 1. ſub num. 25. ff. de reg. iur. ex cauſa enim recedimus à regulis iuris communis, l. 76. in ambiguis. §. quoties. & ibi idem Cagn. num. 1. ff. de regul. iur. & videmus quotidie limitationes, & fallentias cuiuſque regulæ; quare, hac æquitate ſuadente, Rot. coram Reuerendiſs. D. Decano in vna Romana ſcu. 18. mil. lun. 24. Ianuarij, 1622. decidit contra hanc regulã, quòd pecuniæ, quæ erant datæ liberæ, reſtituerentur vinculatæ; cuius deciſionis in pertinentibus ad cauſam damus copiam in fine huius informationis, & quamuis hæc deciſin tollat ſuper hoc omnem difficultatem, quia vbi habemus deciſionem Rotæ, non ſolemus vlterius dubitare, tamen hæc fallentia tàm in debitis, & obligationibus puris, & ſimplicibus, quàm in pecunijs, datis liberè, & ſimpliciter (quando etiam non haberemus hanc deciſionem) comprobatur auctori-
3 tate, & vſu: auctoritate dupliciter. † Primo, quia licet pater, qui dotem receperat à nuru, eandem dotem poſtea filio exhæredato legauerit ſimpliciter, & ſine aliquo vinculo, tamen hæres prædicto filio legatario non tenetur eam ſoluere, niſi priùs filius legatarius cauerit hæredi de indemnitate, ſoluto matrimonio; quia poſſet contingere, vt nurus eam non ab hærede mariti, ſed ab hærede ſoceri, cui dederat, repeteret, l. 8. pa-
4 ter. initio, ff. de dot. præleg. † Immo hæc cautio eſt præſtanda, etiam ſi per errorem fuiſſet omiſ-
5 ſa, vt habetur in ead. l. §. cum patri. † Secundò, quia licet emens domum, cum pacto ſoluendi pretium infra certum tempus, promiſerit ſimpliciter illud ſoluere, tamen ſi interim ſuperueniat periculum euictionis, non tenetur illud ſoluere, niſi data priùs ſibi cautione de euictione, Caball. tract. de euict. §. 2. num. 8. & ſeqq. inter
6 tract. diuerſ. tom. 6. par. 1. fol. 83. † Comprobatur etiam vſu, quia pecuniæ quotidie dantur liberæ in ſocietatem officij; & tamen, ſi plures concurrant creditores contra emptorem bonorum debitoris, pecuniæ, quæ erant ſolutæ liberæ, reſtituuntur cum cautione de reſtituendo creditoribus anterioribus, &c. & ita paſſim ſeruatur hic in Curia; de qua obſeruantia, inter multos caſus, qui poſſent adduci, habemus hodie caſum creditorum q. Ioannis Baptiſtæ Sorcij, quibus etſi ſoluantur pecuniæ ſecundum ſchalam, tamen promittunt eas reſtituere anteriotibus, etc. Vnde igitur procederet hæc varietas iuſtitiæ?
7 vbi eſſet eius conſtantia, & æqualitas? † Et demũ hoc ſeruatur vbicumque æquitas ita ſuggerit propter damnum, quod ſoluens poſſet pati; quia habemus aliam regulam, vt quæ de nouo emer-
8 gunt, nouo indigeant auxilio; † alias Iuriſprudentia non eſſet Iuriſprudentia, cùm debeat, quantum poteſt, cuiuſlibet indemnitati proſpicere; et quando iudex ſoluentis indemnitati non proſpiceret, deberet ſoluenti contra eum dari regreſſus.

Ex his apparet fragilitas fundamenti, cui aduerſarius innititur quarto loco, ibi, & *quatenus concluderetur*. dicens, quod retrouenditio cenſus debet fieri pro eodem pretio, & quòd pretium vinculatum non valet tanti, quanti valet pretium liberum; nam etſi non tanti valeat, per ea, quæ diximus etiam nos in noſtro tract. de commerc. §. 2. q. 7. par. 2. ampl. 8. n. 154. & nu. 37. & ſeqq. tamen hoc non conſideratur, quia etiam creditores ex cauſa mutui, ſocietatis officij, vel ex alio contractu dederunt ſuas pecunias liberas, & ſunt creditores in eadem quantitate, & tamen ex cauſa ſuperuenienti coguntur eas recipere vinculatas, ſicque minoris æſtimationis, & ita ſeruatur ſine controuerſia, vt oſtendi ſupra, & ideo ſuper hoc non eſt inſiſtendum: & ratio poteſt eſſe, quia debet imputari creditori, qui contraxit cum malo debitore, & pretij diminutio debet ſpectare ad dominum pretij, quando ei, qui illud ſoluit, culpa non aſcribitur, & ſoluendo liberè, damnum pati poſſet.

Cum itaque Aſcanius Capocefalus, cuius domum Vareſius emit, eſſet multo ære alieno grauatus, ideoq. ſtaret in carceribus, & ex decreto

Viſitæ fuiſſet excarceratus ad effectum ineundi
aliquam concordiam cum creditoribus, prout
iniu.t, & conſtat ex concordiæ inſtrumento pro-
ducto, & haberetur, tanquam decoctus, prout
reuera erat, & talis deceſſit, quia ſuperſunt cre-
ditores, & bona longe deficiunt, & vſque hodie
D. Vareſius moleſtatur à creditoribus ſuper di-
cta domo; potuit idem Vareſius ſine alio pro-
ceſſu pretium totius domus deponere in ſacro
Monte pietatis, ſoluendum creditoribus, cum
obligatione de reſtituendo anterioribus, etc. &
præſertim ita mandante iudice.

Non obſtat, dum diximus, quòd Capoceſa-
lus, ſi ipſe redemiſſet cenſum, tenebatur pecu-
nias reſtituere liberas, quia reſpondeo, diuerſam
eſſe ratinnem inter Capoceſalum, & Vareſium;
quia Capoceſalus eſt æque debitor omnium ſuo-
rum creditorum, ſiue vnus ſit alio anterior, ſiue
non, & ſiue pretium ſuæ domus ſufficiat, ſiue non,
& ideo tenetur ſoluere omnibus; At Vareſius
non eſt debitor omnium creditorum Capoceſa-
li, ſed eſt debitor anteriorum creditorum vſque
ad valorem domus, quam emit, & ideo potuit
ſibi cauere, ne teneatur vltra valorem domus,
& ad ita ſibi cauendum potuit vinculare ſolutio-
nes, vt creditores, eas recepturi, ſe obligarent
de reſtituendo anterioribus creditoribus, cum
adſit concurſus multorum creditorum, & do-
mus pretium non ſufficiat; & ideo ſine iſta obli-
gatione potuiſſet Vareſius emptor perdere rem,
& pretium, ſeu bis, & ter illud ſoluere.

Dico præterea, quòd etiam ſi ſolutio procede-
ret quodammodo immediate à Capoceſalo ſine
ſingulari ſucceſſore, puta, quia Capoceſalus
ceſſiſſet bonis, & ex illorum pretio conſequeren-
tur creditòres ſolutionem, ſeu partem illius,
adhuc tenerentur promittere de reſtituendo an-
terioribus, etc.

Ex quibus omnibus clare conſtat de notoria
iniuſtitia ſententiæ, latæ à Reuerendo N... dum
voluit, præfatam cautionem de reſtituendo non
eſſe præſtandam.

Non obſtant, quæ aduerſus proceſſum, & ſen-
tentiam R. P. D. Macchiauelli dicuntur in infor-
matione pro D. Tetio, quia ea omnia faciles ha-
bent reſponſiones; & quò diſtinctius omnem tol-
lamus difficultatem, totam hanc reſponſiuam
informationem quinque abſoluemus capitibus.

Primo confutabimus omnia excogitata pro
D. Tetio, & de hoc agemus infra à nu. 13. vſque
ad num. 61. incluſiue.

Secundo reſpondebimus particulariter dua-
bus decisionibus allegatis, & de hoc agemus à
num. 62. vſque ad num. 73.

Tertio tractabimus particulariter de nullita-
te ſententiæ Reuerendi P. N... & de hoc agemus
ſub n. 73. & ſeqq. Et quæ ſint partes R.P.D. mei,
qui eſt index ad quem, et de hoc agemus, nu. 83.

Quarto de cauſis, ex quibus ſententia, lata
per R. P. D. Hieronymum Macchiauellum bon.
mem. iudicem integerrimum, debet præferri ſen-
tentiæ, latæ per Reuerendum P. N... & de hoc
agemus à num. 86. vſque ad num. 91.

Quinto de notoria iniuſtitia mandati, relaxa-
ti ab eodem Reuer. P. N... & de hoc agemus à
num. 92. vſque ad num. 102.

Sed prius quàm ad hæc capita deſcendam,
præmitto duo, ad quæ iudex, tanquam nauta ad
9 cynoſuram, reſpicere debet. † Primò præmitto,
quod leges vix deſinunt ſubuenire ei, qui facit
actum naturaliter, ſine fraude, & cum bona con-
10 ſcientia. † Secundo præmitto, & pendet à præ-
cedenti, quòd Legiſtæ attendunt realitatem, &
non ambages. Bald. in l. 1. num. 19. C. ſi plur. vn.
ſent. quem ſequor in meo tract. de ſent. gloſſ. 14.
11 q. 16. nu. 18. † & ſimiliter ius Canonicum, quod
nos præcipue attendimus hic in Curia, continet
æquitatem, vt ſequutus ſum ead. gloſſ. 14. q. 25.
ſub nu. 41. et ideo hic in Curia cadens à ſyllaba,
non cadit à toto, et quamlibet nullitatis ſpeciem
12 non attendimus. † Præmitto etiam, regulariter
euenire, vt quales nos ſumus, tales eſſe alios ar-
bitremur, vt ex Eccleſ. S. Ambroſio, S. Auguſt.
S. Thom. et ex Senec. retuli in d. gloſſ. 14. q. 21.
ſub num. 27. et ideo facile potuit D. Tetius ſu-
ſpicari, D. Vareſium eadem nunc vſum eſſe arte,
qua ipſe forſan vſus antea fuit.

Confutatio Obiectionum.

CApiendo nunc primum caput, reſpondeo
obiectionibus, & difficultatibus adductis.
13 Non obſtat, quod primo loco obijcit aduerſa-
rius, dicens, quod ſententia Reuerendi P. N...
declarauit, ſententiã R.P.D. Macchiauelli eſſe nul-
lam, & iniuſtam; quia reſpondeo, quòd non ſuffi-
cit, quòd declarauerit, ſed oportet, quòd eius
declaratio iuſtificetur; quia dictum iudicis, ni-
ſi iuſtificetur ex actis, non tenet; ſed bene iuſtifi-
camus nos, quòd ipſa ſententia Reuereni N... eſt
ipſo iure nulla, vt latè oſtendi infra ſub num. 73.
& ſeqq. & num. 87. & 88. & ideo reprehenſibilis
eſt eius declaratio, per ea, quæ ſcripſi infra
nu. 82. Et vlterius ipſamet ſententia Reuerendi
N... eſt etiam notorie iniuſta, vt patet ex his,
quæ ſcripſi ſupra num. 1. & ſeqq, vſque ad num. 8.
incluſiue, & infra num. 57. & ſeqq. vſque ad nu. 62.
excluſiue, & multò magis notoria eſt iniuſtitia
mãdati, ab eo relaxati, vt patet ex his, quæ ſcripſi
infra n. 92. & ſeqq. At ſententia R.P.D. Macchia-
uelli eſt valida, & vndique iuſta, vt patet ex ſu-
pradictis, & infra dicendis, dum cætera omnia
aduerſarij obiecta remouentur.
14 Non obſtat, dum aduerſarius ad tuendam
nullitatem ſententiæ Reuerendi N... ex quò iudi-
cauit poſt lapſa fatalia, poſt peremptam inſtan-
tiam cauſæ reſtitutionis in integrum, & poſt
datam per Vareſium commiſſionem executoria-
lem, dicit, quòd commiſſio cauſæ appellatio-
nis continet etiam commiſſionem cauſæ nulli-
tatis, quæ poteſt durare vſque ad 30. annos; quia
reſpondeo multipliciter. Primo quòd, ſtante non
integra, & vitioſa tranſportatione actorum, vt
dixi ſupra initio; Reuerendus P. N... non potuit

in ea procedere, Rot. diuerſ.deciſ.20.n.4. par.4.
in impreſſis prima vice Lugduni, anno 1612. &
multò minus potuit ſententiam ferre, niſi ipſo
15 iure nulliter, vt dixi infra nu.79. & 81. † Secun-
dò reſpondeo, quòd cauſa aſſertæ nullitatis, im-
mò ipſa cauſa appellationis nunquam fuit com-
miſſa R.P. D. Portæ, & ſucceſſiuè neque alijs,ei-
dem ſubrogatis, quia non fuit commiſſa contra
D. Marcumtulium, ſed contra Marcum Anto-
nium, qui cum non eſſet in lite, emanauit nulli-
ter executio citationis per diligentias, vt ap-
paret ex tenore commiſſionis, & executionis ci-
16 tationis. † Tertiò reſpondeo, quòd cauſa nulli-
tatis cenſetur cõmiſſa, ſi notoriè conſtet de nul-
litate; ſed ſi notoriè non conſtet, deſerta cauſa
appellationis, cenſetur deſerta etiam cauſa
nullitatis, vt, citatis Rotæ deciſionibus, ſequi-
tur Addition. ad Gregor. XV. deciſ.306. num.4.
Vnde, cum notoriè non conſtaret de aliqua nul-
litate ſententiæ D. Macchiauelli, remanſit, &
remanet res iudicata ob deſertam appellatio-
17 nem. † Et, quòd nullitas turbida non ſufficiat,&
non ſit attendenda, & remaneat res iudicata,
tenuit Rot. Greg. XV. deciſ. 508. num. 1. Quar-
tò reſpondetur, quòd Reuerendus N... vt legitur
in eius ſententia, pronuntiauit, tanquam iudex
appellationis, dicendo, fuiſſe benè appellatum,
& malè iudicatum, & tamen lapſa erant fatalia
appellationis, & lapſa erat inſtantia reſtitutio-
nis in integrum, & de prorogatione non conſtat.

Non dicatur contra primam reſponſionem,
quòd Vareſius, ſi acta non erant integrè tranſ-
portata corã Reuerẽdo N... non debebat coram
eo agere; quia reſpondetur, quòd immò ex hoc
ipſo, quòd acta non erant tranſportata, Vareſius
debebat agere ad executionem rei iudicatæ, ſic
mandante commiſſione eiuſdem Vareſij.

Non obſtat, dum aduerſarius initio ſuæ infor-
mationis, mutilata facti veritate, inuoluit, cau-
ſam fuiſſe commiſſam R. P. D. Ginetto, nunc ob
eius præclaras virtutes S. R. E. Card. Illuſtriſ.
quia reſpondeo, quòd fuit commiſſa ad inſtantiã
fideiuſſoris, contra quem aduerſarius executiuè
procedebat, & hic fideiuſſor non erat fideiuſſor
Vareſij; vnde R. P. D. Ginettus ſententiam D.
Macchiauelli, latam ad fauorẽ Vareſij, à qua pro-
pterea aduerſarius appellauerat, non ſolũ non re-
uocauit, ſed eam intactã reliquit, & de ea mentio-
nẽ nõ fecit, quia ipſe benè nouerat, quod non ſolũ
non erat iudex appellationis interpoſitæ ab illa
ſententia, ſed neq; erat iudex Vareſij; & ideo qua
parte aduerſarius id inuoluat, non video; ſed dum
is in poſtrema ſuæ informationis parte iterum
quædam iudicum decreta, & qui commiſſiones
propoſuerint, & quid Signatura Iuſtitiæ in cau-
ſarum delegatione reſcripſerit, ſtudioſo inuolu-
cro, & aſtuto integumento infarcit, additq. D.
Meltij decretum, dum eſſet Secundus Collate-
ralis, quæ additio non eſt vera, & quando eſſet
vera, nihil ad rem, ſatis animaduerto, quòd hæc
omnia infarcit, vt iniuſtitiam, quam hucuſque in
via executiua occultauit; & nunc in ordinaria
venit retegenda, quantum poteſt, adumbret, & iu-
dicis cerebrum inuoluat: nam quorſum hæc de-
creta recenſere? cum omnia reſpiciant viam exe-
cutiuã, quæ non retardatur via ordinaria: ſi enim
prædicta iudicum decreta tangerent petitorium,
& cauſam principalem, de qua agimus, non igno-
raret vnico verbo allegare rem iudicatam: duæ
in negocio principali, de quo agimus, latæ ſunt
ſententiæ: prima eſt D. Macchiauelli in fauorem
Vareſij, & iſta tranſiuit in rem iudicatam, & iu-
ſtificatur: ſecunda eſt Reuerendi N... in fauorem
Tetij, & hæc eſt notoriè nulla, & notoriè iniuſta, &
contra rem iudicatam, vt clare conſtat ex prædi-
ctis, & infra dicendis: & huius ſecundæ aſſertæ
ſententiæ commiſſa eſt cauſa, quæ cum conti-
neat petitorium, & plenario agatur iudicio, ab-
ſorbet poſſeſſorium, & viam deſtruit executiuam,
cui hucuſque aduerſarius fuit innixus.

Non obſtant alia, quæ adducit, quia ea om-
nia ex ſequẽtibus cõcluſionibus clare diluuntur.

18 Prima ſit concluſio, quòd ſententia lata ab
eo, qui nullam habet iuriſdictionem, eſt nulla,
etiamſi citatus in eum conſenſerit, quia pri-
uatorum conſenſu non datur iuriſdictio, & ita
19 procedit, quod dicit aduerſarius. † Secus eſt,
quando ſententia eſt lata ab eo, qui aliquam
habebat iuriſdictionem, quia tunc illa iuriſdi-
ctio potuit prorogari, vt latè explico in meo
tract. de ſentent. gloſſ.7. q. 2. num. 1. & 2. quare
cum D. Macchiauellus iam haberet iuriſdictio-
nem, potuit illa prorogari, immo habuit etiam
ſine prorogatione, vt hæc omnia oſtendo infra
num.23. & 80.

20 Secunda ſit concluſio, quòd iuriſdictio dele-
gati poteſt prorogari; & Veralli deciſ. 164. nu. 5.
par.2. quam aduerſarius allegat, non eſt in libro
meo; & quòd poſſit prorogari, ſcribunt gloſſ. in
l.1. in verbo, nihil agit. C. ſi à non competen. iud.
Abb. in cap.40. P. & G. ſub num. 12. de off. deleg.
Mar. Soc. in cap.18. ſignificaſti, num.29. de foro
compet. & latè ſcripſi d. gl. 7. q.4. ſpec.3. num.2.
21 & 51. † Et præſertim ſi ſit delegatus ad vniuerſi-
tatem cauſarum, Surd. conſ. 280. ſub num. 18.
lib. 2. quem ſequor d.q. 4. ſpec. 6. ſub num.20. &
talis erat D. Macchiauellus, vt deduco inf. nu.23.

22 Tertia ſit concluſio, quòd Creſcentij deciſ. 5.
num. 4. de iudic. quam allegat aduerſarius, non
loquitur, prout ipſe allegat, in deputato, ſeu
delegato cauſæ ciuilis, ſed loquitur de non pro-
roganda iuriſdictione iudicis criminalis ad cau-
ſas ciuiles, prout accuratè ego eam allegaui d.
gl.7. q. 3. limit. 1. num. 100. & ſeqq. & tamen po-
teſt aliquando etiam iudex criminalis cognoſce-
re ciuiliter, vt ſcripſi eod. tract. de ſent. gl. 14. q. 19.
num. 51. in fine.

23 Quarta ſit concluſio in facto, quòd D. Mac-
chiauellus erat delegatus ad vniuerſitatem cau-
ſarum ſancti Spiritus, vt poteſt legi apud acta
Spadæ, Notarij Illuſtriſ. Card. Vicarij, quæ acta
Tetius debebat tranſportare, alias fruſtra alle-
gat defectum iuriſdictionis, vt latè deduxi infra
num. 78. 79. & 80. Vnde, cum debitum Aſcanij

Capocefali procederet à domo ſancti Spiritus,
iure D. Macchiauellus proceſſit contra eundem
Capocefalum, faciendo ſubhaſtari eius domum,
& illius pretium deponi, ſoluendum creditori-
bus; & tam Capocefalns, quàm eius creditores
acquieuerunt, prout acquieuit etiam Tetius
aduerſarius iuriſdictioni prædicti D. Macchia-
uelli; quia hæc ſolutio, & depoſitum erant acceſ-
ſoria, & omnia habebant cõnexitatem, & depen-
dentiam inter ſe; & ideo D. Macchiauellns ha-
buit iuriſdictionem, vel ſi eam non habuiſſet,
ſaltem potuit ſine difficultate prorogari, quam
iuriſdictionem prorogatam non debet D. Tetius
hodie impugnare, quia ſi fauorabilem reportaſſet
24 ſententiam, non impugnaſſet, † & non debet quis
admitti ad petendum id, cuius contrarium po-
ſtulaturus non eſſet, per ea, quæ ſequutus ſum
in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 149.
& ſeqq.

Ex his remouetur obiectio, quam Tetius fa-
cit primo loco contra iuriſdictionem D. Mac-
chiauelli.

Sed ad omnino enm conuincendum demns,
quòd D. Macchiauellns nullam prorſus habuiſ-
ſet iuriſdictionem; immo qnòd nunquam tuliſ-
ſet ſententiam in fauorem Vareſij; tamen, ſtan-
tibus diſdicta, & depoſito legitimè factis, eſſet
25 hodie ferenda, † quia nec in diſdicta, nec in de-
poſito eſt neceſſaria auctoritas iudicis, & mul-
tò minus ſententia; ſiquidem diſdicta, interpel-
latio, & depoſitum poſſunt fieri tàm in iudicio,
quàm extra, vt dixi infra ſub num. 46. in prima
declar. & licet Tetius poſt lapſum bimeſtre non
habuerit pecunias depoſitas, tamen id proceſ-
ſit, & procedit ex eius facto iniuſto, & quia vo-
luit temerè litigare, vt patebit ex ſequentibus
concluſionibus.

26 Quinta ſit concluſio, quòd in ſolutione facien-
da ſi detur mora creditoris, & mora debitoris,
attenditur ſola mora creditoris, quæ quamdiù
adeſt, non conſideratur mora debitoris, per ea,
quæ ex Bar. Alex. Tiraq. & Rol. à Val. ſequutus
ſum d. gl. 5. num. 291. dum ſcribunt, quòd ſi cre-
ditor non probet, ſe fuiſſe die præfixa in loco,
ad quem debitor, vt ſolueret, accedere debebat,
creditor, & non debitor, dicitur in mora, quam-
uis probaret, quòd debitor non adfuiſſet, quia
creditor debet non ſolum probare moram debi-
toris, ſed debet etiam probare non moram
ſuam, hæcq. concluſio procedit etiamſi mora
debitoris eſſet vltima, quia licet regula ſit, quòd
vltima mora nocet, Iaſ. in l. prætor ait. §. ſi ali-
quando, num. 2. ff. de oper. no. nunt. & dixi infra
num. 31. tamen ſi creditor diceret debitori: nolo
recipere, & debitor diceret: nolo ſoluere, credi-
tor ſolus diceretur in mora, & non debitor, Iaſ.
in d. §. ſi aliquando. num. 3. in fine.

27 Ratio huius concluſionis eſt, quia iſto caſu
mora debitoris non nocuit creditori; ſatis enim
ei nocnit mora propria, vt ſequutus ſum eadem
gloſſ. 5. num. 202.

28 Dato igitur, quod Vareſius, qui erat debitor
cenſus, fuiſſet in aliquali mora quoad legitima-
tionem ſuæ perſonæ, quod conſtanter negatur;
tamen, cum etiam aduerſarius fuerit in mora,
recuſando abſolutè depoſitum cnm vinculo, vt
patet in extractu citato infra num. 33. & abſo-
lutè non poſſet recuſare; hæc eius mora erit at-
tendenda; quia poſt diſdictam, & etiam poſt fa-
ctum depoſitum infra duos menſes, potuit dari
hinc inde præfata mora: nam licet Tetius po-
tuiſſet recuſare ſolutionem, oblatam cum vincu-
lo in caſu, quo Vareſius eam obtuliſſet, tanquam
ſimplex tertius, per ea, quæ ſcripſi in meo tract.
de commerc. §. 2. gl. 5. num. 88. & ſub num. 89.
in primo caſu, & ſic non fuiſſet in mora, quia
non tenebatur ad illud vinculum, tamen qnia
Vareſius obtulit ſolutionem, tanquam domi-
nus domus cenſuatæ, & ſic potuit offerre cum
vinculo, per ea, quæ ſcripſi ead. gl. 5. ſub num. 83.
in primo membro, Tetius perſiſtendo adhuc in
eadem recuſatione, fuit in mora; maximè quia
Vareſius potuit quandocunque ante ſententiam
indicare, & docere de iure ſuo, vt dixi infra num.
45. & indicauit, & docuit initio, & poſtea, vt
oſtendi infra nu. 42. & 44. & num. 46. per totum,
& ſic Surdi deciſ. 240. nu. 13. & Magonij deciſ.
103. quas citat aduerſarius, non applicantnr,
quia in eis nulla conſideratur mora ex parte cre-
ditoris, prout conſideratur in caſu noſtro.

29 Confirmatur primo hæc quinta concluſio, quia
ſi res, qnæ perijt apud debitorem, fuiſſet æquè
peritura apud creditorem, debitor de æquitate
canonica eſt liberatus, quia eius mora credi-
tori non nocuit, Dec. in l. quod re. ſub num. 50.
& Cagn. num. 74. 79. & 81. ff. ſi cer. pet. fol. 147.
30 tom. 3. & Surd. deciſ. 81. ſub nu. 2. & 3. † Cum er-
go pecuniæ, quas Vareſius depoſuit penes Mon-
tem pietatis pro aduerſario, æque fuiſſent in eo
permanſuræ, etiam ſi Vareſius omnino, & ſtatim
legitimaſſet ſuam perſonam, vt deduxi infra
num. 38. non debet Vareſio imputari, ſi pecuniæ
diu ſteterunt, & ſtant in Monte pietatis.

31 Confirmatur ſecundo, quia licet Vareſius, poſt
factum legitimè depoſitum, fuiſſet in aliqua mo-
ra, quod omnino negatur; tamen vltima mora
nocet, l. illud. et ibi gl. vlt. et Bar. in ſumm. ff. de
peric. et comm. rei vend. et l. ſi ſeruum. §. ſe-
32 quitur. et ibi Doct. ff. de verb. oblig. † ſeu vna
mora compenſatur cum alia, vt ſcripſi in meo
tract. de commerc. §. 7. gl. 6. ſub num. 13. Sed mo-
ra adnerſarij fuit vltima, vel ſaltem eſt compen-
ſabilis.

33 Ex quibus omnibus clarè tollitur illa diffi-
cultas, an eſſet iteranda diſdicta, et faciendum
eſſet nouum depoſitum; quia ego dico, quòd to-
ta controuerſia reſtringebatur ad vinculum, po-
ſitum in depoſito, nam aduerſarius expreſsis ver-
bis recuſabat depoſitum cum illo vinculo, vt le-
gitur in eius proteſtatione in extractu fol. 32. et
79. et tamen Vareſius, ſi diſdictam, et depoſitum
denuo feciſſet, cnm eodem vinculo feciſſet. Ad
quid ergo hæc reiteratio? Ad quid facere fa-
34 ctum, ſi eodem modo fuiſſet faciendum † et quæ

tertio

Digitized by Google

tertio loco dicit aduerſarius, procedunt in ca-
ſu, quo poſt diſdictam nunquam fuiſſet factum
depoſitum, aut fuiſſet factum poſt lapſum bime-
ſtre; quo caſu requireretur noua diſdicta: at nos
ſumus in depoſito facto non ſolum ante lapſum
bimeſtre à die diſdictæ, ſed ante initiatum bime-
ſtre, & ſemper manſit, & manet in ſacro Monte
pietatis, vt patet ex cedula depoſiti. Nec dicat
aduerſarius, quòd diſdicta, & depoſitum non ha-
buerunt effectum, & ideo ſint à capite renouan-
da, vt videtur diſponere Conſtitutio Pij Quin-
ti, in verſ. *cum verò*. in fine; quia reſpondetur,
quod cum non ſteterit per Vareſium, ſed immo
proceſſerit ex culpa, & mora aduerſarij, & ex
iniuſta lite, quam ſuſtinuit, vt oſtendi infra
num.36. & ſeqq. num.42.44. & ſeqq. eſt ac ſi ef-
fectum habuiſſent, cap.66. cum non ſtat. de reg.
iur. in 6. abſurdiſſimum enim eſſet, quod culpo-
ſa, litigioſa, & iniuſta renitentia creditoris ſibi
prodeſſet, & curioſo, ac diligenti debitori, qui
ex parte ſua adimpleuit, noceret: de iniuſta re-
nitentia, & temeraria lite conſtat, quia in ter-
mino diſdictæ, & citationis comparuit, & prote-
ſtatus fuit, nihil fieri, niſi ſeruatis, ſeruandis, &
verificatis verificandis, vt in extractu fol.11. &
tamen iam erant ſeruata, & verificata omnia,
quæ requiruntur in interpellatione ad conſtituen-
dum in mora, vt oſtendi ſupra ſub num. 18. & la-
te infra num. 46. in 6. concluſ. per totam, & eo-
dem modo tolluntur, quæ aduerſarius quarto
loco, recenſendo ſeriem proceſſus, ſcribit de plu-
ralitate decretorum ſuper extinctione cenſus, &
de tarda deſcriptione partitæ in caput ipſius ad-
uerſarij; quia hæc etiam omnia proceſſerunt ex
iniuſta aduerſarij lite.

35 Confirmatur tertio, quia ius, ſuperueniens ex
cauſa de præterito, conualidat iudicium præſens
inchoatum, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de
appell. q. 5. ſub num. 27. verſ.2. & ſeqq. Ergo, li-
cet legitimatio perſonæ Vareſij non fuiſſet facta
ab initio, tamen potuit conualidari ex eo, quòd
aduerſarius recuſauit depoſitum, etiam poſtquam
fuit facta legitimatio perſonæ, vt deduxi infra
num.38.& 44.

36 Confirmatur quarto, quia illa dicitur verè, &
propriè cauſa, ſine qua non; ideſt, qua poſita, po-
nitur effectus, & remota, remouetur; & ideo illi
tribuitur effectus, & ab ea nomen ſumit, vt lo-
quendo de cauſa proxima, ſeu immediata, ſcri-
bunt Bal. in l. ex placito. ſub num.1. ibi, item na-
turaliter. C. de rer. permut. latè Tiraq. in tract.
ceſſante cauſa. limit. 20. & dixi in meo tract. de
37 iudic. lib.2. cap.2. nu.484. in fine & nu.485. † &
ideo hæc ſola cauſa debet attendi, per ea, quæ
ſcribit Bal. conſ. 136. in fine, nu.6. lib.2. & latius
38 Tiraq. d.limit.20.verſ.& voluit. & verſ.vt non im-
meritò. † reliquæ verò cauſæ remotæ, & impul-
ſiuæ, quæ dicuntur potius occaſiones, non atten-
duntur, Tiraq. ead. limit. 20. per totam, & præ-
ſertim in verſ. & alias. Sed cauſa, ob quam Te-
tius moroſè recuſauit pecunias depoſitas, non
fuit, quia ipſe expectaret, ſibi denuntiari vendi-
tionem ad effectum deliberandi, an vellet præ-
ferri in emptione: ſimulauit enim hanc expe-
ctationem; & futuram deliberationem, vt hinc
aucuparetur occaſionem, quam appetebat, liti-
gandi: nam & ſi is ex cedula depoſiti, producta
prius à Vareſio, vt oſtendi infra num.42. & ſeqq.
& poſtea à ſeipſo in extractu, & demum ex diſdi-
ctis, & ex toto proceſſu eo modo, quem recen-
ſui infra ſub num. 53. in ſecunda reſponſione,
pleniſſimam habuerit notitiam, tàm de pretio,
quàm de vinculo, & notitia vinculi efficaciſſimè
probetur ex eo, quia illud ſemper impugnauit:
& quam aliam notitiam deſideraret, non expri-
meret, & Vareſius non poſſet diuinare; tamen
is nunquam deliberauit, an vellet præferri, quia
ſi voluiſſet præferri, fuiſſet ei retrouendita, &
retrouenderetur, ſi redderet pretium, ſolutum
creditoribus, & ſatisfaceret de melioramentis,
vt faciunt hi, qui volunt retrahere; ſed is nun-
quam voluit præferri, tum quia domus non tan-
ti valebat, quanti eam emit Vareſius, tum quia
cum ipſe ſit vnus ex creditoribus, non vult eme-
re cum illa conditione, quod creditores, quibus
ſoluitur pretium domus, teneantur reſtituere
anterioribus, ideoque, ſimulato hoc iure præla-
tionis, nunquam declarauit, an vellet, vel nollet
præferri, & ſic diu vexauit Vareſium; quæ vexa-
tio fuit valde iniuſta, & iniqua, quia ipſe non
retrahebat, nolebat quòd alius emeret, recuſa-
bat depoſitum ſortis & fructuum, & volebat,
quòd fructus currerent; Et demum videns, quòd
iniquitas huius longæ vexationis, fundatæ in ſi-
mulata expectatione, & affectata irreſolutione,
ſeu ignorantia, diutius non poterat abſcondi, de-
clarauit, ſe recepturum ſolutionẽ, ſed ſine vincu-
lo, vt in extrac. fol. 98. Et quatenus etiam præ-
dicta cauſa fuiſſet vera, & non ſimulata, tamen
fuiſſet iniuſta, & erronea, quia Vareſius cum
vellet illi relinquere facultatem retrahendi, non
tenebatur illi denuntiare, per ea, quæ dixi infra
num. 51. & ſeqq. Similiter cauſa, ob quam mo-
roſè recuſauit depoſitum, non fuit, quia Vare-
ſius non legitimauerit perſonam, & conſequen-
ter non doceret, quod ius haberet ad faciendum
depoſitum. Item non fuit, quia Vareſius in de-
ſcriptione depoſiti fuerit proteſtatus, pecunias
non conſignari, niſi data cautione de euictione:
nam licet Vareſius feciſſet hæc omnia, videlicet,
legitimaſſet ſuam perſonam ab initio, vt oſten-
di infra num.42. & iterum apertius, & plenius le-
gitimaſſet etiam deinde, vt oſtendi infra num.44.
& conſequenter clarè docuiſſet de iure, quod ha-
bebat ad faciendum depoſitum. Item licet re-
mouiſſet illam proteſtationem, vt oſtendi infra
num. 50. tamen Tetius adhuc contumaciter, &
moroſe recuſauit depoſitum, dicendo expreſsè,
quòd non vult illud accipere cum vinculo obli-
gandi ſe de reſtituendo anterioribus, vt in ex-
trac. fol.79. & 32. & proinde ſi Tetius non habuit
pecunias depoſitas, earumq. fructus eſt perdi-
tus, & diſſipatus, non fuit cauſatum ex culpa, &
mora Vareſij, quia etiam ſi Vareſius admiſiſſet
eius

eius prælationem in emptione domus; etiamſi legitimaſſet perſonam ab initio, & nullam feciſſet proteſtationem de euictione, & demum etiamſi adimpleuiſſet omnia prædicta ſecundum voluntatem ipſius Tetij, & eo modo & tempore, quo voluiſſet; tamen donec Vareſius non remouit, nec remouet vinculum, poſitum in depoſito, Tetius contumaciter noluit, & non vult habere pecunias depoſitas, vt conſtat in facto; ſicq. vinculum ſolum fuit, & eſt petra ſcandali: At cum Tetius teneretur admittere hoc vinculum, vt oſtendi ſupra num. 1. & ſeqq. & infra nu. 57. & ſeqq. non admittendo, ipſe fuit, & eſt in mora, & ſoli ipſius moræ, & culpæ tribuitur, quòd pecuniæ manſerint, & maneant infructuoſæ in Monte pietatis; quam culpam & moram Tetius videns omnino detegi, & non poſſe diutius occultari, vertit ſe ad proceſſus impugnationem, quæ tamen impugnatio eſt manifeſtè friuola, quia vltra quòd proceſſus ad inducendum Tetij moram eſt vndiq. abſolutus, vt patet ex his, quæ copioſè ſcripſi infra ſub num. 42. & ſeqq. & ſub nu. 46. verſ. infero. & verſ. ſeqq. dico, quòd mora ipſius tollit & ſanat omnes moras Vareſij, vt latè deduxi ſupra num. 26. & ſeqq.

39 Ex his ſequitur, quòd in ſententia R. P. D. Macchiauelli non eſt inſpiciendum aliud, niſi an
40 ſuper iſto vinculo iuſtè pronuntiauerit; † quia cum officium iudicis ſit in reducendo partes ad concordiam, l. æquiſſimum. ff. de vſufr. ſuper his, in quibus ſunt concordes, ceſſat officium, et conſequenter iudicium, l. 1. §. inde quæritur. et ibi gloſſ. et Iaſ. in §. et poſt operis. num. 1. ff. de oper. no. nunt. et proinde debet ſolum decidere ea, in quibus remanet controuerſia, vt patet ex ſententiæ definitione, de qua nos in noſtro tract. de
41 ſent. gloſſ. 14. q. 2. num. 1. † Et fatuus eſt iudex, qui iudicat ſuper re non controuerſa, per ea, quæ ſcripſi ead. gloſſ. 14. q. 16. ſub num. 1.

Conſideret etiam velim D. iudex, quòd nos non ſumus in oblatione verbali cum vinculo, quæ debitorem offerentem forſan non liberaret ab vſuris iam inceptis, et ab obligatione ſoluendi fructus recompenſatiuos, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 2. gloſſ. 5. num. 162. et 163. etiamſi is haberet iuſtam cauſam offerendi cum vinculo, quia non eſſet æquum, vt retineret rem et pretium, l. curabit. C. de act. empt. ſed ſumus in depoſito actuali, facto apud locum ſacrum, et ſecundum ſtylum, et conſuetudinem loci, ita vt deponens non habuerit rem, et pretium, quo caſu videtur æquiſſimum, vt ſi ob iuſtam cauſam poſuerit vinculum in depoſito, non teneatur ad vſuras, ſeu fructus recompenſatiuos, maximè pro eo tempore, quo vinculum per creditoris culpam, aut negligentiam fuerit illiquidum; vt in caſu noſtro, in quo tota illiquidatio proceſſit ex culpoſa negligentia creditoris, quia cum is profiteretur, ſe non recepturum pecunias cum vinculo, et poſtea eſſet condemnatus ad eas accipiendas cum vinculo, et ipſe appellaſſet, tenebatur proſequi appellationem, et quia non eſt proſequutus, ſententia tranſiuit in iudicatum, et ſic tota illiquidatio, et mora tribuitur ipſi, et ceſſat omnino mora debitoris, ſecundum ea, quæ in fortioribus terminis ſcribunt Bal. in l. acceptam. ſub num. 11. in 6. oppoſit. C. de vſur. Iaſ. in l. quod te. num. 8. et 9. not. 5. ff. ſi cer. pet. et Seraph. deciſ. 186. nu. 3. nam cum debitor facit actuale depoſitum non poteſt ſuſpicari, quod illiquidatio procedat ex tricis, et ſubterfugijs debitoris, nolentis ſoluere; ſed eſt credendum, quòd procedat ex natura negotij, quo caſu debitor non dicitur moroſus, Rot. Genuenſ. deciſ. 118. num. 3. quare cum Vareſius habuerit non ſolum iuſtam cauſam ponendi hoc vinculum, ſed fecerit omnem diligentiam, vt iudex ſuper eo declararet, et demum obtinuerit declarari, vt vinculum maneret, non videtur dubitandum, quòd ab eo ſit remota omnis mora.

42 Et quamuis prædicta ſatis ſuperque ſufficiant etiam ſi eſſemus in caſu, quo potuiſſet conſiderari aliqua mora in Vareſio circa legitimationem ſuæ perſonæ; tamen ex abundanti, & ad remouendam penitus hanc diſputationem oſtendo, quòd Vareſius in nulla fuit mora; ſiquidem ab initio in ipſa diſdicta legitimauit ſuam perſonam, et conſequenter docuit de iure ſuo, quia in intimatione diſdictæ, facta per acta Amadori, notarij Illuſtriſs. D. Vicarij, Vareſius notificauit Tetio, ſe in ſubhaſtatione emiſſe domum, et citauit, interpellauitq. eundem ad recipiendum pretium cenſus; alias videndum mandari fieri depoſitum non amouendum, donec fuerint adimpleta, adimplenda, prout in actis, quæ Tetius debebat videre, quia in eis pleniſſimè vidiſſet notificatam emptionem, et illius pretium, et conditiones; et præſumptione iuris et de iure præſumitur vidiſſe, quia in termino diſdictæ, citationis, et interpellationis comparuit apud illa acta, et, reſpondendo citationi dixit, ſe nihil habere agere cum Vareſio; quod non ſine cauillatione dixit; cum ex illis actis ſibi conſtaret de iure Vareſij, et ſic ſi non habebat agere ipſe cum
43 Vareſio, habebat Vareſius agere cum ipſo; † quod ſi notificatam emptionem non vidit, et ne videret, oculos auertit, ſibi imputet, quia Vareſius non tenebatur ei vim inferre, vt videret: accedit etiam quòd Vareſius in reproductione diſdictæ, quando Tetius comparuit, repetijt depoſitum, idest, cedulam depoſiti, exiſtentem in actis eiuſdem Notarij, vt legitur in reproductione originali, quæ datur; licet aduerſarius hanc cedulæ repetitionem non fecerit poni inter acta, quæ ipſe produxit coram Reuerendo N. . . vt patet ex extractu, & ſic non tranſportauit integra acta, quia cum etiam in hac cedula conſtaret de legitimatione perſonæ, & de iure, quod Vareſius habebat, & (vt litigiantium moris eſt) aſtutè cogitaret, ſibi expedire, ſi ſcientiam, quam de hac legitimatione, & de tota re interpellata, habebat, contegeret, noluit, iſtam cedulæ repetitionem apparere inter acta: & proinde aduerſarij ignorantia fuit omnino affectata, & ſimulata,

lata, quia eorum, quæ ſunt apud acta, non datur probabilis ignorantia, Greg. XV. deciſ. 127. n. 3. maximè cum in citatione ſibi notificatur, quòd ea, ad quæ citatur, & ſibi notificantur, ſunt in illis actis; & vltra affectationem ignorantiæ hæc non integra actorum tranſportatio potuit eſſe
44 doloſa. † Vlterius, quia aduerſarius calumnioſè nolebat acquieſcere, Vareſius ad eum conſtituendum in maiori mora, inhærendo diſdictæ, & interpellationi iam factæ, rurſus ſecundo loco ei indicauit, & docuit de toto iure ſuo, expreſſis die, menſe, anno, & notario, vt patet ex fide authentica; & ſic fuerunt ſpecificata ea omnia, quæ aduerſarius dicit fuiſſe ſpecificanda, vt dixi etiã infra ſub n. 46. declar. 1. in fine, & proinde male aduerſarius ſecundo loco dicit, quòd adhuc etiam hodie non conſtat de aliquo iure Vareſij; nam ego dico, ſi fuerunt omnia ſpecificata, & in actis per aduerſarium tranſportatis adeſt initio totus tenor emptionis domus, in qua emptione pleniſſimè conſtat de iure Vareſij; immò ſi denuo ad alium finem coram Reuerendo P. N. .. ſub die 16. Aprilis 1625. fuit for- mitet productum inſtrumentum emptionis domus, citato etiam ipſo aduerſario, quomodo dicit, quod etiã hodie non conſtat de iure Vareſij? poteſt aduerſario dicere Vareſius, vt habetur Matth. 5. n. 14. (*Ciuitas poſita ſupra montem, non poteſt abſcondi*). & quia hæc ſecunda indicatio magis manifeſtabat, quòd aduerſarius iniuſtè litigabat, fuit vitioſè, & erroneè poſita in extractu, et in eo legitur; adeò quod tantò magis poteſt dubitari de dolo, quia, poſita illa repetitione cedulæ, & remoto iſto errore, defeciſſent ei oppoſitiones, quas facit circa legitimationem perſonæ, & circa indicationem iurium Vare-
45 ſij, † Et hæc ſecunda indicatio fuit ſufficiens, etiamſi omnino defeciſſet prima, quia Vareſius non veniebat ad extinguendum cenſum, tanquam ceſſionarius Aſcanij Capoceſali actione directa, ſed veniebat nomine proprio actione vtili, quo caſu poterat quandocumque ante ſententiam facere fidem de iure ſuo: nam & in iudicio, in quo fuiſſet neceſſaria litiſconteſtatio, non fuiſſet obligatus facere fidem de iure ſuo ante litiſconteſtationem, Spec. tit. de actore, num. 71. verſ. ſed pone quidam. & tit. de inſt. edit. §. nunc dicamus. num. 4. verſ. ſed quid ecce. late Io. de Amic. conſ. 24. à princ. vſque ad num. 7. & latius Surd. qui ſæpe ita conſuluit, & præſertim conſ. 22. ſub num. 18. & 19. lib. 1. quos ſequor in meo tract. de ſent. gl. 10. ſub num. 72. verſ. confirmatur. Vnde conſtat multipliciter, quòd deciſ. coram Marcomontio, 2. Maij 1622. allegata per aduerſarium, nullo modo poteſt applicari, & conſtat euidenter, quòd quoquo ſe vertat aduerſarius, deprehenditur iniuſtus litigator; nam dato etiam, ſed non conceſſo, quòd mora aduerſarij fuiſſet excuſabilis vſquequò Vareſius plenius non docuit ſecundo loco de iure ſuo, et de legitimatione ſuæ perſonæ, quia aduerſarius non teneretur accipere pecunias vinculatas à tertio, qui non doceret, ſe habere ius in domo, vt dixi ſupra ſub num. 28. & ſic dato, quòd mora aduerſarij ante legitimatam perſonam Vareſij, fuiſſet excuſabilis, tamen poſt legitimatã perſonam fuit inexcuſabilis, quia qui interpellatus non facit id, quod poteſt, & tenetur facere, dicitur in mora inexcuſabili, ſed, legitimata perſona Vareſij, aduerſarius tenebatur accipere pecunias cum vinculo, vt plenè deduximus, & tamen is adhuc recuſauit, & recuſat accipere, vt dixi ſupra ſub n. 38. Ergo poſt legitimatam perſonam fuit in mora inexcuſabili, ſicut dicimus de expenſis ſoluendis à reo, ex die, quo ſibi fuit oſtenſum ius actoris, Bar. in l. 13. ſi quis inficiatus. ſub num. 2. ff. depoſ. & Cagn. in l. 42. qui in alterius. ſub num. 19. ff. de reg. iur.

Nec dicat aduerſarius, quòd poſt legitimatam perſonam potuit adhuc recuſare ex eo, quòd tunc fuiſſet neceſſaria noua diſdicta, quia reſpondetur tripliciter. Primo, hoc non eſſe verum, quia ſi legitimatio potuit fieri quandocunque ante ſententiam, & ſic etiam poſt litiſconteſtationem, vt dixi hic ſupra; multò magis potuit fieri poſt diſdictam, quæ præcederet litiſconteſtationem: nam implicaret contradictionem, quòd potuiſſet fieri, & requireretur alia noua, tanquam illa fuiſſet inutilis. Secundo reſpondeo, diſdictam, ſi fuiſſet reiteranda, fuiſſe ſemper continuatam, et ſic reiteratam, quia dum Vareſius continuè inſtetit, vt Tetius acciperet pecunias depoſitas, et ſic eum condemnari obtinuit, vt in extr. fol. 16. et ſeq. et fol. 90. nulla poterat efficacior fieri diſdicta, quia licet ex bulla requiratur diſdicta, tamen circa modum diſdictæ nulla eſt data forma, et ſufficit, quòd talia exprimantur, ex quibus appareat, inſtantem velle redimere cenſum, Rot. coram R.P.D. Iuſto in vna Anconitana bonorum, die lunæ 16. Februarij 1604. incipien. dubium. num. 10. neque fuit vnquam reiterandum depoſitum, quia ſtetit ſemper à die oblationis, et ſic etiam ante diſdictam vſque ad hodiernum diem in ſacro Monte pietatis; quare ſi diſdictæ initium aliquam potuiſſet pati difficultatem, ob quam viſum fuiſſet, quòd eſſet reiteranda, bonus iudex arbitrabitur quando diſdicta, ſic continuata, fuerit talis, vt difficultatem non pateretur, et ex illa die calculabit duos menſes, qui dantur ex conſtitutione Pij V. vbi enim loquitur res, non eſt neceſſarium, vt loquatur ſermo, quia res magis loquitur, quàm ſermo, et voluntas magis exprimitur facto, quàm verbis, vt ſecutus ſum in meo tract. de appell. q. 17. limit. 2. n. 23. et docti, qui inſiſtunt verbis, et ſimplicem, et apertam virtutem vertunt in obſcuram, et ſolertem ſcientiam, docent diſputare, non viuere, Senec. epiſt. 95. ſub nu. 10. Neque obijciat aduerſarius, quòd ſi admitteremus hanc ſecundam reſponſionem, depoſitum fructuum non fuiſſet integrum, quia replicamus, quòd huic obiectioni non ſemel, ſed bis, nempe ſub die 20. Martij 1618. et ſub die 8. Ianuarij 1621. Vareſius occurrit, interpellando aduer-

aduerſatium ad calculandum, quia ipſe, cum eſſet ſingularis ſucceſſot, iuſtam habebat ignorantiæ cauſam, & obiulit ſe pararum ſupplere, ſi quid defeciſſet, & aduerſarius de hoc nunquam fuit conqueſtus, & ideo non contradixit, & hæc oblatio ſine contradictione ſufficit, Foller. tract. de cenſib. in verbo, vt vides. ſub num. 49. tom. 6. par. 2. fol. 152. vltra quòd aduerſarius approbauit diſdictam, & integritatem depoſiti, vt dixi in ſeq. reſponſione. Tertio poſſet reſponderi, quòd licet denuntiatio fuiſſet omiſſa, & diſdicta non fuiſſet facta, aut fuiſſet reiteranda, & conſequenter etiam depoſitum, tanquam factum non integrum, & extra tempus, tamen quia aduerſatius, dominus cenſus, obtulit, ſe paratum accipere pecunias depoſitas, & facere ea omnia, ad quæ tenetur, vt in extr. fol. 79. 86. & 98. videntur ex hac eius tacita approbatione ceſſare omnes prædictæ imperfectiones, & difficultates, vt in ſimili dixit Rot. ſub num. 13. verſ. & demum. iuncto verſ. ſecundo opponebatur. ſub num. 8. et num. 12. & 13. in ead. deciſ. coram Iuſto ſupta citata. Nec obſtat, quòd aduerſarius in hac tacita approbatione non receſſerit ab impugnatione, quòd Vareſius non haberet ius faciendi diſdictam, & ab impugnatione vinculi; quia reſpondeo, quòd iſte non receſſus fuit nullius momenti, cum de iure Vareſij ſatis conſtaret, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra ſub num. 28. 42. 44. & 51. & iuſtitia vinculi ſit manifeſta ex his, quæ ſcripſi ſupra ſub num. 1. & ſeqq. & n. 57. & ſeqq. Vnde aduerſarius, non impugnando diſdictam, & depoſitum, ſi ea impugnare potuiſſet, dicimus, obſtare ei regulam, quod potuit, noluit, & impugnando ius Vareſij, et vinculum, dicimus, quod voluit, adimplere nequiuit.

46 Sexta concluſio eſt, quòd interpellatio, ſeu proteſtatio aliquando fit ei, qui eſt obligatus ex facto ſuo, merè, et purè, & tunc ſufficit ſola proteſtatio, vt adimpleat, ſeu det, et non eſt neceſſaria aliqua fides de eius obligatione, quia ipſe eſt certus de ea, et ideo certiorari non debet, Bar. in l. 8. non ſolum. §. morte. ſub num. 48. & 50. ff. de oper. nou. nunc. Aliquando verò fit ei, qui eſt obligatus ex facto alieno, et tunc talis proteſtatio, ſeu interpellatio debet fieri cum expreſſione cauſæ, et notificatione, taliter quòd reddatur certus; oſtendendo inſtrumenta, et legendo, vel copiam dimittendo, alias ſi talis notificatio non fieret, interpellatio ſimplex non valeret, niſi probaretur ſcientia, Bar. in d. §. morte, num. 35. et ſub num. 47. et in l. 13. ſi quis inficiatus. ſub num. 1. et ibid. Addit. in littera b. ff. depoſit. dicens, quòd ſi tu proteſtaris mihi, tanquam procurator, vel tanquam hæres, quòd ego ſoluam tibi, debes mihi facere fidem, quomodo tu ſis procurator, vel hæres, alias ego non conſtituor in mora, Iaſ. in l. quod te. ſub num. 35. et Rip. num. 56. et ſeqq. ff. ſi cert. pet. Cagnol. in l. 42. qui in alterius. num. 15. ff. de reg. iur. Alex. conſ. 78. viſo et diligenter. n. 9. et 11. lib. 5. Neuiz. conſ. 49. ex ducali. num. 7. et 8. Sum. deciſ. 240. licet. num. 12. & 13. Marc. Ant. Bauer. tract. de mora. pat. 1. num. 30. verſus finem, fol. 407. inter tract. diuerſ. tom. 6. par. 2. &, loquendo in denuntiatione litis, late ſcripſi in meo tract. de iudic. lib. 1. cap. 30. num. 9.

Ratio huius concluſionis in primo membro eſt, quia intolerabilis eſt ignorantia illius, qui tractat de facto, quod ipſemet egit; nemo enim illud magis ſcire debet, quàm ipſe. In ſecundo autem membro ratio eſt, quia interpellatus de facto alieno, non tenetur credere interpellanti, niſi illius facti fidem oſtendat, ita communiter Doct. ſupra citati.

Infero ex hac ratione in ſecundo membro, fragilem admodum eſſe aduerſarij obiectionē, quam facit ſecundo loco, dicens, quòd debebat iudicialiter, parte citata, conſtare de ſubhaſtatione, & venditione: nam aut intendit dicere, quòd Vareſius debebat exhibere apud acta ſubhaſtationem, & venditionem, & certiorare aduerſarium de exhibitione; & dico, hoc fuiſſe factum, vt deduxi ſupra num. 42. & 44. aut intendit dicere, quòd Vareſius debebat, parte citata ad dicendum contra iura producta & repetita, producere formaliter inſtrumentum ſubhaſtationis, & venditionis, vt moris eſt in iudicijs ſolemnibus: & tunc dico, quòd eius intentio eſt erronea; quia hæc ſolemnis, & formalis productio fit in iudicijs ſolemnibus poſt litis conteſtationem, vel poſt actum illi æquipollentem, et facta antea non tenet, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 4. et lib. 1. cap. 86. nu. 54. ſecus eſt interpellatione, quæ, cum fiat iure actionis ad conſtituendum interpellatum in mora, non requirit aliud, quàm certiorationem interpellati de eo, de quo interpellatur; vnde in ea non eſt neceſſaria aliqua litiſconteſtatio, Iaſ. in l. vinum. num. 15. ff. ſi cert. pet. Ioan. Bapt. Lup. et Marcus Ant. Bauer. quos ſequor in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 107. et 108. nam cum interpellatio regulariter ſit præparatio quædam ad iudicium, vt dixi in meo tract. de iudic. lib. 1. cap. 30. ſub num. 1. et 2. ipſa non eſt iudicium: dico, eſſe regulariter præparationem ad iudicium, quia ſi creditor interpellat debitorem; hæc interpellatio ſeruiet creditori in iudicio futuro, quo formaliter ageret contra debitorem ad ſoluendum, et liquidandum intereſſe; ſi verò è conuerſo debitor interpellaret creditorem, ſeruiet debitori contra creditorem ad ſe defendendum, ne teneatur de interitu rei, et ad intereſſe, quare dum quis facit interpellationem, intimationem, diſdictam, et ſimilia ad conſtituendum in mora, non dicitur agere, ideoque coram eodem iudice, coram quo hæc faceret, non poſſet reconueniri, vt ſi peteret aperiri teſtamentum, aut faceret inſinuationem, Bal. in cap. 1. num. de cont. feud. apud pat. termin. et Mar. Soc. in cap. ex litteris. num. 58. in fine, fall. 8. de mut. petit. quos ſequor in meo tract. de ſent. gloſſ. 7. q. 4. ſpec. 3. n. 134.

n.134.& gl.10.n.10. & explicaui gloſſ.9. ſub n.19. immo tantum abeſt, vt in interpellatione requiratur hæc formalis productio, cũ citatione partis, vt ipſa interpellatio, & notificatio poſſint fieri extraiudicialiter, vt dixi in ſeq. declar. & omnes ſcimus, quòd in extraiudicialibus non adhibentur litisconteſtatio, & iſtæ formales productiones iurium, & ſic non requiritur quòd inſtrumentum, de quo datur notitia interpellato, fiat (loquendo ſecundum morem Curiæ) de actis, ſed ſufficit, quòd ſit in actis; hancq. aduerſarij intentionem eſſe erroneam ſatis aperiunt Bar. & alij, citati ſupra in concluſione, quia non dicunt, quòd debeat fieri probatio, parte citata, ſed dicunt, quod interpellans debet de re interpellata facere fidem; quare cum in caſu noſtro Tetius fuerit interpellatus, eiq. de re interpellata fuerit indicata fides publica apud acta, & ipſe in indicatione citatus comparuerit apud eadem acta in termino citationis; & dixerit generalia contra citationem, non video quomodo poſſit dici, non fuiſſe ſibi factam fidem de re interpellata, cum fuerit facta, & ſibi, & iudici: ex quibus omnibus conſtat, quòd etiamſi cadena à ſyllaba, caderet à toto, & omnem contra Pontificum conſtitutiones attenderemus ſpeciem nullitatis; Tertio tamen adhuc deficeret impugnatio.

Non obſtat, quòd iudex, inſtante Vareſio, proceſſerit etiam ad ſententiam ſuper extinctione cenſus, & ideo ante huius ſententiæ prolationem videretur fuiſſe agendum, ſeruatis terminis ſubſtantialibus, & ſeruata ſolemnitate, quæ requiritur in ſententijs diffinitiuis; quia reſpondeo, quòd iudex admiſit Vareſium ad faciendũ depoſitum, & ſuper hoc principaliter pronuntiauit; quæ pronuntiatio non eſt ſententia diffinitiua, ſed eſt interlocutoria, quæ poteſt ferri, non ſeruatis terminis ſubſtantialibus, & ſine tela iudiciaria, quia poteſt ferri etiam initio iudicij; & ideo ad eius prolationem, & iuſtificationem non requiritur aliud, niſi quòd primo loco præceſſerit interpellatio, facta à perſona legitima coram iudice ad recipiendum, & ad huius interpellationis iuſtificationem ſufficit, quod interpellans confiteatur debitum, quæ confeſſio facit notorium, in quo nullus ordo requiritur; per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de appell. q.11. nu.139. & ad adſtringendum creditorem, vt recipiat, ſufficit congrua oblatio, & ad faciendum depoſitum ſufficit mora creditoris in non recipiendo rem oblatam; & totus iſte ordo fuit ſeruatus, & ex iſto iuſtificatur depoſitum, & alius ordo non requiritur, & ita paſſim ſeruatur ſine vlla difficultate: Et licet iudex, facto depoſito, pronuntiauerit etiam, cenſum haberi pro extincto, & fructus amplius non currere; tamen hæc pronuntiatio fuit in executionem admiſsi depoſiti, & ideo dicitur interlocutoria, etiamſi lata ſuper admiſsione ad faciendum depoſitum, fuiſſet diffinitiua, quia ſecunda ſententia, lata in executionem primæ, ſemper dicitur interlocutoria, Felyn. in rubr. ſub num.2. verſ. aliam etiam de ſent. & re iud. quem ſequor in meo tract. de ſent. gl.14. q.5. num. 21. Accedat, quòd dum iudex pronuntiauit, cenſum eſſe extinctam, declarauit effectum, qui inſeparabiliter, & ſine alio proceſſu inerat depoſito, ſicut etiam dum pronuntiauit, fructus amplius non currere, declarauit effectum extinctionis cenſus, & potuit has declarationes facere in eodem decreto ſine vllo ordine, nam vnum pendet inſeparabiliter ab altero, etiam ſine alia declaratione, quia de natura depoſiti legitimè facti eſt, vt non ſolùm impediatur curſus vſurarum, vt ſecutus ſum in meo tract. de cõmerc. §.2. gl. 5. n.163. ſed eſt etiam de eius natura, vt debitor ſit liberatus ab interitu rei depoſitæ, vt ſecutus ſum d. gl.5. n.161. & in ſpecie de depoſito facto pro redemptione cenſus, tradit Foller. tract. de cenſib. in verbo, vt vides. nu. 50. tom.6. par.1. fol.152. vnde iudex, ita declarando, nihil fecit, aut dedit de nouo, ſed datum explicauit, quod potuit facere abſque alio ordine, latè Gabr. in ſuis concl. lib.6. tit. de reg. iur. concl.3. nu.1. Gail. in pract. obſeru. lib.1. obſeru.116. ſub num.3. & Surd. conſ. 288. ſub num. 4. & num.10. lib.2. & in in terminis ſententiæ, Bar. & alij, quos ſequor d. gl.14. q.17. ſub num.31. Sed demus etiam quòd iudex non potuiſſet procedere ad hanc declarationem, quod eſt omnino falſum; tamen remaneret mora aduerſarij in recuſando pecunias oblatas, & depoſitas, vt allegauimus etiam ſupra ſub num.24. & 25.

Declaratur primo præcedens ſexta concluſio, vt fides, quam interpellans facere tenetur de facto nouo, ſeu alieno, dupliciter fieri poſsit, nempè extra acta, vel apud acta, ideſt, extra iudicium, vel in iudicio, Alex. conſ. 78. num. 18. lib. 5. quòd enim detur interpellatio extraiudicialis, & iudicialis, & vtraque conſtituat in mora, latè ſcribunt Iaſ. & M. Ant. Bauer. quos ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §.1. q.7. par.2. ampl. 8. ſub num. 106. quando ſit extra acta, tunc debet interpellato legi inſtrumentum, aut dimitti copia illius, vt dicunt Doct. citati ſupra in concluſione: quando verò ſit apud acta, citato interpellato, tunc ſatis eſt, quòd interpellans faciat interpellato fidem authenticam apud acta, & hæc eſt magis efficax, quia habet maius teſtimonium, & interpellatum reddit magis certum, & Doct. in effectu non requirunt aliud, niſi quòd interpellatus habuerit ex interpellatione ſcientiam, vt ſentit Bar. citatus ſupra in concluſione, dum dicit, quòd ſimplex interpellatio non valeret, niſi probaretur ſcientia; quare ſi fides ſit facta vno fortiori modo, non eſt neceſſarium, quòd fiat alio inferiori, & quocunque modo ſit facta, ſufficit, quòd interpellatus non poſsit, ſe excuſando, dicere, quòd non tenetur credere interpellanti; & hac ratione interpellatio iudicialis diſtinguitur ab extraiudiciali, quia iudicialis fit coram iudice cum exhibitione fidei in actis, & ita quotidie ſeruamus in intimationibus, quæ fiunt coram iudice, quia intimamus qualiter Dominus fecit, & alias prout in actis; quapro-

quapropter inter Doct. qui ſcripſernnt de denuntiations, & diſdicta, facienda domino cenſus, non eſt, qui dixerit contrarium, & conſtitutio Pij V. dum præcipit, fieri diſdictam, nullam eirca modum diſdictæ dat formam, niſi, qnòd fiat per bimeſtre, antequam extinguatur cenſus, vt, citata Rotæ deciſ. ſcripſi ſupra ſub num. 45. in ſecunda reſponſione, & ab his, quæ dicimus, non diſcrepat aduerſarins, dum ſe reſtringit quòd erat neceſſarium, vt Vareſius in diſdicta ſpecificaret notarium, & diem, quam ſpecificationem ſatis fecit Vareſius, vt oſtendi ſupra num. 42.& 44.

Declaratur ſecundo, vt ſi interpellatio, ſeu proteſtatio ſit facta de commiſsione iudicia, tunc interpellatus debeat credere interpellationi abſq; alia fide, Alex. conſ. 78. num.10. lib.5. & Cagn. in l. 42. num.17. ff.de reg.iur. & ſecutus ſum in meo tract. de iudic. lib.1.cap.30.num.9. in fine, per ea, quæ ſcriblt Bar.in d.l 8.non ſolum.§.morte.ſub num.35.& Iaſ.num.29.ff.de nou.oper. nunt. rurſus Bar.in l. fin. ff. de leg.commiſſ. & ita indiſtinctè ſeruatur hic in Curia.

Ex hac declaratione infertur, quod cum iudex iudicialiter mandauerit Tetio, vt acciperet pecunias oblatas à Vareſio, vti emptore domus, Tetius debebat ei credere, quoadhunc effectum, vt diceretur ſufficienter interpellatua, & conſtitntus in mora, & onus videndi apud acta illud, quod noluiſſet credere, eſſet tranſlatum in ipſum, & interim interpellatio ſuas haberet vires; & maximè quia iudex ita mandauit, cauſa cognita ex actis.

Et licet Bar. loquatur in interpellatione prohibitiua, tamen alij loquuntur generaliter, quia militat eadem ratio in quauis alia proteſtatione, quo ad effectum credendi interpellationi, & conſtituendi interpellatum in mora: nam de interpellationis viribus, & veritate reſeruatur deinde plena cognitio in futuris controuerſijs, procedentibus ab illa proteſtatione, ſeu interpellatione.

Licet etiam diceretur, quòd interpellans debet adhuc docere de iure, quo interpellat, quando interpellatus opponit contra ius interpellantis, tamen dico, quòd in caſu noſtro ceſſat hæc difficultas, quia Vareſius bis, & pleniſsimè iam docuit apud acta de iure ſuo, vt dixi ſupra nnm. 42. & 44. & ideo ſi nolebat credere auctoritati iudicis, debebat perquirere apnd acta id, de quo ipſe interpellabatur remiſsiuè ad illa acta, quibus viſis, debebat ſibimet conſulere ſuper re interpellata.

Et dato etiam, ſed nunquã conceſſo quòd tàm de iure, quàm de conſuetudine in interpellatione facta etiam iudicialiter, & cum auctoritate iudicis, deberet inſeri, ſeu legi tenor inſtrumenti; tamen hoc non procedit quando interpellatus, & citatus comparet apud acta, in quibus adeſt inſtrumentum, ſibi nuntiatum in citatione; quia ſicut non eſt neceſſarium, quòd venditori laudato tranſmittatur copia libelli moleſtiarum, quando laudatus comparet apud acta ad ſuſcipiendam litem, Cabal.tract.de euict.§.3.num.44. quia ſufficit, quòd venditor ſit quomodocumque certificatus, Cabal.ibidem, num.39.in fine, ita etiam non eſt neceſſarium, quòd interpellato, & citato ad recipiendum ſortem cenſus, fiat fides, ſeu aliter detur notitia de inſtrumento ſibi notificato in citatione, ſi is compareat apud acta, in quibus adeſt inſtrumentum, quia ſuit citatus, vt notitiam ſumeret ex actis, & ipſe comparuit in actis.

Ex quibus omnibns clariſsimè conſtat, quòd cum Vareſius feciſſet verum, & reale depoſitum iuxta conſtitutionem Pij V. & quòd Tetius de omnibus plenam habuit, vel habere potuit, & debuit notitiam, debebat ipſe Tetius acquieſcere huic notitiæ, & diſcutere ſolum de iuſtitia vinculi, de qua ſupra num. 1. & ſeqq. & infra nu. 57.& ſeqq.

47 Septima ſit concluſio, quòd omnia, quæ inter ſe videntur contraria, ſunt, quoad fieri poteſt, reducenda ad concordiam: adhibita etiam, ſi opus fuerit, modò ſtricta, & modò lata, & impropria interpretatione verbornm, vt dicimus tàm in teſtibns, quàm in alijs ſcripturis, & documentis, cap. inter dilectos. §. cæterum.de fid. inſtrum. & in prima conſtit. C. §. in qnibus. Felyn.in cap. cum tu. ſub num. 3. de præſcript. & communiter omnes.

Ex hac concluſione tollitur obiectio', quòd Vareſius in deſcriptione depoſiti proteſtatus fuerit, pecunias non conſignari, niſi data cautione de euictione; quia dico, quòd cum D. Iudex mandaſſet, præſtari cautionem de reſtituendo anterioribus, &c. Vareſius explicauit apertius, quòd illa cautio erat præſtanda, ne creditores anteriores, quibus pecuniæ non reſtitnerentur, vexarent Vareſium in domo, & in ea ſolutionem conſequerentur, & ſic domum quaſi euincerent, & ita proteſtatio reducitur ad concordiam cum decreto Iudicis. Et dato etiam, quòd aliqua remaneret diſcrepantia inter decretum Iudicis, & vinculum, additum à Vareſio, Tetius tamen, quia impugnat illud decretum, non poteſt in illius diſcrepantia facere fundamentum, cap. ex eo. de reg. iur. in 6. & ſcripſi in meo tract. de appell. quæſt. 17. limit. 2. num. 51. & latè in tract. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 470.
48 & ſeqq. † Vlterius vana redditur hæc obiectio, tam quoad inductam extinctionem cenſus, quam quoad interpoſitam ab aduerſario appellationẽ; redditur enim vana quoad inductam extinctionẽ cenſus; quia iam cenſus intelligebanur extinctus per depoſitum, & decretum Indicis; & illa proteſtatio non inſufflabat ſpiritum, & non poterat inducere cenſus reuiuiſcentiam, quia de priuatione ad habitum non datur regreſſus, & poterat aduerſarius ſine vllo negotio proteſtationem illam remouere, quia Vareſius non appellabat à decreto, cui propterea erat ſtandum;
49 redditur † etiam vana iſta obiectio quoad interpoſitam appellationem, quia aduerſarius longè

ante

ante illam proteſtationem appellauerat à de-
creto Iudicis, vt patet in extractu: Accedat quod
cum Tetius etiam ante illam proteſtationem re-
cuſauerit depoſitum, et, vt dixi, ante eandem pro-
teſtationem appellauerit, nõ poteſt euadere quin
ei propria mora nocuerit, vt latè oſtendi ſup. nu.
50 26. & ſeqq. † Demũ ceſſat omnis difficultas, quia
Vareſius ad fugiendas lites, et cauillationes, ſub
die 29. Octob. 1618. & rurſus ſub die 8. Ianuar.
1621. remouit illam proteſtationem, et rurſus
interpellauit eundem ad accipiendum depoſitum,
et obtulit ſe paratum ſupplere, ſi quid deeſſet per
errorem calculi; itaque videmus, quòd ſicut
Vareſius nullam omiſit diligentiam, vt aduer-
ſarium redderet certum, et ſtimularet ad acci-
piendas pecunias; ita aduerſarius omnem ſimu-
lauit ignorantiam, et omnem adhibuit conatum,
vt Vareſium perpetua infeſtaret lite.
51 Octaua ſit concluſio, quòd licet Pij V. conſti-
tutio, *de forma creandi cenſum.* in verſ. *vbi au-
tem*. velit, domino cenſus denuntiari conditio-
nes, quibus res vendenda eſt, et per menſem ex-
pectari, tamen, qui exiſtimaret, denuntiationem
iſtam eſſe de forma pro validitate venditionis rei
cenſuatæ, erraret, quia formæ renuntiari non po-
teſt, l. 68. nemo poteſt. ff. de leg. 1. et ibi Doct. ſed
huic denuntiationi, et prælationi poteſt renuntia-
ri etiã in ipſo contractu cenſus, vt, citatis in hanc
ſententiam Nauarro, Lud. Molin. et Leonar. Leſſ.
latè probaui in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1.
ſub num. 245. in tertia difficultate. ergo non eſt
de forma: ſi non eſt de forma: ergo res vendi
poteſt, etiam non facta denuntiatione. Quare
aduerſario, dum ſecundo, et tertio loco obijcit,
quòd Vareſius ante diſdictam debebat præmit-
tere denuntiationem rei emptæ, et quia non præ-
miſit, non potuit facere diſdictam, reſponde-
tur tripliciter. Primo, quòd præfata Pij V. con-
ſtitutio non intendit dare formam pro validita-
te emptionis rei cenſuatæ; ſed intendit trade-
re formam ad remouendam vſuram, quæ poſſet
committi in creatione cenſus, et ideo rubrica
conſtitutionis dicit, *de forma creandi cenſum;*
vnde cum in emptione rei cenſuatæ, et in ex-
tinctione cenſus non conſiſtat vſura, per ea, quæ
latè deduxi ſub dicto num. 245. in tertia difficul-
tate; conſtitutio dum mandat, denuntiari ven-
ditionem, non tradit formam, ita vt, denuntia-
tione omiſſa, impediatur natiuitas venditionis,
et res ſit inempta; ſed intendit, rata manente em-
ptione, prouidere emptori, vt ſi voluerit, rem
emptam non poſſe per dominum cenſus retra-
hi, denunciet ei, et expectetur per menſem; quia
ſi is infra menſem non retraxerit, erit excluſus
à retractu, et tacitè per contrarium ſenſum pro-
uidet domino cenſus, vt, non facta hac denuntia-
tione, remaneat ſibi facultas retrahendi quando-
cunque, et hic eſt ſenſus, et praxis illius conſti-
tutionis, et vlterius non ſe extendit, et cum iſto
ſenſu concordat conſtitutio Greg. XIII. ſub nu. 8.
ſuper iure congrui, quamuis habens ius congrui
præferatur habenti ius cenſus, vt ſcripſimus ſub
52 eod. nu. 245. in ſecunda difficultate. † quare licet
aduerſario remanſiſſet facultas retrahendi, ta-
men ex hoc non ſequitur, quod dominium domus
interim non tranſierit in Vareſium emptorem,
licet reuocabiliter; quo dominio in eum tranſla-
to, ad eundem ſpectaſſet periculum interitus
domus emptæ, per ea, quæ ſecutus ſum in meo
tract. de commerc. d. q. 1. ſub num. 205. verſ. ra-
tio, et num. 473. et 478. et eſt text. in l. neceſſario.
et ibi Doct. ff. de peric. et comm. rei vend. et con-
ſequenter aduerſarius non bene dicit, quòd Va-
reſio non competebat ius faciendi diſdictam, et
depoſitum, quaſi in eum non fuerit tranſlatum
dominium: certè hoc non diceret, ſi domus poſt
factam diſdictam, et poſt factum depoſitum,
chaſmate perijſſet, quia iſto caſu aduerſarius
mallet, quod cenſus eſſet extinctus per redem-
ptionem, quàm per interitum domus; et huic re-
ſponſioni minimè contradicit Greg. XV. deciſ.
193. num. 11. quam citat aduerſarius; et proin-
de Tetij non interfuit, venditionem non fuiſſe ſi-
bi denuntiatam, quia ſicut ei, cui prohibetur di-
cere principaliter de nullitate ſententiæ, ſatis di-
citur conſultum, ſi admittatur ad dicendum de
ea, cum contra ipſum petitur executio ſententiæ,
vt retuli in meo tract. de ſent. gl. 11. num. 22. in
fine; ita etiam domino cenſus ſatis dicitur pro-
uiſum, ſi prælationem, quam non poteſt petere
tempore venditionis, quia ſibi non denuntiatur,
poſſit petere tempore diſdictæ, et ſic omiſſio de-
nuntiationis non impedit diſdictam cenſus; ſed
in præiudicium non denuntiantis, impedit ex-
cluſionem à retractu; et conſequenter quando-
cumque domino cenſus ab emptore denuntiatur
diſdicta cenſus, tunc dominus cenſus eſt in tem-
pore, vt propter omiſſam rei vendendæ denuntia-
nem, poſſit petere prælationem, et certioratioñe
de conditionibus, quibus res fuit empta, et hoc
fuit ſeruatum in caſu noſtro, quia Vareſius ex ſe,
et ſtimulatus etiam à Tetio eundem in actis diſ-
dictæ certiorauit de pretio, et quòd domus fuit
empta cum conditione, quòd creditores, quibus
ſoluebatur, tenerentur promittere de reſtituendo
anterioribus; at is dum certioratus debebat deli-
berare, an vellet præferri, omnem adhibuit cona-
tum ad impugnandum hanc conditionem de re-
ſtituendo anterioribus, et in hac impugnatione
ſuccubuit etiã per rem iudicatam ex deſertione
53 appellationis. † Et dato quòd contra iſtam octa-
uam concluſioñe diceremus, hanc denũtiationem
requiri pro forma, vt dicunt Bal. tract. de iure
prothomiſ. ſub num. 15. et 16. Affl. eod. tract. §. 2.
num. 13. et Iacob. Nouel. §. 3. num. 26. et ſub num.
29. fol. 35. tom. 17. Tiraq. de retr. lign. §. 36. gl. 2.
num. 26. et ſeqq. Seraph. deciſ. 1474. n. 1. et ſeqq.
Greg. XV. deciſ. 425. num. 7. et alij communiter;
tamen dico, quod requiritur pro forma quoad
effectum, vt dominus cenſus, lapſo menſe, exclu-
datur à retractu, ita vt ſecundũ vnam opinionem,
quæ videtur communis, ſola ſcientia, quantum-
uis plena, ſine denuntiatione non ſufficiat ad
eum excludendum; et ita procedit, quod ſcri-

bunt communiter præfati Doct. et apertius innuunt Affl.d. §.2.ſub nu. 14. & Iacob.Nouel.d.§.3.n.6.& 14.Secus eſt quoad validitatem emptionis,& venditionis inter vendentem; & ementem, quia inter eos tenet,etiam omiſſa denunciatione, & hoc non habet controuerſiam,& ſic Vareſio,vt dixi ſupra, competebat ius faciendi diſdictam. Secundo reſpondetur, quòd licet denuntiatio ſit de forma, vt declaraui ſupra; ad excludendum à retractu; tamen non eſt de forma,quòd non poſſit fieri in corpore diſdictæ, quia prò ſubſtantia, & forma denuntiationis non requiritur aliud, niſi quòd cenſuator certioretur, & poſtea expectetur per menſem, quam certiorationem, & expectationem aduerſarius habuit ex diſdicta: & licet diſdicta non poſſet ſtare loco diſdictæ, & loco denuntiationis,quia requirerentur tres menſes,vnus poſt denuntiationem, & duo poſt diſdictam, & in diſdicta fuerunt dati ſolum duo menſes,& ideo, ſi diſdicta ſumeretur pro denuntiatione, requireretur noua diſdicta cum duobus menſibus: tamen eſt aduertendum, quod ita eſſet ſeruatum in caſu noſtro;nam diſdicta vna cum notificatione fuit facta die 13. Octobris 1617. vt in extr. fol. 5. & ſeqq. ſed quia hæc diſdicta ſecundum aduerſarium non poterat ſtare ſine præcedenti denunciatione, & nos dicimus, quòd cum in ipſa diſdicta continerentur omnia, quæ fuiſſent ei denuntianda, potuit ſortiri effectum ipſius denuntiationis; & ideo diſdicta fuit poſtea die 20. Martij 1618. reiterata, & continuata,vt in extr. fol.26. & ſeqq. & fuit ſemper inſtatum coram Iudice, vt aduerſarius acciperet depoſitum, quod non erat reiterandum, quia ſemper à die oblationis ſtetit ad hunc effectum in ſacro Monte pietatis, vt dixi ſupra ſub num.49. in ſecunda reſponſione. & quia aduerſarius ſemper illud recuſauit, Vareſius, ne vllam ex parte ſua omitteret diligentiam, lapſis non ſolum duobus menſibus à die prædictæ diſdictæ reiteratæ, & continuatæ; ſed, lapſis menſibus tribus, & diebus viginti, pecunias, iamdiu depoſitas, curauit die 10. Iulij 1618. vt in extr. fol. 90. per decretum Iudicis deſcribi in capite, & periculo ipſius aduerſarij,& denuo declarari, cenſum fuiſſe extinctum, vt ind. fol. 90. & conſequenter cum, manente ſemper depoſito in Monte pietatis, aduerſarius habuerit certam, & plenam denuntiationem, & habuerit diſdictam, & omnes dilationes, nempe; menſem ad deliberandum, & bimeſtre ad diſponendum de pecunijs ſibi reſtituendis; non video quid amplius facere poſſet Vareſius, aut quid aliud deſideraret aduerſarius, ſi litigaſſet cum bona fide. Nec contra iſta dicat aduerſarius,quod cum prima diſdicta non valuiſſet, vt diſdicta propter non præcedentem denuntiationem, minus potuiſſet valere, vti denuntiatio per regulam ſi quod ago,vt ago,non valet,minus valebit, vt valere potuiſſet;quia reſpondeo,materiam eſſe brocardicam, & ideo conſtitui etiam regulam contrariam,vt ſi nō valet,vt ago,valeat, vt valere poteſt,vt in caſu matrimonij ex Iaſ.Rip. Couar.& alijs ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §.1.q.7.par.3.limit.7. ſub num. 11. & ſeqq. præſertim in caſu noſtro, quia ſicut dicimus,diſdictam eſſe de forma, ſed non modum diſdictæ, Rot. quam citaui ſupra ſub num.45. in 2.reſponſione. ita etiam dicimus, denuntiationem eſſe de forma, ſed non modum denunciandi, & ideo aduerſario debet ſufficere, quòd quouis modo habuerit ſcientiam ex notificatione ſibi facta à Vareſio apud acta. Minus dicat,quòd, facta iſta mutatione diſdictæ, quantitas fructuum depoſitorũ non fuiſſet integra, quia ad hoc ſatis fuit reſponſum ſupra ſub num.45. in ſecunda reſponſione.ibi, neque obijciat. quare, attenta hac ſecunda reſponſione, adeſt non ſolum diſdicta, ſed dominus cenſus eſt excluſus à facultate retrahendi. Tertio reſpondeo, quòd aduerſario obſtaret tacita approbatio, vt dixi ſupra ſub num.45. in tertia re-

54 ſponſione. † Poſſet etiam diſputari, an conſtitutio Pij Quinti habeat locum in venditione coacta,per ea, quæ ſcripſi dicto meo tract. de commerc.§.1. q.1. ſub num. 245. verſ. 1. & ſeqq. ſed attentis prædictis,eſt ſuper fluum.

55 Nona ſit concluſio, quòd aduerſarius ex his, quæ diffusè ſcribit quarto loco, videtur litigare captiosè, & ideo non audiendus, prout de non admittenda poſitione captioſa, ſeu cauilloſa ex gloſſ. Odofr. Iacob. de Aren. Vber. de Bob.Spec. Paul. de Caſtr. & alijs ſecutus ſum in meo tract. de iudic. lib.2.cap.7.num.281. & videtur captioſus, quia, vt legitur in eius informatione,ſupponit decreta ad ſui fauorem, ab eiſdem petit reponi, & appellat, & ſic nauigat contrarijs ventis, ideoq. videtur non audiendus, vt ſcripſi eod. cap. 7.nu.175. nam idem aduerſarius,recenſendo proceſſus ſeriem, aſſerit, depoſitum fuiſſe liberè factum, & pariter decretum iudicis ſine aliquo vinculo, & ipſe inſtabat, illud ſibi tradi liberum dito nunc; ſi ita factum ſe habet; quomodo cenſus non fuit extinctus? quare ipſe recuſauit ac-

56 cipere depoſitum? quare appellauit? † qui enim non grauatus appellat,calumniosè,& iniuſtè appellat, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de appell.q.5.n. 94. & ideo poſſet mulctari,vt dixi ead. q.5.n.100. & q.2.num. 51. in fine, & multa alia contra friuolas appellationes ſcripſi q. 3. ſub num.2.& q. 17. limit.6.memb. 4. num.7. & limit. 10.num.7. & limit. 36.num.3. & q.11.ſub num.4. verſ. ſubinfero primo. Sed iſte non fuiſſet grauatus,quia ex his, quæ dicit, conſtat, quòd Vareſius, & iudex feciſſent, quod ipſe petebat. Quòd ſi, reuoluto mantello, dicat, vt dicere videtur, decretum, & depoſitum fuiſſe vinculatiuum: ad quid hæc intricata, perplexa, & contraria in ſe ipſa facti narratio? quare tota hæc facti ſeries, quam recenſet, retorquetur contra ipſum.

57 Decima ſit concluſio, quòd creditor tenetur cauere de euictione, vel de reſtituendo non ſolum,quando adeſt concurſus creditorum, & debitor coactè ſoluit, vt etiam aduerſarius admittit, ſed etiam,quando non adeſt concurſus,& debitor

ſpon-

ſpontè ſoluit, dummodo ſoluentis indemnitati ſit adhuc prouidendum: nam in caſu l. pater. ff. de dot. præleg. nulius aderat concurſus creditorum, & tamen hæredi, ſoluenti dotem, præſtanda erat cautio, vt retuli ſupra num. 3. etiam ſi dotem non petitam, ſed ſua ſpontè ſolueret; quia lex ſemper intendit proſpicere ſoluentis indemnitati: quare dum proſpicit propter concurſum, & coactionem, eſt, quia, dato concurſu, ſoluens non eſſet tutus ſine iſta cautione, vt dicit Rot. deciſ. allegata ſup. num. 2. & dum proſpicit ſine concurſu, eſt, quia etiam ſi deficiat
58 concurſus, adhuc alia de cauſa non eſt tutus. † Fingamus enim, quod ego emerim à Titio vineam ſcutis mille, cum pacto, quòd ad ſolutionem dictorum ſcu. 1000. non poſſim cogi per annos 20. ſed ſit in mea poteſtate ſoluere infra dictos 20. annos, & interim, donec non ſoluerim, tenear ad quinque pro centenario pro fructibus recompenſatiuis, & fingamus, me ab aliquo moleſtari ſuper dicta vinea, & ideo, quia iuſtè timeam de euictione, petam, mihi caueri, & venditorem cogi ad recipiendum d. ſcu. 1000. cum nolim vlterius teneri ad fructus recompenſatiuos, & fingamus, quòd venditor nolit cauere, neque ſolutionem recipere, ſed dicat, quòd pro mea cautione retineam dicta ſcu. 1000. certè ego poſſem venditorem cogere ad mihi cauendum, & dicta ſcu. 1000. poſſem deponere, cum proteſtatione, quòd venditori non ſoluantur, niſi præſtita prædicta cautione; & nulla eſſet habenda ratio, quòd ego ſpontè ſoluerem, & quòd cogi non poſſem ad ſoluendum: Multa poſſem ſimilia adducere, ſed hæc ſatis.

Et ex prædictis in præcedenti num. 57. & 58. clarè tolluntur omnes illæ conſiderationes, quas aduerſarius quarto loco, ibi, *ratio differentiæ*, facit inter facientem actum ex ſua voluntate, & facientem ex neceſſitate; & quando etiam non eſſent ſublatæ, ſed attenderentur, tunc dico, non eſſe verum, quòd ſoluens capitale cenſus, pro quo quotidie currit graue intereſſe, dicatur illud ſoluere non coactè, ſed ſpontè; quare licet Tetius non venerit, vt dicit, in concurſu cum alijs creditoribus ad petendum capitale cenſus, tamen quia venit, cogitq. ſemeſtratim ad ſolutionem fructuum, Vareſius, qui metu huius continuæ coactionis reſtituit capitale, non dicitur illud reſtituere ſpontè, ſed meticuloſè propter ineuitabilem, & coactam fructuũ futurorum ſolutionem; & ſic ineſt coactio alternatiua, vt cogatur vel ſoluere fructus, vel reſtituere capitale; huius etiam timoris ratione dicimus, quòd licet ſoluens vſuras dicatur ſoluere voluntariè, tamen eas non ſoluit ſpontè, ſed coactè, quia alias non reperiret mutuatorem, per ea, quæ ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 64. hoc idem dicimus de eo, qui fatetur metu tormentorum; is enim etſi ex ſua voluntate confiteatur; quia eſt in eius voluntate confiteri, vel non confiteri, tamen non dicitur ſpontè, ſed coactè confeſſus, vt dixi dicta ampl. 19. ſub num. 67. verſ. prima quia. ſimiliter qui cogitur ſoluere centum, aut ire ad triremes, ſi eat, non dicitur ire ſpontè, ſed coactè, quamuis, ſoluendo centum, potuiſſet non ire, quare licet facere actum coactè, & non facere coactè, poſſit forſan ſumi diuerſimode ſecundum ſubiectam materiam, tamen in ſolutionis materia, in qua verſamur, nulla datur ratio, quare non debeat ſumi generaliter, ita vt coactio dicatur, ſiue ſit præciſa, & abſoluta, ſiue alternatiua, ſiue præſens, ſiue in potentia proxima, & imminenti, quia ſoluens debitum, ſemper dicitur ſoluere, cogente ſua obligatione, & ſic ex cauſa neceſſaria, præſertim quando ſoluit debitum, quod eſt cum vſura, vt ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 2. gloſſ. 5. num. 95. & ſeqq & ſub num. 99. & hoc eſt, quod debet reſpicere bonus iudex, quia Legiſtæ attendunt realitatem, & non ambages: & ſimiliter ius canonicum reſpicit æquitatem, vt dixi ſupra, num. 10. & 11. & quod dicit aduerſarius, poſſet forſan procedere, quando creditor non peteret debitum, quod eſt ſine intereſſe, (quod ego adhuc non credo verum, quia ſatis petit, & dare cogit ſua obligatio, vt dixi hic ſupra.) Aduertendum etiam puto, quòd cum debitori cenſus, dum ſoluit continue fructus, datur dilatio perpetua ad ſoluendum capitale, hæc dilatio, quæ datur eius fauore, retorqueretur in eius odium; quia in ſolutione eſſet deterioris conditionis, quàm debitores ſine dilatione; aut retorqueretur in eius odium, quia cogeretur, vel ſoluere cum periculo, vel manere in perpetuo onere ſoluendi fructus, & ſic cenſus contra ſui naturam per hanc viam indirectam non eſſet redimibilis propter periculum multiplicis ſolutionis.

59 Infero ex omnibus hucuſque dictis, quòd cum pretium domus, quod aſcendit ſolum ad ſcu. 1400. vt in oblatione Vareſij vltimi oblatoris, ſit ſuppoſitum creditis, & hypothecis, aſcendentibus ad ſcu. 2665. vt patet ex inſtrumento concordiæ initæ inter creditores Capocefali, & ipſum Capocefalum, olim dominum dictæ domus, & præfatus Capocefalus propter iſta debita fuerit ex decreto Viſitæ excarceratus pro ineunda præfata concordia, vt in eodem inſtrumento concordiæ, & ſic conſtet de creditorum concurſu, & ideo intret deciſio Rotæ, allegata ſupra num. 2. quia ſufficit, adeſſe concurſum, & intereſſe aliorum creditorum, licet Tetius cum eis non venerit; & cum etiam mater, ſoror, & vxor dicti Capocefali non habeant reuera, vbi conſequantur ſuas dotes, & inſuper extent alij creditores, prout eſt Parochus S. Mariæ in Publicola, quædam Olympia, & D. Paula de Fonte, mater dicti Capocefali, quæ eſt anterior aduerſario, & hi creditores moleſtauerint, & moleſtent Vareſium, vt patet ex actis Paſquetti, & Bonanni, et ſic intrent, quæ ſcripſi ſupra num. 3. et ſeqq. et num. 58. nullum ſupereſt dubium, quòd præ
60 dicta cautio de reſtituendo eſt præſtanda: † et multò magis præſtari debet ex eo, quòd iam

conſtar, præfatum Capoecfalum fuiſſe decoctum,
vt apparet ex inſtrumento dictæ concordiæ, in
qua creditoribus non ſoluit ſolidum, quia de-
bita longè excedunt valorem bonorum, & ideo
eſt locus Bullæ Pij Quarti, de faciendis ſolutio-
61 nibus cum prædicta cautione. † Nec dicatur,
quòd Capocefalus non fuit declaratus decoctus
per ſententiam, quia reſpondetur, quòd ad ef-
fectum conſulendi indemnitati ſoluentis, ſenten-
tia non eſt neceſſaria, præſertim quando deco-
ctio eſt notoria, prout eſt in caſu noſtro, in quo
Capocefalus deceſſit ſine hærede; neque præſa-
ta Bulla requirit ſententiam. neque in alijs ter-
minis eam requirit ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 114.
mandans, vt ſufficiat, aliquem haberi pro deco-
cto; & aduerſarius non docet, quòd requiratur
ſententia.

Ad omninò conuincendum aduerſarium, ad-
do, quòd ſi hæc procedunt etiam quando cre-
ditori, ita ſe obliganti in receptione pecunia-
rum, non eſt conſultum caſu, quo ei pecuniæ ſo-
lutæ euincerentur à creditore anteriore; mul-
tò magis procedent in caſu noſtro, in quo Tetio,
ita ſe obliganti, eſt conſultum eo modo, quo di-
xi infra num. 65. & ſeqq nam iſto caſu æquitas,
& ratio naturalis exuberant, vt pecunias recipiat
cum iſta obligatione. Sublatis omnibus addu-
ctis, & quæ adduci poſſunt ex aduerſo, remanet
abſolutum primum caput.

Reſponſiones ad duas deciſiones.

62 CApio ſecundum caput; & dico, quòd deci-
ſio 179. ſeu 276. in poſtrema impreſſione,
apud Pacif. de ſalu. interd. nullo modo poteſt
adaptari caſui noſtro, quia illa deciſio loquitur
in Collegio, contra quod vnus ſolus creditor
agebat ad immiſſionem vigore ſaluiani inter-
dicti, quo caſu nulla videtur difficultas, quòd
Collegium, ſi volebat ſoluere, debebat ſoluere
liberè, & creditor non tenebatur cauere de re-
ſtituendo prioribus, & potioribus; quia, cum
nullus eſſet iuſtus metus in Collegio, nulla æqui-
tas ſuadebat, vt ei præſtaretur cautio.

Sed caſus noſter eſt omnino diuerſus, & in eo
militant rationes omnino contrariæ.

63 Primò enim ſumus in debitore, qui deceſſit de-
coctus, & ideo ſine hærede, & eius creditores non
habent, vbi conſequantur ſolutionem: vnde ſu-
mus in terminis Bullæ Pij IV. mandantis, ſolutio-
nes fieri cum prædicta cautione de reſtituendo,
&c. vt dixi ſup. num. 59. & ſeqq.

Secundo ſumus non in vno creditore, ſed in
concurſu multorum creditorum, & bona debi-
toris non ſufficiunt, vt dixi eod. num. 59. & ſeqq.
& ideo emptor ſoluendo habet iuſtum metum,
& conſequenter ex æquitate eſt ei præſtanda cau-
tio prædicta.

64 Tertio ſumus in emptione per ſubhaſtatio-
nem, quo caſu emptori res, quæ venditur, non
deliberatur, niſi ſoluat integrum pretium: &,
quando concurrunt ad pretium multi credito-
res, non poteſt illud aliter ſoluere, quàm depo-
nendo pecunias cum iſta conditione, vt ſoluan-
tur cum prædicta cautione de reſtituendo, & ita
videmus fuiſſe ſeruatum in facto, de quo in deci-
ſione allegata infra num. 71. & ita inualuit ra-
tionabilis, & vtilis vſus, &, quæ longam rece-
perunt interpretationem, non ſunt mutanda;
inuoluerent enim ſe litibus creditores, & pro-
traherentur ſolutiones, niſi ſeruaretur hic vſus,
qui in Curia eſt pluſquam notorius: nec con-
ueniret, quòd emptor deponeret pecunias pro
pretio rei emptæ, &, dum creditores inter ſe li-
tigarent, res quaſi inempta maneret, emptorq.
teneretur ſoluere penſionem rei emptæ: quia
hoc æquitas abhorret.

65 Quartò ſumus in cenſus creditore, qui dicit,
ſe habere diuites fideiuſſores: & hoc aduerſa-
rius in ſua informatione adducit pro principa-
li fundamento. Sed nos hoc fundamentum re-
torquemus, quia, ſi ita eſt, poteſt pecunias acci-
pere cum hac proteſtatione, dummodo apud ip-
ſum remaneant irreuocabiliter, Iaſ. in l. 8. non
ſolum. §. morte. ſub num. 48. in primo exemplo,
ff. de oper. nou. nunt. & ex gloſſ. Cyn. Bar. Salyc. &
Surd. ſecutus ſum in meo tract. de commerc. §.
2. gloſſ. 5. num. 291. in fine, & ſub num. 290. poſt
tertium caſum, verſ. exemplifica primo. & verſ.
66 ſeq. & ita erit ſibi prouiſum. † Quòd ſi non ha-
beret fideiuſſores, ſeu hi non eſſent ſoluendo,
tunc ad euitandum cuiuſlibet damnum, adhuc
teneretur cauere, quia aut Tetius erit omnibus
alijs anterior, & tunc quia eſt tutus, promiſſio
de reſtituendo non poteſt ei nocere: aut erit po-
ſterior, & tunc ſibi imputet, qui incautè emit
cenſum; & proinde ſicut, non redempto cenſu,
pateretur hoc damnum, vt creditor anterior,
qui veniret, præferretur, ita etiam hoc damnum
non debet euitare, quando emptor, qui emit do-
mum, vult redimere cenſum, &, ſtante concurſu
creditorum, vel alio periculo, ſibi cauere in ca-
67 ſu quo inſurgat alius creditor anterior. † Nec
dicat Tetius, quòd caſu quo alius creditor an-
terior veniat contra domum, Vareſius poſſet
executiuè agere contra alios creditores poſte-
riores, qui promiſerunt reſtituere, vt in caſu de-
ciſionis, de qua infra num. 71. & ſic eſſet conſul-
tum Vareſio: quia reſpondeo tripliciter. Pri-
mo, quòd hæc promiſſio de reſtituendo ſit, vt
Vareſius ſit omnino tutus, ſi venirent tot credi-
tores anteriores, vt pretium domus illis non
ſufficeret; ſed non eſſet omnino tutus, ſi venirent,
& Tetius etiam non promiſiſſet reſtituere. Se-
cundo reſpondeo, quòd Tetius contendit, pro-
miſſionem de reſtituendo non eſſe faciendam: er-
go ſi alius creditor poſterior ex cauſa cenſus
promiſerit reſtituere, non debet Tetius alle-
gare, quòd Vareſius executiuè poſſet agere con-
tra illum, quia Tetius non debet facere funda-
mentum in eo, quod impugnat, cap. ex eo. de reg.
iur. in 6. Tertio reſpondeo, quòd ſi prædicto modo
eſſet conſultum Vareſio; multò magis eodem mo-

do

do eſſet conſultum Tetio, quia poſteriores creditores expreſſim promiſerunt reſtituere anterioribus. Caſus iſti, qui continentur in his quatuor reſponſionibus, non ſunt de caſu illius deciſionis.

Nunc dicam breuiter quædam pauca pro explicatione eiuſdem deciſionis.

Primo igitur aduerto, quòd illud fundamentum, addictum initio deciſionis, videlicet, quòd Collegium nō poterat moleſtari ab anterioribus creditoribus, cum eis remaneret antiquior hypotheca, videtur ſatis obſcurum, forſan, vt arbitror, ex incuria Typographi, ſeu eius, qui dedit Typographo copiā deciſionis; nam non video quomodo non poſſet moleſtari à creditoribus anterioribus hypothecarijs, & propterea illa verba, *cum eis*, ſunt forſan legenda, *cum ei*, ſcilicet Collegio remaneret antiquior hypotheca.

68 Secundo aduerto, quod ex gloſſ. 1. in l. 37. emptori duplam. ff. de euict. quam allegat, non videtur probari, quòd vendens, coactus à iudice, non teneatur promittere de reſtituendo, quia vendit ex neceſſitate; nam illa gloſ. allegat l. 50. qui erat. ff. fam. erciſc. & ideo illa gloſſ. eſt intelligenda ſecundùm legem, quam allegat: ſed illa lex dicit, quòd is, qui officio iudicis coactè vendit, licet non teneretur de euictione; tamen tenetur ex empto ad pretij reſtitutionem, ſi ſequatur euictio; & quicquid ſentiat gloſſ. de hoc eſt caſus legis, & ita practicatur, vt ſi res, empta in ſubhaſtatione, fuerit euicta, debitor adhuc teneatur ad iterum ſoluendum: vnde retorque-
69 tur illud fundamentum: † non enim conuenit, vt emptor perdat rem, & pretium, Surd. conſ. 36. nu. 6. & 22. lib. 1. & ſcripſi d. gloſſ. 5. ſub num. 290. in 2. caſ. exempl. 1. & in extenſione.

70 Tertio aduerto, quòd in iſta materia cautionis de reſtituendo, ſeu de euictione, non poteſt dari alia regula, niſi quòd iudex hoc facere debet ex ſuo arbitrio, iuſta cauſa ſuadente, prout eſt, quando imminet ſuſpicio, ſeu iuſtus timor, ne ſoluens patiatur damnum.

71 Multo minus obſtat Seraph. deciſ. 1233. quia licèt emptor, qui ſoluerit pretium rei emptæ creditoribus, poſſit ab alio creditore anteriore conueniri ex ſaluiano interdicto, & emptor poſſit executiuè agere contra creditores poſteriores, quibus ſoluit, ad reſtitutionem pecuniarum, prout hæc dicit illa deciſio; tamen non dicit, quòd creditores non fuerint coacti ad promittendum de reſtituendo; & multò minus dicit, quòd ſi emptor voluiſſet ſoluere, ille creditor anterior non teneretur cauere de reſtituendo, &c. quia non benè diceret, cum, dato concurſu, omnes creditores æquè teneantur promittere de reſtituendo: quare caſus illius deciſionis eſt pro Vareſio, quia cum vinea eſſet vendita per ſubhaſtationem, & pretium eſſet depoſitum, creditores, quibus ſoluebatur, promittebant reſtituere anterioribus.

72 Præterea caſus illius deciſionis nullo modo poteſt applicari, quia Tetius non egit ſaluiano interdicto contra Vareſium, neque potuiſſet agere, ſtantibus pecunijs depoſitis pro ipſo Tetio,
73 citato, & interpellato ad eas accipiendum, † ſed in caſu illius deciſionis non extabant pecuniæ depoſitæ, & ille creditor non fuerat interpellatus; immò neque citatus: Vnde iſta deciſio retorquetur in omnibus. Reſoluto iam ſecundo capite, aggredior tertium.

De notoria nullitate ſententiæ Reuerendi N... & quæ ſint hodie partes R.P.D. mei.

CApio tertium caput, & conſtanter concludo, quòd ſententia Reuerendi N... eſt notoriè nulla ex multiplici defectu.

74 Primus defectus eſt, quia aut Reuerendus N... fuit ſubrogatus D. Portæ, & tunc ex hac ſubrogatione nullam habuit iuriſdictionem, quia commiſſio Tetij, directa D. Portæ, non eſt contra Marcumtulium, ſed eſt contra Marcum Antonium, qui fuit citatus per diligentias, vt dixi ſu-
75 pra num. 15. † aut fuit ſubrogatus R. P. D. Ginetto, & tunc minus potuit cognoſcere contra Marcumtulium; quia R. P. D. Ginettus fuit delegatus cum facultatibus A. C. ad inſtantiam Blaſij Fonte contra ipſum Tetium in cauſa mandati relaxati à ſecundo Collaterali via exequutiua contra ipſum Blaſium, & ad fauorem dicti Tetij, vt hæc omnia patent ex actis, & dixi ſupra ſub n. 17. verſ. non obſtat. Quare, ſicut R.P.D. Ginettus non proceſſit, neque potuiſſet procedere contra Marcumtulium, ita neque Reuerendus N... ſubrogatus.

76 Secundus defectus eſt, quia, dato etiam, quòd Reuerendus N... fuiſſet ſubrogatus habenti iuriſdictionem contra Marcumtulium, tamen ipſe iuriſdictionem non habuit, quia erant lapſa tàm fatalia, quàm inſtantia cauſæ reſtitutionis in integrum, de quorum lapſu fuit oppoſitum, vt hæc omnia patent ad oculum, partim in extractu, & partim ex actis, & conſequenter ſententia, ab eo lata, eſt nulla ipſo iure ex defectu iuriſdictionis, per ea, quæ ſcripſi in meo tract. de appell. q. 11. num. 194. & 195. & in tract. de ſent. gloſſ. 14. q. 30. ſub num. 1.

77 Non dicat Tetius, quòd remanebat inſtantia nullitatis, quæ durat per triginta annos, quia vltra reſponſiones, datas ſupra, nu. 14. 16. & 17. quæ omnem tollunt difficultatem, redeo ad dilemma, de quo ſupra, num. 74. & 75. Aut enim Reuerendus N... fuit ſubrogatus D. Portæ, & tunc non potuit cognoſcere, quia cauſa nullitatis fuit commiſſa contra Marcum Antonium, & non contra Marcumtuliū: Aut fuit ſubrogatus R. P. D. Ginetto, & tunc cauſa nullitatis fuit commiſſa ad inſtantiam Blaſij contra decretum Secundi Collateralis: & ſic potuiſſet de ea cognoſcere ad inſtantiam Blaſij, limitatè quoad decretum Secundi Collateralis.

78 Tertius defectus eſt, quia, ſi Tetius optabat,

vt Reuerendus N. . . cognoſceret de iuriſdictione R.P. D. Macchiauelli, debuiſſet tranſportare acta iuriſdictionalia R.P.D.Macchiauelli, quia ad eorum tranſportationem tenebatur de iure naturali, de iure diuino, de iure humano, & ex forma commiſſionis Vareſij; tenebatur de iure naturali, quia, ſicut cæcus non poteſt iudicare de colore, niſi prius ei reſtituatur lux, qua mediante, colorem cognoſcat, ita etiam Reuerendus N. . . non potuit cognoſcere de R. P. D. Macchiauelli iuriſdictione, quia eam non vidit; de iure Diuino, quia, vt dixit Nicodemus, relatus in Ioan. 7. *(nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi ab*
79 *ipſo prius audierit, & cognouerit?)* † de iure humano, quia iudex, non tranſportatis actis, non poteſt adhibere cauſæ cognitionem, ſine qua ſententia eſt ipſo iure nulla, vt latè patet in meo tract. de ſent. gloſſ. 13. per totam; nam, ſi ſententia dicitur ipſo iure nulla, quando acta fuerunt iudici tranſportata paululò ante ſententiam, ita vt iudex ea rimari non potuerit, multò magis dicetur nulla, quando nullatenus fuerunt trāſportata; tenebatur etiā ea tranſportare ex forma commiſſionis Vareſij, quia in ea mandabatur Reuerendo N. . . vt Tetio præfigeret terminum ad tranſportandum acta, quę eo magis tenebatur tranſportare, quia Vareſius, vt patet in actis, fuit proteſtatus de non integra tranſportatione.

80 Itaque, cùm Tetius aduerſarius non tranſportauerit acta deputationis R. P. D. Macchiauelli, & nullam produxerit fidem Notarij, quòd in actis non adeſſet deputatio, immo vlterius de non deputatione non ſolum vnquam non oppoſuerit, ſed ſemper in iuriſdictionem, & deputationem conſenſerit, vt patet in toto extractu & vice verſa, cum Notarius tàm in actis, factis ad inſtantiam Vareſij, quàm in actis, factis ad inſtantiam Tetij enuntiaret deputationem R. P. D. Macchiauelli, vt patet in pluribus locis extractus, & hæc omnia acta Tetius produxerit, vtique illa enunciatio Notarij ſatis probat deputationem, Rot. diuerſ. deciſ. 20. num. 3. par. 4. in impreſſis prima vice Lugduni anno 1612. & conſequenter Tetius non ſolùm ineptè opponit de nullitate ſententiæ R. P D. Macchiauelli ex defectu deputationis, ſed apertè deprehenditur nullitas, & iniuſtitia ſententiæ Reuerendi N. . . quatenus eam dixiſſet nullam ex iſto capite.

81 Nullitas etiam ſententiæ Reuerendi N. . . eſt notoria ex eo, quia, non obſtante proteſtatione D. Vareſij de erronea, vitioſa, & non integra tranſportatione actorum; de qua proteſtatione conſtat in actis, proceſſit ad ſententiam; & tamen etiam acta, quæ reſpiciebant merita cauſæ, partim non fuerunt integrè tranſportata, & partim fuerunt tranſportata vitioſè, & erronee, vt dixi ſupra num. 43. & ſeqq. quo caſu licet aliqui Doct. dicant, ſententiam eſſe nullam ex defectu iuriſdictionis, Rot. diuerſ. deciſ. 20. num. 1. quam citaui etiam ſupra, ſub nu. 14. & Gonzal. ad 8. reg. cancell. gloſſ. 27. num. 42. verſ. præterea. et aliqui dicant ſimpliciter, eſſe nullam, Rot. diuerſ. deciſ. 107. par. 4. in impreſſis prima vice Lugduni 1612. quam deciſ. ſequitur eadem Rot. dicta deciſ. 20. variato anno, et menſe illius deciſionis, et latius nos ex Bar. Bal. Caſſad. et alijs ſequuti ſumus in noſtro tract. de appellat. q. 20. num. 8. tamen omnes conueniunt in hoc, quòd eſt nulla ipſo iure; idque præcipue erit verum in caſu noſtro, in quo Tetius tenebatur etiam ex forma commiſſionis tranſportare acta.

82 Dum igitur in caſu noſtro iudex ad quem pronuntiauit, ſententiam iudicis à quo fuiſſe nullam, et ſententia ipſius iudicis ad quem eſt nulla, poteſt ei dici illud Redemptoris Noſtri, Luc. et Matth. 7. *(Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & non vides trabem in oculo tuo?)* et illud text. in cap. iudicet ille. 3. q. 7. et S. Thom. 2. 2. q. 60. art. 2. *(Qui iudicat alium de morbo, quo ipſe laborat, ſeipſum condemnat)* conuenit etiam, quod Chriſtus Phariſæis, eum interrogantibus, an liceret adulteram lapidare, reſpondendo dixit. *(Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.)*

83 Ex his omnibus infertur, quòd cum Vareſius appellauerit à geſtis, et pronuntiatis per Reuerendum N. . . et R. D. Veſtra ſit iudex ad quem, qui ſuccedit in locū iudicis à quo, et ideo debeat facere, et non facere, prout facere, et non facere debebat iudex à quo, per ea, quæ latè ſcripſi in meo tract. de appell. q. 11. num. 17. R. D. V. non habet cognoſcere de aſſerta nullitate ſententiæ R.P. D. Macchiauelli, quia hæc cognitio non fuit deuoluta ad Reuerendū N. . . neq; habet cognoſcere ſuper meritis, quia neq; Reuerēdus N. . . habebat hanc cognitionem, ſtante duplici re iudicata; ſed debet procedere ad exequutionem rei iudicatæ, et ad taxationem expenſarum, prout procedere debebat Reuerendus N. . . et vlterius in executione eiuſdem rei iudicatæ debet decernere mandatum pro recuperatione pecuniarum exactarum poſt rem iudicatam extinctionis cenſus, quia ſicut Reuerendus N. . . debebat facere, ne fructus ſoluerentur; ita iudex ad quem debet facere, vt ſoluti non ſint ſoluti, et ideo reſtituantur: terminato enim negotio principali per rem iudicatam, terminata remanent etiam illius acceſſoria; et executio, quæ datur rei iudicatæ, dari debet etiam illius acceſſorijs, quæ certam, et euidentem ex ſe habent liquidationem.

84 Nec dicatur, quòd licet D.V. ſit iudex executorialis, tamen poteſt non exequi rem iudicatam, et declarare, non eſſe exequendam, immo quòd poteſt procedere ſuper meritis.

Quia reſpondeo, neutrum eſſe verum, quando non conſtat oculariter de aliquo errore facti, vel iuris in re iudicata, quia tunc non dicitur iniuſtitia notoria: et ideo, dempta hac notorietate iniuſtitiæ, extirpandus eſt abuſus reſcindendi rem iudicatam, per ea, quæ ſcripſi infra
85 num. 91. † data autem hac notoria iniuſtitia, diſtinguo duos caſus.

Primus

Primus eſt, quando iudici executori data eſt facultas, vt, non conſtito de re iudicata, procedat in meritis, et iſto caſu dico, verum eſſe, quòd iudex poteſt abſtinere ab executione rei iudicatæ, et poteſt procedere ſuper meritis, et reuocatoriam ferre ſententiam.

Secundus eſt, quando non eſt ei data hæc facultas; et tunc dico, quòd poteſt ſolùm abſtinere ab executione, et declarare, eam non eſſe concedendam.

Quare, cum in caſu noſtro non conſtet de aliquo errore facti, vel iuris, qui oculariter legi poſſit in re iudicata, ſequitur neceſſariò, quòd Dominatio Veſtra teneatur procedere ad executionem rei iudicatæ.

Explanato tertio capite, accedo ad quartum.

Data probabili hinc inde opinione, ſententia R.P.D Macchiauelli eſt præferenda.

86 CApiendo quartum caput, concludo, quòd, niſi D. Tetius oſtendat, ſententiam, & rem iudicatam R. P. D. Macchiauelli fuiſſe notoriè iniuſtam, debet omnino ſuccumbere, quia, data inter ſententiam D. Macchiauelli, & ſententiam Reuerendi N... æquali controuerſia, ſententia D. Macchiauelli ad Vareſij fauorem lata, eſt præferenda ſex rationibus.

Prima ratio eſt, quia grauamen, contentum in ſententia D. Macchiauelli, fuit minus graue, quàm contentum in ſententia Reuerendi N... cũ in illa ageretur ſolum de cautione; in iſta verò de cautione, & magna fructuum quantitate, vt patet ex tenore vtriuſque ſententiæ, & ideo faciliùs poterat Tetius acquieſcere ſententiæ D. Macchiauelli, quàm Vareſius ſententiæ Reuerendi N... hacq. etiam ratione cautius procedere debebat N... quàm Macchiauellus; quia vbi maius periculum, ibi cautiùs agendum: & conſequenter in dubio præſumere debemus pro ſententia, quæ continet mitiorem partem.

Secunda ratio eſt, quia D. Macchiauellus proceſſit magis inſtructus ab integritate, & veritate actorum, quàm Reuerendus N... qui partim non habuit acta integra, & partim habuit erronea, in quibus conſiſtebant merita cauſæ, vt dixi ſup. num. 43. & ſeqq.

87 Tertia ratio, quia R.P.D. Macchiauellus non erat cliens Vareſij; ideoq. eius iudicium potuit eſſe liberum, ſed Reuerendus N... (ſi verum eſt quod audiuimus) erat cliens D. Paulij Tetij, qui pro Iacinto Tetio litẽ agebat, tanquã propriam, quia inter ipſos magna eſt ſanguinis coniunctio, & quia (ſi verum eſt, quod etiam audiuimus, & inditia vrgentia non deficiunt) hoc fructuum lucrum, de quo agit, ad ipſum ſpectaſſet, quæ omnia ſi vera ſunt, de ſententia Reuerendi N... forſan non maior habenda eſſet ratio, quàm habendam eſſe de contractu, inito inter clientem, & patronum, ſeu inter infirmum, & medicum, ſcripſi in meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. ſub nu. 557. exempl. 2. & q. 7. par. 2. ampl. 19. ſub num. 124. valet enim argumentum à contractu ad iudicium, quia in iudicio quaſi contrahitur, vt ſcripſi in meo tract. de ſententia, & re iudic. gloſſ. 14.
88 q. 12. num. 10. † Immo minus deberet valere ſententia; quia ratio, quare non valeat contractus, eſt, quia lex præſumit, quòd cliens timore litis omnia daret; ſed hæc ratio multò magis militat in iudice cliente, quia cliens non iudex, contrahendo, dat de ſuo, at cliens iudex, iudicando, dat de alieno, & liberaliores ſumus in in alieno, quàm in noſtro; & quamuis hæc præſumptio, ſeu ratio ceſſaret in Reuerendo N.., propter eius forſan integritatem, tamen non ceſſaret legis diſpoſitio per ea, quæ ſcripſi in dicto meo tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 507. & 508.

Quarta ratio eſt, quia, attenta ſententia R. P. D. Macchiauelli, Tetio adhuc remanebat prouiſum, ſed attenta ſententia Reuerendi N... Vareſio non eſt conſultum, vt plenè eſt deductum ſup. num. 65. & ſeqq.

89 Quinta ratio eſt, quia, data æquali controuerſia inter creationem, ſeu vitam cenſus, & non creationem, ſeu extinctionem cenſus, ſententia, quæ ſtat pro extinctione, eſt tutior; quia vſuræ ſuſpitio ſtat in creatione, & vita cenſus, non autem in non creatione, & extinctione; & ſic, ſi peccaretur, leuius peccaretur in diſſolutione, quàm in creatione: quare inter Theologos propter vſuræ ſuſpitionem magna fuit diſputatio ſuper creatione cenſus conſignatiui, ſeu pecuniarij, ſed nulla fuit controuerſia ſuper diſſolutione, & ideo non ſine miſterio conſtitutio Pij Quinti, de cenſibus, non habet rubricam (de forma creandi, & diſſoluendi cenſum) ſed habet ſolum rubricam, *de forma creandi cenſum*. Ergo ſententia R. P. D. Macchiauelli, quæ ſtat pro extinctione cenſus, in dubio, tanquam tutior, eſt amplectenda, & ſententia Reuerendi N... quæ ſtat pro non extinctione, tanquam periculoſa, eſt omnino reijcienda; quia, quatenus cenſus eſſet extinctus, foueret illicitam fructuum exactionem: ſed quid dico, foueret? fouet, cum de extinctione iam clarè conſtet ex his, quæ ſcripſi ſupra nu. 1. & ſeqq.

90 Sexta ratio eſt, quia ſententia R.P.D. Macchiauelli habet pro ſe rem iudicatam, qua caret ſententia Reuerendi N... quæ res iudicata, dato hinc inde probabili dubio, ſuperat ſententiam, quæ eſt in fine re iudicata.

91 Vnde facultas reſcindendi res iudicatas, quæ Rotæ, tanquam Tribunali Magiſtrali, competere videtur etiamſi in re iudicata non appareat oculariter de aliquo, vel facti, vel iuris errore, ex quo notoria deprehendatur iniuſtitia; ab alijs inferioribus iudicibus vſurpanda non eſt; quia hac ipſa de cauſa leges conſtituerunt rem iudicatam, ne ſit in poteſtate cuiuſlibet iudicis, adductis aliquibus regulis, & conſideratis aliquibus coloratis rationibus, ſuam formare opinionem, & ex ea res iudicatas ſubuertere, & lites

face-

ſacere immortales in graue detrimentum pacis, & totius Reipublicæ, cuius cordi eſt finem certo ordine litibus imponere.

Diſcuſſo quarto capite, venio ad quintum.

De notoria iniuſtitia mandati executiui, relaxati à Reuerendo N...

92 CApio quintum caput, & præmitto breuiter facti ſpeciem, nempe quòd R P.D.Macchiauellus, qui fuit primus iudex, tulit ſententiam contra D. Tetium, & ad fauorem D. Vareſij, pronuntiando, cenſum, ſtante depoſito &c. eſſe extinctum, & fructus amplius non currere: ab hac ſententia appellauit Tetius; &, quia appellationem non fuit proſequutus, ſententia tranſiuit in rem iudicatam, vt patet ex dinumeratione temporum; qua re iudicata ſtante; Vareſius impetrauit Reuerendum N... in iudicem executorialem; qui tamen non ſolùm non fuit exequutus rem iudicatam, & non ſolum tulit ſententiam contra rem iudicatam, ſed vlterius fecit ſe iudicem ſententiæ ſuæ, & ideo, non admiſſa appellatione, relaxauit mandatum exequutiuum pro non extinctione cenſus, & conſequenter pro ſolutione fructuum, quos Vareſius coactè ſoluit, vt hæc omnia patent ex actis, & non controuertuntur.

In hac facti ſpecie cenſeo, Reuerendum N...; ſalua ſemper eius reuerentia, iniuſtiſſimè relaxaſſe mandatum, reiecta appellatione Vareſij, & moueor ex pluribus.

93 Primo, quia iudices in eorum ſententijs ſunt teſtes iuris inter actorem, & reum, & quando ſunt inter ſe contrarij, Princeps vult, vt adhibeatur alius, vel alij teſtes periti in iure; & duos conteſtes mandat præferri vni, & tres præferri duobus; quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum: & ſic duo, vel tres iuris conteſtes
94 faciunt rem iudicatam; † Sed, donec duo ſunt inuicem contrarij, & ſunt æquales, neutri eorum creditur, Boſſ. tract. crimin. tit. de oppoſit. contra teſtes, ſub num. 15. Ergo Reuerendus N... non potuit, niſi iniuſtè, velle, vt ſibi ſoli crederetur, non autem D. Macchiauello.

95 Secundo, quia iudex appellationis in ſecunda inſtantia iudicat ſententiam primi iudicis à quo, an ſit iuſta, vel iniuſta, valida, vel nulla; ſed non iudicat de iniuſtitia, & nullitate ſententiæ ſuæ, quia in hoc requiritur tertius iudex, qui iudicet inter vtramque: Sed Reuerendus N... iudicauit alienam, & voluit iudicare ſuam, quia noluit à ſua admittere appellationem, & conſequenter noluit, vt de ſua iudicaret alius: ergo fecit contra ius, & iuſtitiam.

96 Tertio quia, ſi actor habeat pro ſe plures ſententias, ſeu plures iuris conteſtes, vel ſaltem habeat vnum, cuius dictum ſit approbatum à reo, & reus habeat ſolùm vnicum teſtem, vtique actor eſt in caſu victoriæ, quia dicitur habere rem iudicatam; ſed D. Vareſius habet vnum teſtem, nempe R. P.D. Macchiauellum, cuius dictum, ſeu ſententia fuit approbata à D. Tetio, dum appellationem non fuit proſecutus, ergo dictum, ſeu ſententia Reuerendi N... lata pro D. Tetio contra rem iudicatam D. Macchiauelli, eſt nullius momenti: ergo iniuſtè Reuerendus N... voluit, ſuæ ſententiæ eſſe credendum, & non rei iudicatæ D. Macchiauelli.

97 Nec dicatur, quòd Reuerendus N... fuit executor conſtituti, appoſiti in inſtrumento cenſus; quod conſtitutum habuit executionem paratam, & non requirit ſententiam plurium iudicum, neque aliam rem iudicatam.

Quia reſpondeo, diſtinguendo duos caſus. Primus eſt, quando Reuerendus N... fuiſſet exequutor conſtituti, non dum vulnerati, & antequam eſſet lata ſententia, qua eſſet pronunciatum, cenſum eſſe extinctum, & fructus amplius non currere: & iſto caſu certum eſt, quòd conſtitutum habuiſſet executionem paratam, et ſatis fuiſſet hæc vnica ſententia Reuerendi N... Secundus caſus eſt, quando conſtitutum fuit antea vulneratum per ſententiam, qua pronuntiatum eſt, cenſum eſſe extinctum, & fructus vlterius non currere: & iſto caſu dico, quòd illud conſtitutum non habet amplius exequutionem paratam, maximè quando hæc ſententia tranſiuit in rem iudicatam; quo caſu nemo, quem viderim, hucuſque auſus eſt dicere contrarium, & ratio eſt, quia lex imitatur naturam; ſed in naturalibus, vulnerato ſubiecto, vulneratum eſt etiam eius acceſſorium; quapropter ſi ex vulnere ſequatur interitus ſubiecti, eodem modo ſequitur interitus acceſſorij; vnde eſt regula vtriuſque iuris, quòd acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, l. 139. cum principalis. ff. de reg. iur. & cap. 42. acceſſorium. eod. in 6. & vtrobique Doct. At conſtitutum eſt quid acceſſorium ad contractum cenſus: Ergo, vulnerato, ſeu extincto cenſu, qui eſt ſubiectum, & principale; intelligitur vulneratum, ſeu extinctum conſtitutum, quod eſt illius acceſſorium.

98 Confirmatur primo concluſio huius ſecundi caſus, quia licet contractus cenſus habeat viam exequutiuam vigore conſtituti, ſeu obligationis cameralis, in eo adiectæ; tamen ſi feratur prima ſententia, qua pronuncietur, cenſum fuiſſe extinctum, & fructus vlterius non currere, ſeu cenſus inſtrumentum nullam mereri exequutionem, ſine dubio via illa exequutiua efficitur ordinaria; immo, ſi hæc ſententia tranſeat in iudicatum, perimit omnino cenſum, & clauſula conſtituti, & obligationis cameralis remanet lethaliter vulnerata, Rot. diuerſ. deciſ. 28. ſub num. 2. par. 2. in poſtremis recentioribus coram R. P. D. Litta in Rom. cenſus lun. 5. Iunij 1600. & deciſ. 526. ſub num. 5. coram R. P. D. Buratto, eadem par. 2. & latè, & benè Hier. Gonzal. ad 8. regulam cancell. gloſſ. 6. num. 20. & ſeqq. ſed in caſu noſtro fuit per primam ſententiam, immo per rem iudicatam vulneratus, & extinctus cenſus; ergo.

Ne-

Digitized by Google

Neque obſtat, quòd adhuc iſto caſu Signatura iuſtitiæ in commiſſione appellationis reſcripſerit cum clauſula [ſine præiudicio exequutionis] quia reſpondeo, quòd ex prædictis patet, quòd Signatura non fuit benè informata; & licet Varcſius potuiſſet denuò, & melius eam informare; tamen voluit, reuerenter agendo, potius cum aliquo ſuo incommodo illi parere, quàm ei videri moleſtus, ſciens, iura ſua eſſe clara, & ſibi fuiſſe illæſa reſeruata in appellatione deuolutiua, cuius cauſa commiſſa fuit R. P. D. meo.

Minus obſtat, ſi quis, diſtinguendo, diceret, prædictas Rotæ deciſiones habere locum, quando ſententia vulnerat contractum cenſus, dicendo, eum eſſe nullum, ſeu nulliter initum; ſecus quando non vulnerat validitatem contractus; ſed, ſalua validitate, declarat, contractum eſſe finitum, ſeu extinctum per ſolutionem, prout aliquando audiui motiuatum.

99 Nam reſpondeo, verendum eſſe, ne Iuriſconſulto, ita diſtinguenti, verè quis dicere poſſet, quod iſtæ ſunt acutæ Iuriſconſultorum ineptiæ, vt in ſimili quadam diſtinctione inter hæreditatem, & corpora hæreditatis dicebat Liberalis ille apud Senec. de benef. lib. 6. ſub num. 40. fol. 51. immo ſi proprietatem, & veritatem ſermonis amemus, ſententia, quæ declarat, obligationem, ſeu contractum eſſe nullum, non vulnerat contractum, quia quod nihil, aut nullum eſt, non recipit vulnus; at ſententia, quæ dicit, contractum eſſe extinctum, vulnerat contractum, quia quod eſt, poteſt vulnerari, & ſic totus ſermo diſtinctionis eſſet inuertendus; nam ſicut cæcitas vulnerat, & tollit lucem antea perfectam; ita etiam ſolutio vulnerat, & tollit obligationem in eſſe validum perductam; quia ſolutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, Inſtit. quib. mod. tol. oblig. in princ. & dixi in meo tract. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 18. & ideo tollitur etiam obligatio acceſſoria, vt
100 dixi ead. gloſſ. 5. num. 98. † Vnde ſententia, quæ declarauit, cenſum eſſe extinctum, & ſublatum, dicitur illum vulneraſſe; vel ſaltem, ſi rem ipſam inſpiciamus, vt inſpicere debent Iureconſulti, dicemus, paria eſſe, quòd contractus cenſus declaretur nullus ab initio, aut declaretur poſtea extinctus, quia vtraque declaratio affirmat, vires contractus cenſualis deficere, & negat, ex illo contractu poſſe agi ad fructus; ſicut quò ad futuram potentiam videndi, nullam conſtituemus differentiam inter eum, qui naſcitur cæcus, & eum, qui poſt natiuitatem fit cæcus: ridiculum enim eſſet, ſi quis arbitraretur, quòd viſus deficiat ei, qui lucem nunquam habuit, & non deficiat illi, cuius lux fuit ſublata, & extincta; cum viſus ſemper ſit acceſſorius ad lucem; quare ſicut in naturalibus, non poſito ſubiecto, non ponitur eius acceſſorium, &, perempto, ſeu vulnerato ſubiecto, perimit, ſeu vulneratur eius acceſſorium, nulla facta differentia in qua parte ſubiecti, & quo armorum genere ſit illatum vulnus, ſeu ex qua cauſa ſequuta ſit mors, quia ſemper ſtat regula iuris, quòd acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis: ita etiam dicere debemus in his, quæ diſponuntur à iure, vt non ſit conſtituenda differentia ex qua cauſa, & quomodo ſint extinctæ, & vulneratæ vires cenſus, quia quouis modo ſint extinctæ, eodem modo cenſentur extinctæ vires conſtituti, quod eſt illius acceſſorium.

101 Prout etiam non obſtat aſtutia, ſeu cauillatio aduerſarij, qui à Reuerendo N... extorſit eodem inſtanti duas ſeparatas ſententias, vnam reuocatoriam rei iudicatæ R.P.D. Macchiauelli, & alteram ſuper aſſociatione bonorum vigore clauſulæ conſtituti; quia ego contra hanc aſtutiam, & inanem ſubtilitatem dico: ſi eſt vulneratus, immo extinctus cenſus per ſententiam, & rem iudicatam, vt diximus, extinctum eſt etiam conſtitutum, quod eſt acceſſorium; alias eſſet fabricare in aere ſine fundamento; quare, reſoluta cauſa conſtituti, finitur conſtitutum, Tiraq. de iure conſtit. poſſ. par. 3. limit. 29. num. 1. & ſequentibus.

Confirmatur ſecundo, quia ſi diceremus aliter, ſequeretur, quòd abſolutus per rem iudicatam, quantum velimus iuſtam, puta quia publico inſtrumento probauerit ſolutionem debiti; poſſet nihilominus vnico iudicio cogi executiuè ad iterum ſoluendum vigore obligationis cameralis, ſub qua promiſerat ſoluere: poſſet enim olim eius creditor impetrare commiſſionem reſtitutionis in integrum, ſeu nullitatis, & reperire iudicem, qui non ſolum declararet rem iudicatam nullam; ſed etiam executiuè cogeret ad ſolutionem, vigore obligationis cameralis, quod cum repugnet iuri, & naturali rationi, & ideo ſit abſurdiſſimum, nunquam audiui practicatum, niſi in iſta cauſa.

Poſſem multas alias adducere confirmationes, ſed hæ duæ ſatis eſſe viſæ ſunt.

102 Poſt hæc ſcripta accepi, R. Dominationem Veſtram motiuaſſe, quòd documentum, quod hodie deducitur de decoctione, non poteſt iuſtificare ſententiam R.P.D. Macchiauelli, cum non fuerit coram eo deductum.

Huic motiuo reſpondeo tripliciter.

Primo reſpondeo, hoc caput decoctionis fuiſſe deductum oretenus, & poſitum pro conſtanti, quia decoctio erat notoria.

Secundo reſpondeo, ſatis eſſe, hoc caput decoctionis, quod apparet ex concordia creditorum, fuiſſe deductum coram Reuerendo N... coram quo fuit repetita concordia, & multò magis coram R. D. V. quia appellatio datur, vt non probata, probentur, vt dixi in meo tract. de appell. q. 3. ſub num. 1. & q. 11. num. 22. & 102. Quare licet ſententia non iuſtificetur ex cauſis, & probationibus, deductis coram iudice à quo, tamen poteſt iuſtificari ex nouis cauſis, & probationibus coram iudice ad quem; & quando ita iuſtificatur, tunc illa ſententia, lata à iudice à quo, dicitur habuiſſe ſtatum implicitum validitatis, & ſecundum naturam dicitur iuſta, vt ſcribunt Franch. in

cap.

eap. cum in eccleſia. num. 6. 7. & 8. de appell.& & Seraph. decis. 734. n.5. & 6. & ſcripſi d.,q.11. num.23.

Tertio reſpondeo, non eſſe neceſſarium, quòd ſententia R.P.D. Macchiauelli iuſtifieetur ex capite deeoctionis, eum ſatis ſuperq. iuſtificetur ex multis alijs eapitibus.

Primo enim iuſtificatur ex mole, & concurſu creditorum, qui aderant, prout hanc iuſtificationem approbauit Rot. in deciſione, eoram Reuerendiſs. Decano, allegata ſup. ſub num.2.

Secundo iuſtificatur ex eo, quia ſoluturo, iuſtè timēti damnū, & moleſtias, debet index requiſitus prouidere, vt oſtendi ſup.n. 2. & ſeqq.& n. 58. ſed Vareſius emptor iuſtè timebat damnum, & moleſtias ſuper domo empta, prout, iuſtum fuiſſe rimorem, exitus probauit, eum illas moleſtias; ſit paſſus, & patiatur, vt dixi ſup.nu.59. & ideo potuit, & poteſt petere iſtam obligationem.

Tertio iuſtificatur ex abundanti; quia quamuis Tetius ſe obliger de reſtituendo anterioribus, tamen eſt ei prouiſum, ne ex hac obligatione damnum patiatur, vt ſcripſi ſup.nu.65. & ſeq. At Vareſio, ſoluenti ſine iſta obligatione, non remaneret tuta prouiſio.

Quarto iuſtificatur ex practica, & vſu, ſecundum quem creditores, recepturi in ſimili caſu ſolutionem, promittunt reſtituere anterioribus, & potioribus, vt ſcripſi ſup.num.6.

Et licet ex his omnibus cenſeamus ſatisfactum abundanter, nihilominus, vt aduerſario tollatur iudicis ſuſpitio, quam allegauit, & nullus remaneat dubitandi locus, ſupplicamus pro voto Rotæ, & nos interim excuſari ab informationis longitudine, quia etſi incompoſita, & ſimplex debeat eſſe oratio, quæ operam dat veritati, Senec. epiſt.40. & 49. in fine, & ideo ſimplicitas dicatur amica veritatis, cap. 14. veritatis. de iureiur. hincq. veritas conſiſtat in paucis, tamen veritas agitata creſcit, atque ſplendeſcit in luce, cap.7. graue.35. quæſt.9. quia in agitatione ei cuncta reſpondent, Ariſt.1.Eth.cap.8.

Sigiſmundus Scaccia. I. C.

Romana ſeutorum 18. mill.
Luna 24. Ianuarij. 1622.
R. P. D. Coccino, Decano
Rota ordinauit, &c.

NEque etiam obſtat, quòd depoſitum fuerit factum eum conditione, quòd ſolueretur anterioribus, & data cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus: quia depoſitum potuit habere iſtas conditiones, eum ſint conditiones ex lege contractus, & cautionem de reſtituendo prioribus præſtare debet is, eui facienda eſt ſolutio propter intereſſe aliorum creditorum, qui comparuerant. l. pater dotem. in princ. & in §. eum patri filius. verſ. ſi fortè per errorem, ff. de dot. prælegat. & ideo ſupradictas conditiones depoſitum recipit, Bal. in l. acceptam. in 4.q. C. de vſur. Aym. conſ.705.nu.13. Et ita concluſum, &c.

L A V S D E O.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
OMNIVM, QVAE IN ISTO CONTINENTVR TRACTATV.

Abbas, Abbatiſſa,

ABBAS, alijq. Prælati inferiores debent ius dicere in ſede locata à maioribus in eccleſia, gl.7.quæſt.4. ſpec.2. n 34. 290
Abbatiſſa non poteſt excommunicare, gl.4. quæſt.2. ſub num.40. 113
Abbatiſſa ſibi ſubiectos inobedientes, quomodo poſſit ſuſpendere ab officio, & beneficio, ibidem.
Abbatiſſa habet iuriſdictionem, &c. gl. 4. quæſt.2. num.37. & 38. Extenditur, & declaratur, num.39. & ſeqq. 113

Abiuratio, Abſoluere, Abſoluti.

Abiuratio de leui, & abiuratio de hæreſi formali, quando debeant indici, gl 14 quæſt.7. ſub num.173. & 175. 474
Abiuratio, quæ iniungitur inquiſito de hæreſi, iniungitur in ſententia per modum conditionis, itaut abiuratio ſequatur poſt ſententiam, gl.14. quæſt.7. num.176. & ſeqq. & num.181. 474
Abiurationis formula, gl.14. quæſt.7. num.179. Et quot, & quæ in ea requirantur, num.180. 476
¶ *Abſoluere* ab obſeruatione iudicij quibus caſibus iudex debeat, gl. 14. quæſt.7. n.36. & ſeqq. 47. & ſeqq. 49. 50. 93. 94. 105. 106. & 107. 451
Abſoluere ab obſeruatione iudicij, & abſoluere, rebus ſtantibus, quomodo idem importent, gl.14. quæſt.7. num.102. 460
Abſoluere, vel condemnare diffinitiuè quando iudex debeat in cauſa criminali, gl.14. quæſt.7. num.109. Et quando non poteſt diffinitiuè condemnare, nec diffinitiuè abſoluere, quomodo debeat expedire, num.110. & ſeqq. 462
Abſoluere nocentem ex falſis probationibus debet in iudice generare minorem ſcrupulum conſcientiæ, quam condemnare innocentem, gl.14. quæſt.8. num.18. 482
Abſolui debet reus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam ſi nihil præſtiterit, quando actor, vel accuſator non probauit, gl.14. quæſt.21. ſub num.1. Etiam ſi reus non petijſſet abſolui, num.2. 621
Abſolui debet reus diffinitiuè, actore non probante, gl.14. q.7. ſub num.146. 468
¶ *Abſolutis* à reliquis quinquaginta non cenſentur duo obligati in ſolidum in centum, & inſolidum conuenti, licet iudex eos non condemnauerit in ſolidum, ſed ſimpliciter, gl. 14. quæſt. 4. num.18. & 20. 434

Abſolutio, Abſolutoria, Abſolutus.

Abſolutio actoris eſt impropria, & iniuſta, gl.14. quæſt.7. num.97. & ſeqq. imò in effectu eſt eius condemnatio, ſub num.98. 457
Abſolutio a cenſuris præcedit abiurationem, gl.14. quæſt.7. ſub num. 77. in fine, & ſeqq. 474
Abſolutio diffinitiua reorum in cauſis criminalibus quare receſſerit ab aula, & introducta ſit abſolutio, rebus ſtantibus, ſeu ab obſeruatione iudicij; gl.14. quæſt.8. num.22. 23. & 24. 483
Abſolutio ab obſeruatione iudicij eſt frequens in Curia Florentina, & quare, gl.14. quæſt.7. num. 95. & 100. Et non ſolum abſoluitur reus, ſed etiam actor, & non ſolum ab obſeruatione iudicij, ſed etiam vterque ab expenſis, & quandoque prima iudex abſoluit vtrumque ab obſeruatione iudicij, & ab expenſis, & ſecundus in appellatione ab inſtantia iudicij, num.96. Sed tota iſta praxis late reprehenditur, num.97. & ſeqq. 458
Abſolutio, vel condemnatio ſi in iudicio fam. erciſcundæ ſit omiſſa in perſona vnius, in cæterorum perſona lata, non valet, gl. 14. quæſt.4. num 8. 432
Abſolutio ab obſeruatione iudicij an & quando ſit interlocutoria, & quando non, gl.14. quæſt.5. num.20. 442
¶ *Abſolutoria* ſententia, lata pro vno, non prodeſt alijs, gl.14. q. 12. num. 12. & ſub num.57. Niſi eſſet omnium eadem defenſio, num. 55. 59. & 60. Et niſi abſolutoria ſit lata in crimine adulterij, dicto num. 59. in fine. 529
Abſolutoria ſententia lata pro mandatario, non prodeſt inquiſito de mandato, gl.14. quæſt 12. num.57. 529
Abſolutoria ſententia in cauſa hæreſis, & ſimilium nunquam tranſit in rem iudicatam, gl.14. quæſt.7. num 160. & 161. 471
¶ *Abſoluto* reo obſeruatione iudicij, ſimiliter iudex reſeruat actori facultatem melius probandi, gl.14. q.7. num.103. Etiam ſi inſtantia eſſet perpetua, num.104. 461
Abſolutus ſimpliciter, præſumitur regulariter abſolutus diffinitiuè. gl.14. quæſt.7. num.146. Procedit hoc in cauſa ciuili, num. 147. Maxime ſi vtrique parti fuiſſet datus terminus ad probandum, num.148. Imo etiam ſi lis non fuiſſet conteſtata, & reus eſſet abſens, & contumax, dummodo actor elegiſſet viam probandi, & non probaſſet. num.149. 468
Abſolutus ſimpliciter in cauſa criminali, an cenſeatur abſolutus diffinitiuè, vel ab obſeruatione iudicij, ideſt, rebus ſtantibus, &c. gl.14. quæſt.7 num. 150. & ſeqq. Et quando debeat abſolui, rebus ſtantibus, & non diffinitiuè. etiam quod contra eum nihil ſit probatum, num 157. Et etiam, quod fuerit tortus, num. 158. 469
Abſolutus in cauſa hæreſis, nunquam cenſetur abſolutus diffinitiuè, & quare, gl.14. quæſt.7. num.160. Hoc dicimus etiam de abſoluto in alijs delictis grauibus, qualia ſunt proditio patriæ, & conſpiratio contra principem. n.161. 471
Abſolutus expreſſim ab obſeruatione iudicij, nunquam poteſt præſumi abſolutus diffinitiuè, etiam ſi eſſemus in cauſa ciuili, & actor nihil probaſſet, gl 14. quæſt.7. num.163. Fallit quando in abſolutione eſt expreſſa cauſa, quæ importat omninò abſolutionem diffinitiuam, num.166 471
Abſolutus, rebus ſtantibus, ſeu ex hucuſque deductis, poteſt ex nouis ſuperuenientibus moleſtari, gl.14. quæſt.7. num.164 & ſub num. 169. Quia non dicitur abſolutus diffinitiuè, num. 165. 471
Abſolutus diffinitiuè in criminalibus, an poſſit denuo moleſtari, gl.14. quæſt.7. num. 169. Et quid ſi ſit abſolutus propter peremptam inſtantiam, ibidem. 473
Abſolutus non cenſetur ab alijs quinque, qui fuit conuentus in decem, & iudex condemnauit in quinque, gl.14. quæſt.4. num. 17. Sed quid ſi fuerit condemnatus in quinque, cum taxatiua (tantum) num.24. & ſeqq. Quid in ſententia lata a iudice appellationis, quæ reformet in parte ſententiam iudicis à quo, num.27. Et quid ſi omiſſa ſint incerta, & illiquida, n. 28. 434

Acceptio, Acceſſorium, Accuſatio, Accuſatus.

Acceptio ſententiæ eſt multiplex, gl.14. quæſt.1. num.9. 419
Acceptio perſonarum opponitur iuſtitiæ, & eſt ſuo genere crimen mortale, gl.10. num.50. Et tollit æqualitatem, n. 51. 383.
¶ *Acceſſorium* ſequitur naturam ſui principalis, poſt gl. in reſp. ſub n.97. 100. & 101. 748
¶ *Accuſatio* de maiori crimine an faciat ſuperſedeſi in accuſatione de minori crimine, gl.14. quæſt.19. num.81. 608
Accuſatione pendente contra iudicem de infamia, vel crimine, iudex interim validè procedit, gl.4. quæſt.3. num.13. Imo neque eum priuat ſententia, ſi per appellationem ſit ſuſpenſa, num 14. & 15. Limitatur multipliciter, num.16. & ſeqq. 120
¶ *Accuſatus* criminaliter, an & quãdo poſſit criminaliter reaccuſare accuſatorem, gl.7. quæſt.4. ſpec. 3. n.95. & ſeqq. in quibus variæ iuriſconſultorum referuntur doctrinæ, & an poſſit reaccuſare ciuiliter, num.102. & ſeqq. in quibus conſiderantur quatuor caſus. 336
Accuſatus de hæreſi coram Inquiſitore, non poteſt accuſatorem reconuenire coram eo de alia ſpecie delicti, gl.7. quæſt.4. ſpec. 3. num.123. & 124. 342

a *Acta,*

Digitized by Google

INDEX.

Acta, Actio, Actor, Actus.

Acta nocent, & proſunt ijs, quibus nocet, & prodeſt ſententia, gl.14. q.12. num.12. & 13. 523

Acta facta in curia eccleſiaſtica, probant etiam in curia ſeculari, gl.13. q.21. num.67. 650

Acta, quæ Notarius enuntiat in extractu, quem pars producit, præſumuntur contra producentem, poſt gl. in reſponſo, ſub num. 80. 745

Acta omnia poſſunt denuo vnico actu reiterari, & fieri, gl. 14. quæſt.25. num.37. 670

Acta, & probata. vide infra in verbo, Probata.

Actis, iuriſdictionem concernentibus, non tranſportatis, non poteſt cognoſci de nullitate ex defectu iuriſdictionis, poſt gl. in reſponſo, n.78. & ſeqq. 745

Actis non integre, ſeu vitioſe tranſportatis, ſententia vel eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, vel eſt alter nulla ipſo iure, eod. reſponſo, num.81. 746

¶ *Actione* carere dicitur is, cuius agere non intereſt, gl. 10. ſub num.63. 385

Actio in factum eſt ciuilis, qua agitur ad intereſſe, gl.14. q.32. n.58. Competit vſque ad 30. annos, n.59. Et datur ſine alia reſtitutione in integrum, n.60. Et quando competat, ſub eod. n.60. verſ. aduertendum. 713

Actione ſi quis careat, ſententia, quæ pro eo ferretur, eſſet nulla, gl.10.num.66. Et quid ſi ſit lata ex impertinentiſſima actione, ſub num.69. & 70. 386

Actio realis executiua datur contra eum, qui ſe obligauit, gl.14. quæſt.10. num.32. Sed an detur contra tertium poſſeſſorem, num.35. & 36. 504

Actione carens, non poteſt agere, gl.10.num.62. & ſeqq. Et quando dicatur iudici conſtare, quod caret actione, num.68. & 72. Et dicitur quis carere actione etiam ſi ea futuro euentu alicuius conditionis poſſit oriri, quia antequam oriatur, non poteſt agere, n.73. Et quando quis poſſit agere ante natam actionem, num.74. 385

Actio realis procedit ab obligatione rerum, & bonorum, & quotuplex procedat, gl.14. q.10. n.31. & 33. 503

Actio, & paſſio in eodem ſubiecto ſtare non poſſunt, gl. 4. q.7. n.12.151. & gl.10.num.2. 375

Actis, & proceſſu facto in curia ſeculari contra clericum, an poſſit ſtare curia eccleſiaſtica, gl.14. q.21. num.69. & ſeqq. & num 75. 631

¶ *Actor*, vel reus ſi ſit mortuus tempore ſententiæ, & ſententia feratur, ſententia eſt nulla, gl.10.n.5. 375

Actor quomodo dicatur adeſſe, quando iudex poteſt procedere ex officio in cauſis ciuilibus, gl.10. n.8. 375

Actor ob quas maculas, & ſordes repellatur a iudicio, gl.10. num.15. 376

Actor dicitur, qui primus prouocat ad iudicium, gl.10. num.13. & 14. 375

Actor ad lites conſtituitur cum decreto iudicis, & quo tempore, & cum periculo conſtituentis, &c. gl.10. n.60. 385

Actor, & reus diuerſo reſpectu eſt is, qui facit examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam, & qui agit ex l. diffamari, gl.11. num.32. & ſeqq. 393

Actor quomodo in iudicio conſideretur, vel ſecunda perſona, gl.4. q.9. ſub n.1. & 2. 160

Actor debet legitimè comparere in iudicio, gl.10. num.4.62.75. & 77. 375

Actoris perſona qua ratione debeat eſſe diſtincta à perſona rei, gl.10. num.2. 375

Actore non probante, reus abſoluitur, gl.14. q. 7. ſub n.6.36. & ſub num.146. 447

¶ *Actum* quis cenſetur gerere, prout licite, & magis licitè poteſt eum gerere; prout eſt ſibi magis vtilis, prout de iure debet gerere, & non ex cauſa voluntaria, ſed ex cauſa neceſſaria, gl.14. quæſt.7. ſub num. 146. verſ. concludo, fol. 468. & quæſt. 23. num.40. 646

Actus, non expreſſo quo nomine fiat, cenſetur factus nomine proprio, gl.1. q.1. num.2. fol.9. Fallit quando appareat coniecturæ in contrarium, n.55. & 56. 18

Actus præſumitur factus ſecundum diſpoſitionem iuris, gl.14. quæſt.22. num.27. 637

Actus præſumitur factus ſecundum cauſam præcedentem, gl.1.q.1. ſub num.55. & gl.14. q 22. n.28. 637

Actus, qui eſt de ſubſtantia rei geſtæ, ex longo tempore præſumitur, gl.1. q.1. ſub num.55. 19

Actuum pluralitas non præſumitur, gl.1. q. 1. ſub n.55. 19

Actus, qui poteſt fieri multiplici nomine, cenſetur factus eo nomine, quo valet, gl.1.q.1. n.57. Et eo nomine, quo melius geritur, n.59. 2

Actus de ſe pertinentes ad officium, cenſetur geſtus nomine officij, gl.1. q.1. num.60. 20

Actus valet etiam ſi expreſſa non ſit facultas, quam agens habet faciendi, gl.1. q.1, n. 58. fol.20. Imo valet etiam ſi ignoret, ſe habere facultatem faciendi, ibid.

Actus nullus, non dicitur actus, gl.4. q.4. n.13. 127

Actus facti ante litis conteſtationem, remanent validi, licet prorogatio iuriſdictionis ſit reuocabilis vſque ad litis conteſtationem, gl.7. q.3. limit. 4. ſub num. 19. ampl.1, & num. 101. 222

Actus noſtri reducuntur ad quatuor ſpecies, gl.4. quæſt.3. num. 27. 121

Actus. vide infra in verbo, Deus.

Additum, Adiectus, Adimplere, Adiudicatio.

Additum cenſetur pars eius, cui additur, gl.7. q.3. limit.2. num. 105. 199

¶ *Adiectus* ſcripturæ, an poſſit agere, gl.10. n.61. 385

¶ *Adimplere* ſi omiſit actor ea parte ſua, repellitur ab agendo, etiamſi agat vigore obligationis cameralis, gl.14. quæſt. 10. num.3. 500

¶ *Adiudicatio* bonorũ an ſit facta ante, vel poſt litem cõteſtatam multi refert, gl.14. q.13. n.41. & 42. 550

Adiudicatio bonorum licet propter exceſſum eſſet reuocanda in totum, tamen non eſſet in totum reuocanda ſententia, gl.14. q.13. n.47. Imò ſi ſententia contineat ſummam debitam, adiudicatio remanet valida, quamuis eſſet facta vltra ſummam debitam, n.48. Et multò magis tenet adiudicatio, quando exceſſus non eſt in ſententia, neque in adiudicatione, ſed ſolummodo æſtimatione rei, num. 49. 551

Adminiſtratores, Admittere, Aduerbia, Aduerſa.

¶ *Adminiſtratores* an, & quando iurent de calũnia, gl.10.n 58. 385

¶ *Admittere* debet iudex iura partium cum clauſula (ſi, & in quantum) gl.14. q.10. ſub n.14. 501

¶ *Aduerbia* remunerat Deus, non nomina, gl. 4. quæſt. 1. ſub num.31. 98

¶ *Aduerſa* ſæpe veniunt propter peccata, gl.4.q.9. n.4. 490

Aduerſa virum oſtendunt, gl.14. quæſt.9. ſub num.22. verſ.tertia. & num.23. 495

Aduerſa, bonis, ſunt bona, & proſpera, gl.14. q.9. ſub num.22 verſ. tertia. & num. ſeqq. 495

Adulterium, Aduocatus, Ædificium.

¶ *Adulterij* crimen eſt ita priuatum, vt iudex ſuper eo ſine legitimo accuſatore procedere non poſſit, & procedendo, grauiter erraret, gl.14. q.19.num.60. 605

Adulterium. vide in verbo, Stuprum.

¶ *Aduocato* in cauſa propria, ſi obtinuit cum condemnatione expenſarum, an debeatur ſalarium, gl.15. n.6. & ſeqq. n.10. & ſeqq. 14.16. & ſeqq. 717

Aduocatus, ſeu procurator iudicis ſi ab eo obtineat ſententiam fauorabilem, ſententia eſt nulla, &c. gl.14. q.12. n. 72. & 73. fol.518. & in reſp. num.83. & 88. 747

Aduocatus, & Iudex ſi bene vtantur legibus, meliorem eligunt vitam, quam alius religioſus, gl.4 q.1. n.34. & 35. 99

Aduocatus æquiparatur militi, gl.9. ſub n.25. 363

Aduocatus nemo eſt idoneus in cauſa propria, gl.4.q.7.n.5. 151

Aduocatus in cauſa propria quis eſſe non prohibetur, imò debet benigne audiri, gl.14. q.23. ſub. n.55. verſ.ſed vt. 649

¶ *Ædificium* deſtructum, & reſtauratum, idem reputatur quoad iura ſeruitutum realium, gl.1. quæſt. 1. ſub n. 203. confir. 2 fol. 49

Ædificatum ſemper cedit ſolo, ibidem.

Aegyptij, Aequalia, Aequiuoca, Aequum.

¶ *Aegyptij* Iuſtitiæ æqualitatem ſignificant ſymbolo pennæ Struthiocameli, gl.10. ſub n.51. 384

¶ *Æqualia* iura habenti, non nocet ſententia, lata contra alium habentem ius æquale, gl.14. q. 12. num. 30. Etiam ſi ſciuerit cauſam tractari, num.44. Et quando non dicatur habere iura æqualia, num.45. 525

Aequi-

I N D E X.

¶ *Aequiuoca* verba ſunt vitanda, quando habemus propria, gl.2. quæſt.1. num.4. 65
¶ *Aequum* æſtimaueris) ſignificat arbitrium boni viri, gl.7. q.3. limit.4. num.127. 238

Agens, Agnatis.

Agens diſtinctam habet functionem à patiente, gl.4.q.7.n.12. 151
Agentem ſine actione poteſt iudex repellere ex officio, gl. 10. n.65.& 68. Similiter agentem ex impertinentiſſima actione, num.69. Secus eſt ſi agatur ex actione inepta, ſed libellus habeat bonam, & aptam narrationem facti, n.71. Secus etiam eſt quando de carentia actionis non conſtat ex libello, num. 72. 385
Agere poteſt quilibet tam nomine ſuo, quam nomine alieno, niſi reperiatur ei prohibitum, gl. 10. num.49. Et ideo poteſt agere etiam per procuratorem, & alias perſonas, de quibus num. 52. Et quæ perſonæ non admittantur in iudicio propter ipſarum fauorem, vel propter inhabilitatem ſine earum vitio, aut defectu, num.77. Si tamen fuerint admiſſæ, tenet ſententia in fauorem aliquorum lata contra aduerſarios, ſed non lata contra eos, num.78. 383
Agere an, & quando dicatur qui petit reſtitui tenutam, ſibi acceptam, gl.11. num.13. & ſeqq. 390
Agere non dicitur accuſatus, ſed dicitur ſe defendere, quando accuſat accuſatorem, quòd produxerit teſtes falſos, gl. 11. num.20. 391
Agere non dicitur, qui dicit de nullitate capturæ, & quod propter capturam coactè ſoluit, repetit, gl.11. n.29. 393
Agere an dicatur, qui intentat remedium, vti poſſidetis, &c. gl.11. num.30. 393
Agere quando quis non dicatur, & ideo reconueniri non poſſit, gl.7. q.4. ſpec.3. n.134. fol. 344. & poſt gl. in reſponſo, ſub n.46. verſ. infero. 738
¶ *Agnatis* non citatis, an noceat ſententia lata contra vaſallum fœudatarium, gl. 14. q.12. n.91. & 92. 535
Agnatis non præiudicat ſententia lata cũ aliquo ex linea tranſuerſali ſuper cauſa filiationis, gl.14. q.12. n.32. 525

Aliena, Animus, Antechriſtus.

Aliena vitia facile videmus, ſed non noſtra, gl.4. q.7. n.4. 150
¶ *Animus* ſuperat torturam, gl.14. q.7.n.119. 464
¶ *Antechriſti*, & ſeductores qui ſint, gl.1. quæſt.1. num.264. & 265. 61

Appellabilis, Appellare, Appellatio.

Appellabilis an fiat ſententia ex eo, quod in ea contineatur ſumma appellabilis, licet coaceruata ex ſeparatis ſummis inappellabilibus, gl.14. q.13. n.4.9. & 24. 542
Appellabilitas in cauſa prorogata an reguletur ab appellabilitate cauſæ, in qua iudex procedit ſine prorogatione, gl.7. q.3. limit.1. n.109. & ſeqq. 199
¶ Appellare poſſunt excõmunicatus, & bannitus, gl.11. n.31. 393
Appellans ſi non eſt grauatus, calumnioſè appellat, poſt gl. in reſp.num.56. 742
Appellans an poſſit renunciare appellationi, gl.14.q.29.num.55. 59.60.& 91. 697
Appellare an poſſit tertius à ſententia, à qua non poteſt appellare is, contra quem eſt lata, ſi ſententia ex natura cauſæ præiudicet huic tertio, etiam non citato, gl.14. q.12.n.101. 536
Appellare licet à mala interpretatione ſententiæ, gl.14. q.17. n. 68. Infra quantum tempus liceat appellare, num.69. & 70. Et ſublata appellatione à ſententia, an cenſeatur ſublata ab illius declaratione, num.71. 586
Appellari poteſt etiam à ſententia nulla, gl.14.q.14.n.4. 558
Appellari poteſt à ſententia, lata ſub conditione, gl.14. q.14. ſub num.1. 558
Appellari debet à ſententia conditionali infra decem dies, numerandos non à die exiſtentis conditionis, ſed à die latæ ſententiæ, gl.14. q.14. ſub num.1. & 5. Alias tranſit in iudicatum, n.2. Siue conditio ſit intrinſeca, ſiue extrinſeca, ibid. 558
¶ Appellationis iudex quando indiſtinctè debeat ſententiã ferre contra actorem originarium, gl.14. q.7. ſub num. 104. verſ. aduerte. 461
Appellatio ab interlocutoria debet admitti, quando grauamen per interlocutoriam illatum non poſſet reparari in diffinitiua, ſeu per appellationem à diffinitiua, & è conuerſo non admittitur, quando grauamen poſſet reparari in diffinitiua, ſeu per appellationem à diffinitiua, & ideo cæteræ conſiderationes ſunt reijciendæ, nempe, an interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, vel non. Item an ſit mixta, vel mera, & ſimiles, & hoc iure vtimur, tam ex Conc. Trid. quàm ex ſtatuto Vrbis, gl.14. quæſt. 4. num.39. 40. & 41. Et ita eſt interpretanda regula Cancellariæ de non recipiendis appellationibus ante diffinitiuam; ſic etiam ſunt interpretandi ſtylus Signaturæ iuſtitiæ, facultates A. C. & ſtatuta prohibentia appellationem ab interlocutoria, num. 42. & ſeqq. Et licet non poſſet reparari per diffinitiuam, tamen ſufficit, quoad prohibendam appellationem, quòd poſſit reparari per appellationem à diffinitiua, num.45. 436
Appellatio ſuſpenſiua, etiam inſpecto iure canonico, non datur à ſententia lata pro adipiſcenda poſſeſſione ex l. fin. C. de edict.diu.adr. gloſ.14. quæſt.24. ſub num.54. verſ. exemplifica. 662
Appellatio in cauſa prorogata ad quem ſuperiorem deuoluatur, gl.7. q.3. limit.1. ſub n.112. 199
Appellatio eo modo, quo eſt prohibita à ſententijs, quæ tranſeunt in rem iudicatam, eodem modo eſt prohibita à ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, gl.14. quæſt.2. num.40. fol. 426
Appellatio quare non ſit neceſſaria in ſententia nulla, gl.14.q.30. n.9. Poteſt tamen ab ea appellari, n.11. 702
Appellationes quo ordine deuoluantur ad Auditores Rotæ Florentinæ, gl.5. q.1. n.4. & ſeqq. 162
Appellatio vnius ex litis conſortibus prodeſt etiam alijs non appellantibus, gl.14. quæſt. 12. ſub num. 103. verſ. confirmatur. 537
Appellationis iudex debet facere, prout facere, & non facere debuiſſet iudex à quo, poſt gl. in reſponſo, num. 83. fol. 746
Appellationis iudex debet iudicare de ſententia iudicis à quo, & non de ſua, in eod. reſponſo, num.95. 748
Appellationum primarum iudices in Curia Florentina ſunt adeo faciles ad reuocandas ſententias, vt ibi iudicem appellationis dicant iudicem reuocationis, gl.14. q.7.n.101. 460

Appetuntur, Apum, Aqua.

Appetuntur aliqua, quæ quandoque, quos delectauerunt per voluptatem, necant, gl.14. q.9. n.24. 496
¶ *Apum* vnus eſt princeps, gl. 1. q.1. n.149. 37
¶ *Aqua* quomodo conſideretur indiuidua, gl.14. quæſt.13.num. 17. 544
Aqua quædam attrahit lignum in profundum, & ferrum ſuſtinet ſupra, gl.3. q.1. num.10. 73

Arbiter, Arbitrari, Arbitrium.

Arbiter, ſeu arbitrator electus de voluntate partium ſine neceſſitate ſtatuti, poteſt cognoſcere de compenſatione, gl.7. q.4. ſpec.3. num. 40. Sed non poteſt cognoſcere cauſam reconuentionis, num.41. Et quando poſſit cognoſcere, ſub num.43. in quarta reſponſione, & num 46. & 47. 325
Arbiter iuris poteſt cognoſcere de cauſa reconuentionis, gl. 7. q.4. ſpec.3. num.44. Et quando non poſſit, num.45. 325
Arbiter ſi ſuper pluribus ſit aſſumptus controuerſijs, ita vt de omnibus ſimul ſententiam diceret, ſi de vna ſententiam dixerit, non dicetur ſententiam dixiſſe, &c. gl. 14. quæſt. 4. num.7.& 10. 432
Arbiter licet ſit electus Papię, tamen poteſt prorogare terminum, dum exiſtit Mediolani, gl.7. q.4. ſpec.2. num.148. 310
Arbiter, ſeu arbitrator voluntarius non cognoſcit de cauſa reconuentionis, gl.7. q.3. limit.1. n.4. 183
Arbitri, & arbitratores qui eſſe poſſint, & qui non, gl.4. quæſt. 2. num.59. 117
Arbitri laudum latum tanquam ab arbitro, & arbitratore, valet gl.4. quæſt.5. num.9. & ſeqq. 136
Arbitramentum latum ex abrupto, eſt nullum, gl. 13. n.19. 410
¶ *Arbitrari* debet bonus vir, quod leges diſponunt, gl.7. q.3. limit.4. num. 126. in fine. 237
¶ *Arbitrio* iudicis eſt relictum quidquid in iure non reperitur deciſum, gl. 14. q.23. ſub n.1. & n. 6. Et quomodo nihil relinquatur eius arbitrio, n.9. & ſeqq. 641
Arbitrium in modo procedendi in cauſis criminalibus quare detur iudici, gl.7. q.4. ſpec.3. num.99. 338
Arbitrium iudicis quale eſſe debeat, & in quibus habeat locum, gl.14. quæſt.11. num.71. 518
Arbitrium ſi iudices commendantibus cauſam promittantvana eſt promiſſio, gl.14. quæſt.23. n.15. 643

I N D E X.

Arbitrium iudex fugere debet, & quare, gl.4.quæſt.6.ſub num.52. & 53. 147
Arbitrium iudicis ceſſat, vbi adeſt conſuetudo, ſeu ſtatutum, gl.14. quæſt.23. num.2. 641
Arbitrium ſuum diſpenſans iudex pro amico in actu iuſtitiæ, perdit animam ſuam, gl.14.q.23. n.10. Quia committit acceptionem perſonarum, n.11. Et ideo non poteſt pro amico, ſeu amiciori ferre ſententiam, n.12. & 14. 642
Arbitrorum ſententiæ latæ, ſtatim facto compromiſſo, an valeant, gl.13. num.26. 411

Arbores, Archiepiſcopus.

Arbores in Inſula Tilon nunquam nudantur, gl. 3. quæſt.1. num. 19. 73
¶ *Archiepiſcopus* non poteſt conſentire in Patriarcham non ſuum, gl.7.q.3. limit.1.num.57. 192

Area, Areopagitæ, Argumentum.

Area, ſeu ſolum dicitur pars præcipua ædificij, &c. gl.1. q. 1. ſub num.203. confirm. 2. ſol. 49
¶ *Areopagitæ* quare iudicent de nocte in tenebris, non viſis perſonis litigantibus, gl.10. ſub num.51. 384
¶ *Argumentum* à minori ad maius, gl.4. q.5. n.2. 135
Argumentum à contrario ſenſu quando ſumi non poſſit, gl.4. q.6. num.40. & 41. 145
Argumentum à reſte ad iudicem valet, gl.14.q.2. ſub num.46. verſ. confirmatur. 428
Argumentum à contractu ad ſententiam valet, gl.14. quæſt. 12. num.10. 523

Ariſtocratia, Ars, Asbeſton.

Ariſtocratia quæ dicatur, gl.1. q.1. n.244. 58
¶ *Ars*, imitatur naturam tanquam magiſtram non errantem, gl. 14. quæſt.13. num.11. & ſub num.18. 544
¶ *Asbeſton*, lapidis natura, gl.3. q.1. n.14. 73

Aſinus, Atheiſta, Auaritia.

Aſinus intumeſcit, ſi viderit ſe per comparem apprehendi, gl.14. quæſt.12. ſub num.2. 522
¶ *Atheiſta* cognoſcit, eſſe Deum, gl.1. q.1.n.38. 15
¶ *Auaritia* vti delictum debet extirpari, gl.7. q.3. limit.4. n.216. verſ. ratio. 253

Audire, Auditor, Auocare.

Audire debet iudex æqualiter, gl.5. q.1. ſub n.1. 162
¶ *Auditore* Rotæ decedente antequam ſubſcripſerit ſententiam, ad quam ferendam habuerat terminum pro ſeruato, poteſt vnus ex alijs Auditoribus abſque alia citatione ſubſcribere, gl.9. n.55. Dummodo ſubſcribat antequam labatur terminus habitus pro ſeruato, alias requiritur noua citatio, num.57. 369
Auditor Cam. eſt iudex ſententiarum, &c. gl.14. q.11.n.26. 510
Auditor Rotæ ſignificat iudicem, gl.5. q. 1. n.2. 162
Auditor Rotæ Florentinæ cognoſcit etiam cauſas mixtas, gl. 6. n.4.19.20. & 23. in quibus declaratur. 166
Auditores Rotæ Florentinæ ſunt ſex, qui vocari ſolent Iudices conſilij iuſtitiæ, & de eorum iuriſdictione, ordine, & diuiſione, num.3.& ſeqq. 162
Auditores Rotæ, vide infra in verbo, Rotæ auditores.
¶ *Auocare* qua ratione Papa poſſit cauſas, tam in curia, quam extra, gl.7. quæſt.4. ſpec.4. num.4. Et quando non auocet, num.5. 8.9. 349

Aurum, Auxilium.

Aurum, vide in verbo, Muneribus.
¶ *Auxilium* ſuperioris debet miniſter inuocare, gl. 1. quæſt. 1. num.12. 21

Bannitus, Baptizandus.

BANNIRI, & condemnari poteſt quis licet maneat extra territorium bannientis, gl.7.q.4. ſpec.4.num.158. 311
Bannitus captus extra territorium, debet relaxari, gl.7. q.4. ſpec.2. ſub num.61. verſ. conſequitur. 294
Bannitus ab vno loco, cenſetur bannitus ab omnibus locis, ſubiectis eidem principi, & etiã à loco confœderato, gl.7. q.4. ſpec.2. n.64. & 65. 295
Bannitus ab vno territorio, in quo ex forma ſtatuti poteſt impunè occidi, an poſſit impunè occidi in Eccleſia, gl.7. quæſt.4. ſpec. 2. num.66. 296
Bannitus, & excommunicatus an æquiparentur, &c. gl.7. quæſt.4. ſpec.2. ſub n.70. verſ. nota. 297
Bannitus non poteſt reconuenire, gl.7. q.4. ſpec.3. n.36. 324
Bannitus poteſt compenſare, gl.7. q.4. ſpec.3. n.36. 324
Bannitus non poteſt agendo ſtare in iuditio, gl.10. n.15. Et ſicut non poteſt agere per ſe ipſum, ita neque per procuratorem, n.17. Declaratur vt ſententia ad eius fauorem lata ſit nulla, ſecus ſi ſit lata contra eum, n.76. 376
Bannitus poteſt conueniri, & citari, gl.11. ſub n.9. Et quia citatur eſt audiendus in defenſione, n.10. Et in quibus poſſit ſe defendere, n.13. & ſeqq. Et in quibus non ſit audiendus, num. 32. & ſeqq. 389
¶ *Baptizandus* ſi ſit in periculo mortis, poteſt baptizari à laico, gl.7. q.3. limit.5. ſub n.36. 264

Bariſellus, Baro, Bartoli.

Bariſellus Lucanus, & ſimiles, qui habent iuriſdictionem, poſſunt eam exequi etiam in agro, &c. gl.7. quæſt.4.ſpec.2.ſub num.20. ſubextien.7. 287
¶ *Baro, &* ſimiles Domini auocare poſſunt cauſas, gl.7. quæſt. 4. ſpec.4. num.7. Et qua ratione prohibere poſſint ſubditis, ne eant ad Curiam, num.10. 349
Baronis iuriſdictio quia eſt perpetua poteſt prorogari de tempore ad tempus, gl.7. quæſt.4. ſpec.1. num.2. & 3. 271
¶ *Bartoli* auctoritati non videtur anteponenda auctoritas Rotæ, gl.14. quæſt.24. num.14. 655
Bartolum Iaſon exiſtimat tanquam ſemideum in legibus, gl. 14. quæſt.13. ſub num.15. 544

Beneficium, Bonum.

Beneficium remanet reſeruatum Papæ, & ordinarius de eo ſe non intromittit, quamuis Papa de eo nulliter prouiderit, gl.4. q.6. num.28. 143
¶ *Boni*, & pij viri, qui Deo chariſſimi ſunt, omni acerbitatum genere vexantur, gl.14. q.9. n.21. in fine, ſub n.22. verſ. ſecunda, & num.26. 494
Boni, & honeſti viri deprimuntur, gl.14. quæſt.9. ſub n.31. 497
Bonis mala ſunt bona, gl.14. q.9. ſub n.22. verſ. tertia. & num. 23.& ſeqq. & num.38. 495
Bonis quare Deus quandoque det diuitias, &c. gl. 14. quæſt.9. num.39. 498
Bono viro nihil mali accidere poteſt, gl.14. quæſt.9. ſub. num.22. verſ. tertia. Eique nihil nocere poteſt, n.32. & ſeqq. 495
Bonum an, & quando ſit præſumendum, gl.14. quæſt. 21. n. 27. & 33. 626
Bonus licet ſeruiat, tamen liber eſt, gl.4. quæſt.1. ſub num. 15. ſol. 94
Bonus poteſt dici miſer, ſed non eſſe, gl.14. quæſt.9. ſub. num.22. verſ. tertia. 495

Calamitas, Calumnia, Camerali.

CALAMITAS vitæ humanæ incipit ab initio, & qualis, quantaue ſit, gl.14. q.9. num.18.& ſeqq.& num.30. 494
¶ *Calumnia* habetur loco libelli inepti, gl. 14 q.19.n.111. Et vnde colligatur, n.112. 614
¶ *Camerali* obligationi, quæ exceptiones obſtent, gl.14. quæſt.10. num.5. 500

Campſores, Canoniſtis, Capacitas.

Campſores accipiunt mercedem, etiam pro negotio proprio, gl. 15. n.9. Et propterea ipſi tenentur ſoluere expenſas aduocato etiam in cauſa propria, ſub num.16. 717
¶ *Canoniſtis* parũ placet ſubtilitas legalis, gl.14.q.25.ſub n.38. 670
¶ *Capacitas* dignitatis eſt ſecundum requiſitum in iudice, gl.4.q.2. num.16. 109

Capitolinus, Captioſus, Captura, Captus.

Capitolinus iudex ſi ſententiam ferat extra Palatium Capitolinũ, aut in Capitolio in ſede non ſua, ſententia adhuc valet, gl. 7. q.4. ſpec.2. num.13. & 15. 287
¶ *Captioſus* litigator non debet audiri, & quando dicatur captioſus, poſt gl.in reſp.n.55. 742
¶ *Captura* conceſſa ſine indicijs, & ideo iniuſtè, non iuſtificatur ex indicijs ſuperuenientibus, gl.14. q.8. ſub n.30. 484

Captus

Digitized by Google

I N D E X.

¶ *Captus* male, retinetur bene, ſi eſſet demum capiẽdus, ſed tamen iudex, qui conceſſit capturam, male fecit, & eſſet puniendus, gl.14. q.8. ſub num.38. 484

Carceratus, Carnis, Caſuum, Cauſa.

Carceratus pro ſumma, excedente debitum, debet remanere carceratus pro ſumma debita, gl.14. q.13. n.34. Et ita diſponunt ſtatuta Genuæ, num.38. 549

¶ *Carnis* delictum, quod directo probari non poteſt, probatur per indicia immediata, gl.14. q.21. n.16. 624

¶ *Caſuum* fortuitorum generalis renunciatio in eo, qui promiſit ſiſtere in iudicio, an valeat, gl.7. q.3. limit.4. n.136. 239

¶ *Cauſa*, quæ dicatur magna, & quæ parua, relinquitur arbitrio iudicis, gl.14. quæſt.7. num.69. Et quæ dicatur magna, num. 71. 456

Cauſa criminalis, tanquam maior, facit ſilere ciuilem, tanquam minorem, gl. 7. quæſt. 4. ſpec. 3. num. 105. 106. & ſub num. 107. 339

Cauſa primaria plus influit in ſuum cauſatum, quàm influat cauſa ſecunda, gl.1. q.1. n.86. 22

Cauſa meri facti, quæ pertinet ad Curiam mercatorum, quæ ſit, gl.3. q.8. n.32. & ſeqq. 86

Cauſa ſemel introducta in auditorio Principis, nunquam redit ad ordinarium, niſi expreſsè a Principe remittatur ad eum, gl 4. q.6. num.14. 142

Cauſa propria dicitur, etiam ſi fiat propria, pendente lite, gl.4. q.7. n. 17. Item ſi in parte ſit propria, n.18. Item ſi ſecundario ad ſe ſpectet, num.19. Item quouis modo iudex habeat intereſſe in cauſa, ſiue ratione amoris, ſiue odij, &c. num.20. fol. 152

Cauſa propria Epiſcopi, ſeù alterius Prælati, quando dicatur, ad effectum, ne ipſe in ea iudicare poſſit, gl.4. quæſt.7. ſub num.19. declar.4. 152

Cauſæ nomen eſt generale, & quid ſignificet, gl.6. n.1. 165

Cauſa quæ propriè dicatur, gl.1. q.1. n.254. fol.60. Et poſt gl. in reſponſo, n.36. & ſeqq. 735

Cauſæ proximæ & immediatæ tribuitur effectus, ibidem.

Cauſa proxima attenditur & non remota, ibidem.

Cauſa ciuilis quæ dicatur, gl.6. num.2. 165

Cauſa mixta eſt duplex, gl.6. num.3. 165

Cauſa mixta participat de ciuili, & de criminali, ibidem.

Cauſa dicitur criminalis, etiam ſi pœna ſit pecuniaria, & tota applicaretur parti, dummodo procedat ex delicto, gl.6. num.10. 166

Cauſa dicitur criminalis quando agitur de delicto, quod infamat, etiam ſi pœna imponenda ſit pecuniaria, gl.6. num.18. 168

Cauſa finita non poteſt producere effectum infinitum, gl.7. q.4. ſpec.2. num.48. 298

Cauſa propria quot modis dici poſſit, gl.10. ſub. n.26. 379

Cauſa ſi ſit propria, ſententia in ea lata eſt nulla, etiam parte tacente, gl.4. q.7. n.2. in fine. 150

Cauſæ cognitione adhibita, requiritur vlterius congrua deliberatio ad ponderandum ſententiam ferendam, gl.13. num.29. Declaratur, num.63. & 64. 412

Cauſæ continentia non eſt diuidenda, ideo tota controuerſia remittenda eſt ad vnum, eumdemq. iudicem, gl.7. q 4. ſpec.3. num.62.63. & 64. 329

Cauſa conuentionis, & reconuentionis ſi ſimul non expediatur, poteſt primo condemnatus appellare, gl.14. quæſt. 30. num. 13. 702

Cauſam eſſe criminalem vnde cognoſcamus, gl.6. ſub num. 18. fol. 167

Cauſa, quæ præceſſit aliquem actum, puta habitionem, præſumitur in illo actu, etiamſi præceſſerit ex interuallo, gl.1. quæſt.1. ſub num.55. & gl.14. quæſt.19. & 22. num 28. 637

Cauſa. vide in verbo, Titulus.

Cauſatum debet referri ad cauſam cauſæ, gl.1. quæſt.1. n.71. 22

Cauſidici, Cautela, Cautio, Cedula.

Cauſidici dicuntur nobiliſſimi, gl.4. q.1. ſub n.55. 104

Cauſidici improbi vituperantur, & valde reprehenduntur, gl.14. quæſt.16. num.29. 574

¶ *Cautela*, quæ poteſt nocere animæ, eſt reijcienda, gl.7. q.3. limit.2. num.14. & 15. 205

¶ *Cautio* de reſtituendo, ſeu de euictione non pendet ab alia regula, quàm ab iſta, quòd iudex ex ſuo arbitrio, iuſta cauſa ſuadente, debeat occurrere, ne ſoluens patiatur damnum, poſt gl. in reſponſo, num. 70. 744

¶ *Cedula* ſtylus, quo vtuntur iudices Rom. Curiæ in ferendis ſententijs qualis ſit, gl.9. num.39. 40.46. & ſeqq. vſque ad num. 54. incluſiue. Cæterum, circumſcripto ſtylo, an valeat ſententia quando iudex pronunciat, prout in cedula, quæ tunc legi non poteſt, num.41. & ſeqq. 366

Celeriter, Cenſus, Certa, Ceſſio.

Celeriter quibus caſibus ferri debeat ſententia, & expediri cauſa, gl.13. num.64. 417

¶ *Cenſum* declarari fuiſſe nullum ab initio, & declarari eſſe extinctum, paria ſunt, poſt gl. in reſponſo, n.100. 749

Cenſus extinctus non reuiuiſcit ex proteſtatione irreleuanti, poſt gl. in reſponſo, num 48. 740

Cenſus, vide infra in verbo, Pij V. in verbo, Dominus cenſus, & in verbo, Dilatio ad redimendum.

¶ *Certa* debet eſſe ſententia etiamſi de incerta quantitate ſit actum, gl.14. q.15. n.1.2. & 23. Et quando iudex ſit omnino inexcuſabilis, ſi incertam ferat ſententiam, n.8. 566

Certa tunc præcipue debet eſſe ſententia, quando libellus eſt certus, gl.14. q. 15. num.5. Imò etiam ſi libellus eſſet incertus, dummodo fiat certus in proceſſu, n.6. 7. & latius ſub n.23 566

Certa vt dicatur ſententia per relationem ad acta, an debeat habere relationem ad acta probatoria, vel ſufficiat, ſi habeat relationem ad acta non probatoria, gl.14. q.15. n.12. & ſeqq. Sed ſi ſententia non habeat relationem ad acta, ſed tamen poſſit certificari ex actis, tunc debet certificari ex actis probatorijs, num.16. & 17. 567

Certam ſententiam ſi iudex ferre non poſſit, qualem ſententiam ferre debeat, gl.14. q.15. n.23. & ſeqq. 569

Certum dicitur etiam illud, quod non eſt certum in ſe ipſo, ſed poteſt ſtatim fieri certum per relationem ad aliud, gl.14. q.15. num.11. 567

¶ *Ceſſio* bonorum facta cum vno creditore, an præiudicet alijs creditoribus non citatis, gl.14. q.12. n 33. 585

Ceſſionis bonorum miſerabili beneficio an poſſit renunciari, gl. 7. q.3. limit. 4. n.227. 255

Ceſſionarius an, & quando ante litem conteſtatam debeat fidem facere de ceſſione, gl.10. ſub num.72. verſ. confirmatur. & poſt gl. in reſponſo, n.45. fol.386. & 737.

Charitas, Chriſma.

Charitas ordinata incipit à ſeipſo, gl.14. q.18. n.34. 594

¶ *Chriſma* eſt vnctio, gl.1. q. 1. num.181. 43

Chriſtianus, Chriſtus.

Chriſtianus vnde dicatur, gl.1. q.1. n.180. 43

Chriſtianorum gens diuiditur in decem nationes, gl.1. quæſt.1. num.184. 43

¶ *Chriſti* actio eſt noſtra inſtructio, gl. 1. q. 1. n.15. 11

Chriſto fuit data omnis poteſtas in cælo, & in terra, & eius regni non erit finis, gl.1. q 1. n.99. & n.165. & 166. fol.28. & 39

Chriſtus ſi, perdendo animam propriam, potuiſſet ſaluare totum genus humanum, eam tamen noluiſſet perdere, gl.14. q.18. ſub num.34. 594

Chriſtus iudicabat nomine Patris, gl.1. q. 1. n.14. 11

Chriſtus in quantum fuit homo, potuit eſſe etiam Rex, & Dominus huius mundi, etiam in temporalibus, gl.1. quæſt.1. num. 109. 30

Retinuit dominium etiam in temporalibus, num. 110. & ſeqq. 30

Et ei conuenit iudiciaria poteſtas quoad omnes res humanas, num.107. 30

Chriſtus eſt lapis angularis, gl.1. q.1. n.98. & 99. 28

Chriſtus permiſit, vt Principes ſeculi dominarentur, quouſque ſuum regnum eſſet perfectum, gl.1. q.1. n.104. 30

Chriſtus eſt filius, & hæres Dei, gl.1. q.1. n.106. 30

Chriſtus quare venerit in mundum, gl.1. quæſt.1. num. 117. 118. & 121. 31

Chriſti regnum non eſſe de hoc mundo, quomodo intelligatur, gl.1. q.1. ſub num.119. & 127. 32

Chriſtus noluit eſſe iudex petentis diuiſionem, gl. 1. q.1. ſub n.120. Et quare noluit, num.128. 32

Chriſtus licet venerit ad tollendum peccatum, numer.121. Tamen retinuit etiam imperium temporale, numer. 129. fol. 32

Chriſtus non dixit, duos gladios eſſe nimis, gl. 1. quæſt. 1. num. 124. & 130. 32

Chriſtus noluit, quòd Petrus eius Vicarius exerceret gladium temporalem per ſeipſum, gl.1. q.1. num.131. 33

Chriſtus non approbauit Cæſaris dominium, &c. gl. 1. quæſt. 1. num. 132. & 133. 33
Chriſtus habebat imperium etiam quando dixit Pilato, quod non haberet poteſtatem, niſi ei data eſſet deſuper, gl. 1. quæſt. 1. num. 123. & 134. 32
Chriſtus omnem iuriſdictionem tam ſpiritualem, quàm temporalem tranſtulit in Petrum, eiuſque ſucceſſores, gl. 1. q. 1. num. 158. fol. 35
Chriſtus vnde dicatur, gl. 1. quæſt. 1. num. 181. 43
Chriſtus loquitur de ſe in perſona ſingulari, & quare, gl. 2. q. 1. num. 6. 14. & 15. 66
Chriſtus noluit eſſe teſtis in cauſa propria. gl. 4. quæſt. 7. num. 29. 154
Chriſtus, vide in verbo, Ieſus Chriſtus.
Imperium, & omne regnum fuit à Deo tranſlatum in Chriſtum, gl. 1. quæſt. 1. num. 48. 96. & 98. fol. 18. 26. & 28.
Chriſti Regnum, & Monarchia, vide infra in verbo, Monarchia.
Chriſti nomine inuocato, initiatur ſententia Romæ, & quare, gl. 1. quæſt. 3. num. 2. 64

Circuitus, Citare, Citatio, Citatus.

Circuitus inutilis eſt vitandus. gl. 14. quæſt. 23. num. 25. & ſeqq. Et quando dicatur inutilis, num. 27. 644
¶ *Citare* an, & quomodo poſſit iudex in alieno territorio, gl. 7. quæſt. 4. ſpec. 2. ſub num. 172. limit. 10. 314
Citari quis debeat, & quomodo ad ſententiam, gl. 9. ſub num. 36. 368
¶ *Citatio*, & iudicis decretum ante executionem ſemper ſunt neceſſaria, licet obligatio, ex qua datur executio, ſit arctiſſima in forma cameræ, gl. 14. quæſt. 10. ſub num. 1. Et quid ſeruetur Florentiæ, num. 6. 500
Citatio ad ſententiam in cauſis criminalibus, & quando reus condemnatur ad mortem, gl. 9. num. 87. & 88. 372
Citatio eſt neceſſaria ad ſententiam, gl. 9. num. 36. 366
Citatio ad ſententiam an ſit neceſſaria quando fertur vltima die inſtantiæ, gl. 9. num. 58. & ſeqq. & num. 81. & ſeqq. 370
Citatio an requiratur in legitimatione, gl. 7. quæſt. 4. ſpec. 2. num. 82. 299
Citatio ad ſententiam requiritur etiam ſi arbiter eam ferat vltima die termini præfixi à ſtatuto in compromiſſo, gl. 9. num. 59. Contrarium, num. 72. & 77. 370
Citatio ad aliquem actum eſt neceſſaria, ſi actus fiat ante vltimam diem termini dati ad illum faciendum, ſecus ſi fiat vltima die, gl. 9. num. 64. 370
Citatio quando non ſit neceſſaria, gl. 9. num. 65. & ſeqq. vſque ad num. 73. incluſiue. 370
Citatio ad audiendum voluntatem iudicis videtur inepta, gl. 14. quæſt. 1. num. 7. 418
Citatio iudicis ſecularis nominatim contra clericum eſt ipſo iure nulla, gl. 7. quæſt. 3. limit. 1. num. 25. 187
Citatio, quomodo, & quare dicatur ſententia interlocutoria, gl. 14. quæſt. 4. num. 3. & ſeqq. 432
Citationem ſi iudex ante prolationem ſententiæ narret ſe vidiſſe, ad quid poſſit prodeſſe, gl. 9. num. 34. & 35. 365
Citationem ad ſententiam iudex diffundere poteſt in ſequentem diem, gl. 9. ſub num. 37. 366
Citationem ſi iudex committat, dicitur interlocutoria, gl. 14. quæſt. 5. num. 3. 440
Citationem decernere non poteſt iudex, dum exiſtit in territorio alieno, gl. 7. quæſt. 4. ſpec. 2. ſub num. 45. 291
Citationis executæ relatione non facta iudici, ſententia lata contra contumacem eſt nulla, gl. 4. quæſt. 4. ſub num. 2. & 4. in fine, & num. 11. & ſeq. Sed dicitur nulla non ex ignorantia iuriſdictionis, ſed ex defectu citationis, ſub eod. num. 11. & ſeqq. Multi tamen ſunt caſus, in quibus non eſt nulla, num. 17. & ſeqq. 125. & ſeqq.
Citationis vim non habet certus terminus aſſignatus a lege, gl. 9. ſub num. 8. 370
Citatione ad ſententiam facta pro certa die, ea die ferri debet ſententia, gl. 9. num. 37. 366
Citata parte ad ſententiam, duplici via ferri poteſt ſententia, gl. 9. num. 38. & ſeqq. 366
¶ *Citatus*, ſi ſit ipſo iure exemptus à iuriſdictione citantis, proceſſus eſt nullus, quamuis eſſet dubium de exemptione, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 16. 186
Citatus, qui regulariter non eſt ſubiectus iuriſdictioni citantis, non tenetur comparere, niſi in citatione fuerit expreſſus caſus, in quo citans habet iuriſdictionem, gl. 7. quæſt. 3. limit. 1. n. 15. & 20. 185
Citatus non tenetur comparere, quando in citatione non exprimitur iuriſdictio, cui citans innititur, licet non ſit notorium, citantem non eſſe iudicem, gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 17. 185
Citatus generali citatione, qua citātur omnes ſua intereſſe putantes, cōparēdo, reputatur reus neceſſarius, gl. 12. n. 40. & ſeq. 395
Citatus edicto non ſolemni, ſi condemnetur, condemnatio eſt nulla, & appellatio non eſt neceſſaria, gl. 14. q. 30. n. 12. 701

Ciuilis, Clauſula, Clericus.

Ciuilis actio quibus caſibus præiudicet criminali, gl. 14. q. 35. num. 49. 613
Ciuilium cauſarum iudex, an poſſit cognoſcere de falſitate teſtium, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. n. 84. 332
¶ *Clauſula* generalis reſpectu perſonarū, & rerum poſita in reſcripto commiſſionis cauſæ, non extenditur ad perſonas, & res digniores, & maiores expreſſis in reſcripto, gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 133. 250
Clauſula generalis comprehendit minora, & æqualia expreſſis, ſed non maiora, gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 132. & ſeqq. 238
¶ *Clerici* tutor an poſſit eſſe laicus, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. n. 111. 305
Clerici qui actus ſupponantur iuriſdictioni iudicis ſecularis, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. ſub. n. 83. verſ. confirmatur, & n. 131. 331
Clerici doctrina quanta ſit neceſſaria ad obtinendum beneficium ſimplex, gl. 3. q. 2. n. 19. 83
Clerici ſunt honorabiliores Monachis, gl. 4. q. 2. n. 36. 99
Clerici, qui habent priuilegium fori, qui ſint, gl. 7. quæſt. 3. limit. 1. num. 7. in fine. 184
Clerici confeſſio facta coram iudice ſeculari, poteſt facere indicium ad torturam, gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 19. 186
Clericorum cauſæ cenſentur quaſi ſpirituales, gl. 7. quæſt. 3. limit. 1. num. 7. 184
Clericorum priuilegium quoad forum trahit originem à iure diuino, & eſt inductum in fauorem totius ordinis clericalis, gl. 7. quæſt. 3. limit. 1. n. 7. 154
Clericorum priuilegium concernit etiam intereſſe proprij Epiſcopi, gl. 7. q. 3. limit. 1. ſub n. 7. 184
Clericus an ratione deſtinatæ ſolutionis proroget iuriſdictionem, gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 45. & 46. 191
Clericus, qui coram non ſuo Epiſcopo fuerit conuentus ratione geſti contractus, licet non compareat, vel compareat, & non declinet forum, tamen ſi verè in eo loco non contraxit, an proceſſus ſit validus, gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 47. Et quid ſi fuerit citatus laicus, &c. n. 48. 192
Clericus etiam cum conſenſu ſui Epiſcopi non poteſt conſentire in iudicem ſecularem. gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 67. Etiam ſi ſit ſcholaris, n. 68. Et etiam ſi coram iudice ſeculari fideiuſsiſſet pro laico de ſtando iuri, n. 69. Declaratur, n. 70. 193
Clericus, qui inuitus fuerit tractus coram iudice ſeculari, habetur pro abſoluto, gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 73. 194
Clericum trahens coram iudice ſeculari, debet pro pœna perdere cauſam, gl. 7. q. 3. limit. 2. n. 79. Sed trahens coram iudice eccleſiaſtico non ſuo, licet non perdat cauſam, tamen ſententia, quam obtineret, eſſet nulla, n. 80. Sed ſuper iſta pœna multæ excitantur difficultates remiſsiuè, n. 81. 195
Clericus conuentus licet non poſsit prorogare iuriſdictionem in iudicem ſecularem, gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 89. Tamen prorogat ſi ſit reconuentus, ſub n. 90. Et prorogat etiam ſi ipſe ſit actor, eod. num. 89. 196
Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori, gl. 7. q. 3. limit. 4. ſub num. 224. 254
Clericus an quis ſit, nec ne quomodo cognoſci poſsit à iudice ſeculari, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. n. 83. 332
Clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu ſui Epiſcopi, gl. 7. q. 2. n. 6. Imo in iudicem laicum non poteſt etiam cum conſenſu, num. 9. 178
Clericus an poſsit in alienum Epiſcopum prorogare iuriſdictionem ſpiritualem, & quaſi ſpiritualem, gl. 7. quæſt. 3. limit. 5. num. 54. 268
Clericus nec inuitus, nec volens trahitur ad iudicem ſecularem, gl. 7. q. 3. limit. 1. ſub n. 6. Quare non poteſt renunciare priuilegio fori, ſub num. 32. 184
Clericus, citatus a iudice ſeculari, quare non teneatur allegare exemptionem ab illius iuriſdictione, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 9. & ſeqq. 185
Clericus cautè agit, & quare, ſi non opponat declinatoriam fori, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 43. 185
Clericus citatus ſub nomine laici à iudice ſeculari, adhuc non tenetur comparere, & lex Principis ſecularis in contrarium, eſt nulla, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 18. 186

Cleri-

Clericus ratione fœudi poteſt citari coram Domino fœudi etiã laico, gl.7.q.3.limit.1.ſub num.20. 186
Clericus citatus tanquam laicus, ignorato clericatu, ſi in contumaciam fuerit condemnatus, & bannitus, an poſſit impunè offendi, gl.7.q.3.limit.1.num.21. 186
Clericus licet à iudice ſeculari ſit tanquam laicus condemnatus, tamen poterit dicere de nullitate ex defectu iuriſdictionis, gl.7.q.3.limit.1.num.22.& 31. 187
Clericus, ſi non declinauerit forum iudicis ſecularis, coram quo fuerit citatus, tanquam laicus, tenetur ad expenſas factas, gl.7.q.3.limit.1.num.23. Secus ſi eſſet citatus tanquam clericus, nu.24.& 28. vbi magis declaratur. 187
Clericus, ſi reuocatur ad expenſas factas propter eius contumaciam, debet ad eas condemnari à iudice Eccleſiaſtico, gl.7.q.3.limit.1.num.29. 188
Clericus nec tacitè, nec expreſsè poteſt prorogare iuriſdictionem criminalem in iudicem laicum, gl.7.q.3.limit.1.num.33. Et quid de iuriſdictione ciuili, num.34. Et quid in iuriſdictione voluntaria, num.35. 189
Clericus an poſſit legitimari ab Imperatore, gl.7.q.3.limit.1.num.35. 189
Clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem in Epiſcopum non ſuum ſine conſenſu Epiſcopi, gl.7.q.3.limit.1.num.36.& 38. Et an ſufficiat conſenſus inferioris ab Epiſcopo, num.40.& 41. Et quando prorogatio teneat ſine conſenſu ſui Epiſcopi, num.43.& ſeqq. 189
Clericus à quo recepit ordines, ab eo debet recipere iudicium, gl.7.q.3.limit.1.num.38. 189
Clericus contrahendo, vel delinquendo in aliena diœceſi, prorogat iuriſdictionem, gl.7.q.3.limit.1.num.43. Similiter prorogat fideiubendo de ſtando iuri, &c. num.44. 190
Clericus agens contra laicum coram iudice ſeculari, an poſſit coram eo reconueniri a laico, gl.7.q.4.ſpec.3.num.127.& ſeqq. in quibus diſtinguuntur aliqui caſus. 343
Clericus quando poſſit conueniri coram iudice ſeculari, gl.7.q.4.ſpec.2.ſub num.131. 344

Clientes, Cœcus, Cœli.

Clientes non ſoluentes mercedem, cauſas perdere ſolent, gl.15, ſub num.38. 721
¶ *Cœcus* non poteſt fieri iudex, ſed factus, remanet, gl.4.q.2.nu.10. Declaratur, num.12. 109
Cœcus an prohibeatur poſtulare, gl.4.q.2.num.11.& 12. 109
¶ *Cœli* firmamentum, & qualitates ignorantur à phyſicis, gl.1.q.2.num.136. 34

Cognitio, Cognoſcere, Cohæredi, Coitus.

Cognitio cauſæ eſt neceſſaria ante ſententiam, gl.13.num.2. Etiam de iure diuino, num.3. Et ideo ſi ſit lata ſine cauſæ cognitione, erit ipſo iure nulla, num.4.& 10. 408
Cognitio cauſæ debet præcedere ſententiam, & non ſequi, quia eſſet nulla, gl.13.num.7. Etiam ſi ex cognitione poſtea adhibita appareret iuſtitia ſententiæ, num.8. 409
Cognitio cauſæ licet præſumatur, tamen temporis breuitas eam excludit, & multo magis probatio in contrarium, gl.13.num.28. 411
Cognitio adhibita in iudicio ſummario, non parit exceptionem rei iudicatæ in iudicio plenario, gl.14.q.2.num.13. 422
Cognitio cauſæ quando dicatur non adhibita in ſententia, gl.13.num.22.& ſeqq. 410
¶ *Cognoſcere* diligenter, & maturè debet iudex, &c. gl.5.q.1, ſub num.1. 162
Cohæredi non nocet ſententia lata pro creditore hæreditario contra cohæredem, &c. gl.14.q.12.num.30. 525
¶ *Coitus* nõ poteſt probari directo, & teſtis, qui de eo directo deponeret, eſſet falſus, gl.14.q.21.num.17. Et ex quibus actibus probetur, nu.19. Et ex quibus non probetur, nu.21.& 28. 625
Coitus ex quibus actibus probetur, non poteſt dari certa doctrina, gl.14.q.21.num.26. 625

Collateralis, Collatio.

Collateralis Capitolinus non exequitur ſententiam alterius Collateralis, gl.14.q.11.num.7. 507
¶ *Collatio* beneficij, facta per Epiſcopum intra menſem datum expectanti, ſi, expectans non acceptauit, eſt valida, gl.4.q.4.num.57. 134
Collatio facta ab Ordinario de beneficio, cuius collatio ſpectabat ad inferiorem, an reconualeſcat, ſi poſtea deuoluatur ad Ordinarium, gl.4.q.4.num.58. 134

Collegatarius, Colluſio, Colonus.

Collegatarius, vide infra in verbo, Confidecommiſſario.
¶ *Colluſio* ſi interuenerit in ſententia, illa ſententia alijs non præiudicat, gl.14.q.12.num.123.fol.539.& q.18.num.25. 593
Colluſio, fraus, dolus, & ſimilia ſunt germana, gl.14.q.18.ſub num.8. 591
Colluſio non præſumitur, gl.14.q.19.num.48. 603
Colluſioni via non eſt aperienda, gl.14.q.12.num.8. 523
¶ *Colonus* volens vendere frumentum, debet illud vendere potius domino directo, quàm alteri, gl.14.q.29.num.37. 694

Comes, Commiſſio, Committendo.

Comes licet ſit condemnatus in mille pro furto, tamen non perdit comitatum, &c. gl.4.q.3.num.11. 119
Comes Palatinus habet auctoritatem creandi notarios, gl.7.q.4.ſpec.2.num.131. 308
Comes Palatinus habet auctoritatem legitimandi, gl.7.q.4.ſpec.2.num.106. 303
¶ *Commiſſio* ſanatoria nullitatum non ſanat nullitatem ex defectu iuriſdictionis, gl.7.q.1.num.13.& 15. 173
Commiſſio cauſæ nullitatis poteſt durare vſque ad triginta annos, poſt gl. in reſponſo, num.14.fol.732. Sed non cenſetur commiſſa in commiſſione appellationis, & nullitatis, niſi de ea conſtet notorie, num.16. Et nullitas turbida non ſufficit, num.17. 733
¶ *Committendo* quando minus peccetur, quàm omittendo, gl.14.q.32.num.7.& 8. 705

Comparere, Compenſatio.

Comparere non tenetur citatus, quando notorium eſt, citantem non eſſe iudicem, & ideo proceſſus, in eius contumaciam factus, eſt nullus, gl.7.q.3.limit.1.num.14. 185
¶ *Compenſationem* adducens, videtur petere, & agere, gl.7.q.4.ſpec.3.ſub num.4. Contrarium, num.20.& 47.in fine. 321
Compenſatio, & reconuentio quamuis videantur ſimiles, & in aliquibus conuenire, gl.7.q.4.ſpec.3.ſub nu.4.& 5. Tamen differunt ſpecie in multis, num.6.& ſeqq.& num.12.& ſeqq. 321
Compenſatio eſt quædam ſolutio, gl.7.q.4.ſpec.3.ſub num.9.& ſeqq. 321
Compenſatio poteſt opponi, etiam poſt latam ſententiam, gl.7.q.4.ſpec.3.num.137. 345
Compenſatio ſit ſolum de quantitate ad quantitatẽ mutuabilem, gl.7.q.4.ſpec.3.num.13. Non autem ſit de vno genere ad aliud, neque de re commodabili, num.14. Neque de ſpecie ad quantitatem, neque è contrà, num.15. Et quare non ſiat, n.17. 322
Compenſatio poteſt fieri ex omnibus actionibus, gl.7.q.4.ſpec.3.num.13. 322
Compenſatio de genere ad genus, ſeu de ſpecie ad ſpeciem, quando, & quomodo poſſit fieri, remiſſiuè, gl.7.q.4.ſpec.3.num.18. 323
Compenſationem opponens, non poteſt obtinere aliud, quàm abſolutionem à petitis, gl.7.q.4.ſpec.3.num.20. Secus eſt ſi reconueniat, num.21. 323
Compenſatio ſit de liquido ad liquidum, non autem de liquido ad illiquidum, gl.7.q.4.ſpec.3.num.37. 324
Compenſatio cognoſcitur, & deciditur ex eodem proceſſu, gl.7.q.4.ſpec.3.num.39. 325
Compenſationis exceptio licet non habuerit effectum, quia non fuerit probata, tamen poterit in alio iudicio per viam actionis deduci, gl.14.q.2.num.27. Et rurſus etiam per viam exceptionis, ſub num.28. Declaratur quando amplius, nec agendo, nec excipiendo poſſit opponi, num.29. 424

Competens, Competentia.

Competens an ſit iudex pro pœna, & intereſſe, ſi remaneat incompetens reſpectu debiti principalis, eo quia debitorem, qui prorogauit iuriſdictionem, pœnituerit, quod ſi remaneat competens pro principali, an ſit competens pro intereſſe, gl.7.q.3.limit.4.num.158. 242
Competens licet non ſit iudex quando ageretur principaliter, tamen eſt competens, dum agitur incidenter, & in ordine ad cauſam, in qua eſt competens, gl.7.q.4.ſpec.3.num.80.& ſeqq. 333
Competentem ſi iudex ſe pronunciat, dicitur interlocutoria, gl.14.q.5.num.22. 443
Competentem iudicem adire debet, qui vult litem mouere, gl.7.q.1.ſub num.6.7.10.& ſeqq. 171

Com-

INDEX.

¶ *Competentia* iudicis quoad fundan lâ eius iuriſdictionem oritur ea qualitate narrata in libello, etiam illa qualitate non probata, quæ tamen, reo eam negante, eſt ſummariè probanda, gl. 7.q.3.limit.4. ſub num. 163. verſ. extende. 243
Competentia iudicis poteſt oriri ex omnibus illis cauſis, & rationibus, ob quas quis poteſt forum ſortiri, & quot ſint omnes cauſæ, recenſentur ſummarim, & remiſſiuè, gl.7.q.1. num. 26. Hæc tamen cauſarum multitudo reprehenditur, num.29. 175
Competentiæ, & incompetentiæ iudicis tractatus habet materiam vtilem, copioſam, & difficilem, gl.7.q.1.ſub num.6. 171
Competentiam, & incompetentiam iudicis metimur ex perſona rei, & non ea perſona actoris, gl.7.q.1.num.24. Reſtringitur primo hoc dictum, vt non procedat in Rota Florentina, num. 25. Reſtringitur ſecundo, vt non procedat in iudicio iactationis, num. 6. Sed hæc reſtrictio non procedit in Curia Florentina, num.27. 174

Competitoribus, Compromiſſi.

Competitoribus paribus non nocet ſententia lata contra vnum ex eis, gl.14.q.12.num.2. 522
¶ *Compromiſſi* tempus ſi prorogatur poſt lapſum tempus, compromiſſum non dicitur prorogatum, ſed dicitur nouum compromiſſum, gl.7.q.4. ſpec. 1. ſub num.33. Et ideo in eo requiruntur eædem ſolemnitates, num 24. 274
Compromiſſum faciendum ex diſpoſitione iuris, non ſufficit, ſemel fieri, ſecus eſt ſi fieri debeat ex diſpoſitione teſtatoris, gl. 14 q.29.num.45. 694
Compromitti non poteſt cauſa criminalis, gl.7.quæſt.3. limit.5. num.9. 258

Compulſio, Conceſſio, Conciſtorium, Concordia.

Compulſio etiam ſi ſit iudicialis, vitiat prorogationem, gl.7. q.3. limit.3.num.2. & 3. 214
¶ *Conceſſiones*, & literæ Papæ an operentur à die conceſſionis, gl.4.q.4.num.61. 135
Conceſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur denegatum, gl.14.q. 25.ſub num. 83. 699
¶ *Conciſtorium* in quo differat à tribunali, & à cathedra, gl. 8. num.4. 353
¶ *Concordia* eſt adhibenda in teſtium depoſitionibus, & alijs ſcripturis, poſt gll. in reſponſo, num.47. 240

Concurſus, Condemnare, Condictio.

Concurſus creditorum eſt iuſta cauſa, vt pecuniæ non ſoluantur ſine cautione de reſtituendo anterioribus creditoribus, poſt gll. in reſponſo, num.6. 731
¶ *Condemnare* diffinitiuè quomodo iudex debeat in cauſa criminali, gl. 14. q. 7. n.109. Et quando non poteſt diffinitiuè condemnare, nec diffinitiuè abſoluere, quomodo debeat expedire, num. 110. & ſeqq. 462
Condemnare ſeipſum nemo poteſt, gl.4 q.1.num.9. & 10. 93
Condemnari quando quis poſſit ciuiliter, etiam parte non petente, gl.14.quæſt.19.num.52. in fine, 53. & ſeqq. & ſub num.61, verſ. ſubextende. 604
Condemnari quis poteſt in ipſomet contractu, in quo ſe obligat, gl.7.q.3.limit.4.num.97. 233
Condemnatio ſi in iudicio fam. erciſcundæ ſit omiſſa in perſona vnius, in cæterorum perſona lata non valet, gl. 14.q.4. num.8. fol. 432
Condemnatio ad mortem, & executio condemnationis contra reum, falſis teſtibus conuictum, non liberat eum, qui verè illud delictum commiſit, gl.14.q.12.num.56. 529
Condemnationem, aut abſolutionem continere debet ſententia, gl.14.q.28.num 9. 686
Condemnato vno ex pluribus reis, alij non cenſentur abſoluti, & multò magis, vno abſoluto, reliqui non cenſentur condemnari, gl.14.q.4.num.23. 485
Condemnato in pœnam arbitrariam ob defectum plenæ probationis, ſi poſtea ſuperuenerit plena probatio, poteſt ſuppleri pœna itaut ſit integra, gl.14.q.7. num.162. 471
Condemnato per rem iudicatam ex falſis probationibus dantur plura remedia, gl.14.q.12.num.3. & 4. Hæcque remedia dantur quando de falſitate dicitur poſt latam ſententiam, ſecus ſi de falſitate fuiſſet cognitum ante ſententiam, num.46. Item quando probatur, iudicem ſecutum eſſe illas falſas probationes, num.13. 705
Condemnatus ad expenſas an intelligatur condemnatus etiam ad expenſas, quas non fecit, quia notarius, ſeu procurator gratis pro eo laborem ſuſceperunt, gl. 15.num.5. & ſeqq. & præſertim num.27. & ſeqq. 717
Condemnatus ſi quis fuerit in tertia inſtantia ad expenſas, per hæc verba (& victum victori) & confirmata fuerit ſecunda ſententia, qua vterque fuerat abſolutus ab expenſis, ad quas expenſas intelligatur condemnatus, gl. 15.num.40. 721
Condemnatus à iudice appellationis ad expenſas, intelligitur condemnatus etiam ad expenſas cauſæ principalis, gl.15.n.41. & 42. 721
Condemnatus non dicitur, ſi detegitur non ritè condemnatus, gl.14.q.11.ſub num.56. 515
¶ *Condictio* indebiti cui detur, &c. gl. 14. q. 13. ſub num.40. verſ. quia. 550

Conditio, Conditionalis.

Conditio iniqua vni per alterum inferri non debet, gl.14.quæſt. 12.num.7. 523
Conditio extrinſeca, ſiue conſideretur in ſententia, ſiue habeatur pro non adiecta, ſemper vitiat ſententiam, gloſ.14. quæſt.14. num.43. & 44. 562
Conditio, quæ reſoluitur in certum ordinem, non vitiat ſententiam, gl 14. q.14. n.60. 565
Conditio intrinſeca de futuro (ſi probauerit) tunc maximè vitiat ſententiã, quãdo probatio foret indiſcreta, gl.14.q.14.n.57. 564
Conditio ex ſe non inficit ſententiam, ſed inficit quando ſententia ex ea redditur incerta, & ideo non dirimit controuerſiam, gl.14.q.14.num.12. 559
Conditio, ſub qua fertur ſententia, ſi ſit extrinſeca, ſententia non ſolum non valet, gl.14.q.14.nu.33. Sed imò videtur ſtulta, num. 34. & 42. Quamuis contrariam ſuaderi videatur ex his, quæ habentur, num.35.36. & 37. 561
Conditio poſita in ſententia, ſi ſit extrinſeca, lis exponitur ludo, & melius eſſet, quòd partes ipſæ ſine aditu iudicis ludo exponerent, gl. 14.q.14.ſub num.33. & 34. 561
Conditio, ſub qua fertur ſententia, ſi ſit intrinſeca de præterito, & quæſtio eſt ſuper facto, ſententia non valet. gl.14.q. 14. num.45. & ſeqq. 48. & ſeqq. Secus eſt ſi quæſtio eſt ſuper facto, & ſuper iure, num.55. 562
Conditio, ſub qua fertur ſententia, ſi ſit intrinſeca de futuro, quæ poſſit incontinenti, & ſine dubio apparere, ſententia eſt valida, gl.14.q.14.num.60. & ſeqq. 565
Conditio appoſita in ſententia, ſi ſit intrinſeca de futuro, an, & quando ſententia ſit nulla, & quando valida, gl. 14. quæſt. 14. num.56. & ſeqq. 564
Conditiones, quæ dictiones importent, gl.14.q.14.num.55. 564
Conditionem ſemel extitiſſe ſufficit, gl.14.q.29. no.21. 693
¶ *Conditionalis* ſententia an valeat, gl.14.q.14. nu.6. & ſeqq.17. & ſeqq.24. & ſeqq. 33. & ſeqq. 56. & 60. Secundum legem Ciuitatis Florentiæ eſt nulla, num. 58. Illa lex male ſeruatur, num. 59. Et quando illa lex non habeat locum, nu.63. 559
Conditionalis ſententia (ſi probabitur) an valeat, gl.14.q.14.nu. 15.16.56. & ſeqq. 559
Conditionalis ſententia ſuper exceptione incompetentiæ an ferri poſſit, gl.4.q.6.num.54. & ſeqq.57. & ſeqq. 147
Conditionalem ſententiam, ſiue conditio ſit intrinſeca, ſiue extrinſeca, eſſe validam, qui teneant, gl.14.q.14. num.17. & ſeqq. Et qui teneant, non eſſe validam, num.31. Quid concludamus nos, num.33. & ſeqq.45. & ſeqq.57. & ſeqq.60. & ſeqq. 559

Confeſſio, Confeſſoria.

Confeſſio facta in iudicio, tenet etiam ſi ſit ſine cauſa, gl.7. q. 3. limit.4.num.93. 233
Confeſſio habet vim pacti, &c. gl.7.q.3.limit.4.ſub.nu.95. 233
Confeſſio mendax nullum facit veritati præiudicium, gl.7.q.3. limit.4.ſub num.182. 247
Confeſſio ſacramentalis poteſt audiri à laico, morte imminente, gl.7.q.3.limit.5.ſub num.36. 264
Confeſſio eſt venenatæ nullitatis remedium, gl.14. q.13.n.81. 556
Confeſſio facta in vno iudicio, probat etiam in alio, gl.14.q.2. num.24. 423
Confeſſio delicti, falsò facta contra ſe, non liberat eum, qui delictum commiſit, gl. 14.q.12.num.56. in fine. 529
Confeſſio ficta quomodo non poſſit oriri, niſi ex contumacia, gl. 14.q.20. ſub num.6. 619
Confeſſio ſanat omnem defectum proceſſus, gl.14.q.7.n.39. 452
Confeſſio ſi non poteſt ſuſtineri in tota ſumma confeſſata, minus poteſt ſuſtineri in parte, gl.14.q.13.nu.7.in fine. 543
Confeſſio mulieris de dote recepta an ſibi noceat, & an alteri proſit, gl.14.q.22. nu.24. 639
Confeſſio facta à patre, & à filio, vel à marito, & vxore de dote rece-

I N D E X.

recepta, vel de receptione pretij rei dotalis venditæ, quando obliget æqualiter omnes, & quando partem, ſeu maritum ſolum, gl.14.q.22.num.16.& ſeqq.& num. 25.& ſeqq. 635

¶ *Confeſſoriam* actionem cumulare non poteſt, qui monit iudicium rei vendicationis, gl.14.q.19.num.28. Et actio rei vendicationis eſt præiudicialis actioni confeſſoriæ, ſub num. 41.illat.5.fol. 601

Confideicommiſſario, Confiſcationis.

Confideicommiſſario, ſeu Collegatario quando noceat ſententia lata contra alium confideicommiſſarium, gl.14.quæſt.12. num. 107.fol. 537

¶ *Confiſcationis* ſententia extendit vires ſuas extra territorium ad omnia loca, gl.7.q.4.ſpec.2.num.159.& ſeqq. 311

Confiſcationis bonorum ſententia lata contra homicidam, nocet illius hæredibus, gl. 14. q.12. num. 114. Et an noceat illi, qui emit poſt commiſſum delictum, ſed ante contumaciam, ſub nu. 124.& 125. 538

Congregatio, Coniuncta, Connexorum.

Congregationis nomen vnde profluat, gl.1.q.1.ſub num.203. declar.1. 49

¶ *Coniuncta* perſona, & amicus an, & quomodo admittantur in iudicio ad agendum, gl.10.n.57. 385

¶ *Connexorum* vno condemnato de delicto, condemnatio alteri non nocet, gl. 14. quæſt.12. ſub num. 51. ampl.7. & ſub num. 109.fol. 528

Conſanguineus, Conſcientia.

Conſanguineus, ſeu vicinus, condemnato emptore ad reuendendum, an poſſit pœnitere, & non vti ſententia condemnatoria, gl.14.q.29.num.49.51.& ſeqq. 696

Conſanguineus, ſeu coniunctus licet admittatur ad agendum pro conſanguineo, ſeu ad eum defendendum, tamen geſta per ipſum, illi non nocent, gl.14.q.12.nu.46. 528

¶ *Conſcientia* inanis non excuſat iudicem, gl.14.q.8.n.4. 479

Conſcientia iudicis non debet proficiſci de ſinu & pectore iudicis, ſed de ſinu legis, gl.14.q.8.nu.4. 479

Conſcientiam propriam non debet attendere iudex laturus ſententiam, ſed acta, & probata, gloſ. 14.q.8.num.4.& ſeqq.iunctis præcedentibus. 479

Conſecratio, Conſecutiuum.

Conſecratio hoſtiarum an, & quando vitietur ex errore ſacerdotis in earum numero, gl.14.q.13.num.32. 548

¶ *Conſecutiuum* ius ab alio, qui dicantur habere, gloſ.14.quæſt. 12.num.130. 549

Conſenſus, Conſentire.

Conſenſus regulariter ſufficit ſine ſcriptura, gl.16.n.3. 722

Conſenſus alterius ſi interueniat ex interuallo, poteſt alter inter illud interuallum pœnitere, gl.14. q. 29. n. 43. Cæterum, non ſequuta pœnitentia, conſenſus ex interuallo ſufficit, n.87. 695

Conſenſus partium, & iudicis territorij an requiratur expreſſus, vel ſufficiat tacitus in iuriſdictionis prorogatione ad alienum territorium, gl.7.q.4.ſpec.2.nu.164. & ſeqq. 312

Conſenſus litigantis ſcienter coram iudice incompetenti, licet inducat prorogationem, tamen an poſſit ante litis conteſtationem reuocari, eoq. reuocato, iudex remaneat incompetens, referuntur vndecim opiniones, gl.7.q.3.limit.4.num.1. 8. & ſeqq. vſque ad num.18. 218

Conſenſus tacitus elicitur ex actu poſitiuo, gl.7.q.2.n.11 179

¶ *Conſentire* metu quando quis dicatur, gl.7.q.3.limit.3. num.4. fol. 214

Conſentire videtur præſens, & tacens, gl.7.q.3.limit.4.n.91. 232

Conſentire dicuntur partes, quando non excipiunt, gl.7. quæſt.4. ſpec.2.num.29. 289

Conſideratè, Conſiliarij, Conſilium.

Conſideratè, & maturè debet agere, qui quod agit, non poteſt reuocare, gl.12.n.3. 399

¶ *Conſiliarij* Principis debent eſſe iureconſultiſſimi, gl.3.quæſt.2. num. 5. 80

Conſiliariorum munus, & officium, gl.4.q.1.nu.48. 102

¶ *Conſilij* Neapolitani deciſio habetur pro lege in Regno Neap. & ideo ſententia contra eam lata, eſt nulla ipſo iure, gl.14.q. 24.num.52. 664

Conſilio ſapientis non lecto, ſententia ſecundum illud lata eſt nulla, gl.13.num.20.ſub num.59& 62. 410

Conſilio etiam non expectato, iudex an poſsit ferre ſententiam, gl.13.n.37.& ſeqq. 413

Conſilium ſapientis ſcriptum manu eiuſdem ſapientis habet eandem vim, ac ſi eſſet ab eo ſubſcriptum, gl.16. ſub num.4. Contrarium de conſuetudine, nu.11.& 12. 722

Conſilium, ſecundum quod iudex dicit ſententiam, debet aperiri, legi, & publicari in actu ipſius ſententiæ, gl.13. ſub num.59. & 62. 416

Conſilium debet præcedere deliberationem, gl.13.n.32. 412

Conſilium licet ſit petitum, & iudex conceſſerit, tamen non tenetur illud ſequi, quòd ſi ſequatur, & conſilium eſſet iniquum, an teneatur in ſyndicatu, gl.13.num.40.& ſeqq. 413

Conſilium ſapientis, ſi non ſit latum ad iudicem, isq. ſententiam proferat ſecundum conſilium venturum, ſententia non valet, gl.13.nu.59.& ſeqq. 410

Conſilium ſapientis ſi iudex in proceſſu, & ante ſententiam non requiſiuerit, vel ſi requiſiuerit, illud tamen ſententiando non ſit ſecutus, & ſuppoſito ſtatuto, ſiue reſcripto Principis, quod mandet iudici, vt procedat cum conſilio ſapientis, an ſententia ita lata valeat, gl. 13.nu.41.& ſeqq. 414

Conſilium ſapientis quando iudex teneatur ſequi, & quando teneatur ſolum requirere, gl 13.n.43.& ſeqq.& n.50.& ſeqq. 414

Conſilium ſapientis ſi ſit præcipitatum, ſententia ſecundum illud conſilium lata, eſt nulla, gl. 13.num. 18. 410

Conſilium differt à conſenſu, gl.13.ſub num.47. Nam quando gerens actum, nō habet integrum iudicium rationis; & ideo in eo actu requiritur conſilium, ſeu conſenſus alterius, tunc actus geſtus ſine illius conſenſu eſt nullus, num. 49. 415

Conſilium. vide infra in verbo, Conſultorem.

Conſortibus, Conſtitutum, Conſuetudo.

Conſortibus ſuper re indiuidua prodeſt, & nocet ſententia lata pro vno, ſeu contra vnum eorum, gl.14.q.12.n.110. 538

¶ *Conſtitutum* quando habeat executionem paratam, & quando non, poſt gll.in reſponſo, nu.97.& ſeqq. 748

Conſtitutum eſt acceſſorium, & ideo vulnerato contractu, in quo eſt adiectum, dicitur vulneratum etiam conſtitutum, eod. reſponſo, num.100.& 101. 749

¶ *Conſuetudo* non extendit vires vltra territorium, gl.7.q.4. ſpec. 2.num.49. 292

Conſuetudinem non ſeruans, facit litem ſuā, gl.14.q.23.n.3. 642

Conſuetudo. vide in verbo, Lex.

Conſuetum fieri, non dicitur arbitrarium, ſed neceſſarium, gl.14. q.23.ſub num.2. 641

Conſultorem, Continentia.

Conſultorem, ſeu conſilium Iuriſperiti non tenetur iudex aſſumere, imò ſi aſſumat, videtur debilitas iudicis, gl.13.n. 34. & ſeqq. Et quando teneatur aſſumere, num.36. 412

¶ *Continentia* cauſæ non eſt diuidenda, gl.14.q.21.nu.63. 630

Contractus, Contradictor.

Contractus non valet, vel eſt ipſo iure nullus, ſi in eo ſit admixtus dolus, gl.14.q.18.num.5. 590

Contractus dicitur factus, vbi eſt deſtinata ſolutio, gl.7.q.3.limit. 4.num.105.& 116. 234

Contractus forum an ſortiatur, qui in eo contraxit, tanquam viator, gl.7.q.3.limit.4.num.159.163.& ſeqq. 245

Contractus ordinatio, & deciſio illius in meritis ſumi debet non ex loco deſtinatæ ſolutionis, ſed ex loco, vbi contractus eſt celebratus, gl.7.q.3.limit.4.num.161. 243

Contractus, & iudicium à pari procedunt, gl.14.quæſt. 12. num. 50.& ſeqq. 523

Contractus geſtus inter aliquos non præiudicat alijs, gl.14.q.12. num.49.& ſeqq. 528

Contractus fiunt ex voluntate, non ex neceſſitate, gl.14. quæſt. 29.num.27. 694

Contractus, & ſententia æquiparantur, gl. 14.q.29.ſub n.1. 695

Contractus nominati qui ſint, gl.14.q.29. n.69. 698

¶ *Contradictor* legitimus. vide infra in verbo, Legitimus contradictor.

Contraria, Contrarietas, Controuerſia.

Contraria non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, gl.4 .quæſt.5.ſub num. 10. 137

Contrariorum, quod eſt vltimum, attenditur, gl.7.q.4.ſpec.1. ſub num.50.verſ.ratio. 279

Contrarium quis petere non debet, ſi illi contrarium non poſtulaſſet, poſt gll.in reſponſo, nu.24. 734

Con-

Digitized by Google

INDEX:

Contrariæ ſi ſiot latæ duæ ſententiæ,quæ earũ præualere debeat, eod.reſponſo,num.86.& ſeqq. 746

¶ *Contrarietas*, & correctio quomodo differant in ſententia, gl. 14.q.17.num.86. 588

Contrarietas in ſententia puta (condemno & abſolno)vitiat ſententiam,gl.14.q.17.n.86. 588

¶ *Controuerſia* ſi non adſit, ſeu deficiat inter partes,ſententia eſt ſuperflua,poſt gl.in reſponſo,n.40.& 41. 736

Contumacia, Contumax.

Contumacia quomodo contrahatur, & quomodo procedatur contra contumaces,gl.14.q.7.num.1.& 4.remiſſiuè. 446

Contumacialis proceſſus in cauſa ciuili quomodo conueniat cum proceſſu contumaciali in cauſa criminali,gl.14.q.7.n.5. 446

Contumacialia ſententia lata contra vnum,non nocet alijs,gl.14. q.12.n.47. 528

Contumacialis ſententia præſumitur lata potius propter contumaciam, quàm propter iuſtitiam,ibidem,& n.48.

¶ *Contumax* non dicitur conſentire,gl.7.q.2.ſub n.15. 179

Contumax ſi non defenderit cauſam, & fuerit condemnatus, illa condemnatio alijs non præiudicat,gl.14.q.12.n.124. 539

Contumax non dicitur prorogare iuriſdictionem, gl.7.q.3.limit. 5.num.29. Et quando dicatur prorogare,num.30. 263

Contumax non dicitur, qui eſt citatus à iudice incompetenti,ſub eod.num.29.

Contumax non eſt, qui fuit citatus in proceſſu ex officio, non præcedentibus legitimis indicijs ad inquiſitionem ſpecialem, gl.14.q.20.ſub n.6. 619

Contumax quo caſu audiatur,refectis expenſis,gl.14.q.7.n.1.in fine,& ſub n.107.Et quando non audiatur,n.3.in fine. 446

Contumax poteſt condemnari per ſententiam diffinitiuam, ſi contra eum ſit proceſſum, ſeruatis ſeruandis, & ſententia feratur contra eum, non in odium contumaciæ, ſed quia plenè conſtet de bono iure aduerſarij; & ideo executio,quæ fit contra eum vigore dictæ ſententiæ, dicitur pignus iudiciale, ac ſi ſententia eſſet lata contra præſentem, gl.14.q.7.num.3. 446

Contumax ſi fuerit actor, & non ſit datus ab eo libellus, & quid ſi fuerit datus, ſed non fuerit lis conteſtata, & quid ſi fuerit conteſtata, & quid ſi factus ſit contumax, liquidato prius negocio,qualem iudex poſſit ferre ſententiam,gl.14.q.7.num.44. & ſeqq. 452

Contumax ſi ſit reus, qualem iudex ferre debeat ſententiam, gl. 54 q.7.nu.107.& 108. 462

Contumax licet poſſit condemnari in pœnam delicti,tamen non poteſt condẽnari ad intereſſe partis,gl.14.q.19.n.64.& 65.606

Conueniri, Conuentio.

Conueniri vt quis poſſit in quocunque loco, vbi fuerit inuentus, debet inueniri in perſona, & non ſufficit inuenire procuratorem,gl.7.q.3.limit.4.n.113. 235

Conueniri an poſſit debitor in loco deſtinatæ ſolutionis,etiam ſi ibi non fuerit repertus,quando promiſit ſoluere certa die, gl.7.q.3.limit.4.n.519. 236

Conueniri volens vbique locorum, an ſit idem,quod volens ſoluere vbique locorum, gl.7. q.3. limit.4. num.153. & ſeqq. & num. 157. 241

Conueniri an poſſit debitor in loco deſtinatæ ſolutionis, ſi in eo fuerit repertus caſu per tranſitum, vel &c. gl. 7.q.3. limit.4. num.160. 243

Conueniri, quæ perſonæ non poſſint, niſi in quantum facere poſſunt, & an huic priuilegio poſſint renunciare, gl.7.q.3. limit.4.nu.213. 252

¶ *Conuentionis*, & reconuentionis cauſæ terminantur diuerſis ſententijs, ſi prius liqueat de vna, quàm de alia,gl.7.q.4.ſpec. 3.num.38. 324

Conuentus, Copula, Cor, Corona.

Conuentus ciuiliter, an poſſit criminaliter reconuenire actorem ſuper re diuerſa coram eodem iudice, gl.7.q.4. ſpec.3.nu.107. Et an conuentus ciuiliter de crimine, poſſit actorem reconuenire ciuiliter de alio crimine, & quid ſi velit reconuenire ex cauſa mere ciuili,n.108. 339

Conuentus in loco remoto,non cogitur ſtatim ſoluere, gl.7.q.3. limit.4.n.114. 235

Conuentus iudicio ſummario, ſeu executiuo,an poſſit reconuenire iudicio ordinario,gl.7.q.4.ſpec.3.n.138.& ſeqq. 344

¶ *Copula* (&) in ſententia diuidit in partes æquales, gl. 14. q. 22.num.5.Diuidit etiam in promiſſionibus,& ſtipulationibus, num.14. In vltimis voluntatibus, n.15. Et in confeſſionibus,n. 16.& ſeqq. Sed hæc diuiſio per copulam eſt interpretatiua, & non realis,n.7. Et quomodo diuiſio conſideretur in copula (&) n.30.& 32. 634

Copula (&) ſi ſit poſita in vno ſubiecto inter duo incompatibilia,reſoluitur in alternatiuam (vel) gl.4.q.5.n.50.& 51. 137

¶ *Cor* eſt membrum,quod cætera mouet,gl.5.q.1.n.153. 38

¶ *Corona* Imperatoris quotuplex ſit, gl.1.q.5.n.139. 35

Corporale, Correctio.

Corporale, quod tangi poteſt, eſt diuiſibile, gl.53. ſub num. 59. fol. 544

Corporale,vide infra in verbo, Temporale.

¶ *Correctio*, & contrarietas differunt in ſententia, gl. 14. q. 17. num.86. 588

Correlatiue, Correus, Corrigere.

Correlatiuè connexorum ſi vnus ſit condemnatus, illa condemnatio non nocet alteri, gl.14. q.12. ſub n.51.ampliat.7. & ſub num.109. 528

Correlatiuo vno ſublato, tollitur alterum, gloſ. 14. quæſt. 20. num.5. 619

Correlatiuorum poſito vno, ponitur alterum, gl.51 nu.1. Et eorum eſt eadem doctrina, ſicut eſt contrariorum, nu.2.4.5.& 6. in quibus declaratur. Et in quo differant,n.3. 389

Correlatiuorum regula quando non habeat locum in iure congrui,gl.54.q.29.n.81. Et quando habeat locum,n.82. 699

¶ *Correis* credendi nocet, & prodeſt indiſtinctè ſententia lata cum vno ex dictis correis, gl.14.q.12.n.106. Et quid ſi ſententia ſit lata pro,vel contra vnum ex duobus reis debendi, num. 108.& 109. 537

Correo debendi non prodeſt ſententia lata pro altero correo,gl. 14.q.52.ſub n.22.verſ.imo correus. 636

Correo debendi non competunt exceptiones correi, gl.14.q.22. ſub n.22.verſ.imò correus. 636

Correus debendi, ad quem non pertinet negotium, pro quo ſe obligauit, & ideo remanet fideiuſſor, quomodo poſſit conueniri,gl.14.q.22.n.20.& ſeqq. 636

¶ *Corrigere* debet quilibet ex ſe ipſo ſuum errorem, & non expectare,quòd corrigatur ab alio, ſed qua prudentia ſe gerere debeat in corrigendo,gl.14.q.17.n.6. Fallit in iudice, qui diffinitiuam tulit ſententiam, n.7.& 8. 578

Corrigere ſuum errorem in ſe ipſo eſt ſpecies charitatis,gl.14.q. 17.ſub num.6. 578

Corrigere ſententiam diffinitiuam ferendam,& dum fertur,poteſt iudex indiſtinctè, latam verò in ſua vltima forma non poteſt, gl.14.q.17.n.76.& ſeqq.& n.82. 587

Corruptio, Corruptus.

Corruptio. vide in verbo, Sordes.

¶ *Corruptus* ſi ſit iudex, ſententia ab eo lata,eſt nulla, gl.14.q.32. n.9.& ſub n.10. Sed ſi ſint corrupti teſtes, non eſt nulla,nu.10. Etiam ſi ſint corrupti ab aduerſario cum pecunia,nu.16. Et maximè ſi iudex eorum depoſitionem non ſit ſecutus, num.18. Et quando iudex dicatur eam ſecutus,n.19.& 20. 706

Creditor, Crimen, Criminalis.

Creditor anterior præfertur mulieri poſteriori, gl.14.quæſt.24. num. 24. 657

Creditoribus non citatis non nocet ſententia, lata ſuper admiſſione ad cap.odoardus.g.14.q.12.n.33. 525

Creditoris fauore dicitur adiecta ſolutio æquipollens &c. gl. 7. q.3.limit.4.n.223. & ſeq. 254

Creditor,recipiendo ſolutionem,quando teneatur cauere de euictione, vel de reſtituendo anterioribus &c. poſt gl. in reſponſo,n.57.58.59.60.64.65.& 66.ſol.742. & ſeqq.

¶ *Crimen* etiam publicum non repellit iudicem ordinarium, & ideo requiritur ſententia,gl.4.q.1.n.21.& 22.fol.95.& q.3.nu. 1. & ſeqq. 518

Crimen,quod ipſo facto inducit nullitatem tituli dignitatis,poteſt opponi contra iudicem,gl.4.q.3.n.25. 121

¶ *Criminalis* cauſa inter accuſatorem, & reum,an faciat ſuperſederi in cauſa ciuili,quando vna non pendet ab altera, gl.14.q. 19.n.71.& ſeqq. Quid ſi vtraque intentetur ab eodem, nu. 73. extenſ.1. Quid ſi cauſa criminalis oriatur à cauſa ciuili præcedenti,n.84.& 85. Quid ſi accuſator poſt motum iudicium criminale moueat iudicium ciuile, nu.74.75. & 83. Quid ſi accuſatus, pendente accuſatione, velit ex alia cauſa ſeparata conuenire accuſatorem, num. 76. Quid ſi pendente ciuili,reus accuſet criminaliter actorem,nu.77. & ſeqq. Quid ſi reus conuentus

uentus ciuiliter accuſet de falſo teſtes actoris, num.80. & ſub nu.66, illat.10. & nu. 119. Et an vna cauſa criminalis faciat ſuperſedere in alia cauſa criminali ſeparata, num.81. Et quid ſi cauſa criminalis, & cauſa ciuilis non ſint inter eaſdem perſonas, ſed inter diuerſas, puta, quia fiſcus agat criminaliter, & pars agat ciuiliter, an ſuperſedeatur in ciuili, nu.82. 607
Criminaliter non proceditur Mediolani, quando res habet originem a contractu, vel ſapit naturam contractus, gloſ.14. q.19. num.45. 603
Crimina. vide in verbo, Delicta.

Cruci, Cumulatio, Cunctatio, Curia.

Cruci, in qua fuit affixus Redemptor noſter, fuit appoſitus titulus, & quare Pilatus noluit illum titulum detrahi, gl. 14.q.8. num.47.& 48. 487
¶ *Cumulatio* actionum quando ſit prohibita, gl.14.quæſt. 19. ſub num.32. 601
Cumulatio rei cum fructibus an poſſit fieri, plures recenſentur caſus, & diſtinctiones, gl.14.q.19.n.34.& ſeqq. 602
Cumulari quando poſſint, & quando nõ actio criminalis, & actio ciuilis, gl.14.q.19 num.51.& ſeqq. 604
Cumulatio actionum & præiudicialitas ſubalternantur, & habent quandam promiſcuitatem, gl.14.q.19.n.32. 601
Cumulationis materia difficilis, & ampla, gl. 14. quæſt. 19. ſub num.32. 601
¶ *Cunctatio* de morte hominis nunquam ſera eſt, gl.9. ſub num.33. ſol. 365
¶ *Curia* mercatorum ciuitatis Florentiæ quas cauſas cognoſcat, gl.5.q.2.num.29 & ſeqq. 85.
Curialis Rom. Curiæ, ſi fuerit contumax in Curia Capitolina, poteſt A.C. ad eius inſtantiam reaſſumere cauſam, non aliter refectis expenſis contumacialibus, gl. 7. quæſt. 3. limit. 5. ſub num.29. 263
Curiales, & ſeruitores Prælatorum ſi quæ ſuſtinent mala, & incommoda, ſuſtinerent amore Dei, beati ipſi, gl.14. quæſt.9. num.38. 497

Dæmon, Damnum.

DÆmones ſunt miniſtri Dei in his, qui malè operantur, gl.14.q.9.num.7. 494
¶ *Damni* dati cauſa ſpectat ad iudicem criminalem, ſi pœna ſit in totum, vel in parte applicanda fiſco, gl.6.num.17. 168
Damnum qui infert, tenetur illud emendare, & dicitur inferre tam ille, qui immediatè infert, quàm ille, qui eſt cauſa damni, & conſiſtit tàm in amiſſione rei acquiſitæ, quàm in amiſſione rei acquirendæ, gl.14.q.13 num.68. 554
Damnum, & expenſæ an differant, gl.14.q.13.n.69. 554
Damnum tenetur emendare, qui illud dedit, etiam ſi dederit propter errorem, aut ignorantiam, gl.14.q.13.n.72. 555

Daniel, Datam, Datio.

Daniel interpretatus eſt ſomnium Nabuchodonoſor, gl.1.q.1. ſub num.96.& ſeqq. 26
¶ *Datam* eſſe ſententiam, ſi notarius teſtaretur, non ſufficeret, gl. 17.num.3. 725
¶ *Datio* in ſolutum facta pro maiori ſumma, reſcinditur in totum, gl.14.q.13. ſub num.6. Quomodo, ſeu quando hoc procedat, declaratur, num.17. verſus finem, num.25.34.35.36.39. & ſeqq. 543

Debet, Debitor, Deceptio, Decima.

Debet) verbum, importat neceſſitatem, gl.14.q.15.n.2. 566
¶ *Debitor*, qui ſoluit partem, ad quam fuit condemnatus, licet ad aliam partem cogi non poſſit ex illa condemnatione, etiam ſi alter debitor non ſit ſoluendo partem ſuam, gl.14.q.22.num. 12. Tamen ſi ſit obligatus in ſolidum, poterit denuo conueniri ad aliam partem, num.13. 635.
Debitor, qui habet priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, illud habet etiam ſi ſit debitor cum iuramento, gl.7.q. 3.limit.4.num.52. 236
Debitor poteſt conueniri in loco contractus, etiam ſi ibi non fuerit repertus, quando promiſit ſe illic repræſentare ad voluntatem creditoris, gl.7.q.3.limit.4.nu.118. 236
Debitor ſoluens alibi, quam in loco, in quo debebat ſoluere, tenetur ad intereſſe, gl.7.q.3.limit.4.num.111. 235.
Debitor ſui ipſius quis eſſe non poteſt, gl.10. ſub nu.2. 375
Debitorem non conueniri niſi in quantum facere poteſt, quid ſit gl.14.q.11.nu.51.verſ.primo quid. 513
Debitores qui non poſſunt conueniri, niſi in quantum facere poſſunt, qui ſint, gl.14.q.11. ſub num. 51. verſ. ſecundo quæro. Et quando eis denegetur hoc priuilegium, ibidem, verſ. tertio quæro. 513
Debitori an, & quando noceat ſententia lata ſuper pignore contra creditorem agentem, gl. 14. q. 12.num.18.22. & ſeqq. Et quid ſi fuerit lata contra debitorem, an noceat creditori, num. 27. & 28. 524
Debitor per interitum rei liberatur de æquitate canonica, quando res fuiſſet peritura etiam apud creditorem, poſt gl. in reſponſo, num.29.& 30. 734
¶ *Deceptio*. vide infra in verbo, Fraus.
¶ *Decima* poteſt ſolui Prælato, quãdiu toleratur, gl.14.q.3.n.4. 119
Decimarum cauſæ an, & quando poſſint cognoſci à curia ſeculari, gl.7.q.3.limit.5.num.38.& ſeqq.& nu.41.& ſeqq. 265

Deciſio, Declarare, Declaratio.

Deciſio Seraphini declaratur, poſt gl. in reſponſo, num. 71. & ſeqq. 745
Deciſio vt ſit pars ſententiæ, qualis debeat eſſe, aduertendo, ne ſit contra ſententiam, gl.14.q 17.nu.72. 586
Deciſionum Rotæ Rom. magna copia &c. gl.14.q.19.n.97. 611
Decio Rotæ declaratur, poſt gl. in reſponſo, n. 62. & ſeqq. 743
Deciſiones Rotæ Florentinæ vocantur motiua, & quare, gl.5.q.1. num. 13. 164
¶ *Declarare* an poſsit iudex ſententiam, gl.14.q.17.n.1.& ſeqq.n. 30.& ſeqq.& n.93. 577
Declarare poteſt iudex ſuam ſententiam etiam contra regulas iuris, dummodo declaratio non ſit contra veram, & propriam ſignificationem verborum, ſed tamen ſi interpretatio non iuſtificetur ex actis, poteſt ab ea appellari, gl.14.q.17. ſub num.54. declar.2. 584
Declarans, nihil facit de nouo, ſeu ſaltem nihil dat de nouo, poſt gl. in reſponſo, ſub num.46. verſ. non obſtat. fol.739. & gl. 14. q.17.num.31. Quare declaratio, quæ actum nullum, faceret validum, non valet, num.59. 581
Declarare ſuam ſententiam iudex poteſt ſemel tantum, quare cum declarauerit, non poteſt declarationem reuocare, gl.14.q. 17.num.52. Fallit in ſententia interlocutoria, ſub n.54. 584
Declarare poteſt iudex ſententiam, dummodo declarando non addat, neque minuat, gl.14.q.17.num.30. Quare eam poteſt declarare Princeps, num. 38. Præſes, Procurator Cæſaris, Prætor, Præfectus præt.& Senatus, num.39. Iudices maiores, Ordinarij habentes merum imperium, num. 40. Et quid ſi non habeant merum imperium, ſub eodem num. 40. & 41. Poteſt iudex eam declarare, etiam ſi ab ea ſit appellatum, & pendeat appellatio, num. 42. Poteſt addere ea, quæ ſunt de natura actionis, num.43. Et poteſt verbum, ſeu orationem dubiam declarare, etiam in præiudicium iuris interea quæſiti, dummodo declaratio ſit propria, ſub num.43. exten.6. Declarare, ſeu interpretari non poteſt delegatus, num. 44. Excepto delegato Principis, num.45. Item declarare non poteſt arbiter, num.46. Neque ordinarius, cuius iuriſdictio expirauit per depoſitionem officij, num.47. Et quid in Rota Florentina, num.50. Quid in ſucceſſore in officio, num.48. & 49. Et quid in Camera Imperiali, num.51. 581
¶ *Declaratio* non debet excedere limites interpretationis, gl.14. q.17.nu.55. & ſeqq. 584
Declaratio habet locum in actu valido, non autem in actu nullo, gl.14.q.17. n.59. 585
Declaratio quomodo retrotrahatur ad tẽpus actus declarati, ſeu legis declaratæ, & quando non, gl.14.q.17. ſub n.70. 586
Declaratio debet eſſe verbi, & orationis dubiæ congrua expoſitio ſine verborum violentia, gl.14 q.17.num.61. Debet eſſe talis, vt tollantur abſurditas, & iniuſtitia, etiam ſi talis interpretatio contineret improprietatem, num. 62.64.& ſeqq. Et debet eſſe laudabilis, veroſimilis, & non diſſona, n.67. 585
Declaratio facta ab eo, cui teſtator declarationem faciendam commiſit, non tenet, ſi fuerit facta ſine cauſæ cognitione, gl. 13.num.16. 410

Declinari, Declinatoria, Decoctus.

Declinari an poſsit iuriſdictio, ſi per pactum expreſſum conuenerint litigantes non declinare, gl. 7.q.3.limit.4. num.23.& ſeqq.& num.39. 223
¶ *Declinatoria* exceptio in quo differat ab exceptione incompetentiæ, gl.7.q.3.limit.2.n. 36. 209
Declinatoria fori ſi quis potuiſſet opponere ex priuilegio, & con-

conſentiendo,non oppoſuit,non poteſt deinde opponere,gl.7.q.3. limit.2.num.40. & ſeqq. Et an poſſit opponi, ſi in priuilegium iuriſdictio ſit conceſſa priuatiuè, num.43. & 44. Seu ſit conceſſa cum decreto irritanti, num.45. 210
Declinatoriam fori ſi quis non alleget,quando teneatur ad expenſas ex diſpoſitione ſtatut. Vrbis,gl.7.q.3.limit.1.n.26. 187
Declinatoriam fori poteſt clericus quandocunque opponere, etiam poſt ſententiam,gl.7.q.3.limit.1.n.30.& 31. 188
Declinatoria. vide in verbo, Dilatoria.
¶ *Decoctus* dicitur etiamſi per ſententiam non ſit declaratus, poſt gll.in reſponſo,num.61. 743

Decretum, Defendere, Defenſio.

Decretum vnde dicatur,gl.14.q.2.n.47. 424
Decretum habet multas acceptiones,gl.14.quæſt.2.ſub num.47.& ſeqq. 429
Decretum eſt ſententia, gl.14.q.2.n.50.& 51. 429
Decretum latum ex falſa cauſa, eſt ipſo iure nullum, gl.14.q.32.num.21.& ſeqq. Etiam ſi falſa cauſa non ſit expreſſa in decreto, num.24. Etiam ſi ſit interpoſitum partim ex cauſa falſa, & partim ex cauſa vera, num.25. 707
Decretum, non ritè interpoſitum, eſt nullum,gl.14.q.32.num.26. Similiter eſt nullũ; ſi non ſit rectè interpoſitum, eo quia petenti deficiat ius, num.27. Secus eſt, ſi ei non deficiat ius, ſed tamen habeat iniuſtitiam ex parte rei conuenti, quia valet, num.30. 707
Decretum latum ex falſa cauſa an ſit ſemper, & indiſtinctè nullum,gl.14.q.32.nu.28.& 29. 708
Decreta quæcunque lata ſine cauſæ cognitione, ſunt nulla ipſo iure,& ideo ſunt nulla etiam abſolutio à iuramento, captura contra ſuſpectum de fuga, præceptum factum iudici ſeculari à iudice eccleſiaſtico, miſſio in poſſeſſionem, & ſimilia, gl.13.num.5. Et demum omnis interlocutoria, num.6. Et comminationes,num.17. 408
Decretum interpoſitum partim ex cauſa vera, & partim ex cauſa falſa, an & quando ſit validum, & quando nullum, gl.14.q.13.num.40.& ſeqq. vſque ad num.47.excluſiuè. Et an decretum ſit indiuiduum,num.45.& 46. 550
Decretum executiuum poteſt ferri,omiſſis verbis(in Dei nomine) gl.1.q.1.num.268. 61
Decretum iudicis ſuper tutela, extenditur etiam ad bona ſita extra territorium,gl.7.q.4.ſpec.2.nu.68.155.& 161. 296
Decretum ſuper obligatione minoris ſecularis ad fauorem clerici,debet interponi à iudice ſeculari,gl.7.q.4.ſpec.2.num.120.fol. 306
Decretum differt à ſententia in eo,quod ſententia lata contra ius litigatoris,valet,ſed decretum non valet, gl.14.q.13.num.43.& 44. 550
¶ *Defendere*, an agere dicatur, qui, facto ſibi præcepto de diſgombrando,petit,tenutam ſibi reſtitui,gl.11.n.13.& ſeqq. 390
¶ *Defenſione* non facta in cauſa, ſententia in ea lata,alijs non eſt nocibilis,gl.14.q.12.n.116. 540
Defenſioni renunciare non poteſt inquiſitus de delicto,gl.7.q.3.limit.4.num.221.& ſeqq. 254

Definitio, Definitiua.

Definitio ſententiæ,gl.14.q.2.n.1. 420
¶ *Definitiua* ſententia, & interlocutoria in quibus differant,gloſ.14.q.4.n.1.& ſeqq.30.& ſeqq.36.& ſeqq. 431
Definitiua ſententia terminat controuerſiam principalem, gl.14.q.4.ſub n.1. Vnde infertur,quòd ſi non definiat totam controuerſiam principalem, non dicitur definitiua, & conſequenter neque erit valida quoad partem, quam definit, nu.6.& ſeqq. Sed hæc illatio habet multas diſtinctiones, de quibus num.9.& ſeqq. 431
Definitiua ſententia iudicis à quo, poteſt iuſtificari ex nouis probationibus coram iudice ad quem, eaq. confirmata, dicuntur duæ conformes,gl.14.q.8.n.36. 484
Definitiua ſententia quomodo poſſit diuerſo modo eſſe iniuſta,& iuſta quoad iudicem à quo,ibidem.

Delegata, Delegatio.

Delegata iuriſdictio poteſt prorogari de tempore ad tempus,gl.7.q.4.ſpec.1.nu.12.& 13. Declaratur, vt non procedat quando delegans inhibuiſſet prorogari, num.14. Declaratur etiam, vt procedat quando tempus eſt limitatum fauore partium, alias non,n.15.Et dummodo delegatus non ignoret prorogationem, num.17. 272
Delegata cauſa ordinario cum clauſula (ſummarie &c.)an is dicatur delegatus in procedendo, ſed non in ſententiando, gl.4.q.6.num.6. 139
Delegata cauſa pluribus, inter quos vnus ſit ordinarius illius cauſæ; an cauſa dicatur delegata, gl.4.q.6.n.9.& ſeqq. 139
Delegata cauſa dicitur quando committitur ei,qui nec actu, nec habitu in ea habeat iuriſdictionem,gloſ.4.q.6.n.2.& 13. 139
Delegata dicitur cauſa ordinario,quando committitur cum alteratione illius iuriſdictionis,gl.4.q.6.num.3. Secus ſi ei delegatur,non alterata illius iuriſdictione, quia tunc dicitur excitari iuriſdictionem, num.4. Et quid ſi alteratio ſit ſolum in clauſulis executiuis, num.7. Et quid ſi ſit commiſſa per viam delegationis,ſub num.13. 139
Delegati iuriſdictio expirat etiam quando decernit mandatum, niſi ad primam diem cum intimatione,gl.14.q.14.n.3. 558
Delegati iuriſdictio poteſt de partium conſenſu, vel per reconuentionem prorogari de re ad rem, & de quantitate ad quantitatem,gl.7.q.4.ſpec.3.ſub n.51. 327
Delegati iuriſdictio in certa cauſa,& inter certas perſonas, an poſſit in eadem cauſa prorogari ad alias perſonas, gl.7.q.3.limit.1.n.124. 201
Delegati iuriſdictio non poteſt prorogari ad perſonas in reſcripto non nominatas,gl.7.q.4.ſpec.6.num.16.& ſeqq. Et quid ſi ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, num.20.& poſt gll. in reſponſo,num.21.fol.733. Et quid ſi perſona non nominata in reſcripto, veniat acceſſoriè, & in conſequentiam, ſeu, &c. dicta ſpec.6. num.21.& ſeqq. Et quid ſi ſit ſucceſſor perſonæ nominatæ in reſcripto,num.26. 354
Delegati ſi ſint tres iudices cum clauſula (quòd ſi non omnes) & vno impedito,alij velint procedere, an eis debeat prius conſtare de impedimento, gl.4.q.4.nu.4.& ſeqq. 126
Delegatus in cauſa ciuili, an poſſit punire teſtem, qui coram eo falſum dixerit,gl.7.q.4.ſpec.3.nu.85. 333
Delegatus,ſi vult,poteſt ex ſuo officio, etiam partibus inuitis, aſſumere ſibi aſſeſſorem, dummodo talis aſſeſſor nõ ſit ſuſpectus, gl.13.ſub num.54. Imò etiam inuito altero condelegato, num.55. Et an vtraque pars teneatur ad expenſas conſultoris, num.56.& ſeqq. 415
Delegatus quomodo ſit maior quocunque ordinario, gl.4.quæſt.6.num.15. 140
Delegatus ſi grauauerit contra decretalem in cap.ſtatutum. ordinarius poterit prouidere,gl.4.q.6.n.19.& 38. 141
Delegatus ſi ſententiam tulerit ſecundum formam mandati,an Legatus eam poſſit irritare,gl.4.q.6.n.20.40.& 41. 141
Delegatus Principis licet nulliter ferat ſententiam, ſeu moriatur antequam ferat ſententiam, tamen cauſa non redit ad ordinarium,gl.4.q.6.num.24. 142
Delegatus quando poſſit, & quando non, cognoſcere de ſubreptione,& obreptione reſcripti,gl.4.q.6.ſub num.39. 145
Delegatus remanet delegatus etiam in cauſa prorogata, gl.7.q.3.limit.1.num.115. 200
Delegatus poteſt ius dicere in camera, licet, vti ordinarius, habeat certum locum tribunalis,gl.7.q.4.ſpec.2.num.177. Et poteſt etiam dicere extra ciuitatem, & extra territorium, in quo eſt facta delegatio, dummodo dicat intra territorium delegantis, & in loco honeſto, num.180. Et quid ſi delegans habeat plures,& longe diſtantes Ciuitates, & Prouincias,num.181.& ſeqq. 315
Delegatus Apoſtolicus debet impetrari intra eandem diœceſim, in qua ſunt actor,& reus, gl.7.q.4.ſpec.2.ſub num.181. Quòd ſi aliquo caſu liceret impetrare extra diœceſim communem, vel rei, debet impetrari intra diœceſim vicinam pro loco, non diſtanti vltra vnam dietam, nu.182.& 183. 316
Delegatus Apoſtolicus non poteſt ius dicere, niſi in ciuitate,vel diœceſi,vbi eſt cauſa ei delegata,alias proceſſus,& ſententia ſunt nulli,& quid ſi proceſſerit de conſenſu partium, & qualis conſenſus requiratur,gl.7.q.4.ſpec.2.num.186.& 186. Et quid in delegato ordinarij,n.187. 316
Delegatus Imperatoris, & Regis an poſſit procedere extra locum,pro quo eſt facta delegatio,gl.7.q.4.ſpec.2.n.188 317
Delegatus non poteſt procedere in loco, in quo delegans non habet iuriſdictionem, gl.7.q.4.ſpec.2.nu.189. Niſi procederet de conſenſu partium,n.190. 317
Delegatus poteſt dare curatorem in cauſa ſibi delegata, gl.7.q.4.ſpec.6.ſub num.21. 355
Delegatus ſi ſit illiteratus, poteſt contra eum excipi,& recuſari, ſi agatur de puncto ſubtili,gl.3.q.2.nu.4. 80
Delegatus, nulliter procedit antequam ſciat delegationem, gl.4.q.4.nu.37.& 40. Imò requiritur productio reſcripti delegatorij,nu.38.& ſeqq. 131

Dele-

INDEX.

Delegatus, qui poteſt procedere vti delegatus, & vti ordinarius, intelligitur procedere vti delegatus, gl.4.q.5.n.12.& 13. 137

Delegatus ſpecialiter ad vnam cauſam per legem ſcriptam, vel à Principe per conſtitutionem, dicitur ordinarius, gl.4.q.6.nu.5. Secus eſt, ſi ſit datus per reſcriptum, n.12. 139

¶ *Delegatio* facta à non habente facultatem, licet confirmaretur per ſuperuenientem facultatem, tamen proceſſus interim factus à delegato, eſt nullus, gl.4.q 4.ſub n.46. 133

Delegatio cauſæ poteſt fieri, etiam ſi delegans ſit extra territorium ſuum, gl.7.q 4.ſpec.2.n.147. 310

Delegatione debitoris an inducatur nouatio, gl.7.q.4.ſpec.1.ſub n.52.exempl.3. 280

Delicta, *Democratia*.

Delicta, quæ impediunt executionem ordinis, ſeu retentionem beneficij, tempore non alleuiantur, ſed efficiuntur grauiora, gl.14.q.32. ſub n.77. 715

¶ *Democratia* quæ dicatur, gl.1.q.1.ſub n.245.verſ.tertia. 58

Depoſitarius, *Depoſitum*, *Deſertio*, *Deſiderata*.

Depoſitarius, ſi rem depoſitam vendiderit, & poſtea redemerit in cauſam depoſiti, & res pereat, petit depoſitario, gloſ.14.q.29. num.18. 693

¶ *Depoſitum* in caſu redemptionis cenſus ſi non fiat, aut fiat poſt lapſum bimeſtre, requiritur noua diſdicta, poſt gll.in reſponſo, num. 34. 734

Depoſitum actuale liberat debitorem ab vſuris, & à fructibus recompenſatiuis, eod.reſponſo, ſub n.41. 736

Depoſitum fructuum factum à ſingulari ſucceſſore, ignorante quantitatem, licet non ſit integrum, ſuſtinetur &c. ibid.ſub.nn. 45.verſ.nec dicat.verſus finem. 738

Depoſitum legitimè factum impedit curſum vſurarum, & liberat debitorem ab interitu rei debitæ, & ab intereſſe, eod. reſponſo, ſub n.46. verſ.non obſtat. 739

Depoſitum. vide infra in verbo, Diſdicta.

¶ *Deſertionis* appellationis articulus, vti præiudicialis, debet prius cognoſci, quàm de nullitate ſententiæ, gl.14.q.19.num. 24. Et quando ſit prius cognoſcendũ de nullitate ſententiæ, n.25. 600

¶ *Deſiderata* fugiunt, non optata veniunt, gl.1.q.1.ſub n.219. 53

Deus.

Dei nomen quas ob cauſas ponatur initio ſententiæ, gl.1.q.1.nu. 1. & ſeqq. 9

Dei inuocationem omiſit Papa in compilatione iuris canonici, ſed eam non omiſit Imperator, gl.1.q.1.n.75. 22

Domini, & Dei nomen eſt idem, gl.1. q.1.n.70.& 77. 22

Dei auxilio omnes indigemus, gl.1.q.1.n.13. 11

Dei ſunt omnia, & noſtrum eſt nihil, gl.14.q.9.n.10. 492

Dei ne obliuiſcamur, ideo quandoque habemus aduerſa, gl.14.q. 9.n.17. 493

Deo iubente, vel ſinente, omnia procedunt, gl. 1. q. 1. num.173. 174.ſol.41. & n.251.& 252. 60

Deum eſſe quiſque cognoſcit ex notitia naturali, gl.1.q.1.nu.31. Et qui non cognoſceret, eſſet ſtultus, eod.n.31. & 38.ſol.13. Et hæc ignorantia eſt maior, quàm ignorantia articulorum fidei, gl.5.q.2.n.2. 62

Deum eſſe vnum cognoſcimus omnes, gl.1.q.1.n.32. 14

Deus, & Chriſtus eſt idem, gl.1.q.1.n.77. 23

Deus eſt dominus vniuerſi orbis, gl.1.q.1. n.78. & 82. Et hoc eſt de fide, n.89. 23

Deus à principio rexit, & iuriſdictionem exercuit per ſe ipſum, gl.1.q.1.n.79. 24

Deus eſt primum ens, & primum mouens, gl.1.q.1.n.84.& 85. 25

Deus quid ſit, an iudex debeat ſcire explicitè, gl.1.q.2. nu.1. & 2 fol. 61

Deus quomodo non poſſit cognoſci, & quomodo cognoſci, ead. q.2.n.5.& 6. 62

Deus eſt ſummum bonum, gl.4.q.1.n.3. 92

Deus eſt ipſiſſima iuſtitia, gl.4.q.1.n.23. 96

Deus eſt iudex, & teſtis, gl.10.n.25. 378

Deus eſt cauſa cauſarum, gl.14.q.9.n.6. & ſub n.15. 491

Deus licet ſit cauſa cauſarum, tamen non eſt cauſa peccati, gl.14. q.9.num.11. 492

Iuriſdictio, & dominium in toto orbe pendent à Deo, gl.1.q.1.n. 82.& ſeqq. & n.91. 24

Poteſtas in omnibus rectè gerendis procedit à Deo, gl.1.q.1.nu. 73. Et omnis poteſtas eſt à Deo, num.91. & ſeqq. & num.251. fol. 22

Actus vt rectè geratur, debet initiari, & fieri in nomine Domini, gl.1.q.1.n.70. 22

Sententia quare initietur in Dei nomine, gl.1.q.1.num.1. & ſeqq. fol. 9

Sententia debet ferri in nomine Dei, gl.1.q.1.n.13. in fine. Ampliatur multipliciter, n. 17. & ſeqq. & n.51.69.70.& 76. Et an valeat, omiſſis iſtis verbis, nn.51. & ſeqq. &, articulo diſputato, concluditur, quod valet, vſque ad n. 65. incluſiuè. Declaratur primo, vt quamuis valeat, tamen non ſit præſumendum pro iuſtitia illius ſententiæ, n. 66. Declaratur ſecundo, vt appoſitio nominis Dei poſſit fieri tripliciter, n. 67. &74. Subdeclaratur, vt ſi quis ideo nomen Dei non apponeret, quia in eum non crederet, ſententia eſſet nulla, n.68. 21

Sententia. vide in verbo, Interlocutoria. & in verbo, Decretum executiuum.

Deus. vide infra in verbo, Iudicandi munus.

Diabolus, *Dialectica*, *Dictio*, *Dies*.

Diabolus ſi citaretur, eſſet audiendus, gl.11.ſub n.9. Eique facienda eſſet iuſtitia, n.25. 389

¶ *Dialectica*, ſeu Logica reprehenditur, & quomodo diſcrepet à vera philoſophia, gl.3.q.1.n.28.& 29. 75.& 76

¶ *Dictio* (de) & dictio (cum) an differant in ſtatuto, quod mandaret ſententiam ferri de conſilio, vel cum conſilio, gl.13. num.53. 415

¶ *Dies*, qua fertur ſententia, debet notari in ſententia, gl.17.nu.6. fol. 725

Diffamatio, *Digni*, *Dignitas*.

Diffamatione non præcedente, iudex interrogans ſpecialiter inquiſitum, peccat mortaliter, gl.14.q.21.n.74. 632

Diffamationis iudicium non inducit præuentionem, neque pendentiam litis, neque mutat forum originarium cauſæ principalis, & ideo non mutat perſonam rei in perſonam actoris, aut è conuerſo, gl.14.q. 10.n.151. 501

¶ *Digniores* præferendi dignis, gl.4.q.1.ſub n.42. 100

Dignior trahit ad ſe dignum, gl.4.q.5.n.13. 137

Dignus trahit ad ſe minus dignum, gl.14.q.21.ſub n.63. 630

¶ *Dignitatem* vſurpans. vide infra in verbo, Vſurpans.

Dignitatem dicitur habere iudex, qui propterea iudicatur etiam nobilis, gl.1.q.1.ſub n.43. & 44. 16

Dilatio, *Dilatoria*.

Dilatio ad redimendum cenſum, quæ datur venditori, datur eius fauore, & ideo non debet retorqueri in eius odium, vt ſit peioris conditionis, quam alij debitores, poſt gll. in reſponſo, num 58.in fine. 743

Dilatio dabatur condemnatis per rem iudicatam, gl.14. quæſt.31. num.1. 703

Dilationis conceſſio, vel negatio dicitur interlocutoria, gl.14.q. 5.num.15.&19. 441

¶ *Dilatoria* exceptio ſi fuerit omiſſa per errorem, an poſſit adhuc opponi, gl.7.q.3.limit.2. n.35. Et recenta opinione, quòd poſſit, quomodo hæc opinio procedat, n.37.& 38. 209

Dilatoria exceptio eſt præiudicialis vlteriori proceſſui, gloſ.14.q. 19.num.88.& 89. 610

Dilatoriæ exceptiones poſt litem conteſtatam non admittuntur, gl.14.q.4.num.48. 438

Diogenes, *Diricitura*.

Diogenes qua ratione dixerit Alexandro Magno, quòd ipſe Alexander erat ſeruus ſeruorum ipſius Diogenis, gl.4.quæſt.1.ſub num.15. 94

¶ *Diricitura* non ſoluta ab actore in Ciuitate Florentiæ, quomodo iudex poſſit pronunciare in cauſa, gl.14. quæſt.7. num.105. Et quomodo ſi reus ſoluerit diricituram, & contradiricituram, num. 106. 468

Diſcretio, *Diſgombrandi*, *Diſdicta*.

Diſcretio ſemper eſt neceſſaria in iudice, gl.3.q.2.n.15. 82

Diſcretio eſt mater virtutum, ibidem.

¶ *Diſdicta* & depoſitum in cenſu, ſeu alio debito non requirunt neceſſario auctoritatem iudicis, poſt gll. in reſponſo, n.25. fol. 734. & ſub n.46.decl.1. 739

Diſdicta quando dicatur efficacior, poſt gll.in reſponſo, ſub num. 45.in 2, reſponſione. 737

¶ *Diſgombrandi* præceptum, data tenuta ex primo decreto in Ciuitate Florentiæ, quando non ſit neceſſarium, gl.21.nu.27. fol. 392

b *Diſpen-*

Diſpenſaſſe, Diſpoſitio.

Diſpenſaſſe dicitur Princeps, quando ſcienter eligit infamem ad iudicandum, gl.4.q.2.ſub nu.31. 112

Diſpenſatio inferioris a Papa ſine cauſæ cognitione, non valet, etiam ſi fiat ex ſimplici indulto Papæ, gl.13.n.15. 410

¶ *Diſpoſitio* facienda ad certum finem, non debet alium operari, gl.14.q.12.ſub n.7. 523

Diſtinguens, Diuina.

Diſtinguens eſt proximus veritati, gl.14.q.25.n.2. 691

¶ *Diuina* prouidentia etſi omnia gubernentur, & diſponantur, gl.14.q.9.n.1. & 3. Et hac ratione ex diuina prouidentia videantur committi mala, & flagitia, ſub d.n.2. Tamen flagitia, & crimina prohibentur diuina prouidentia, ſub n.15. 490

Diuiſibilitas, Docti, Doctores.

Diuidi quæ poſſint, & quæ non, gl.14.q.13.ſub n.15. 544

Diuidi quod poteſt ſecundum naturam, non ſemper eſt etiam diuiſibile ſecundum iuſtitiam, gl.14.q.13.n.18. 545

Diuidi poteſt res, cuius vna pars retinetur ex conſenſu domini, & altera ſine conſenſu, gl.14.q.13.n.51. 552

Diuiduorum materiam aliter tractant Metaphyſici, & Geometri, & aliter Legiſtæ, gl.14.q.13.ſub n.15. 544

Diuiſibilitas apud iureconſultos non conſideratur ex parte verborum, & vnitatis ſententiæ, ſed ex parte rerum, & iuſtitiæ, gl.14.q.13.n.17.& ſub n.18. 544

Diuiſio ſententiæ gl.14.q.3.n.1.& 2. 430

Diuiſio bonorum quando dicatur bona, gl.14.q.23.n.28. 644

Diuiſio bonorum in iudicio fam. ercisc. vt validè fiat, debet fieri per omnes partes, citatis his, cum quibus bona ſunt diuidenda, gl.14.q.4.n.8.& q.13.n.6.& ſub n.22.fol.432.543.& 546

Diuiſionem nunquam faciendam eſſe, non licet conuenire, gl.7.q.3.limit.4.n.217. 253

¶ *Docti* quare contingat, quòd non ſint boni, gl.3.q.2.n.54. 90

Docti & literati quandoque viuunt in paupertate, ibid.

Docti. vide infra in verbo, Literati.

Doctor vtriuſque iuris, qui dicatur, & an ſit philoſophus, gl.3.q.1.num.1.& ſeqq. 71

Doctoratus eſt dignitas, gl.1.q.1.ſub n.44. 16

¶ *Doctores* habent multas prærogatiuas & quas, ibid.

Doctores ignorantes, non gaudent priuilegio doctorum, gl.1.q.1.ſub n.44.verſ.verum. 17

Epiſcopus Capuanus reuertentes à ſtudio cum priuilegio doctoratus faciebat denuo examinari, & indoctos priuabat dignitate doctoratus, gl.4.q.1.ſub n.51. 202

Doctores legum Imperator debet ex promiſſione aſſumere ad gubernia, gl.3.q.2.ſub n.1. 80

Doctores licet ſint inuicem contrarij dum teſtantur de opinione communi, gl.14.q.24.ſub n.19. Tamen non inquiruntur de falſo, num.20. 656

Doctori nihil allegantì non creditur, gl.14.q.24.ſub n.10. 654

Dolus, Domicilium, Dominia, Domini.

Dolo commiſſo, non eſt locus pœnitentiæ, gl.14.q.29.ſub nu.18. fol. 693

Doloſè ſi quis procurauerit ſcripturæ occultationem, & ideo ſententiam fauorabilem obtinuerit, illa ſententia reſcinditur etiam ſine reſtitutione in integrum, gl.14.q.18.n.7. 590

Dolus malus futurus pacto remitti non poteſt, gl.7.q.3.limit.4.num.215. 253

Dolus, fraus, & ſimilia ſunt germana, gl.14.q.18.ſub n.8. 591

¶ *Domicilium* eligere non tenetur, qui illud habet, ideoque non tenetur reſpondere citanti ad eligendum, gl.7.q.3.limit.5.ſub num.29. 263

¶ *Dominij* quæſtio eſt præiudicialis accuſationi de plagio, gl.14.q.19.n.42. Et accuſationi de furto, n.43. 603

Dominia rerum ab initio fuerunt conceſſa occupantibus, & occupata non licuit auferre, gl.1.q.1.n.80. 24

Dominium eſt introductum de iure gentium, gloſ. 1. quæſt.1. num 170. 40

¶ *Domini* duo in ſolidum eſſe non poſſunt, gl.1.q.1.n.165. 39

Domino directo non præiudicat ſententia lata contra vaſallum, gl.14.q.12.n.15. 524

Domino præiudicat ſententia lata pro delicto contra ſeruum, gl.14.q.12.n.117. 539

Dominus vnus eſſe debet, gl.1.q.1.n.148. 37

Dominus feudi poteſt de conſuetudine cognoſcere de cauſa feudi inter ſe, & feudatarium, gl.4.q.7.ſub n.54.lim.5. 158

Dominus cenſus quando in redemptione cenſus teneatur cauere, poſt gll.in reſponſo, n.63.& ſeqq. 744

Domus, Donatio.

Domum, aut villam cauſa negociationis non licet diruere &c. gl.7.q.3.limit.4.n.225. 254

Domus, cuius tigna ſunt depoſita vſque ad aream, ſi reſtituatur ex eadem materia, an & quando dicatur alia domus, & quando eadem, gl.1.q.1.ſub n.203. comprob.1. 50

¶ *Donatio* omnium bonorum poteſt per ſuperuenientiam filiorum reuocari, etiã ſi fuerit iurata, gl.7.q.5.lim.4.n.45.& ſub n.75. 226

Donatio cauſa mortis poteſt reuocari, quamuis ſit iurata, gl.7.q.3.limit.4.n.50. 226

Donatio propter nuptias, id eſt augmentum dotis, quamuis ſit iuratum reſtituitur, &c. gl.7.q.3.limit.4.n.51. 226

Donatio non inſinuata ſuſtinetur pro ea ſumma, pro qua inſinuatio non eſt neceſſaria, gl.14.q.13.n.6.7.22.& 23. 548

Dotatas, Dubia, Dux belli, Duo.

Dotatas eſſe fœminas quomodo Reipublicæ interſit, gl.7.q.3.limit.1.ſub n.203. 250

Dotis augmentum, & dos ipſa à pari procedunt, gl.7.q.3.limit.1.num.108. 199

¶ *Dubia* diuiduntur in partes æquales, gl.14.q.22.n.90.& ſeqq. 637

¶ *Duci belli*, qui non paret, punitur pœna capitis, gl.14.q.8.ſub num.27. 483

¶ *Duo* rei debendi, & duo rei credendi qui dicantur, gl.14.q.22.num.40.& 41. 639

Duo rei ſtipulandi, ſeu credendi, quandò dicantur, & quando vnus, gl.14.q.22.n.43. 639

Eccleſia, Eccleſiaſticus.

ECCLESIA triumphans, & Eccleſia militans habent tantam ſimilitudinem, vt militans ſit exemplata à triumphanti, gl.1.q.1.num.111. 30

Eccleſia triumphans habet vnum principium, & vnum dominum, gl.1.q.1.num.112.& ſub num.114. 31

Eccleſia multum fauet viris litteratis, quia illis multum indiget, gl.3.q.2.n.51. 89

Eccleſia eſt locus exemptus à iuriſdictione iudicis ſecularis, qui propterea non poteſt in ea ſententiam ferre, ſeu ius dicere, gl.7.q.4.ſpec.2.n.49. Niſi eſſemus in caſu neceſſitatis, nu.23.& 40. Non tamen eſt exemptus à iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici, nu.34. Et propterea poſſunt in ea tractari cauſæ ſpirituales, & ferri ſententiæ in cauſis fidei, n.41. 290

Eccleſia & Reſp. æquiparantur minori, gl.14.q.32.n.43. 710

Eccleſia non punit infidelitatem in his, qui fidem nunquam ſuſceperunt, gl.1.q.1.n.170. 40

Eccleſia, Synagoga, Meſquita } quid ſignificent, gl.1.q.1.ſub n.203.decl.1. 48

¶ *Eccleſiaſticus* iudex, ſi dubitetur de iuriſdictione, præfertur iudici ſeculari, gl.6.n.9. 266

Eccleſiaſticus iudex, commiſſo delicto à religioſo, & à laico, cognoſcit contra vtrumque, gl.14.q.21.n.63. Et quando contra laicum cognoſcat iudex ſecularis, n.64.& 65. 630

Economica, Electio, Eligens.

Economica, quæ ſit, gl.3.q.1.ſub n.24. 74

¶ *Electione* facta, non licet variare, gl.14.q.21.n.82.& 83. 699

Electio qualis eſſe debeat, gl.4.q.1.n.39.41.& 42. 200

¶ *Eligenda* eſt via, qua vtrique parti ſit conſultum, gl.14.q.10.ſub num.14. 501

Eligens homicidam, ſeu irregularem, non dicitur negligens, ſecus ſi eligat omnino illiteratum, gl.3.q.2.n.18. 82

Eligere iudicem, &c. vide in verbo, Princeps debet eligere.

Emancipati, Emendatio, Emens, Emptio.

Emancipari an poſſit clericus coram iudice ſeculari, gl.7.quæſt.4.ſpec.2.ſub n.110. 304

Emancipatio an poſſit fieri extra territorium iudicis, qui eam auctorizat, gl.7.q.4.ſpec.2.n.114. 305

¶ *Emendationis* libellorum materia vbi tractetur, gl.14.quæſt.17.num.92. 589

I N D E X.

¶ *Emens* aliena pecunia, ſi non exprimat cuius nomine emat, cenſetur emere pro ſe, gl. 1. q. 1. n. 4. fol. 9. Etiam ſi præceſſerit mandatum generale, n. 56. fol. 19. Secus eſt ſi præceſſerit ſpeciale ad emendum, n. 55. 18

Emere quis inuitus non cogitur, gl. 14. q. 29. n. 25. 694

¶ *Emptio* ſuſtinetur ſi fiat pro pretio declarando, gl. 14. q. 29. num. 73. & ſeqq. 698

Emptio ita concepta, (vendo tibi ſi vis pro decem, emo ſi vis) an valeat, gl. 14. q. 29. n. 72. 78. & 79. 698

Emptionis, & venditionis contractus quando dicatur perfectus. gl. 14. q. 29. n. 71. & ſeqq. & n. 86. 698

Emptio, & venditio eſt contractus nominatus, gl. 14. q. 29. n. 68. 698

Emptori quando præiudicet ſententia lata contra venditorem gl. 14. q. 12. n. 18. & ſeqq. 524

Emptor quando poſſit petere cautionem de euictione, non promiſſam in contractu emptionis, poſt gll. in reſponſo, n. 5. 731

Emptor licet ſoluerit pretium creditoribus venditoris, data ab iiſdem cautione de reſtituendo anterioribus, tamen poteſt ab alio creditore conueniri ſaluiano interdicto, &c. poſt gll. in reſponſo, n. 71. Et quando non poſſit conueniri, n. 72. & 73. 745

Emphyteuta, Epiſcopi.

Emphyteuta volens vendere vtile dominium, debet illud potius vendere domino directo, quam alijs, gl. 14. q. 29. n. 38. 695

¶ *Epiſcopi* dicuntur pupilla oculi Dei, columnæ Eccleſiæ Dei, ſummi Sacerdotes, &c. gl. 12. n. 27. 403

Epiſcopo, & adiuncto procedentibus ad ſententiam, quomodo ſubſcribi debeat ſententia, gl. 2. q. 1. n. 26. 68

Epiſcopo petenti iura Epiſcopalia, ſi Abbas opponat exceptionem ſimoniæ, Abbas non eſt audiendus, gl. 4. q. 3. n. 5. 119

Epiſcoporum iuriſdictio procedit à Papa, gl. 1. q. 1. nu. 140. & 141. fol. 36

Epiſcopos poteſt Papa conſtituere etiam in terris Saracenorum, gl. 2. q. 1. ſub n. 224. verſ. ſecunda. 55

Epiſcopatus dicitur culmen, & faſtigium, gl. 12. ſub n. 27. 402

Epiſcopus licet ferè in omnibus gerendis teneatur requirere conſilium Capituli, & Canonicorum, tamen non tenetur illud ſequi, gl. 13. ſub n. 44. & 45. 414

Epiſcopus non poteſt ſtatuere, quod liceat pronunciare ſine cauſæ cognitione, gl. 13. n. 14. 410

Epiſcopus in eccleſia, & in conceſſu presbyterorum ſublimior ſedere debet, gl. 8. ſub n. 8. 357

Epiſcopus, qui habet animum conferendi ſemper ſuis conſanguineis, data paritate, an ſit in periculo peccandi mortaliter, gl. 14. q. 23. ſub n. 14. 648

Epiſcopus omnino illiteratus eſt deponendus, gl. 3. q. 2. n. 17. 82

Epiſcopus quamuis ſit excommunicatus, ſi tamen non ſit declaratus, nec pro tali habitus, validè procedit, gl. 4. q. 3. n. 8. & 9. 119

Epiſcopus non poteſt in præiudicium ſui Archiepiſcopi conſentire in iuriſdictionem alterius Archiepiſcopi, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 56. 192

Epiſcopus expulſus licet poſſit cognoſcere inter ſuos ſubditos in alterius diœceſi, tamen eius iuriſdictio non prorogatur, gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 58. 193

Epiſcopus poteſt ius dicere in qualibet parte ſuæ diœceſis, & etiã in camera, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. ſub n. 5. & n. 7. & ſub n. 10. 285

Epiſcopus non poteſt ius dicere in aliena diœceſi, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. ſub n. 42. & 45. 291

Epiſcopus etiam exiſtens extra diœceſim, poteſt conferre beneficia, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. n. 145. 309

Epiſcopus poteſt ferre ſententiam excommunicationis contra ſuum diœceſanum exiſtentem in aliena diœceſi, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. n. 157. 311

Equi, Errans, Error.

Equi magnificentia, & bonitas, quæ ſit, gl. 14. q. 9. n. 33. 497

Equæ in Cappadocia vento concipiunt, &c. gl. 3. q. 1. n. 18. 73

¶ *Errans* non conſentit, gl. 7. q. 1. ſub n. 18. 173

¶ *Error* iudicis circa ſuam iuriſdictionem an vitiet ſententiam, gl. 4. q. 5. n. 1. & ſeqq. n. 4. & ſeqq. 135

Error calculi in ſententia, an faciat ſententiam nullam in totum, gl. 14. q. 13. n. 6. & 22. 543

Error in nomine iudicis, an vitiet ſententiam, gl. 2. q. 1. n. 6. & ſeqq. fol. 68

Error in nomine legatarij, ſeu hæredis, an vitiet legatum, ſeu teſtamentum, gl. 2. q. 2. n. 7. 69

Errare eſt plus quam ignorare, gl. 4. q. 5. n. 1. 135

Error nunquam concurrit cum veritate, ignorantia autem poteſt cum ea concurrere, ibidem.

Error impedit prorogationem iuriſdictionis, etiam ſi error de facili potuiſſet remoueri, gl. 7. q. 3. limit. 2. n. 7. Siue ſit error facti, ſiue iuris, n. 11. Siue ſit ex vtraque parte, ſiue ex vna, n. 12. Et an præſumatur, n. 17. & ſeqq. Et quid ſi non ſit error in totali iuriſdictione, n. 8. & ſeqq. 203

Error an & quando excludat conſenſum, & ideo vitiet acta, gl. 14. q. 13. n. 32. 548

Error calculi ſi appareat in ſententia, corrigitur ſine appellatione, gl. 14. q. 30. n. 5. 702

Error communis an impediat prorogationem, gl. 7. q. 3. limit. 2. num. 20. 206

Error an impediat iuriſdictionem, quando iudex eam habet mero iure, ſed non habet plenum vſum, gl. 7. q. 3. limit. 2. n. 21. & ſeqq. & num. 24. 206

Error iudicis an impediat prorogationem, gl. 7. q. 3. limit. 2. n. 53 & ſeqq. in quibus latè diſtinguuntur quatuor caſus. 218

Eruditio, Eſau.

Eruditio, in proſperis eſt ornamentum, in aduerſis refugium, gl. 3. q. 2. ſub num. 21. 83

¶ *Eſau*, & Iacob in vtero bella geſſerunt, gl. 1. q. 1. n. 149. 37

Et, Ethica.

Et) copula. vide ſupra in verbo, Copula.

¶ *Ethica* eſt ſcientia de moribus, gl. 3. q. 1. ſub n. 23. 74

Ethica comparata alijs philoſophiæ partibus eſt præclara, & vtilis, gl. 3. q. 1. num. 31. 76

Ethicæ partes quot & quæ ſint, gl. 3. q. 1. n. 24. 74

Ethicæ ſubalternatur tota iuriſprudentia, gl. 3. q. 1. n. 26. & 27. 75

Ethymologia, Euictio.

Ethymologia ſententiæ quæ ſit, gl. 14. q. 1. n. 1. 417

¶ *Euictionis* ſententia lata contra tertium poſſeſſorem, an & quando noceat venditori, ſeu auctori, gl. 14. q. 12. n. 36. & ſeqq. 526

Excedat, Exceptio.

Excedat quamuis ſententia, ſeu executio ſummam debitam, tamen ſententia eſt valida in tota ſumma, ſed in ea parte, in qua excedit, eſt iniuſta, gl. 14. q. 13. ſub n. 30. & ſeqq. Et quando annullari debeat in totum, n. 35. & 36. 548

¶ *Exceptio* quandoque prius eſt cognoſcenda, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. ſub num. 8. 321

Exceptio cognita in iudicio ordinario, & reiecta, an & quando poſſit in alio iudicio rurſus cognoſci, gl. 14. q. 2. n. 27. 30. 31. 32. 33. & ſeqq. & n. 37. 426

Exceptio priuatiua iuriſdictionis poteſt opponi contra iudicem delegatum, gl. 4. q. 3. ſub n. 16. & ſeqq. 120

Exceptio, per quam quis negatur eſſe iudex, debet præcedere allegationem ſuſpicionis iudicis, gl. 7. q. 3. limit. 4. n. 14. 221

Exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum, ſi confeſſio ſit facta in iudicio, gl. 7. q. 3. limit. 4. n. 92. 238

Exceptio (ſi cares actione) eſt præiudicialis, &c. gl. 10. n. 64. 385

Exceptio reiecta, vel admiſſa in iudicio ſummario, non præiudicat in iudicio ordinario, gl. 14. q. 2. n. 13. 17. & 18. 422

Exceptio oppoſita in iudicio ſummario, vel executiuo, ſi fuerit plenè cognita, ſententia lata præiudicat etiam in iudicio plenario, gl. 14. q. 2. n. 22. 423

Exceptio ſi ſit ſummariè cognita in iudicio ſummario non præiudicat, &c. gl. 14. q. 2. n. 13. 15. & ſeqq. Imò neque præiudicat negotio principaliter cognito, &c. eod. n. 15. & 16. 422

Exceptiones contra rem iudicatam, quæ opponi poſſint, & quæ non gl. 14. q. 11. n. 1. & ſeqq. 514

Exceptiones, procedentes à ventre contractus, poſſunt opponi aduerſus quamcumque obligationem, gl. 14. q. 10. n. 4. 500

Excipiens, Excluſa.

Excipiens de compenſatione, fatetur debitum, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 23. 323

¶ *Excluſa* à ſucceſſione per ſtatutum, an intelligatur excluſa etiam quoad bona ſita extra territorium, eſt articulus difficilis, in quo aliqui diſtinguunt ſex caſus, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 52. & ſeqq. 292

Excommunicatus, Excommunicatio.

Excommunicandi non ſunt infideles, gl. 1. q. 1. n. 169. 40

¶ *Excommunicatio* eſt medicina animæ peccatricis, ſi excommunicatus obediat, ſecus ſi contemnat, gl. 14. q. 8. ſub n. 17. 481

Excommunicatio reputatur indiuiſibilis, & ideo non poteſt pro parte valere & pro parte non valere, gl. 14. q. 13. n. 53. 552

INDEX.

Excommunicatio maior repellit, & ſeparat, ſed minor non repellit, gl.4.q.3.num.37. 123

Excommunicationis exceptio poteſt opponi contra iudicem, gl.4.q.3. num.26. 121

Excommunicationis ſententia lata à iudice incompetenti non poteſt rata haberi à iudice cõpetenti, gl.7.q.3.lim.1.n.77. 194

Excommunicatio ferri non poteſt ſine cauſæ cognitione, etiam ſi excommunicandus conſentiat, gl.13.ſub n.21.illat.12. 410

¶ *Excommunicatus* nõ poteſt eſſe iudex, gl.4.q.2.n.23. Neque æquiparatus excommunicato, n.24. Declaratur, ibid. 110

Excommunicatus aliter repellitur ab vno actu, & aliter ab alio, gl.4.q.3.n.28.& ſeqq. 121

Excommunicatus non poteſt alios excommunicare, gl.4.q.3.ſub num.28. 121

Excommunicatus quos actus poſſit facere, ibidem.

Excommunicatus occultus qui dicatur, gl.4.q.3.n.31. 122

Excommunicatus an poſſit in beneficialibus eligere, ſeu conferre beneficium, gl.4.q.3.n.32.& ſeqq. 122

Excommunicatus an conferat, & recipiat characterem, & executionem, gl.4.q.3.n.35.& 36. 123

Excommunicatus an poſſit abſolui à iudice exiſtenti in alieno territorio, gl.7.q.4.ſpec.3.n.153. 310

Excõmunicatus non poteſt reconuenire, gl.7.q.4.ſpec.3.n.25. 323

Excommunicatus poteſt compenſare, gl.7.q.4.ſpec.3.n.35. 324

Excommunicatus non poteſt agendo ſtare in iudicio, gl.10.n.15. Et ſicut non poteſt agere per ſeipſum, ita neque per procuratorem, n.17. Declaratur, vt ſententia ad eius fauorem lata ſit nulla, ſecus ſi ſit lata contra eum, n.76. 376

Excommunicatus poteſt conueniri, & citari, gl.11.ſub n.9. Et quia citatur, eſt audiendus in defenſione, n.10. Et in quibus poſſit ſe defendere, n.13. & ſeqq. Et in quibus non ſit audiendus, nu.32. & ſeqq. 389

Sententia lata ab excommunicato eſt nulla, gl.1.q.1.n.50. 18

Excuſſio, Executiue.

Excuſsio debitoris principalis an ſit neceſſaria, gl.14.q.7.n.17. & ſeqq. 449

Excuſſio contra debitorem facta ad inſtantiam vnius creditoris, prodeſt etiam alijs, gl.14.q.12.n.60. 530

¶ *Executiue* an agi poſſit contra tertium poſſeſſorem, gl. 14.q.7. num.21. 449

Executiue vt procedere poſsit creditor contra debitorem, qui ſecum non contraxit, debet in Ciuitate Florentiæ præmittere proteſtationem, gl.14.q.10.n.11. & 12. 501

Executio, Executor.

Executio guarintigiæ, aut alterius ſcripturæ exequibilis Florentiæ ſit ſine citatione, & ſine auctoritate iudicis, gl.14.q.10.num.6. & 7. 500

Executionem, quam vult facere delegatus, quando ordinarius poſsit impedire, diſtinguuntur plures caſus, gl.4.q.6.num.31. & ſeqq. 143

Executio ſententiæ quando detur, gl.14.q.11.n.1. Et quot modis peti poſsit, nu.2. 506

Executio rei iudicatæ, ſi petatur implorato iudicis officio non requiritur aliquis ordo, quia tunc debetur executio parata, gl.14.q.11.ſub n.2. Et quomodo procedatur, n.29. remiſsiuè, & n.40. Et quomodo procedatur in Curia Florentina, n.30.& ſeqq. fol. 506

Executio ſententiæ quando petitur, implorato iudicis officio, debet peti coram eodem iudice, qui ſententiam tulit, gl.14.q.11.n.3.& ſeqq. An cum eius litteris hortatorijs peti poſsit coram alio, n.11.& ſeqq.& n.5. Et qui dicatur idem iudex, n.6. Et qui non dicatur idem, ſed alius, n.7. 507

Executio facta ſuper bonis non debitoris, tanquam ſuper bonis debitoris, tenet, ſed non debitor reſtituitur, & quomodo procedatur, gl.14.q.32.n.30. 708

Executionis rei iudicatæ petitio non habet inſtantiam, gl. 14.q.11.n.38. Et quando habeat, n.42. 511

Executio rei iudicatæ quando peti debeat actione in factum, gl.14.q.11.n.39.& ſeqq. Et licet iſte modus petendi executionem per actionem in factum non vtatur breuitate litis, tamen in eo conſiderari poſſunt tres vtilitates, n.47.& ſeqq. 511

Executionem rei iudicatæ nõ debet iudex retardare, eo, quia condemnatus dicat, ſententiam eſſe nullã, & iniuſtã, gl.14.q.11.ſub n.54 vel dubitatur.& n.55. Limitatur, n.56. & ſeqq. 514

Executio ex actione reali, tenet, licet res, in cuius poſſeſsionẽ facta eſt miſsio, lõgè excedat ſummã debitã, gl.14.q.13.n.51. 551

Executio eſt valida in tota ſumma, ſed in parte, in qua excedit, dicitur iniuſta, gl.14.q.13.ſub n.30.& ſeqq. Et quando annullanda ſit in totum, n.35.& 36. 548

Executio Auditoris Cam. licet excedat debitum, tamen ſuſtinetur pro ſumma debita, gl.14.q.13.n.37. 549

Executio rei iudicatæ illiquidæ, contra quam poteſt opponi, non poteſt peti officio iudicis, ſed actione in factum, gl.14.q.11.n.39. Et an in ea requirantur libellus, litis conteſtatio, &c. eodem num.39.44. & ſeqq. 512

Executio, & remotio diſcordiæ debet eſſe finis ſententiæ, gl.14.q.15.num.3. 566

Executio inſtrumentorum an requirat ſententiam, &c. gl.14.q.10.n.1.& ſeqq. 499

Executio inſtrumenti non retardatur à cauſa nullitatis aduerſus inſtrumentum, præſertim ſi executio habeat in ſe poſſeſsionem, gl.14.q.19. n.95. Et hoc procedit etiam in Ciuitate Florentiæ, dato etiam quod dicens de nullitate præuenerit, n.96. 611

Executiua obligatio quando dicatur vulnerata, ideoque via executiua dicatur facta ordinaria, poſt gll. in reſponſo, n.98.& 99. fol. 748

¶ *Executor* datus in teſtamento, ſi ignorauerit ſe eſſe datum, & tamen fecerit officium executoris, an valeat, quod geſſit, gl.4.q.4.num.35. 131

Executor quicunque ante receptionem litterarum non habet plenam poteſtatem exequendi, gl.4.q.4.n.52. 134

Executor deputatus in litteris reſeruationis annuæ penſionis, ſi ad inſtantiam penſionarij procedat nulliter contra debitorem penſionis, an poſsit adiri ordinarius, vt cognoſcat de hac nullitate, gl.4.q.6.n.22. 142

Executor ſententiæ quot modis remaneat idem iudex, qui eam tulit, gl.14.q.11.n.8.& ſeqq. 507

Executorialis iudex an & quando poſsit non exequi ſententiam, & an & quando poſsit procedere ſuper meritis, poſt gll. in reſponſo, n.84.& ſeqq. 746

Exempla, Exempti.

Exempla breuius, & efficacius docent, quam præcepta, gl.14.q.5. num.1. 439

Exemplare, & publicare, ſunt diuerſa, gl.17.n.9. 726

¶ *Exempti* non poſſunt prorogare iuriſdictionem in propriũ ordinariũ, à quo ſunt exempti, gl.7.q.3.limit.1.n.59.& 60. Et quãdo exempti poſsint prorogare iuriſdictionem, nu.61. & ſeqq. 192

Exemptus an poſsit ſine Papæ conſenſu prorogare iuriſdictionem voluntariam in ſuperiorem proximum, qui alias eſſet ſuus ordinarius, gl.7.q.3.limit.1.num.61.& ſeqq. 192

Exemptus poteſt conſentire in iuriſdictionem Legati, gl.7.q.3. limit.1. nu. 64. Et in ordinarium ſuum quando difficilis eſt acceſſus, &c. nu.65. Et Prælatus exemptus poteſt vna cum conuentu in ſui præiudicium conſentire in ordinarium, n.66. 193

Exemptus ſi ſit locus, non poteſt iudex in eo ius dicere, quamuis ſit intra eius territorium, gl.7.q.4.ſpec.2.n.36. 290

Exequi, Exercitium.

Exequi ſententiam vnius iudicis poteſt alius iudex, implorato officio, & habitis litteris ſubſidialibus, gl.14.q.11.n.11. Hoc procedit in ciuilibus, n.12. Et quid in criminalibus, n.13. & ſeqq. Et quibus caſibus exequatur etiam ſine litteris hortatorijs, nu.23.& ſeqq. 508

Exequi ſententiam alterius iudicis, ſi aliquis iudex litteris hortatorijs ſit requiſitus, an poſsit executionem recuſare, & an poſsit petere, vt ſibi exhibeatur proceſſus ad effectum cognoſcendi, an ſententia ſit iuſta, gl.14.q.11.n.17.& ſeqq. Quod ſi iudex requiſitus iniuſtè recuſet, quod aduerſus eum detur remedium, num.19. 509

¶ *Exercitium* iuriſdictionis ſuſpenſum tempore feriatum poteſt prorogari, gl.7.q.3.limit.2.n.23. 207

Expenſæ, Experientia.

Expenſæ, ſeu ſalarium Conſultoris a quo ſolui debeant, gl.13.nu.56.& ſeqq. 416

Expenſæ nomine quæ veniant, gl.15.n.17.& ſeqq. 718

Expenſæ, quas victor in lite non fecit, quia fuerunt ei gratis remiſſæ ab aduocato, & ſimilibus, an ſibi debeantur, gl. 15.n. 27. & ſeqq. 719

Expenſæ pro mercede notarij, ſi fuerint modicæ, quia litigans erat pauper, ideoq. notarius non potuit integrã mercedẽ conſequi, ſi ille pauper obtinuerit in cauſa cũ condemnatione expenſarum, non poteſt maiores exigere à victo, gl.15.n.34. 720

Expenſæ neceſſariæ, quæ dicantur, gl.15.n.32. 725

Expen-

Digitized by Google

Expenſæ & damnum an differant, gl.14.q.13.n.69. 553
Expenſarum condemnationem quando actor pati non debeat, etiam quod ſuccumbat in cauſa, ſed eam debeat pati reus abſolutus, gl.14.q.7.n.48. 453
Expenſarum, & fructuum taxatio fit ſine nouo ordine proceſſus, gl.14.q.11.ſub n.45.ſubdeclar.2. 512
Expenſarum quædam quæſtiones remiſſiuè deciduntur, gl.15. nu. 1.2.3.& 4. 717
Expenſarum condemnationem non euadit, qui ſuccubuit, quamuis iuſtam habuerit cauſam litigandi, & ita diſponunt ſtatuta Vrbis, & apertius ſtatuta Genuæ, & ſeruat Rota Rom. gl.14.q.13. n.70.& 75. Et quæ ſit ratio, n.71.& 72. Et qui tenuerint contrarium, n.74. Et quomodo concilientur, n.76.& ſeqq. 554
Expenſarum partem proportionatam vero debito an condemnatus reficere teneatur actori creditori, qui ſententiam, ſeu mandatum obtinuit vltra ſummam debitam, gl.14.q.13. num.54. & ſeqq. Et quid ſeruet Curia Florentina, n.64. Et quando vterque litigator ſit condemnandus ſecundum vtriuſque victoriam, & ideo quandoq. vterque abſoluendus, ſub n.64.verſ.prima. & & ſub n.65.verſ.declara. Et quare ſtatuta, & ſtylus, quod victus victori teneatur in expenſis, nõ cõtradicant prædictis.n.65. 553
Expenſarum condemnationem omiſſam in ſententia, poteſt iudex addere eadem die, gl.14.q.17.n.16. Addere non poteſt ſequentibus caſibus. Primo ſi in ſententia diffinitiua abſoluiſſet, & idem ſi condemnaſſet, vel expenſas taxaſſet, n.20. Secundo ſecundum aliquos, ſi hanc facultatem ſibi in ſententia reſeruaſſet, n.21.& 23. Sed alij contra, n. 22. Tertio quando lapſa eſt dies latæ ſententiæ, n.25. & 26. Quarto ſecundum aliquos ſi partes non eſſent præſentes, n.27. Contrarium, n.28.& 29. 579
Expenſarum condemnatio, vel abſolutio an contineatur in ſententia, quæ definit negotium principale, & poſtea ſequitur (& victum victori in expenſis) vel addit (quarum taxationem nobis &c. (vel ſimpliciter (victum victori) aut (victum) vel victum in expenſis, aut victum victori ab expenſis, gl.14.q.28.nu. 18. & ſeqq. vſque ad num. 24. incluſiuè. 687
Expenſas, ad quas actor, nulliter agendo, fuit condemnatus, non recuperat ex eo, quod poſtea, valide agendo, reportauerit victoriam cum condemnatione aduerſarij ad omnes expenſas, & damna, gl.14.q.13.n.73. 555
Expenſas reficere tenetur victus victori, gl.14.q.13.n.67. Et qua ratione, n.68. 554
¶ *Experientia* eſt rerum magiſtra, gl.4.q.1.n.52. 103
Experientia eſt neceſſaria in iudicibus, qui præſunt iudicijs capitalibus, gl.4.q.1.n.53. 103

Extrema, Extrinſeca.

Extrema indicant qualia ſint media, gl.3.q.1.ſub n.32. 76
¶ *Extrinſeca* perſona non comprehenditur, niſi exprimatur, gl.1. q.1.num.2. 2
Extrinſeca cõditio in ſententia quæ ſit, gl.14.q.14.n.18.& 19. 560

Facto, Falcem, Falſa, Falſitas, Fatalia.

FACTO ignorato, neque ſententia ferri, neque ſuperior conſuli poteſt, gl.14. q.15. num.33. 570
Factum iudex debet diligenter percipere, gl. 14.q.23.n.18. 643
Factum non dicitur, quando deficiunt ſolemnitates requiſitæ, gl.7.q.3.limit.1.n.75. 194
¶ *Falcem* non licet mittere in meſſem alienam, ſed de ea tangere permittitur, gl.1.q.2.n.7. 63
¶ *Falſa* ſi ſit cauſa, quæ continetur expreſſe in ſententia, vel in actis, ad quæ ſe refert ſententia, vel colligitur aliter, an ſententia ſit nulla, gl.14.q.32.n.45. 710
Falſæ ſi fuerint probationes, an ſententia ex eis lata ſit ipſo iure nulla, gl.14.q.32.nu.1.& ſeqq. Firmatur opinio negatiua, quod non ſit nulla, n.2.& ſeqq.& n.15. Limitatur, n.21.31.40.43.44.& ſub num.45. 705
Falſi crimen reputatur magnum, & apud Italos cæteris opprobrioſius, gl.14.q.7.ſub n.128. 465
Falſi ſuſpicio in teſte, vel ſcriptura habetur pro falſitate, quoad hoc, vt teſti, & ſcripturæ non credatur, gl. 14.q.7.n.129. 466
Falſi ſententia lata contra vnum ex duobus reis ſtipulãdi, vel contra notarium, non nocet alteri, gl.14.q.12.ſub n.109. 537
Falſi accuſatio an præiudicet alteri cauſæ, gl.14. q. 19. num. 80. & ſub n.86.illat. 10. Et an præiudicet accuſationi de vulnere, o. 119.& n.121.& 122. 608
Falſi accuſatio vſque ad quod tempus poſſit proponi, gl.14.q.32. num.73.& ſeqq. 715
Falſi exceptio datur contra petentem executionem rei iudicatæ gl.14.q.32.n.61. Et an ſit neceſſaria reſtitutio in integrum, n.61. & 63. Hæcq. falſi exceptio durat perpetuo, n.64. 714
Falſi replicatio datur actori, qui cum ſuccubuerit ex falſis probationibus rei, vult denuo agere ex eadem actione, gl.14.q.32.n. 65. Sed vt poſſit agere, & replicare debet impetrare reſtitutionem in integrum, n.66. Et quid in tertio, contra quem non fuit lata ſententia, an poſſit replicare de falſitate ſine præuia reſtitutione in integrum, nu.67. Et quid in duplicatione. num.68. fol. 714
Falſi accuſatio contra quos detur, & ad quid tendat, quando proponitur aduerſus ſententiam, gl.14.q.32.n.72. 715
¶ *Falſitas* probationum an reddat ſententiam ipſo iure nullam, &c. gl.14.q.32.n.1. & ſeqq. 705
Falſitas teſtium, ſeu allegationum dolo aduerſarij commiſſa contra abſentem, an faciat ſententiam ipſo iure nullam, gl.14.q. 32.n. 31. & ſeqq. Et quid ſi ſentẽtia ſit lata contra præſentem, num.39. 708
Falſitas probationum commiſſa contra minorem, facit ſententiam ipſo iure nullam, gl.14. q.32. num. 40. & ſeqq. Et iure minoris vtuntur Eccleſia, & Reſp. n.43. 709
Falſitas, ex qua lata eſt ſententia excommunicationis contra abſentem, an faciat ſententiam nullam, gl.14.q.32.n.37. 709
Falſitas circa acta ſubſtantialia facit ſententiam nullam, gl.14.q. 32.num.44. 710
Falſitas allegationum ſi non ſit in facto, ſed in iure, an faciat ſententiam nullam, gl.14. q.32.n.38. 709
Falſitas ſi proponatur aduerſus rem iudicatam, vel latam ex falſis probationibus, an retardet executionem, gl.14.q.32.n. 54. 712
Falſorum teſtium extirpationi non debet iudex ita acriter incumbere, vt inquiſitis auferatur defenſio, gl. 14.q.7.n.142. 468
Falſum quod eſt, nihil eſt, gl.14.q.32.n.6. 705
Falſus ſi quis fuerit declaratus, intelligitur declaratus pro non homine, gl.14.q.7. ſub n.128. 465
Falſus ſi conuincatur teſtis examinatus ad defenſionem rei, adhuc non punitur pœna ordinaria, gl.14.q.7.n.130. 466
¶ *Fatalibus* lapſis, iudex appellationis non habet iuriſdictionem, poſt gll. in reſponſo, n.76. 745

Fauor, Fideicommiſſarij.

Fauori ſuo quis renunciare non poteſt, quando fauor ille venit in conſequentiam odij, cuius cauſa facta eſt diſpoſitio, gl.7.q.3. limit.4.n.231.& 232. vtrobique in fine. 255
¶ *Fideicommiſſarijs* etiam non citatis, nocet ſententia lata contra hæredem, qua declaratum eſt, teſtamentum eſſe nullum, falſum, aut inofficioſum, gl.14.q.12.n.88. Secus eſt quando non agitur contra teſtamentum, neque ad vniuerſam hæreditatem, nu.89. fol. 534
Fideicommiſſario etiam non citato nocet ſententia lata contra hæredem, gl.14.q.12.n.77. & ſeqq. Contrarium, quod ſit neceſſaria citatio ſaltem per proclama, n.81.& 82. Et alias non præiudicet, n.87. An hæc citatio per proclama ſufficiat, ſi fideicommiſſarius nondum erat natus, nu.85.& 86. Præcedens contrarietas conciliatur, n. 88.& 89. 532
Fideicommiſſarius, & ſubſtitutus licet non ſint citati in ſententia lata contra hæredem, tamen ſententia valet, gl.14.quæſt.12. num.87. 534
Fideicommiſſarius non poteſt reuocare alienationem bonorum, quam fecit hæres, quæuè non excedit legitimam, ſeu trebellianicam, & legitimam hæredis, qui alienauit, quare neque fideicommiſſarius poteſt cogere hæredem ad redimendũ, & reponendum ea in hæreditate, &c. gl.14.q.23.n.23. Vnde alienatio tenet in fauorem hæredis, & tertij poſſeſſoris, inuito fideicommiſſario; non autem in fauorem fideicommiſſarij, inuito hærede, dummodo hæres alienauerit bona fide, quia alias alienatio non teneret, n.29. Sed hæres, ſi ex ſua voluntate recuperaret, & reponeret, an poſſit legitimam ex illis, & tota hæreditate detrahere, n.24.35.36.& 44. 644
Fideicommiſſarius poteſt appellare à ſententia lata contra hæredem, gl.14.q.12.n.83.& ſeqq. 533
Fideicommiſſarius poteſt reuocare, quæ hæres alienaſſet vltra legitimam, gl. 14. q. 23.n.30. Similiter ſi alienaſſet de melioribus, n.31. 645

Fideiuſſor, Fidelis.

Fideiuſſor iuratus poteſt obligari in pluſquam principalis, gl.7. q.3.limit.4.n.58. 227
Fideiuſſor præſumitur fideiubere ex cauſa, quæ continetur in præcedenti actu, gl.1. q.1.ſub n.55. 19

Digitized by Google

Fideiuſſori de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, etiam non citato, nocet ſententia lata contra debitorem principalem, gl. 14. q.12. n.70. Et ita nocet, vt contra eum etiam non citatum, & ſine nouo proceſſu poſſit procedi ad executionem. n.71. & 72. Secus ſi ſit fideiuſſor contractus, n.74. Et quid in fideiuſſore dato pro cauſa criminali, & dato in contractu pacis, & promiſſionis de non offendendo, n.75. & 76. 531
Fideiuſſor, & debitor principalis poteſt quis eſſe, conſiderata diuerſitate perſonarum, gl.14. q.22. n.22. & 23. 636
Fideiuſſori an detur actio mandati contra mandatorem, quando nihil ſoluit, ſed eſt ei à creditore gratis remiſſum debitum fideiuſſionis, gl.15. n.8.12.30.31.& 33. 717
Fideiuſſor poteſt eſſe iudex in cauſa debitoris, gl.4. q. 8.n.2. 159
Fideiuſſor an cenſeatur liberatus, ſi creditor debitori prorogauerit terminum, gl.7. q.4. ſpec.1. n.33. & ſeqq. & ſub n.36.& ſeqq. 43. & ſeqq. 276
Fideiuſſor in contractu locationis pro certo tempore, non remanet obligatus pro tempore prorogato, neque pro penſionibus tacitæ reconductionis, gl.7. q.4. ſpec.1. n.34. & 43. 276
Fideiuſſor Caſtellani ſi ſe obligauerit cuſtodire caſtrum vſque ad annum, & quid ſi promiſerit etiam caſtrum ſaluum reddere, & lapſo anno, caſtrum perditur, an adhuc remaneat obligatus, gl.7. q 4. ſpec.1. n.34.& 35. 276
Fideiuſſor an liberetur ex eo, quod creditor poſtea conſenſerit debitori, vt poſſit ſoluere aliam ſpeciem, gl.7. quæſt.4.ſpec.1. num.42. 278
Fideiuſſor pro contentis in compromiſſo, duraturo vſque ad certum tempus, lapſo illo tempore, eſt liberatus, quamuis partes prorogauerint compromiſſum, gl.7. q.4. ſpec.1.n.46. 278
Fideiuſſor liberatur per prorogationem, quæ inducit nouationem, gl.7. q.4. ſpec.1. n.47. & 48. 279
Fideiuſſor de euictione cenſus, vel de alia re vendita, an poſſit agere ad liberationem, gl.14. q.24. num.28. & ſeqq. num.46. & ſeqq. 657
Fideiuſſor non eſt ſimilis donatori, gl.14. q.24. n.37. 659
Fideiuſſor quomodo ſit ſimilis mutuanti, gl.14.q.24. ſub num.28. verſ. primus. & n.36. Et quando ſit ſimilis venditori, ſub n. 29. verſ. prima. 659
Fideiuſſor non poteſt ad ſe liberandum agere contra creditorem, in cuius fauorem fideiuſſit, gl.14. q.24. ſub n.28. verſ.primus. Sed poteſt agere contra debitorem, cuius gratia fideiuſſit, n. 29.34. & ſeqq. 659
Fideiuſſor quomodo pro ſui liberatione poſſit agere contra debitorem, & an poſſit eum cogere ad ſoluendum creditori, gl.14.q.24. n.41. & ſeqq. 659
Fideiuſſor, qui pro fideiuſsionis periculo accepit pretium, non poteſt pœnitere, & petere ſe liberari à fideiuſsione, gl.14. q. 24. ſub n.29. verſ. prima. Et quid ſi debitor ſit ſuſpectus de fuga, n.30. & ſeqq. 658
Fideiuſſor gratuitus poteſt etiam antequam ſoluat agere actione mandati ad conſeruationem indemnitatis, gl.14. q.24. n. 34. Dummodo ſteterit in fideiuſsione tanto tempore, vt fideiuſsio debitori potuerit eſſe vtilis, n. 35. & 36. Et quando poſsit agere etiam ſi non ſteterit tanto tempore, n.39. & 40. in fine. Tempus hoc quantum eſſe debeat, relinquitur arbitrio iudicis, ſub n.35. Et hoc arbitrium ceſſat vbi extat ſtatutum de iſto tempore, n.38. 659
¶ *Fidelis* non dicitur, qui facit nomine proprio, quod debet facere nomine alieno, gl.1. q. 1. n.5. 10

Fides, Fieri, Filius, Finem.

Fides naturam non deſtruxit, ſed perfecit, &c. gl.1. q.1. num. 275. 48
Fides præſupponit cognitionem naturalem, gl.1. q.2. ſub n.2. 62
¶ *Fieri* quid debeat, non quid factum ſit, eſt inſpiciendum, gl.14. q.24. n.9. in fine. 654
Filius familias non poteſt renunciare ſenatuſconſulto Macedoniano, & quare, gl.7. q.3. limit. 4. n. 209. & ſeqq. & melius num.231. & 232. 252
Filius maſculus poteſt renunciare hæreditati ſibi delatæ à ſtatuto, gl.7. q.3. limit.4. n.188. 248
¶ *Finem* cuiuſque actionis qui magis abundat intellectu, magis concipit, gl.1. q.1. n.88. 25

Fingere, Fiſcus, Florentinus, Flumina.

Fingere aliquando debet iudex ad inueniendum veritatem, gl.14. q.13. ſub n.13. 545
¶ *Fiſcus* pro publicis penſitationibus habet ius contra emptorem, quamuis inter venditorem, & emptorem fuerit conuentum, quod ad eas teneatur venditor, gl.14. q.12.n.51. 528
Fiſcus in re communi habet prærogatiuam, gl.6.n.7. 166
¶ *Florentina* Rotæ Auditor ſi ſententiam ferret in alterius Auditoris ſede, ſententia adhuc valeret, gl.7. q.4. ſpec.2. ſub num. 15. 287
Florentinæ Rotæ Auditor an poſsit, partibus conſentientibus, exercere iuriſdictionem infra illos 15. dies ante finem officij, gl.7. q.4. ſpec.1. n.9. & 10. 272
Florentinæ Rotæ Auditores quare in ſententia non apponant verba (de iuriſperitorum conſilio) & ea apponant Auditores Rotæ Rom. gl.13. n.33. 412
Florentiæ conſtitutio ſuper nullitate ſententiæ conditionalis, gl. 14. q.14. n.58. Male ſeruatur, n.59. Declaratur, n.63. 565
Florentiæ Auditor vnius quarterij non exequitur ſententiam alterius, gl.14. q.11. n.7. Et Auditores ſecundarum appellationum, quamuis confirment ſententiam, tamen eam non exequuntur, n.10. 507
Florentiæ tres Auditores Rotæ in decidendis controuerſijs ſuper competentia iudicum obtinent locum Signaturæ iuſtitiæ, gl.4. q.6. num.56. 147
Florentiæ, & Romæ ſtyli in cauſis executiuis quomodo differant, gl.14. q.10. n.10. 500
¶ *Flumina*, ſtagna, & lacus dicuntur de territorio locorum, in quibus ſunt, gl.7. q.4. ſpec.2. n.195. 318

Fœlicitas, Fœmina, Fœuda, Fons, Forma, Fortis.

Fœlices qui nobis videntur, miſeri ſunt, gl.14.q.9.n.37. 497
Fœlicitatem compoſitam quomodo nemo habeat in terra, ſed omnis vita ſit ærumnoſa, gl.14.q.9. ſub n.18. 494
¶ *Fœminæ* ciuilibus, vel publicis officijs non funguntur, gl.4. q.2. num.34. 112
Fæminæ, vide infra in verbo, Mulier,
¶ *Fœudalis* ſeu emphyteotica conceſsio præſumitur ex longo tempore, gl.1.q.1. ſub n.55. 19
Fœudatarij debent deputare capitaneos, & iudices appellationum in terris vaſallorum, gl.7. q.4. ſpec.2. n.44. 292
¶ *Fons* apud Garamantas cuius naturæ, gl.3. q.1. n.12. 73
Fons in Epiro, ibidem, num.13. 73
¶ *Forma* vitiata, vitiatur totum formatũ, gl.14.q.13.n.19.& 79. 545
¶ *Fortis* viri animum aduerſarum rerum impetus non vertit, gl. 14. q.9. ſub n.22. verſ. tertia. 445

Forum, Frater, Fraudans, Fraus.

Forum vbi quis non ſortitur, ibi neque ligatur ſtatutis, gl.7.q.4. ſpec.2. ſub n.47. 292
¶ *Fratri* deponenti contra fratrem, creditur magis, quàm ſi deponat pro fratre, gl.10. ſub n.46. 382
¶ *Fraudãs* licet debeat dimittere, & reſtituere, quod obtinuit per fraudem, tamen poterit deducere expenſas neceſſarias, quas fecit in re, quam reſtituit, gl.14. q.18. n.27. 593
¶ *Fraudem* facere non dicitur indiſtinctè, qui alij nocet, vt ſibi proſit, gl.14. q.18. n.33. 594
Fraudi, & malitiæ debet iudex obuiare, gl.14.q.18. n.11. Et non obuiando, peccat, n.12.& ſub n.13. 591
Fraus, ſeu colluſio ſi interuenerit in ſententia, illa ſententia alija non præiudicat, gl.14. q.12. n.123. 539
Fraus, & iuſtitia non poſſunt ſimul habitare, gl.14. q.18. num.1. & 2. 590
Fraus omni iure eſt prohibita, gl.14. q.18. n.3. 590
Fraus quid ſit, & in quo differat à dolo, gl.14. q.18.n.8. Et quod omnis fraus ſit turpis, num.9. Et quod fraudes ſint innumeræ, num.10. 591
Fraus eſt radix iniuſtitiæ, & continet furtum, gl. 14. quæſt.18. num. 13. 15. & 16. Et quomodo fraus differat à rapina, & à furto, num.14. 591
Fraus, per quam fuit obtenta ſententia, inficit ſententiam, ita vt vel non valeat, vel ſit reſcindenda, gl.14. q.18. n.1.& ſeqq. Et quomodo valeat, num.26.& ſeqq. 590
Fraus propria nemini patrocinatur, gl.14. q.18. num.17.& ſeqq. Imò debet contra fraudolentum retorqueri, n. 22. Et poteſt retorqueri non ſolum ad vtilitatem eius, contra quem parata fuit fraus; ſed etiam ad vtilitatem alterius, contra quem non fuerat parata, n.23. 592
Fraus quæ dicatur, gl.14.q.18.n.29. 593
Fraus, & non fraus quomodo cognoſcantur, gl.14. q.18. num. 29. & 30. 593
Fraus. vide in verbo, Sordes. & in verbo, Dolus. Colluſio.

Frigidi,

Digitized by Google

Frigidi, Fructuum.

Frigidi, & maleficiati ſunt impotentes ad coeundum, gl.14. q.21. num.25. 625

¶ *Fructuum* condemnatione omiſſa in ſentētia, poteſt iudex eam addere eadem die, gl.14. q.17. n.16. Addere non poteſt ſeqq. caſibus. Primo ſi in ſententia diffinitiua abſoluiſſet, & idem ſi condemnaſſet, aut expenſas taxaſſet, num. 20. Secundo ſecundum aliquos, ſi hanc facultatem ſibi in ſententia reſeruaſſet, num.21. & 23. Sed alij contra. num.22. Tertio quando lapſa eſt dies latæ ſententiæ, n.25. & 26. Quarto ſecundum aliquos, ſi partes non eſſent præſentes, num.27. Contrarium, num.28. & 29. 579

Fructuum iudicium ſuſpenditur, donec terminetur cauſa fundi, ſeu ſortis, gl.14. q.19. n.29. & ſeqq. Declaratur, num.33. & ſeqq. 601

Functus, Fundamentum, Furioſus.

Functus officio ſuo quando dicatur iudex in Curia Florentina, gl.5. q.2. num.1. 164

¶ *Fundamentum* quis facere non poteſt in eo, quod ipſe impugnauit, gl.14. q.29. n.62. in fine, ſub n.90. & ſeqq. 697

¶ *Furioſus*, ſeu mentecaptus non poteſt eſſe iudex, etiam ſi habeat dilucida interualla, gl.4. q.2. n.2. & 3. 108

Gabella, Gaudium, Generalis, Generalitas.

GABELLAM non tenetur quis ſoluere de contractu, quem incontinenti diſſoluunt, gl.14. q.25. ſub n.12. 692

¶ *Gaudium*, ſeu lætitia effuſa reprehenditur, gl. 14. q.9. n.28. 496

Generali nomine vti non debemus, ſi habeamus proprium, gl.4. q.4. n.14. 128

Generalis, aut alternatiua quibus caſibus debeat eſſe ſententia, gl.14. q.15. n.21. 568

Generalis, ſeu incerta ſententia admittitur vbicunque admittitur libellus, ſeu petitio generalis, gl.14. q.15. ſub n.21. & 22. 568

Generalis ſententia. vide infra in verbo, Obſcura perplexa.

¶ *Generalitas* iuriſdictionis reſtringitur ad certam ſpeciem cauſarum, gl.3. q.2. ſub n.29. & 30. 85

Gentiles, Genuenſis, Geſta, Gladius.

Gentiles qui ſint, gl.1. q.1. num.208. 51

Gentiles ante Chriſti aduentum quid credere deberent ad eorum ſalutem, gl.1. q.2. num.3. 62

¶ *Genuenſis* Rotæ Auditor an poſſit, finito officio, exercere iuriſdictionem per prorogationem, gl.7. quæſt.4. ſpec.1. num.8. & 10. 272

¶ *Geſta* reſtringuntur ad ſuos auctores, gl.14. q.12. n.5. 523

¶ *Gladios* duos Chriſtus non dixit eſſe nimis, ſed ſatis, gl.1. q.1. num.124. & 130. 32

Gladium temporalem licet Petrus non exerceat per ſeipſum, tamen retinet penes ſe, n.131. & 132. 33

Gratia, Grauamen, Grauamentum, Guarintigia.

Gratia præſupponit naturam, gl.1. q.2. ſub n.2. 62

Gratiæ diuinæ auxilium perdere, eſt pœna præcedentis culpæ, gl.14. q.9. ſub num.14. 492

Gratia. vide in verbo, Sordes.

¶ *Grauamen* interlocutoriæ quando dicatur irreparabile, & quando reparabile ad effectum admittendæ, vel non admittendæ appellationis, gl.14. q.4. n.46. & ſeqq. 438

¶ *Grauamentum*, quo vtitur Curia Florentina, ſit ſuper mobilibus & ſine auctoritate iudicis, gl.14. q.10. n.6. 500

¶ *Guarintigia* obligat ad factum præciſè, gl.7. quæſt. 3. limit.4. num.82. 281

Grues, Gubernatio, Gymnoſophiſta.

Grues vnam ſequuntur, gl.1. q.1. n.149. 37

¶ *Gubernatorum* munus, & electio, gl.4. q.1. n.49. & 50. 102

¶ *Gymnoſophiſta* quanto æſtuarent deſiderio ſciendi motus cœleſtes, & ſydera, gl.3. q.1. ſub n.9. 73

Hæredes, Hæreditas, Hæreſis, Hæretici.

HÆREDES non poſſunt actione perſonali conueniri in ſolidum, gl.14. q.22. ſub n.2. verſ. confirmatur. 633

Hæredi ſententia in cauſa falſitatis teſtamenti, lata contra legatarium, non nocet, gl.14. q.12. n.14. 523

Hæredi, qui mortem non vindicauit, an præiudicet ſententia lata contra occiſorem, gl.14. q. 12. num.115. 538

Hæres non poteſt moleſtare eos, in quos alienauit bona fideicommiſſaria, cum ei ex bonis hæreditarijs, fideicommiſſo ſubiectis, debeatur legitima, gl.14. q.23. n.33. 645

Hæres, qui alienauit bona hæreditaria, quæ ſeruando ſeruari non poterant, & eorum pretio vſus eſt in proprijs negocijs, poteſt eorum pretium ponere in hæreditate, & ex toto hæreditatis corpore detrahere legitimam, inuito fideicommiſſario, qui contendit, illud pretium computari in legitimam, gl.14. q.23. n.34. Et multo magis hoc poteſt, ſi pecuniam in hæreditate repertam expenderit, n.38. Quod ſi hæres pretium in hæreditate reponere non poſſit, tunc computatur in eius legitimam, n.37. & 45. 645

Hæres antequam veniat dies reſtituendi fideicommiſſario hæreditatem, poteſt vti ſuis rebus hæreditarijs, & vtendo ſecundum rerum naturam, non dicitur in illo vſu capere legitimam, gl. 14. q.23. num.39. 646

Hæres quando legatum dotis reſtituendæ, ſimpliciter factum, non teneatur ſoluere ſine cautione, poſt gl. 10 reſp. num. 3. & 4. 731

¶ *Hæreditatis* aditio eſt nulla, ſi is, qui eam adiuit, ignorauit ſibi eſſe delatam, gl.4. q.4. n.32. & 34. 130

¶ *Hæreſis* propriè non cadit in iudæo, ſarraceno, & alijs infidelibus, gl.1. q.1. num.179. 43

Hæreſis ſententia fertur in lingua vulgari communi, gl.14. q.7. num.178. 475

Hæreſis ſententia ſolet ferri die feriato, gl. 14. q.28. n.7. Et in loco amplo, puta in Eccleſia, vel in platea, n. 8. 686

¶ *Hæreticæ* prauitatis inquiſitor quales debeat ſententias ferre contra inquiſitos de hæreſi, gl.14. q.7. n.171. & ſeqq. 473

Hæretici non poſſunt eſſe iudices, gl.1. q.1. n.40. 16

Hæretici ſunt infames, excommunicati, & priuati omni dominio, & iuriſdictione, gl.1. q.1. ſub n.40.46. & num.178. verſ. prima. 16

Hæretici non poſſunt eſſe aduocati, aut tabelliones, gl 1. q.1. n.41. 16

Hæretici ſunt peiores alijs infidelibus, gl.1. q.1. num.178. verſ. prima. 43

Hæreticorum pœna eſt ignis, gl.1. q 1. n.42. 16

Hæreticus ſi ſit negatiuus, vel aliter pertinax, ſeu relapſus, eſt declarandus hæreticus, & tradendus Curiæ ſeculari, gl.14. q.7. ſub num.171. 473

Hæreticus quando dicatur pertinax, gl.14. q.7. ſub n.171. 473

Hæreticus contumax, ſtatua eius in publicum producta, condemnatur, gl.14. q.7. ſub n.171. 473

Hæreticus relapſus qui ſit, gl.14. q.7. n.172. remiſſiuè. 473

Hæreticus pœnitens eſt declarandus hæreticus, eique eſt iniungenda abiuratio de hæreſi formali, & imponi debent pœnitentiæ ſalutares, gl.14. q.7. n.175. 474

Hæreticus ſi ſit pœnitens, qualis contra eum ferri debeat ſententia, gl.14. q. 7. n.178. 475

S.Hieronymus, Hieruſalem, Homicida, Homicidium.

S.Hieronymi vita monaſtica, gl.4. q.2. n.52. 115

¶ *Hieruſalem* Regnum Papa conceſſit Carolo Regi, & eius ſucceſſoribus, gl.1. q.1. ſub num.224. verſ. prima. 55

¶ *Homicida* non perdit beneficium ante ſententiam, gl. 3. q. 2. ſub num.18. 82

Homicida remanet in ſua prælatura, donec remoueatur, gl 4. q.3. num.11. 119

¶ *Homicidium* an ſit maius in chriſtianum, an verò in infidelem, gl.1. q.1. n.239. 57

Homo, Honeſtus, Hoſpes, Hypotheca.

Hominem an Deus fecerit liberum, gl. 1. q.1. n. 90. & ſeqq. & num.94. 25. & 26

Homi-

Digitized by Google

Hominum genera monſtruoſa, gl.3. q.1. n.22. 74
¶ *Honeſtus* qui dicatur, gl.14. q.7. n.65. 455
Hoſpes turpius eijcitur, quàm non admittitur, gl.14. q.23. ſub n.55. verſ. ratio. 649
¶ *Hypotheca*, quam emens cenſum, aut loca montium, conſtituit ad fauorem alicuius ſui creditoris, non nocet debitori, qui vendidit cenſum, aut loca montium, quin poſſit redimere cenſum, & diſoluere hypothecam, gl.14. q.12. n.49. 528
Hypotheca conſtituta ab vno ex ſocijs pro parte ſua ſuper re communi indiuiſa, facta diuiſione inter ſocios, non reſtringitur ad partem, quæ illi obtingit, gl.14. q.12. n.50. 528
Hypothecæ ius quomodo ſit diuiduum, gl.14. q.12. ſub num.50. verſ. ratio. 528
Hypotheca mulieris pro ſua dote, hypotheca mutuatoris ad refectionem domus, & hypotheca creditoris, qui eſt anterior muliere, ſi concurrant in eadem domo refecta, quæ hypotheca ſit præferenda, gl.14. q.24. n.12. & ſeqq. 655
Hypotheca appoſita in contractu conditionali, ſeu in diem, habet ſuum effectum ex die contractus ante diem, & ante exiſtentem conditionem, quia dies, & conditio retrotrahitur ad diem contractus, gl.14. q.7. ſub n.9. Secus eſt in hypotheca, quæ competit pro re legata ſub conditione, ſeu in diem, quia iſta non habet effectum, niſi ex die exiſtentis conditionis, & diei, & ideo ſi hæres interim alienet, legatario non competit actio hypothecaria ſuper re alienata, n.10. 447
Hypothecaria actio vt competat creditori contra principalem debitorem, quot, & quæ requirantur, gl.14. q.7. n.7. & ſeqq. & n.13. Et quæ requirantur vt competat contra tertium poſſeſſorem, n.15. & ſeqq. & n.11. 447
Hypothecaria actio non datur contra tertium poſſeſſorem, niſi prius actione perſonali ſit conuentus, & condemnatus debitor per rem iudicatam, & etiam excuſſus, & non repertus ſoluendo, & hoc non ſufficit, ſed requiritur etiam, quod eodem modo ſit actum contra fideiuſſores, ſi adſint, & tunc, deficientibus omnibus, poteſt agi contra tertium poſſeſſorem, gl.14. quæſt.7. n.17. Et quibus caſibus excuſſio non ſit neceſſaria, n.18. Et in caſu, quo excuſſio non eſt neceſſaria, an nihilominus ſit neceſſarium, quod prius fuerit condemnatus principalis debitor, num.19. & 20. 449
Hypothecaria actio poteſt cumulari cum actione perſonali, gl.14 q.7. num.12. 448
Hypothecaria actione intentata, & probatis probandis, qualis in ea ſit ferenda ſententia, gl.14. q.7. n.7. & ſeqq. 447
Hypothecaria actio à ſaluiano interdicto differt in quatuor, gl.14. q.7. n.24. & ſeqq. 450
Hypothecharia. vide in verbo, Perſonalis actio.
Hypothecario iudicio abſoluto, poteſt creditor, qui poſſeſſionem auocauit, procedere ad venditionem, & ex pretio ſibi ſatisfacere, gl.14. q.7. n.22. Et quid in ſaluiano interdicto, n.29. & ſub n.30. 450

Idolatræ, Ieſus Chriſtus, Ignobilitas.

IDOLATRÆ quamuis ſint infideles, & pagani, poſſunt puniri à Papa, gl.1. q.1. ſub num.169. 40
Ieſus Chriſtus eſt proprium nomen Saluatoris, gl.1. q.1. num.182. & 183. 43
¶ *Ignobilitas* patris ſi fuerit per ſententiam declarata, an præiudicet filijs, gl.14. quæſt.12. n.65. Et quid in ignobilitate fratris, n.66. 530
Ignobilitas. vide infra in verbo, Nobilitatis.

Ignorans, Ignorantia, Ignorare, Illicitum.

Ignorans non conſentit, gl.7. q.4. ſpec.2. n.166. 313
¶ *Ignorantia* iudicis plerumq. eſt calamitas innocentis, gl.4. q.1. ſub n.53. fol.103 Et quomodo hoc dictum S.Auguſtini intelligatur, gl.14. q.8. n.9. & 10. 480
Ignorantia poteſt eſſe cum errore, & ſine errore, gl.7. q.3. limit. 2. num.3. 202
Ignorantia eorum, quæ ſunt apud acta, non eſt probabilis, poſt gl. in reſp. n.43. in fine. 737
¶ *Ignorare* & dubitare an ſint paria, gl.7. q.3. limit.2. num.5. & 6. 203
Ignorata à iudice prorogatione de re ad rem, iudex adhuc valide procedit, gl.7. q.4. ſpec.2. n.158. & 159. 348
Ignorata ſua iuriſdictione, ſeu auctoritate, an iudicans, ſeu agens, nulliter agat, gl.4. q.4. n.2. & ſeqq. 125. & ſeqq.
Illicitum ſeparari debet à licito, gl.14. q.18. n.28. 593

Illitteratus, Imber, Imperare, Imperator.

¶ *Illitteratus* poteſt ferre ſententiam, & eſſe iudex, gl.3. q.2. ſub n.13.22. & 23. Et latè explicatur, n.26. & ſeqq. 81. & 84
Illitterati, nempe idiotæ & notarij poſſunt eſſe iudices in locis anguſtis, & ſine ſcriptura, & velo leuato, gloſ.3. quæſt.2. num.9. 81
Illitteratus licet poſſit eſſe iudex, tamen debet habere peritiam conſuetudinis iudicandi, gl.3. q.2. n.24. 84
Illitteratus quo ad officium iudicandi quis dicatur, gl.3. quæſt.2. num.4. & 13. 80
Illitteratus non benè æquiparatur cœco, gl.3. q.2. num.11. & 21. 81
Illitteratus æquiparatur mulieri, & infanti, & dicitur imago hominis, & habetur pro ſtatua, gl.3. quæſt.2. num.16. & 20. 82
Illitteratus, & litteratus qui dicantur, non ſemper vniformiter definitur, gl.3. q.2. n.25. 84
Illitteratus non poteſt ordinari, neque cum eo diſpenſari, gl.3. q.2. num.17. 82
Illitteratus eſt minus ordinabilis, quàm homicida, & irregularis, ibidem.
¶ *Imber* in agro Narnienſi facit puluerem, gl.3. q.1. n.20. 74
¶ *Imperare* quis non poteſt, quandiu ſeruit paſſionibus, gl.4. q.7. num.11. 151
¶ *Imperator* an poſſit eſſe iudex in cauſa propria, gl.4. q.7. num.23. & ſeqq. 153
Imperator auocat, ſi vult, cauſas, quo ad ſubditos, ſed quoad non ſubditos non cognoſceret, niſi per viam prorogationis, gl.7. q.4. ſpec.4. num.6. 349
Imperator an poſſit in terris Imperij legitimare ſubditum Eccleſiæ, & hæc legitimatio ad quæ bona porrigatur, etiamſi legitimaret ſubditum proprium, gl.7. q.4. ſpec.2. n.105. 303
Imperator, & Comes Palatinus poteſt ſubditum Imperij legitimare in terris immediatè ſubiectis Imperio, & quid in terris mediatè ſubiectis, & ad quæ bona ſe extendat legitimatio, gl.7. q.4. ſpec.2. num.107. 303
Imperator electus, & nondum coronatus, an poſſit legitimare, gl.7. q.4. ſpec.2. num.109. 305
Imperator, neque Comes Palatinus non poſſunt legitimare clericum, gl.7. q.4. ſpec.2. n.110. 304
Imperator non poteſt interponere decretum arrogationis inter non ſubditos, gl.7. q.4. ſpec.2. n.112. 305
Imperator non poteſt exercere iuriſdictionem contentioſam in loco, in quo abdicauit à ſe iuriſdictionem, & ideo non in terris Eccleſiæ, gl.7. q.4. ſpec.2. n.76. 298
Imperator, & multò minus alij inferiores non poſſunt exercere iuriſdictionem etiam voluntariam in aliena iuriſdictione, gl.7. q.4. ſpec.2. n.77. Contrarium, n.78. Diſtinguuntur duo caſus, num.79. & ſeqq. 298
Imperator, & Comes Palatinus an poſſint legitimare in terris Eccleſiæ, gl.7. q.4. ſpec.2. n.81. & ſeqq. 84. & ſeqq. Et præcipue quando excluderetur ſubſtitutus, num. 89. & ſeqq. Et quid ſi legitimatio fiat patre viuente, & volente, & agatur de bonis paternis, n.98.99. & 100. Quid ſi legitimet proprium ſubditum, n.101. Et ad quæ bona ſuccedat, n.102. Quid ſi dominus territorij prohibeat, ne in ſuo territorio exerceat iuriſdictionem legitimandi, n.103. & ſub n.106. verſ. quamuis. Quid ſi legitimet ſcholares baſtardos, n.104. 299
Imperator, loquendo de ſe, loquitur in plurali, gl.2. q.1. n.17. Et quandoque loquitur in ſingulari, n.19. Et quibus titulis, ſeu epithetis ſe vocet, & vocetur, ſub n.17. 67
Imperator quibus titulis vtatur dum ſcribit Cardinali, & Papæ, gl.2. q.1. ſub n.22. verſ. & demum. 68
Imperator iudicat nomine Dei, gl.1. q.1. n.20. & ſeq. 12
Imperatoris dominium, & iuriſdictionem procedere immediatè à Deo, tenuerunt aliqui, gl.1. q.1. n.118. 32
Imperator flectit genua in conſpectu Papæ, gl.1. q.1. n.146. 37
Imperatori, poſtquam eſt coronatus, non licet amplius quàm per noctem morari Romæ, gl.1. q.1. n.155. 38
Imperator quòd cum fuerit Romæ coronatus, aſcendat quendam Montem, &c. non ſeruatur, ibidem.
Imperator reputatur ſacerdos, gl.4. q.1. n.33. 99
Imperator debet eſſe virtute, & ſtirpe nobiliſſimus, gl.4. q.1. num.54. 104
Imperator dicitur Vicarius Dei in temporalibus, gl.1. quæſt.1. num.21. 12
Imperator vocat ſe ſeruum Dei, ibidem.
Imperatoris corona, vide ſupra in verbo, Corona.
Imperator. vide infra in verbo, Papa.

I N D E X.

Impoſſibile, Impubes, Incerta, Incertitudo.

Impoſſibile ſi præcipiatur in ſententia, talis ſententia eſt nullius momenti, etiam ſine appellatione. gl. 14.q.30.n.5. 702
Impoſſibile dicitur tam id, quod eſt impoſſibile de facto, quàm id, quod eſt impoſſibile de iure, gl.4.q.6.num.37. 144
Impoſſibilia præcipienti non eſt obediendum. ibid.
¶ *Impubes* non poteſt eſſe iudex, gl.4.q.2.n.4. 108
¶ *Incerta* ſi ſit ſententia ex ſe, an & quando valeat, gl.14.q.14. ſub num.45.& ſeqq. 562
Incertum dicitur quandoque reſpectu iuris, gl.14.q.15. num.29. Quandoque reſpectu perſonæ, n.30. Et quandoque reſpectu facti, num.33. 570
Incerta perſona poteſt condemnari, gl.14.q.15.n.30. 570
Incertum ſi quid eſt in actis, poteſt iudex illud reſeruare in ſententia, & definire quod eſt certum, gl.14.quæſt.15.num.27.& 28. 569
¶ *Incertitudo* in ſententia, puta condemnamus Titium in centum, & ſi condemnatio eſt facta in plus, vel minus, quam fieri debeat ex forma ſtatutorum, illam reducimus ad debitam quantitatem ſtatuti, an vitiet ſententiam & illa additio, (& ſi condemnatio) an aliquid operetur, gl.14.q.17.nu.79.& 80. Et quid ſi verbum (condemnamus) ſit poſitum in fine, eod.num. 80.84.& 85. Et quid ſi incertitudo procedat ab alternatiua puta (condemno, vel abſoluo) ſub n.86. 587
Incertitudo an, & quando excludat conſenſum, & ideo vitiet actum, gl.14.q.13.n.32. 548
Incertitudinis ſpecies quot, & quæ ſint, & quæ vitient ſententiam, & quæ non vitient, gl.14.q.15.n.10.& ſeqq. 567

Incompetens, Incompetentia.

Incompetens iudex an incidenter & propter articuli præiudicialitatem poſſit fieri competens, gl.3.q.2.n.35.& ſeqq.& num.41. & ſeqq. 87
Incompetetens ſi fuerit iudex, totus proceſſus, & ſententia erunt ipſo iure nulli, gl.7.q.1.num.10. 272
¶ *Incompetentiam* iudicis an reus cautelatè taceat, gl.7.q.3. limit. 2.n.13.& ſeqq. 305
Incompetentiæ exceptione oppoſita, iudex debet ſuper ea pronuntiare, gl.4.q.4.n.8. 127
Incompetentiæ exceptione oppoſita, ſi iudex pronunciet ſe competentem, & qui oppoſuit, non appellat, iuriſdictio remanet indeclinabilis &c. gl.7.q.3.limit.1.n.32.& ſeqq. Et an requiratur quod in illo iudice aliqua reſideat iuriſdictio, n.33. 208
Incompetentiæ exceptio debet initio ante omnes alias opponi, gl.7.q.3.limit.4.ſub n.2.& 3. Et qui ſint actus, poſt quos poteſt opponi, n.4. & ſeqq. 219
Incompetentiæ exceptio non habet locum in cauſa reconuentionis, gl.7.q.4.ſpec.2.ſub n.48. 326
Incompetentem ſi iudex ſe iniuſtè declarauerit, ideoque reum abſoluerit, tenebitur actori ad emendandum damnum ei illatum, gl.14.q.7.n.49. 453

Incontinenti, Indiarum, Indicia.

Incontinenti dicitur fieri, quod ſit eadem die, gl. 14.quæſt.17. num.17. 579
¶ *Indiarum* Regnum Rex Hiſpaniarum adeptus eſt, accedente auctoritate Pontificis, gl.1.q.1.n.226. 55
¶ *Indicia* quando non poſſint, & quando poſſint ſufficere ad condemnandum in pœnam extraordinariam, gl.14.q.7.n.112. & ſeqq. 463
Indicia ad torturam ſunt ſufficientia ad imponendam pœnam arbitrariam, gl.14.q.21.n.14. 623
Indicia ſunt multiplicis gradus, gl.14.q.21.n.15. 623
Indicia aliquando ſunt fallacia, gl.14.q.21.n.31.& 32. 626
Licet quis ex indicijs indubitatis condemnetur ad aliquam pœnam extraordinariam, tamen non poteſt condemnari ad ſatisfaciendum parti, gl.14.q.19.n.66. 606

Indiuiſibilis, Ineptitudo.

Indiuiſibilis reputatur ſententia, gl.14.q.13.n.7. 543
Indiuiſibile, vide ſupra in verbo, Diuiſibilitas.
¶ *Ineptitudo* non vitiat, ſi quod ineptè agitur, non erat neceſſarium, gl.14.q.32.n.11. 706

Infames, Infamia, Infamis.

Infames prohibentur poſtulare, gl.4.q.2.n.17. 110
Infames qui dicantur, gl.4.q.2.n.17.& 21. 110
¶ *Infamia*, qua notaretur reus, ſi condemnaretur in actione iniuriarum, euitatur, ſi condemnetur eius procurator, gl.14.q.25. n.25.& 26. Contrarium, n.57.& ſeqq. 670
Infamiæ prætextu non retractatur ſententia, gl. 4.q.3. num.12. fol. 119
¶ *Infamis* non poteſt eſſe iudex, gl.4.q.2.ſub n.16.& n.21. Et factus, debet remoueri, n.19.& 20. Declaratur tripliciter, num. 26.& ſeqq. 109
Infamis non tenetur manifeſtare ſuam infamiam, gl.4.q.2. ſub n. 26. Declaratur multipliciter, n.27.& ſeqq. 111
Infamis poteſt conueniri, & citari, gl.11.ſub n. 9. Et quia citatur, eſt audiendus in defenſione, n.10. Et in quibus poſſit ſe defendere, n.13. & ſeqq. Et in quibus non ſit audiendus, n. 32. & ſeqq. 389

Inferior, Infideles, Infidelitas.

Inferiora ſuperioribus mouentur, gl.1.q.1.ſn.87.fol.25. Et reguntur, gl.4.q.6.n.14.in fine. 140
Inferior non poteſt concurrere cum ſuperiori, gloſ.4.q.6.num.11. fol. 140
Inferior poteſt ſe intromittere in his, quæ ſuperior geſsit nulliter, gl.4.q.6.ſub n.20. 142
Inferior à Papa, & Imperatore, non recognoſcens tamen ſuperiorem, poteſt eſſe iudex in cauſa propria, gl.4.q.7.nu.53. Declaratur, & ſublimitatur, n.54. 158
¶ *Infideles* tenentur cognoſcere, quod ſi ſententias ferrent, eas ferre deberent nomine Dei, gl.1.q.1.n.25.fol.12. Sed non poſſunt eſſe iudices, n.45. Et quare, n.48.
Infideles etiam adorant Deum, gl.1.q.1.nn.25.& 26.fol.12. Malè tamen aduerſantur fidei Chriſtianæ, n.33.& 39. 14
Infideles an ſint capaces iuriſdictionis, gl.1.q.1.nu. 162. & ſeqq. fol. 39
Infideles an poſſint habere poſſeſsiones, dominia, & iuriſdictiones, gl.1. quæſt. 1. ſub. num.162.& ſeqq. & num.170.& ſeqq. fol. 39.& 40
Infideles poſſunt puniri à Papa, ſed non cogi ad fidem, gl.1.q.1. n.169.& 231. 40
Infideles occupant regnum, Deo permittente, gl.1.q.1.n.173.174. 210.& ſeqq. 41
Infideles ſi nobiſcum viuant, & conuerſentur, poſſunt dici fideles, & deuoti S.R.Eccleſiæ, & ideo ſunt tolerandi, gl.1.q.1. nu. 235.& ſeqq. 56
Infideles an & quomodo præeſſe poſsint fidelibus, gl.1. quæſt.1. num.259. 61
Infidelibus peccantibus contra legem naturæ, poteſt Papa indicere bellum, & eos punire, gl.1. q.1. ſub nu.169.& 225. fol.40. Non tamen ſunt excommunicandi, eod.n.169.
Infidelibus an indiſtinctè poſsit moueri bellum, gl. 1. q. 1. n.176. & ſeqq. iunctis n.171.& ſeqq.& nu.221.& ſeqq. & 233.& 240. fol. 42
Infidelibus an auferri poſsint bona. & ideo Chriſtiani, Papa ſciente, & non prohibente, licitè vadant ad terras Sarracenorum, eosq. captiuos faciant, gl.1. q. 1. num.227.& ſeqq. 229. & ſeqq. & num.235. fol. 55
Infidelium ſpecies quot ſint, gl. 1. q.1. n.178.& ſeqq. 43
¶ *Infidelitas* an repugnet dominio, gl. 1.q.1. n.170. verſ.contra. & ſub n.175.verſ.non obſtat quinto. 49
Infidelitas an ſit peccatum, ſub eod.n. 170.
Infidelitas, vide ſupra in verbo, Eccleſia non punit.

Ingenij, Inhibere, Inimicum.

Ingenij dotes ſunt pulchriores dotibus, & inſignijs exterioris nobilitatis, gl.3.q.2.0.52. 89
¶ *Inhibere* iudex in Curia Florentina non debet creditori volenti procedere executiuè, licet ſit creditor, qui proteſtationem debeat præmittere; & licet debitor proteſtationi contradixerit, gl.14.q.10. ſub nu. 23. & ſeqq. Nam hæc inhibitio cogeret creditorem ad agendum via ordinaria, etiam ſi iudex in mente ſua inhiberet ad effectum videndi, an creditor poſsit agere via executiua, quia hoc non poſſet videre, niſi per viam ordinariam, ſub num.15. 501
¶ *Inimicum* facere iudicem inimici, eſt valde iniquum, gl.4 quæſt. 7.n.16. 152

Iniqua, Iniquitas, Iniuria, Iniuſta.

Iniqua ſententia non nocet alijs, etiam ſi alias de ſui natura eſſet nocibilis, gl.14.q.12.n.129. 540
Iniqua ſententia ex defectu probationum, quæ propterea non eſt exequenda, dicitur tam ſi deficiant ex parte actoris quam ſi deficiant ex parte rei, gl. 14.q.30.n. 25. Et ita ſeruari deberet

etiam

etiam in Curia Florentina, num. 16. 620
Iniqua manifeſtè quando dicatur, & quando non manifeſtè ſententia lata ſine probationibus, gl. 14. q. 20. n. 17. & ſeqq. 620
¶ *Iniquitas* omnia præcipitat, gl. 13. n. 31. 412
Iniquitatem manifeſtam ſi contineat ſententia, nunquam tranſit in iudicatum, & quando tranſiret adhuc non eſſet exequenda, gl. 14. q. 20. n. 8. & ſeqq. Etiam ſi eſſet ſententia Principis, n. 12. & 13. in fine. 619
Iniuria iudicis ſi lata ſit ſententia, illa ſententia alijs non præiudicat, gl. 14. q. 12. n. 128. 540
Iniuriam facit legi iudex, qui vult videri melior ipſa lege, gl. 14. q. 8. ſub n. 4. 479
Iniuriam facit Princeps dignis, ſeu dignioribus, & litteratis, dum ad iudicandum eligit minus idoneos, gl. 4. q. 1. n. 42. 100
Iniurias proprias ſuſtinere quilibet debet exemplo Chriſti, niſi redundent in Deum, & in Eccleſiam, gl. 4. q. 7. n. 59. Declaratur, num. 60. 159
¶ *Iniuſta* ſententia in parte, an ſit iniuſta in totum, gl. 14. q. 13. n. 1. & ſeqq. 79. & ſeqq. 542
Iniuſta quando dicatur ſententia, & quando nulla, gl. 14. q. 13. nu. 83. & ſeqq. 556
Iniuſta ſententia ſemper habet animæ periculum, gl. 14. quæſt. 2. num. 45. 427
Iniuſta ſententia quomodo videatur nulla ex defectu iuriſdictionis, gl. 4. q. 1. n. 25. 96
Iniuſtiſſimæ etiam quandoque ſint ſententiæ iudicum, qua tamen ratione videantur iuſtæ, gl. 14. quæſt. 9. nu. 8. & 9. iunctis præcedentibus. 491

Iniuſtitia, Iniuſtus, Inofficioſum, Inquilinus.

Iniuſtitia patienter eſt ferenda, & quare, gl. 14. q. 9. ſub n. 15. illat. 3. & ſub n. 16. 493
Iniuſtitia notoria ex actis, & nullitas eſt idem, gl. 14. q. 20. nu. 12. & 14. 619
Iniuſtitia nulla maior, quàm nullitas, gl. 4. q. 4. ſub n. 13. 127
Iniuſtitiæ, & oppreſſiones quotidie committuntur, gl. 14. quæſt. 9. num. 30. 496
Iniuſtitia notoria æquiparatur nullitati, gloſ. 14. q. 11. ſub num. 59. in fine. 515
Iniuſtitia notoria dicitur, quando ſententia non iuſtificatur ex actis, & ideo impedit executionem rei iudicatæ, gl. 14. q. 11. nu. 59. Secus eſt ſi iniuſtitia ſit turbida, n. 60. 515
Iniuſtitiam lex potius tolerat, quàm litium frequentiam in his, quæ ſine varietate opinionum definiri non poſſunt, gl. 14. q. 11. num. 67. 517
Propter iniuſtitias transferuntur regna, gl. 1. q. 1. n. 92. 26
¶ *Iniuſtus* quare habeat poteſtatem ſuper iuſtum, & ſapientem, gl. 14. q. 9. ſub n. 22. verſ. prima initio, & in fine. 495
Iniuſtus iudex dicitur qui fert ſententiam ſecundum ſuam voluntatem, & non ſecundum iura, gl. 4. q. 1. ſub n. 26. 96
Iniuſtus dicitur qui mouetur muneribus, vtitur ſtatera doloſa, &c. ibidem.
¶ *Inofficioſum* eſſe teſtamentum ſi fuerit pronunciatum, illa pronunciatio prodeſt venientibus ab inteſtato, etiam ſi pronunciatio fuerit facta ad inſtantiam eius, qui non ſuccedit ab inteſtato, gl. 14. q. 15. n. 59. 130
¶ *Inquilinus* ſi iuſta de cauſa migrauerit de domo, licet ab amico pro aliquo tempore gratuitam habuerit habitationem, tamen locator tenetur ex mercede locationis detrahere ratam pro tempore, quo non inhabitauit, ſed pro tempore, quo inquilinus ſoluit alteri mercedem, tenetur ad illam mercedem, gl. 55. n. 9. & 11. 727

Inquiſitio, Inquiſitor, Inquiſitus.

Inquiſitio formata, non præcedente informatione apud acta de diffamatione, non iuſtificatur ex eo, quia verè adeſſet diffamatio, gl. 14. q. 8. n. 32. 484
Inquiſitio an, & quando poſſit eſſe indicium, gl. 10. n. 7. 375
Inquiſitionem ſpecialem ſi iudex, non præcedente diffamatione, formauerit, peccat mortaliter, gl. 14. q. 7. n. 144. 468
Inquiſitionis libellus, ſeu certa formula non eſt amplius in vſu in cauſis criminalibus, gl. 14. q. 16. n. 30. & 31. 574
Inquiſitionis via procedi nõ poteſt in delictis, quorum accuſatio non eſt publica, ſed priuata, gl. 14. q. 19. num. 57. & ſeqq. Fallit quando delictum eſſet notorium per confeſſionem quia iudex poſſet confeſſum condemnare, num. 59. 605
¶ *Inquiſitor*, reperto inquiſito non culpabili, debet eum abſoluere diffinitiuè, gloſ. 14. quæſt. 7. ſub num. 170. 473
Inquiſitor poteſt minuere, & mitigare pœnas, quas impoſuit contra hæreticum pœnitentem &c. gl. 14. q. 17. n. 87. Sed non poteſt minuere, ſeu mitigare illas, quæ ſunt impoſitæ ipſo iure, nu. 90. Et in Hiſpania Inquiſitores priuati mitigare non poſſunt, inconſulto generali Inquiſitore, n. 91. 588
Inquiſitor poteſt procedere etiam contra Iudæos &c. gloſ. 1. q. 1. ſub n. 189. 45
Inquiſitor poteſt procedere etiam ſi ſcelus ſit puniendum pœna vltimi ſupplicij, gl. 1. q. 1. n. 190. 45
¶ *Inquiſitus* poteſt in ſui præiudicium prorogare iuriſdictionem in iudicem inquirentem, non autem in præiudicium iudicis competentis, vel eius, qui vult accuſare, gl. 7. q. 3. limit. 5. n. 17. 19. & 20. 269
Inquiſitus an poſſit opponere contra iudicem, quod eſt criminoſus, gl. 4. q. 1. n. 7. & ſub n. 21. 92

Inſinuatio, In ſolidum, Inſtantia, Inſtrumentum.

Inſinuationi faciendæ non poteſt renunciari, gl. 7. quæſt. 3. limit. 4. num. 227. 255
Inſinuatio donationis, factæ clerico à laico fit coram iudice laico, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. n. 119. 305
¶ *In ſolidum* obligati, & in ſolidum conuenti, ſed condemnati ſimpliciter, intelliguntur condemnati in partes æquales, & non in ſolidum, niſi ſit expreſſum in ſententia, gl. 14. q. 22. nu. 1. 3. & ſeqq. Eiusq. extenſiones ponuntur, n. 9. & ſeqq. Et qua ratione iuſtificetur hæc condemnatio, n. 6. Et quando non intelligantur condemnati in partes æquales, nu. 33. Et quando intelligantur condemnari in ſolidum, n. 34. & ſeqq. 635
In ſolidum petere non dicitur creditor, niſi id expreſſim dicat, quamuis totam ſummam petat ab ijs, qui ſunt obligati in ſolidum, gl. 14. q. 22. n. 11. 635
In ſolidum obligati, qui dicuntur correi, ſunt omnes principales debitores, quãdo negotium, pro quo facta eſt obligatio, ſpectat ad omnes; alias ſi non ſpectat ad omnes, hi, ad quos non ſpectat, ſunt fideiuſſores, gl. 14. q. 22. n. 20. Et an, & quando poſſint conueniri, non excuſſis correis principalibus, n. 20. 21. 22. 636
In ſolidum aliquos ſe obligare poteſt contingere quatuor modis, gl. 14. q. 22. n. 42. 639
Inſtantia ſi ſit perempta, iudex debet eam declarare peremptam, abſoluere reũ ab obſeruatione iudicij, & condemnare actorem in expenſis, gl. 14. q. 7. n. 40. & ſeqq. 452
Inſtantiæ lapſu imminente, iudex ſi non eſt reſolutus, quid pronunciare debeat, & quid ſi lapſus non immineat, gloſ. 14. q. 7. num. 94. 458
Inſtantia cauſæ reſtitutionis in integrum quando incipiat, & quantum duret, gl. 14. q. 11. n. 77. 519
Inſtantia cauſæ ſi non ſit lapſa, & ſententia lata ſit nulla, quia non fuerit lata in ſcriptis, iudex eam poteſt denuo ferre in ſcriptiſ, gl. 12. n. 50. 406
Inſtantia cauſæ lapſa, quomodo iudex poſſit denuo iudicare, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. n. 11. 270
Inſtantia perempta, non pereunt acta probatoria, gl. 14. q. 26. num. 17. 682
Inſtantia perempta, partes poſſent vnico contextu renouare omnia acta ordinatoria &c. gl. 14. q. 26. n. 18. 682
¶ *Inſtrumentum* an habeat executionem paratam etiam pro his, quæ non leguntur in eo, gl. 14. q. 28. n. 27. 689
Inſtrumentum factum à notario intra territorium, in quo eſt notarius, probat non ſolum intra illud territorium, ſed etiam extra vbique, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. n. 142. 309
Inſtrumentum licet fuerit productum in iudicio executiuo, tamen ſi reus, qui executiue coactus ſoluit, reperiat ſolutũ, debet creditor illud reproducere, ſeruatis ſeruandis in iudicio ordinario, in quo eſt reus, gl. 14. q. 2. n. 25. 424
Inſtrumentum ſi iudex mandat exequi, an dicatur ſententia diffinitiua, gl. 14. q. 5. ſub n. 1. & 2. 439

Intereſſe, Interlocutoria.

Intereſſe nomine quid veniat, gl. 15. n. 21. 719
Intereſſe lucri ceſſantis an debeatur artifici, qui obtinuit in cauſa, gl. 15. n. 24. & ſeqq. 719
Intereſſe principale habenti in cauſa, non nocet ſententia lata contra habentem intereſſe ſecundarium, gl. 14. q. 12. num. 14. & 122. Fallit quando inter eos vnus habet cauſam ab altero &c. num. 17. 523
¶ *Interlocutoria* circa executionem faciendam an poſſit eſſe conditionalis, gl. 14. q. 14. n. 6. 7. & 8. Et quid in alia interlocutoria, num. 13. 558

In-

Digitized by Google

INDEX.

Interlocutoria dicitur ſemper, quando fertur in executione præcedentis ſententiæ, gl.14. q.5.n. 21.fol. 442. Et poſt gll.in reſponſo,ſub n.46. verſ.non obſtat. 739

Interlocutoria poteſt ferri,omiſſis verbis, in Dei nomine,gl. 1.q. 1.num.368. 61

Interlocutoria licet non feratur in ſcriptis, tamen valet, gl. 12. num.12.& 13. 400

Interlocutoria poteſt ab eodem iudice rebocari,gloſ.14.quæſt.4. num.37. 436

Interlocutoria lata ſuper tota controuerſia principali, non valet, gl.14.q.4.num.29. Quia fertur non ſeruato ordine iuris,nu.31. fol. 435

Interlocutoriæ multa dantur exempla, gl.14. quæſt.5. num.3. & ſeqq. 440

Interlocutoria non poteſt iuſtificari, aut confirmari ex nouis actis,gl.14.q.8.n.35. 484

Interpellatio, Interpretatio.

Interpellatio hominis non eſt neceſſaria quando interpellat dies, gl.9.num.63. 370

Interpellans,ſeu proteſtans,an quando,& quomodo debeat facere fidem de iure ſuo,poſt gll in reſponſo,n.46. 738

Interpellatio ſeu proteſtatio facta iure actionis ad effectum conſtituendi interpellatum in mora,non eſt iudicium, non requirit litiſcontestationem, neque formalem productionem iurium, eod.reſponſo,ſub n.46.verſ.infero. 738

Interpellatio, & fides de ſe interpellata poteſt fieri in iudicio, & extra,& vtroque modo conſtituit in mora,ſub eod. n.46. decl. 1.fol. 739

Interpellatio, ſeu proteſtatio facta de commiſſione iudicis, obligat interpellatum ad credendum interpellationi abſque alia fide, & quando dicatur facta de commiſſione iudicis, poſt gll. in reſponſo,ſub n.46.declar.2. 740

Interpellatus ſi compareat apud acta, in quibus adſit inſtrumentum,relatiuè ei notificatum, non requiritur alia fides,ſub eod. n.46.verſ.& dato. 740

Interpellatio, ſeu nuntiatio in venditione rei cenſuatæ ad quem effectum fieri debeat domino cenſus, & an ſit de forma, poſt gll.in reſponſo,n.51.& ſeqq. 741

¶ *Interpretari* debemus ſententias iudicum, ne mereantur reprehendi à ſapientibus, gl.14.q. 17.n.63. 585

Interpretari poteſt pluries actum ille, qui actum poteſt deſtruere, & reuocare,gl.14.q.17.n.53. 584

Interpretatio non debet excedere limites interpretationis, gl.14. q.17.n.55.& ſeqq. 584

Interpretatio ſententiæ quot modis fiat, gl.14.quæſt.17.num.73. fol. 587

Interpretatio habet locum in acto valido, non autem in actu nullo,gl.14.q.17.n.59. 585

Interpretari poteſt iudex ſuam ſententiam etiam contra regulas iuris, dummodo declaratio non ſit contra veram, & propriam ſignificationem verborum, ſed tamen ſi interpretatio non iuſtificetur ex actis, poteſt ab ea appellari, gl.14.q.17.ſub num.54. declar.2. 584

Interpretatio debet eſſe verbi,& orationis dubiæ congrua expoſitio ſine verborum violentia,gl.14.q.17.n.61. Debet eſſe talis, vt tollantur abſurditas, & iniuſtitia, etiamſi talis interpretatio contineret improprietatem, n.62.64.& ſeqq. Et debet eſſe laudabilis,veroſimilis,& non diſſona,n.67. 585

Interpretari ſuam ſententiam iudex poteſt ſemel tantum, quare cum declarauerit, non poteſt declarationem reuocare, gl.14. quæſt.17.num.52. Fallit in ſententia interlocutoria, ſub nu.54. fol. 584

Interpretari debemus ſententiam eo modo, quo de iure ferri debuit, & ſecundum naturam contractus,impropriando etiam verba, gl.14.q.22.num.2. Et quomodo hoc ſit verum, num.3. fol. 633

Intrinſeca, Ioſeph, Irregularis.

Intrinſeca conditio in ſententia quæ ſit, gl.14. quæſt.14. num.18. & 19. 560

Reliqua vide ſupra in verbo, Conditio.

¶ *Ioſeph*, qui eſt innocens, accuſatur à muliere de crimine,cuius ipſa eſt rea, gl.14.q.21.n.31. 626

Irregularis remanet in ſua prælatura donec remoueatur, gl.4.q.3. num.31. 119

Iudas, Iudæi, Iudex, Iudicium.

Iudam quare Chriſtus non manifeſtauerit, quando dixit Apoſtolis, quòd vnus eorum erat ipſum traditurus, gloſ.14.q.15.n.32. fol. 570

¶ *Iudæi* cuius iuriſdictioni ſubijciantur,gl.1.q.1.num.169.189. & ſeqq. 40.& 45

Iudæi qui ſint, vnde dicantur, & vnde dicantur Hebræi, & dicti ſint Iſraelitæ,gl.1.q.1.n.185. 44

Iudæi in toto Orbe ſunt captiui,& in diſperſione,gl.1.q.1.n.186. fol. 44

Iudæi licet ſint facti ſerui &c. tamen poſſident bona,&c.gl.1.q.1. num.187. 44

Iudæi vtuntur iure Romanorum,ſunt de populo Romano, ligantur ſtatutis locorum,& inter eos, & Chriſtianos nulla eſt conſtituenda differentia, niſi expreſſo iure caueatur, & ideo conceſſum, ſeu prohibitum vniuerſitati, vel populo, intelligitur conceſſum, & prohibitum Iudæis, & ſecuritas data pro ſe, & ſocijs includit etiam iudæum ſocium. Et quod ius ſeruent in ſucceſſionibus ab inteſtato.gl.1.q.1. n.188. & ſeqq. 44

Iudæi in temporalibus ſunt ſubiecti Imperio Romano, gl.1.q.1. ſub n.189. verſ.declara. 45

Iudæi pro cauſis ciuilibus agunt,& conueniuntur coram iudicibus locorum,ibid.

Iudæi coram quo agant,& conueniantur pro cauſis criminalibus, ibidem.

Iudæi quibus caſibus conueniantur coram Inquiſitore, ibid.

Iudæi habent ſuos proceres, & ſeniores, qui cognoſcunt de eorum ritibus,&c.gl.1.q.1.n.191. 46

Iudæi licet ſint inimici Crucis,& eſſe Iudæus ſit crimen, tamen Eccleſia eos tolerat,gl.1.q.1.n. 192. fol.46. Et quare ſint tolerandi.n.197.& ſeqq.fol.47. Imò Eccleſia tolerat eorum ritus, 193. A Principibus quandiu pacificè viuunt, non ſunt expellendi, num.195. Et multo minus eis auferri debent bona, num. 196.

Iudæi in magno numero fuerunt expulſi á Rege Hiſpaniarum, & quare,gl.1.q.1.n.202. 48

Iudæi non ſunt hoſtes Populi Rom. & vbique ſunt parati ſeruire, cum proprium non habeant Principem, gl.1.quæſt.1.num.234. fol. 56

Iudæi diligi debent à Principe tanquam proximi, gl.1.q.1.num. 236.& 237. 57

Iudæi aliquando Romæ conuertuntur, & poſtea diſputant contra Iudæos,gl.1.q.1.n.197. 47

Iudæi ſunt peiores Saracenis,& Paganis, gl.1. quæſt.1.num.240. & 241. 57

Iudæis oſtenditur eorum error, gl. 1.q.1 n.101.& 102. 29

Eccleſia non flectit genua pro Iudæis, gl.1.q.1.ſub n.240. 57

Iudæorum errores ſunt multi,gl.1.q.1.n.203. 48

Iudæus non poteſt eſſe iudex,gl.1.q.1.n.43. Et quando poſſit, ſub num.44.fol.16.verſ.quod etiam. & n.191. verſ.quod ſi. 46

Iudæus eſt indignus quolibet honore, gl.1.q.1.n.44. 16

Iudæus non poteſt eſſe doctor, gl.1.q.1.ſub n.44. 16

Iudæi quare non vexentur à Dæmonibus,gloſ.1.quæſt.1.ſub n.47. fol. 17

Iudæis permittitur habere ſynagogas veteres, & qui in eas irruerent, iubentur emigrare,gl.1.q.1.ſub n.203.declar.2. 49

Iudæi non poſſunt habere nouas ſynagogas, ead. q.1. ſub n.203. illat.1. Et quare,ſub eod.n. 203. comprob.3. 50

Iudæi, ſi veteres ſynagogæ minentur ruinam, aut collapſæ ſint, poſſunt eas reparare, & reædificare, dummodo earum formam non immutent &c. ſub eod.n.203.illat.2. 49

¶ *Iudex* quare facilius, quam teſtis remouetur, dummodo remotio non fiat ex cauſa ſuſpicionis, quia ex cauſa ſuſpicionis magis repellitur iudex, quam teſtis,gl.10.ſub n.32. 380

Iudex non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua eſt iudex, gl.10.nu. 25.41. & ſeqq. Neque in ea,in qua fuit iudex, ſub num.45.extent.2. 378

Iudex, & Notarius an quis poſſit eſſe in eadem cauſa, gl.10. ſub num.41.extenſ.1. 382

Iudex in aliqua cauſa ſi in ea inducatur pro teſte, debet remoueri à munere iudicandi in illa cauſa, gl.10.n.2. Fallit quando iudex eſt paratus iurare, quòd nihil ſcit de facto illius cauſæ,n.43. 382

Iudex poteſt eſſe teſtis quando delegat, ſeu ſubdelegat totam cauſam.gl.10.n.44. 382

Iudex an, & quando poſſit eſſe teſtis in cauſa appellationis, interpoſitæ,gl.10.n.45. 382

INDEX.

Iudex licet in conſcientia ſciat, teſtes eſſe falſos, & accuſatum eſſe innocentem, tamen ſequendo dicta teſtium, & condemnando innocentem, non offendit innocentem, neque dicitur miniſter illorum teſtium, ſed dicitur miniſter iuris, gl.14.q.8. num.13.14 & 15. 481
Iudex quomodo in iudicio conſideretur, vti tertia perſona, & vti prima, gl.4.q.9.ſub n.1.& 2. 160
Iudex quando poſſit ſupplere in facto, gl.10. ſub n.8. 375
Iudex ſi ſit expulſus, ſeu aliter per vim impeditus, ne poſſit ius dicere in ſuo territorio, poteſt contra expulſores dicere in alieno, gl.7.q.4.ſpec.2. n.152. 310
Iudex abſque vlla prorogatione iuriſdictionis eſt competens ſuper compenſatione, gl.7.q.4.ſpec.2.ſub n.6.& ſeqq. 321
Iudex inquirens repræſentat Rempublicam, & partem offenſam, gl.14.q.19.n.53. & ſub n.56. 604
Iudex cauſarum criminalium an, & quomodo poſsit procedere in cauſa ciuili, etiam parte non inſtante, gl.14.q.19 ſub n.51. & ſeqq. ſub n.60. verſ. ſubcarende. n.73. & ſeqq. 604
Iudex cauſarum criminalium, condemnando reum ad pœnam, quando poſsit, & quando non poſsit condemnare ad intereſſe ciuile, debitum parti, gl.14.q.19.n.64 & ſeqq. 606
Iudex vt ſciat ſoluere dubia cauſarum, debet ad Deum recurrere, & eſſe bonus chriſtianus, gl.14.q.23.n.17. 643
Iudex quando poſsit procedere, etiam parte non interueniente, gl.4.q.7.n.22. 153
Iudex dicitur miniſter Dei, gl.1.q.1.n.7.fol.10.& n.253. 60
Iudex dicendo, in Dei nomine, & ferendo ſententiam iniuſtam, mentitur gl.1.q.1.n.263. 61
Iudex, qui certò ſcit in ſua conſcientia, reum, conuictum falſis teſtibus, eſſe innocentem, qua diligentia vti debeat, ne eum condemnet, gl.14.q.8 nu.45. & ſeqq. Et quando debeat potius dimittere officium, quam eum condemnare, n.50. 486
Iudex debet exprimere ſuam iuriſdictionem, gl.4.q.1.n.10. Contrarium, gl.4.q.10.n.1. 161
Iudex quæ ſcire debeat de Deo, & de fide, alias, ijs ignoratis, non debeat eligi in iudicem, gl.1.q.2.n.1.& ſeqq. 61
Iudex, ferendo ſententiam, loquitur de ſe in perſona plurali, & quare, gl.2.q.1.n.1.& ſeqq. 65
Iudex, verbum licet deficiat in ſententia, tamen ſententia valet, gl.4.q.4.n.1.& ſeqq. 124
Iudex licet elegerit vnam ſpeciem iuriſdictionis ordinariæ, in qua erat incompetens, tamen ſi erat competens ex alia ſimili ſpecie iuriſdictionis ordinariæ, ſententia eſt valida, gl.4.q.5. num.4. 136
Iudex ordinarius quandiu toleratur à ſuo ſuperiore, valide procedit, gl.4.q.3.n.2.& 6. 118
Iudex quis eſſe poteſt in cauſa propria de conſenſu partis, gl.4.q.7.ſub n.54.limit.6. 158
Iudex cauſarum ciuilium an poſsit torquere teſtem, & an poſſit punire teſtem falſum, gl.6.n.14.& ſeqq. 168
Iudex non poteſt quicquam facere ex ſuo arbitrio, gl.14. quæſt.1.num.6. 418
Iudex an poſsit eſſe, qui non eſt V.I.D. gl.3.q.2 nu.1.6. & 10. Et quando, attento ſtylo, & conſuetudine, debeat eſſe doctor, & quando hoc non ſit neceſſarium, late, n.26.& ſeqq. & n.48. 80
Iudex non debet ab alijs mendicare, quod ipſe eloqui debet, quare non tenetur requirere conſilium ſapientis, cum ipſe debeat eſſe peritus, maximè ſi ſit Eccleſiaſticus, gl.3.q.2.n.2. 80
Iudex quare debeat eſſe bonus, gl.4.q.1.n.3. 92
Iudex quare eligi non debeat is, qui habet malos mores, ead.q.1. num.5. 92
Iudex ſi fieri poſſet, deberet eſſe ſine vlla macula peccati, ead. q.1.num.6.& ſeqq. 92
Iudex poteſt eſſe etiam ſi ſit peccator, gl.4.q.1.nu.16. Quomodo hoc ſit verum, & quomodo non, n.18. 94.& 95
Iudex ſi condemnet alium de eodem genere peccati, in quo eſt ipſe peccat, gl.4.q.1.n.13.& 20. 93.& 95
Iudex ab facilius repellatur quàm teſtis, ead. quæſt. 1. num. 7. & 19. 92.& 95
Iudex qua ratione debeat eſſe iuſtus, gl.4.q.1.n.23. 96
Iudex iniuſtus non eſt iudex, ſub dicto n.23. 96
Iudex iniuſtus quomodo videatur etiã falſus, gl.4 q.1.nu.25. 96
Iudex debet iuſtè ferre ſententiam iuſtam, gl.4.q.1 n.26. 96
Iudex, qui delinquentem dimittit impunitum, peccat, & debet puniri, gl.4.q.1.ſub n.26.exempl.3. 97
Iudex debet eſſe iuriſperitus, ſapiens, &c. gl.4.q.1.n.39. 99
Iudex lædens partem, tenetur illi &c. gl.4.q.1. n.43. 101
Iudex ſi non proſpiciat indemnitati ſoluentis, tenetur de ſuo, poſt gll. in reſponſo, n.8. 731
Iudex debet eſſe conſtans, & habere prudentiam, gl.4.q.1. num. 58. & 59. 105
Iudex bonus qualis eſſe debeat, gl.4.q.1.n.60. 105
Iudex malus quid agat. ibid.
Iudex ob quot, & quos defectus quis eſſe non poſſit, gl.4 quæſt.2. num.1.& 25. 108
Iudex habens in ſua iuriſdictione plura caſtra, ſi ad vnum accedat, poteſt tunc ibi ius dicere, &c. gl.7.q.4.ſpec.2.num.8.& 9. fol. 286
Iudex Curiæ Mercaturæ in Ciuitate Florentiæ procedit, in executiuis, gl.14.q.12.n.37. 510
Iudex in cauſa propria nemo eſſe poteſt, gl.4.q.8.n.4. Etiam ſi aduerſarius conſentiret, n.5. fol.160. Et ampliatur vt eſt diſpoſitum in Camera Apoſt. & in ſtatuto Genuæ, ead.gl.4. q.7.n.2. & ſeqq. Limitatur multipliciter, n.23.& ſeqq. 150
Iudex ſi ſit inhabilis, prorogatio non tenet, gl.7.quæſt.3. limit.6. num.10. 269
Iudex vt rectè ſuum exerceat officium, debet habere tres conditiones, gl.5.q.1.ſub n.1. 162
Iudex cauſarum ciuilium non cognoſcit cauſam, in qua pœna partim applicatur fiſco, & partim parti, gl.6.n.5. 166
Iudex cauſarum mixtarum, quando cognoſcere poſſit. & quando non de cauſa, in qua pars pœnæ applicatur Fiſco, & pars parti, gl.6. n.23. 169
Iudex cauſarum ciuilium poteſt indiſtinctè cognoſcere de cauſa criminali, quando de ea agitur ſolum ciuiliter, gl.6. num.24. & 25. 169
Iudex, cui à Principe eſt datus certus locus ad exercendam iuriſdictionem, non poteſt eam alibi exercere, gl.7.q.4.ſpec.2. nu. 35. Neque poteſt eam exercere in loco exempto, num.36. 290
Iudex cum ſententiando functus eſt officio ſuo, deſinit eſſe iudex, gl.14.q.17.n.1. Siue ſit delegatus, ſiue ordinarius, n.3.7.& 8. Et quando non dicatur functus officio ſuo, n.12. 577
Iudex non poteſt, lata ſententia, illi quidquam addere, vel de ea aliquid minuere, gl.14.q.17.n.4.7.& 8. Poteſt tamen in ſequentibus caſibus corrigere, mutare, minuere, vel addere. Primo ſi ſententia non eſt diffinitiua, ſed interlocutoria, nu.10. Secundo quoad latinitatem & verba, num.12. Tertio quoad nullitatem &c. nu.14.& 15. Quarto quoad acceſſoria, quia iudex poteſt illa addere eadem die, num.16. Hic caſus extenditur, & reſtringitur multipliciter, num.18. & ſeqq. Quinto in Ciuitate Genuæ, num.28. Sexto in condemnatione ad ſoluendum, num.29. Septimo quando quod additur, vel minuitur, eſt declaratio ſententiæ, num.30.& ſeqq. Octauo in ſententia lata contra hæreticum non relapſum, & pœnitentem, num.87. & ſeqq. Demum poteſt ſupplere ea, quæ ſunt de natura actionis, n.43. 578
Iudex illitteratus. vide ſupra in verbo, Illitteratus.
Iudex iniuſtus. vide ſupra in verbo, Iniuſtus.
Iudex. vide ſupra in verbo, Aduocatus. & in verbo, Iuſtitiam.
¶ *Iudicandi* munus quare Deus dederit hominibus, gl.1. quæſt.1. num.8. 10
Iudicandi auctoritas non procedit à ſolo tribunali, ſed à tribunali, & recta vitæ ratione, gl.4.q.1.ſub n.1. 92
¶ *Iudices*, & Reges quare magis participent de actione diuina, gl.1.q.1.ſub num.88. 25
Iudices habentes iuriſdictionem, an & quando poſſint cognoſcere, & iudicare de iniuria ſibi illata, gl.4.quæſt.7.nu.55. & ſeqq. fol. 258
Iudices ſunt tanquam Dij, gl.4.q.1.n.2. 92
Iudices dicuntur teſtes iuris, & data inter eos æquali contrarietate, ſunt adhibendi alij iudices, poſt gll. in reſponſo, num.93. & 94. Et quare habens rem iudicatam, debeat obtinere, nu.96. fol. 747
Iudices erant ſacerdotes, & quomodo etiam hodie debeant eſſe religioſi, gl.4.q.1.n.32.& ſeqq. & n.37. 99
Iudices ignorantes, negligentes, & ſimiles reprehenduntur, gl.4. q.1.n.31. verſus finem. 98
Iudices ſunt quandoque proni ad diſſentiendum, gl.9.ſub num.2. fol. 360
Iudices, qui ad reprimendas iniurias conſtituuntur, perniciofiores ipſi committunt, gl.14.q.9.n.31. 497
Iudicis ordinarij iuriſdictio, an & quando poſſit prorogari ad cauſam alteri delegatam, gl.7.q.4.ſpec.6.n.27. 356
Iudicis nomen an ſit neceſſarium in ſententia, gl.2.q.2.num.1. Et an error in eius nomine vitiet ſententiam, n.6.7.& 8. 68
Iudicis nomen proprium, an verò iuriſdictionale ſit primo loco ponendum in ſententia, gl.2.q.3.n.1. 70
Iudicis geſta non infirmantur, quamuis pars contra eum probauerit exceptionem, quæ impedit, iudicem fieri, gl.4. quæſt. 1. num.1.

num. 1. & ſeqq. num. 7. & 12. 118

Iudici crimino ſo poteſt obijci (eijce primum trabem de oculo tuo,) gl.4.q.1.num.14. 93

Iudicis qualitates quæ eſſe debeant, gl.4.q.2.ſub n.60. 117

Iudicis perſona debet eſſe omnino diſtincta ab alijs perſonis interuenientibus in iudicio, gl.4.q.7.n.1.& ſeqq.& n.17.& ſeqq. Et ideo debet eſſe diſtincta etiam à teſtibus, ſub num.21. verſ. amplia. 150

Iudicis ignorantia. vide ſopra in verbo, Ignorantia iudicis.

Iudicibus quare peculiariter contingat, vt ab alijs iudicibus iniuſtitias recipiant, gl.14.q.9.n.18. 494

Iudicibus pluribus ſimpliciter datis, vnus non poteſt procedere ſine alio, ſed datis cum clauſula (quod ſi non omnes) poteſt vnus ſine alio, conſtito tamen de impedimento, gloſ.7. q.3. limit.2.n.26.& 28. Et quid ſi ſint dati cum clauſula (vt omnes, aut duo, aut vnus) num.27. Et quid ſi conſtaret, quòd pluralitas iudicum fuit fauore partium, num.29. 207

Iudici dicenti Ius extra territorium, poteſt impune non pareri, gl. 7.q.4.ſpec.2.num.45. in fine. 291

Iudicum ſpecies quot & quæ ſint, gl.4.q.6.n.1. 138

Iudicij nomen non habent ea, quæ ſunt ſine actore, & reo, & quæ ſint iſta, gl.10.n.6. 375

Iudicij ſubſtantia deficit, ſi in eo non interueniant tres perſonæ, gl.4.q.7.n.3. 150

Iudicium paſſionibus peruertitur, gl.4.q.7 n.6. 151

Iudicium quod poteſt expediri vno, non debet expediri pluribus, gl.7.q.4.ſpec.2.n.10. 321

Iudicium eſt primum requiſitum in iudice, gl.4.q.2.num.1. & 13. fol. 108

Iudicium, & ſententia quomodo conſtare debeant ex pluribus perſonis, gl.10.n.1.& 25. Alias iudicium ſit nullum, nu.3.6. & ſeqq. 375

Iudicium, & contractus à pari procedunt, gl.14.q.12.n.10. 523

Iudith, Iuramentum, Iurans, Iurare.

Iudith vidua caſtiſsima abſcidit caput Holophernis, gloſ.14.q.21. num.32. 626

¶ *Iuramentum*, quod non eſt contra ſalutem æternam, debet ſeruari, gl.7.q.3.limit.4.n.36. 225

Iuramentum obligat præciſe iurantem, ſed promittens ſine iuramento, liberatur, ſoluendo intereſſe, gl. 7.q.3.lim.4.n.37. 225

Iuramentum debet adimpleri in forma ſpecifica, gl.7. q.3. limit. 4.num.38. 225

Iuramentum actum, de ſui natura retractabilem, facit irretractabilem, gl.7.q.3. limit.4.n.39. fol.225. Multa adducuntur contraria, num.45.& ſeqq. 226

Iuramentum habet vim conteſtationis litis, gl.7. quæſt.3.limit.4. num.42. 225

Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, gl. 7.q.3.limit.4.n.44. Contrarium, n.53.& ſeqq. Declaratur, n.60. & ſeqq.& ſub n.72. 225

Iuramentum non eſt modus inducendæ obligationis, eadem lim. 4.num.44. 225

Iuramentum facit valere actum, qui ſine iuramento non valuiſſet, gl.7.q.3.limit.4.n.54.& 74. Et quando hoc non faciat, num.75. fol. 227

Iuramentum impedit purgationem moræ, gloſ. 7.quæſt.3.limit.4. num.55. 227

Iuramentum habet vim expreſsi, gl.7.q.3.limit.4.n.59. 227

Iuramentum non ſe extendit vltra iurantis conſenſum, à lege præſumptiuè limitatum, gl.7.q.3.limit.4.n.72. Vel ab homine, & iudice, num.73. 229

Iuramento de calumnia an poſsit renunciari, gl.7.quæſt.3.limit.4. num.205. 250

Iuramentum appoſitum in actu, an cenſeatur repetitum in prorogatione actus, gl.7.q.4.ſpec.1.n.27.& ſeqq. 275

Iuramentum ſuppletorium, quot, & quibus requiſitis concurrentibus, ſit actori deferendum ad faciendum plenam probationem, gl.14.q.7.n.58.& ſeqq. vſque ad n.76. incluſiuè. Et an, & quando ſit deferendum reo, n.74.75.77.& ſeqq. 454

Iuramentum ſuppletorium, in quibus caſibus non detur, gl.14.q. 7.num.91. 458

Iuramentum ſuppletorium debet peti conditionaliter, ſi & quatenus expediat, gl.14.q.7.n.92. 458

¶ *Iurans* in ſupplementum plenæ probationis, cuius eſſe debeat conditionis, gl.14.q.7.n.62.& ſeqq. 455

¶ *Iurare* in ſupplementum non poteſt qui ignorat veritatem &c. gl.14.q.7.num.60. 455

Iurare quis non poteſt in ſupplementum, ſi cauſa ſit magna, vel ardua, aut criminalis. &c.gl.14.q.7.num. 66.& 70. Et quando poſſit, num.72. 456

Iurans ſoluere, non admittitur ad compenſandum, gl.7.q.3. limit. 4.num.38. 225

Iurare de calumnia ſi renuat actor, reus debet abſolui ab obſeruatione iudicij, gl.14.q.7.n.93. 458

Iureconſulti, Iuriſdictio.

Iureconſulti ex ſolo priuilegio non debent eligi ad iudicandum, gl.4.q.1.num.51. 102

Iuriſconſultorum argutæ ineptiæ, gl.14.q.13.n.15. in vltimis verbis. 544

Iuriſconſultos, qui non abijcit pecuniam, non eſt verè philoſophus, gl.3.q.1.n.45. 79

Iuriſconſultus licet non ſit, qui fert ſententiam, tamen ſententia valet, gl.3.q.2.n.1.& ſeqq.& num.6. 80

¶ *Iuriſdictionem* exprimere debet iudex, gl.1.q.1.n.10. 11

Iuriſdictio quomodo cœperit inter homines, gl.1.q.1.n.81. 24

Iuriſdictio, & dominium in toto orbe pendent à Deo, gl.1.q.1. n.82.& ſeqq. fol.24.& n.91. 26

Iuriſdictionem ſuam licet iudex ignoret, tamen quod facit in beneficialibus, tenet, gl.4.q.4.n.30. 130

Iuriſdictio non conſideratur ex tempore dati reſcripti, ſed ex tempore præſentationis, gl.4.q.4.n.38.39.41.& ſeqq & 50.fol. 131. Et quando conſideretur ex tempore dati reſcripti, nu.54. & ſeqq. 134

Iuriſdictio delegata à Principe motu proprio, an habeat effectum ante præſentationem reſcripti delegatorij, gl.4.q.4 n.59.& 60. fol. 134

Iuriſdictio ordinaria non probatur per teſtes, & quid in iuriſdictione delegata, gl.4.q.4.n.43. 132

Iuriſdictionem ſuam ſi iudex ignoret, ſententia, quam ferret, eſſet nulla, ſecus tamen eſt ſi ignorat et adminiculum ſuæ iuriſdictionis, gl.4. q.4. ſub nu.2.10.& ſeqq. Secus etiam eſt quando licet non eſſet certus, quod erat iudex, tamen probabiles habebat coniecturas, quod erat, num.36. 125.127.& 131

Iuriſdictio ſi competat iudici ex qualitate narrata in libello, an illa qualitas habeatur pro probata ad effectum procedendi, gl.4.q.6.n.55.& 58. 147

Iuriſdictio criminalis quando, & quomodo extendatur ad ciuilem, gl.6.n.12.& 13. fol.167. & poſt gl. in reſponſo, num.22. fol. 733

Iuriſdictio ciuilis non ſe extendit ad criminalem, gl.6.num.12, in fine, & ſub num.13. 167

Iuriſdictio poteſt exerceri in alieno territorio, ſi ita conſuetudine ſit introductum, gl.7.q.4.ſpec.2.num.171. 314

Iuriſdictio eſt fundamentum totius proceſſus, gl.7.q.1.n.10. 172

Iuriſdictio tam in fabricando proceſſum, quam in deſtruendo eum, in primis quærenda eſt, gl.7.q.1.num.11. 172

Iuriſdictio priuatorum conſenſu tribui non poteſt, gl.7.quæſt.2. num.1. 177

Iuriſdictio exiſtens poteſt priuatorum conſenſu prorogari, gl.7. q.2.n.2.fol.177.& poſt gll. in reſponſo, n.18.& 19. 733

Iuriſdictio ſi non extat, non prorogatur, gl.7.q.3.limit.1 num.1. Præſertim ſi deficeret in totum, n.2. 183

Iuriſdictio de vna ſpecie perſonarum non prorogatur ad aliam ſpeciem perſonarum, gl.7.q.3.limit.1.n.5. 184

Iuriſdictio iudicis ſecularis non prorogatur ad cauſas clericorum, gloſ.7.quæſt.3. limit.1.num.6. Declaratur, num.89.& 90. fol. 184.& 196

Iuriſdictio cauſarum criminalium non prorogatur ad cauſas ciuiles, gl.7.q.3.limit.1.n.100. Etiam per viam reconuentionis, n.101. Neque è conuerſo, n.102. Extenditur, & reſtringitur, n. 121.& 122. 198

Iuriſdictione delegata reuocata, an cenſeatur reuocata iuriſdictio prorogata, gl.7.q.3.limit.1.n.134. 200

Iuriſdictio voluntaria prorogatur in habentem ſimilem ſpeciem iuriſdictionis, gl.7.q.3.limit.1.n.125. 201

Iuriſdictio iudicis competentis ſi poterat declinari, & non fuit declinata per ignorantiam iuris, vel facti, proceſſus tenet, gl.7. q.3.limit.2.n.34. 209

Iuriſdictio aggregatiua, cumulatiua, & priuatiua quomodo differant, gl.7.q.3.limit.2 n.46. 210

Iuriſdictionis prorogatio per errorem licet non teneat, tamen ſi ſuperueneris ſcientia, & partes continuarunt litigare, nunquid ratificentur retrogeſta, gl.7.q.3. limit.2.n. 47.& ſeqq. & num. 50. & 51. 211

Iuriſdictio in eſſe iam deducta, facilius conſeruatur, quàm inducatur de nouo, gl.7.q.3.limit.4.num.32. 224
Iuriſdictionem exercere poteſt iudex in alieno territorio, quando ita conſentiant partes, & iudex illius territorij, & valida eſt iſta prorogatio, gl.7.q.4.ſpec.2.n.162.& 163. 312
Iuriſdictio ordinaria, cuius exercitium poſtea eſt reſtrictum ad certos articulos, & ad certum tempus, an poſſit prorogari extra illos articulos, vſque ad illud certum tempus, gl.7.q.4. ſpec.1.num.7.& ſeqq. 272
Iuriſdictio voluntaria, in qua requiritur cauſæ cognitio, an poſſit exerceri in aliena iuriſdictione, gl.7.q.4 ſpec.2. num.79.& ſeqq. Et quid ſi non requiratur cauſæ cognitio, n.113. 298
Iuriſdictio ſuper re notoria an poſſit exerceri in alieno territorio, gl.4.q.4.ſpec.2.num.121.& 123. 306
Iuriſdictio de cauſa ad cauſam eſt prorogabilis, gl.7.q.4.ſpec.5. num.3. & ſeqq. 358
Iuriſdictio iudicis ordinarij poteſt prorogari ad perſonas, quæ non ſunt ſub eius iuriſdictione, gl.7.q.4.ſpec.6.num.1. Et hoc ampliatur multipliciter. Primò, vt poſſit prorogari de ſingulari ad vniuerſalem, nu.2. Secundo, vt poſſit prorogari de vniuerſali ad vniuerſalem, num.3. Tertio, in caſu, quo quis eſſet iudex duorum locorum, & cauſam inter duos de vno loco cognoſceret in alio, num.4. Quarto, vt poſſit fieri ſiue iudex habeat tribunal, ſiue non, num.5.6.& 7. Quinto, vt poſſit prorogari etiam iuriſdictio iudicis appellationis, num. 8. Sexto, vt poſſit prorogari tam iuriſdictio contentioſa, quàm voluntaria, num. 9. & 10. Septimo, vt prorogatio iuriſdictionis teneat, etiam ſi iudex eam ignorauerit, num.11. 358
Iuriſdictio prorogata. vide infra in verbo, Prorogatio.

Iuriſpatronatus, Iuriſperitus.

Iuriſpatronatus cauſa an, & quando poſſit cognoſci à iudice ſeculari, gl.7.q.3.limit.5.num.38. & ſub num.45. verſ.quo vero. fol. 265
¶ *Iuriſperitorum* conſilio non adhibito in ſententia, an ſententia valeat, gl.13.num.34.& ſeqq. 412

Iuriſprudentia, Ius, Iuſſus, Iuſta.

Iuriſprudentia non verſatur circa abſtractiones, ſed circa res, gl. 14.q.13. num.16. 544
Iuriſprudentia non eſſet iuriſprudentia, ſi quod pendet à determinatione vnius, determinaret, non determinato illo vno, gl.14.q. 19.num.30. 601
¶ *Ius* quoad omnes facere ſolent infraſcriptæ ſententiæ. Primò, ſententia lata in cauſa ſtatus, gl.14.q.12.num.34.& 68. Secundo, ſententia, quæ inter vxorem, & maritum, contendentes cuius ſit filius naſciturus, iudex pronunciat, eſſe mariti, num.64. Tertio, ſententia lata cum vno ex his, quibus ius cauſæ competebat in ſolidum, num.101. Quarto, ſententia lata ſuper nobilitate, vel ignobilitate, num.67. & 68. Quinto, ſententia lata inter eum, qui ſe facit verum dominum ſerui, & eum, qui ſe facit verum patronum liberti, alio contradictore non exiſtente, num.64. illat.2. Et demum ſententiæ, quæ faciunt ius quoad omnes, reducuntur ad tria, &c. num.69. 526
Ius congrui habet legum municipalium varias diſpoſitiones, quæ recenſentur, gl.14.q.29.n.3.& 4. 691
Ius ſententiæ, quod eſt in victore abſoluto, vel condemnato, ſi non ſit etiam in alijs, habentibus intereſſe in illa cauſa, illa ſententia illis alijs non prodeſt, neque nocet, gl.14.q.12.num.127. fol. 540
Ius congrui eſt ad fauorem vicini, gl.14.q.29.nu.50. Et vſquequo progrediatur ille fauor, n.80. 696
Ius canonicum attendit realitatem, gl.14.q.25.ſub num.38. Quare in foro canonico proceditur de æquitate, non attentis apicibus iuris, ſub num.41. fol.670. Et in reſponſo, n.11. 732
Iure publico renunciare non poteſt, gl.7.q.3.limit.4.num.201. Et quotuplex ſit hoc ius publicum, num.202. 250
Ius quæſitum ex proprio facto, & promiſſione, difficilius tollitur, quàm quæſitum ex prouiſione legis, gl.14.q.24.n.25. 657
Ius accreſcendi in indiuiduis habet ſuum effectum, etiam ſi deficiat ſcientia, gl. 4.q.4.ſub n.5. 127
Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito conualidat iudicium præſens inchoatum, poſt gll. in reſponſo, n.35. 735
¶ *Iuſſus* qualibet iudicis quomodo & quare dicatur ſententia interlocutoria, gl.14.q.4.n.3.& ſeqq. 432
¶ *Iuſta* ſententia quare ferri debeat, gloſ.1.q.1.num.262.& 263. fol. 61
Iuſtè agere, & agere iuſtum, ſunt duo, quæ copulatiuè requiruntur ad iuſtitiam, gl.9.num.27. 364
Iuſtus quare debeat eſſe ſub poteſtate iniuſti, gl.14.q.9. ſub num. 22. verſ. prima. 495

Iuſtificari, Iuſtitia, Iuſtum.

Iuſtificari non poteſt ſententia ex actis poſt ſententiam, gl.14.q. 8.n.26. & ſeqq.30.& ſeqq. Limitatur, n 36. 488
Iuſtificari debet ſententia potius ex actis, & probatis, quam ex libello, & petitione, gl 14.q.16.num.22. & ſeqq.35.& 36. 574
Iuſtificari poteſt ſententia, lata in prima inſtantia, ex probationibus factis in cauſa appellationis, gl.14.q.8.num.36. fol.484. & poſt gll. in reſponſo, ſub num. 102. in ſecunda reſponſione. fol. 749
Sententia & executio Poteſtatis, qui vulneratum, qui adhuc erat viuus, credens eſſe mortuum, fecit decapitari vulneratorem, an iuſtificetur ex morte poſtea ſecuta, gl.14.q.8.n.31. 484
¶ *Iuſtitia* non habet commercium cum homine ſcelerato, gl. 4.q. 1.num.4. 92
Iuſtitia in quo differat à reliquis virtutibus, gl.4.queſt.1.num.10. fol. 95
Iuſtitiam facere debet iudex ex amore, & habitu iuſtitiæ, & non ex prauo affectu, quia peccaret, quamuis iuſtitiam faceret, gloſ. 4.q.1.num.17. 98
Iuſtitiam non facit integrè, qui eam facit tardè, gl.4.q.1.num.31. fol. 98
Iuſtitia placet Deo magis, quàm imolatio hoſtiæ, gl.4.q.1.nu.35. fol. 99
Iuſtitia quotuplex, & quæ conditiones requirantur in ea, gl.4.q.1. num.45.& 46. 101
Iuſtitia qualis depingatur, gl.4.q.2.ſub num.60. 119
Iuſtitia eſt ad alterum, gl.4.q.7.n.13. 152
Iuſtitia componit alienos mores, ſed ſuos habet compoſitos, gl. 4.q.7.num.14. 152
Iuſtitia cæteris alijs virtutibus eſt excelſior, gl.4.q.7.n.15. 152
Iuſtitia ſemper conſiſtit in æqualitate, gl. 10. n.31. & ſub num.49. fol. 380
¶ *Iuſtum* eſt quicquid fit ex iudicio, & prouidentia Dei, gl.14.q. 9.num.2. Declaratur, num.14. 490

Lætitia, Laicus, Lapis.

LÆTITIA. vide in verbo, Gaudium.
¶ *Laicus* an poſſit prorogare iuriſdictionem ſpiritualium ſacramentalium in iudicem eccleſiaſticum non ſuum, gl. 7.q.3.limit.5. num. 46. & ſeqq. Et quid in his, quæ ſunt annexa ſpiritualibus, ſeu largo modo ſunt ſpiritualia, num.53. 266
Laicus poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu ſui iudicis, gl.7.q.2.num.3. Etiamſi laicus ſit de iuriſdictione Eccleſiæ, n.4. Et prorogationem proprius iudex non poteſt impedire, num. 5. Et quando non poſſit prorogare, n.8. fol. 278
Laicus, ſi ſit ſubiectus vltra nudum exercitium iuriſdictionis, non poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu ſui Domini, gl 7.q. 2. num.8. 198
Laici ſunt multum infeſti clericis, gloſ.7. q.3. limit.1.ſub num.7. fol. 184
Laicus quando poſſit exercere iuriſdictionem ſacramentalem, gloſ.7.q.3. limit.5. ſub num.36. & ſeqq. Et quando etiam fori contentioſi, num.37. 264
Laicus an poſſit prorogare iuriſdictionem excommunicandi, gl. 7.q.3.limit.5.num.51.& 52. 267
Lapidum precioſorum genera quæ ſint, gl.9.n.9. 366

Latinitas, Laudum, Lecta.

Latinitatem, & verba ſententiæ, non mutata ſubſtantia, poteſt iudex corrigere, gl.14.q.17.n.12. 579
¶ *Laudum* ratificatum an inducat nouationem in antea conuentis, gl.7.q.4.ſpec.1.n.51. 279
¶ *Lectam* fuiſſe ſententiam non refert, quibus verbis notarius teſtetur, gl.17.n.2. 725

Lectores, Legatarius, Legatum, Legatus.

Lectores ſæpe vadunt per ambages, & non habent peritiam iudicandi, gl. 4.q.1.n.32.fol.102. Vide etiam gl. 14.q.24. ſub n.16. fol. 653

Lega-

¶ *Legatarijs* nocet ſententia, lata contra hæredem, &c. gl. 14. q. 12. num. 78. & 88. 532
Legatarijs etiam non citatis nocet ſententia lata contra hæredem, qua declaratum eſt, teſtamentum eſſe nullum, falſum, aut inofficioſum, gloſ. 14 quæſt. 12. num. 88. Secus eſt quando non agitur contra teſtamentum, neque ad vniuerſam hæreditatem, num. 89. 534
Legatarius in Curia Florentina poteſt conuenire hæredem via executiua, gl. 14. q. 10. n. 13. & 16. 701
Legato pio facto à teſtatore pro anima ſua, qua ratione iudex poſſit ex officio procedere contra hæredem, gl. 10 nu. 9. & 11. fol. 376
Legatorum executor eſt Epiſcopus, & etiam iudex ſecularis, gl. 10. num. 10. 376
¶ *Legati* iuriſdictione expirata, an expiret iuriſdictio in eum prorogata, gl 7. q. 3. limit. 1. num. 124. 200

Legitima, Legitimatio, Legitimatus, Legitimus.

Legitima. vide in verbo, Trebellianica.
¶ *Legitimatio* perſonæ in diſdicta cenſus qualis ſufficiat, poſt gll. in reſponſo, num. 42. Et an, & quando poſſit fieri etiam poſt diſdictam, num. 45. 736. & 737
Legitimatio, quæ oritur ex remotione vitij matrimonialis, ſpectat ad ſolum Papam, gloſſ. 7. quæſt. 4. ſpec. 2. ſub nu. 109. fol. 304
Legitimationem, quam facit Papa, qui tractent, gloſ. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 108. 304
Legitimatio. vide in verbo, Comes. Imperator. Papa. Princeps.
Legitimandi actus eſt de reſeruatis Principi, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. ſub num. 85. 299
¶ *Legitimatus* an excludat ſubſtitutum, &c. gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 89. & ſeqq. vſque ad num. 95. incluſiue. 300
Legitimatus an ſuccedat in feudis, gloſ. 7. quæſt. 4. ſpec. 2. nu. 96. fol. 305
Legitimo contradictore non exiſtente in lite, ſententia cum eo lata alijs non præiudicat, gl. 14. q. 12. n. 16. & 122. Quòd ſi ſit legitimus contradictor, tunc ſententia lata contra eum, nocet etiam alijs habentibus ius conſecutiuum, n. 63. 524
Legitimo, & æquali contradictori non nocet ſententia lata contra alium legitimum contradictorem, gl. 14. q. 12. num. 31. fol. 525

Legalis, Legere, Legiſta, Lepra, Lex.

Legalis, qui dicatur, gl. 14. q. 7. num. 65. 455
Legalis diſciplinæ neceſſitas, gl. 14. q. 19. n. 126. 617
¶ *Legi*, & recitari debet ſententia in ſcriptis ab ipſo iudice, gl. 12. num. 1. & 2. Legere tamen poſſunt per alium Epiſcopus, num. 26. Dummodo ſit conſecratus, num. 28. Item viri Illuſtres, alijque ſuperiores, Inquiſitores, & demum omnes iudices, num. 30. & 31. Et multò magis iudex illitteratus, vel cœcus &c. num. 36. Et licet Auditores Rotæ Florentinæ legant per ſe ipſos, tamen ſententia valeret etiam ſi legerent per alium, nu. 32. Neque eſt neceſſarium, quòd lecta ſententia per alium, iudex ore proprio dicat (abſoluo: vel condemno) ſub num. 29. Niſi eſſet iudex cœcus, aut illitteratus, qui neſciret legere, num. 36. 358
Legi ſententiam, & in eius calce teſtari, fuiſſe lectam, eſt neceſſarium, gl. 17. num. 1. 715
¶ *Legiſtæ* conſiderant realitatem, & non ambages, gl. 14. q. 16. nu. 28. fol. 573. & in reſponſo, n. 10. 732
¶ *Lepram*, & lepram debet iudex diſcernere, & cognoſcere, gl. 14. q. 23. num. 19. 643
¶ *Lex* imitatur naturam, tanquam magiſtram non errantem, gl. 14. q. 13. n. 11. & ſub n. 18. 545
Legibus obtemperandum eſt, etiam in caſu, quo ex inobedientia non læderetur finis legum, imo etiam in caſu, quo res melius gereretur, gl. 14. q. 8. n. 28. & ſub num. 30. & 31. 484
Legum intentio, & finis qualis ſit, gl. 14. q. 11. n. 67. 517
Legis præceptum ſi iudex non obſeruat, quod facit contra legis præceptum, non tenet, gl. 14. q. 15. n. 2. in fine. 566
Leges accuſare non debemus, vt iis non pareamus, & de iis diſputemus, ſed vt dicamus, quod oporteret eas mutari, &c. gl. 14. q. 16. num. 19. 20. & 21. 574
Leges Principum quare dicantur diuinæ, & obligent etiam in foro conſcientiæ, gl. 1. quæſt. 1. num. 260. & 261. fol. 61. Et dicuntur ſacratiſſimæ, gl. 4. q. 1. n. 33. 99
Legis diſpoſitio fortius obligat, quam diſpoſitio hominis, gl. 14. q. 24. num. 45. 695
Lex ſi quid apertè diſponat, & iudex ſententiam ferat contra diſpoſitionem legis, ſententia eſt nulla abſque appellatione, gl. 14. q. 30. num. 8. 702
Lex facilius tollit ſuam prouiſionem, quàm prouiſionem hominis, gl. 14. q. 24. num. 25. 657
Lex declarans quando retrotrahatur ad tempus legis declaratæ, & quando non, gl. 14 q. 17. ſub n. 70. 586
Leges ſilent inter arma, gl. 3. q. 2. ſub num. 33. 86
Lex, quæ ad fauorem vnius ex contrahentibus mandat, ſeruari aliquas ſolemnitates in contractu, dicitur potius de conſilio, quam de præcepto, gl. 7. q. 3. limit. 4. n. 200. 250
Lex & conſuetudo ſi in aliquo ſimili ſint contrariæ, quæ earum ſit attendenda in alio ſimili, gl. 14. q. 23. n. 4. 642
Lex, quæ habet admixtum fauorem, & odium, an dicatur condita in fauorem, vel in odium, gloſ. 7. q. 3. limit. 4. num. 233. fol. 256
Lex eſt tantæ auctoritatis, vt ſententia contra eam lata ſit nulla ipſo iure, gl. 14. q. 24. num. 11. & 57. 655
Lex non deſinit ſubuenire illi, qui facit actum naturaliter, & ſine vlla machinatione, poſt gll. in reſponſo, n. 9. 732
Lex canonica. vide ſupra in verbo, Ius canonicum.

Libellus, Liber, Libertas.

Libelli plures ſuper diuerſis licet cumulentur vnica charta, tamen plures ſunt libelli, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. num 31. 324
Libello debet eſſe conformis ſententia, gloſ. 14. q. 16. num. 1. Alias eſt ipſo iure nulla, num. 3. Et quare ſit nulla, num. 2. Et quando dicatur conformis, nu. 6. & ſub num. 11. Et quando ſententia poſſit ferri non conformis libello, num. 9. & ſeqq. & num. 36. 578
Libellum ſi iudex pronunciet eſſe aptum, vel ineptum, dicitur interlocutoria, gl. 14. q. 5. num. 15. 448
Libellus ſuppletur ex actis, & ex ſeqq. probationibus declaratur, gl. 14. q. 16. ſub num. 23. 574
Libellus nullus melior, quàm illa iudiciaria contentio, quam partes habent in proſecutione cauſæ, gloſ. 14. quæſt. 16. nu. 27. fol. 574
Libellus, qui eſt nullus, non poteſt emendari, gl. 14. q. 17. num. 60. fol. 585
Libellus non eſt neceſſario inſerendus in ſententia, gloſ. 14. q. 16. num. 7. & 8. 572
Libellus ſi ſit ineptus, vel proceſſus nulliter formatus, iudex debet reum abſoluere ab obſeruatione iudicij, gl. 14. q. 7. ſub n. 36. Et quando hoc non procedat, num. 39. Et quid in cauſis criminalibus, num. 167. & 168. 458
Libellus ſi ſit ineptus, ſententia ſuper eo lata, erit nulla ipſo iure, gl. 14. q. 7. n. 37. & 38. 451
Libellus in quibus caſibus debeat eſſe generalis, & alternatiuus, & alias non valeat, gl. 14. q. 15. ſub n. 21. 568
Libellus licet non ſit conformis ſententiæ, tamen ſententia valet in ſequentibus caſibus. Primo, ſi ſententia ſit interlocutoria, gloſ. 14. quæſt. 16. num. 9. Secundo, ſi ſententia condemnet in minus, num. 10. & 12. Tertio, ſententia poteſt ferri non conformis concluſioni libelli, quia debet ferri conformis actis, & probatis, num. 11. Quarto quando generalitas, & incertitudo libelli fuit certificata in proceſſu, num. 13. Quinto, ſi diuiſio rei petita in libello eſſet vtrique damnoſa, debet iudex non diuidere rem, ſed aliter vtrique ſatisfacere, num. 14. Sexto, poteſt eſſe difformis in concomitantijs, ſed cum diſtinctione, num. 16. & ſeqq. Septimo, in cauſis ſummarijs, nu. 22. Octauo, etiam in cauſis ordinarijs, num. 23. & ſeqq. Nono, in cauſis criminalibus, & hæreticalibus, num. 31. & 32. Decimo, in ſententia lata à Papa, vel Principe, num. 33. Vndecimo, in libello inepto, num. 34. Imo valet in omnibus caſibus, num. 36. fol. 572
¶ *Liber* eſt, qui bonus eſt, etiam ſi ſeruiat, gl. 4. q. 1. ſub n. 15. 94
Libri formæ datæ à iure ad effectum, vt probet liber pro ſcribente, poteſt aduerſarius renunciare, gl. 7. q. 3. limit. 4. n. 198. 249
Libri mercatorum quo ſtylo, quavè ratione ſcribantur, & aliqui quomodo vocentur, gl. 14. q. 23. n. 61. & 62. 650
Librorum præcipuè Legiſtarum nullus finis, gl. 14. q. 19. n. 125. Et vtilitas librorum, num. 127. 617
¶ *Libertatis* fauore Præſes Prouinciæ poteſt cognoſcere contra eum, qui non eſt illius Prouinciæ, gloſ. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 172. fol. 297

I N D Œ X

Licita, Ligatum, Lignum.

Licita ſunt multa, quæ non expediunt, neque ſunt honeſta, gl. 1. q. 1. num. 233. 56
¶ *Ligatum* quo modo quid eſt, eodem debet diſſolui, poſt gll. in reſponſo, ſub num. 1. 731
¶ *Lignum* quodam mergi in aquam, & madefactum emergere, gl. 3. q. 1. num. 15. 73

Lingua, Liquidum.

Lingua tàm litteraria, quàm vulgari poteſt ferri ſententia, licet regulariter ferri ſoleat litteraria, gl. 14. q. 28. ſub num. 1. 3. & 4. Sed in cauſis fidei fertur vulgari, num. 6. 687
¶ *Liquidum* non eſſe inſtrumentum, poteſt opponi aduerſus obligationem cameralem, gl. 14. q. 10. n. 2. 500

Litteræ, Litterati, Litteratura

Litteræ, ideſt ſcientia, quandoque contemnitur, gl. 3. quæſt. 2. ſub num 54. 90
Litterarum vtilia, & laudes, gl. 3. q. 1. ſub n. 3. fol. 71. & q. 2. ſub n. 21. verſ. quia. & n. 49. & ſeqq. 83
¶ *Litterati* antecellunt alios profeſſores, & dicuntur ſtellæ, &c. gl. 1. q. 1. ſub n. 44. fol. 16. & gl. 3. q. 2. num. 49. & 50. 89
Litterati fraudantur, quando non præferuntur, gl. 4. q. 1. n. 42. 100
Litterati. vide ſupra in verbo, Docti.
¶ *Litteratura* quare ſit magis neceſſaria in ſacerdote, quàm in iudice, gl. 3 q. 2. ſub num. 19. 83

Litigare, Litis, Locator, Locus.

Litigare promittens Bononiæ, Florentiæ, & vbique locorum, non dicitur prorogare iuriſdictionem illorum locorum, gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 156. 242
¶ *Litis* euentus eſt incertus, quia habent ſua ſydera cauſæ, gl. 14. q. 24. num. 16. in fine. 655
Litis conteſtatio probatur etiam partium confeſſione, gloſ. 7. q. 3. limit. 4. num. 96. Contrarium, num. 98 233
Litis conteſtatio videtur conſiſtere in diſceptatione eorum, de quibus partes contendunt in tota cauſa, gloſ. 14. q. 16. num. 27. fol. 574
¶ *Locator* dicitur poſſidere, quia conductor poſſidet eius nomine, gl. 3. q. 2. num. 33. & 34. 86
¶ *Locus*, in quo fertur ſententia, ſi ſit partibus incommodus, an & quando ſententia ſit valida, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 32. & 33. fol. 289
Loci ad locum poteſt ordinarius prorogare iuriſdictionem dummodo &c. gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 1. & 5. Et ſine controuerſia quando accedit partium conſenſus, num. 2. Imo poteſt etiam partibus inuitis, num. 4. & 16. Et qualis debeat eſſe locus, num. 5. 11. 21. 32. & 39. Et poteſt ius dicere extra locum ſuorum maiorum, quando ita ſit conſuetudo, num. 17. Et quando ex iuſta cauſa cogeretur, num. 18. Item quando ius dicit ante litis conteſtationem, num. 19. Et quando poteſt procedere de plano, num. 20. 284
Locus maiorum, in quo iudex ſedere debet, qui dicatur, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 10. & 12. 286
Locus, in quo iudex dicit ſententiam, licet ſit inhoneſtus, tamen ſi in eo eam dixerit propter neceſſitatem, ſententia valet, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 22. 288
Locum ſi iudex eligat in lupanari, & partes conſentiunt, iudex reputatur fatuus, ſed ſententia tenet, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 28. fol. 289

Locutio, Logica, Loquendi, Lucenſe.

Locutio pluralis. vide infra in verbo, Pluralia.
¶ *Logica*. vide ſupra in verbo, Dialectica.
¶ *Loquendi* vſus attenditur, gl. 2. q. 1. num. 8. 66
¶ *Lucenſe* Conſilium ſi delegat cauſam ad referendum, vel decidendum infra certum terminum, partes non poſſunt prorogare, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. num. 36. 273
Lucenſia ſtatuta diſponunt, vt condemnatus ad certam pœnam, in eandem banniatur, gl. 14 q. 21, num. 16. 509

Lucri, Lunæ.

Lucri, & damni diſpar eſt ratio, gloſſ. 15. num. 20. 719
¶ *Lunæ* magnitudinem ignorant phyſici, gl. 1. q. 1. ſub num. 136, verſ. hæc, 14

Macedoniana, Machinatio Magnes, Mala.

MACEDONIANA exceptio aduerſus mutuatorem quando non detur, gl. 14. q. 27. num. 14. 685
¶ *Machinatio*. vide in verbo, Sordes.
¶ *Magnetis* natura, gl. 1. q. 1. ſub n. 34. 54
¶ *Mala* in hoc mundo quas ob cauſas patiamur, gl. 14. q. 9 ſub n. 16. & ſeqq. 493
Mala omnia, quæ hominibus accidunt, iuſto Dei iudicio veniunt, gl. 14. q. 9. ſub n 3. 490
Mala vnde originem trahant, & quot, & qualia ſint, gloſ. 14. q. 9. num 12. 492
Mala malis, gl. 14. q. 9. ſub num. 22. verſ tertia. 495
Mala, & aduerſa, bonis ſunt bona, & proſpera, gl. 14. q. 9. ſub num. 22 verſ. tertia concluſio. & num. ſeqq. 495
Mala, quæ permittit Deus, mala ſunt, permiſſio tamen eſt iuſtiſſima, gl. 2. q. 1. num. 220. fol. 51. Et quare Deus permittat, num. 174. fol. 41. & ſub num. 199. verſ. nec contra. 47
Mala fieri quandoque Principes regentes tolerare debent, gl. 1. q. 1. nom. 174. & ſub num. 199. verſ. nec contra. fol. 41. & 47. Nam & multi tolerantur, vt Iudas, gl. 4. q. 3. n. 4. 119
Mala quare accidant bonis, gl. 1 q. 1. num. 217. & ſeqq. 53
Mali, & improbi exaltantur, gl. 14 q 9. ſub num. 31. 497
Malum licet non ſit faciendum, vt inde ſequatur bonum, tamen eſt tolerandum propter ſequelam boni, gl. 1. q. 1. ſub num. 199. verſ. quod ſi. 48
Malum ſæpe credere eſſe bonum, melius eſt, quàm aliquando credere, bonum eſſe malum, gl. 14. q. 7. num. 143. 468
Malum fieri non poteſt illi, qui ſecundum Dei iudicium non meretur pati malum, etiam ſi totus mundus conaretur illi nocere, gl. 14. q. 9. num. 6. 491
Malus etiam ſi regnet, ſeruus eſt, gl. 4. q. 1. ſub. num. 15. 94

Malitia, Mandatarius, Mandatum, Manufactura.

Malitia. vide ſupra in verbo, Fraus.
¶ *Mandatarius*, ſuſcepto mandato de ſoluendo alicui, tenetur mandatum adimplere, gl. 14. q. 24 num. 33. 658
¶ *Mandatum* Auditoris Cam. licet excedat debitum, tamen ſuſtinetur pro ſumma debita, gl. 14. q. 18. n. 37. 549
Mandatum per mortem mandantis expirat, re integra, gl. 14. q. 25. num. 88. & ſeqq. Etiam ſi iudex, & pars ignorauerint mortem, num. 92. Et an expiret etiam per mortem ciuilem, num. 103. Et quid ſi ſit mandatum mercennarium, ſub num. 109. 111. & ſeqq. 676
Mandatum per mortem mandantis non expirat, quando res tunc non eſt integra, gl. 14. q 25. n 93 Et quando res non dicatur integra, n. 97. Et quibus caſibus expiret, etiam re non integra, num. 98. 101. & ſeqq. 677
Mandatum procuratoris debet eſſe gratuitum, alias, ſi ſit mercennarium, tranſit in locationem, & conſequenter non videtur expirare per mortem mandantis, ſiue res ſit integra, ſiue non, gl. 14. q. 25. num. 109. Contrarium, quòd non debeat eſſe gratuitum a remuneratione licita; & quod adhuc expiret, num. 111. & ſeqq. 679
Mandatum procuratoris de conſuetudine eſt reuocabile, ſiue lis ſit conteſtata, ſiue non, & ſiue ſit gratuitum, ſiue cum mercede, gl. 14. q. 25. ſub num. 114. ſub num. 112. & 113. Fallit quando, procuratori eſſet ius quæſitum, n. 110. & ſub n. 114. 680
Mandatum procuratorium licet ſine apud acta, tamen debet fieri, adhibitis teſtibus, gl. 18. num. 4. 727
Mandatum procuratorium licet fiat apud acta, tamen non perit, perempta inſtantia, gl. 18. num. 4. 727
Mandatum ad accuſandum de delicto populari, ideſt publico, omnes de populo habent in ſolidum, ſed expirat, &c. gl. 14. q. 13. ſub num. 102. 537
¶ *Manufacturam* quare non ſoluant artifices, quando emunt, gl. 15. num. 23. 719

Manuteneri, Manutentio.

Manuteneri non poteſt in poſſeſſione, qui non docet ſe poſſidere, aut docet ſe vitioſè poſſidere, & aduerſarius docet notoriè de ſuo bono iure, gl. 14. q. 19. n. 98. & ſeqq. 612
Manuteneri quibus caſibus non debeat quia in poſſeſſione exigendi fructus centus, gl. 14. q. 19. n. 99. 100. & ſeqq. 612
¶ *Manutentio* in poſſeſſione eſt licita etiam cum armis, gl. 3. q. 2. ſub num. 33. 86
Manutentionis in poſſeſſione ſunt multæ, & variæ deciſiones, gl. 14. q. 19. num. 97. 611

Ma-

I N D E X.

Mare, Maritima, Maritus Maumethani.

Mare venit appellatione territorij, & diſtrictus, gl.7.q.4.ſpec.2 ſub num.191. 317.

Mare Hadriaticum dicunt eſſe Venetorum, gl. 7. quæſt.4. ſpec.2. num. 193. 317

Maris Hadriatici litora ſunt Venetorum in genere, ſed in particulari ſunt ciuitatum vicinarum, gl.7. q.4.ſpec.2. ſub nu.193. fol. 317

Mare Liguſticum dicunt eſſe Ianuenſium, gl.7.q.4.ſpec.2.nu.194. fol. 318

Mare Thirrenum dicitur, quod ſeruit Piſis, & Tuſciæ, gloſ.7.q.4. ſpec.2.num.195. 318

¶ *Maritima* Ciuitates dicuntur habere diſtrictum etiam in mari, gl.7.q.4.ſpec.2.ſub n.191. 317

¶ *Marito* quando noceat ſententia, lata ſuper re dotali, contra vxorem, ſeu ſocerum, gl.14.q.12.num.18. Et quid ſi ſententia ſit lata contra maritum, ſub num.29. 524

Maritus poteſt renunciare lucro dotali, gl.7.q 3. limit.4.nu.186. Et dicitur renuntiare etiam tacitè, quando promittit reſtituere totam dotem, num.187. 248

¶ *Maumethani* per Euangelij prædicationem facilius, quàm alij conuerterentur, gl.1.q.1.num.27. & ſeqq.fol.13. Et de eorum erroribus, num.37. 15

Maumethanis oſtenditur eorum error, gl.1.q.1.num.101. & 102. fol. 29

Maumethi ſepulcium qui vidit, ſe ſua ſponte excœcat, gl.1.q.1. ſub num.33. 14

Mahometus qualis habeatur apud Mahometanos, gl. 1. q.1. num. 33. fol. 14. Et de eius ortu, perfidia, apoſtaſia, & calliditate, num.35. & 36. Et de eius ſepulcro conſiſtenti in aere, ſub num. 33. & 34.

Media, Medicina,

Media via quare in dubio ſit eligenda, gl.14.q.22.nu.31. 638

Media ſapiunt naturam extremorum, gl.3 q.1.ſub n.32. 76

¶ *Medicina* eſt parabolana, gl.3.q.1. num.32. Et quando hoc ſit verum, ſub num.34. 76. & 77

Medicina eſt vtilis Reip. & honoranda, gloſ.3. q.1. ſub num.34. fol. 77.

Medicus, Membrum.

Medicus omnia debet facere ſecundum regulas artis, & iudex ſecundum leges, gl.14.q.8.ſub n.4. 479

Medicus non ſemper ſanat, gl.14.q.8.ſub n.17. 482

Medicus infirmus non poteſt medicare ſe ipſum, gl.4.q.7.num.5. fol. 151

¶ *Membris* non licet diſcedere à capite, gloſ.2. quæſt.1. num.9. fol. 66

Membrorum ſuorum nemo debet eſſe dominus, gl.7.q.3.limit.1. num.222. 254

Membrum. vide in verbo. Cor.

Mens, Mercator, Metus, Miles.

Mens noſtra ſi compoſita eſſet, & benè ſe haberet, nobis tranquillè ſemper liceret agere, ſed cum malè ſe gerat, omnem vitam in mœrore ducimus, &c. gl.14.q 9 num. 29. 496

¶ *Mercatorum* curia in ciuitate Florentiæ eſt iudex cauſarum exercutiuarum, gl.14.q.10.num.9. 500

Mercatores. vide in verbo Campſores.

¶ *Metus* iuſtus quando dicatur, gl.7.q.4.ſpec.2.n.26. 289

Metus impedit prorogationem, gl.7.q.3.limit.2.ſub n.19. ampl.7. fol. 206. Et ideo proceſſus factus vigore huius prorogationis eſt nullus, limit.3.n.1. 214

Metus iuſtus quomodo faciat, vt ſententia lata, ſedendo ſuper equo, vel in alia turri. ſit valida, gl.7.q.4. ſpec.2.n.24. & ſeqq. vſque ad nu.27. incluſiuè. 288

¶ *Miles* non poteſt eſſe procurator, etiam ſi is, contra quem conſtitueretur, conſentiret, vt eſſet, gl.7.q.3.limit.1.n.204. 251

Militaris, Miniſter.

Militaris diſciplina, & diſciplina legalis æquiparantur, gloſ.9.ſub num.25. 363

¶ *Miniſter* æſtimatur iuxta qualitatem eius, cuius eſt miniſter, gl. 1.q.1.num.9. 21

Miniſter. vide infra in verbo, Iudex.

Minor, Minus, Miſeria.

Minor, ſeu mulier volens reſcindere contractum, debet reſtituere, quod habuit ex contractu, gl.14.q.27. n.12. Si tamen is, cui debet reſtituere, probet, datum verſum eſſe in minoris, ſeu mulieris vtilitatem, n.13. 684

Minor poteſt non vti ſententia reſtitutionis in integrum, gl.14.q. 29.ſub num. 50. & 92. 696

Minor ſi litigauerit ſine curatore, totus proceſſus eſt nullus, gl. 14.q.26.num.3. 681

Minor an poſſit ſine decreto iudicis vendere rem immobilem, quamuis ſuam conditionem faceret meliorem, & res eſſet ſterilis, gl.14.q.27.n.2. 683

Minori 17. annis prohibetur poſtulare, gl.4.q.2.n.5. 109

Minor non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis in integrum, gl.7.q.3.limit.4.n.219. 253

Minoris & mulieris renunciatio, facta iuri eos protegenti, non tenet, gl.7.q.3.limit.4. num.220. 253

Minor, & alij, qui non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio, non poſſunt prorogare iuriſdictionem, gl.7.q.3.limit.6.nu. 2.& 3. Etiam ſi prorogarent per viam reconuentionis, num. 12. Declaratur, num.4. 269

Minor, qui eſt inhabilis in iudicio ratione imbecillitatis iudicij, quomodo poſſit ſtare in iudicio, & quæ ſint aduertenda, gl.11. num.51. 397

Minor. vide infra in verbo. Mulier ſeu minor.

¶ *Minus* quomodo non inſit in maiori, contento in ſententia, gl. 14.q.13.n.7.& 26. 543

¶ *Miſeria* vitæ humanæ incipit ab initio, & qualis, quantaque ſit, gl.14.q.9.n.18.& ſeqq. & num.30. 494

Miſsio, Modica.

Miſſio in poſſeſſionem ex actione reali, tenet, licet res, in cuius poſſeſſionem facta eſt miſſio, longè excedat ſummam debitam, gl.14.q.13.n.51. 552

Miſsio. vide in verbo, Executio.

¶ *Modica* non curat Prætor, gl.7.q.3.limit.4.n.142. 232

Modicum eſt infra non modicum, & non modicum eſt infra magnum, gl.14.q.7.n.67.& 68. 455

Modus, Mœſtitia, Monachus.

Modus agendi, & excipiendi ſemper eſt inſpiciendus, gloſ.7.q.4. ſpec.3.num.34. 324

¶ *Mœſtitia* laudatur, gl.14.q.9.n.28. 496

¶ *Monachus*, & religioſus non poteſt fieri iudex, gl.4.q.2. num. 47. Declaratur, n.54.& ſeqq. 115

Monachus de licentia ſui ſuperioris poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, gl.4.q.2.n.56. 116

Monachus ſignificat ſolitarium, gl.4.q.2.n.48. 115

Monachus eo ipſo, quod non eſt in otio, & quiete, dicitur turbatus, & debet eſſe in ſilentio, gl.4.q.2.n.49. & 50. 115

Monachus non poteſt eſſe procurator, gl.4.q.2.ſub num.50.& 51. fol. 115

Monachorum vita comparatur cum vita ſecularium, gl.4.quæſt.2. num.53. 115

Monarchia, Monaſterium.

Monarchia Chriſti fuit poſt monarchiam Romanorum, gl.1.q.1. num.97. 27

Monarchia Chriſti tripliciter antecellit omnes alias, gl.1.q.1. n. 100. Incœpit ſtatim in ſui natiuitate, nu.103. In quantum fuit Deus, n.105. Et inquantum fuit homo, num.108. 28
Reliqua vide ſupra in verbo, Chriſtus.

Monarchiæ omnes, & Regna in aduentu Chriſti fuerunt deſtructæ, gl.1.q.1.n.48.96.& 98. 18

Monarchiæ ante Chriſti aduentum quot, & quæ fuerint, gl.1.q.1 num. 96. 27

¶ *Monaſterium* in territorio Senenſi ſi ſit exemptum, teſtamentum in eo factum, non dicitur factum in territorio Senenſi, gl.7.q.4. ſpec.2.nu.37. 290

Monaſtica, Monocratia.

Monaſtica eſt pars Ethicæ, & quæ ſit, gl. 3.q. 1.n.24. 74

¶ *Monocratia* quæ dicatur, gl.1.quæſt.1.ſub num. 242. verſ.prima. fol. 58

Monocratia ſicut eſt melior ariſtocratia, & ariſtocratia melior politeia, ita in ſpecie oppoſita ſunt peiores, gl.1.q.1.n. 247. fol. 58

Monſtruoſa. Mora, Mors, Mortuus.

Monſtruoſa hominum genera, gl. 3.q.1.n.22. 74

INDEX.

¶ *Mora* omnium tutiſſima,gl.9.ſub n.33. 365
Mora creditoris magis attenditur, quam mora debitoris, poſt gll. in reſponſo,n.26.& 49. Et quare,nu.27.& 28. 734
Mora vltima nocet, eod.reſponſo,n. 31. Seu vna mora compenſatur cum alia,n.32. 734
Mora debitoris excuſatur, ſi debitum eſt illiquidum ex natura negotij, ibid.ſub n.41. 736
Mora poteſt eſſe excuſabilis,donec deficit certitudo,ſed poſtea efficitur inexcuſabilis, in eod.reſponſo,ſub n.45. 737
¶ *Mors* in tot miſerijs vitæ humanæ putatur non pœna, ſed remedium,gl. 14.q.9.ſub n.20. 494
Mors licet liberet reum accuſatum, tamen hæres pro ſuo intereſſe,& pro purganda infamia defuncti poteſt petere, quòd declaretur defunctum non commiſiſſe illud delictum, gl.14.q.25.nu. 82. Item licet liberet quoad perſonam, tamen offenſus & eius hæres poteſt ciuiliter agere contra hæredem pro intereſſe burſale,num.83. 676
¶ *Mortuis* domino,& procuratore,qui ſint citandi,gl.14.q.25.nu. 106.& 107. 679
Mortuo domino, contra quem ſit concipienda ſententia, gl.14.q. 25.num.74.& ſeqq. 674
Mortuo reo criminis, extinguitur delictum, etiam ratione confiſcationis bonorum, ſi mortuus ſit ante ſententiæ prolationem, gl.14.q.25.ſub num.80.ſubextenſ.2. Et quid ſi pro delicto eſſet impoſita pœna pecuniaria ipſo iure,& delictum eſſet probatum ante mortem,ſub eodem num.80.ſubextenſ.3. 676
Mortuo domino,re non integra, ſententia poteſt ferri contra eius procuratorem, gl.14.q.25. n.94. Et quomodo ſit concipienda, num.95. & 96. 677
Mortuo altero ex collitigantibus ſuper titulo beneficij, decernitur proceſſus per audientiam contradictarum, non aliter citato procuratore mortui,gl.14.q.25.n.100. 678
Mortuo procuratore, ſententia concipitur in perſonam domini, gl.14.q 25.n.105. 679
Mortuo reo poſt litis conteſtationem, omnia acta,quæ fierent poſtea contra eum, & multo magis ipſa ſententia eſſent nulla, ideoque eſſent denuo facienda, gl.14.q.26.n.5. Si tantum ſupereſſet de inſtantia cauſæ,vt poſſent denuo fieri, alias, perempta inſtantia, eſſent renouanda omnia acta à capite,n.6. 681
Mortuus nulli iudicum ſubeſt iuriſdictioni, gloſ.14. q.25.num.75. fol. 674
Mortuus non poteſt condemnari,quia ſententia contra eum lata eſſet ipſo iure nulla, gl. 14.q.25. ſub num. 74. Idem ſi ferretur pro mortuo, ſub num. 75. extenſ. 2. Et etiam ſi poſſet procedi omiſſis ſolemnitatibus iuris, num.78. Et quid ſi iudex, vel pars & iudex ignoraſſent mortem,nu.76. & 77. Et quod poſſit ferri fauore libertatis, nu.85. Et quòd in Regno Franciæ poſſit ferri indiſtinctè in cauſis ciuilibus, dummodo proceſſus fuerit fabricatus ante mortem,n.86.& 87. 674
Mortuus non poteſt condemnari de delicto ab alio,quàm à Deo, gl.14.q.25.n.79. Et quando fuiſſet condemnatus, dum viueret, in pœnam corporis afflictiuam, ea in ipſum non poteſt exequi, n.80. Poteſt tamen condemnari pro crimine hæreſis,& pro crimine læſæ maieſtatis, n.81. Et quanto tempore præſcribatur facultati accuſandi de delictis, de quibus fieri poteſt accuſatio etiam poſt mortem,n.82. remiſſiuè. 675
Mortuus ſi quis ſit, non poteſt contra eum ferri ſententia,neque dari iudex,gl.14.q.30.n.6. 702

Motiuum, Mouibile.

Motiuum eſt pars ſententiæ,qualis debeat eſſe deciſio,aduertendo, ne ſit contra ſententiam,gl.14.q.17.n.72. 586
¶ *Mouibile* ab aliquo mouetur, & primum mouens eſt immobile, gl.1.q.1.n.85. 25

Moyſes, Mulcta, Mulier, Mundus.

Moyſes habuit vtrunque gladium,gl.1.q.1.n.145. 36
Moyſes eſt typus Papæ, ibidem.
¶ *Mulcta* impoſitio eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ,gl. 14.q.5.num. 16. 441
¶ *Mulier*, ſeu minor, qui poſſunt annullare, ſeu reſcindere ſententiam,ſeu contractum,ob non ſeruatas ſtatuti ſolemnitates,an poſſint,ſi ſententia,& contractus ſint eis vtiles, gl.14.q.27.n.1. & ſeqq. 683
Mulier in Ciuitate Florentiæ ſi ſine mundualdo verè accipiat pecunias mutuo, an poſſit dicere de nullitate mutui, gl.14.q.27. num.1.& ſeqq. 683
Mulier quando non poſſit reſcindere contractum, niſi verè appareat ei damnoſus,gl.14.q.27.n.8. 684
Mulier contrahens ſine ſolemnitate ſtatuti licet non obligetur, tamen obligatur ſi contraxerit cum fraude, gl.14.q.27.num.11. fol. 684
Mulier licet acceperit mutuo ſine mundualdo, tamen ſi acceperit pro cauſa neceſſaria, ſeu vtili,tenetur illud reſtituere, quamuis caſu poſtea acciderit, vt ex mutuo vtilitatem non fuerit conſecuta,gl.14.q.27.n.15.& ſeqq. 685
Mulier non poteſt renunciare iuri, quo ei dos eſt reſtituenda, & multa alia pacta, quæ ipſa faceret in præiudicium ſuæ dotis, non tenent,gl.7.q.3.limit.4.ſub num.203. 250
Mulier fideiubendo, an poſſit renunciare Senatuſconſul. Velleiano,gl.7.q.3.limit.4.n.207. Et an poſſit renunciare legi Iuliæ de fundo dotali, n.208. 251
Mulier,quæ eſt inhabilis in iudicio ratione imbecillitatis iudicij, quomodo poſſit ſtare in iudicio, & quæ ſint aduertenda, gl.11. num.51. 397
Mulier non poteſt eſſe iudex,neque gerere magiſtratum, gl.4.q.2. n.33.& 35. Limitatur,n.37.42.43.& 58. 112
Mulierum conuerſatio, & cohabitatio cum cœtu virorum eſt periculoſa pudori matrimoniali,gl.4.q.2.ſub n.35. 112
Mulierum laudabilia,& vituperabilia,gl.4.q.2.n.36. 113
Mulieri quare non ſit data poteſtas clauium, gloſ.4. q.2. num.41. fol. 113
Mulier non eſt facta ad imaginem Dei, ibidem.
Mulier ſubiacet poteſtati viri, ibidem.
Mulieribus præcellentibus, qualis eſt Regina, & Comitiſſa competunt honores cum adminiſtratione,ideoque poſſunt habere iuriſdictionem, & eam exercere,gloſ.4.quæſt.2.num.42.& 43. fol. 114
Mulier licet ex forma ſtatuti non poſſit teſtari ſine conſilio duorum conſanguineorum, tamen ſufficit, quod illud requirat,gl. 13.num.46. 415
Mulieris honeſtas etiam ex ſuſpicione læditur,gl.14.quæſt.21.ſub num.27. 626
Mulieris inhoneſtas non eſt propalanda, gl.14.q.21. num.31. in fine. 626
Mulier pro ſua dote an præferatur mutuanti ad refectionem domus,gl.14.q.24.n.22.& ſeqq. 657
Mulier.vide ſupra in verbo,Minor,ſeu mulier.
¶ *Mundus* eſt vnum corpus, gl.1.q.1.n.154. 38

Muneribus, Mutuabilia.

Muneribus & auro ſi ſit ſollicitata mulier, & cognita, an dicatur cognita per vim,gl.14.q.21.n.45.& 57. 628
¶ *Mutuabilia* recipiunt functionem in genere ſuo,ideoque nunquam pereunt creditori, gl.14.q.23.n.51. 648

Mutuatarius, Mutuator, Mutus.

Mutuatarius ſi condemnetur ad reſtituendum eadem decem ſibi mutuata,an condemnatio ſit nulla, & quid ſi actor petat maſſam, & iudex condemnet ad pecuniam, gl.14.quæſt.16. num. 4.& 5. 571
¶ *Mutuator* ad refectionem præfertur creditori anteriori, gl.14. q.24.num.23. 657
¶ *Mutus* non poteſt eſſe iudex,gl.4.q.2.nu.9. Declaratur,num.12. fol. 109

Narnienſis, Natura, Naturale, Nauis.

NARNIENSIS ager &c. vide ſupra in verbo, Imber.
¶ *Natura* docet ſine errore,gl.1.q.1.num.152. fol. 38
Natura eſt prona ad diſſentiendum, gl.9. ſub num.1. 359
¶ *Naturalem* rationem debet iudex ſemper, tanquam cynoſuram, reſpicere, gl.14. q.23. num. 20. 643
¶ *Nauis* licet ita ſæpè refecta ſit,vt nulla tabula ex primis permaneat,tamen reputatur eadem, gl.1.q.1.ſub num.203. confirm.3. fol. 50

Neapolitanum, Neceſſitas, Nihil, Nobilitas.

Neapolitanum Conſilium iudicat nomine Regis, gl.14. quæſt.34. num.18.& 58. 656
¶ *Neceſſitas* de illicito facit licitum, gloſ.7.q.4.ſpec.2.num. 22.& ſeqq. 268
¶ *Nihil* ex nihilo fit,gl.7.q.3.limit.1.ſub n.1. 185
¶ *Nobilitas* procedit à virtute, gl.4.q.1.ſub n.53. verſ.quantum. & ſub num.55.& 57. 103

Nobi-

I N D E X.

Nobilitas proficiſcens à ſola virtute, non dat prælationem quoad omnes dignitates, gl.4.q.1.n.54. 104
Nobilitas vera eſt in ſancto, gl.4.q.1.n.56. 105
Nobiles in Rep. qui dicantur, gl. 4.q.1.n.55. 104
Nobilitatis, aut ignobilitatis ſententia facit ius quoad omnes, gl. 14.q.12.num.67.& 68. 531

Nocere, Nomen,

Nocere non debet alijs ſententia inter alios lata, gl.14.q.12.num. 1. Ampliatur, num.12.14.30.45.47.49.ſub num.51.& 52. Limitatur, nu.63. 110.111.114.119.& 121. 522
Reliqua particularia vide in ſuis verbis, nempe, in verbo, Compecitoribus.& ſimilibus.
¶ *Nomen* accuſati, quando dicatur receptum inter reos, gl. 7. q.4. ſpec.3.num.100.& 101. 318
Nomen iudicis an ſit neceſſarium in ſententia, & an error in eius nomine vitiet ſententiam, gl.2.q.2.num.1.& ſeqq. & num.6.& ſeqq. 68
Nomen proprium iudicis, an verò iuriſdictionale ſit primo loco ponendum in ſententia, gl.2.q.3.num.1. 70
Nomina hominum non ſunt neceſſaria, ſi quolibet alio modo intelligantur, gl.2.q.2.ſub n.1. 68
Nomine proprio, & nomine alieno contrahere quando quis dicatur, vide in verbo, Procurator. in verbo, Tutor. & in verbo, Poſſidens.

Notarius, Notificata, Notorietas, Notorium.

Notarijs, extorſiones committentibus, quomodo iudicum negligentia, & ignorantia occaſionem præbeant, gl.7.q.3.limit.4.ſub num.231.verſ. hic monitos. 255
Notarijs poteſt dominus prohibere, ne faciant inſtrumenta in eius territorio, vbi non habent auctoritatem, gl.7.q.4. ſpec.2. num.134. 308
Notario rogato de interpoſitione decreti, & atteſtanti, interueniſſe cauſæ cognitionem, non creditur, gl.13.n.27. 411
Notariorum poteſtas an ſit prorogabilis, ſi ſint iudices chartularij, gl. 7.q.4.ſpec.2.n.140. 309
Notarius non poteſt corrigere errorem inſtrumenti, gl.14.q.17.n. 2. Poteſt tamen corrigere falſam latinitatem, ſeu grammaticam, n.13. Et declarare verba ambigua, n.35. 578
Notarius creatus ab Imperatore, an poſſit conficere inſtrumentum in terris Eccleſiæ, & è conuerſo, gl.7.q.4.ſpec.2.num.87.& 88.& ſeqq. Declaratur, n.132 300
Notarius, qui habet auctoritatem conficiendi inſtrumentum, non dicitur habere iuriſdictionem, ſed officium, gloſ.7.q.4.ſpec.2. num. 125. 306
Notarius intra territorium, in quo eſt notarius, poteſt conficere inſtrumentum etiam inter extraneos, gl.7.q.4. ſpec.2.num.141. fol. 309
Notarius, cui à ſtatuto eſt prohibitum, ne aliquid accipiat pro ſcripturis, non poteſt accipere etiam à ſponte dantibus, gl.7.q. 3.limit.4.ſub n.231. 255
Notarius creatus ab vniuerſitate, vel ſtatuto, an poſſit inter ſubiectos illi ſtatuto conficere inſtrumenta etiam extra territorium ſtatuti, gl.7.q.4.ſpec.2.n.124.& ſeqq. 306
¶ *Notificata* relatiuè ad certa acta, dicuntur ſufficienter notificata, poſt gll. in reſponſo, num.43.44.& ſub num.46. declar. r. fol. 736.737.& 739
¶ *Notorietas* eſt venenatæ nullitatis remedium, gl. 14.q.13.no.81. fol. 556
Notoria ſi ſint, quæ emergunt in cauſa, iudex poteſt de eis iudicare, etiam parte non inſtante, gl.14.q.19.n.54. & 55. 604
Notoriæ, & non notoriæ iniuſtitiæ differentia malè reijcitur, gloſ. 14.q.11.n.66.& ſeqq. 517
¶ *Notorium* quid ſit ignoramus, & ideo multa dicuntur eſſe notoria, quæ non ſunt, gl.4.q.6.n.48. 146
Notorium eſt multiplex, & quid ſit, ſeu quando dicatur notorium, varij varia dicunt, gl.4.q.6. n.49.& ſeqq. 146
Notorium dicitur id, quod apparet ex inſpectione actorum, gl. 14.q.11.n.57. 515
Notorium quid ſit, gl.14.q.19. ſub num.108. Et licet relinquatur arbitrio iudicis, ſub num. 109, Huic tamen arbitrio adimuntur aliqui caſus, n.110. 614

Nouatio, Nouem.

Nouatio dicitur quando extinguitur prima obligatio, & inducitur alia, gl. 7.q.4.ſpec. 1. n.36. 277
Nouatio ne inducatur, datur cautela, gloſ.7.q.4. ſpec.1.ſub num 41.& 58. 278
Nouatio non præſumitur, & ideo debet de ea expreſſe agi, gl.7.q. 4.ſpec.1.num.49. 279
Nouatio intelligitur facta, quoties primus actus & ſecundus ſe inuicem non compatiuntur, gl.7.q.4.ſpec 1.n.50. 279
Nouatio colligi poteſt etiam ex coniecturis, gl.7. quæſt.4.ſpec.1. num. 51.& ſeqq. 280
¶ *Nouem* boues, non poteſt iudex interpretari in nonum bouem, ſeu in nouum bouem, gl.14.q.17.n.56. 584

Nulla, Nullitas, Nullum. Nuntiatio.

Nulla licet ſit ſententia, iudex tamen appellationis poteſt eam confirmare, gl.14.q.32.ſub n.44.verſ.declara. 710
Nulla ſi ſit ſententia, & ideo poſſit denuo ferri ex eiſdem actis, quæ requirantur, gl. 14.q.26. n.13.& ſeqq. 682
Nulla ſi ſit ſententia in vna parte, poteſt remanere valida in alijs, ſi capita ſint ſeparata, gl.14.q.13. ſub num.1.& ſeqq. Secus ſi ſit vnum caput, ſeu vnica ſumma, aut vnica res, n.5.& ſeqq. Contrarium, nempe, quòd remaneat valida in parte, num.10.& ſeqq. & num. 30. Et quare hoc contrarium non procedat in ſententia lata ſuper famil. erciſcun. n.22. Neque in ſententia, quæ habeat nullitatem influentem in totam ſententiam, n.79. 542
Nulla licet ſit ſententia, tamen partes poſſunt eam approbare &c. gl.7.q.3.limit.1.n.53.& 54. 192
Nulla ipſo iure dicitur ſententia, lata à perſona inhabili ad iudicandum, gl.4.q.2.n.14.fol.109. Limitatur, n.58. 117
Nulla ſi ſit ſententia, quæ aliam declarat nullam, quomodo ſit reprehenſibilis, poſt gll. in reſponſo, ſub n.13.& 82. 732.& 746
Nulla ſi ſit ſententia in parte, an ſit nulla in totum, gl.14.q.13.nu.1. & ſeqq.79.& ſeqq. 542
¶ *Nullitas* ſententiæ latæ à delegato Principis, non cognoſcitur ab ordinario, gl.4.q.6.num.14. Et quid ſi nullitas ſit notoria, & quid ſi de ea agatur incidenter, num.16. & ſeqq. & num. 30. & ſeqq.& num.39. 140
Nullitas cognita, ſemper videtur notoria, gl.4.q.6.n.27. 142
Nullitas ſententiæ quomodo ſit indiuiſibilis, gl. 14.q. 13. num.79. & ſeqq. 556
Nullitas an, & quando ſanetur in Signatura gratiæ, gl.7.q.1.num. 16.& ſeqq. 173
Nullitas procedens ex defectu iuriſdictionis, eſt inſanabilis, gl.7. q.1.num.13. 173
Nullitas ex defectu iuriſdictionis non dicitur, ſi adſit iuriſdictio prorogata, poſt gll. in reſponſo, n.18.& 19. 733
Nullitas ex defectu iuriſdictionis non dicitur excluſa per ſtatutum excluſiuum omnium quarumcunque exceptionum, gl. 7. q.1.num.20.& ſeqq. 174
Nullitas procedens ex non adhibita cauſæ cognitione, non eſt excluſa a ſtatuto, quod tolleret omnes nullitates, gloſ.13.num.9. fol. 409
Nullitas ipſo iure, & non ipſo iure, quomodo cognoſcatur, gl.13 num.11.remiſſiuè. 410
Nullitas ſententiæ ſi fuerit reiecta in iudicio executiuo, poterit denuo proponi in iudicio ordinario, & in eo declarari ſententia nulla, gl.14.q.2.num.11. 422
Nullitatis iudicium, ſeu exceptio, an, & quando retardet, & impediat executionem rei iudicatæ, & guarentigiæ, gl.14.q.10.num. 26.& ſeqq. 503
Nullitas, & notoria iniuſtitia æquiparantur, gl. 14.q.11.ſub nu.59. fol. 515
Nullitas cum detegitur, ſemper eſt notoria, & donec non detegitur, non dicitur nullitas, gloſ.14. quæſt.11. num.62.63.& 66. fol. 516
Nullitas ſemper in ſe continet iniuſtitiam, gl.14.q.11.num.56. in fine. 515
Nullitas inducta fauore minoris, vel mulieris non poteſt allegari ab alio, quam ab ipſis, gl.14.q.27.nu.5.& ſeqq. 684
Nullitas, & notoria iniuſtitia ex actis eſt idem, gl. 14.q.20.num.12. & 14. 619
Nulliter ſi iudex ſententiam tulerit, an poſſit iterum ſententiare, gl.14. q. 17. num.14.& 15. fol.579. & latius q.26.n.1.& ſeqq. fol.681. Et reſolutio eſt, quod ſi nullitas ſit in toto proceſſu, ſententia non poteſt denuo ferri ex eiſdem actis, ſed debent acta fieri de nouo, num.2. & ſeqq. Secus eſt ſi nullitas conſiſtat ſolum in ſententia, quia tunc poteſt ferri ex eiſdem actis, nu.7. Vt ſi ſententia ſit lata in die feriata, num.8. Vel ſine citatione, n.9. Vel ſine ſcriptis, nu.10. Vel contra dominum &c. num.11. Vel contra mortuum, num.12.
Nullitatis remedium competit aduerſus ſententiam, quæ eſt nulla

ſed

Digitized by Google

ſed non aduerſus ſententiam, quæ mero iure tenet, gl.14.q.32. num.55. Et quot modis practicetur hoc remedium, quando ex ſententia nulla nihil victor conſequutus eſt, & quando conſequutus eſt promiſſionem, vel ſolutionem, & an aliquo caſu detur victo reſtitutio in integrum, num.57. 712
Nullitatis notoriæ, & non notoriæ differentia, quando agitur de executione ſententiæ, gl.4.q.6.num.29. 143
Nullitatis inſtantia quantum duret, gl.14.q.19. ſub num.97. verſ. primus. 611
Nullitati quanto tempore præſcribatur, gl.14.q.19.ſub num.97. verſ.primus. fol.611.& q.32.ſub nu.55. 712
Nullitatis remedium æſtimatur efficax contra eos, qui non obediunt præceptis legis, gl.13.ſub num. 8. 409
Nullitatis notoriæ, & nullitatis non notoriæ differentia an repetiatur, gl.14.q.11.ſub num.62.63.68.& 69. 516
Nullitati renunciare poteſt is, cuius fauore inducta eſt nullitas, gl.7.q.3.limit.4.num.190.ſub num.197. 248
Nullitatis appellationis cauſa debet cognoſci antequam procedatur in cauſa appellationis, gl.14.q.19.nu.25. 600
Nullitatis notoriæ exceptio contra rem iudicatam impedit illius executionem, ſi notorietas ſit clara, ſecus ſi ſit turbida, gl. 14.q.11.ſub num.56.& 58. 515
Nullitas turbida non inficit rem iudicatam, poſt gll. in reſponſo, num.17. 733
Nullitatis cauſæ commiſſio. vide ſupra in verbo, Commiſſio.
¶ *Nullum* dicitur quod eſt factum contra prohibitionem legis, ſecus forſan ſi ſit factum contra ſimplex mandatum legis, gloſ. 12. num.6. 399
Nullum quod eſt ipſo iure, non indiget miniſterio iudicij, ſeu iudicis, gl.13.num.10. 409
¶ *Nunciatio* noui operis non habet locum in reficiente vetus ædificium, quod non ex toto fuerit, ſecus ſi funditus eſſet deſtructum, gl.1.q.1.ſub num.203.comprob.2.in fine. 50

Obediendum, Oblatio, Obligare, Obſcura.

OBEDIENDVM quomodo ſit Papæ mandanti prouideri de beneficio curato alicui puero, vel impuberi, gl.4.q.6.n.17. 141
¶ *Oblatio* ſolutionis facta à debitore non liberat eum ab vſuris inceptis, & à fructibus recompenſatiuis, poſt gll.in reſponſo, ſub num 41. 736
¶ *Obligare* ſe quis dicitur legi eo ipſo, quod facit factum, de quo loquitur illa lex, gl. 14. q.29. num.10.& ſeqq. 692
Obligatio contrahitur etiam ex quaſi contractu, & ex varijs cauſarum figuris, gl.14.q.29.n.13.& 14. 693
¶ *Obſcura*, perplexa, & generalis ſententia non valet, gloſ.14.q. 15.num.1.& ſeqq. 566

Occidens, Oculus, Oeconomica.

Occidens bannitum extra territorium, eſt tutus in territorio, vbi erat bannitus, gl.7. q. 4. ſpec.2. ſub num.61.declar.1. Imò ibi conſequitur præmium promiſſum à ſtatuto, ac ſi occidiſſet intra ipſum territorium, num.62. 294
Occidens bannitum intra territorium, in quo poterat impunè occidi ex forma ſtatuti, vbique tranſit cum impunitate, gl.7.q.4. ſpec.2.num.63. 295
¶ *Oculus* non videt ſe ipſum, gl.4.q.7. n.4. 150
¶ *Oeconomica*, vide ſupra in verbo, Economica.

Officium, Offerre, Ogligarchia, Omnimodo.

Officium iudicis datur etiam aduerſus ſententiam, quæ non tenuit, & vſque ad quod tempus detur, gloſ.14. quæſt.32.nu.56. fol. 713
Officium iudicis, & iudicium ceſſant vbi non eſt diſcordia, poſt gll.in reſponſo, num.40. 736
Officia conturbanda non ſunt, gl. 1.q.2.num.7. 63
¶ *Offerre* rem & promittere per ſtipulationem eſt idem gl.14.q.29. num.19.& 34. 693
¶ *Ogligarchia*, quæ dicatur, gl.1.q.1.ſub num.244. 58
¶ *Omnimodo* dictio quid importet, gl. 14.q.15.ſub nu.2. 566

Opinio, Oppreſſio, Orator, Oratorium.

Opinio continetur ſub nomine ſententiæ, gloſ. 14. q.1. num.8. fol. 419
Opinio, quæ eſt pro abſolutione, eſt eligenda, etiam ſi actor ſit imperitus, mulier, ſeu pupillus, & qui eſt reus, ſit iureconſultus, & ſagax, gl.14.q.23.n.55. 649
Opinio communis eſt ſeruanda pro lege, gl.14. quæſt.24. num.4. fol. 653
Opinio communis an habeat tantam auctoritatem, vt ſententia contra eam lata, ſit nulla, vel iniuſta, gl.14.q.24.num.4. & 13. Et iudex qui eam non ſequitur in iudicando, tenetur in ſyndicatu, num.5. Sed rarò poteſt contingere, vt ſententia reuocetur ex iſto capite, ſub num.19. 653
Opinio communis dicitur illa, quæ eſt iam ante litem motam, non autem ea, quæ fit ex numero Aduocatorum ſcribentium pro illa lite, gl.14.q.24.num.55. 663
Opinionem communem Doctorum, & non propriam ſequi debet iudex, & quare, gl.14.q.8.num.38. Et quando iudex non debeat ſequi communem opin.num.39.& 40. 485
Opinionem communem, qui habet pro ſe, dicitur habere ius clarum, gl. 14.q.24.ſub num.4. 653
Opinionem communem, ſi ſit notoriè falſa, vel rationabiliter conuincatur; iudex ſequi non debet, gl.14.q.24.nu.5. & 16. fol. 654
Opinionum diuerſitas, & contrarietas vnde oriri ſoleat, gl.14.q. 24. ſub n.16.verſ.confirmatur. 655
Opinionem reperire communem, quà definiri poſſit tota cauſa, eſt difficile, gl.14.q.24. ſub n.19. 656
Opiniones inter Sanctos Patres de aſſumpto B. Mariæ Virginis corpore, gl.14.q.23.num.7. 642
Opinionum contrauerſarum an iudex poſſit quam maluerit, eligere, gl.14.q.23.num.1.& ſeqq.nu.7.9.17.& ſeqq.55.& ſeqq. fol. 641
Opinionum ſi ſit conflictus, iudex in eligendo earum vnam, quas regulas debeat ſeruare, gloſ. 14. q. 23. num. 17. 55. & ſeqq. fol. 645
¶ *Oppreſſiones* quotidie committuntur, gl.14.q.9.n.30. 496
¶ *Orator* non ſemper perſuadebit, gl.14.q.8.ſub n.17. 482
¶ *Oratorium* priuatum in domo ad orandum, & contemplandum licet habere non ſolum Chriſtianis, ſed etiam Iudæis, gl. 1.q.1. ſub num.203.decl.3. 51

Ordinarius, Ordinata, Ordo, Origo.

Ordinaria temporanea iuriſdictio non poteſt prorogari ad tempus, in quo venit ſucceſſor, gl. 7.q.4. ſpec.1. n.1. Declaratur, n.2. & 4. Ampliatur, num. 5. Limitatur, n.6.& & ſeqq. 271
Ordinarius ſi ferat ſententiam tanquam delegatus, & non ſit, ſententia eſt nulla, gloſ.4.q. 5. num.3. Et quid ſi iudex ignoraſſet delegationem, aut delegationem eſſe nullam, num.5. & 6. Et quid ſi in ſententia dixiſſet, quod eam ferebat omni meliori modo, num. 7. Et quid ſi partes ſcienter litigaſſent coram ordinario, &c. n.8. Et quid in arbitro, &c. num.9. 136
Ordinarius, dum eſt executor ſententiæ, ab alio latæ, an, & quando poſſit cognoſcere exceptiones, & nullitates illius ſententiæ, gl.4.q.6. ſub num.28. 143
Ordinarius requiſitus à delegato pro executione ſententiæ, debet ei obedire, gl.4.q.6.n.33.& 36. 144
¶ *Ordinata* militum copia in bello qualis eſſe debeat, gl.9.n.11. fol. 361
¶ *Ordine* non ſeruato, ſententia eſt nulla etiam ſi &c. gloſ.9.num. 22. & 24. Etiam ſi iudex de partium conſenſu non ſeruauerit, num.30. 362
Ordine non ſeruato, iudex male procedit, & ideo debet puniri etiamſi ex eius proceſſu bonum euenerit opus, & iuſtam tulerit ſententiam, gl.9.n.25.& ſub n.26. Sed punitur mitius, quam tranſgreſſor ordinis militaris, num.29. 363
Ordinem datum iudici à lege ſi is non ſeruet, peccat, gloſ.9.num. 21. Et ſi ſeruet, non habens animum ad iuſtitiam, ſed ad inanem gloriam, iam recepit mercedem ſuam, n. 25. 363
Ordinem datum, qui non ſeruat in bello, punitur, gl.9. num.26. & 28. 364
Ordinem ſi iudex peruertat, facit iniuſtitiam, gl. 14.q.21.num.71. fol. 632
Ordines Angelorum quot, & qui ſint, gl.9.n.8. 361
Ordini ſubſtantiali iudicij non poteſt renunciari, gl. 7. q.3.limit. 4.num.206. 252
Ordinis magna eſt vis in omnibus, gl.9.n.10.& 12. 361
Ordinis variæ recenſentur deſcriptiones, gl.9.n.16. 361
Ordo cognoſcendi prius articulum, ſeu cauſam præiudicialem, ſi peruertatur, datur appellatio, gl.14.q.19.num. 18. Et quando non detur, num.94.& ſeqq. 599
Ordo litigandi eſt neceſſarius in proceſſu cauſæ, gl.9. num.1. Et habet

habet ordo originem à iure diuino, num.2. Hocq; ordine ſublato, multa ſequerentur, quæ iuſtitiæ eſſent valde pernicioſa, num.3. 359
Ordo requiritur in omnibus terreſtribus, & cæleſtibus, gl.9. n.5. & ſeqq. Et requiritur in bello, n.4. & 11. 360
Ordo vbi non eſt, ibi eſt confuſio, & nihil rectè geritur, gl.9. num.13. 361
Ordo conferendi dignitates, & beneficia ſi non ſeruetur, multa ſequuntur damna, gl.9. num.14. & 15. 361
Ordo iudiciarius inuentus ad inueſtigandam veritatem, & ad euitandas deceptiones, à malis iudicibus vertitur in ſubuerſionem meritorum cauſæ, &c. gl.9. n.17. 362
Ordo non requiritur in notorijs, gl.9. n.18. 362
Ordo non in omnibus cauſis eſt idem, gl.9. n.19. 362
Ordo in cauſis ordinarijs qualis ſit, gl.9. n.20. 362
Ordo iudicij niſi præceſſerit, ſententia definitiua ferri non poteſt, gl.14. q.4. n.30. & 32. Contrarium quando proceditur ſine figura iudicij, n.34. 435
Ordo iuris licet non ſit ſeruatus in ſententia diffinitiua, tamen retinet nomen diffinitiuæ, ſed eſt nulla, gloſ. 14. quæſt. 4. num.35. 436
Ordo congruitatis licet peruertatur, tamen proceſſus, & ſententia valent, gl.14. q.19. n.118. 615
¶ Origo cauſæ attenditur, gl.6. n.18. 168

Pactum, Pagani.

PACTVM de litigando coram iudice non ſuo prorogat iuriſdictionem reuocabiliter, ideoque eſt locus pœnitentiæ, gl.7. q.3. limit.4. n.24.28. 29. & 34. Et quid ſi pactum ſit iuratum, n.35. & ſeqq. & n.43. & ſeqq. & n.53. Quid ſi interuenerit ſtipulatio, n.76. & ſeqq. Quid ſi pactum ſit per inſtrumentum guarentigiæ, n.82. Quid de iure canonico, n.83 & ſeqq. Quid ſi pactum ſit veſtitum cohærentia contractus, n.88. Quid ſi interuenerit etiam præſentia, & conſenſus iudicis, n. 90. & ſeqq. Quid ſi quis per modum confeſſionis ſe ſubmiſerit iuriſdictioni iudicis non ſui, n.95. & ſeqq. Quid ſi iudex mero iure eſſet competens, ſed ea probabili cauſa poſſet recuſari, n.100. Quid quoad geſta ante pœnitentiam, an remaneant valida, n.101. Quid ſi non ſit pactum expreſſum, ſed ſi aliquod factum, &c. n. 103. & ſeqq. Quid ſi prorogatio fiat contrahendo in loco alieno, n.163. & ſeqq. Quid ſi partes promittant ſiſtere in iudicio, & parere mandatis, n.170. Quid ſi fuerit renunciatum, l. ſi conuenerit. &c. n.171. & ſeqq. & 228. 223
Pactum nudum valet ad remouendam exceptionem, gl. 7. q.3. limit.4. num.33. 224
Pactum futuræ ſucceſſionis non tenet, etiam ſi ſit iuratum, gl.7. q.3. limit.4. num.66. 228
Pactum, quod impedit matrimonium, non tenet, etiam ſi ſit iuratum, gl.7. q.3. limit.4. n.67. 229
Pactum contra bonos mores, non valet, gl.7. q.3. limit.4. n.212. & ſeqq. Et quæ ſint hæc pacta, n.213. & ſeqq. 252
Pactum nudum producit actionem de iure canonico, ſicut producit ſtipulatio, gl.7. q.3. limit.4. n. 83. & ſeqq. Producit etiam actionem, ſi ſit factum in iudicio pro pertinentibus ad illud iudicium, num.94. 231
Pactum nudum ſi ſit veſtitum cohærentia contractus, parit actionem, &c. gl.7. q.3. limit.4. n.88. 232
Pacta ſunt ſeruanda, gl.7. q 3. limit.4. n.174. 245
Pacto reſolutiuo poteſt renunciare ſolum is, qui adimpleuit ea parte ſua, gl.7. q.3. limit. 4. n.191. & ſeqq. 248
Pactum, quo aperitur via ad delinquendum, non tenet, gl.7. q.3. limit.4. n.215. 253
Pactum legis commiſſoriæ, quando ſit prohibitum, gl.7. q.3. limit. 4. num.216. 253
Pactum. vide in verbo, Statutum &c.
¶ Pagani qui ſint, gl.2. quæſt.1. num.208. Et de eorum bonitate num.241. 51

Pandectæ, Papa.

Pandectæ antiquæ olim erant Piſis, nunc ſunt Florentiæ, gl. 24. q.12. ſub n.27 & 28. 525
¶ Papa an poſſit ſe ſubmittere alicuius iuriſdictioni, gl.7. q.3. limit. 1. n.82. & ſeqq. 195
Papa ſi deceſſerit in mare, electio Pontificis fieri debet in ea Ciuitate, ſub cuius dominio eſt illud mare, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num.192. 317
Papa conſultus ſuper aliqua differentia, de qua coràm eo non ſit proceſſus, reſcribit iudici ſub conditionibus, & modis, gl.14. q.14. ſub n.14. 559
Papa, & Imperator poſſunt eſſe iudices in cauſa propria, & quare, gl.10. n.32. 380
Papa in cauſa propria facilius poteſt eſſe iudex, quam teſtis, gl. 10. ſub. num.32. 380
Papa, & Imperator ſunt teſtes omni exceptione maiores, gl.10. ſub n. 37. Et quando Papa ſolus plene probet, num. 38. & ſeqq. 381
Papa eſt diœceſanus exemptorum, gl.7. quæſt.3 limit.1. num.59. & 60. 192
Papa poteſt creare notarios, etiam illos, qui ſunt ſubiecti Imperio, & è contra Imperator illos, qui ſunt ſubiecti Eccleſiæ, gl.7. q.4. ſpec.2. n.130. 308
Papa legitimat filios Regis non recognoſcentis ſuperiorem in temporalibus, ſed non filios recognoſcentis ſuperiorem, gl.7. q.4. ſpec.2. ſub n.85. 299
Papa, vti miniſter Dei, iudicat eius nomine, gl.1. quæſt. 1. num. 19. 11
Papa dicitur Vicarius Chriſti, gl. 1. q.1. num. 114. & 137. fol. 31. & 34.
Papa, idest Petrus, habuit iuriſdictionem à Chriſto, gl.1. q.1. num. 137. fol.34. Et habuit iuriſdictionem tam ſpiritualem, quam temporalem, num.138. fol.35. Et habet iuriſdictionem ſuper omnibus hominibus mundi, etiam infidelibus, num. 162. 39
Papa, loquendo de ſe, loquitur in plurali, gl. 2. q 1. n. 16. & 17. Et quandoque loquitur in ſingulari, n.18. Et loquendo alium, loquitur etiam in ſingulari, n.22. 67
Papa quibus titulis vtatur quando ſcribit alicui, & quando ſcriberet Imperatori, gl.2. q.1. n.22. 67
Papa propter defectum litteraturæ non poteſt deponi, gl.3. q.2. ſub n 17. 82
Papa poteſt deponi ſolum propter hæreſim, gl.3 q.2. ſub n.17. 82
Papa an poſſit eſſe iudex in cauſa propria, gl.4. q.7. n.24. & ſeqq. ſub n.33. & ſeqq. & n.39. & ſeqq. 153
Papa in terris Eccleſiæ exercet duplicem iuriſdictionem, gl. 14. q.21. num.66. 631
Papa non poteſt iudicari ab alijs, gl.4. q.7. n.25. 153
Papa ſemper præſumitur procedere ſecundum iuſtitiam, gl.4. q.7. num.26. 153
Papa grauius alijs peccaret, ſi procederet contra iuſtitiam, gl.4. q.7. num.27. 153
Papa non poteſt plus, quàm Deus, gl.4. q.7. n 28. 154
Papa in his, quæ ſunt iuris naturalis, an diſponat, gl.4. q.7. num 30. & 35. 154
Papa non diſponit contra ſubſtantiam actus, gl.4. q.7. n.31. 154
Papa de abſoluta poteſtate poteſt eſſe iudex in cauſa ciuili patrimoniali, gl.4. q.7. n. 37. in fine. 155
Papa an ſit iudex inter ſe, & eam, quæ dicit ſe eſſe eius vxorem, gl.4. q.7. num.38. 155
Papa cauſam propriam an deleget, vel eligat arbitros, & quid in Imperatore, gl. 4. q.7. n.40.41. & 52. 155
Papa quando in ſententia expreſſerit ſuam auctoritatem, gl.4. q.4. ſub n.1. verſ. non obſtat. 125
Papa in cauſa Eccleſiæ poteſt eſſe propriè iudex, gl.4. q.7. n.42. & ſeqq. 156
Papa in veritate non eſt dominus rerum Eccleſiæ, gl.4. quæſt. 7. num.43. 156
Papa licet quamdiu viuit, dicatur dominus, & omnia diſponat, tamen ei non licet alienare bona Eccleſiæ ſine cauſa, gl.4. q.7. ſub eod. num.43. 157
Papa, contra quem eſſet agendum criminaliter de delicto, non poteſt ab aliquo iudicari, ſed ipſemet ſe iudicabit, gl.4. q.7. n 48. Reſtringitur hoc dupliciter, primo in crimine hæreſis, n.49. Secundo ſi non procedat de honeſtate. n.50. 157
Papa poteſt eſſe iudex contra eum, qui delictum committit contra Papam, gl.4. q.7. n.51. 157
Papa ſi deficeret, iuriſdictio deuolueretur ad Cardinales, gl.7. q.3. limit.4. n.35. 264
Papa quam habeat iuriſdictionem in Infideles, Saracenos, Mahumetanos, & Iudæos, vide ſupra in verbo, Infideles.
Papæ, & Imperatori an credendum ſit, quando teſtificantur de dependentia Imperij, gl.10. n. 28. & ſeqq. 379
Papæ, & Imperatoris atteſtationi in cauſa, quæ verè non eſt ſua, an & quomodo ſit credendum, gl 10. n.37. & ſeqq. 381
Papæ omnes obedire tenentur, gl.1. q. 1. n.114. 31
Papæ mandanti &c. vide ſupra in verbo, Obediendum.

Digitized by Google

Papa eſt ſicut Sol, & Imperator ſicut Luna, vnde Pontificia dignitas longe eſt maior dignitate Imperatoris, gloſ. 1. q. 1. n. 125. 135. 146. & 147. 32. & 37
Papa eſt caput Eccleſiæ militantis, ibidem.
Papæ, & Dei eſt idem tribunal, gl. 1. q. 1. n. 125. 31
Papæ litteris in cauſis prophanis laicorum, & in alijs, in quibus Papa non poteſt vti plenitudine poteſtatis, an ſit credendum in præiudicium aliorum, gl. 4. q. 7. ſub n. 29. 154
Papæ, & Imperatori, aſſerentibus ſe poſſe eſſe iudices in cauſa propria, an ſit credendum, gl. 4. q. 7. n. 32. 154
Papæ litteræ. vide ſupra in verbo, Conceſſiones.
Papa. vide ſupra in verbo, Infidelibus peccantibus.

Parochianus, Parochus.

Parochianus, cui Parochus dedit licentiam confitendi peccata, debet confiteri coram Sacerdote, qui ſit Parochus, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 106. 199
Parochianus, qui ſaltem ſemel in anno tenetur confiteri proprio Parocho, non debet hanc confeſſionem facere alteri Parocho, gl. 7. q. 3. limit. 5. n. 47. Poteſt tamen de conſenſu proprij Parochi, ſub eod. num. 47. & 48. Et per mutationem in alia parochia, num. 50. 266
¶ *Parochus* non poteſt generaliter delegare regimen Curæ, gl. 7. q. 3. limit. 5. num. 49. 267
Parochus licet exiſtat extra territorium ſuæ parochiæ, tamen poterit ſui parochiani confeſſionem audire, &c. gloſ. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 144. 309

Paſsionales, Paſtores, Pater, Patientia.

Paſſionales ſermones habent vim peruertendi iudicium, gl. 4. q. 7. num. 7. & ſeqq. 151
¶ *Paſtores* multi demoliti ſunt vineam, gl. 1. q. 1. ſub n. 150. 48
¶ *Pater* non tenetur pro contractu, quē eius filius facit extra territorium, non obſtante ſtatuto, quod pater teneatur pro contractu filij, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. n. 72. 297
Pater accipiens mutuo pecunias tempore cariſtiæ, præſumitur eas accepiſſe pro alimentis ſuæ familiæ, gloſ. 14. quæſt. 22. num. 26. 637
Patri præiudicat ſententia lata pro delicto contra filium, ſtante ſtatuto quod pater teneatur ſoluere pœnam pecuniariam &c. gl. 14. q. 12. num. 118. 539
¶ *Patientia* quomodo ſit magna, & præcipua virtus, gl. 14. q. 9. ſub num. 22. verſ. prima. 495

Patronus, Pax, Peccare, Peccatum.

Patronus licet non eligat digniorem, ſufficit quòd eligat dignum, gl. 4. q. 1. n. 44. 101
¶ *Pax*, vno gubernante, facilius inducitur, gl. 1. q. 1. n. 150. 37
¶ *Peccare* non dicitur iudex, qui iudicat ſecundū acta, & probata, licet ſecundum veritatem ſibi ſoli in conſcientia notam, aliter deberet iudicare, gl. 14. q. 8. ſub n. 4. & 7. Dummodo in conſcientia credat ſe debere iudicare ſecundum acta, & probata, eod. num. 7. & 42. Alias ſi credat ſe peccare, iudicando ſecundum acta, & probata, peccaret; quamuis rectè iudicaret, & ideo debet prius deponere iſtam credulitatem, num. 8. & 42. Et quid facere debeat, ſi non poſſet deponere ſcrupulum conſcientiæ, n. 50. 479
Peccat, qui agit contra ſuam conſcientiam, quia non dicitur agere ex fide, gl. 14. q. 8. ſub n. 7. 480
Peccat tam in foro exteriori, quam in interiori iudex, qui fert ſententiam iniuſtam in foro exteriori, licet ſit iuſta quoad Deum, & in foro interiori, gl. 14. q. 8. n. 25. 483
Peccat iudex iniuſtam ferendo ſententiam, gl. 14. q. 9. n. 12. Et etiam iniuſte dimittendo delinquentem, n. 15. Et vnde procedat hoc peccatum, & quid agere debeat, ne peccet, ſub. n. 15. illat. 2. 492
Peccans licet peccet ex permiſſione Dei, tamen Dei permiſſio eſt iuſtiſſima, & peccans peſſime agit, & debet puniri, gl. 14. q. 9. ſub n. 14. 492
¶ *Peccatum* quomodo ſit pœna peccati, gl. 14. q. 9. ſub n. 14. 492
Peccatum & iuſtitia non poſſunt ſimul ſtare, gl. 4. q. 1. num. 12. in fine. 93
Propter peccata transferuntur regna, gl. 1. q. 2. n. 92. 26
Peccata. vide ſupra in verbo, Aduerſa.

Pecunia, Peremptoria, Periti.

Pecunia an contineatur in legato domus, & omnium in ea exiſtentium, gl. 14. q. 23. ſub n. 48. 648
Pecunia, prout debetur in genere, nunquam conſumitur, gl. 14. q. 23. num. 51. 648
Pecunia eſt capax vſusfructus, gl. 14. q. 23. n. 53. 648
Pecunia an per ſolam commixtionem cum alia pecunia dicatur conſumpta, gl. 14. q. 23. n. 54. 648
Pecunia acuit ingenium, & ſolertiam cauſidicorum, gloſ. 15. num. 39. 721
Pecuniæ quando præſumantur conſumptæ ita vt hæres patris, qui tenetur reddere rationem adminiſtrationis, quam fecit pater, de ijs rationem reddere non teneatur, gloſ. 14. q. 23. num. 49. 648
Pecuniæ datæ liberæ ad cenſum, liberæ ſunt reſtituendæ, poſt gl. in reſp. num. 1. Quando hoc non ſit verum, num. 2. & ſeqq. & num. 7. 731
Pecunia vinculata licet minoris ſit æſtimationis, tamen aliquando debet recipi vinculata, & quare, in eod. reſponſo, num. 8. 731
Pecuniam hæreditariam non dicitur hæres conſumpſiſſe, ſi eam in ſuos vſus conuertit, dummodo eandem ſummam reponat in hæreditate tempore, quo eam debet reſtituere, gl. 14. q. 23. n. 41. & ſeqq. Sed diceretur eam conſumpſiſſe, ideoque ſibi imputandam in legitimam, quando eam non poſſet reponere in hæreditate, n. 45. & 37. 647
Pecunia an & quando cenſeatur eſſe de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & an, & quando dici poſſit conſumpta, gl. 14. q. 23. n. 46. & ſeqq. 647
Pecuniam domini ſi procurator conuertat in vſum proprium, efficitur infamis, & tenetur de furto, gloſ. 1. quæſt. 1. ſub num. 6. 10
Peremptoria exceptio an ſit præiudicialis vlteriori proceſſui, gl. 14. q. 19. n. 9. & ſeqq. 610
¶ *Periti* conſilio adhibito in ſententia, quando poſſit retractari, non obſtante re iudicata, gl. 14. q. 11. n. 64. & 65. 516
Peritorum, puta mercatorum iudicium, & relationem iudices debent ſequi in his, quæ conſiſtunt in mero facto, ſtylo, & intellectu ſcripturæ mercaturiæ, dummodo etiam ſint rationabiles, ſed non debent ſequi in his, quæ iuris ſunt, gl. 14. q. 23. num. 60. 650

Periurus, Permutatio.

Periurus non poteſt agendo ſtare in iudicio, gl. 10. n. 15. Et ſicut non poteſt agere per ſeipſum, ita neque per procuratorem, n. 17. Declaratur vt ſententia ad eius fauorem lata ſit nulla, ſecus ſi ſit lata contra eum, n. 76. 376
Periurus poteſt conueniri, & citari, gl. 11. ſub n. 9. Et quia citatur, eſt audiendus in defenſione, n. 10. Et in quibus poſſit ſe defendere, n. 13. & ſeq. Et in quibus nō ſit audiēdus, n. 32. & ſeq. 389
¶ *Permutatio* quando non dicatur facta in fraudem retractus, gl. 14. q. 18. num. 32. 544

Perplexa, Perplexitas.

Perplexa ſententia non valet, gl. 14. q. 15. ſub n. 1. & ſeqq. & num. 9. 566
¶ *Perplexitas* ſi oriatur ex aliqua communi opinione, vitiat illam communem opin. gl. 14. quæſt. 24. num. 22. & ſeqq. & ſub num. 27. 657

Perſona, Perſonalis, Petitio, Petrus.

Perſonarum legitimatio eſt articulus præiudicialis vlteriori proceſſui, gl. 14. q. 19. n. 84. 609
Perſonæ interuenientes in iudicio, primum quærendæ & legitimandæ ſunt, gl. 7. q. 1. n. 2. 172
¶ *Perſonalis* actio, & hypothecaria an poſſint ſimul cumulari, quamuis hypothecaria ſit acceſſoria, gl. 14. q. 19. n. 33. 602
¶ *Petitio* in quibus caſibus debeat eſſe generalis, & alternatiua, & alias non valeat, gl. 14. q. 15. ſub n. 21. 568
Petitionis hæreditatis iudicium ſuſpenditur, ſi fuerit oppoſitum, quòd agens prohibuit, fieri teſtamentum, &c. gl. 14. q. 19. n. 26. Similiter ſi agenti moueatur quæſtio libertatis, n. 27. 601
¶ *Petri*, eiuſque ſucceſſorum iuriſdictio procedit à Chriſto, gl. 1. q. 1. n. 137. 34
Petrus fuit Vicarius Chriſti, & petra Eccleſiæ, ibid.

Philippus, Philoſophia, Philoſophus.

Philippus Macedonum Rex cum iniuſte quendam ad ſoluendum

con-

Digitized by Google

I N D E X.

condemnaſſet, condemnationem non reuocauit, ſed de proprio ſoluit, gl. 14. q. 17. n. 9. 578

¶ Philoſophia non accipit, ſed facit nobilem, gloſ. 4. q. 1. ſub num. 13. verſ. quantum. 109

Philoſophia an comprehendatur in Iuriſprudentia, gl. 3. q. 1. ſub num. 1. & ſeqq. 71

Philoſophia eſt amor, & ſtudium ſapientiæ, gl. 3. q. 1. n. 2. & 3. ſtultitiã comprehendit, eodem num. 3. & ſub num. 4. fol. 71. Et quia eſt ſtudium ſapientiæ, ideo non eſt ſapientia, num. 41. 80. 78

Philoſophia diuiditur in multas partes, gl. 3. q. 1. n. 3. in fine, & ſeqq. 71

Philoſophia moralis quæ ſit, gl. 3. q. 1. num. 23. 74

Philoſophiæ laudes, & vtilitates, gl. 3. q. 1. ſub num. 3. 71

Philoſophia pendeſt, etiamſi caſus ineuitabilis imperaret, gl. 3. q. 1. num. 25. 75

Philoſophia docet facere, non dicere, gl. 3. q. 1. n. 29. 76

Philoſophia naturalis famulatur Iuriſprudentiæ, gl. 3. quæſt. 1. num. 35. 77

Philoſophicum temperamentum eſt reſpondere ſub dubitatione, gl. 14. q. 23. ſub num. 1. 641

Philoſophari cœperunt homines propter admirationem, gl. 3. q. 1. num. 9. 73

¶ Philoſophus neſcit reddere rationem de mirabilibus rerum naturalium, gl. 3. q. 1. ſub n. 22. 74

Philoſophus verus qui ſit, gl. 3. q. 1. n. 42. & ſeqq. 78. & 79

Phyſica, Pÿ V. Pilatus.

Phyſica reprehenditur, tanquam inanis, gl. 3. q. 1. num. 30. 32. & 34. 76

¶ Pÿ V. conſtitutio mandans, denunciari venditionem rei cenſuatæ, quomodo intelligatur, poſt gl. in reſponſo, num. 51. & ſeqq. 741

¶ Pilati ſententia habuit vitium iniquitatis ab initio, gl. 1. q. 1. num. 11. 18

Pilati iudicio Chriſtus propria ſponte ſe ſubmiſit, gl. 7. quæſt. 1. num. 8. 172

Pilatus priuſquam Redemptorem noſtrum traderet Iudæis crucifigendum, multa vſus eſt diligentia, ne traderet, gl. 14. q. 8. n. 46. & 47. Sed adhuc grauiter peccauit, n. 51. & ſeqq. 487

Placuerit, Pluralis.

Placuerit, verbum non eſt abſolutæ voluntatis, ſed intelligitur arbitrio boni viri, gl. 7. q. 3. limit. 4. n. 126. 237

¶ Pluralis locutio in perſona prima, & ſingulari, dicendo (Nos Antonius pronunciamus) toleratur de ſtylo, gl. 2. q. 1. n. 1. & ſeqq. Et quare toleretur, n. 7. & ſeqq. Sententia tamen, quam iudex ferret in numero ſingulari, dicendo, ego Antonius pronuntio, eſt valida, n. 13. 65. 66. & 68

Pluralis locutio in perſona propria videtur ambitioſa, gl. 2. q. 1. num. 4. 65

Plurali numero loquimur vnum, tamquam ſi eſſent plures, gl. 2. q. 1. num. 20. 67

Plurali numero quando etiam de ſtylo vti non poſſimus, gl. 2. q. 1. num. 24. & 25. 68

Pluralitas actuum non præſumitur, gl. 1. q. 1. ſub n. 55. 49

Pœna, Pœnitendi, Pœnitentia.

Pœna non tribuit immunitatem, gl. 4. q. 2. ſub n. 26. fol. 111. & gl. 11. ſub num. 9. 389

Pœna debet imponi grauior, & minus grauis ſecundum qualitatem delicti, gl. 14. q. 21. ſub n. 51. 629

¶ Pœnitendi facultati prorogans iuriſdictionem an poſſit renunciare, gl. 7. q. 3. limit. 4. n. 99. 233

¶ Pœnitentia regulariter non admittitur in pactis, gl. 7. q. 3. limit. 4. n. 25. & ſeqq. 223

¶ Pœnitentia an habeat locum in iure congrui, gl. 14. q. 29. ſub num. 1. & 3. & ſeqq. 89. & ſeqq. 691

Pœnitentia non habet locum in diſpoſitionibus iuris, gl. 14. q. 29. num. 18. 693

Pœnitentia vnius ex contrahentibus non habet locum in contractibus innominatis, gl. 14. q. 29. ſub n. 65. & 70. Etiamſi alter contrahens non obſeruet ex parte ſua, n. 66. Imò etiamſi res eſſet integra, num. 67. 698

Pœnitentiæ locus non eſt poſt commiſſum dolum, gl. 14. q. 29. ſub num. 18. 693

Pœnitere an poſſit qui obtinuit in actione redhibitoria, gl. 14. q. 29. n. 54. & ſub n. 58. & 92. in fine. 696

Policratia, Politica, Poma, Populus.

Policratia, ſeu politica quæ dicatur, gl. 1. q. 1. n. 245. 58

¶ Politica quæ ſit, gl. 3. q. 1. ſub n. 24. 74

¶ Poma in terra Sodomorum &c. gl. 3. q. 1. n. 16. 73

¶ Populus, qui eſt hodie, reputatur ille, qui fuit centum ab hinc annis, gl. 1. q. 1. ſub n. 203. confirm. 3. 30

Poſſeſsio, Poſſeſſor, Poſsidens, Poſsidere.

Poſſeſſio quando non ſit manutenibilis, gl. 14. q. 19. num. 104. & ſeqq. 613

Poſſeſſio quando cedat proprietati, gl. 14. quæſt. 19. num. 105. & 107. 613

Poſſeſſionis cauſa quando ſit præiudicialis cauſæ proprietatis, gl. 14. q. 19. num. 113. 614

Poſſeſſionis & proprietatis cauſa non poteſt cognoſci coram diuerſis iudicibus, gl. 14. q. 19. n. 114. Fallit in executiuis, num. 115. 614

¶ Poſſeſſio poteſt haberi ex diuerſis cauſis, ſed non dominium, gl. 1. q. 1. ſub num. 55. 19

¶ Poſſeſſor ex primo decreto à qua die in Ciuitate Florentiæ lucretur fructus ad rationem quinque pro centenario, gl. 11. ſub num. 27. 392

Poſſeſſor quis ſit, & qui non, eſt quæſtio præiudicialis accuſationi de violentia, & de turbata poſſeſsione, gl. 14. quæſt. 19. num. 44. 603

Poſſeſſor eſt manutenendus in ſua poſſeſsione, quamdiu euidenter non conſtat de iniuſtitia poſſeſsionis, & de bono iure aduerſarij, gl. 14. q. 19. ſub n. 97. verſ. primus. 611

Poſſeſſor bonæ fidei à quo euincitur hæreditas, de qua aliquid conſumpſit, quod conſumpſiſſet de ſuo, tenetur illud euincenti reſtituere, gl. 15. ſub num. 6. 717

Poſſeſſoris ius quærendum non eſt, ſi non conſtat de iure petitoris, gl. 14. q. 21. ſub n. 1. 621

Poſſeſſorij ſententia dicitur interlocutoria, gloſ. 14. q. 5. num. 17. & 18. 441

Poſſeſſoria iudicia, quas exigant probationes, & quales iudex ferre debeat ſententias, &c. gl. 14. q. 7. n. 32. remiſsiuè. 451

Poſsidens præſumitur poſsidere nomine proprio, gl. 1. quæſt. 1. num. 4. 9

Poſsidens præſumitur poſsidere ex titulo præambulo, etiam ſi titulus ſit inutilis, gl. 1. q. 1. ſub n. 55. 18

¶ Poſsidere rem in communi cum alio nemo eſt cogendus, gl. 14. q. 15. ſub n. 18. 35. & 38. 549

Potentes, Potentia, Poteſtas.

Potentes omnes iudicant nomine Dei, gl. 1. q. 1. n. 23. & ſeqq. 253. & 255. 16

¶ Potentia efficimur inflati, omnibus inimici, & iracundi; cum deficit potentia, efficimur manſueti, & humiles, gl. 14. q. 9. num. 27. 496

¶ Poteſtas omnis eſt à Deo. vide ſupra in verbo, Deus.

Præcedentia, Præceptum, Præcipitatio.

Præcedentia declarant ambiguitates ſequentium, gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 137 239

¶ Præceptum factum creditori ſine cauſæ cognitione de ſoluendo, vel aliud ſimile præceptum, dicitur interlocutoria, quæ, reo comparente, reſoluitur in ſimplicem citationem, gl. 14. q. 5. n. 4. Et reo non comparente, an & quando remaneat firmum, & quando poſsit reuocari. & quando in reuocatione requiratur citatio, & quando non, & an tranſeat in iudicatum, n. 5. & ſeqq. vſque ad n. 14. incluſiuè. 440

¶ Præcipitatio opponitur conſilio, & dicitur nouerca, & abortiua iuſtitiæ, gl. 9. ſub n. 33. 365

Prægrauari, Præiudicari, Præiudicialis.

Prægrauari quis non debet facto alterius, gl. 14. q. 12. n. 6. 523

¶ Præiudicari ex facto alterius non debet illi, qui illum alterum prohibere non poteſt, ne faciat, gloſ. 14. q. 12. num. 4. & ſub num. 7. 523

Præiudicare alijs non debet ſententia lata inter alios, vide ſupra in verbo, Nocere. & in alijs proprijs verbis.

¶ Præiudicialis cauſa an, & quando retardet aliam cauſam, gl. 3. q. 1. n. 39. & ſeqq. 87

I N D E X.

Præiudiciale conſideratur multipliciter, gl. 14. quæſt. 19. num. 1. & ſeqq. 597
Præiudiciales actiones quæ dicantur, gloſ. 14. q. 19. ſub num. 1. & ſeqq. 597
Præiudicialia dicitur eſſe vna cauſa alteri cauſæ dupliciter, gl. 14. q. 19. n. 6. & ſeqq. 598
Præiudicialis cauſa dicitur illa, quæ alteri parat exceptionem rei iudicatæ, gl. 14. q. 19. n. 7. & 22. Et quando vtraque inuicem ſibi parat exceptionem rei iudicatæ, illa, quæ fuit prius intentata, dicitur præiudicialis alteri, ſub num. 50. verſ. declara. fol. 598
Præiudiciali cauſa prius non cognita, ſententia, quæ fertur, eſt nulla, gl. 14. q. 19. n. 9. Imò etiam proceſſus eſt nullus, eodem num. 9. & ſeqq. & num. 14. Declaratur, num. 15. & ſeqq. Limitatur, num. 94. & ſeqq. num. 119. & 120. 598
Præiudicialis articulus reputatur præcipua para cauſæ, gl. 14. q. 19. n. 10. 598
Præiudicialis articulus ſi prius non cognoſcatur, peruertitur ordo naturalis, gl. 14. q. 19. n. 11. Et quot ea iſta peruerſione ſequantur inconuenientia, num. 12. Et quando non peruertatur, num. 94. & ſeqq. 598
Præiudicialis cauſa debet prius cognoſci, ſiue introducatur coram eodem iudice per viam exceptionis, ſiue coram alio per viam actionis, gl. 14. q. 19. num. 19. Similiter ſiue cauſa ciuilis præiudicet criminali, ſiue è conuerſo, ſiue cauſa criminalis præiudicet alteri cauſæ criminali, ſiue ciuilia alteri cauſæ ciuili, num. 20. Declaratur, num. 22. & ſub num. 50. verſ. declara. Limitatur, num. 94. & ſeqq. 599
Præiudicialis cauſa ſi ſit ordinaria, non præiudicat cauſæ executiuæ, gl. 14. q. 19. num. 94. Declaratur, ſub num. 116. verſ. ſublimita. 610
Præiudicialitas & cumulatio actionum ſubalternantur, & habent quandam promiſcuitatem, gl. 14. q. 19. n. 35. 601
Præiudicialitatis materia eſt ſingularis, & magnum aduocatis intelligentibus facit honorem, gl. 14. q. 19. num. 1. 597
Præiudicialitas cauſæ non attenditur in Regno Neap. gloſ. 14. q. 19. num. 120. & 122. 616
Præiudicialitatis materia eſt tradita confuſè à Doctoribus, gloſ. 14. q. 19. num. 123. Et quæ ſit ratio, n. 124. 617

Prælatus, Præſumptio, Prætor, Præuentio.

Prælatus an & quando poſſit eſſe teſtis in cauſa ſuæ eccleſiæ, gl. 10. n. 48. verſ. exemplifica, 383
Prælatus poteſt recuſari, ne ſit iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, gl. 4. q. 7. n. 44. & ſeqq. Imò poteſt, tanquam ſuſpectus, recuſari Prælati conſanguineus, num. 46. 156
¶ *Præſumptionibus* etiam poteſt iudicari, gloſ. 14. quæſt. 13. nu. 18. fol. 545
¶ *Prætor* Rotæ Florentinæ eſt iudex etiam cauſarum damni dati, & turbatæ poſſeſſionis, & ab eius ſententia non appellatur, gl. 6. ſub num. 20. 168
Prætor Rotæ Florentinæ non cognoſcit de delicto, propter quod notarius notariatu, aut doctor doctoratu veniret priuandus, gl. 6. num. 21. 169
¶ *Præuentio* licet liget manus iudicis præuenti, tamen ſi iudex præueniens non poſſit delinquentem ſufficienter punire, puniet præuentus, gl. 14. q. 21. n. 65. 630
Præuentio, quam facit obligatus via executiua, non mutat viam executiuam, gl. 14. q. 10. n. 22. & ſeqq. 502

Praxis, Primum, Princeps, Principatus.

Praxis eſt ſicut lapis, quo probatur aurum, gl. 4. quæſt. 1. num. 52. fol. 103
¶ *Primum* decretum eſt ſententia interlocutoria, quam iudex poteſt reuocare, gl. 14. q. 7. ſub n. 1. 446
¶ *Princeps* non ſupplet defectum conſenſus, neque actum, in quo deficit ſubſtantia actus, gl. 7. q. 1. ſub n. 18. 173
Princeps quandiu gubernat in finem communem, & bonum, dicitur Princeps: cum verò in bonum proprium, dicitur Tyrannus, gl. 1. q. 1. n. 243. fol. 58. Et dum rectè gubernat, dicitur habere principatum, Deo auctore, cum verò malè gubernat, dicitur habere, Deo ſinente, n. 251. & 252. 60
Princeps ſi in aliqua cauſa, ſeu negotio manum appoſuerit, ſunt ligatæ manus ordinarij, gl. 4. q. 6. n. 25. 142
Principe iubente, quando iudex poſſit expectare ſecundam iuſſionem, gl. 4. q. 6. n. 34. 144
Principis cor eſt in manu Dei, gl. 14. q. 9. ſub n. 7. 491
Princeps, qui habet poteſtatem condendi legem, quales ſunt Papa, & Imperator, poteſt iudicare ſecundum ſuam conſcientiam, gl. 14. q. 8. n. 54. 488
Princeps, qui contra acta, & probata vult ex ſua priuata conſcientia ſententiam ferre, quid debeat obſeruare, gl. 14. q. 8. num. 55. & 56. 488
Princeps non ſtatuit generaliter, vt ſententia vnius iudicis faciat rem iudicatam, & quare, gl. 14. q. 2. ſub n. 46. illat. 2. 428
Princeps in arduis non debet reſcribere cum clauſula (appellatione remota) gl. 14. q. 2. ſub num. 46. illat. 2. 428
Principes an & qui conſtituti ſint à Deo, gl. 1. q. 2. num. 90. & ſeqq. fol. 25
Principes multi propter peccata terræ, gl. 1. quæſt. 2. ſub nu. 150. fol. 38
Princeps conſultus ſuper aliqua differentia, de qua coram eo non ſit proceſſus, reſcribit iudici ſub conditionibus, & modis, gloſ. 14. q. 14. ſub n. 14. 559
Principes Chriſtianiſſimos Francorum quare aliquis appellet Deos in terris, gl. 4. q. 1. n. 2. 92
Principis iuriſdictio facit ceſſare alias iuriſdictiones. gloſ. 4. q. 6. num. 11. 140
Principi & Regi teſtificanti in cauſa propria, non creditur, gloſ. 10. n. 27. & ſub n. 36. verſ. infero. 379
Principibus non licet reſiſtere, eisq. parendum eſt, etiam ſi ſint mali, gl. 1. q. 1. nu. 256. & ſeqq. Dummodo non imperent ea, quæ ſunt contra legem naturæ, ſeu Dei, n. 259. 60
Princeps quomodo omnia videatur gerere de voluntate Dei, gloſ. 14. q. 9. ſub num. 7. Non tamen debet abuti poteſtate, num. 15. fol. 492
Princeps, vti ſupra omnes profeſſiones, determinat quæ ſpectant ad moralitatem, gl. 3. q. 1. num. 36. 77
Princeps debet eligere iudicem idoneum, ſufficit tamen, quod vtatur debita diligentia, & quomodo, & ad quid teneatur de mala electione, gl. 4. q. 1. ſub n. 39. 41. & ſeqq. & ſub nu. 43. fol. 100. & 101. Et non debet indignos præferre dignis, aut dignos dignioribus, gl. 9. n. 14 & 15. 361
Princeps debet eligere magiſtratus, & iudices ſecundum qualitatem officij, gl. 4. q. 1. n. 48. & ſeqq. 102
Princeps legitimando poteſt tollere ius quærendum, gloſ. 7. q. 4. ſpec. 1. num. 97. 308
Principis dominium, ſi eſſet vnicum in vniuerſo mundo, reſtringeretur ad iuriſdictionem ſolam &c. gl. 1. q. 1. n. 157. Et ideo an poſſet auferre rem ſubditi, &c. n. 159. & 160. 38
¶ *Principatus* boni ſunt tres ſpecies, & totidem principatus mali, gl. 1. q. 1. n. 242. 58

Principia, Priuatio, Priuilegiati, Probare.

Principia qui aſſereret eſſe duo, eſſet hæreticus, gl. 1. q. 1. nu. 113. & 114. 31
¶ *Priuationis* ſententia non fertur, ſi crimen ſit obiectum per viam exceptionis, ſed eſt neceſſaria accuſatio, gl. 4. q. 3. ſub nu. 2. & 10. 118
¶ *Priuilegiati* in electione fori, an poſſint reconueniri coram eod. iudice, quem elegerunt, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. n. 125. 342
Priuilegiatus an vtatur priuilegio contra æquè priuilegiatum, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. n. 119. & 150 341
¶ *Probare* obſcure, & non probare, paria ſunt, gl. 14. q. 21. num. 6. & 7. 623
Probari poteſt ſententia per teſtes, ſi fuerit lata in ſcriptis, & incendio, vel aliter ſit conſumpta, aut perdita, gl. 12. n. 44. & 45. fol. 405

Probata, Probatio.

Probata, & acta debet attendere iudex laturus ſententiam, etiam ſi in ſua conſcientia ſciat eſſe falſa, gl. 14. q. 8. n. 1. & ſeqq. 18. & ſeqq. 37. & ſeqq. Neque propter eius priuatam ſcientiam debet modificare ſententiam, num. 20. Et quid agere debeat antequam ferat ſententiam ex falſis teſtibus, num. 45. & ſeqq. Et qui iudices poſſint iudicare ſecundum ſuam conſcientiam, num. 54. fol. 478
Probata ſemiplene, ſeu magis, quàm ſemiplene intentione actoris, qualem iudex ferre debeat ſententiam, gl. 14. q. 7. n. 50. & ſeqq. fol. 458
¶ *Probatio* ſi non ſit plena, ſed ſit ſemiplena, aut aliter deficiat in parte, an ſententia poſſit ferri in parte proportionata probationi, gl. 14. q. 21. n. 1. & ſeqq. & n. 10. & ſeqq. 622
Probatio actoris vt dicatur dubia, ideoque non ſufficiat, debet eſſe dubia ex ſe, & ex facto ſuo, & non ex probatio-

nibus

I N D E X.

ſibus rei, gloſ. 14. quæſt. 21. ſub num. 4. 622

Probatio per aſpectum, & ex facie loci quando dicatur indiſcreta, & ideo non poſſit admitti, gloſſ. 14. quæſt. 14. num. 57. fol. 564

Probatio obſcura, dubia, ſeu ambigua non releuat, & non concludit, quia interpretatur contra probantem etiam in materia fauorabili, gl. 14. q. 21. num. 6. Et quæ dicatur probatio obſcura, num. 10. 623

Probatio plena requiritur etiam in cauſis ciuilibus, & ſummarijs, gl. 14. q. 21. num. 8. Et quot requirantur teſtes ad plenè probandum, num. 9. 623

Probatio in delictis carnis requiritur maior, & minor ſecundum diuerſos effectus, & fines, ad quos agitur, gl. 14. q. 21. num. 27. & 28. 626

Probatio ſufficiens dicitur illa, quæ mouet iudicem ad ita credendum, gl. 14. q. 23. num. 66. Et vt moueat, debet eſſe ſecundum regulas iuris, num. 67. 651

Probatio ſemiplena rei quare nihil releuet contra probationem plenam actoris, gl. 14. q. 7. num. 83. 457

¶ *Probationes* licet ſint de ordine, & non de ſubſtantia iudicij, ſententia tamen lata ſine probationibus an ſit valida, eſt controuerſum, gl. 10. num. 34. & 36. 381

Probationes, & acta facta in iudicio ſummario, non præiudicant in iudicio ordinario, gl. 14. q. 2. num. 17. 19. & 20. 423

Probationes quæ fuerunt ſufficientes in cauſa ciuili, non ſufficient in eadem cauſa, poſtea criminaliter mota, gl. 14. quæſt. 2. num. 21. 423

Probationes plenè receptæ in iudicio ſummario, præiudicant etiam in iudicio ordinario, gl. 14. q. 2. num. 25. Et quando dicantur plenè receptæ, num. 23. remiſſiuè. 423

Probationes, ſeu teſtes recepti inter alios, an & quando noceant etiam alijs, gl. 14. q. 12. num. 12. & 13. 523

probationes in proceſſu per inquiſitionem ſi deficiant, & reus ab initio ſit abſens, & nihilominus condemnetur, ſententia eſt nulla, gl. 14. q. 20. num. 4. 618

Probationes ſi omnino deficiant in actis, & ſententia expreſsè ſe refert ad acta, eſt nulla, gl. 14. q. 20. num. 7. 619

Probationes quomodo dicantur media ordinata ad finem veritatis innoteſcendæ, & ius ſuum cuique reddendi, gloſ. 14. q. 8. num. 16. & 17. 481

Probationes inter maritum, & vxorem, receptæ ſuper vergentia mariti ad inopiam, an creditoribus noceant, gl. 14. q. 12. n. 121. fol. 539

Probationes dicuntur media cauſæ, & de ordine iuſtitiæ, & non de ordine iudicij, gl. 14. q. 20. num. 1. 618

Probationes actoris, & rei ſi ſint inuicem contrariæ, attenditur ea, quæ eſt maior, gloſ. 14. q. 21. num. 3. Et non ſi ea, quæ eſt maior, eſſet ex præſumptione legis, num. 4. Et quid ſi non ſint inuicem contrariæ, ſed ſint compaſsibiles, num. 5. 622

Probationes committuntur arbitrio iudicis, gl. 14. q. 23. num. 66. in fine. 651

Probationes contra contumacem & ſi dicantur receptæ in proceſſu ſummario, tamen quia fuit ſummarius ob eius culpam, faciunt fidem contra ipſum etiam in alio iudicio, &c. gl. 14. q. 2. num. 26. 414

Probationibus deficientibus, an ſententia ſit ſolum iniuſta, ſed non nulla, gl. 14. q. 20. num. 1. & ſeqq. 618

Probationibus deficientibus ſententia non eſt nulla, & ideo tranſit in iudicatum, gl. 14. q. 20. num. 2. Contrarium, num. 8. & ſeqq. fol. 618

Probationibus hinc inde factis, vel non factis, qualem iudex debeat ferre ſententiam, examinatur per decem caſus, gl. 14. q. 7. num. 78. 456

Procedendi, Proceſſus.

Procedendi modus coram iudice prorogato ſeruatur, vt in cauſis ſuæ propriæ iuriſdictionis, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 113. Secus eſt in deciſorijs, num. 120. 199

Procedendum eſſe ad vlteriora, ſi iudex, non obſtante exceptione, pronunciat, eſt interlocutoria, gl. 14. q. 5. n. 23. 442

¶ *Proceſſus* factus à delegato ante præſentationem reſcripti delegatorij adeo eſt nullus, gl. 4. q. 4. num. 38. Vt ſit nullus, etiam parte non opponente, num. 37. Imo eſſet nullus etiam ſi partes conſentirent, quòd procederet, num. 48. 532. & 133

Proceſſus, factus à iudice ſæculari contra clericum etiam non citatum ſub nomine clericali, eſt nullus, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 9. & 10. Siue clericus comparuerit, ſiue non, num. 12. Et etiam ſi citatio fuerit generalis contra omnes, ſua intereſſe putantes, ſub eodem num. 12. verſ. ſubextende. 184

Proceſſus factus extra territorium eſt ipſo iure nullus, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 45. 291

Proceſſus magnus ſi hoc mane detur iudici, & is hoc ſero ferat ſententiam, diceretur præcipitanter lata, & ideo non valeret, gl. 9. num. 32. 365

Proceſſus ſubſtantialia licet iudex in prolatione ſententiæ non narret ſigillatim ſe vidiſſe, tamen ſententia valet, gl. 9. num. 31. & 32. 364

Procurator, Promiſſio, Promulgare.

Procuratorem ſubſtituens ſubſtituit nomine proprio, & non nomine domini, gl. 14. q. 25. num. 5. 666

Procuratore conſtituto, dominus citatus non tenetur comparere, & conſequenter, licet non compareat, non eſt contumax, gl. 14. q. 25. num. 8. & 30. Secus eſt de iure canonico, ibidem, fol. 666

Procurator actoris tenetur ſatiſdare de ratihabitione, gl. 14. q. 25. num. 17. 667

Procurator rei tenetur cauere de iudicatum ſoluendo, gl. 14. q. 25. num. 17. Et an eo, lata ſententia condemnatoria, poſsit conueniri ad ſoluendum, num. 17. in fine, & num. 18. & 19. 667

Procurator poſtquam deſijt eſſe pracurator, an poſsit declarare, quod geſsit, vti procurator, gl. 14. q. 17. n. 47. 583

Procurator in cauſis matrimonialibus, & iniuriarum, quam cautionem, debeat præſtare, gl. 14. q. 25. num. 20. 667

Procurator licet faciat contractum nomine domini, tamen promiſsio non debet fieri domino abſenti, ſed debet fieri ipſi procuratori, gl. 14. q. 25. num. 23. & 24. Contrarium in ſyndico, & generali adminiſtratore, num. 67. Et in tutore, & curatore, num. 68. 668

Procuratores mali obiurgantur, gl. 14. q. 16. n. 29. 574

Procuratoria mandatum quando expiret morte mandantis, etiam re non integra, quia mandans in re mandata non poſsit habere hæredem, gl. 14. q. 25. ſub num. 98. & ſeqq. Et quando non expiret, num. 122. 678

Procurator ne, an dominus in ſententia condemnari, ſeu abſolui debeat de iure ciuili, gl. 14. q. 25. num. 1. & ſeqq. Et quid de iure canonico, num. 38. & ſeqq. Et quid de conſuetudine, num. 73. & ſeqq. 665

Procurator ad emendum, ſi emat nomine proprio, tenetur ac ſi emiſſet nomine mandantis, & de fide rupta, gl. 1. q. 1. num. 5. fol. 9

Procurator debet eſſe domino fidelis magis, quàm alius, gl. 1. q. 1. num. 5. 9

Procurator faciens contractum, quo nomine cenſeatur facere, gl. 1. q. 1. n. 4. 55. & 56. fol. 9. & 18. Et quando quis dicatur contrahere nomine procuratorio etiam ſi id verbis non exprimat, & conſequenter an & quando ille, pro quo contrahit, poſsit conueniri, & agere, num. 5. 9

Procurator conuertens in vſus proprios pecuniam ſibi datam à domino pro aliquo negotio domini; committit furtum, eod. num. 5. 9

Procurator faciens vnum actum nomine procuratorio, & alium ſimpliciter, cenſetur facere etiam nomine procuratorio, gl. 1. q. 1. ſub num. 56. 19

Procuratore ignorante ſe eſſe procuratorem, geſta per eum non valent, imò non valent niſi prius receperit mandatum, gl. 4. q. 4. num. 7. & 53. 127. & 134

Procurator ſi egerit vigore ſubſtitutionis inualidæ, nulliter egit, etiam ſi habuiſſet mandatum validum, gl. 4. q. 4. num. 33. fol. 130

Procurator an poſsit à cliente repetere omnes expenſas, quas fecit, gl. 15. num. 35. 720

Procurator quando extorquet fraudulenter pecunias à cliente, committit furtum, gl. 1. q. 1. ſub num. 5. 10

Procurator poteſt ſemper reuocari, etiam quod ſit conſtitutus cum iuramento de non reuocando, gloſ. 7. q. 3. limit. 4. num. 49. fol. 226

Procurator habens mandatum generale, non poteſt prorogare iuriſdictionem, gl. 7. quæſt. 3. limit. 6. nu. 5. Reſtringitur hoc multipliciter. Primo, vt non procedat ſi habeat mandatum cum libera, num. 6. Secundo, quando prorogaret, patiente domino, num. 7. Tertio quando haberet mandatum ſpeciale, num. 8. Quarto quando prorogatio fieret per viam reconuentionis, ſub num. 12. 269

Procurator an poſsit prorogare de tempore ad tempus remiſsiuè, gl. 7. q. 3. limit. 6. num. 9. 269

d Pro-

Procurator qui ſit excommunicatus, non poteſt ſtare in iudicio, gl. 10. num. 18. 377
Procurator an, & quando poſſit interuenire in cauſa, gloſ. 10. num. 53. 384
Procurator qui eſſe nequeat, gl. 10. num. 54. 384
Procurator ne, an actor ad lites conſtituatur à tutore, & curatore, gl. 10. num. 55. 384
Procurator, & ſimiles, qui agunt pro alio, quomodo concipere debeant libellum, gl. 10. num. 56. 384
¶ *Promiſſio* quæ non continet cauſam, refertur ad cauſam præcedentem, gl. 1. q. 1. ſub num. 55. 19
¶ *Promulgare*, eſt legere, &c. gl. 17. n. 3. 725
Promulgatam eſſe ſententiam, idem eſt, quod eſſe lectam, gloſ. 17. num. 2. in fine, & ſub num. 4. 725
Promulgatio ſententiæ non eſt neceſſaria, ſi potuit ferri ſine ſcriptis, gl. 17. num. 5. 725

Propoſitum, Proprietas.

Propoſitum diſtinguit actus hominum in delictis, gl. 14. quæſt. 21. num. 62. 630
¶ *Proprietas* quando abſorbeat poſſeſſionem, gl. 14. q. 19. nu. 107. & ſub num. 213. 613
Proprietatis & poſſeſſionis cauſæ non poſſunt cognoſci coram diuerſis iudicibus, gloſ. 14. q. 19. num. 214. Fallit in executiuis, num. 215. 614

Prorogans, Prorogatio.

Prorogans iuriſdictionem licet poſsit pœnitere ante litem conteſtatam, tamen ſi poteſt agi ad intereſſe, quoquid poterit illud, peti coram iudice prorogato, gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 81. & latius num. 158. 231
Prorogari non poteſt iuriſdictio à perſonis inhabilibus, gl. 7. q. 3. limit. 6. num. 1. & ſeqq. Extenditur hoc in omni ſpecie prorogationis, num 11. 348
Prorogari an poſſit iuriſdictio de caſu ad caſum, & an ſit prorogatio, vel potius omiſſio exceptionis, quando iudex appellationis, omiſſo articulo appellationis ab interlocutoria, procedit de partium conſenſu ſuper negotio principali, & an hæc prorogatio cadat in Papa, Legato, & ſimilibus, vel ſit potius auocatio cauſæ, gl. 7. q. 4. ſpec. 4. n. 1. & ſeqq. n. 4. 5. & 11. 348
Prorogare quis non poteſt iuriſdictionem quando in ea continetur etiam præiudicium alterius, quam prorogantis, gl. 7. q. 2. ſub num. 8. verſ. tempera tertio. 178
Prorogare idem eſt quod extendere, gl. 7. q. 3. limit. 1. ſub num. 2. fol. 183
Prorogare, & non declinare quomodo differant, gl. 7. q. 3. limit. 2. num 34. 209
Prorogans non dicitur aliquid immutare, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. num. 20. in fine. 273
Prorogans tacitè iuriſdictionem, non poteſt ſe pœnitere, gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 103. & ſeqq. 233
Prorogari poteſt iuriſdictio tàm ordinaria, quàm delegata, gl. 7. q. 2. num. 9. 178
Prorogari poteſt etiam voluntaria iuriſdictio, gl. 7. q. 2. num. 13. fol. 179
Prorogari poteſt etiam notio &c. gl. 7. q. 2. num. 15. 179
Prorogari poteſt iuriſdictio quouis iure competat, gl. 7. quæſt. 2. num. 16. 179
Prorogari quomodo poſſit iuriſdictio iudicis appellationis, gl. 7. q. 2. num. 17. 179
Prorogari non dicitur iuriſdictio in iudicem, qui aliquo iure ſit competens, gl. 7. q. 3. limit. 5. num. 26. & 28. Sed dicitur præuentio, num. 27. 262
Prorogari an poſſit iuriſdictio ſæcularis ad eccleſiaſticam, gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 86. & 87. Et an poſſit è contra, n. 88. 196
Prorogari non poteſt iuriſdictio in eum, qui habet ſolam notionem, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 97. Neque contentioſa in eum, qui habet ſolam voluntariam, n. 98. & 99. 197
Prorogari poteſt iuriſdictio criminalis in habentem ſimilem iuriſdictionem, gl. 7. q. 3. limit. 5. num. 15. Extenditur, num. 17. Declaratur, num. 20. & ſeqq. 259
Prorogari non poteſt iuriſdictio non exiſtens, gl. 7. q. 3. limit. 5. ſub num. 8. Et quid ſi iuriſdictio ſuperueniat, num. 10. 12. & 13. fol. 258
Prorogari an poſſit iuriſdictio voluntaria, & præſertim ad legitimandum, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 85. & ſeqq. 299
Prorogari an poſſit iuriſdictio in his, quæ ſunt de reſeruatis in priuilegium Principis, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. ſub num. 85. 299
Prorogari an poſſit de loco ad locum iuriſdictio delegata, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 123. & ſeqq. Et quid ſi ſit delegata ad vniuerſitatem cauſarum, num. 178. 315
Prorogari poteſt iuriſdictio de minori ad maiorem quantitatem, & de maiori ad minorem, gloſ. 7. q. 4. ſpec. 3. num. 50. Hæcque prorogatio ſit ex neceſſitate legis per ſolam reconuentionem, etiam parte inuita, num. 51. Et quando ſit, alceoſue de minori quantitate ad maiorem, poteſt fieri, etiam ſi aſcenderet ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis, num. 52. 325
Prorogata iuriſdictione aliter, quam tempore, ſententia lata à iudice, eſt valida, quamuis ignoraſſet prorogationem, gl. 4. q. 4. num. 23. Secus eſt ſi ſit prorogata de tempore ad tempus, num. 25. & 26. 129
Prorogata licet ſit iuriſdictio criminalis in iudicem non ſuum, tamen iudex competens poteſt procedere per inquiſitionem, gl. 7. q. 3. limit. 5. num. 14. 259
Prorogata iuriſdictio cenſetur eadem, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 105. fol. 199
Prorogata iuriſdictio porrigit effectum ſolum contra eos, qui conſentiunt prorogationi, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 83. & latius num. 90. & ſeqq. 299
Prorogatio iuriſdictionis an poſſit fieri tam expreſsè, quàm tacitè, gl. 7. q. 2. num. 10. & ſeqq. 179
Prorogatio fieri poteſt tam per hominem, quàm per legem, gl. 7. q. 2. num. 18 179
Prorogatio facta in aliquem iudicem an duret etiamſi ille iudex pronunciaret proceſſum nullum, gl. 7. q. 2. n. 20. 179
Prorogatio eſt ſimilis ſpecialis, gl. 7. q. 3. limit. 1. ſub num. 2. verſ. confirmatur. 183
Prorogatio iuriſdictionis ceſſat etiam per viam reconuentionis, ſi iuriſdictio omnino deficiat, gloſ. 7. quæſt. 3. limit. 1. num. 3. fol. 183
Prorogatio iuriſdictionis non ſit de vna ſpecie cauſarũ ad aliam, neque de vna ſpecie perſonarum ad aliam, gl. 7. q. 3. limit. 1. nu. 95. & ſeqq. & n. 123. Et quando poſſit fieri, num. 122. 196
Prorogatio iuriſdictionis an poſſit fieri in cauſis criminalibus, gl. 7. q. 3. limit. 5. num. 1. & ſeqq. 257
Prorogatio iuriſdictionis fieri non poteſt in habentem diſſimilem iuriſdictionem, gl. 7. q. 3. limit. 5. num. 11. 259
Prorogatio debet eſſe eiuſdem naturæ, cuius eſt quod prorogatur, gl. 7. q. 3. limit. 1. ſub num. 103. 198
Prorogatio non mutat, nec alterat prorogatum, ead. lim. 1. n. 105. fol. 199
Prorogatio temporis ad tempus ſit ſub eadem forma, gloſ. 7. q. 3. limit. 1. num. 104. 199
Prorogatio iuriſdictionis facta per errorem, non tenet, ideoque ſententia erit nulla, gl. 7. q. 3. limit. 2. num. 1. Ampliatur, & reſtringitur, num. 5. & ſeqq. 205
Prorogatio procedit à conſenſu, gl. 7. q. 3. lim. 2. n. 2. 205
Prorogatio iuriſdictionis ſpiritualis an poſſit fieri in ſæcularem, gl. 7. q. 3. limit. 5. num. 31. & ſeqq. & num. 40. Et an in iudicem eccleſiaſticum, num. 46. & ſeqq. 263
Prorogatio quando dicatur facta ſcienter &c. gloſ. 7. q. 3. limit. 2. num. 4. 205
Prorogatio iuriſdictionis per reconuentionem non impugnatur de errore, gl. 7. q. 3. limit. 2. num. 52. 215
Prorogatio facta à lege in cauſa reconuentionis, tenet, non aliter conſiderato metu, gl. 7. q. 3. limit. 3. num. 8. 214
Prorogatio iuriſdictionis an ſit reuocabilis vſque ad litis conteſtationem excluſiuè, & poſtea remaneat irreuocabilis, eſt articulus controuerſus, gloſ. 7. quæſt. 3. limit. 4. num. 1. & ſeqq. fol. 218
Prorogatio iuriſdictionis ſit per quemcumque actum, etiam ante litis conteſtationem, non præmiſſa proteſtatione de incompetentia, gl. 7. q. 3. limit. 4. ſub num. 2. 18. & 19. Hæc concluſio ampliatur quinque modis, ſub num. 19. & ſeqq. vſque ad num. 23. incluſiuè. 219
Prorogatio iuriſdictionis quando dicatur facta irreuocabilis, etiam ante litis conteſtationem, gl. 7. q. 3. limit. 4. nu. 20. & 21. fol. 222
Prorogatio iuriſdictionis ex delegatione inualida, an teneat, gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 22. 223
Prorogatio iuriſdictionis an admittat pœnitentiam, ſi ſit expreſsè renunciatum l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdictione omnium iudicium, gl. 7. quæſt. 3. limit. 4. num. 171. & ſeqq. & num. 233. fol. 244
Prorogatio iuriſdictionis facta per promiſsionem de ſiſtendo in iudicio, & de parendo mandatis, non admittit pœnitentiam, gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 170. 244

Pro-

I N D E X.

Prorogatio iuriſdictionis facta in iudicem ordinarium, etiam ſub nomine proprio non durat, finita iuriſdictione ordinaria, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. num. 5. 271

Prorogatio iuriſdictionis facta in iudicem ordinarium, non ratione iuriſdictionis ordinariæ, ſed ratione particularis iuriſdictionis, quam habet, durat etiam finita iuriſdictione ordinaria, ſi poteſt iuriſdictionem exercere in eodem loco, vbi facta eſt prorogatio, alias non, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. num. 6. 271

Prorogatio temporis præfixi, vt poſſit fieri, requiruntur eædem ſolemnitates, quæ fuerunt neceſſariæ in præfixione, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. num. 22. 273

Prorogatio temporis facta poſt lapſum tempus, non tenet, niſi in vim noui temporis, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. num. 23. Præcipuè autem tenet in vim noui temporis, quando adeſt clauſula (omni meliori modo) vel habet iuramentum, num. 25. 274

Prorogatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus, quæ ſunt in actu prorogato, & ideo ſi in prorogatione exprimeretur noua qualitas, eſſet nouus actus, gl. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 17. & ſeqq. 275

Prorogatio iuriſdictionis poteſt fieri de re ad rem, & de quantitate ad quantitatem, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. num. 1. Et tam coram ordinario, quam coram delegato, num. 2. & 3. Et etiam coram arbitro, ſub eodem, num. 2. 320

Prorogatio iuriſdictionis non cadit in compenſatione, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. ſub num. 6. & ſeqq. 321

Prorogatio iuriſdictionis de perſona ad perſonam non ſe extendit ad perſonas, quæ non interuenerunt in prorogatione, gl. 7. q. 4. ſpec. 6. num. 12. & 13. Neque præiudicat ſuperiori prorogantis, num. 14. & 15. 354

Prorogatione primus actus non alteratur, gl. 7. q. 3. limit. 1. ſub num. 2. 183

Prorogatione facta, non eſt locus pœnitentiæ, gloſ. 7. quæſt. 2. num. 19. 179

Prorogatione ignorata, an ſententia ſit nulla, gloſ. 7. q. 4. ſpec. 2. num. 169. 313

Prorogationem qui iudices, & ſuperiores poſſint impedire, gl. 7. q. 3. limit. 5. num. 22. & ſeqq. 261

Prorogationi licet ſufficiat conſenſus tacitus partium, tamen conſenſus Epiſcopi debet eſſe expreſſus, gl. 7. quæſt. 3. limit. 1. num. 49. 191

Prorogationi, quam facit clericus in Epiſcopum non ſuum, poteſt conſentire Epiſcopus proprius in præiudicium ſuperioris, eadem limit. 1. num. 50. Et de materia, num. 51. & 52. 191

Prorogationis materia eſt pulchra, lata, & a Doct. confuſa, gl. 7. q. 1. num. 31. 176

Prorogato termino alicuius diſpoſitionis, cenſentur repetita ea omnia, quæ fuerunt expreſſa in diſpoſitione, etiam ſi prorogatio fieret poſt lapſum terminum, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. ſub num. 24. extenſ. 1. 274

Prorogatus tenetur ferre ſententiam in cauſa prorogata, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 117. Et poteſt eam exequi, num. 118. 200

Prorogatus poteſt delegare cauſam prorogatam, ſicut poſſet delegare cauſam ſuæ propriæ iuriſdictionis, gloſ. 7. q. 3. limit. 1. num. 119. 200

Prorogatus iudex eccleſiaſticus ſi ferat ſententiam contra clericum, ſententia eſt nulla, index tamen proprius poteſt eam ratam habere, gl. 7. q. 3. limit. 1. num. 71. Contrarium, num. 74. & ſeqq. & num. 77. & 78. Conciliatur contrarietas, num. 76. fol. 194

Prorogationum ſpecies etſi ita videantur inuicem ſubalternari, vt ſuperfluum videatur de ſingulis agere, tamen habent ſuas proprias differentias, gl. 7. q. 4. ſpec. 5. n. 1. & 2. 350

Prorogatur iuriſdictio per viam reconuentionis, ſine qua iudex eſſet incompetens, gloſ. 7. q. 4. ſpec. 3. num. 48. & ſeqq. ſub num. 90. Et quando non poſſit prorogari, num. 77. & ſeqq. & num. 91. & ſeqq. 326

Iuriſdictionis prorogatio. vide ſupra in verbo, Iuriſdictio.

Proteſtatio, Prouiſio, Proximi, Publicatio.

Proteſtatio, quam aliqui creditores præmittere debent in Curia Florentina, quid ſit, ad quid ſeruiat, & in quo conueniat cum monitione vrbana, gl. 14. q. 10. n. 14. & 21. 501

¶ *Prouiſio* & acceptatio de beneficio, re vera vacante, tenet, licet executor & acceptans ignoraret vacationem, gl. 4. q. 4. nu. 31. & ſeqq. & ſub num. 34. 130

Prouiſio de beneficio facta à Papa ex falſa cauſa, non tenet, & ideo expectans apoſtolica auctoritate, poteſt tale beneficium acceptare, & facere ſibi prouideri, gl. 4. q. 6. n. 21. & 45. 148

Prouiſio hominis difficilius tollitur, quàm prouiſio legis, gl. 14. q. 24. num. 25. 657

¶ *Proximi* noſtri qui dicantur, & an Iudæi, & alij infideles, gl. 1. q. 1. num. 236. & 237. fol. 57. Et quot modis quis dicatur proximus, num. 238.

¶ *Publicare*, & exemplare ſunt diuerſa, gl. 17. n. 9. 726

Publicare ſententiam, & publicare inſtrumentum ſententiæ ſunt diuerſa, gl. 17. n. 9. in fine, & n. 10. 726

Publicata dicitur ſententia eo ipſo, quod in eius calce dicitur, lecta, gl. 17. n. 7. & ſeqq. 725

Publicati licet non ſint teſtes, tamen ſententia valet, gl. 17. ſub num. 9. 726

Publicati quando dicantur teſtes, gl. 17. n. 12. 726

Publicatio eſt nomen, quod conuenit multis, & fit diuerſimodè, ſecundum ſubiectam materiam, gl. 17. nu. 11. & ſeqq. 726

Publicatio teſtamenti quomodo dicatur fieri, gl. 17. n. 13. 726

Publicatio ſententiæ latæ, prout in cedula, quando dicatur fieri, gl. 17. num. 14. 726

Punctus, Puniri, Purgatio, Pyraterium, Pyriten.

Punctus mathematice ſumptus, non recipit diuiſionem, gl. 14. q. 13. ſub num. 15. 544

¶ *Puniri* an debeat iudex, qui iniuſte, & ſcienter condemnat abſoluendum, & abſoluit condemnandum, gl. 14. q. 9. n. 1. & ſeqq. num. 12. & ſeqq. 490

Punitus in vno loco an poſſit puniri in alio, gloſ. 7. q. 3. limit. 5. num. 21. 261

¶ *Purgatio* canonica habet locum in crimine hæreſis, & in aliquibus alijs delictis &c. gloſſ. 14. quæſt. 7. ſub num. 173. & 174. fol. 474

¶ *Pyraterium* eſt vita noſtra, gl. 14. q. 9. ſub n. 20. 494

¶ *Pyriten* lapis Perſicus, gl. 3. q. 1. n. 17. 73

Quadriennium, Quales, Quarteria, Querela.

QVADRIENNIVM, conceſſum à lege ad petendam reſtitutionem in integrum, incipit à die cauſatæ læſionis, gl. 14. q. 11. num. 75. Et habet tempus continuum, n. 76. fol. 559

¶ *Quales* nos ſumus, tales eſſe alios arbitramur, poſt gll. in reſponſo, num. 12. 732

¶ *Quarteria*, quibus diſtinguitur iuriſdictio Auditorum Rotæ Florentinæ, quot, & quæ ſint, gl. 7. q. 1. num. 1. fol. 170

Quarteriorum quare fiat mentio in ſententia, gloſ. 7. q. 1. num. 5. fol. 171

Quarteriorum etiam non facta mentione, ſententia tenet, gl. 7. q. 1. num. 5. 171

¶ *Querela* banniti licet non poſſit audiri, tamen debet audiri ſi ſuum accuſatorem querelat, quod produxerit teſtes falſos, gl. 11. num. 20. 391

Raptus, Ratificari.

RAPTVS punitur pœna capitis, gl. 14. q. 21. num. 54. Etiam ſi non ſit conſumatus, ſed ſit attentatus, num. 55. 629

¶ *Ratificari* non poteſt, quod non eſt factum, gl. 7. q. 3. limit. 1. n. 75. 194

Ratio, Reconuenire, Reconuentio.

Ratio præſidet inter partes animæ, gl. 1. q. 1. n. 153. 38

Rationem, ſeu cauſam de multis, quæ à Deo tolerantur, perſcrutari non poſſumus, gl. 1. q. 1. n. 211. 213. & 219. Et quare, & quomodo nobis ſit vtile, vt rationem ignoremus, eod. num. 219. fol. 51. & ſeqq.

Ratio iſtas habet propoſitiones, vt quæ ſunt ex ratione, dicantur neceſſaria, quæ ſecundum rationem, probabilia; quæ contra rationem, incredibilia, & quæ ſupra rationem, mirabilia, gl. 1. q. 1. num. 215. 52

¶ *Reconuenire* actorem criminaliter coram iudice cauſarum ciuilium non poteſt reus, qui coram eo eſt conuentus ciuiliter, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. n. 93. & ſeqq. 334

Reconuenire coram iudice ſeculari de re ſpirituali, vel eccleſiaſtica non poteſt, qui fuit conuentus de re prophana, gl. 7. q. 4. ſpec. 3. num. 110. 111 & 132. 340

d 2 Recon-

I N D E X.

Reconuenire non poteſt reus, ſi prius non fuerit terminata exceptio dilatoria, quam ipſe oppoſuit, gloſ.7.q.4.ſpec.3.num.27.fol. 323

Reconueniri poteſt procurator, etiam ſi ſit ſimpliciter datus ad agendum, gl.7.q.4.ſpec.3.num.76. 331

¶ *Reconuentio* poteſt fieri etiam de re, quæ eſt ſub diuerſa ſpecie, gl.7.q.4.ſpec.3.num.67. Et poteſt fieri etiam inter perſonas, quæ ſunt ſub ſeparatis iuriſdictionibus, n.68. Et coram iudice dato alicui perſonæ, ſeu perſonis ex priuilegio, n.70. 330

Reconuentionis cauſa, ſi ſimul non expediatur, poteſt primo condemnatus appellare, gl.14.q.30.n.13. 702

Reconuentio an iudicem incompetentem faciat indiſtinctè competentem, gl.7.q.4.ſpec.3.n.77.& ſeqq. 335

Reconuentio an, & quando fieri poſſit coram delegato, gl.7.q.4.ſpec.3.n.69.73.& ſeqq. 331

Reconuentionis modo non proceditur ſuper exceptione oppoſita, ſuper qua iudex cognoſcit incidenter, cum ad cognoſcendum principaliter ſit incompetens, gl.7.q.4.ſpec.3.num.87.& ſeqq. 333

Reconuentio coram magiſtris artium fieri non poteſt de re, non pertinente ad eorum iuriſdictionem, gl.7.q.4.ſpec.3.num.112.fol. 340

Reconuentio locum non habet coram iudice appellationis, gl.7.q.4.ſpec.3.num.125. 342

Reconuentionis, & conuentionis cauſæ an gaudeant ſimultaneo proceſſu, & ſimultanea determinatione, gl.7.q.4.ſpec.3.num.141.& ſeqq.155.& 156. 345

Reconuentio licet ſit permiſſa in omnibus cauſis, in quibus poteſt oriri competentia ex vi reconuentionis, gl.7.q.4.ſpec.3.num.133. Limitatur tamen multipliciter, nu.134.& ſeqq.vſque ad num.143. 344

Reconuentio habet locum in omnibus cauſis, in omnibus obligationibus, actionibus, & ſuper omnibus rebus, quouis modo differentibus a petitis, gl.7.q.4.ſpec.3.num.19.49.67.& 68. Et tam coram ordinario, quam coram delegato, num.69. Declaratur, n.73.& ſeqq. Et quando non habeat locum, nu.77.& ſeqq. 323

Reconuentio eſt petitio, gl.7.q.4.ſpec.3.num.23.& 26. 323

Reconuentio habet naturam actionis, ſiue conuentionis, gl.7.q.4.ſpec.3.n.24. 323

Reconuentionis cauſa requirit libellum, & cætera acta ordinaria, ſicut requirit conuentio, gl.7.q.4.ſpec.3.num.26. 323

Reconuentio procedit, quamuis ſit illiquida, & conuentio ſit liquida, gl.7.q.4.ſpec.3.num.38. 324

Reconuentio debet fieri coram eodem iudice conuentionis, & non coram alio, & quæ ſit ratio, gl.7.q.4.ſpec.3.num.49. Etiam ſi conuentio, & reconuentio fierent ſuper diuerſis rebus, aut cauſis, num.53. 327

Reconuentio tunc præcipue fieri debet coram eodem iudice, quando actor conuenit reum coram iudice ipſius actoris, gl.7.q.4.ſpec.3.n.54. Etiam ſi reus potuiſſet ex priuilegio agere coram alio iudice, nu.55. Et etiam quando reum conueniſſet coram iudice ipſius rei, num.56. Et quid quando actor conueniſſet reum coram iudice penitus non ſuo, num.57. Hæc omnia ſunt ſuperflua, quia reconuentio regulariter fieri debet coram eodem iudice, num.58. 328

Reconuentio fieri debet coram eodem iudice, quando eſt ſuper eadem re, de qua eſt conuentio, gl.7.q.4.ſpec.3.nu.59.& ſeqq. fol. 329

Reconuentio quando fieri debeat, dato libello, & quando ſine libello, & quando vna, eademque ſententia debeat vtraque cauſa terminari, & quando ſeparatis ſententijs, &c. gloſ.7.q.4.ſpec.3.num.65.& 66.iunctis n.60.& 61.& ſub n.107. 300

Reconuentio poteſt fieri etiam coram iudice prorogato, gl.7.q.3.limit.1.n.116. 216

Reconuentionis natura quæ ſit, gl.7.q.4.ſpec.3.n.22. 322

Regimen, Regna, Regnant.

Regimen humanum debet imitari diuinum, gl.4.quæſt.7.num.29. in fine. 154

¶ *Regna*, remota iuſtitia, non ſunt aliud, quàm latrocinia, gl.4.q.1.ſub num.24. 96

¶ *Regnant* quandoque mali ex permiſſione Dei propter peccatum populi, gl.14.q.9.num.7. 491

Regnum eſt ſpecies principatus, gl.1.q.1.ſub n.142.verſ.prima. fol. 58

Reges, Rex, Regula, Religioſi, Relocare.

Reges an poſſint legitimare, gl.7.q.4.ſpec.2.ſub n.109.fol.304. Et quod Rex Franciæ poſſit legitimare ſtudentes in Ciuitate Auenionenſi, n.104. 302

Reges dicuntur à rectè gerendo, &c.gl.1.q.1.num.164.245.& ſub num.250.& gl.4.q.1.n.24. 98

Regij iudices ferunt ſententias nomine Regis, gl.1.q.1.num.56. fol. 55

Regis cor eſt in manu Dei, gl.1.q.1.num.83. 25

¶ *Rex* eſt miniſter Dei, ideoque, ferendo ſententiam, debet eam ferre in Dei nomine, gl.1.q.1.num.17.& 18. 12

Rex iniuſtus dicitur tyrannus, gl.4.q.1.n.24. 96

Rex Franciæ non recognoſcit ſuperiorem in temporalibus, gl.7.q.4.ſpec.2.ſub n.85.verſus finem. 299

¶ *Regula* ſumitur ex iure, & non ius ex regula, gloſ.14.q.22.ſub num.32. 638

Regulam, qui habet pro ſe, dicitur habere ius notorium, gl.7.q.3.limit.1.num.15. 185

Regula fallit, quando æquitas ſuadet fallentiam, poſt gll. in reſponſio, num 2. 751

¶ *Religioſi* qui propriè dicantur, gl.4.q.1.n.37. 99

¶ *Relocare* rem ſuam conductori quis non cogitur, gl.14.q.29.nu.24. 694

Remiſsio, Renunciare, Renunciatio.

Remiſſio debitoris an fieri debeat ad locum contractus, & quomodo, & ad quem actum poſſit contra eum procedi, ſi non ſit repertus in loco contractus, gl.6.q.3.limit.4.n.116. 235

Remiſſio debitoris fit ad locum deſtinatæ ſolutionis, ſi ibi fuerit lis inchoata, gl.7.q.3.limit.4.n.121. 237

¶ *Renunciare* an quis poſſit priuilegio quod habet, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, & an iuramentum habeat vim renunciationis, & an ſufficiat renunciatio generalis &c.gl.14.q.11.ſub num.55.verſ.& primum.& ſeqq. 513

Renunciare quilibet poteſt priuilegio ſuo, gl.7.q.2.ſub num.3.fol. 178

Renunciare termino communi, aſſignato tamen vni, non poteſt ille vnus, inuita altera parte, gl.14.q.29.num.5. Declaratur, nu.6.& ſeqq. 692

Renunciare poteſt quilibet fauori ſuo, gl.7.q.3.limit.4.num.172.& ſeqq. Explicatur multipliciter, ſub n.182.explic.5.& 2.num.183.& ſeqq.& num.193. 245

Renunciari an poſſit iuri publico, gl.7.q.3.limit.4.n.176.201.& ſeqq. 245

Renunciare ſententiæ, quam fauorabilem quis obtinuit, an poſſit, inuito aduerſario, gl.14.q.29.num.1.& ſeqq.49.51.& ſeqq.& 96. 691

Renunciare quando quis poſſit fauori ſuo etiam poſt latam ſententiam, gl.14.q.29.ſub n.50.57.& 93. 696

Renunciari an poſſit iuri naturali, gl.7.q.3.limit.4.ſub num.177.verſ.primum eſt.num.180.& ſeqq. 246

Renunciari licet non poſſit alicui facto, ſeu rei, tamen poteſt renunciari effectibus illius facti, ſeu rei, gl.7.q.3.limit.4.nu.181.fol. 247

¶ *Renunciatio* hæreditatis paternæ, facta à filia vni ex fratribus, non prodeſt alijs fratribus, gl.14.q.12.n.58. 529

Renunciatio eſt ſtricti iuris, & ideo non ſe extendit, niſi ad expreſſa, gl.14.q.12.ſub num.58. 529

Renunciatio & pacta contra bonos mores, non valent, gl.7.q.3.limit.4.num.212.& ſeqq. Et quæ ſint hæc pacta, nu.213.& ſeqq.fol. 252

Renunciatio iuris, quod concernit maxime fauorem renunciantis, & alterius, an & quomodo teneat, gl.7.q.3.limit.4.nu.229.& ſeqq. 255

Repudiare, Res iudicata, Res.

Repudiare hæreditatem poteſt debitor in fraudem, & deſpectum creditorum, gl.14.q.18.num.31. 594

¶ *Res* iudicata quid ſit, gl.14.q.2.n.3.& ſeqq. 420

Res iudicata quot modis ſumi poſsit, gl.14.q.2.ſub n.3.& ſeqq.fol. 420

Res iudicata non extendit vires ſuas vltra perſonas, res, cauſas, & iura in ſententia comprehenſa, gloſ.14.quæſt.2.num.9.fol. 421

Res iudicata vt obſtet, quot, & quæ requirantur, gl.14.quæſt.2.num.9. 421

Res iudicata quare, & quomodo nunquam detur, gl.14.q.2.num.41.& ſeqq. 427

Res

Digitized by Google

INDEX.

Res iudicata non datur in ſententia, quæ fertur ſecundum conſilium periti, gl.14.q.2. ſub n.41. 427
Res iudicata non datur in ſententia, in qua vertitur animæ periculum, gl.14.q.2.n.44. 427
Res iudicata ſi extet, & iudex pronunciet, non extare, pronunciatio reſcinditur ſine appellatione, gl.14.q.30.n.1. 701
Res iudicata, quando dicatur largè, & impropriè, gl.14.q.2.num.4. & 5. 420
Res iudicata propriè dicitur, quando ſententia, neque ſuſpenſiuè, neque deuolutiuè eſt appellabilis, gl.14.q.2.n.7. 421
Res iudicata habetur pro veritate, & ideo de veritate non eſt aliter curandum, gl.14.q.2.ſub num.7. 421
Res iudicata per tres conformes non definit notorium, ſed eſt notorij exemplum, quod non reſtringit regulam notorietatis, gl.14.q.19.n.107. & 108. 613
Res iudicata an ſicut obſtat negotio principali deciſo, ita etiam obſtet exceptioni, quæ tacitè, vel expreſsè fuit in eodem negotio reiecta, gl.14.q.2.n.10.& ſeqq. 421
Rei iudicatæ exceptio non obſtat, ſi ſententia non tranſeat in iudicatum, gl.14.q.2.n.38. Obſtat tamen, ne poſſit vlterius appellari, num.40. 426
Res iudicata quare, & quomodo conſtituatur ex numero teſtium, ideoque quot teſtes requiruntur ad probandum factum, tot requiruntur ad probandum ius, gl.14.q.2.n.46. 428
Res iudicata per tres ſententias conformes dicitur, quando tres Auditores Rotæ collegialiter vnam ferunt ſententiam, &c. ead.q.2.ſub num.46.illat.3. 428
Res iudicata eo modo, quo nocet ei, contra quem eſt lata, eodem modo nocet eius ſucceſſori vniuerſali, vel particulari, gl.14.q.12.num.93. Etiam ſi iſte ſucceſſor ante ſucceſſionem habuiſſet ſententiam fauorabilem, num.94. Et nocet etiam ei, qui ſuccedit in adminiſtratione, num.95. & ſeqq. Quamuis iſte, qui ſuccedit, non fuerit citatus, & fuerit ignorans, num.98. Quinimò huic ſucceſſori præiudicat etiam contractus, n.99. 536
Rem iudicatam quæ ſententiæ non habeant, gl.14.q.2.num.39. & ſeqq. 426
¶ Res inter alios acta, alijs non nocet, gloſſ.14.q.12.ſub num.1. fol. 522
Res inter alios acta, alijs potius prodeſt, quàm noceat, gl.14.q.12.num.62. 530
Res inter alios acta, alijs prodeſſe non debet, gl.14.q.12.num.52. fol. 529
Res inter alios acta, poteſt alijs aliqualiter præiudicare, gl.14.q.12.num 119. 539
Res de facili redit ad naturam ſuam, gloſ.7.q.3. limit.1.num.42. fol. 190
Re, & verbis inuicem contrariantibus, attenditur res, gloſ.2.q.2.num. 3. 68
Res magis loquitur, quàm ſermo, gl.2.q.1.num.11. 66
Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter, gloſ.14.q.29.num.26. fol. 694
Rei vendicationis extremis probatis, iudex debet reum diffinitiuè condemnare, gl.14.q.7.n.33. 451

Reſcindi, Reſciſſio, Reſcriptum.

Reſcindi quæ ſententiæ poſſint ſine appellatione, gl.14.q.30.nu.1. & ſeqq. 701
¶ *Reſciſſio* ſumitur impropriè, & propriè, gl.14.q.30 n.10. 702
Reſciſſio, ſeu reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria, quando actus eſt nullus, gl.14.q.32.n.12. 706
¶ *Reſcriptum* delegatorium ſi ſit commune vtrique parti, poteſt pars, quæ illud habet, cogi ab altera ad illud exhibendum, gl.4.q.4 ſub num.50. 133
Reſcriptum, quo committitur iudici, vt procedat ſine cauſæ cognitione, eſt ſuſpectum de falſo, gl.13. n.12. Et non valet, niſi appareat de certa ſcientia Papæ reſcribentis, num.13. 410
Reſcriptum quando dicatur commune impetranti, & aduerſario, gl.4.q.4.num.51.fol.133.& gl.14.q.29.num.6.& ſeqq.59.& 60. fol. 692

Reſignans, Reſiſtere.

Reſignans, ſeu conferens beneficium indigno, & eligens, ſeu promouens minus dignum, omiſſo digniori, peccant, gl.4.q.1.ſub num.42. 100
¶ *Reſiſtere* an poſſit ordinarius delegato Papæ, quando delegatus procederet in caſu non incluſo in reſcripto, gl.4.q.6.num.18. fol. 141

Reſpondere, Reſpublica.

Reſpondere non tenetur, qui interrogatur ſpecialiter, non præcedente diffamatione, gl.14.q.21.n.70.72.& 73. 631
Reſpondere promittens de tota, ſeu de tanta pecunia in quolibet loco, an poſſit conueniri in quocunque loco vbi fuerit repertus; & quid ſi promiſerit ſimpliciter reſpondere, gl.7.q.3.limit.4.num. 148. 240
Reſpondentem, ſeu correſpondentem mercatores vocant eum, qui ſoluit pro alio, &c.gl.7.q.3.limit.4.n.151. 241
¶ *Reſpublica*. vide ſupra in verbo, Eccleſia.

Reſtitutio, Retentio, Retrahens, Reuocare.

Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam infra quantum tempus debeat peti, & expediri, gl.14.q.32.num.69. 714
Reſtitutio in integrum non datur, quando competunt remedia ordinaria, gl.14.q.32.n.70. Niſi in caſu, quo remedia ordinaria non plenè conſulant, n.71. 715
Reſtitutio in integrum peti debet infra quadriennium, gl.14.q.11.num.74. 519
Reſtitutio in integrum vt concedatur aduerſus lapſum terminum, quid ſit probandum, gl.14.q.11.n.78. 519
Reſtitutio in integrum non plus reſtituit, quàm abſtulerit læſio, &c.gl.14.q.11.n.79.& 80. 519
Reſtitutione in integrum petita aduerſus ſententiam, iudex non poteſt eam declarare nullam, gl.14.q.26.n.19. 683
Reſtitutio in integrum. vide ſupra in verbo, Reſciſsio.
¶ *Retentio* datur etiam ex pacto nudo, gl.7.q.3.lim.4.n.87. 232
¶ *Retrahens* rem venditam à conſanguineo, debet reſtituere eam partem pretij, quam emptor in inſtrumento aſſeruit, ſe ſoluiſſe pro pretio, non autem eam, quam aſſeruit, ſe venditori donaſſe &c. gl.14.q.18.num.24. 593
¶ *Reuocare* non poteſt iudex ſententiam diffinitiuam, quam valide tulit, gl.14 q.4.n.36. 436
Reuocare poteſt iudex ſententiam interlocutoriam, gl.14.q.17.num.10. 579
Reuocare an poſſit iudex ſententiam, quam nulliter protulit, & aliam ferre, gl.14.q.17.n.14.,& 15.fol.579. & latius q.26.num.1.& ſeqq. 681
Reuocare ſuam ſententiam non poteſt iudex, neque eius ſucceſſor, gl.14 q.30.num.7. 702
Reuocato delegato, non reuocantur geſta coram eo, gl.7.q.3.limit.4.num, 102. 233

Reus, Roma, Romulus, Rota, Rubrica.

Reus quomodo conſideretur in iudicio, vt prima perſona, & quomodo, vt tertia, gl.4.q 9.ſub num. 1.& 2. 160
Reus voluntarius dicitur actor, & ideo ſi ſit excommunicatus, aut &c. non auditur, gloſ.10.num.15.16.& 19. 376
Reus dicitur is, qui prouocatur ad iudicium, gl.11.n.7. Duplex eſt reus, neceſſarius, & voluntarius, n.8. Neceſſarius quis dicatur, nu.9.13.& ſeqq.& num.29.& ſeqq. Et qui dicatur voluntarius, num.12.& ſeqq. 389
Reus poteſt ſe defendere per procuratorem, & quando non poſſit, gl.11.num.50. 397
Reus promittendi ſignificat debitorem, & creditorem, gl.14.q.22.ſub n.38. & 39. 638
Reus ſtipulandi ſignificat creditorem, & debitorem, ibidem.
Reus ſi ſit conuictus de crimine, iudex debet eum condemnare in pœnam ordinariam, &c.gl.14.q.7.n.34. 451
Roma olim forſan habebat multos tyrannos, ſed noſtris temporibus iuſtiſſimo regitur Principe, gl.1.q.1.num.248.& 249. 59
Romæ, & Florentiæ ſtyli in cauſis executiuis quomodo differant, gl.14.q.10.n.10. 500
Romæ non tam ſpectandum eſt quod eſt factum, quàm quod fieri debeat, gl.14.q.24.n.9.in fine. 654
Romanæ Curiæ iudices erigunt tribunal in domo, vbi habitant, &c.gl.7.q.4.ſpec.2.n.6. 285
Romani puniebant etiam minimos exceſſus, gl.1.quæſt.1.num.5. in fine. 19
Romanis quare Deus conceſſerit imperium, gl.1.q.1.ſub num.96. fol. 27
Romanorum imperium fuit tranſlatum in Chriſtum, gloſ.1.q.1. ſub num.97. 27
¶ *Romulus* fecit mori Remulum fratrem, gl.1.q.1.n.148.& 149. fol. 37
Rota Rom. non facit differentiam inter iniuſtitiam notoriam, & non notoriam, gl.14.q.11.n.66. 517

Rota Rom. nunquam exequitur ſententiam alterius tribunalis, niſi, exhibito toto proceſſu, prius cognouerit, ſententiam illam eſſe iuſtam, gl.14.q.11.n.20. Præſertim ſi ſententia eſſet lata in contumaciam, quo caſu neque alij iudices exequerentur ſententias ipſius, nu.22. Verum Rota ſui tribunalis ſententiam ægre fert, quod alij iudices non exequantur, n.21. 509

Rota Romana debet iudicare ſecundum iura, & non habet poteſtatem legis condendæ, gl.14.q.24.n.8. 654

Rota Rom. quandoque non eſt ſibi conſtans, gl.14.q.24. num.27. fol. 656

Rotæ Rom. eminentia &c. gloſ.14.quæſt.11. ſub num.66. & 70. fol. 517

Rotæ Rom. praxis, vt ea die, qua ferenda eſt ſententia, formetur petitio ſecundum vota, & probata, non eſt neceſſaria, gl.14. q.num.25. Et in quo ſit fundata, n.24. 574

Rotæ deciſio vel præcedit ſententiam, vel ſententia præcedit deciſionem, gl.14.q.17.n.73.& 74. 587

Rotæ Auditores debent eſſe Iureconſultiſsimi, gl.3. q.2.num.5. fol. 80

Rotæ Rom. ſauthoritas eſt maior authoritate Conſilij Neap. gloſ. 14.q.24.nu.2. Et quomodo hoc non procedat, nu.18.57.& 58. fol. 653

Rotæ Rom. auctoritas an ſit tanta, vt ſententia lata contra eius deciſionem ſit nulla, aut iniuſta, gl.14.q.24.num.1. & ſeqq.& num.12. 653

Rotæ auctoritas in reſcindenda re iudicata non debet vſurpari à iudicibus inferioribus, poſt gl. in reſponſo, n.91. 747

Rotæ Rom. iudicium, & exemplum eſt ſequendum, gloſ.14.q.24. ſub nu.3. Declaratur, n.8.9.16.& 21. 653

Rotæ Rom. Auditores ſunt Iureconſulti eminentiſsimi, gl.14.q. 24. ſub num.3. 653

Rotæ Rom. tribunal eſt ſupremum, gl.14.quæſt.24.num.3. in fine, fol. 653

Rotæ Rom. auctoritas eſt poſtponenda legi, & rationi, gl.14.q. 24.num.7. 654

Rotæ Rom. iudicium aliquis impugnant, gloſ.14.quæſt.24.num.9. fol. 654

Rotæ Rom. deciſio. vide ſupra in verbo, Deciſio.

Rotæ Florentinæ Auditores. vide ſupra in verbo, Florentinæ.

Rotæ Florentinæ Prætor. vide ſupra in verbo, Prætor.

Rotæ Genuenſis Auditor. vide ſupra in verbo, Genuenſis.

¶ *Rubrica* declarat nigrum, gl.3.q.2.n.30. 85

Saducæi, Sal, Salomon, Saluianum.

SADVCÆI qui ſint, gl.1. quæſt.1. num.208. fol. 52

¶ *Sal* argentinus, cuius naturæ ſit, gl.3. quæſt.1. num.11. 73

¶ *Salomon* iudicauit ex præſumptionibus, gl.14. q.13.num.18. 545

¶ *Saluianum* interdictum, quàm exigat ſententiam condemnatoriam, gl.14.q.7.n.22. 450

Saluianum interdictum differt in quatuor ab actione hypothecaria, gl.14.q.7.num.24.& ſeqq. 450

Samaritani, Sapiens, Sarraceni, Satiſdatio.

Samaritani receperunt aliquos libros teſtamenti veteris, gl.1. q. 1.num.207. 51

¶ *Sapiens* quare ſit ſub poteſtate iniuſti, gl.14. q.9. ſub num.22. verſ. prima. 495

¶ *Sarraceni* aliqui, & Mahumettani recipiunt aliquos libros ſacræ ſcripturæ, gl.1.q.1.num.28.& ſeqq. 13

Sarraceni ſunt idolatræ, & adorant Mahumetum, & non ſunt tolerandi, & vnde dicantur, gloſ.1. quæſt.1. num.204.& ſeqq. fol. 51

¶ *Satiſdatio*, quia eſt de actis iudicij, poteſt fieri ſine teſtibus, gl. 58.num.3. 727

Satiſdatio de non offendendo, præſtita ex decreto iudicis, debet ſeruari vbique, gl.7.q.4.ſpec.2.n.154. 310

Scandalum, Scbalas, Scholaris.

Scandalum generare eſt peccatum, gl.4.q.1.n.13. 93

¶ *Scbalas* apponens ad feneſtras mulieris caſtæ, punitur pœna mortis, gl.14.q.21.num.44. Si appoſuerit ad committendum raptum, alias non punitur pœna capitis, num. 53.54.& 56. fol. 628

¶ *Scholaris* ſi conuentus coram ordinario declinauerit eius iuriſdictionem, & ideo fuerit conuentus coram Rectore, an poſſit coram eo reconuenire actorem non ſcholarem, gloſ. 7.q.4. ſpec.3.nu.113. & ſeqq. in quibus pro concordia plures diſtinguuntur caſus. 341

Scholaris poteſt renunciare priuilegio fori, gl.7.quæſt.3. limit.4. num.189. 248

Scholaris ſi ſit clericus an perdat priuilegium eligendi iudicem, gl.7.q.3. limit.1.num.32.41.& 55. 188

Scholaris accipiens mutuas pecunias, præſumitur eas expendiſſe pro neceſſitatibus ſcholaſticis, gl.14.q.22.num.26. 637

Scientia, Scire, Selenites, Scribere.

Scientia mediocris ſufficit in iudice, & Prælato, gl.3.q.2.num.4. in fine. 80

Scientia qualis, quantavè requiratur quoad ſingulos ordines Eccleſiaſticos ſuſcipiendos, & quanta requiratur in ſingulis dignitatibus eccleſiaſticis, gl.3.q.2. ſub n.19. 83

Scientia nobilitat &c. gl.3.q.2.n.53. fol.90.& gl.4.q.2.num.55. fol. 104

Scientia quandoque contemnitur, gl.3.q.2.n.54. 90

¶ *Scire* & de facili ſciri poſſe, quando non ſint paria, gl.7.q.3. limit.1.num.72. 203

Scire non eſt memoria cuſtodire, & pendere ab exemplari, gl.14. q.14.num.62. 565

¶ *Selenites*, lapis Perſicus, gl.3.q.1.n.18. 73

¶ *Scribi* debet ſententia antequam feratur, quia ſi non feratur in ſcriptis, non valet, gl.12.n.1. Et eſt nulla ipſo iure, num.5. Et quando ſententia dicatur, non lata in ſcriptis, n.7.& ſeqq. vſque ad num.11. incluſiuè. fol.399. Multi ſunt caſus, in quibus quaeritur an ſententia valeat, quamuis non ſit lata in ſcriptis, n.12.& ſeqq. n.13.& ſeqq.19.& ſeqq.37.& ſeqq.& 40. 400

Scribi licet debeat ſententia antequam feratur, tamen poteſt ſcribi ab alio quàm à iudice, gl.12. ſub num.40. decl.1. 405

Scribi poteſt ſententia non ſolum in charta, ſed etiam in tabula, & pariete, gl.12.n.41. 405

Scribi poteſt lingua latina, græca, & alia ſimili, gloſ.12.num.43. fol. 405

Scribi debet taliter, vt poſſit legi, gl.12.n.42. 405

Verba (in his ſcriptis) non ſunt neceſſaria in ſententia, gl.12.n. 46.& 47. Sunt tamen vtilia, n.48. 405

In ſcriptis quando ſententia præſumatur lata, & quando non, gl. 12.num.49. 406

¶ *Scribere*, vide in verbo, Subſcribere &c.

Scriptura, Secreta, Secularis, Secundum.

Scriptura eſt de forma ſententiæ, & quomodo ſententia debeat ferri in ſcriptis, gl.12.nu.1.& ſeqq. Et quare debeat ferri in ſcriptis, n.3. 398

¶ *Secreta* non carent ſuſpicione, gl.7.q.4.ſpec.2.n.51. 289

¶ *Secularis* iudex nulliter procedit contra clericum, gl.14.q.21. num.68. 631

¶ *Secundum* decretum, quatenus ſit ſententia interlocutoria, valet etiamſi non ſit latum in ſcriptis, gl.12.n.14. 400

Sedem, Sedere.

Sedem Apoſtolicam an poſſit Papa amouere à Roma, & eam ad alium locum transferre, gl.7.q.4.ſpec.2.n.14. 287

Sedes iudicis quare locari debeat in excelſo, gl.8. ſub num.3.& 8. fol. 356

Sedes iudicum erat arcuata, & eſt honoris inſigne, gl.8. ſub nu.3. fol. 356

Sedem mutare an, & quando poſſit iudex de vno ad alium locum, gl.8.num.16. 358

Sedendi ordo in Conſiſtorio Papæ, & Principis, gloſ.8.num.17. fol. 358

Sedendo, & quieſcendo, quare anima fiat prudentior, gl.8.num. 6.& 7. 357

¶ *Sedere* debet iudex quando ſententiam dicit, alias ſententia eſt nulla, gloſ.8.num.5. Et quare debeat ſedere, num.6.7.& 8. fol. 357

Sedere debet iudex non ſolum quando ſententiam dicit, gl.8.nu. 5. Sed debet etiam ſedere in omnibus decretis, quæ ius tribuant, num.9. Reſtringitur multipliciter, Primo vt iudex poſſit, etiam non ſedendo, dicere ſententiam interlocutoriam, num. 10. Secundo in cauſis ſummarijs, num.11. Tertio in Præpoſitis

Ma-

Mareſcallorum, &c. n.12. Quarto propter iuſtum metum, n.13. Quinto in quolibet caſu neceſſitatis, n.14. Sexto, vbi conſuetudo eſſet in contrarium, n.15. 357

Seductor, Seneca, Senem, Senſus.

Seductores, vide in verbo, Antechriſti.
¶ *Seneca* fuit optimus Iureconſultus, gl.3. q.1. ſub n.25. 75
Seneca non laudatur, dum obſcœnam Hoſtij libidinem re- cenſet, gl.14. q.21. n.20. 625
Senem Iuriſconſultum non decet ſapere ex commentario, ſed debet de ſuo proferre, gl.14. q.14. n.64. 565
¶ *Senſus* eſt duplex, exterior, & interior, & vterque eſt quintuplex, gl.14. q.1. n.2. & 3. 417
Senſus corruptus in iudice eſt ei impedimento, ne iuſtam ferat ſententiam, gl.4. q.7. n.6. fol.151. & gl.14. q.1. n.5. 418
Senſu carens non poteſt dicere ſententiam, & dicendo eſt nulla, gl.14. q.1. num.4. 418

Sententia.

Sententia vnde dicatur, quid ſit, quotuplex, & cætera omnia, quæ in hoc capite tractantur de ſententia, ſcias, quod omittuntur in iſto verbo, Sententia, quia ſi ea locarentur in iſto verbo, magna indicis pars contineretur in iſto verbo, & ſic magna ex parte index remaneret ſine ordine alphabetico, & conſequenter qui aliquid quæreret de ſententia, illud non inueniret, niſi magnam indicis partem ſæpè percurreret; aut niſi nouus componeretur index ſub iſto verbo; quapropter quod tu quæris de ſententia, require in alijs huius indicis verbis, in quibus etiam agitur de ſententia, vt ſi quæras, an ſententia conditionalis valeat, require in verbo, Conditio. An ſententia debeat eſſe conformis libello, in verbo, Libellus. Quid ſit, in verbo, Definitio. Quotuplex, in verbo, Diuiſio. An ſententia obſcura valeat, in verbo, Obſcura. & ſic de alijs, quia promptior & minus laborioſa eſt inuentio.

Separanda, Sequentia, Sermo, Seruus.

Separanda eſt pars corrupta, ne ſincera trahatur, gl. 14. q. 13. num.12. 544
¶ *Sequentia* declarant præcedentia, gl.7. q.3. limit.4. n.137. 239
¶ *Sermo*, truncatus non vitiat ſententiam, dummodo, quod deficit in ſermone, ſubintelligatur, gl. 14. q.28. n.25. 689
Sermo non eſt neceſſarius vbi res loquitur, poſt gl. in reſponſo, n.45. verſus finem, fol.737. & vide ſuprà in verbo, Res.
Sermo. vide ſupra in verbo, Locutio.
¶ *Seruus*, dicitur qui eſt addictus vitijs, etiam ſi regnet, gl.4. q.1. num.15. 93
Seruus quantum attinet ad ius ciuile, habetur pro mortuo, gl.4. q.2. num.46. 114
Seruus non poteſt eſſe iudex, gl.4. q. 1. n.15. fol. 93. & q.2. n.44. & ſeqq. Declaratur, n.57. & 58. 114. & 116
Serui vnde dicantur, gl.4. q.2. n.57. 116

Seruitores, Seruitutis, Sigiſmundus, Simile.

Seruitores Prælatorum ſi quæ ſuſtinent mala & incommoda, ſuſtinerent amore Dei; beati ipſi, gl.14. q. 9. ſub n.38. 497
¶ *Seruitutis* prætextu non retractatur ſententia, gl. 4. quæſt. 3. num.12. 119
¶ *Sigiſmundus* Imperator, litteratorum amantiſſimus, gl.3. q. 2. ſub num.51. 89
Similia habent ſimile, ſeu idem ius, quia procedimus de ſimilibus ad ſimilia, gl.14. q.15. n.29. 570
Similia ex ſimilibus ſunt decidenda, gl.14. q.23. n.5. 642

Simonia, Simulare, Socius, Solemnitas.

Simonia exceptio, vide ſupra in verbo, Epiſcopo petenti.
¶ *Simulare* quod agimus, magis, quam quod vere concipimus, attenditur, quando ſimulatio habet in ſe fraudem, gl.14. q.18. num.24. 593
¶ *Socius* in officijs Curiæ Romanæ, ſi ſit condemnatus ad ſoluendum alteri conſocio ex cauſa ſocietatis, & ſit expeditum mandatum, & non ſoluat, condemnatur poſtea ad certum intereſſe, gl.14. q.31. ſub num.2. 703
Socijs prodeſt ſententia lata pro vno ſocio ſuper re communi, gl.14. q.12. n.103. Procedit hoc quando eiſdem competit idem ius, ſecus ſi diuerſum, n.104. Item procedit in actione reali, non autem in perſonali, n.105. 537
¶ *Solemnitates* requiſitæ à ſtatuto, non ſunt neceſſariæ, in contractu, qui fieret ex neceſſitate legis, gl.14. q.27. n.10. 684

Solis, Solertia, Solidum, Soluere.

Solis magnitudinem &c. phyſici neſciunt, gl.1. q. 1. ſub n. 138. verſ. hæc. 34
¶ *Solertia* & prudentia non ſunt fraudes, gl.14. q.18. n.29. 593
¶ *Solidi* obligatio hodie non inducitur, niſi expreſsè agatur, gl. 14. q.22. ſub num.4. 634
¶ *Soluere* promittens copulatiue in duobus locis, poteſt pro medietate conueniri in vno, & pro alia medietate in alio, gloſ.7. q.3. limit. 4. n.144. Secus eſt, ſi ſit addita clauſula generalis, & vbicumque fuerit repertus, n.145. 240
Soluere promittens alternatiue Mediolani, vel Pariſijs, poteſt vno loco conueniri ad creditoris electionem, gl.7. q.3. limit. 4. n.146. Declaratur, n.147. 240
Soluere promittens vbicunque fuerit inuentus, prorogat iuriſdictionem irreuocabiliter, imò ſine iſta promiſſione ſeruatur illud (vbi te inuenio, ibi te conuenio) declaratur, temperatur, & quomodo ſit concipienda promiſſio, gl.7. q.3. limit.4. n.104. & ſeqq. 113. & ſeqq. & n.162. 234
Soluere promittens generaliter in quocunque loco, poteſt conueniri vbi fuerit inuentus, gl. 7. q. 3. limit. 4. n.107. 234
Soluere promittens certo loco, non poteſt in eo loco conueniri, niſi ibi ſit repertus, gl.7. q.3. limit.4. n.112. Fallit ſi promiſerit cum iuramento, n.120. Et poterit conueniri cum litteris hortatorijs, &c. num.122. 235
Soluere promittens in quocunque loco fuerit repertus, poteſt conueniri in loco, vbi habet bona, licet ibi non fuerit repertus, gl.7. q.3. limit.4. num.115. 235
Soluere promittens in quocunque loco fuerit petita ſolutio, intelligitur in loco vbi fuerit iuuentus, gl.7. q.3. limit.4. num. 117. 236
Soluere promittens in quolibet loco, in quo placuerit creditori, an poſſit conueniri ſolum intra forum domicilij promittentis, vel in quouis loco, vbi fuerit inuentus, gl. 7. q.3. limit. 4. n.123. & ſeqq. vſque ad n.132. 237
Soluere ſi quis promittat in quibuſdam expreſſis locis, & alijs vbicunque fuerit inuentus, intelligitur de alijs locis æque diſtantibus, gl.7. q.3. limit.4. n.132. 138. 139. & ſeqq. 238
Soluente reo debitum petitum, pendente iudicio, vel aliam opponente exceptionem, quæ excludat actorem, qualem ferre debeat iudex ſententiam, gl.14. q.7. n.47. 453

Solutio, Sordes, Sorti, Spiritualis.

Solutio debiti facta mulieri ſine ſolemnitate ſtatuti, liberat ſoluentem, ſecus eſt ſi ſit facta pupillo, gl.14. q.27. n.9. 684
Solutio cenſetur facta pro debito, ad quod ſoluens tenetur nomine proprio, gl.1. q.1. n.3. 9
Solutio cenſetur facta in duriorem cauſam, gl.1. q.1. n.3. 9
Solutio ſubſequens cenſetur facta vigore præcedentis obligationis, etiam ſi præcedens obligatio eſſet inutilis; & etiam ſi ſumma ſoluta non conueniat obligationi, gl.1. q.1. ſub num. 55. 19
Solutionem probari non poſſe per teſtes, an ſi: pactum illicitum, gl.7. q.3. limit.4. n.218. 253
Solutione eius, quod debetur, non tollitur obligatio, quando res ſoluta euincitur, & creditor ſolutionem recipit cum proteſtatione, &c. poſt gl. in reſp.n.65. 744
¶ *Sordes*, corruptio, fraus, machinatio, gratia, & ſimilia, ſunt germana, gl. 14. q.18. ſub n.8. 591. Et ideo de his vide ſuprà in verbo, Fraus.
Sordes, corruptio, fraus, dolus, metus, & ſimilia, non vniformiter, ſeu æqualiter inficiunt, ſeu nocent ſententiæ, gl.14. q.18. num.36. 594
Sortis iudicio rem valde dubiam quandoque decidere oportet, gl.14. q.14. n.35. Et hoc iudicio vtimur in rerum diuiſione, n. 38. Et quo caſu S.Auguſt. reſponſum dederit, quod decideretur ſorte, n. 39. Et in ambiguis iudicium ſortis reputatur voluntas Dei, num.40. & 41. 561
¶ *Spiritualis* quæſtio, ſi incidat in cauſa ciuili coram iudice ſæculari, remittitur ad iudicem Eccleſiaſticum, & interim ſuſpenditur cauſa ciuilis, gl.14. q. 19. n.21. 600
Spiritualia quot modis dicantur, gl.7. q.3. limit. 5. n.31. 264

Spoliator, Spoliatus, Sponſalia.

Spoliator quando audiri non debeat ſuper proprietate, niſi prius reſtituerit poſſeſſionem, gl. 14. q. 19. ſub n. 113. & ſub num.116. 614

Spo-

I N D E X.

Spoliatoris malitia, ſeu colluſio, qui, ne reſtituat poſſeſsionem, ſponte ſuccumbit cum alio agente petitorio, non debet ſibi prodeſſe, gl.14. q.18. n.20. & 21. 592

¶ *Spoliatus* quando non ſit reſtituendus, gl.14. q.19. n.106. 613

Spoliatus inepte petit manuteneri in poſſeſsione, gl.14. q.19. ſub num.99. 612

Spoliatus poteſt, inuito ſpoliatore, cumulare petitorium, & poſſeſſorium, gl.14. q.19. n.116. 615.

Spoliatus per ſententiam iudicis, latam ſine cauſæ cognitione, eſt ante omnia reſtituendus, gl. 13. n.21. 410

Spoliatus ſi contra actorem oppoſuerit exceptionem ſpolij, & in ea ſuccubuerit, poterit nihilominus poſtea directè agere, & petere reſtitutionem, neque ei obſtabit repulſio ſibi facta in exceptione, gl.14. q.2. n.12. & 14. 422

¶ *Sponſalia* non poſſunt contrahi, niſi coram proprio Parocho, gl.7. q.3. limit.5. n.50. in fine. 267

Sportula, Stare.

Sportulæ, ſeu gabella ſi ſolui debeant de qualibet re petita, erunt ſoluendæ etiam de reconuentione, gl.7. q.4. ſpec.3. n.23. & ſeqq. & n. 31.& 32. Sed pro petita compenſatione non ſoluerentur, num.33. 324

Sportulæ quare ſolui debeant iudici, gloſ.7. q.4. ſpec. 3. n.28. Et quando non debeantur, n.29. 324

¶ *Stare* debent litigantes, dum iudex ſedendo ſententiam dicit, gl.8. num.8. 357

Statera, Statua, Statuentes, Status.

Statera non debet eſſe doloſa, gl.4. q.1. ſub n.26. 96

¶ *Statua*, quam ſomniauerat Nabuccodonoſor, interpretatio, gl.1. q.1. ſub num.96. 27

Statuentes an ligentur ſuis ſtatutis, gl.7. q.4. ſpec.2. ſub num.52. fol. 292

¶ *Status* cauſa quomodo poſſit incidenter cognoſci à iudice incompetenti, gl.7. quæſt.4. ſpec.3. num.81. & 83. 332

Status hominis ſententia facit ius quoad omnes, gl.14. quæſt.12. num.68. 531

Statutum, Stella.

Statutum non extendit vires vltra territorium, gl.7. q.4. ſpec. 2. num.46. Etiamſi ſtatutum expreſſe diceret contrarium, num.50. Et ideo non extenditur ad bona extra territorium, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, num.47. & 51. Contrarium, n.69. verſ. ſecundo quia. & verſ. quarto quia. 291

Statuto Patriæ an ligentur ſubditi vbi vis contrahant, gl. 7. q. 4. ſpec.2. ſub num.52. 292

Statutum Epiſcopi ſicut non ligat delinquentem extra territorium, ita nec delinquentem in loco exempto, gl.7. quæſt. 4. ſpec.2. num.38. 290

Statutum loci, in quo bona ſunt ſita, eſt attendendum, gl. 7. q.4. ſpec.2. ſub num.47. 292

Statutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſione ab inteſtato, non extenditur ad bona ſita in alieno territorio, gl.7. q.4. ſpec.2. ſub num.47. 292

Statutum ſi prohibeat actum, & contrafacienti imponat pœnam, an comprehendat etiam ſuperiorem, qui condidit ſtatutum; an verò ſolum eum, qui ſecum contraxit, gl.7. q.4. ſpec.2. ſub num.52. 292

Statutum vt bannitus poſsit impunè offendi, non habet locum extra territorium ſtatuti, gl.7. q.4. ſpec. 2. n.59. & ſeqq. in quibus ampliatur multipliciter, & de ratione, ſub n.161. 294

Statutum habilitans, ſeu inhabilitans perſonam, an extendat vires vltra territorium ſtatuti, gl.7. quæſt.4. ſpec.2. num. 67. & 69. 296

Statutum Epiſcopi non extendit vires ſuas vltra diœceſim, licet extendatur ſententia excommunicationis, gl.7. q. 4. ſpec. 2. num.70. 297

Statutum Epiſcopi, quod non reſidentem priuat beneficio, ligat etiam abſentes à diœceſi, gl.7. q.4. ſpec.2. n.71. 297

Statutum inhabilitans ſubditum ad contrahendum, extendit vires etiam vltra territorium, ſecus eſt ſi inficiat contractum, &c. gl.7. q.4. ſpec.2. n.73. 297

Statutum loci contractus attenditur, quoad ſolemnitatem, & deciſionem contractus, gl. 7. q.4. ſpec.2. n.74. 297

Statutum domicilij, & originis attenditur, deficientibus alijs, gl.7. q.4. ſpec.2. num.75. 297

Statutum de iure congrui, an ſit correctorium iuris communis, gl.14. q.29. n.23. & ſeqq. An ſit iniurioſum, n.28. An grauet venditorem in pretio, n.29. Et de ſingulis eiſdem, n.30. in fine, n.31. & ſeqq. ſub n.35. & ſeqq. & ſub n.42. 694

Statutum & pactum habent inuicem argumentum, gl.14. q.29. num.44. 695

¶ *Stellarum* magnitudo ignoratur à phyſicis, gl.1. q.1. ſub num. 136. 34

Stellionatus, Stipulatio, Stipulator.

Stellionatus accuſatio criminalis ſuſpenditur, pendente cauſa ciuili ſuper actione in factum, gl. 14. q.19. n.47. & 48. 603

Stellionatus pœna quando puniatur mandatarius, gl. 1. q.1. ſub num.5. 10

¶ *Stipulatio* operatur vt promittens, quamuis non poſsit cogi præciſè ad factum, cogatur ad intereſſe, gl. 7. q. 3. limit. 4. num.78. 230

Stipulatio ſine ſimultaneo conſenſu eſt inutilis, gl.14. quæſt. 29. num.43. 695

Stipulatio poteſt concipi inter loquentes diuerſis linguis, gl.14. q.28. num.4. 686

Stipulatione an inducatur nouatio, gl.7. q.4. ſpec.1. num.54. & ſeqq. 280

Stipulationes non diuiduntur, ſi res in ſtipulationem deducta non ſit diuiſibilis, ſecus ſi ſit diuiſibilis, gloſ.14. quæſt.13. ſub num.17. 548

Stipulatio non eſt contractus vltro citroq. obligatorius, gl.14. q.29. num.20. 693

¶ *Stipulator* obligat, & non obligatur, gl.14. q.29. n.20. 693

Stricti iuris, Stultus, Stuprum, Stylus.

Stricti iuris cum ſit ſententia, non poteſt obligationi, quæ ex ea naſcitur, aliquid addi, vel detrahi, gl.14. q.22. n.4. fol.634. & q.28. n.26. Declaratur, n.27. 689

¶ *Stultus* videtur iudex, qui iudicat de aliâ re, quàm de petita, & ſententia, quam fert, eſt ipſo iure nulla, gl.14. q.16. num.1. & 2. Declaratur, n.35. 578

Stulti non debent eſſe melioris conditionis, quàm periti, gl.7. q.3. limit.1. num.72. 194

Stuprum probatur ex inſpectione deflorationis, ſed quis fuerit ſtuprator directò probari non poteſt, gl.14. q.21. n.18. 624

Stuprum cum vidua an ſit commiſſum, non poteſt probari per inſpectionem partium pudendarum, gl.14. q.21. n.22. Secus eſt in ſtupro cum virgine, n.23. & 24. 625

Stupri caſus recenſetur, & quæ pœna fuerit impoſita, examinatis ſtupri indicijs, gl.14. q.21. n.34. & ſeqq. 46. & ſeqq. 637

Stuprans ſacratiſsimam virginem, qua pœna puniatur, gl.14. q. 21. n.41. & 43. Et quot delicta carnis committat, n.41. 628

¶ *Stylus* ferendi ſententiam cum clauſula (quatenus duret inſtantia) ſeruatur Florentiæ, impugnaturque, gl. 4. q. 4. n.25. & ſeqq. Defenditur, num.29. 229

Subditus, Subhaſtatio, Subrogato.

Subditi tenentur obedire ſuis Principibus etiam Infidelibus, gl.1. q.1. n.220. & 258. 53. & 60

Subditus poteſt quoad ſui præiudicium ſe ſubmittere alicuius iuriſdictioni, ſed non in præiudicium ſui ſuperioris, gl.7. q.3. limit.5. ſub n.20. Et qua via Barones, & alij impediant vaſallos ne prorogent, gl. 7. q.3. limit.5. n.25. 260

¶ *Subhaſtationi* ſemper præſumitur adeſſe venditor, gl.14. q.29. ſub num.87. 700

Subrogato non dicitur commiſſa cauſa, quæ non erat commiſſa illi, cui eſt ſubrogatus, poſt gl. in reſponſo, num. 15. 74. 75. & 77. 733

Subſcribere, Subſtantialia.

Subſcribere quando poſsit vnus iudex in defectum alterius, gl. 16. num.21. in fine. 724

Subſcribere, & ſcribere idem importat, gl. 16. ſub num. 13. 14. & 15. 723

Subſcribere ſententiæ Collegarum debet Collega ſimpliciter, vel non ſubſcribere, gl.14. q.8. n.43. & 44. 486

Subſcriptio ſententiæ ſi omittatur à iudice, an ſententia ſit nulla, gl.16. n.1. & ſeqq. & n.11. & 14. Et in quibus caſibus ſubſcriptio ſit neceſſaria, n.18. & ſeqq. 728

Sub-

Subſcriptio non eſt neceſſaria, niſi in caſibus expreſſis in iure, gl. 16. num. 3. 728
Subſcriptio non eſt neceſſaria in ſingulis actis, qui ſunt celebrandi in ſcriptis, gl. 16. n. 13. 725
Subſcriptio teſtatoris non eſt neceſſaria, quando teſtamentum eſt eius manu ſcriptum, gl. 16. n. 4. 722
Subſcriptio ſententiæ quomodo probetur non neceſſaria, gl. 16. num. 5. & 6. 722
Subſcriptio ſententiæ de iure non eſt neceſſaria, gl. 16. num. 7. Aliquibus tamen in locis iudices ſubſcribunt, num. 19. Et in aliquibus non, num. 6. 722
Subſcriptio denotat, ſubſcripta eſſe bene digeſta, & abſoluta, gl. 16. n. 8. & 11. 723
Subſcriptio hæredis in inuentario licet requiratur pro forma, tamen vbi ſit conſuetudo non ſubſcribendi, valet ſine ſubſcriptione, gl. 16. n. 17. 724
Subſcriptio ſententiæ latæ, prout in cedula, eſt neceſſaria, gloſ. 16. num. 21. 724
¶ *Subſtantialia* indicij ſi non deficiant, licet deficiant probationes, ſententia non eſt ipſo iure nulla, gl. 14. q. 32. n. 5. 705

Subſtitutus, Succeſſor, Succinum, Succumbens.

Subſtituto denunciatio ventris non eſt neceſſariò facienda, ſed ſufficit facta hæredi inſtituto, gl. 14. q. 12. num. 79. & 88. in fine, fol. 532
Subſtituto nocet ſententia, lata contra pupillam, quæ poſtea abſtinuit ab hæreditate paterna, gloſ. 14. q. 12. n. 80. & 90. 532
Subſtitutio iurata, ſi non valet iure directo, valet iure obliquo, gl. 7. q. 3. limit. 4. ſub num. 54. 227
Subſtitutis etiam non citatis nocet ſententia lata contra hæredem, qua declaratum eſt, teſtamentum eſſe nullum, falſum, aut inofficioſum, gloſ. 14. q. 12. n. 85. Secus eſt quando non agitur contra teſtamentum, neque ad vniuerſam hæreditatem. nu. 89. fol. 535
¶ *Succeſſor* ſingularis poteſt docere de iniuſtitia ſententiæ latæ contra alium, gl. 14. q. 12. num. 43. 527
Succeſſori ſingulari, qualis eſt emptor, an & quando noceat ſententia lata contra authorem, qualis eſt venditor, ibidem.
Succeſſor ſingularis quando non teneatur prout tenebatur eius auctor, poſt gl. in reſponſo, ſub num. 8. verſ. non obſtat. 732
Succeſſori, ſeu creditori, qui rem, ſeu hypothecam ſuper illa re habuit ab eo, contra quem iam erat lata ſententia ſuper illa re, nocet indiſtinctè illa ſententia, gl. 14. q. 12. num. 111. Imò nocet etiam ſi rem, ſeu hypothecam habuerit pendente iudicio, num. 112. Procedit hoc quando iudicium pendebat ex actione reali, ſecus ſi ex actione perſonali, num. 113. 538
Succeſſor non poteſt reuocare ſententiam latam à ſuo anteceſſore, gl. 14. q. 17. num. 5. 578
Succeſſor in officio dicitur idem iudex cum eo, cui ſucceſſit, gl. 14. q. 11. num. 6. 507
Succeſſor in officio iudicis mortui, non poteſt ſubſcribere ſententiam, ad quam ferendam prædeceſſor habuerat terminum pro ſeruato, gl. 9. num. 56. 369
¶ *Succinum* attrahit paleam, gl. 3. q. 1. n. 10. 73
¶ *Succumbens* in cauſa non ſolet condemnari ad intereſſe lucri ceſſantis, gl. 15. num. 22. 719

Suggeſtiua, Summariè, Superfluitas, Superior.

Suggeſtiua interrogatio eſt prohibita, gl. 14. quæſt. 21. num. 70. fol. 631
¶ *Summariè* hodie cognoſci debent cauſæ, gl. 14. q. 16. num. 28. fol. 574
¶ *Superfluitas* verborum non improbatur quando ſtat ad maiorem explicationem, & ad tollendas controuerſias, gloſ. 14. q. 6. num. 1. 442
Superior corrigit quod fecit inferior, & non è contra, gl. 4. q. 6. ſub num. 14. 140
Superior omnium ſuperiorum debet eſſe vnus, tanquam vnum principium, gl. 4. q. 7. ſub num. 25. 153
Superioribus reguntur inferiora, gl. 9. num. 7. 360

Supplementum, Surdus.

Supplementum dicitur, quod accedit maiori parti, gl. 14. quæſt. 7. num. 59. 453
¶ *Surdus* non poteſt eſſe iudex, neque poſtulare, gl. 4. q. 2. nu. 7. & 8. Declaratur, num. 12. 109

Suſpectus, Suſpicatur.

Suſpectus non debet eſſe iudex &c. gl. 1. q. 1. num. 250. in fine, fol. 60. & gl. 4. q. 7. num. 16. 158
Suſpectus ſi ſit iudex, & non allegetur, & vlterius non appelletur, ſententia erit valida, gloſ. 4. quæſt. 8. num. 1. & ſeqq. fol. 159
Suſpectus iudex recuſari non poteſt, quando partes conuenerunt litigare coram eo, gl. 7. q. 3. limit. 4. n. 100. 233
¶ *Suſpicatur* de alijs malum, qui malus eſt, gl. 14. q. 21. ſub nu. 57. fol. 626. & poſt gll. in reſponſo, n. 2. 731

Suſpicio, Symbolum, Synagoga.

Suſpicionis exceptio eſt de iure naturali, gloſ. 4. q. 7. n. 10. 151
Suſpicio contra iudicem poteſt procedere à multis cauſis, gl. 4. q. 7. num. 21. 152
Suſpicio oriens ex affectione ad cauſam propriam, inhabilitat iudicem magis, quàm ſi oriatur ex alia cauſa, gl. 4. q. 7. ſub eodem num. 21. verſ. ſubdeclara. 152
Suſpicio magis repellit iudicem, quàm teſtem, gl. 10. ſub num. 32. fol. 380
¶ *Symbolum* habentium facilis eſt tranſitus, gloſ. 7. q. 3. limit. 5. num. 16. 260
¶ *Synagogæ* veteres ſi fuerint funditus deſtructæ, Iudæi an poſſint eas reædificare, & concluditur, quòd non poſſunt, gloſ. 1. q. 1. ſub num. 203. illat. 9. 49
Synagoga. vide ſupra in verbo Eccleſia. & in verbo, Iudæus.

Tacita, Tactus.

TACITA ſententia non infertur ex expreſſa, lata ſuper vno ex capitulis ſeparatis, & ideo ex condemnatoria lata ſuper vno capitulo ſeparato, non infertur abſolutoria in alio omiſſo, gloſ. 14. quæſt. 8. num. 21. & ſeqq. 484
¶ *Tactus*, qui ſit contra debitorem in Curia Florentina, quomodo, & cuius auctoritate fiat, gl. 14. quæſt. 10. num. 6. 500

Temperare, Temporale, Tempus, Tenuta.

Temperare legis rigorem an poſſit iudex ex aliqua iuſta cauſa, gl. 14. q. 8. num. 21. 482
¶ *Temporale* & corporale dependant à ſpirituali, gloſ. 1. quæſt. 1. num. 146. 37
¶ *Tempore* indigemus ad maturè agendum, gloſ. 13. num. 30. fol. 412
Temporis prorogatio poteſt fieri antequam expiret tempus, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. num. 18. 23. & ſeqq. in quibus declaratur. Et licet fiat antequam expiret, tamen prorogatio incipit in fine, num. 19. Alias ſi exprimeretur, quòd inciperet, finito tempore, non teneret in vim prorogationis, n. 26. 273
Tempus limitatè, & præciſè probari debet ab eo, cuius intentio fundatur in tempore, exceptis cauſis criminalibus, &c. gl. 14. q. 21. ſub num. 4. 613
Tempus præfixum ita confunditur cum tempore addito per prorogationem, vt reputetur vnicum tempus, gl. 7. q. 4. ſpec. 1. num. 20. Quare prorogatio non eſt noua dilatio, ſed vnica dilatio, num. 21. Limitatur, num. 33. 243
¶ *Tenutario* iudicio ad conſequendum lucrum ſtatutarium, creditor agere non poteſt ſine iudicis auctoritate, gl. 14. q. 10. nu. 37. fol. 504
Tenuta datur etiam contra tertium poſſeſſorem, debitore principali non excuſſo, gl. 14. q. 10. num. 38. & ſub nu. 40. Et quot, & quæ ſint differentiæ inter tenutam contra principalem debitorem, & tenutam contra tertium poſſeſſorem, n. 39. 504
Tenuta ad effectum lucrandi quinque pro centenario, non datur pro ſumma illiquida, & ideo non datur pro non facto, gl. 14. q. 10. num. 41. 505
Tenuta non parit quinque pro centenario, niſi infra annum moueatur iudicium ad iudicationis bonorum inſolutum, gl. 14. q. 10. num. 42. 505
Tenuta quare ſemper, hypothecaria rarò, & ſaluiano interdicto nunquam vtantur Curiales in Curia Florentina, gl. 14. quæſt. 7. num. 31. 450
Tenuta, quæ datur vigore pacti executiui, licet ſit facta pro maiori ſum-

ri ſumma, tamen remanet valida pro ſumma debita, gl.14. q. 13.num.50. 552
Tenuta nulliter conceſſa,ſi denuo eſſet concedenda,non eſt reuocanda,gl.14.q.13.num.26. 546
Tenuta, data ex primo decreto contra contumacem, eſt pignus prætorium,& quomodo procedatur in ea,ſi poſtea reus contumax compareat,gl.14.q.7.ſub num,1. 446
Tenuta ex qua actione & contra quos detur, gloſ.14.q.7.num.2. fol. 446
Tenuta contra tertios poſſeſſores quomodo detur in Ciuitate Florentiæ,gl.11.ſub num.27. 392

Terminus, Terra, Territorium, Tertius.

Termino præfixo inſtantiæ cauſæ, ita vt inſtantia non prorogetur,non poteſt renunciari, gloſ.7. quæſt. 3. limit. 4. num. 226. fol. 255
Terminum habere pro ſeruato,idem eſt, quod pronunciare prout in cedula,gl.9.ſub num.39. 366
Terminus præfixus alicui actui an poſſit prorogari ad terminum, longiorem eo, qui fuit præfixus, gl.7. quæſt.4. ſpec.1.num.31. & 32. 276
Terminus poſitus ad differendam obligationem, & terminus poſitus ad perimendam obligationem, multum differunt, gl.7.q. 4.ſpec.1.n.37.& ſeqq.& n.43.& ſeqq. 277
Terminus datus à lege, quomodo differat à termino dato ab homine,gl.9.num.60.& 78. 370
Terminus datus alicui ad appellandum, vel quid faciendum deſinit. cum primum infra terminum appellat, ſeu facit,gl.14.q.29. num.83. 699
Terminus, vide in verbo, Dilatio.
¶ *Terra* magnitudinem neſciunt phyſici, gl.1.q.1. ſub num. 136. verſ.hæc. 34
¶ *Territorium* ſi ſit alienum,ſed ſit confœderatum, an ſententia in eo lata ſit nulla,gl.7.q.4.ſpec.3.n.170. 313
Territorium ſi ſit extra ſuam iuriſdictionem, iudex non poteſt in eo ius dicere, & prorogatio iuriſdictionis fieri non poteſt etiam ſi ius diceret inter duos ſubditos & de rebus in eo territorio exiſtentibus, gl.7.q.4.ſpec.2.num.42.& ſeqq. Ampliatur, n.76.& ſeqq. Limitatur,num.150.& ſeqq. 291
¶ *Tertius* poteſt in fauorem Reip. opponere de infamia iudicis, gl.4.q.2.ſub num.26. 111
Tertius non citatus, veniens ad cauſam, non poteſt opponere de incompetentia iudicis; ſecus ſi veniat citatus, gl.11.num.38.& ſeqq. Et quando non poſſit opponere etiam ſi veniat citatus, ſub num.39. Et licet veniat ſponte,& ideo non poſſit opponere de incompetentia,tamen poteſt iudicem allegare ſuſpectum; num.47. Et qua ratione non poſſit dicere de incompetentia, etiam ſi veniat citatus,num.49. 394
Tertio poſſeſſori an, & quando noceat ſententia lata contra venditorem,ſeu alium auctorem,gloſ.14.quæſt.12.num.18.& ſeqq. fol. 524
Tertio poſſeſſori præiudicat ſententia lata contra delinquentem, qui bona alienauit poſt commiſſum delictum, gl. 14. quæſt.12. num. 116. 539
Tertius ſeu ſingularis ſucceſſor poteſt docere de iniuſtitia ſententiæ latæ contra alium,gl.14.q.12.num.43. 557
Tertius quando non poſſit,& quando poſſit offerre ſolutionem cum vinculo,poſt gl.in reſponſo,ſub n.28. 734
Tertio non præiudicat ſententia lata inter alios, gl.14. quæſt.12. num.3. 523

Teſtamentum, Teſtator.

Teſtamenti formæ, traditæ à lege,teſtator non poteſt renuntiare, gl.7.q.3.limit.4.num.194. Et quare, num.197. Poteſt tamen renuntiare is, ad quem hæreditas defertur ab inteſtato, nu.195. & ſeqq. 249
Teſtamentum poteſt reuocari, non obſtante iuramento, gl.7.q.3. limit.4.num.45.& ſub num.75. verſic.ad ſecundum.Et non obſtante voto,num.46.Et demum ſemper eſt reuocabile, num. 47. 48.67.& 68. Declaratur,num.56.& 57. 226
Teſtamentum in ſcriptis requirit ſubſcriptiones, gloſ.16. num.10. fol. 723
Teſtamentum factum à filiofam. ſi valeat ex diſpoſitione ſtatuti, an extendatur ad bona, exiſtentia extra territorium ſtatuti,gl. 7.q.4.ſpec.2.num.67.Et quid ſi quis ex diſpoſitione ſtatuti condiderit teſtamentum cum minori numero teſtium, an illud teſtamentum extendatur ad bona extra territorium ſtatuti,nu.69. fol. 296
Teſtamentum factum à Chriſtiano in portu maris apud infideles, non ſeruatis ſolemnitatibus iuris ciuilis,non valet, gloſ.1.q.5. num.263. 39
¶ *Teſtator* licet diſponat, quòd executor teſtamenti non poſſit àliquid facere ſine conſilio, conſenſu, & voluntate Guardiani fratrum minorum, tamen executor non tenetur habere illius conſenſum,&c.gl.13.num.47.& 48. 415

Teſtificata, Teſtis, Teſtificandi.

Teſtificatis didicitis, regulariter non poſſunt examinari teſtes ſuper directè contrarijs,gl.14.q.32.num.47.Hæc tamen regula reſtringitur, vt non procedat in ſeqq. caſibus. Primo quando volens probare falſitatem teſtium,vult etiam probare fuiſſe pecunia corruptos,num.48. Secundo in quæſtione falſitatis,num. 50. Tertio quando teſtes non fuerunt publicati,num.51. Quarto &c.num.52. 718
¶ *Teſtes* ſuper meritis cauſæ etſi non ſint neceſſarij ad validitatem ſententiæ,tamen ex hoc non infertur,quod ſententia poſſit ferri ſine teſtibus, gl.18.num.7. 728
Teſtes an ſint neceſſarij in ſententia,gl.18.num.1.& ſeqq & nu.6. fol. 727
Teſtes non ſunt neceſſarij in actis iudiciarijs, gloſ. 18. num. 1. fol. 727
Teſtes falſi ſunt lupi rapaces rerum,vel vitæ, & dicuntur homicidæ,& prædones, gl.14.q.8.num.12. 481
Teſtes examinati in cauſis criminalibus, præſertim pro Fiſco,quare non inquirantur de falſo, licet in prima depoſitione negauerint,ſe aliquid ſcire, & in ſecunda depoſuerint ſuper toto facto,gl.14.q.7.num.131.133.& 134. 466
Teſtes recepti ad perpetuam memoriam, propoſito generali proclamate,faciunt fidem etiam cum illis,qui tunc non erant nati, ſi illi teſtes ſint mortui, gl.14.q.12.ſub num.85.verſ.nec obſtat. & verſ.ſeq. 534
Teſtes examinati cum eo,qui deceſſit ſine hærede,non poſſunt publicari ſine citatione. ibid.
Teſtes examinati inter aliquos litigantes an & quando noceant etiam alijs,gl.14.q.12.n.12.& 13. 523
Teſtibus refundi debent expenſæ,ſed non damna temporis,gl.15. num.13. 718
Teſtis vnicus cum dicto partis ſo poſsit aliquando plenè probare,gl.14.q.7.num.51.& ſeqq. 454
Teſtis & iudex quis eſſe non poteſt,gl.10.ſub num.25.Explicatur, num.41.& ſeqq. 378
Teſtis nemo eſſe poteſt in cauſa propria,gl.10. ſub num.22.27. & ſeqq.& num.32.Et quare,num.23.& 24. Et quando poſsit,num. 46.47.& 48. 378
¶ *Teſtificandi* munus eſt neceſſarium, & periculoſum, gl.14.q.7. num.131.& 132. 466
Teſtificandi munus eſt magis neceſſarium, quàm munus iudicandi,gl.10.num.32.& 42. 380

Thebis, Theologia, Titulus, Tormentis.

Thebis imagines iudicum quomodo depingerentur, gloſ.10.ſub num.51. 384
¶ *Theologia* antecellit omnes alias ſcientias,gl.3.quæſt.1.num.33. fol. 76
Theologia non indiget philoſophia, gloſ.3. q. 1. num.34. & 37. fol. 77
Theologia non eſſet theologia, ſi in ea reperiretur vnum mendacium,gl.3.q.1.num.38. 78
Theologia eſt ſapientia,gl.3.q.1.num.40.Et non poteſt errare,aut decipi,num.37. 78
¶ *Titulus* reducitur ad non titulum quando procedit ex falſa cauſa, gl. 14. q.32. ſub num. 45.verſ. extende. & ſub num 72. verſ.ratio. 710
Titulo quo quid dari ſeu aſsignari debebat,præſumitur da .m,gl. 1.q.1.ſub num.55. 19
A primordio tituli poſterior firmatur euentus,gloſ.7.q.3 .limit.4. num.137. in fine. 239
¶ *Tormentis* ſuperatis, an adhuc reus tortus poſsit condemnari in aliquam pœnam, gloſ.14.quæſt,7.num.115. & ſeqq. & 122. & ſeqq. 463

Torqueri, Tortura, Tortus.

Torqueri ſi poſsit reus ex indicijs, quid agere debeat iudex,gloſ. 14.q.7.num.111.& ſeqq. 463
¶ *Tortura* illata ſine præcedentibus legitimis indicijs non iuſtificatur ex indicijs ſuperuenientibus, gloſ.14. quæſt. 8.num.33. fol. 484

Tortu-

INDEX.

Tortura vt reo conuicto, ſeu confeſſo inferatur ſine præiudicio fiſci, eſt neceſſaria proteſtatio, gl.14.q.7. ſub num.119.& 120. fol. 464

Tortura ſine indicijs non debet inferri, quia non eſt inchoandum à tortura, gl.24.q.21. num.12. & ſeqq. Et non debet inferri niſi quando apparet, veritatem aliter haberi non poſſe, ſub num.13. fol. 623

¶ *Tortus* pro crimine hæreſis, licet ſuperauerit tormentum, tamen poteſt ei indici aliqua abiuratio, vel purgatio canonica, vel pœna pecuniaria, gl. 14.q.7.num.174. 474

Tranſactio, Trebellianica, Tribulationis, Tribunal.

Tranſactione fit nouatio, gl.7.q.4.ſpec.2.num.92. 280

¶ *Trebellianica*, & legitima debent detrahi ex quota bonorum, ſi res eſt integra, ſed ſi non eſt integra, imputantur in bonis alienatis, gl.14.q.23.num.21.& num.22.in fine, & ſeqq.in quibus latè explicatur. 643

¶ *Tribulationis* lucrum, gl.14.q.9.ſub n.25. 496

¶ *Tribunalis* nomen notam habet ſignificationem, & eius mentio frequens eſt etiam in ſacra ſcriptura, gloſ.8. num.1. Et inter alias ſignificationes ſignificat ſedem iudicis, num.2.& 3. 316

Turbida, Turcarum, Tutor, Tyrannus.

Turbida ſi ſit nullitas, non impedit executionem rei iudicatæ, gl. 14.q.11.ſub num.56.& 58. 515

¶ *Turcarum* princeps, vti tyrannus, putat, cunctas ſubditorum ſubſtantias, tanquam ſuas, poſſe vſurpare, gloſ.1.q.1.num.158. fol. 38

Turcarum, ſeu Mahumetanorum dominus de facto, & tanquam latro occupat regnum, gl.1.q.1. ſub num.209. fol. 51. Et licet ſecundo rerum euentu elatus, non deſinat vexare Chriſtianos. num. 211. Tamen Deus hæc omnia tolerat, & quæ tolerantiæ cauſa poſsit excogitari, num.212. & ſeqq. 51

¶ *Tutor* præſumitur emere nomine proprio, gl.1.quæſt.1.num.4. fol. 9

Tutor faciens id, quod iuſsit teſtator, præſumitur facere nomine pupilli, dicta q.1.ſub num.55. 19

Tutor datus in teſtamento, ſi, ignorata tutela, adminiſtrauerit bona, tanquam tutor, quomodo teneatur, gl.4.quæſt.4.num.3. fol. 126

Tutor ſi quis pronuntietur cum aliquo, an illa pronunciatio faciat ius quoad omnes, gl.14.q.12.num.35. 526

¶ *Tyrannus* mala, & iniuſtitiæ, gl.1.q.1.n.250. 59

Tyrannis & Tyrannus, qui ſint, gl.1.q.1.ſub n.243. 58

Valere, Valetudo, Validius, Variatio.

VALERE non poteſt ſententia pro parte, & pro parte non valere, gl.14. q.13. num 6. 7. 22. & 23. Et quando poſsit in parte ſuſtineri, & quando non, n.24. 543

¶ *Valetudo* corporis continetur æqualitate, ex inæqualitate autem procedit infirmitas, gl.10.num.49. in fine. 383

¶ *Validius* præſumitur electum, gl.4.quæſt.5. num.13. 137

¶ *Variatio* electionis denegatur etiam mulieri, gl.14.q.29. num.53.& 96. 696

Vaſallus, Vendere, Venditori, Veneti, Verba.

Vaſallus non poteſt in præiudicium ſui Domini, ſeu Baronis renunciare proprio foro, gl.7.q.3.limit.4.num.228. 255

Vaſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu Baronis, gl.7.q.3.limit.1.num.37. 189

¶ *Vendere* volens, ideoque requirens vicinum ex forma ſtatuti, an poſsit pœnitere, priuſquam vicinus requiſitus acceptet, gl.14. q.29. nu.3.4. & ſeqq. 691

Vendere rem ſuam nemo cogitur inuitus, gl.14.q.29.num.23. Et vendendo, non cogitur vendere proximis & conſortibus, num. 28. Et quando teneatur vendere, num.32.33.35. & ſeqq. 694

Vendere qui tenetur, non poteſt pœnitere, gl.14.q.29.n.22. 694

Vendens, quamuis coactè, tenetur ex empto ad pretij reſtitutionem, poſt gl. in reſponſo, n.68.& ſeqq. 744

¶ *Vendita* terra à Rege cum quibuſdam fructibus regalibus expreſsis, & quibuſcumque alijs iuribus, non veniunt maiora expreſsis, gl.7.q.3.limit.4.num.134. 258

¶ *Venditori* an & quando noceat ſententia euictionis, lata contra emptorem, gl.14.q.12.num.46. & ſeqq. 526

¶ *Veneti* licitè imponunt gabellas, & pedagia in mare Hadriatico, & poſſunt interdicere alijs ne nauigent in eorum Gulpho, gl.14.q.4.ſpec.2.ſub num.105. 327

¶ *Verba* debent conuenire rebus, gl.2.q.1.n.3. 65

Verba habent ſignificationem ab vſu, gl.2.q.1.n.8. 66

Verba non attenduntur, quando aliter eſt certus effectus verborum, gl.2.q.1.num.16. 66

Verba non attenduntur, ſed ſenſus, gl.3.q.1.ſub n.29. 76

Verba tituli in C. de ſentent. ex peric. recitan. quomodo ſint legenda, gl.12.n.51. 406

Verba, quibus iudex condemnat vel abſoluit, qualia eſſe debeant, & qualia ſufficiant, gl.14.q.28.num.10.& ſeqq. Cæterum ſufficit quod ex eis clare colligatur intentio, & mens iudicis, eodem num.10, in fine, & num.16. 687

Veriſimile, Veriſimilitudo, Veritas, Veſtiri.

Veriſimile, quid ſit, relinquitur arbitrio iudicis, gl.14 quæſt.23. num.66. 651

¶ *Veriſimilitudo* mouet iudicem ad credendum, gl.14.q.23.ſub n. 66. Et qualis debeat eſſe veriſimilitudo, ſub n.67. 651

¶ *Veritas* agitata ſplendeſcit, gl.13.num.30. 412

Veritati cuncta reſpondent, poſt gll. in reſponſo, in fine.

Veritas & non ignorantia attenditur in collatione beneficij vacantis, gl.4.q.4.num.17. 128

Veritas eſt primum fundamentum iuſtitiæ, gl.10.n.23. 378

¶ *Veſtiri* cohærentia contractus dicitur pactum, quando pactum eſt in ipſo contractu, gl.7.q.3.limit.4.n.89. 232

Via, Vicinitas, Vicinus, Vinea.

Via executiuæ non obligatus, ſed creditor poteſt renunciare, gl. 14.q.10.num.23.& 24. 502

Via media eligenda, gl.14.q.22.n.31. 638

¶ *Vicinitas* mala eſt vitanda, gl.14.q.29.n.39. 695

¶ *Vicinus* ſi requiſiuerit extraneum emptorem ad reuendendum, & ipſe obtinuerit reuendere, poterit vicinus ſe pœnitere, gl.14. q.29.num.48. 696

Vicinus. vide in verbo, Conſanguineus.

¶ *Vinea* bonitas, quæ ſit, gl.14.q.9.n.34. 497

Vineam Deus auferet à malis agricolis, gl.14.q.9.ſub n.5. 491

Violentia, Virgilius, Virilitas.

Violentia in muliere carnaliter cognita quotuplex conſideretur, quæ eam excuſet, & quæ non, gl.14.q.21.n.58.& ſeqq. 630

¶ *Virgilius* adulabatur Romanos, gl.1.q.1.ſub n.97. 27

¶ *Virilitas*, & decentia eſt tertium requiſitum in iudice, gl.4.q.2. num.33. 112

Virtuoſus, Virtus.

Virtuoſus qui dicatur, gl.4.q.1.n.55. 104

¶ *Virtus* vnita creſcit, gl.1.q.1.num.151. 38

Virtus, & non loci, aut generis nobilitas ſibi gratiam comparat, gl.4.q.1.num.40. 100

Virtus cunctatrix ante deliberat, quam incipiat, gl.13.n.30. 412

Viſum, Vitium, Vitrum.

Viſum tibi fuerit, ſignificat arbitrium boni viri, gl.7.q.3. limit.4. num.147. 238

Viſus qui iudicat de coloribus, ab omni colore eſt alienus, gl.4. q.1.num.32. 98

¶ *Vitia* vnde originem trahant, & quot, & qualia ſint, gl.14.q.9. num.21. 494

Vitia aliena vide ſuprà in verbo Aliena.

Vitium quod eſt in amore laudis, reputatur virtus, gl.1.q.1. ſub num.197. verſ.imò non ſolum. 48

¶ *Vitri* effectus mirandus, gl.3.q.1.num.21. 74

Volueris, Voluntas, Voluptates.

Volueris verbum, ſignificat liberam voluntatem, gl.1.q.3. limit.4. num.128. 238

Voluerit, verbum aliquando ſignificat, perfecerit actum, gl.14.q. 21.ſub num.52. 629

¶ *Voluntas* diſtinguit factum hominum in delictis, gloſ.14.q.21. num.62. 630

Voluntas Dei eſt duplex, præceptiua, & permiſsiua, & vtraque eſt ſemper iuſtiſsima, gl.14.q.9.num.14. 492

Volu-

Digitized by Google

I N D E X.

¶ *Voluptates* magis ad nos peruenturæ ſunt, ſi illis imperabimus, quam ſi ſeruiemus, gl.1.q.1.n.219.in fine. 53

Votum, Vox, Vſura, Vſurarius, Vſurpare.

Votum captandæ mortis eſt contra bonos mores, gl.7.q.3. limit. 4.num.65.& 66. 214

¶ *Vox* qualibet iudicis quomodo, & quare dicatur ſententia interlocotoria. gl.14.q.4.n.3.& ſeqq. 432

¶ V*ſura* licet toleraretur à iure ciuili in aliquo caſu, gl.14.q.31. n.4. Tamen de iure canonico eſt prohibita indiſtinctè in omnibus caſibus,num.5. 703

Vſura centeſima quæ ſit,gl.14.q.31.num.6. 703

Vſuram centeſimam ſoluere tenebatur debitor condemnatus per rem iudicatam, qui non ſatisfaciebat creditori intra dilationem ſibi datam, gl. 14.q.31. num.2. Sed hodie non ſeruatur, num.3. & 5. 703

Vſurarum quæſtio ſi ciuiliter pendeat in Rota, ſuperſederi debet in cauſa criminali,gl.14.q.19.n.46. 603

Vſuræ ſuſpitio ſtat non in diſſolutione cenſus, ſed in illius creatione,poſt gll.in reſponſo,n.89. 747

¶ *Vſurarius* publicus non poteſt eſſe iudex,gl.4.q.2.n.22. 110

¶ *Vſurpare* dignitatem dicitur qui eam exercet nomine proprio, & tenetur exercere nomine alieno,gl.1.q.1.n.6. 10

Vſus, Vſusfructus, Vtile.

Vſus iuriſdictionis facilius prorogatur, quàm iuriſdictio,gl.7.q. 3.limit.2.num.22. 207

Vſus loquendi. vide ſupra in verbo, Loquendi vſus.

¶ *Vſusfructus* accreſcit nudæ proprietati,datæ pignori, gl.1.q.1. ſub num.203.confirm.2. 49

¶ *Vtile* per inutile non vitiatur, gl.14.q.13.nu.1.in fine. Et quando vitietur, num. 8. & 19. Et vnde procedat quòd hæc materia ſit brochardica, num. 28. Et quid agendum,ne vitietur, num.12. 543

F I N I S.

Errores infraſcriptos conſiſtentes in numeris,	*Sic corrige.*
fol. 9. col. 2. lin.antepenult.num.4.	nu.40.
fol. 30. nu. 110. lin.11. nu.135.confir.4.	nu.146. confir.3.
fol. 31. nu. 114. lin.14. nu.136.	nu.146.
fol. 96. nu. 24. lin. 4. nu.168.	nu.164.
fol.146. nu. 48. lin. 7. cap.11,	cap. 9.
fol. 153.ſub nu.25. lin.11. n.112.129.& 149.	n.114.148.& ſeqq.
fol.178. nu. 3. lin. 6. nu.1.47.	nu.1.4.7.
fol.379.ſub nu. 28. lin. 19. < ſup.gl.1.q.1.n.138.	< alibi.
fol.379. nu. 28. in penult. & vlt.lin. < ſup.ead.gl.1.q.1.nu. 129. & ſeqq.	< alibi
fol.380. lin. 1. < ſup.dicta gl.1.q.1.nu.129.& ſeqq.	< alibi
fol. 427. col. 2. lin. 6. conſ.63.	conſ.163.
fol.457. col. 1. lin.15. gl.11.	gl. 10.
fol.451. nu. 5. lin. 5. citato infra ſub n.7.	citato ſub n.ſeq.
fol.452. nu. 14. lin.12. nu.177.	nu. 173.
fol.581. nu. 52. lin.vlt. conſ.228	288.
fol.625. nu. 22. lin. 6. nu. 15.	nu. 16.
fol.eod. nu. 23. lin.6.& 9.nu.18.	nu. 19.
fol.656. nu. 18. lin. 7. nu. 30.	nu. 58.

Errores conſiſtentes in verbis, & litteris,	*Sic corrige.*
fol. 15. col. 1. lin. 2. denominatrix	dominatrix
fol. 34. nu. 136. lin.15.& lin.18. diſſere	differere
fol. 40. nu. 170. lin. 5. tenuerunt	tenuit
fol. 64. col. 1. lin. 6.& a S.	& S.
ead.lin.6. verſ.præterea.	verſ.contra.
fol.102. ſub n.48. lin.10. Bal.	Bar.
fol.140. nu. 11, lin.11. ad ſecundum.	ad ſecundam
fol. & nu. iiſdem lin. 14. ad tertium	ad tertiam.
fol. eod. nu. 23. ad quartum,	ad quartam
fol.191. nu. 49. lin. 7. ſignificat.	ſufficiat
fol.214. nu. 1. lin. 16. extenſione,ideoque.	extenſione. ff. de iuriſd.omn.iud. ideoque
fol.228. nu. 67. lin. 9. C.	ff.
fol.287. nu. 15. lin. 8. quòd ſi index.	quid ſi index
fol.293. col. 2. lin. 6. furenſes.	forenſes.
fol.415. nu. 53. lin. 2. ſtatum	ſtatutum
fol.495. col. 2. lin. 7. eadem Deo	eodem Deo
fol.559. num. 11. lin. 2. tantum.	tantam.
fol.574. num. 27. lin. vlt. illum.	illud
fol.586. nu. 70. lin.25. appellabilis.	appellationis

Quòd in gl.4.q.7.in gl.10. & gl.14.q.9. ſint erroneè citati tres,aut quatuor numeri primæ quæſt. quos hic ſunt correcti,non proceſſit à copia,aut à Typographo, ſed proceſſit a quodam irreparabili rerum euentu, ſic cogente.

R E G E S T V M.

¶ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp.

a b c d.

Omnes ſunt Terniones, præter ¶, & Ppp, Duerniones.

ROMAE, Ex Typographia Franciſci Corbelletti. MDCXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.